# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS
SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT
GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

## SCRIPTORVM
TOMVS XXI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AULICI HAHNIANI
MDCCCLXVIIII

UNVERÄNDERTER NEUDRUCK 1925
VERLAG KARL W. HIERSEMANN / LEIPZIG

4 OKT. 1949

# TOMO SCRIPTORUM VICESIMO PRIMO CONTINENTUR


| | Pagg. |
|---|---|
| Praefatio | VII. VIII. |
| I. Helmoldi presbyteri chronica Slavorum a. 800—1172 ex schedis B. M. V. Ill. I. M. Lappenberg | 1—99 |
| II. Arnoldi abbatis Lubecensis chronica a. 1172—1209 recensuit B. M. V. Ill. I. M. Lappenberg | 101—250 |
| (Conspectum capitum chronici Arnoldi Lubecensis vide infra.) | |
| III. Chronicon Holtzatiae auctore presbytero Bremensis dioecesis a. 1172—1428 recensuit B. M. V. Ill. I. M. Lappenberg | 251—306 |
| IIII. Gesta abbatum Lobbiensium a. 972—1156 edente Wilhelmo Arndt Ph. D. | 307—333 |
| V. Chronicon Laureshamense a. 764—1179 edidit Karolus A. F. Pertz Ph. D Professor regius | 334—453 |
| VI. Historia Welforum Weingartensis a. 800—1167 editore Ludewico Weiland Ph. D. | 454—471 |
| Continuatio Steingademensis a. 1167—1191 | 471. 472 |
| VII. Continuationes Weingartenses chronicorum Hugonis et Honorii edidit Ludewicus Weiland a. 1152—1208 | 473—480 |
| VIII. Gisleberti chronicon Hanoniense a. 1070—1195 edidit Wilhelmus Arndt Ph. D. | 481—601 |
| Appendices: 1. Ministeria curie Hanoniensis circa a. 1210 | 602 |
| 2. Charta pacis Valencenensis a. 1114 | 605 |
| 3. Relatio de infeodatione comitatus Namucensis a. 1198 | 610 |
| 4. Ex chronico Montensi gallice scripto | 611 |
| 5. Ex necrologio Sanctae Waldetrudis saeculi XIV. | 612 |
| 6. Forma pacis in toto comitatu Hainoensi comite Balduino anno 1200. Iul. 28. | 619 |
| 7. Declaratio legum in curia et comitatu Hainoensi comite Balduino anno 1200. Iul. 28. | 620 |
| VIIII. Index rerum auctore Ludovico Weiland Ph. D. | 623—665 |
| X. Glossarium auctore Ludewico Weiland Ph. D. | 665—667 |
| Addenda et Corrigenda | 668 |

Tabulae I. ad pag. 6 et 107. II. ad pag. 336 et SS. T. XX. p. 623.


Cum ordo ac distinctiones et librorum et capitum Chronici Arnoldi Lubecensis in editione nostra valde discrepent cum ab editione Bangertiana tum a versione Germanica, quam ante hos 16 annos iuxta editionem Lappenbergianam, qualis tunc erat, vir d. Laurent instituit, cumque viri docti chronicon secundum versionem istam laudare consueverint, rei aptum esse duximus syntagma ordinis librorum et capitum, qualis est in editione nostra, Bangertiana, versione Laurentiana, hoc loco proponere.

W.

| *Ed. nostra* | *Bang.* | *Versio* | |
|---|---|---|---|
| | III, 1 | I, 1 *med.* | Prologus operis sequentis. |
| I, 1 | „ 2 | I, 2 | De peregrinatione ducis. |
| „ 2 | „ 3 | „ 3 | De eodem. |
| „ 3 | „ 4 | „ 4 | Item. |
| „ 4 | „ 5 | „ 5 | Quomodo rex ducem in suo susce-pisset. |
| „ 5 | „ „ | „ „ | De disputatione Grecorum et Hein-rici abbatis. |
| „ 6 | „ 6 | „ 6 | De processu ducis. |
| „ 7 | „ 7 | „ 7 | De adventu ducis Iherosolymam. |
| „ 8 | „ 8 | „ 8 | De reditu ducis a Iordane. |
| „ 9 | „ 9 | „ 9 | De reditu ducis ad sua. |
| „ 10 | „ 10 | „ 10 | Incidentia de rege Conrado. |
| „ 11 | „ 11 | „ 11 | Incidentia de duce Godefrido. |
| „ 12 | II, 12 | „ 12 | Hic reversus est Constantinopolim, deinde Bruneswich. |
| „ 13 | „ 13 | „ 13 | De electione Heinrici abbatis in se-dem Lubicensis ecclesie. |
| „ 14 | „ 14 | „ 14 | Passio Thomae in Anglia episcopi. |
| II, 1 | „ 15 | II, 1 | De discordia imperatoris et ducis. |
| „ 2 | „ 16 | „ 2 | De conspiracione in ducem. |
| „ 3 | „ 17 | „ 3 | De eliminacione scismatis. |
| „ 4 | „ 18 | „ 4 | De expedicione ducis in Sclaviam. |
| II, 5 | II, 19 | II, 5 | De fundacione cenobii S. Marie et S. Iohannis ev. in Lubeke. |
| „ 6 | „ 20 | „ 6 | De edificacione montis Hopelberg. |
| „ 7 | „ 21 | „ 7 | De morte Evermodi et successione Ysfridi. |
| „ 8 | „ 22 | „ 8 | De morte Baldewini et successione Bertoldi. |
| „ 9 | „ 23 | „ 9 | De concilio Alexandri pape. |
| „ 10 | „ 24 | „ 10 | De expeditione prima Coloniensis et citatione ducis. |
| „ 11 | „ 25 | „ 11 | De secunda expeditione Philippi Co-loniensis episcopi. |
| „ 12 | „ 26 | „ 12 | De excommunicacione ducis. |
| „ 13 | „ 27 | „ 13 | De expedicione ducis in Westfaliam. |
| „ 14 | „ 28 | „ 14 | De exustione Halverstadensis civitatis et captivitate Odelrici episcopi. |
| „ 15 | „ 29 | „ 15 | De relaxatione Odelrici a captivitate. |
| „ 16 | „ 30 | „ 16 | De expedicione ducis in Thuringiam et quomodo defecerint a duce Adolphus et alii nobiles. |
| „ 17 | „ 31 | „ 17 | De adventu imperatoris in Saxoniam. |
| „ 18 | „ 32 | „ 18 | De reedificacione Hartesburg. |
| „ 19 | „ 33 | „ 19 | De captivitate Bernardi comitis. |

| Ed. nostra | Bang. | Versio | |
|---|---|---|---|
| II, 20 | II, 34 | II, 20 | De expedicione imperatoris. |
| ,, 21 | ,, 35 | ,, 21 | De obsidione civitatis ab imperatore. |
| ,, 22 | ,, 36 | ,, 22 | De reditu imperatoris et exilio ducis. |
| III, 1 | III, 1 | III, 1 | De principatu Bernardi ducis. |
| ,, 2 | ,, 2 | ,, 2 | Legacio imperatoris ad Kanutum regem. |
| ,, 3 | ,, 3 | ,, 3 | De deposicione domni Heinrici episcopi. |
| ,, 4 | ,, 4 | ,, 4 | De destructione Louenborch et fugacione Nicloti. |
| ,, 5 | ,, 5 | ,, 5 | De honestate Danorum. |
| ,, 6 | ,, 6 | ,, 6 | De Conrado electo. |
| ,, 7 | ,, 7 | ,, 7 | De subactione Sclavorum. |
| ,, 8 | ,, 8 | ,, 8 | De morte Manoe regis Grecorum. |
| ,, 9 | ,, 9 | ,, 9 | Quod coronatus Heinricus in regem. |
| ,, 10 | ,, .. | ,, (10) | De superbia detestabili monachorum. |
| ,, 11 | ,, 10 | ,, 11 | De domno papa Lucio et imperatore. |
| ,, 12 | ,, 11 | ,, 12 | De discordia regis et Coloniensis. |
| ,, 13 | ,, 12 | ,, 13 | De morte Sifridi et successione Harthvici. |
| ,, 14 | ,, 13 | ,, 14 | De electione domni Thiderici episcopi. |
| ,, 15 | ,, 14 | ,, 15 | De nuptiis regis. |
| ,, 16 | ,, 15 | ,, 16 | De lantgravio et matre regis. |
| ,, 17 | ,, 16 | ,, 17 | De discordia inter domnum Urbanum papam et imperatorem. |
| ,, 18 | ,, 17 | ,, 18 | De imperatore et Coloniense. |
| ,, 19 | ,, 18 | ,, 19 | De subscriptione episcoporum. |
| ,, 20 | ,, 19 | ,, 20 | De edificacione castelli et de privilegio civium. |
| ,, 21 | ,, 20 | ,, 21 | De restitutione sororis regis et reditu matris. |
| ,, 22 | ,, 21 | ,, 22 | De espeditione archiepiscopi. |
| IV, 1 | ,, 22 | ,, 23 | Querimonia de excidio ecclesie et maxime Ierosolimitane. |
| ,, 2 | ,, 23 | ,, 24 | De excidio Ierosolimitano. |
| ,, 3 | ,, 24 | ,, 25 | De discordia regis et comitis. |
| ,, 4 | ,, 25 | ,, 26 | De captivitate ligni Domini et occisione populi Dei. |
| ,, 5 | ,, 26 | ,, 27 | Quomodo Salladinus obtinuit terram. |
| ,, 6 | ,, 27 | ,, 28 | De epistola domni pape. |
| ,, 7 | ,, 28 | ,, 29 | De ordinatione peregrinationis. |
| ,, 8 | ,, 29 | ,, 30 | De peregrinatione imperatoris. |
| ,, 9 | ,, 30 | ,, 31 | De precedenti opere. |
| ,, 10 | ,, 31 | ,, 32 | Unde supra. |
| ,, 11 | ,, 32 | ,, 33 | De adversitate peregrinorum. |
| ,, 12 | ,, 33 | ,, 34 | De pugna imperatoris et soldani. |
| ,, 13 | ,, 34 | ,, 35 | De morte imperatoris. |
| ,, 14 | ,, 35 | ,, 36 | De obsidione Accon. |
| ,, 15 | ,, 36 | ,, 37 | De adventu Teutonicorum. |
| ,, 16 | ,, 37 | ,, 38 | Adventus regum Francie et Anglie. |
| V, 1 | IV, 1 | IV, 1 | De reditu ducis de Anglia. |
| ,, 2 | ,, 2 | ,, 2 | De vastacione Bardewich. |
| ,, 3 | ,, 3 | ,, 3 | De adventu regis. |
| ,, 4 | ,, 4 | ,, 4 | De consecratione imperatoris. |
| ,, 5 | ,, 5 | ,, 5 | De profectione imperatoris in Apuliam. |
| ,, 6 | ,, 6 | ,, 6 | De morte Coloniensis et reditu imperatoris. |
| ,, 7 | ,, 7 | ,, 7 | De reditu Adolphi comitis. |
| ,, 8 | ,, 8 | ,, 8 | De obsidione secunda civitatis. |
| ,, 9 | ,, 9 | ,, 9 | De captivitate militum ducis. |
| ,, 10 | ,, 10 | ,, 10 | Quomodo comes cepit Stadium. |
| ,, 11 | ,, 11 | ,, 11 | De episcopo Lubicensi. |
| ,, 12 | ,, 12 | ,, 12 | De dedicione civitatis Lubikane. |
| ,, 13 | ,, 13 | ,, 13 | Confessio scriptoris. |
| ,, 14 | ,, 14 | ,, (14) | Miraculum de sanguine Domini. |
| ,, 15 | ,, 15 | ,, 15 | Aliud miraculum. |
| ,, 16 | ,, 16 | ,, 16 | De obsidione et liberatione Louenburg. |
| ,, 17 | ,, 17 | ,, 17 | De expeditione regis Danorum in Holsatia et captivitate Waldemari episcopi. |

| Ed. nostra | Bang. | Versio | |
|---|---|---|---|
| V, 18 | IV, 18 | IV, 18 | De morte Absalonis Lundensis archiepiscopi. |
| ,, 19 | ,, 19 | ,, 19 | Epistola Conradi cancellarii. |
| ,, 20 | ,, 20 | ,, 20 | De nuptiis Heinrici ducis et secunda expeditione imperatoris in Apuliam. |
| ,, 21 | ,, 21 | ,, 21 | De reditu Harthwici Bremensis in sedem suam. |
| ,, 22 | ,, 22 | ,, 22 | De excommunicatione archiepiscopi pro reditibus. |
| ,, 23 | ,, 23 | ,, 23 | De translatione Berenwardi Hildensemensis episcopi. |
| ,, 24 | ,, 24 | ,, 24 | De morte Bernonis episcopi et Heinrici ducis. |
| ,, 25 | V, 1 | V, 1 | De peregrinatione secunda. |
| ,, 26 | ,, 2 | ,, 2 | De processu peregrinorum. |
| ,, 27 | ,, 3 | ,, 3 | De prosperitate peregrinorum. |
| ,, 28 | ,, 4 | ,, 4 | De obsidione Thoruti. |
| ,, 29 | ,, 5 | ,, 5 | Unde supra. |
| ,, 30 | VII,8.9 | VII,8.9 | De conversione Livonie. |
| VI, 1 | VI, 1 | VI, 1 | De electione Ottonis regis. |
| ,, 2 | ,, 2 | ,, 2 | De electione Philippi regis. |
| ,, 3 | ,, 3 | ,, 3 | De morte Conradi Moguntini. |
| ,, 4 | ,, 4 | ,, 4 | De morte Ludolfi Magdeburgensis archiepiscopi. |
| ,, 5 | ,, 5 | ,, 5 | De expeditione Ottonis regis in Thuringiam. |
| ,, 6 | ,, 6 | ,, 6 | De discessu palatini a fratre. |
| ,, 7 | ,, 7 | ,, 7 | De captivitate Goslarie. |
| ,, 8 | ,, 8 | ,, 8 | De secunda expeditione Philippi regis. |
| ,, 9 | ,, 9 | ,, 9 | De expeditione Kanuti regis contra marchionem. |
| ,, 10 | ,, 10 | ,, 10 | De expeditione marchionis. |
| ,, 11 | ,, 11 | ,, 11 | De expeditione Kanuti ad Egdoram. |
| ,, 12 | ,, 12 | ,, 12 | De edificatione Reinoldesburg. |
| ,, 13 | ,, 13 | ,, 13 | De expeditione Sclavorum in terram Racesburg. |
| ,, 14 | ,, 14 | ,, 14 | De captivitate comitis Adolphi. |
| ,, 15 | ,, 15 | ,, 15 | De nuptiis domni Wilhelmi. |
| ,, 16 | ,, 16 | ,, 16 | De castro Sigebergensi. |
| ,, 17 | ,, 17 | ,, 17 | De obsidione Louenburch et liberatione comitis Adolphi. |
| ,, 18 | ,, 18 | ,, 18 | De liberatione Waldemari episcopi. |
| ,, 19 | ,, 19 | ,, 19 | De subactione Grecie. |
| ,, 20 | ,, 20 | ,, 20 | Unde supra. |
| VII,1 | VII,1 | VII,1 | Quomodo Adolphus Coloniensis defecerit ab Ottone rege. |
| ,, 2 | ,, 2 | ,, 2 | De mutilatione decani et nece cancellarii. |
| ,, 3 | ,, 3 | ,, 3 | De depositione Coloniensis et substitutione Brunonis. |
| ,, 4 | ,, 4 | ,, 4 | De constantia domni apostolici. |
| ,, 5 | ,, 5 | ,, 5 | De strage Coloniensium et captivitate Brunonis archiepiscopi. |
| ,, 6 | ,, 6 | ,, 6 | Unde superius. |
| ,, 7 | ,, 7 | ,, 7 | De liberatione Brunonis archiepiscopi. |
| ,, 8 | ,, 10 | ,, 10 | De statu Egypti vel Babylonie. |
| ,, 9 | ,, 11 | ,, 11 | De morte Ysfridi et substitutione Philippi. |
| ,, 10 | ,, 12 | ,, 12 | De morte Hartvici et electione Waldemari. |
| ,, 11 | ,, 13 | ,, 13 | De expeditione Waldemari regis. |
| ,, 12 | ,, 14 | ,, 14 | De expeditione vel morte Philippi. |
| ,, 13 | ,, 15 | ,, 15 | De plenaria electione Ottonis regis. |
| ,, 14 | ,, 16 | ,, 16 | De curia in Frankenevorde. |
| ,, 15 | ,, 17 | ,, 17 | De eodem. |
| ,, 16 | ,, 18 | ,, 18 | De sollempnitate regis in Brunceswich. |
| ,, 17 | ,, 19 | ,, 19 | De legitimatione sive desponsatione filie regis Philippi. |
| ,, 18 | ,, 20 | ,, 20 | De profectione domni regis. |
| ,, 19 | ,, 21 | ,, 21 | De consecratione imperatoris. |
| ,, 20 | ,, 22 | ,, (22) | Satisfactio scriptoris. |

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIV. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Binis quos nuper publici iuris fecimus, Scriptorum et Legum tomis, vix duodecim mensibus elapsis, vicesimum primum Scriptorum volumen succedit, parte quoque haud spernenda aliorum voluminum typis expressa, quam tamen propter adversam amicorum valetudinem ad finem optatum perducere nondum licuit. Praesens tomus maiores quosdam Germaniae historicos saeculi duodecimi vergentis complectitur. Primo scilicet loco Helmoldi et Arnoldi historias cum Presbytero Bremensi, quorum editiones ab ill. Lappenbergio nostro inceptas eo defuncto D. Ludewicus Weiland opera constanti navata ad finem perduxit. Gesta abbatum Lobiensium auctore Folcuino edita, Scriptorum tomo IV. paginis 52—74. prodierant; eorum continuatio usque ad duodecimum saeculum producenda

subsidiis egebat, quae a viro quodam reverendae vestis Belga Arndtio nostro negata, finem labori desideratum imponere vetuerunt, licet librum plane omittere non placuerit. Quo magis nobis lectoribusque nostris gratulamur, exemplum illud in toto orbe litterario plane singulare reperiri, et in paranda altera huius voluminis parte, chronicon Laureshamense atque chronica Welfica et Hanoniense complexa, singulari favore virorum illustrium tabulariis et bibliothęcis Monacensibus, Fuldensibus, Parisiensibus praepositorum, pretiosissimos et vere unicos codices textui restituendo esse adhibitos.

Dabam Berolini in Bibliotheca regia a. d. 6. Kalendas Aug. anni 1869.

# HELMOLDI PRESBYTERI
# CHRONICA SLAVORUM

## EX SCHEDIS B. M. V. ILL. I. M. LAPPENBERG.

*Helmoldus, cuius chronicis Slavicis, quae de historia regionum Nordalbingarum a populis Slavicis potissimum inhabitatarum inde ab a.* 1066 *usque ad a.* 1171 *habemus comperta, debemus maximam partem, in priore saeculi XII. parte videtur natus esse. Utrum ex Holsatia fuerit oriundus necne, haud constat nobis. Etenim Geroldum Heinrici ducis capellanum, magistrum scholae Brunswicensis et eiusdem urbis canonicum, Vicelino Aldenburgensi episcopo a.* 1154 *d. mensis Decembris* 12. *mortuo, ad Aldenburgensem ecclesiam regendam vocatum*[1], *suum praeceptorem fuisse pse cum referat*[2], *aut Brunswigae in viciniave eius natum eum et in schola Brunswicensi eruditum, post ab Heinrico duce ad convertendos Slavos Transalbianos in Wagriam esse missum apparet, aut ex ipsa Holsatia oriundum scholam Brunswicensem adiisse. Certe primos vitae annos in Holsatia degit, ipse enim refert, in loco, qui Nezenna dicatur, vidisse se adolescentulum a monte Oilberch prospicientem, fundamenta oratorii et caminatae a Wagone episcopo Aldenburgensi constructa*[3]

*In Wagriam redux factus vel advena Helmoldus adolescens videtur in Falderense (vel Novomonasteriense) monasterium recessisse, fuit enim eius paulo post Vicelini mortem*[4]*; id quod comprobatur etiam a Sydone, a.* 1197 *qui fuit Falderensis monasterii praepositus, Helmoldum socium suum et coaetaneum fuisse testante*[5]. *Ab ipso Vicelino, Falderensi monasterio cum adhuc praeesset, eum eruditum esse et instructum*[6], *negandum est, neque eum a.* 1126 *cum illo Bremis in Wagriam venisse, speciem habet veritatis. Attamen consuetudine Vicelini saepenumero se fuisse usum, familiaritate ipsi fuisse coniunctissimum, ipse Helmoldus testatur*[7]. *A Vicelino eum ad Slavos convertendos missum esse ex versibus de Vicelino*[8] *compertum habemus.*

*Vicelino defuncto a Geroldo eius successore ad curiam Aldenburgensem vocatus, a.* 1155 *Slavorum populos peragrantem eum comitatus est affuitque lautissimis illis conviviis a Pribislavo Slavorum principe Slavicisque proceribus in honorem Geroldi habitis*[9]. *Bene instructus cum fuerit de itinere, a Geroldo episcopo ad Hartwicum archiepiscopum et Heinricum ducem in Italiam facto, erit qui putet fuisse Helmoldum ex eius comitibus; attamen maio-*

1) L. I. c. 79. 2) V. l. I. dedicationis finem. 3) L. I. c. 14. 4) L. I. c. 78. 5) V. Sydonis ad Gozwinum epistolam, quam publici iuris feci in Falck Staatsbürgerl. Magazin. T. IX. p. 9. 6) Quod pluribus visum est Presbyteri Bremensis c. 15 auctoritate nixis. 7) L. I. c. 42. 8) v. 189 sq. 9) L. I. c. 84.

*rem veritatis habet speciem, ab ipso Geroldo, quae retulit, eum comperta habuisse*[10].

*Haud ita multo post Vicelini mortem Helmoldus parochiae Bosoviensi iuxta lacum Plonensem, quam Brunoni Vicelinus mandaverat, praefectus est. Ita factum est, ut a.* 1163 *d. Augusti* 13. *Geroldo decedenti*[11] *in eadem villa adesset. Anno* 1171, *ad quem deficit eius historia, Helmoldum defunctum non esse, testis est Arnoldus abbas Lubicensis; Helmoldum, enim dicit, historias Slavorum debito fine, ut voluerit, non consummasse*[12], *id quod confirmatur etiam libri secundi, cum primo comparati, exiguitate. Neque est, cur dubitemus, quin historiae auctor sit Helmoldus* praepositus *in charta Conradi episcopi Lubicensis a.* 1170 *d. Novembris* 21.[13] *atque Helmoldus* presbyter *in charta Heinrici episcopi a.* 1177[14] *data occurrens inter testes. Quo anno vita decesserit, ignoratur.*

*Operis sui quale sit consilium, ipse Helmoldus exposuit in praefatione libri primi: „illorum nimirum in laudem, qui Slavorum, — Hamburgensis vel maxime dioecesis, qui inter Travenam et Oderam fluvios habitarunt — provinciam diversis aetatibus manu, lingua, plerique etiam sanguinis effusione illustraverint, sui operis paginam se dicavisse“. Libro secundo hisce cum pauca tantum haberet quae adderet, Razisburgensis et Swerinensis dioecesium historiam et Heinrici ducis res gestas pluribus illustravit. Primum librum, ecclesiae Lubicensis canonicis dicatum, defuncto Geroldo episcopo, secundi capita mortuo a.* 1172 *d. Iulii* 17. *Conrado episcopo scripta esse, facile apparet.*

*Fontes, ex quibus hauserit, circumspicientem non effugiet, in maxima historiae parte referre nostrum, quae aut viderit ipse, aut narrantibus provectioris aetatis hominibus audierit*[15]. *E quibus Vicelinum, Geroldum, Conradum episcopos optimam ei narrationis materiam praebuisse haud dubium est. Neque vero praetermisit libros ad illustrandam Germaniae septentrionalis et terrarum adiacentium historiam compositos.*

*Adami Bremensis, quem ipse laudavit*[16], *historiam ecclesiasticam et de situ Danorum libellum in priore libri prioris parte usque ad cap.* 24 *saepissime consuluit, ipsa Adami verba hic illic leviter immutata suis inseruit, addens tamen de suo, sicubi minus quadrare in suam aetatem quae retulit ille putabat.*

*Quae l. I. cap.* 3. *exeunte de dignitate caesarea a Karolo Magno ad Francos translata leguntur, deberi videntur S. Willehadi episcopi Bremensis vitae*

*Chronica magistri Eggehardi, quem propter amicum nimis in Heinricum V. imperatorem animum reprehendit*[17], *cum in narrandis rebus gestis, tum potissimum in explicanda chronologia et genealogia secutus est.*

*Praeter Eggehardum in iis, quae ad Heinrici IV. et V. tempora spectant, scilicet capitulis* 27—33 *libri I, aliis fontibus scriptis eum usum esse diligentius inquirentem non fugit. Sunt autem*

*Annales S. Disibodi, medio saeculo XII. scripti, quibuscum pluribus locis ad verbum congruit.*

*Annales Rosenfeldenses an cognoverit Helmoldus, non probatur eo quod l. I. c.* 31 *narratio de Petro eremita cum iis, quae illi referunt, congruunt, cum Annales S. Disibodi eadem verbotenus ex ipsis Rosenfeldensibus hausta tradant. Attamen verba Rosenfeldensium ei ante oculos versata esse videntur*

10) L. I. c. 79. 11) L. I. c. 94. 12) V. dedicat. initium. 13) Leverkus, Urkundenb. des Bisthums Lübeck I. n. 9. 14) Urkundenb. der Stadt. Lübeck I. n. 5. 15) L. I. c. 34. 16) L. I. c. 14. 17) L. I. c. 40, cfr. supra SS. T. VI. p. 231 sq.

*l. I. c.* 33 *res gestas inter Heinricum IV. et V. verbis Davidis de Absalone ornanti.*

*Annales Palidenses aut ex quibus orti sunt Chronica Saxonum. Quibus etiam ubi nobis perditi sunt, eum usum esse apparet ex eo, quod nonnullis locis cum codice Gothano chronici Repgoviensis seu chronico Luneburgensi fere ad verbum congruit*[18]. *Similia quae Palidenses, licet non ad verba accedens, etiam in posteriore libri prioris parte refert*[19].

*In l. I. c.* 42 *vitam quandam Vicelini episcopi versibus elegiacis scriptam ante oculos habuisse videtur, diversam ab ea, quae nobis est servata.*

*Chartas Helmoldum episcopales et ecclesiarum Lubicensis, Racisburgensis, Swerinensis dioecesium praecipuas quin haud ignoraverit, dubitandum non est, praesertim cum ipsa mandati cuiusdam de ecclesiae Burnhovede decimis a Geroldo episcopo promulgati verba suis inseruerit*[20]

*Magnis Helmoldi in terrarum Slavicarum atque vicinarum historia illustranda meritis ea profecto re nihil derogatur, quod eorum, quae de aliis regionibus deque rebus superioribus temporibus gestis refert, desideratur apud eum accuratior cognitio. Ad errores huius generis data occasione legentium animum advertemus, veluti ad ea, quae de Heinrico IV. imperatore regno expulso atque pugna prope Visetum commissa retulit*[21]. *Illud tamen valde mirandum, quod Paschalem III. papam a.* 1168 *d. Sept.* 20. *mortuum cum Calixto, et Ianuam civitatem cum Ancona, quam Fridericus I. a.* 1167 *obsedit, confuderit*[22]. *Errorem Annalium S. Disibodi Petrum eremitam in finibus Hispaniae constitutum fuisse dicentium adauxit Helmoldus tradens genere Hispanum illum fuisse.*

*Bene tenendum est, hostili fuisse contra imperatores gentis Francicae scriptorem Saxonicum animo, quare eis, quae de Heinrico IV. eiusque filio tradidit*[23], *minor fides habenda. Deditum devotumque papis clientem eum fuisse negandum; ipse tamen non solum propagandae religioni christianae summam operam dedit, sed etiam privilegiis cleri defendendis fuit intentus. Quin etiam principes Saxonicos ipsumque Heinricum ducem propter res ecclesiasticas neglectas reprehendit. Ceterum Heinricum Leonem maximis iisque debitis laudibus extulit; hunc et Vicelinum primas in eius historia tenere partes dixeris.*

*Genus dicendi emendatius quam ceterorum illius aetatis scriptorum; novisse eum poetas Romanos, versus quidam ex eis desumpti demonstrant vel ad eorum similitudinem facti: quanquam plura videtur debere suae aetatis poetis clericis. Quae hic subiicienda putavimus librorum et capitum seriem secuti:*

*l. I. c.* 7. . . . bellorum tempestas, que . . . in toto pene desevit orbe . . .
*cfr. Virg. Aen. X,* 569*:* sic toto Aeneas desaevit in aequore victor.

*l. I. c.* 42. ad quandam, veluti desudans mente, palestram
artibus edomitum subdidit ingenium. —
Non hunc ludi non epule . . . .
. . . . . .
deservire Deo suave piumque putans.
. . . . . .
precipitanter agis, pone modum studiis.
–⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑ – nam temporis adhuc
– multum superest, quo plurima discere possis.

18) V. notas ad c. 33. l. I. 19) V. c. 60. 62. 65. 20) L. I. c. 91. 21) L. I. c. 32 et 33. 22) L. II. c. 10. 23) L. I. c. 27—40.

Ille nihil motus his verbis ait
–⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑ –⏑⏑ ecce recordor
me libris tardas applicuisse manus;
festinare decet, patitur dum tempus et etas.

*l. I. c.* 53. Vides hanc structuram firmam et preeminentem?
Ecce vaticinor tibi . . .

*l. I. c.* 67 *fin.* Qui soliti *(quondam)* fuerant sevum caput abdere larvis
et depredandi tendere decipulas
Furari, que non poterant rapere . . . .

*l. I. c.* 78. Faldera *(igitur)* pontificis magni letetur honore,
virtutes animo contegat, ossa solo.
*cfr. Ovidii ex Ponto l. I,* 2. *v.* 60*:* ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

*l. I. c.* 91. –⏑⏑ –⏑⏑ pulsantur formidine belli.
*cfr. Ovidii Trist. l. III,* 10. *v.* 67*:* trepidant formidine belli. *Valer. Flaccum III, v.* 390*:* meritos formidine pulsant.

*l. I. c.* 91. –⏑⏑ –⏑⏑ sed pravarum molimina rerum.
*cfr. Ovidii Metam. XV,* 578*:* magna quidem rerum molimina vidit in illo.

*l. II. praef.* quia veritas, etsi nonnunquam
impiis odium pariat . . . .
*cfr. Terentii Andriae I,* 1. *v.* 41.

*Ceterum plurimae apud Helmoldum occurrunt dictiones, plurimi loci ex vulgata quae dicitur desumpti; de quibus notae sunt consulendae. Illud quoque hic commemorandum, maximam esse in Helmoldi historia dialogorum copiam; qui in priore eiusdem parte debentur fortasse vetustis carminibus, in ore populi quae ferebantur*[24].

*Chronica Helmoldi medio aevo in Germania septentrionali notissima fuisse atque summi habita, plurimorum historicorum opera demonstrant chronica commemorantium aut ipsa eorum verba suis inserentium. Quos hic enumerabimus:*

1) *Helmoldum* presbyterum et canonicum Butsoniensem *historiam conversionis Henetorum sive Sclavorum ad Christum a temporibus Karoli Magni usque ad haec tempora perduxisse, continuator auctuarii Aquicinctini ad Sigiberti Gemblacensis chronicon a.* 1168 *refert*[25].

2) *Chronicon monasterii S. Michaelis de Saxoniae principibus c. a.* 1230 *scriptum.*

3) *Albertus abbas Stadensis quam multa ad verbum ex chronicis desumpserit, ex eiusdem annalium nova editione perspicitur.*

4) *Chronici Repgowiensis versio Latina duobus locis addit textui vernaculo passus quosdam de constructione castri Segeberg et de Geroldo episcopo (v. Massmann p.* 407. 422. *Schöne p.* 63, *not.* 71*), quos contractos ex narratione Helmoldi facile cognosces. Porro Chronicon Luneburgicum seu codex Gothanus compluribus locis (v. Massmann p.* 524. 525. *Schöne p* 37. 39*) congruit cum Helmoldi c.* 16. 19. 22. 23. 24. *libri I, ubi is Adamum exscripsit. At ei non Adamo, auctori haec loca contribuenda initio eorum probatur. De chronico Luneburgico qua est versio Annalium Palidensium v. supra.*

5) *Historia de duce Heinrico ab auctore anonymo saec. XIV. compilata*[26].

6) *Translatio S. Auctoris archiepiscopi Treverensis*[27]

24) Cfr. l. I. c. 35 et 53. 25) V. apud Miraeum p. 222. Additamenta nonnulla continet editio ista, quae desunt SS. T. VI. 26) Cfr. Archiv T. VI. pag. 656. 27) l. l. p. 654. 655.

7) *Annales civitatis Lubicensis vernaculo sermone scripti, quatenus in Detmari recensione servati sunt.*

8) *Henricus de Hervordia* (*† 1370*) *usus est eo in chronico ad annos* 814. 971. 1104. 1106. 1153. 1156 *hinc illinc compilando, v. Potthast p. XV, qui quod capitulorum numeros non recte aut non accurate attulit mirari debemus.*

9) *Fragmenta quaedam vetusti chronici Brandenburgensis, quae exstant in Pulkawae chronico Bohemico, compilato circa annum* 1373, *nec non fragmenta quaedam chronici episcopatus Brandenburgensis vestigia Helmoldi l. I, cap.* 54 *et* 41 *ostendunt, v. apud Riedel nov. cod. dipl. Brandenburg. IV,* 1. *p.* 4. 272.

10) *Ernestus de Kirchberg in chronico suo rhythmico a.* 1378 *conscripto Helmoldum in linguam vernaculam transtulit.*

11) *Hermanus Cornerus* (*c. a.* 1435), *sicut typis expressus est apud Eccard. T. II, multis locis Helmoldum exscripsit, sive fontem indicans, sive falsum nomen allegans, sive omnino ex quo fonte hauserit tacens*[28].

12) *Hermannus de Lerbeke in chronico comitum Schowenburgensium ab a.* 1030—1404 *pauca illa, quae de comitibus Holsatiae inseruit, Helmoldo debet.*

13) *Presbyter Bremensis, qui ipse Helmoldi continuatorem se praedicat in cap.* 15 *chronici Holtzatiae a.* 1448 *scripti, in parte priore operis nostrum prae oculis habuit. Vide quae in praefatione editionis nostrae huius chronici infra monebimus.*

14) *Auctor chronici quod dicitur der Nordelvischen Sassen, quod explicit a.* 1483, *in priore operis parte Helmoldo usque ad l. I. c.* 89 *usus est, verbotenus ex Latino in linguam Saxonicam transferendo*[29].

15) *Chronicon Slavicum c. annum* 1485 *scriptum, a Lindenbrogio editum*[30], *ipsum Helmoldum laudat.*

16) *Albertus Crummendyk, a.* 1489 *mortuus, in chronico episcoporum Lubicensium.*

17) *Chronicon Bothonis picturatum, a.* 1489 *editum* (*Sächsische Chronik. Mainz* 1492) *refert p.* 798: In der Wendeschen Cronicke schrift de prester Helmandus (*i. e. Helmoldus*), *quo presbitero aliis in locis, e. gr. in p.* 1008. 1128. 1133. 1140, *usum est.*

18) *Schiphower in chronici Oldenburgensium archicomitum c.* 4. *quae tanquam ex authentica chronica quadam desumpta tradit, debet Helmoldi l. I. c.* 27—33 *incl. et c.* 39—41.

19) *Henricus Wolterus in chronico Bremensi ad a.* 1112.[31]

20) *Paulus Lange in chronico Citiensi ad a.* 1117 *Helmoldi nomine laudato verba eius l. I. c.* 39 *citat.*

21) *Theodorus Engelhus in chronico Slavorum ad a.* 888. *et a.* 1088 *ex Helmoldi l. I. c.* 27—30. 32 *sq. haurit*[32].

22) *Plurimum vero eo usus est Albertus Crantzius in omnibus fere operibus suis historicis. Qui Helmoldum tanquam auctorem suum laudat in Vandaliae l. II. c.* 19. *III. c.* 22. *IV. c.* 16. *V. c.* 8.

23) *Auctorem operis falsatorii, quod inscribitur Guntheri Ligurinus, Helmoldo usum esse compluribus locis apparet*[33].

*Restat, ut commemoremus versionis in linguam nostram a viro doct.*

28) V. Archiv T. VI. p. 596 sq. 29) V. editionem meam in T. III. der Quellensammlung der Schl. Holst. Lauenb. Gesellschaft. 30) Inter scriptores rerum septentrion. c. 1—32. 31) ap. Meibom. T. II. p. 48. 32) V. Leibnitii SS. rer. Brunsvic. T. II. 33) Cfr. cum l. I. c. 80. 81. 82. Ligurini l. IV v. 46 sq. v. 395. v. 444. l. II. v. 49 sq.

Laurent iam a. 1852 ad potiorum codicum fidem factae[34], quae excipit versiones supra laudatas Kirchbergii et auctoris chronici der Nordelvischen Sassen.

Codices chronici Helmoldini hice sunt:

1) Codex membranaceus Helmoldi atque Arnoldi historiam complectens, qui quondam fuit Martini Boeckelii I. U. D., syndici reipublicae Lubicensis[35], aulae Holsato-Gottorpiensis cancellarii[36]. Quo primus in utroque scriptore edendo usus est Bangertus neque vero ea, qua par erat, diligentia. Librum Boeckelianum cum comparasset sibi illustris Augustus Adolfus de Cramme, ducis Brunsvicensis consiliarius intimus, paucis ante eius mortem annis (a. 1763), iterum adhibuit in editione utriusque scriptoris, quam parabat, I. B. Coelerus; I. C. Harenberg enim Crammio permittente Coeleri in usum codicem inde ab Helmoldi l. II. c. 13 perlustravit. Attamen Bangerto etiam negligentius eum egisse comprobatur lectionis varietate ab eo e codice enotata, quae adhuc extat inter schedas Coelerianas in bibliotheca universitatis Gottingensis asservatas. Quarum fides cum haud magna sit, tamen non sunt prorsus omittendae; cognoscitur enim hinc non periisse hunc librum manuscriptum. Harenbergius in codice Boeckeliano lacunas quatuor fuisse auctor est; ac quidem primam inde ab Helmoldi verbis l. I. c. 92. cum electa iuvenum manu qui || usque ad c. 94. verba parochia || sua, dominus, secundam a l. II. c. 3. verbis reversus est || Zuerin usque ad c. 9. verba paludosas voragines. Ferve||bat autem, tertiam post verba Arnoldi l. I. c. 4. turgentibus fluctibus usque ad l. I. c. 10. initium, quartam folio exciso in l. VII. c. 8. Prima et secunda lacuna iam Bangerti tempore in codice fuisse putanda est, cum desideretur in his apud eum Boeckeliani codicis lectionis varietas; idemque de tertia videtur esse statuendum; contra in l. VII. c. 8. Bangerti tempore lacunam fuisse negandum. In hisce quatuor lacunis atque in lectionis varietate, quatenus de ea auctoribus Bangerto et Harenbergio constat, cum prorsus consentiant codex Boeckelianus atque codex membranaceus in bibliotheca universitatis Hafniensis (cfr Additamentum ad catal. manuscriptorum Nr. 50) reconditus[37], dubitari non potest, quin hic pro Boeckeliano habendus sit.

De codice Hafniensi sive Boeckeliano cum hucusque ex Bangerti editione, Coeleri schedis atque collatione parum accurata nostrum in usum, mediante v. cl. Kolderup-Rosenvinge, Hafniae facta constaret nobis, a. 1858 ineunte Hamburgum codex liberalissime est transmissus.

Constat e duobus codicibus: quod enim prior librarius suscepit Helmoldi atque Arnoldi uno volumine comprehendendi opus alter perfecit. Prior voluminis Hafniensis codex Helmoldum praefatione tenus et Arnoldi initium complectens quondam fuit 6 denorum foliorum fasciculorum, ex quibus nunc duo mutili sunt, quinti enim folium 8, sexti folia 1—3. 8—10 desiderantur. Has tres lacunas Harenbergius, secutus utriusque scriptoris verba, recte definivit, quanquam ipsam codicis scripturam ne in his quidem assecutus est. Praetermittendum non est, in indice capitulorum utriusque scriptoris codici praefixo haud deesse Arnoldi l. I. c. 3—9, qui nunc desunt. Qua de re infra dictum est (Arnold. 4.).

Codex formae est, quae folio dicitur, eleganter exaratus paginis 33 linearum, quarum 1 et 3, 30 et 33 excedunt lineas utrimque scripturam definientes,

34) T. VII der Geschichtschreiber der Deutschen Vorzeit. 35) Cfr. Hamburgisches Schriftstellerlexicon. 36) Moller Isagoge I, 75. 37) Cfr. Archiv VII. p. 167. 615.

Tab hostibus recipiuntur. De reditu Adolphi comitis.

Erat hec autem comes Adolphus in peregrinacione constitutus. veniens tyrum. cognovit terram suam a duce henrico occupatam. et consilio multorum religiosorum dimissa peregrinacione. reversus est lovenburch. Cum tamen introitu esset. venit ad imperatorem qui tunc in suevia erat.

*A. Wolfskron scripsit*

Bernhardus autem de obsidione et liberacione lovenburch audiens quod adolphus comes propter inimicos sua lubekam oppidumque et stadium. sperans per plurimum prevalere in terra. et nominis sui grandiorem potenciam. veniens in manu valida. cum yvone et aliis cum omni supellectili. dux catholicam veram pacem. obsidione maxima vallavit lovenburch. quod constanter invenitur adolphus comes et bernardus. Cumque diutina obsidione

## 1. C. Helmoldi et Arnoldi Harniensis.

*Helm. 1.*

Incipiunt cronica slavorum edita a venerabili helmoldo presbitero. de destructione danorum. Explicit.

Operae pretium existimo in exordio huius intentionis aliquid de slavorum prin

## 3. Historia Welforum.

*c. Weingartensis iam Fuldensis.*

ciensem epm. Cuchonem. et Rŏdolfum. Sed iam igitur CONRADVS in episcopatum promotus patrimonium quod a patre possederat. Altdorf. 7 wolpoteswende. Berge. Fronehouen. cum suis attinenciis. et omnia ultra fluvium nostrum scuhina sita. sicut ad nos hodie pervenit. fratri suo Rŏdolfo pro concambium donavit. et ipse ab eo

## 5. Chronographi Weingartensis cod. 2.

bam et apuliam sine marte cepit. Deinque filiam imperatoris grecie nomine hyrene infra nubiles annos positam quam in palacio paler-nensi invenit phylippo

*R. Wilmans scr.*

## 4. Historia Welforum. Codex Raitenbuch.

Patavienses. Bragensis. Pedonensis. Leodiensis. ac ceteri principes. Fridericus senior dux filius C. regis. Gvelfo dux filius Gvelfonis dux. Berengerius comes &

*L. Weiland scr.*

## 6. Giselberti. Hanoniae chronicon.

*C. Paris. Latin. 11, 105. in 8° long.*

Cum de gestis et genealogiis dominorum Comitum Hanoniensium. Imperatorum quoque quorundam romanorum et constantinopolitanorum. et regum francorum. Iherosolimitanorum. et sicilie et anglorum. multorum quoque principum et aliorum nobilium cum ipsis comitibus sub bre

## 7. Ministeria curiae Hainoensis. Rotulus Montensis.

cum ipsa margareta nupsit Balduino Comiti. que in medio monasterio montensi sepulta est. et hoc feodum fuit datum inde amandi camerarii.

Et Henricus melbod. venator est hereditarie.

*W. Arndt del. Montibus 8/10 67.*

[illegible]

*genere scribendi quod similia circumspicienti (veluti cod. ann. Ryensium Hamburgensem v. Tab. SS. T. XVI) videtur fuisse usitatum librariis Nordalbingiae. Minium est adhibitum in appingendis capitulorum inscriptionibus, fere semper scriptis in praecedentis capituli linea ultima, ex parte huic rei reservata. Quanquam propter spatii angustiam in margine adiicienda aliquoties omissa est. Praeterea minio usus est in sententiae cuiusvis litteris initialibus atque minio perscripsit cuiusque capituli litteram initialem, quod in definiendis capitulorum initiis pro subsidio est. In fronte codicis minio scripta habes haec:* Incipiunt cronica Slavorum, edita a uenerabili helmoldo presbitero. de distinctione Slauorum. Capitulum I; *in fronte libri secundi:* praefatio sequentis operis. Capitulum XCVI; *in fronte Arnoldi:* Prologus operis sequentis. Capitulum CXI.

*Aetatem codicis, cuius scripturae specimen videas in tabula I, aestimanti magis etiam universa eius species quam singula respicienda. Sed non praetermittendum est* e *litteram diphthongorum* ae *et* oe *locum obtinere,* t *et* c *litteras esse simillimas, apicem in* i *littera eo potissimum consilio adhiberi ne* i u n m *litteris se excipientibus erret lector, puncto hanc litteram nunquam insigniri; litteris capitulorum initialibus nondum esse adiecta ornamenta illa, quae valde adamarunt saeculo XIV. exeunte et saeculo XV. librarii. In compendiis scripturae constat sibi librarius;* p *et* d *litteras cum sequentibus saepissime ligatura coniunxit; parvulas voces, maxime praepositiones cum saepius in unum coniunxerit cum voce sequente, in verbis, substantivis, adiectivis compositis fere semper praepositionem seorsim posuit. In interpungendo certa regula non desideratur: minima quaeque enim puncto dirimuntur; sententiarum initia litteris aliquanto maioribus insignita. Hisce indiciis si illud potissimum adieceris, universam scripturae speciem esse referendam ad illud tempus, quo librarii litterarum infringendarum morem nondum receperant, sed ad eum deolinabant: liber poterit saeculo XIII. exeunte, certe non post saeculi XIV. partem priorem esse scriptus.*

*Codice hoc iam demum collato occurrit index librorum ecclesiae maioris Lubicensis anni* 1297, *quem edidit Leverkus, Urkundenbuch des Bisthums Lübeck, Tom. I. p.* 383 *sq., in quo p.* 388 *invenitur liber, qui annotatur his verbis:* Item cronica istius terre. EH. tertium folium „annos". vltimum fol. „barbarorum". *Hunc librum chronicon Helmoldi nostri et ipsum codicem Boeckelianum fuisse opinatur Leverkus, et certe verisimile est. Codex noster igitur ante a.* 1297 *scriptus esset.*

*Quamvis codex noster diligenter et accurate scriptus sit et plura quae abhorrent ab emendato dicendi genere, ipsius Helmoldi, non librarii vitio sint commissa, tamen in varietate lectionis sat multa invenies prave scripta in hoc libro, qui cum sit aetate maximus inter Helmoldi libros, non tantae auctoritatis est, ut ad hunc unum sit confugiendum in edendo Helmoldo.*

*Commemoranda hic sunt etiam pauca illa scholiorum instar habenda, quae atramento pallidiore et flavescente saeculo XV. margini sunt adscripta. Quae homini cuidam inimico Thetmarcorum libertati pristinae deberi facile cognoscitur. Novies enim disertis verbis animadvertit animum lectoris ex Helmoldo refelli posse, qui putent inde a Karoli Magni tempore Thetmarcos nullius ditioni fuisse subditos. Ab eodem emendationes nonnullae in verborum continuitate profectae sunt, idem de Arnulfi morte deque Benedicto papa ab Ottone imperatore Hamburgum ducto ibique sepulto quaedam adiecit, de quibus in*

notis dictum est[38]. Denique animadvertit in eo capite quod librarius capitulorum numerum per totum volumen perducturus numero CXI notavit, incipere Arnoldum: adscripsit enim haec ultimis capitis praecedentis verbis: hic est finis cronice Slavorum. Praeterea saepissime in margine codicis librarius nota, manus recentissima aliquoties margini numeros annorum adiecit, ipsa verba difficiliora ad legendum explicavit, quae nullius momenti sunt.

Et de primis Arnoldi verbis, quae Boeckeliani codicis pars prior continet et de eiusdem libri manuscripti parte altera in adnotationibus plura dicemus, quae ad codices Arnoldinos 4 et 5 pertinent.

1*) Cum codice quondam Boeckeliano, nunc Hafniensi, comparandus est alter Hafniensis chartaceus Arnae Magnaei N. 30 in folio scriptus manu parum eleganti, scribendi compendiis redundans. Codex 56 foliorum Helmoldum integrum atque Arnoldi libri I. capita novem priora usque ad verba noni: camelos, qui eas ferrent continet. Explicit Arnoldi fragmentum f. 55, in pagina sequenti c. 64 antea omissum legitur. Sequuntur tractatus quidam historici[39]. In pagina prima codicis leguntur verba haec: Detur dilecto fratri meo priori Marquardo Holtzen de .. Scriptus est codex saec. XV, id quod cognoscitur ex verbis in fine adiectis: Etc. queritur finis huius opusculi a. 1472. Cum voluminis Boeckeliani codex prior defecerit in eodem capite, quod est ultimum licet non perscriptum codicis Hafniensis chartacei, cum index capitulorum utriusque scriptoris discrimine non facto in Hafniensi chartaceo ad c. 119. deductus sit, in Boeckeliano autem hic quaedam fiat distinctio, cum rubrae atque lectiones parum modo discrepent inter se, uterque codex ex eodem libro Helmoldum atque Arnoldi prima capita continente manasse, non vero Hafniensis chartaceus ex Boeckeliano descriptus esse putandus est. Utrique codici sicut editioni Schorkelianae unus idemque archetypus fuisse videtur, quem editio fideliori modo est secuta quam Hafniensis chartaceus. Qua de re duo tantum capitula ex codice hocce lectionis varietatem nobis praebuere.

2) Tertius codex Helmoldum atque Arnoldum continens in bibliotheca Lubicensi publica asservatur, codex chartaceus saec. XV. scriptus forma quadrata nunc foliorum est 205, fasciculorum ex duodenis foliis constantium 17; 18. primo folio tenus postmodum resectus est. Ita fit ut in hoc codice ultima libri septimi inde a cap. 16. verbis Poloni quoque Boemi desint. Singulorum fasciculorum in paginis ultimis ipse codicis scriba adiecit custodes, qui a compactore ex parte resecti sunt. Praeterea codicis folia suis numeris notavit, usus signis Arabicis, quae vocamus, vetustioribus illis, qualia usque ad iniens saec. XVI. fuere. Totus codex ab eadem manu est scriptus atramento tenui ideoque propter vetustatem flavescente, calamo festinante neque semper constante sibi. Hinc litterae parum elegantes paulo maiores sunt in primo codice versuum sine lineis scriptorum, numero vicenarium vix superante, postea vero quadragenarium fere aequante minutiores, ne dicam minimae fiunt. Minium in priore codicis parte Helmoldum continente nisi ad capitulorum litteras initiales atque lineas quasdam litterarum in ipsa verborum continuitate insigniendas non adhibitum; in parte codicis altera inde ab initio Arnoldi litterae praeter initiales etiam capitulorum inscriptiones, quae desiderantur in Helmoldo, minio sunt appictae. Plurimis scripturae compendiis usum esse codicis scribam ideo dolendum, quod hic illic nascitur hinc in codice legendo difficultas: quanquam negandum non est, haud desiderari in adhibendis compendiis rationem atque normam. In uni-

38) V. Helm. I, I. c. 3. 7. 10. 39) V. Waitzii codicis descriptionem Archiv VII. p. 615 sq.

*versum de codicis pretio iudicanti concedendum erit scribam quae descripsit intellexisse. Hinc rariora quam in ceteris codicibus vitia corrigenda: quanquam nonnulla ab ipso scriba correcta, nonnulla in verborum continuitate omissa a manu paulo recentiore in margine suppleta invenies. Sed rationem scribendi hic illic perquam singularem, praesertim in nominibus propriis ab eodem scriba haud dubie esse profectam, ubi hoc codice utaris, haud praetermittendum est. Si ab supplementis illis modo commemoratis recesseris, plurimas notas marginales minimi aestimabis pretii, atque factas eas esse a manibus diversis diverso tempore; quaedam tantum gravioris momenti in notis commemorabuntur.*

*Supra iam diximus in codice hoc Arnoldum mutilum esse in fine. Neque Helmoldus est integer, cum ei desit cum praefatione ad patres Lubicenses directa, totius historiae titulus. Quae cum primo codicis folio periisse ideo est negandum, quod primus huius codicis fasciculus duodenorum sicut ceteri est foliorum.*

*Unum addendum, hunc librum manuscriptum ab Andrea Pouchenio Lubicensis ecclesiae superintendente quondam concessum Reineccio atque post eum ex bibliotheca Lubicensi nactum esse Bangertum. Uterque hoc libro in editione sua conficienda pro fundamento usus est. De Arnoldo conferas adnotationes nostras sub n.* 8 *factas.*

3) *Codice in gymnasii Stettinensis bibliotheca quondam asservato Helmoldum et Arnoldum continente usus est Bangertus, qui huius quoque codicis lectiones varias in editione sua nobis servavit. Nam codex ipse nunc videtur periisse, neque apographus iubente Christina Sueciae regina paulo ante annum* 1657 *factus*[40] *ubi nunc recondatur constat. Ceterum codex Stettinensis valde consonus fuit Lubicensi.*

4) *Christiani Distelmeieri codice nunc deperdito usus est Reineccius. In quo dedicationem quidem Helmoldi ad canonicos Lubicenses datam, quae deest codicibus ceteris, reperit Reineccius, in reliqua vero parte tantae fuerunt lacunae, ut hunc codicem pro prima quadam operis adumbratione ab Helmoldo facta habuerit*[41].

5) *Manuscriptorum librorum catalogo, qui est imperatoriae bibliothecae Vindobonensis, Helmoldinus codex quidem inscriptus neque vero numero est notatus. Quem librum frustra hucusque scrutati sunt*[42].

6) *Helmoldi codicem, quo Henricus Ernstius usus fuerit, editio Bangertiana memorat in pag.* 48.[43]

7) *Catalogus bibliothecae quondam Bordesholmiensis*[44] *mentionem facit codicis Helmoldi. Qui utrum perierit, an sit idem atque unus codicum supra memoratorum, ignoramus.*

*Helmoldi* editiones *hucusque factae hae sunt:*

1) *Helmoldi editio princeps* (S) *prodiit curis Mag. Siegmundi Schorkelii medic. doctoris Naumburgensis, ornata epistola Philippi Melanchthonis ad ducem Stettinensem Iohannem Fredericum, Philippi filium. Quae Francofurti impressa est a Petro Brubachio a.* 1556 *mense Augusto in* 4, *facta ad codicem, qui fuit archetypus librorum manuscriptorum a nobis numeris* 1 *et* 1* *notatorum. Hinc et editio deficit in verbis Arnoldi in l. I. c.* 9 sex camelos, qui eas ferrent *eiusque finem facit Schorkelii notatio:* Reliqua in manuscripto codice

40) V. Micraelium apud de Westphalen Mo umenta inedita T. III. p. 1907.

41) Prooemii in p. 2.

42) V. Archiv. T. IV. p. 212.

43) Helmold. l. I. c. 15.

44) V. Merzdorf, Bibliothekarische Unterhaltungen. Neue Samml. p. 38

desyderantur. *Editio haec repetita est a.* 1573 *eadem forma; num vero a.* 1572 *quoque excussa sit forma* 16. *quae dicitur, iam dubitavit Io. Mollerus*[45].

2) *Reinerus Reineccius professor in academia Iulia historicus*[46] *codicibus usus Lubicensi et Distelmeieri, de quibus sub numeris* 2 *et* 4 *egimus, denuo Helmoldum edidit: cui primus adiunxit totam Arnoldi historiam exceptis ultimis quinque capitulis. Editio haec propter errores quosdam in numeris capitulorum atque in Helmoldi et Arnoldi libris discernendis commissos minus commoda, sed Arnoldum primum publici iuris faciendo bene merita, prodiit apud Andream Wechelium Francofurti a.* 1581 *fol.*[47]

3) *Primus utrumque scriptorem notis perquam doctis illustravit Henricus Bangertus Waldeccensis, rector scholae publicae Lubicensis, a.* 1665 *mortuus*[48]. *In hac editione quae prodiit Lubecae a.* 1659 *apud Statium Wesselium in* 4. *Bangertus usus est codicibus Helmoldinis* 1. 2. 3, *Arnoldinis* 2. 4. 5. 8. 9, *editionibus et Schorkelii et Reineccii. Errorem molestissimum, qui a Reineccio editore in numeris librorum capitumque erat commissus, Bangertus secutus est, sed ita quidem, ut Arnoldi liber primus initio numero tertio, postea vero numero secundo notatus sit. Multis et aliis scatet haec editio vitiis, quae vel ex codice Lubicensi emendari potuissent, a Bangerto potissimum adhibito. Lectiones variae ab editore in calce sunt adiectae. Editionis huius cum centum fere exemplaria pignori apposita comparasset sibi Petrus Boekmannus bibliopola Lubicensis Io. Molleri praefatione novoque titulo ornata a.* 1702 *tanquam novam utriusque scriptoris editionem proposuit. Quod A. Leopoldo I. U. D. Lubicensi mediante factum esse ex epistolis eius quibusdam ineunte a.* 1702 *ad Mollerum directis cognoscitur.*

4) *Ultima utriusque scriptoris editio, quam nostra excipit, facta est in Leibnitii collectione Scriptor. rer. Brunsvicens. T. II, qui Bangerti textum erroribus non emendatis repetiit itemque dedit lectionis varietatem ab illo in calce additam. Quae ex Corneri chronico tanquam meliorem Arnoldi ex codice nunc deperdito recensionem adnotavit fere nullius pretii sunt, cum Cornerum valde immutavisse utriusque scriptoris verba alio loco demonstraverimus*[49].

*Iam paucis de nostrae Helmoldi editionis ratione est agendum, qua usi genus Helmoldinorum codicum, de quo infra dictum est, ordinavimus. Et ita quidem versati sumus, ut codici Boeckeliano* (1.) *priores tribuerentur partes; alterius contra apographi Hafniensis* (1*) *minimum pretium lectionis varietate per duo tantum capita adnotata iam satis enuntiatum esse videbatur. Ut vero Schorkelianae editionis* (S) *plus haberemus rationem, cognatio eius propinquior cum duorum horum codicum archetypo nobis persuasit. Quibus locis Boeckelianus ille codex erravit, et Lubicensem librum manuscriptum* (2.) *cum Boeckeliano plerumque quidem consentientem consuluimus et lectiones varias ex codice Stettinensi* (3.) *a Bangerto nobis praebitas. Praeterea Reineccii editio* (R.) *nobis non erat praetermittenda, cum praesertim ex codice Distelmeieriano* (4.) *dedicationem illam ab Helmoldo ad patres Lubicenses directam et multas lectiones a ceteris codicibus discrepantes hausisset. Demum ut ad perfectum perveniremus, Bangertianae editionis doctissimae lectionis varietatem adiecimus sub littera* B. Ed. *significat editiones Bangerti et Reinecii, quibus* Edd. *etiam Schorkelianam editionem addit.*

45) Cimbria liter. T. III. p. 316 et Isagoge T. I. p. 72. 46) V. commentationem de Reineccii vita et scriptis in Erhard et Rosencranz, Zeitschr. f. Gesch. u. Alterth. Westfalens. T. IX. 47) V. Archiv. T. VI. p. 581. 48) V. vitam Bangerti auct. Curtze in Beitr. zur Gesch. der Fürstenthümer Waldeck u. Pyrmont. II, 1, 7 sqq. 49) V. Archiv. T. VI. p. 596 sqq.

# HELMOLDI PRESBYTERI BOSOVIENSIS CHRONICORUM SCLAVORUM LIBER I.

*Reverendis dominis ac patribus sanctae Lubecensis ecclesiae canonicis Helmoldus, ecclesiae quae est in Buzu, indignus servus, debitae obedientiae voluntariam exhibitionem*[a].

*Retractavi in longa meditatione quid operis acceptarem*[1], *quo matri meae, sanctae Lubecensi ecclesiae, aliquem famulatus mei*[2] *honorem impenderem, sed nihil aptius occurrit animo, quam ut ad laudem ipsius scribam conversionem Sclavicae gentis, quorum scilicet regum sive praedicatorum industria, christiana religio his in partibus primum plantata et postmodum restaurata fuerit. Hortatur me ad id studium scriptorum, qui ante nos sunt, imitabilis devotio, quorum plerique propter magnum scribendi studium*[b] *omnibus negotiorum tumultibus renunciarunt, ut in secreto contemplationis otio invenire possent viam sapientiae, praeferentes eam auro obryzo et cunctis opibus preciosis: qui etiam extendentes aciem ingenii ad invisibilia Dei et ipsis arcanis approximare cupientes, plerumque supra vires laborare nisi sunt. Alii autem, quorum conatus non fuit tanti, consistentes in suae dispositionis meta, auxerunt et ipsi de simplicitate sua arcana scripturarum, multaque ab ipsa constitutione*[3] *mundi de regibus et prophetis et variis bellorum eventibus commentantes, super*[c] *virtutibus laudem, vitiis vero detestationem suis praeconiis addiderunt. In huius enim seculi tenebrosa caligine, si desit lucerna scripturarum, caeca sunt omnia. Arguenda igitur est modernorum insolentia, qui de abysso iudiciorum Dei*[4] *multa sicut olim ita et nunc emanare videntes, obturaverunt venas eloquentiae suae, aversi in lubricas huius vitae vanitates. Ego autem in eorum laudem, qui Sclavorum provinciam diversis aetatibus manu*[5], *lingua, plerique etiam sui*[d] *sanguinis effusione illustrarunt, operis huius paginam dicandam arbitror, quorum gloria non erit obstruenda silentio: quia post excidium Aldenburgensis ecclesiae Lubecensium inclytam civitatem, Domino favente, ad hunc decoris apicem provexerunt, ut inter omnes Sclavorum opinatissimas*[e] *civitates haec iam caput extulerit tam rerum opulentia quam religione divina. Porro aliis omissis, quae nostra aetate gesta sunt, quae aut longaevis viris referentibus percepi aut oculata*[f] *cognitione didici, statui Domino propitio cum fide perscribere, tanto sane effusius, quanto uberius suppeditat scribenda gestarum nostro tempore rerum magnitudo. Nec ad hoc opus temeritas impulsat, sed praeceptoris mei venerabilis, Geroldi episcopi, adduxit persuasio, qui primus Lubecensem ecclesiam fecit insignem cathedra simul et clero.*

## INCIPIUNT CRONICA SCLAVORUM[g] EDITA A VENERABILI HELMOLDO PRESBITERO[h].

1. *De distinctione Sclavorum.* Opere precium existimo in conscriptionis huius introitu[i] aliqua de Sclavorum provinciis, natura, moribus, historico[k] prelibare compendio, quantis scilicet ante conversionis gratiam errorum nexibus impliciti fuerint, ut per quantitatem morbi facilius agnoscatur efficacia divini remedii. Sclavorum igitur[l] populi multi sunt habitantes in litore balthici maris. Sinus huius maris ab occidentali oceano[m] orientem versus porrigitur, appellatus ideo balthicus eo[n] quod in modum balthei longo tractu[o] per Scythicas[p] regiones tendatur usque in Greciam. Idemque mare barbarum seu pelagus Scythicum vocatur a gentibus, quas alluit, barbaris[6]. Hoc mare multe circumsedent nationes. Dani siquidem ac Sueones, quos Northmannos vocamus, septentrionale litus et omnes in eo continent[q] insulas. At litus australe Sclavorum incolunt nationes[7], quorum ab oriente[r] primi sunt Ruci, deinde Poloni[s], habentes a septentrione Pruzos[t], ab austro Boemos[u, 8] et eos qui dicuntur Moravi[v] sive[w] Karinthi atque Sorabi. Quod

a) *praefatio haec, quae in caeteris codicibus deest, a Reineccio ex cod.* 4 *deprompta est.* b) studium dum *male apud* R. c) *ita* R.; *legendum fortasse* semper. d) *ita correxi*, in R. e) *ita correxi*, optimatissimas R. *Conf. infra l. I. cap.* 12. *cap.* 15. *(ex Adamo Brem.) cap.* 41: vir magnae opinionis *i. e. famae. Adam. l. IV. c.* 9. *Similiter etiam hoc verbo usus est Cassiodorus lib. III. epist.* 3. *coll. III,* 3. 48. *I,* 24. 23. 43. *VIII,* 26. 33. *Item Guil. de Nangis ad a.* 1140. *Iordanes de reb. Geticis etc.* f) *ita correxi*, occulta *Ed.*; *conf. Arnold. l. VII. c.* 20: oculata fide. g) Slav. 1 *semper*; Sclav. 2 *saepius, sed minime constanter, unde recepimus.* i) *adiectum ex cod.* 1. h) initio S. R. k) historiaco 2. l) ergo *Edd.* m) occeano 1. 2. n) eo *deest* S. R. o) tractatu 2. p) schiticas *et paulo post* schiticum 1. 2 q) continentes 3; tenent *Adamus*; obtinent *Edd.* r) orienti 2. s) Polani 2. t) Prutzos 1*. u) Boiemos *Edd.* v) *ita* 1 *e corr.* marai *priori manu*; Morabi *Edd.*; Marahi 2. w) sive *deest* 4.

1) i. e. eligerem; conf. infra cap. 52: *quem sors acceptaverit.* 2) Bosau fuit parochia dioeceseos Lubecensis. 3) i. e. creatione. 4) Ps. 35, 7. 5) i. e. armis. 6) Ex Adamo l. IV. c. 10. 7) *multe — nationes* ex Adami l. II. c. 16; cfr. ibid. l. IV. c. 12. 8) ex Adami schol. 15 aliquantum immutatum.

si adieceris Ungariam in partem Sclavanie[a], ut quidam volunt, quia nec habitu nec lingua discrepat[9], eousque latitudo Sclavice lingue[b] succrescit, ut pene careat estimatione.

Omnes hee nationes[c], preter Pruzos, christianitatis titulo decorantur. Diu enim est ex quo[d] Rucia credidit[e]. Rucia autem vocatur a Dania Ostregard[f], eo quod in oriente positus[g] omnibus abundet bonis. Hec etiam Chunigard dicitur, eo quod ibi sedes Hunorum primo[h] fuerit[10]. Huius metropolis civitas est Chue[11]. Quibus autem doctoribus ad fidem venerint, minime compertum habeo, nisi quod in omnibus observantiis suis Grecos magis quam Latinos imitari videntur. Nam Rucenum[i] mare[k] brevi[l] in Greciam transmittit.

Pruzi necdum lumen fidei cognoverunt[m], homines multis naturalibus bonis prediti, humanissimi erga necessitatem patientes, qui etiam obviam tendunt hiis, qui in mari periclitantur, vel qui a piratis infestantur, et subveniunt eis. Aurum et argentum pro minimo ducunt. Pellibus habundant peregrinis, quarum odor letiferum nostro orbi superbie venenum propinavit[n]. Et illi quidem uti stercora hec habent, ad nostram credo dampnationem, qui ad marturinam vestem anhelamus quasi ad summam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis[o], quos[p] nos appellamus faldones, illi offerunt tam preciosos martures[q]. Multa poterant dici de hoc populo laudabilia in moribus, si haberent solam fidem Christi, cuius predicatores immaniter persecuntur. Apud illos martyrio coronatus est illustris Boemie episcopus Adelbertus. Usque hodie profecto inter illos, cum cetera omnia communia sint cum nostris, solus prohibetur accessus lucorum et fontium, quos autumant pollui christianorum accessu. Carnes iumentorum pro cibo sumunt, quorum lacte vel cruore utuntur in potu, ita ut inebriari dicantur. Homines hii cerulei, facie rubea et criniti. Preterea inaccessi paludibus, nullum inter se dominum pati volunt[12].

Ungarica gens validissima quondam et in armis strennua, ipsi etiam Romano imperio formidolosa. Nam post Hunorum atque Danorum strages[13] tercia Ungarorum desevit[r] irruptio[14], omnia finitima regna vastans atque collidens. Collecto enim inmenso exercitu, bellica manu[s] omni Bawaria sive[t] Suevia potiti sunt; preterea loca Reno[u] contigua depopulati sunt; Saxoniam quoque usque ad occeanum Britannicum igni[v] atque cruore compleverunt[15]. Quantis autem imperatorum laboribus et christiani exercitus dispendio subnervati[16] fuerint et divinis legibus subacti, multorum habet notitia et publice loquuntur historie.

Karinthi[w] confines sunt Bawaris, homines divino cultui dediti, nec est ulla gens honestior et in cultu Dei et sacerdotum veneratione devotior.

Boemia habet regem et viros bellicosos, plena est ecclesiis et religione divina. In duos disterminatur episcopatus, Pragensem et Olomucensem.

Polonia, magna Sclavorum provincia, cuius terminum in Rucie regnum dicunt connecti[17]. Et dividitur in octo episcopatus. Quondam habuit regem, nunc autem ducibus gubernatur. Servit et ipsa, sicut Boemia, sub tributo imperatorie maiestati. Est autem Polonis atque Boemis eadem armorum facies et bellandi consuetudo. Quotiens enim ad externa bella vocantur, fortes quidem sunt in congressu, sed in rapinis et mortibus[18] crudelissimi: non monasteriis, non[x] ecclesiis aut cimiteriis parcunt. Sed nec alia ratione extraneis bellis implicantur, nisi conditionibus admissis, ut substantie, quas sacrorum locorum tuitio[y] vallaverit, direptionibus[z] publicentur[19]. Unde etiam contingit, ut propter aviditatem predarum amicissimis sepe abutantur ut hostibus, ob quod rarissime ad quaslibet bellorum necessitates adsciscuntur. Hec de Boemis atque Polonis et ceteris orientalibus Sclavis dicta sufficiant.

2. *De civitate Iumneta*[*] Ubi igitur Polonia finem facit, pervenitur ad amplissimam Sclavorum provinciam, eorum qui antiquitus Wandali, nunc autem Winithi sive Winuli appellantur[20]. Horum primi sunt Pomerani, quorum sedes protenduntur[a] usque ad Oderam[b, 21]. Est autem Odera ditissimus amnis Sclavice regionis et oritur in profundissimo saltu Marahorum[c], qui sunt ab oriente Boemie, ubi et Albia sortitur principium. Nec longis ab invicem distant spaciis, sed[d] diverso currunt meatu. Albia enim in occasum ruens, primo

a) Slavoniae *Edd.* b) ligue 2. c) regiones S. R. d) est quo 2. e) credit 1. 1*. f) Astrogard 2. g) posita *schol. Adami.* h) primo *deest* S. R. i) Rutenum S. R. k) more 1*. l) brevi spatio 4. m) tamen sunt *add.* 4. n) propinat 1*. o) vestimentis 1*. p) *sic Edd. et Mss.; lege* quae. q) martires 2. r) deseuiit *Edd.* s) bellica manu *desunt* S. R. t) et S. R. u) Reni 2. v) igne 1. w) charinthi 1. x) nec 1*. y) dicio 2. z) directionibus 2. *) vinneta 1; *lectio haec orta esse videtur ex lectione codicis 6 Adami Bremensis:* Uimne, *pro* Iumne, *simili modo quo* Iumneta *huic ipsi voci est substituta, nomen quod optime convenire videbatur civitati Winetorum; confr. infra cap.* 15. a) portenditur 4; portenduntur 1. S. b) Odora 1 *semper, Edd.* c) Moraehorum 1*. d) sed *deest* 1. 1*.

9) Ex eodem l. II. c. 18, qui tamen haec de Polanis, non de Ungaris refert. 10) Verba: *Russia vocatur — fuerit* ex scholio 116 ad Adami l. IV. c. 11. A Saxone Gramm. urbs illa vocatur Konogard. 11) Ex Adamo l. II. c. 19. 12) *Prusi homines humanissimi — pati volunt* ex Adamo l. IV. c. 18. 13) De Danis prostratis ab Arnulfo rege v. Adami l. I. c. 49. 14) *irruptio Ungarorum* ex Adami l. I. c. 52. 15) V. infra cap. 8. 16) *subnervati* v. etiam cap. 12 init. cap. 25. 17) *Polonia — connecti* ex Adami l. IV. c. 13. 18) i. e. caedibus. 19) *publicare,* publici iuris facere; cfr. infra cap. 6. 20) Fere ex Adami l. II. c. 18. 21) Conf. ibid. c. 18. 19.

impetu Boemos alluit cum Sorabis, medio cursu Sclavos dirimit a Saxonibus, novissimo Hammemburgensem[a] parrochiam dividens a Bremensi, victor oceanum ingreditur Britannicum. Alter fluvius, id est Odera, vergens in boream, transit per medios Winulorum populos, dividens Pomeranos a Wilzis[22]. In cuius ostio, qua balthicum alluit pelagus[23], quondam fuit nobilissima civitas Iumneta[b], prestans celeberrimam stationem barbaris et Grecis, qui sunt in circuitu. De cuius preconio urbis, quia magna quedam et vix credibilia recitantur, libet aliqua commemorare, digna relatu. Fuit sane maxima omnium quas Europa claudit civitatum, quam incolunt Sclavi cum aliis gentibus permixtis[c] Grecis et barbaris. Nam et advene Saxones parem cohabitandi licentiam acceperunt, si tantum christianitatis titulum ibi commorantes non publicassent. Omnes enim usque ad excidium eiusdem urbis paganicis ritibus oberrarunt. Ceterum moribus et hospitalitate nulla gens honestior aut benignior potuit inveniri. Civitas illa mercibus omnium nationum locuples nichil non[d] habuit iocundi aut rari[24]. Hanc civitatem opulentissimam quidam Danorum rex, maxima classe stipatus, funditus evertisse refertur[25]. Presto sunt adhuc antique illius civitatis monumenta. Ibi cernitur Neptunus triplicis nature. Tribus enim fretis alluitur illa insula, quorum aiunt unum esse viridissime[e] speciei, alterum subalbide, tercium motu furibundo perpetuis sevit tempestatibus[26].

Sunt et alii Sclavorum populi, qui inter Oderam et Albiam[f] degunt, longoque sinu ad austrum protenduntur[g], sicut Heruli[h] vel Heveldi, qui sunt iuxta Habolam fluvium, et Doxani[i], Leubuzi et Wilini, Stoderani[k] cum multis aliis[27]. Post Odere igitur lenem meatum et varios Pomeranorum populos ad occidentalem plagam occurrit Winulorum provincia, eorum qui Tholenzi sive Redarii dicuntur. Civitas eorum vulgatissima Rethre, sedes ydolatrie. Templum ibi magnum constructum demonibus, quorum princeps est Redegast. Simulacrum eius auro, lectus eius[l] ostro paratus. Civitas ipsa novem habet portas undique lacu profundo inclusas[m]. Pons ligneus transitum prebet, per quem tantum sacrificantibus aut responsa petentibus via conceditur[28]. Deinde venitur ad Circipanos[n] et Kycinos, quos a Tholenzis et Rederis[o] separat flumen[p] Panis et civitas Dimine. Kycini et Circipani, cis Panim, Tholenzi[q] et Redari trans Panim habitant. Hii quatuor populi a fortitudine Wilzi sive Lutici[r] appellantur. Ultra illos sunt Linguones et Warnavi. Hos secuntur Obotriti, civitas eorum Mikilinburg. Inde versus nos Polabi, civitas eorum[s] Racisburg[29]. Inde transitur fluvius[t] Travena in nostram Wagirensem[u] provinciam[30]. Civitas huius provincie quondam fuit Aldenburg maritima[31]. Sunt et insule balthici[v] maris, que incoluntur a Sclavis, quarum una Vemere[w] vocatur. Hec opposita est Wagiris[x], ita ut videri possit Aldenburg[y]. Altera insula, longe maior, est contra Wilzos posita, quam incolunt Rani, qui et Ruiani[z], gens fortissima Sclavorum, qui soli habent regem, extra quorum sententiam nichil agi de publicis rebus fas est: adeo metuuntur propter familiaritatem deorum vel potius demonum, quos maiori pre ceteris cultura venerantur[32]. Hii igitur sunt Winulorum populi, diffusi per regiones et provincias et insulas[*] maris. Omne[a] hoc hominum genus, ydololatrie cultui deditum, vagum semper et mobile, piraticas exercentes predas, ex una parte Danis, ex altera Saxonibus infestum. Sepius igitur multisque modis magnorum imperatorum atque sacerdotum solertia temptatum est, si gentes iste rebelles et incredule possent aliquatenus ad agnitionem divini nominis et credulitatis[33] gratiam adduci.

3. *Quomodo Karolus Saxones ad fidem convertit.* Inter omnes ergo strennuos christiane fidei propagatores, qui pro fidei sue merito laudabilem adepti sunt principatum, gloriosissimus semper elucet Karolus, vir[b] omnium scriptorum preconiis attollendus et in fronte statuendus eorum, qui pro Deo[c] in partibus aquilonis laboraverunt. Ipse enim Saxonum gentem ferocissimam atque rebellem ferro perdomuit et[d] christianis legibus subegit. Saxones autem vel[e] Thuringi itemque cetere que iuxta Renum sunt nationes ex antiquo Francis tributarie leguntur. Quibus deinde a regno eorum deficientibus, Pipinus, genitor Karoli, bellum intulit, quod tamen filius maiore felicitate peregit. Longo igitur tempore bellum adversus Saxones profligatum, est[34], quod magna[f] utrinque animositate, tamen maiori Saxonum quam Francorum dampno per continuos triginta tres annos gerebatur. Poterat siquidem[g] citius finiri, si Saxonum hoc pertinacia pateretur[35], qui libertatem armis tueri malentes, Francorum terminos usque ad Renum vastabant. Nullis itaque fere annis[h] a bello vacantibus, tandem Saxones ita profligati leguntur, ut ex hiis, utrasque ripas Albie incolunt, decem milia hominum cum mulieribus et parvulis in Franciam translati sint. Et hic annus est diuturni Saxonum belli tricesimus tertius, quem Francorum hystorici

a) hammenburgensem 1*. 2. *Edd.* b) *sic legendum; vid. supra pag.* 12. *not.* *; Vimneta S.; Vinneto 1. R.; Uiniueta *sive* Ninineta 2; Immuneta 4; Wynneta *Kirchberg.* c) *fortasse legendum* permixti; *deest haec vox Adamo l. l.* d) non *deest* 1*. e) esse vir. 2. f) Albiam et Oderam *Ed.* g) portenduntur 1. 2. h) Herili 1, *sed ab alio* u *superscriptum est.* i) *sic legendum v. Adam. l. l.; ubi tamen* 4 doxam; Doxam 1. 2. S. R.; an der Dosse *Kirchberg.* k) *lege* Wilini et Stoderani. l) eius *deest* S. R. *Adamo.* m) inclusa *Adamus.* n) Curipan. 2 *saepius.* o) Rederis *codd. et Edd.* p) flumine 2. q) theolenzi 1. r) sive Lut. *desunt* 1*. s) illorum 1*. S. R. t) fluvius *recentiori manu additum in* 1. u) waireusem 2. v) balthei 1. w) Fembre 4. x) Wairis 2. y) *i. e. Aldenburgi;* ab *cum Adamo addit* 4. z) Rugiani 2. *Edd.* *) et insulas *desunt* S. R. a) Omne enim 2. *Edd.* b) vir *in margine additum in* 1. c) Domino S. R. d) et *deest* 1. e) et 2. B. f) magno 1. g) quidem *Edd.* h) armis 2.

22) Indidem c. 19, verbis parumper transpositis atque immutatis. 23) *balthicum pelagus.* Apud Adamum l. l. *Scythicae paludes;* conf. ibid. l. IV. c. 20. 24) *In cuius ostio — aut rari* sunt fere verba Adami l. II. c. 19. 25) Conf. schol. 57. ad Adam. l. II. c. 74. 26) *Ibi cernitur — tempestatibus* ex Adami l. II. c. 19. 27) *Sunt — aliis* sunt fere verba Adami l. II. c. 18. 28) *Civitas eorum — conceditur* ex Adamo l. II. c. 18. 29) *Deinde — Racisburg* ex Adamo l. II. c. 18 et scholio 17, rerum ordine parumper mutato. 30) Conf. schol. 13 ad Adam. l. II. c. 15. 31) ex Adami l. II. c. 18. 32) indid. l. IV. c. 18. 33) *credulitas* i. e. fides. 34) Conf. c. 10 in. 35) *Saxones — pateretur* ex Adami l. I. c. 9.

ponunt memorabilem, scilicet Karoli imperatoris tricesimum septimum[35], quo Widekindus incentor rebellionis, deposita tyrannide, imperio subiectus est[a] baptizatusque est ipse cum aliis Saxonum magnatibus; et tunc demum Saxonia in provinciam redacta est[36]. Hac itaque in bellis victoria potitus fortissimus Karolus, non in se sed in domino Deo exercituum confisus est, fortia gesta sua gratie ipsius adiumentis attribuens. Qui etiam magna usus industria, Saxonum populos, licet male meritos, statuit superne mercedis intuitu omni debito censu absolvere atque pristine libertati condonare, ne forte servitiis aut tributis pregravati[37], ad rebellionis necessitatem et paganismi errores impellerentur. Porro ea conditio a rege proposita et ab ipsis suscepta est, ut abiecto demonum cultu, christiane fidei sacramenta susciperent essentque tributarii et sublegales[b] domini Dei, omnium iumentorum suorum et fructuum culture seu aut iure suo decimas[c] sacerdotibus legaliter offerentes, et Francis adunati[d], unus cum eis populus efficerentur[38]. Divisa est igitur Saxonia in octo episcopatus[39] et dignissimis pastoribus subiecta, qui ad imbuendas rudes in fide animas verbo et exemplo sufficerent. Quibus etiam huius vite stipendia memoratus cesar multo honore, plena denique munificentia providit. Perfectum est igitur[e] in Saxonia novelle plantationis opus et pleno vigore constabilitum. Sed et Frisonum[f] agrestes illo[g] tempore receperunt christiane fidei gratiam. Ex[h] tunc igitur preparatum est iter predicatoribus verbi Dei[i] trans Albiam, exieruntque[k] angeli veloces[40] annunciare euangelium pacis in universam latitudinem aquilonis. Quo tempore, cum Sclavorum quoque gentes Francorum imperio subicerentur, fertur Karolus Hammemburg[l] civitatem Nordalbingorum, constructa ibidem ecclesia, Heridago cuidam sancto viro, quem loci episcopum designavit. regendam commisisse, proponens eandem Hammemburgensem ecclesiam cunctis Sclavorum Danorumque gentibus metropolim statuere. In qua re ad perfectum ducenda et mors Heridagi[m] presbiteri et occupatio bellorum Karolum imperatorem, ne desiderata compleret, prepedivit[41]. Idem etiam[n] victoriosissimus princeps, qui omnia regna Europe subegerat, novissimum cum Danis bellum suscepisse narratur. Nam Dani et ceteri[o], qui trans Daniam sunt populi, ab hystoricis Francorum Northmanni vocantur, quorum rex Godefridus iam antea Frisis[p], itemque Nordalbingis[q], Obotritis et aliis Sclavorum populis tributo subactis, ipsi[r] Karolo bellum minatus est. Hec dissensio maxime voluntatem imperatoris de Hammemburg retardavit. Tandem extincto celitus Godefrido, Hemming[s] ei successit, patruelis eius, qui mox pacem cum imperatore faciens Egdoram fluvium accepit regni terminum[42].

Nec multo post Karolus presenti vita decessit[t], vir tam in divinis quam in humanis rebus probatissimus, primusque qui de Francorum regno ad imperium meruit provehi. Nam cesarea dignitas, que post Constantinum in Grecia, urbe scilicet Constantinopoli, multis etatibus laudabiliter viguit, deficientibus inibi regalis prosapie viris, adeo concidisse dinoscitur, ut res publica, cui in primitivo vigore insimul tres consules vel dictatores aut certe[u] cesares vix sufficiebant, muliebri tandem conditione[v] gubernaretur. Consurgentibus ergo undique adversus imperium rebellibus, cum omnia pene Europe regna ab imperio defecissent, ipsa quoque mater orbis Roma finitimis bellisattereretur, nec esset defensor, placuit apostolice sedi, sollempne sanctorum adunari concilium et de generali necessitate commune participare consilium. Omnium ergo votis, omnium laudatione insignis Francorum rex Karolus corona Romani imperii sublimatus est, eo quod ipse fidei merito et potestatis gloria nec non etiam[w] bellorum victoriis neminem in orbe videretur habere consortem. Atque in hunc modum cesareum nomen de Grecia translatum est in Franciam[43].

4. *De divisione regni.* Postquam igitur[x] Karolus, Francorum rex et Romanorum imperator augustus, cum magno bonorum[44] fructu[y] ad celos emigravit, Lodewicus[z] filius eius successit ei in regnum. Qui paternis per omnia votis concordans, eadem liberalitate, qua pater eius, erga cultum domus Dei et omnem clerum usus est, amplissimas regni divitias ad decorem et gloriam ecclesie intorquens, in tantum, ut episcopos, qui propter animarum regimen principes sunt celi, ipse eosdem nichilominus[45] principes efficeret regni.

a) est *deest Edd.* b) subiugales *Edd. et Adam. l. l.* c) decimas *restitutum ex Adamo. deest* 1. 2. 3. S. *qui substituit* partem. d) adiurati S. R. *et aliquantum obscure in* 1; *lectioni adunati favet Adam. l. I. cap.* 7. e) ergo *Edd.* f) Fresonum *Edd.* g) ipso 1. h) et 2. 3. B. i) Dei *deest* 1. S. R. k) ieruntque 2. l) Hammenburg 1*. 2. *Ed.*; S *saepius* Hammemb. m) Heudagi 2. n) *sic* 4; enim 1. 2. *Edd.* o) ceteri *deest* S. R. p) Fresis R. q) *in cod.* 1 *hic adscripsit manus rec. saec. XV:* Hic primo ponitur error dicentium Thetmarcos a tempore Karuli magni nullius dominio mancipatos; *cfr. Prolegg. de hoc cod., et similia infra ad l. I. c.* 5. 8. 19. 25. 27. 49. 53. 54. r) ipso 1. s) Hemmug seu Hemning 2; Heoning *Edd.*; Hemmig 1*; Heminig 1. t) descessit 2. u) vel *Edd.* v) dicione *Vita S. Wilhadi c.* 5. w) etiam *deest Edd.* x) ergo *Edd. et saepius.* y) luctu *legere mavult Hausmann.* z) Loduicus 1 *et saepius:*

35) *Nullis — septimum* ex Adami l. I. c. 15. 36) Indidem c. 12 fin. 37) Verba sunt chartae regis Caroli apud Adamum l. I. cap. 13. 38) *Conditio — efficerentur* ex Adami l. I. c. 10. cum c. 13. 39) Ex Adamo l. l. c. 12 f. 40) i. e. nuncii celeres. 41) *Quo tempore — prepedivit* ex Adami l. I. c. 15. 42) *victoriosissimus — terminum* indidem c. 16. 43) Simillimus huic locus legitur in vita S. Willehadi cap. 5, quem Helmoldus ante oculos fortasse habuit. 44) st. operum. 45) *nichilominus* pro *non minus.* Ita et infra cap. 12. 49 f. Arnold. l. III. c. 9. Cassiodor. l. X. ep. 7 et l. XI. ep. 9.

Hic ubi super Hammemburg[a] patris sui comperit votum, communicato statim sapientum consilio, sanctissimum virum Anscarium[b], quem etiam aliquando ad Danos et Suedos predicatorem direxerat, Hammemburgensi ecclesie ordinari fecit archiepiscopum, statuens eandem civitatem metropolim universis borealibus populis[c.46], ut legatio verbi Dei exinde uberius pullularet in omnes barbaras naciones. Quod et factum est. Nam Hammemburgensis ecclesie pontificum instantia disseminatum est verbum Dei in omnes Sclavorum, Danorum sive Northmannorum populos, et dissolutum est gelidum illud frigus aquilonis a calore verbi Dei. Multis itaque diebus sive annis maximisque doctorum laboribus in gentibus his desudatum est. Tanta enim fuit opacitas errorum et difficultas silvescentis ydolatrie[47], ut nec subito nec facile potuisset evinci. Sed et bellorum varie tempestates post obitum piissimi Lodewici latius emergentes vocationem gentium non modice retardaverunt. Illo siquidem ex hac luce subtracto orta sunt intestina bella, quatuor scilicet filiis eius propter principatum contendentibus. Multa itaque inter fratres orta est discordia bellumque maximum, in quo, ut hystorici testantur, omnes Francorum gentes consumpte sunt. Tandem, mediante papa Sergio, discordia sedata est, regnumque divisum est in quatuor partes, ita ut Lotharius maior natu cum Italia Romam, Lotharingiam cum Burgundia possideret, Lodewicus Renum cum Germania, Karolus Galliam, Pipinus Aquitaniam[48].

5. *De profectione sancti Anscarii in Suecia.* Ea igitur tempestate, qua germana[d.49] discordia maximos bellorum motus et diminutionem scisso imperio parturivit, multos ad rebellionem oportunitas temporis adduxit. Inter quos primi vel precipui Danorum populi, viribus et armis prepotentes, prius quidem Sclavos, itemque Fresones tributis subiciunt. Dehinc classe piratica per Renum subvecti, Coloniam obsederunt, per Albiam[50], Hammemburg funditus exciderunt. Inclita civitas et recens ecclesie structura tota incendio disperiit[51]. Quin et Nordalbingorum[e] provincia et quicquid flumini contiguum fuit barbarorum direptionibus cessit. Saxonia magno terrore concussa est. Sanctus autem Anscarius Hammemburgensis archiepiscopus et ceteri predicatores in Sclaviam sive in[f] Daniam destinati, magno persecutionis fervore sedibus suis pulsi sunt et usquequaque dispersi. Lodewicus igitur, cui Germaniam cessisse supra dictum est[52], glorioso genitori suo nomine et pietate per omnia similis, defectum Hammemburgensis ecclesie taliter resarcire studuit, ut Bremensis sedes, que tunc defuncto pastore vacabat, Hammemburgensi ecclesie adiceretur, essentque decetero non due parrochie sed una[53]. Quia enim utraque civitas propter piratarum incursus plena fuit periculis, utile fuit unam alterius ope levari atqu foveri mutuo. Accepto igitur super hac re apostolice sedis mandato, ad effectum perducta sunt omnia que fuerant animo pii principis digesta, unitaque est ecclesia Bremensis Hammemburgensi, et recepit sanctus Anscarius utramque regendam[54], factumque est unum ovile et unus pastor[55]. Post non multum vero[g] temporis, furore Danorum aliquantulum sopito, ceperunt reedificari diruta Hammemburgensis urbis, et Nordalbingorum[h] populi ad proprias sedes reversi sunt. Pontifex quoque Anscarius, cesaris legatione functus, regem Danorum frequenter adiit, ubi pro commodis utriusque regni et pacis stabilitate[i] strennue agens, multam apud regem, licet gentilem, familiaritatis gratiam pro fidei sue reverentia consecutus est. Cui etiam rex[k] facultatem attribuit ecclesiam statuendi in Sleswich et Ripe[56], prebita prius licentia, ne quis volentes baptizari et christianis legibus uti prepediret[l]. Nec mora, sacerdotes ad hec explenda[m] directi sunt. Procedentibus itaque sensim divine gratie incrementis in gente Danorum, cepit memoratus pontifex magno desiderio assurgere ad Sueonum conversionem. Hoc iter arduum per se ipsum aggressus, petiit litteras et nuncium regis Danorum, profectusque[n] cum multis navali itinere pervenit ad Byrcam, principalem Suedie civitatem. Ubi multo favore et letitia exceptus est fidelium, quos ipse quondam ante pontificatus honorem, illo predicator directus, Christo acqrisierat, obtinuitque apud regem, ut volentibus christianitatis assumere titulum libera pateret facultas. Dato ergo in Suedia episcopo et sacerdotibus, qui vice sua

a) Hammenburg 1*. 2. *Ed. et saepius.* b) *ita semper* 1. c) populis *deest* B. d) germania 1. e) *in* 1 *hic adscripta sunt haec a m. saec. XV:* hic patet secunda suppressio Thetmarcorum; *cfr. ad. c. III.* f) in 2; *deest* 1. *Edd.* g) vero *deest* S. R. h) *in* 1 *adscripsit m. rec. saec. XV:* perintellige bene. i) stabilimento S. R. k) rex *deest* 1. l) impediret *Edd.* m) exempla 2. n) profectoque 1.

46) Conf. Adami l. I. c. 18. 47) quorum idola silvas vel lucos inhabitare credebantur; conf. Adam. l. II. c. 45 et infra cap. 83. 48) *Multa — Aquitaniam* sunt verba Adami l. I. c. 24. 49) i. e. fraterna. 50) sc. subvecti. 51) *Fresones — disperiit* ex Adami l. I. c. 23. 52) Supra cap. 4. 53) V. bullam Nicolai I. papae de a. 858. Mai. 31. in Hamburger Urkdb. I. n. 14. 54) Conf. Adami l. I. c. 29 fin. 55) Ev. Iohann. cap. 10. v. 16. 56) V. Adam. l. I. c. 27 et 31.

divinas res et populi salutem curarent, et singulos ad fidei perseverantiam adhortatus[a], reversus est ad propriam sedem. Ab eo igitur tempore iactum semen verbi Dei in populis Danorum atque Sueonum uberius fructificare cepit. Quamvis enim in eisdem gentibus multi postmodum tiranni surrexerint. qui crudelitatem suam non solum in christicolas sue gentis, sed etiam in exteras nationes extenderint, datur tamen intelligi, christanitatis titulum post primum fundationis sue tempus in Dania sive Suedia eousque convaluisse, ut etsi persecutionum procellis impellentibus aliquando titubaverit, nunquam tamen penitus exciderit.

6. *De conversione Ruianorum.* Inter omnes autem borealium nacionum populos sola Sclavorum provincia remansit ceteris durior atque ad credendum tardior. Sunt autem multi, ut supra dictum est, Sclavorum populi, quorum hii, qui dicuntur Winuli sive Winithi, magna ex parte respiciunt Hammemburgensem parrochiam. Nam preter[b] honorem metropolitane sedis, qua omnes naciones sive regna complectitur aquilonis, habet utique Hammemburgensis ecclesia prescriptos terminos sue parrochie, ultimam scilicet partem Saxonie, que est trans Albiam et dicitur Nordalbingia[c], continens tres populos, Thethmarcos[d]. Holsatos, Sturmarios[e, 57]. Inde extenduntur termini ad Winithos, eos scilicet qui dicuntur Wagiri, Obotriti, Kycini, Circipani, et usque ad flumen Penim et[f] urbem Dimin. Ibi est limes Hammemburgensis parrochie[58]. Non caret igitur admiratione, quod dignissimi presules et ewangelici[g] predicatores, Anscarius, Reimbertus et sextus in ordine Unni, quorum in conversione gentium ingens claruit studium, Sclavorum curam tantopere dissimulaverint, ut nec per se nec per ministros aliquem in eis fructum fecisse legantur. Effecit hoc, ut estimo, populi huius invincibilis[h] duritia, non autem predicatorum torpor, quibus animus circa vocationem gentium adeo fuit affectus, ut nec opibus nec vite pepercerint. Tradit enim veterum antiqua relatio, quod temporibus Lodewici secundi[i] egressi fuerint de Corbeia[k] monachi sanctitate insignes, qui Sclavorum salutem sitientes impenderunt[l] se ipsos ad subeunda pericula et mortes pro legatione verbi Dei. Peragratisque multis Sclavorum provinciis[m], pervenerunt ad eos[n], qui dicuntur Rani sive Ruiani et habitant in corde[59] maris. Ibi fomes est[o] errorum et sedes ydololatrie. Predicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia, omnem illam insulam lucrati sunt, ubi etiam oratorium fundaverumt in honorem domini ac salvatoris nostri Iesu Christi et in commemorationem sancti Viti, qui est patronus Corbeie[p]. Postquam autem, permittente Deo, mutatis rebus, Rani a fide defecerunt, statim pulsis sacerdotibus atque christicolis, religionem verterunt in superstitionem. Nam sanctum Vitum, quem nos martirem ac servum Christi confitemur, ipsi pro Deo venerantur, creaturam anteponentes creatori[60]. Nec est aliqua barbaries sub celo, que christicolas ac sacerdotes magis exhorreat[q]. Solo nomine sancti Viti gloriantur, cui etiam templum et[r] simulacrum[s] amplissimo cultu dedicaverunt, illi primatum deitatis specialiter attribuentes. De omnibus quoque provinciis Sclavorum illic responsa petuntur et sacrificiorum exhibentur annue solutiones. Sed nec mercatoribus, qui forte ad illas sedes appulerint, patet ulla facultas vendendi vel emendi, nisi prius de mercibus suis deo ipsorum preciosa queque[t] libaverint, et tunc demum mercimonia foro publicantur. Flaminem suum non minus quam regem venerantur. Ab eo igitur tempore, quo primo fidei renunciaverunt, hec superstitio apud Ranos perseverat usque in hodiernum diem.

7. *Persecutio Northmannorum.* Sane populis Sclavorum et ceteris gentibus fide imbuendis grave ab initio prebuit irritamentum[u] ea bellorum tempestas, que Northmannis tumultuantibus in toto pene desevit[v] orbe[61]. Porro Northmannorum exercitus collectivus[w] fuit de fortissimis Danorum, Sueonum, Norveorum, qui tunc[x] forte sub uno principatu constituti primo omnium Sclavos, qui pre manibus erant, miserunt sub tributum, deinde cetera finitima regna terra marique vexabant. Quibus profecto non parum addiderat virium ea

a) adortatus 1. b) propter 3. c) *in 1 adscripsit m. rec. saec. XV:* hic habes intellectum. d) Tethmarsos B. e) Stormarios *Edd.* f) ad 1. S. g) euangelice 1. h) incredibilis *Edd.* i) sancti 1. k) Corbea 1; Corueia 1*. 2. *Edd.* l) impedderent 1*. 2. m) populis 3. n) illos 2. o) est *deest* 2. p) Corveie 1*. 2. *Edd.* q) exorreat 1. r) ac *Edd* s) simulachrum 1. t) quoque 2. u) impedimentum *Edd.* v) deseuijt *Edd.* w) collectus *Edd.* x) tam 2, *ubi* tunc *recentiori manu adscriptum est.*

57) Conf. Adam. l. II. c. 15. 58) Ex Adami l. II. c. 18. 59) i. e. in medio. 60) De Zwantewith, cui christiani sanctum Vitum substituerunt, v. infra cap. 52 et l. II. c. 12. Saxo Grammat. l. XIIII. ed. Müller et Velschow I. p. 826—829. 61) *Sic toto Aeneas desaevit in aequore victor.* Vergil. Aen. l. X. v. 569.

Romani imperii diminutio, qua[a], ut supra dictum est[62], post tempora senioris Lodewici, prius quidem intestinis bellis exhaustum[b], postea in quatuor divisum[c] portiones, totidem gubernabatur regulis. Constat igitur, isto[d] tempore Northmannos per Ligerim Thuronis[e] succendisse, per Sequanam Parisios obsedisse, Karolum regem timore compulsum terram eis dedisse ad habitandum[63], que a Northmannis possessa Northmandie[f] nomen accepit. Deinde Lotharingia vastata et subacta est Fresia[64]. Noster autem Lodewicus, rex scilicet Germanie, Northmannos federibus sive preliis hoc modo retinuit, ut, cum Franciam totam vastaverint, regno eius vel minime nocuerint. Post cuius mortem

Effera barbaries laxis regnabat habenis.

Nam Boemi, Surabi[g], Susi[h] et ceteri[i] Sclavi, quos ipse tributis subiecerat[65], tunc servitutis iugum excusserunt. Tunc etiam Saxonia vastata est a Northmannis sive Danis. Bruno dux occisus est cum duodecim comitibus, Theodericus[k] et Marquardus episcopi obtruncati. Tunc Fresia depopulata[l], Traiectum civitas excisa. Tunc pirate Coloniam et Treveros incenderunt, Aquisgrani[m] palatium stabulum equis suis fecerunt. Mogontia[n] propter metum barbarorum instaurari cepit[66]. Karolus adolescens, filius Lodewici, ipso tempore Roma rediens, cum grandi exercitu Northmannos iuxta Mosam fluvium apprehendit. Quos obsidione coarctans quinto decimo tandem[o] die ad deditionem compulit. Captos igitur tyrannos Danorum non ea, qua decuit, hostes Dei[p] severitate ultus est, sed ad diutinam[q] deiectionem[67] et gravem ecclesie ruinam parcens impiis, accepto ab eis iureiurando et federis conditione, amplissime donatos a[r] se abire permisit. At illi regis adolescentis inertiam irridentes, ubi noxia libertate potiti sunt, rursum in unum conglobati tantas strages dederunt, ut crudelitas modum excesserit. Quid multa? urbes cum civibus, episcopi cum toto grege simul obruti sunt, ecclesie illustres cum fidelium caterva simul incense sunt[68]. Quamobrem Karolus accusatus in curia et ob stultitiam regno depositus, Arnulfum[s], germani sui filium, accepit successorem[69]. Qui congregato exercitu fines adiit Danorum, eosque multis gravibusque preliis ad internecionem[t] usque delevit. Bellum celitus administratum est, siquidem centum milibus paganorum prostratis in bello, vix unus de cristianis cecidisse repertus[u] est. Et ita extincta est persecutio Northmannorum, Domino vindicante sanguinem suorum[v] servorum, qui iam per annos septuaginta effusus est[70]. Hec autem acta sunt tempore Adelgarii archiepiscopi, qui fuit successor beati Reimberti et tertius a beato Anscario. Defuncto Adelgario, successit ei Hogerus in cathedram; post hunc Reinwardus. In regum quoque successione post Arnulfum regnavit Lodewicus puer. In isto Lodewico Magni Karoli finitur prosapia. Hic postmodum regno depositus, Conradum Francorum ducem habuit successorem[71].

8. *Irruptio Ungarorum.* Itaque regnante Conrado orta est Ungarorum gravis irruptio, qui non solum nostram Saxoniam aliasque cis Renum provincias, verum etiam trans Renum Lotharingiam et Franciam demoliti sunt[72]. Tunc incensis ecclesiis cruces a barbaris truncate et ludibrio habite, sacerdotes ante altaria trucidati clerus vulgo mixtus aut interfectus aut in captivitatem ductus, cuius signa furoris ad nostram duraverunt etatem[73]. Dani quoque Sclavos auxilio habentes, primo Nordalbingos[w], deinde Transalbianos[x, 74] Saxones vastantes, magno Saxoniam[y] terrore quassabant. Apud Danos eo tempore Worm regnavit, crudelissimus, inquam, vermis et cristianis non mediocriter infestus. Ille cristianitatem, que in Dania fuit, prorsus demoliri[z] molitus, sacerdotes a finibus suis depulit, plurimos etiam per tormenta necavit. At vero Henricus rex[*], successor[a] Conradi, iam tunc a puero timens Dominum et in eius misericordia omnem ponens fiduciam, Ungros quidem[b] maximis preliis[c] triumphavit, Bohemos et Surabos[d] ab aliis regibus edomitos et ceteros Sclavorum populos uno grandi prelio ita percussit, ut ceteri, qui perpauci remanserant, et regi tributum et Deo cristianitatem ultro promitterent. Deinde cum exercitu Daniam ingressus, Worm regem primo impetu adeo perterruit, ut imperata se facere mandaret et pacem supplex deposceret. Sic Heinricus rex victor apud Sleswich, que nunc[e] Heidebo dicitur, regni terminos ponens, ibi et marchionem statuit, et Saxonum coloniam habitare precepit[75]. Videns igitur sanctissimus archiepiscopus Unni, qui Reinwardo successit in cathedram, misericordia Domini[f] nostri et virtute regis Heinrici Danorum Sclavorumque pertinaciam[g] esse edomitam ostiumque fidei in gentibus apertum esse, omnem sue diocesis latitudinem elegit per se ipsum circuire. Multis igitur religiosis comitatus, pervenit ad Danos, ubi tunc crudelissimus Worm regnavit. Et illum quidem pro ingenita flectere nequivit sevitia, filium autem Haroldum convertit, et fidelem Cristo perfecit, ita ut cristianitatem, quam pater eius semper odio habuit, ipse servari[76] publice permiserit, quamvis ipsemet baptismi sacramentum nondum perceperit.

a) quod 2. b) exhausta 1.2. c) diuisi 1; diuisa 2. d) ipso 1.2. e) Turonis 2; Thurones S.; Turones *Ed.* f) Nortmannise *Edd.* g) Sorabi *Ed.* h) Ansi 4. i) ceteri *deest* B. k) Theodoricus 2. *Edd.* l) est *addunt* 2. *Edd.* m) Aquisgranum 2. n) Maguncia *Ed.*; Moguncia S. o) demum *Edd.* p) Dei *restitui ex* 1.2; sui 4. q) diuturnam *Edd.* r) ab *Edd.* s) *huc pertinent quae in* 1. *adscr. m. saec. XV:* hic Arnulfus imperator, longa infirmitate tabefactus, nulla medicine *(sic)* potuit iuvari, quoniam a pediculis consumeretur; *cfr. Schol. ad Adamum* 10. t) internitionem 1. u) ruptus 2. v) suorum *deest* B. w) hic patet tertio idem *m. saec. XV in cod.* 1; *cfr. ad c.* 3. x) Transalbinos *Ed.*; cis Albiam *Adamus, cuius verba immutavit noster.* y) Saxonum 2. z) demolire 1. 2. *) rex *deest Edd.* a) filius 1. 2. b) quidem *deest Edd.* c) vicit et *addunt Edd. invitis codd. et Adamo Bremensi.* d) Sorabos *Ed.* e) tunc *Ed.* f) Dei 2. *Edd.* g) prouinciam 3.

62) Cap. 4. fin. 63) *Northmannos — habitandum* ex Adami l. I. cap. 30. 64) *Deinde — Fresia* indidem. 65) *Noster — subiecerat* ex Adami l. I. cap. 40 paulisper mutatum. 66) *Tunc Saxonia — cepit* sunt verba Adami l. I. cap. 40. 67) i. e. gloriae privationem; cfr. infra cap. 21. 32; Arnold. l. II. cap. 2. 68) *Quid multa — incense sunt* sunt verba Adami l. I. 69) Cfr. Adam l. I. cap. 42 f. 70) *Danorum — effusus est* sunt verba Adami l. I. cap. 49. 71) *In isto — successorem* ex Adami l. I. cap. 54 in ordine inverso. 72) *non solum — demoliti sunt* ex Adamo l. I. cap. 57. 73) *incensis ecclesiis — aetatem* ex Adam. l. I. cap. 55. 74) in australi nimirum Albis fl. ripa habitantes. 75) *Dani — precepit* ex Adami l. I. c. 57—59. 76) i. e. observari; Adamus *haberi*.

Ordinatis itaque[a] in regno Danorum per singulas ecclesias sacerdotibus, sanctus Dei multitudinem credentium commendasse fertur Haroldo[b], cuius etiam fultus adiutorio et legato, omnes insulas Danorum penetravit, euangelizans verbum Dei, et fideles, quos invenit illic captivos, in Cristo confortans[76]. Deinde vestigia secutus magni predicatoris Anscarii, remigans mare Balthicum, non sine labore pervenit ad Byream, principalem Suedie civitatem, quo iam post obitum sancti Anscarii nemo doctorum annis septuaginta venire ausus est, preter solum, ut legimus, Reimbertum. Est autem Byrca opidum Gothorum celeberrimum, in medio Suedie positum, quod tractus quidam Balthici maris alluit, reddens portum optabilem, quo omnes Danorum, Norveorum, itemque Sclavorum ac Semborum naves aliique Scithie populi pro diversis commerciorum necessitatibus sollempniter convenire solent[77]. In eo igitur portu confessor Domini egressus insolita populos appellare cepit legatione. Quippe Sueones et Gothi propter varia temporum pericula et regum cruentam feritatem[c] cristiane religionis penitus obliti fuerant. Sed favente gratia Dei a sancto patre Unni denuo ad fidem revocati sunt[78]. Perfecto igitur legationis sue ministerio, cum iam redire disponeret ewangelista Dei, egritudine correptus apud Byrcam fessi corporis sarcinam deposuit. Obiit autem peracto boni certaminis
936. cursu anno dominicae incarnationis nongentesimo tricesimo sexto[79]. Cui successit in cathedra[d] venerabilis Adheldagus.

9. *Conversio Haroldi.* Eodem quoque[e] anno contigit gloriosum imperatorem[80] Heinricum migrare de hac vita, et constitutus est in regnum filius eius Otto, cognomento Magnus. Qui cum regnare cepisset, multas perpessus est iniurias a fratribus suis. Rex quoque Danorum, qui patri eius fuit tributarius, reiecto servitutis iugo, arma corripuit pro libertate[82]. Et primo omnium marchionem qui erat[f] apud Sleswich, que alio nomine Heidebo dicitur, cum legatis regis Ottonis obtruncavit, omnem Saxonum coloniam, que ibidem erat, funditus extinguens[83]. Sclavi etiam novas res affectantes nichilominus rebellare moliti sunt, multis terroribus Saxonum confinia pulsantes. Rex igitur Otto, divino fultus auxilio, ubi primum de insidiis fratrum suorum liberatus est, fecit iudicium et iustitiam populo suo. Deinde postquam omnia pene regna, que post mortem Karoli defecerant, suo subiugavit imperio, in Danos arma corripuit. Transgressus igitur cum exercitu fines Danorum, qui olim fuerant apud Sleswich, ferro et igne vastavit omnem regionem usque ad mare novissimum, quod Northmannos dirimit a Danis, et usque in presentem diem a victoria regis Ottensund dicitur. Cui ingredienti[g] Haroldus rex apud Sleswich bellum intulit, in quo, utrisque viriliter concertantibus, Saxones victoria potiti sunt, et Dani terga vertentes ad naves cesserunt. Tandem conditionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni subicitur, et ab eo regnum suscipiens, cristianitatem in Dania recipere spopondit. Nec mora, baptizatus est ipse Haroldus cum uxore sua Gunnild[h] et filio parvulo, quem rex noster a sacro fonte susceptum Suein Otto appellavit. Eo tempore Dania[84] plenarie recepit fidem, et divisa in tres episcopatus Hammemburgensi metropoli subiecta est. Igitur beatissimus[i] Adheldagus primus ordinavit episcopos in Daniam, et ex eo tempore Hammemburgensis ecclesia cepit habere suffraganeos. Et hec quidem initia celestis misericordie secutum est tale incrementum, ut ab illo tempore usque in hodiernum diem ecclesie Danorum multiplici borealium gentium fructu redundare videantur[85]. Hiis rite peractis in Dania fortissimus Otto rex convertit exercitum ad subiugandos Sclavorum rebelles. Quos pater eius uno grandi bello domuerat, ipse tanta deinceps virtute constrinxit, ut tributum et cristianitatem pro vita simul et patria libenter offerrent victori, baptizatusque est totus gentilium populus. Ecclesie in Sclavania tunc primum constructe. De quibus rebus suo loco, ut gesta sunt, oportunius aliqua scribenda sunt[86].

10. *De duce Hermanno.* Post hec autem[k] cum rex victoriosissimus Otto ad liberandam sedem apostolicam vocaretur in Italiam, consilium fertur habuisse, quem post se vicarium potestatis relinqueret ad faciendam iustitiam in his partibus, que barbaris confines sunt terminis. Nondum enim post tempora Karoli propter veteres illius gentis seditiones Saxonia ducem acceperat nisi cesarem. Ne igitur in regis absentia Dani sive Sclavi novi aliquid molirentur, rex necessitate persuasus, Heremanno primum tutele vicem in Saxonia commisit. De quo viro et progenie viri, quoniam nostris temporibus multum invaluerunt, aliqua commemorare necessarium duxi. Vir iste, pauperibus ortus natalibus, primo, ut aiunt, septem mansis totidemque[l] manentibus[l'] ex hereditate patrum fuit contentus. Deinde, quod erat acris ingenii decorisque forme, cum[m] pro merito fidei et humilitatis, quam dominis et paribus exhibuit, facile notus in palatio, ad familiaritatem ipsius regis pervenit[n], qui comperta iuvenis industria, suscepit eum in numero ministrorum. Deinde nutricium precepit esse filiorum, mox etiam succedentibus prosperis, commisit ei vices prefectorum. In quibus officiis strennue administratis dicitur manentes suos pro furto in iudicio delatos data sententia simul omnes dampnasse ad mortem. Cuius novitate facinoris et tunc carus in populo, et clarissimus deinceps factus est in palatio. Postquam vero ducatum Saxonie meruit, iudicio et iustitia gubernavit provinciam, et in defensione[o] ecclesiarum sanctarum studiosus permansit usque in finem.

Igitur tali viro piissimus rex vicem suam in hac regione commendans, in Italiam discessit. Ubi rex habito concilio episcoporum, Iohannem papam, cui Octavianus cognomentum erat, multis accusatum criminibus deponi fecit, quamvis absentem: nam fuga iudicium subterfugerat, et in locum eius protum[p, 87] Leonem ordinari fecit, a quo ipse mox coronatus imperator et[q] augustus a populo Romano consalutatus est anno regni eius 28.[88]; post coronatum Rome Karolum centum quinquaginta tres anni fluxerunt. Eo tempore imperator cum filio quinquennium in Italia commo-

a) ita 2. b) Aroldo 1. c) ferociam 3. d) cathedram 2. e) Eodemque 2. f) erat *deest* B. g) regredienti 2. 4; egredienti *Adam.* h) Hunnild 2. *Ed.* i) sanctissimus 3. k) autem *deest* 2. l) que *deest* 2. l') hortulanis 4. m) tum *Edd.* n) pervenit *deest* 1. 2. o) defencione 1. p) proinde 3 q) et *deest Edd.*

76) *archiepiscopus — confortans* ex Adami l. I. c. 60. 61. 77) *Deinde — solent* ex Adami l. I c. 62. 78) *In eo — sunt* indidem c. 63. 79) *Perfecto — sexto* indidem c. 64. 80) Regem Heinricum rectius dixisset noster. 82) Similia v. apud Adam. l. II. c. 3. 83) *Et primo — extinguens* sunt fere verba Adami l. II. c. 3. 84) sc. cismarina s. Iütland. V. Adam. l. l. 85) *Rex — videantur* ex Adami l. II. c. 3. 4. 5. 86) *fortissimus — scribenda sunt* ex Adami l. II. c. 5. 87) *protus* i. e. protoscriniarius v. Adam. l. l. 88) Rectius dixisset *anno* 26, sc. anno 962.

ratus, filios Beringarii[a] debellavit, Romamque pristine reddidit libertati[89]. Reversus ergo in patriam, omne studium intorsit ad gentium vocationem, precipue vero Sclavorum, quod etiam pro sententia eius ita evenit, Deo cooperante et piissimi regis dexteram in omnibus corroborante[b,90]

11. *De Adhelberto[c] archiepiscopo.* Subactis autem cristianoque fidei copulatis Sclavorum gentibus, Magnus Otto inclitam urbem Magdeburg super ripas Albie fluminis condidit, quam Sclavis metropolin[d] statuens, Adhelbertum summe sanctitatis virum ibidem consecrari fecit archiepiscopum. Is primus in Magdeburg ordinatus, duodecim annis strennue pontificatum administravit, multosque Sclavorum populos illic predicando convertit. Cuius ordinatio facta est anno imperatoris 35, et sunt anni post ordinationem sancti Anscarii 137[91]. Magdeburgensi autem episcopatui subiecta est tota Sclavania[e] usque ad Penem[f] fluvium. Episcopatus suffraganei quinque, quorum Merseburg et Cicen super Salam fluvium condite[g], Misna vero super Albiam, Brandenburg et Havelberg[h] interius vadunt. Sextus episcopatus Sclavanie est Aldenburg[92]. Hunc episcopatum, sicut et ceteros, imperator Otto Magdeburgensi[i] primum subicere decreverat, quem tamen postmodum Adheldagus Hammemburgensis episcopus requisivit, eo quod terminus sue ecclesie antiquis imperatorum privilegiis esset circumscriptus[93].

12. *De Marcone episcopo.* Est autem Aldenburg ea, que Sclavica lingua Starigard, hoc est antiqua civitas, dicitur, sita in terra Wagirorum, in occiduis partibus Balthici maris, et est terminus Sclavie. Hec autem civitas sive provincia fortissimis quondam incolebatur[k] viris, eo quod in fronte totius Sclavie posita, contiguos haberet Danorum sive Saxonum populos et omnes bellorum motus ipsi aut primi inferrent aut aliis inferentibus exciperent. Tales autem in eis quandoque reguli fuisse probantur, qui omni Obotritorum sive Kicinorum[l] et eorum, qui longe remotiores sunt, dominio fuerint potiti. Conclusa igitur atque subnervata, ut supra dictum est, omni Sclavorum provincia, urbs nichilominus Aldenburg ad fidem conversa est, et facta est numero fidelium copiosissima. Huic urbi precellentissimus cesar[94] pontificem dederat venerabilem virum Marconem, subdens ei omnem Obotritorum provinciam usque ad Penem fluvium et urbem Dimine; preterea[m] civitatem opinatissimam[n] Sleswich, que alio nomine Heidibo[o] dicitur, eiusdem cure[p] delegavit[95]. Eo enim tempore Sleswich cum provincia adiacente, que scilicet a lacu Slya ad Egdoram fluvium protenditur[q], Romano imperio subiacebat, habens terram spaciosam et frugibus fertilem, sed maxime desertam, eo quod inter occeanum et Balthicum mare sita crebris insidiarum iacturis attereretur. Postquam autem misericordia Dei et virtute Magni Ottonis matura pax omnia possedit, ceperunt habitari deserta Wagrice[r] et Sleswicensis provincie, nec ullus iam angulus relictus fuerat, qui non esset conspicuus urbibus et vicis, plerisque etiam monasteriis. Adhuc restant[s] antique illius habitationis pleraque indicia, precipue in silva, que ab urbe Lutilinburg[t,96] per longissimos tractus Sleswich usque protrahitur, cuius vasta solitudo et vix penetrabilis inter maxima silvarum robora sulcos pretendit, quibus iugera quondam fuerant dispertita; urbium quoque seu civitatum formam structura vallorum pretendit; in plerisque etiam rivis, qui propter molendina stipandis aquis aggeres congesti sunt, ostendunt omnem illum saltum a Saxonibus quondam inhabitatum. Primus igitur, ut dixi, huic novelle plantationi episcopus Marco prefuit, qui populos Wagirorum sive Obotritorum sacro baptismatis fonte lavit. Quo defuncto, Sleswich[u] singulari pontifice honorata est.

Aldenburgensem[v] sedem suscepit regendam venerabilis vir Ecwardus[w], qui multos Sclavorum convertit ad Dominum. Ordinatus est a sancto Adeldago, Hammemburgensi archiepiscopo[97]. Crevit autem populus fidelium, nec fuit aliquid, quod novelle ecclesie adversaretur omni tempore Ottonum. Horum tres fuisse comperi, omnes pari devotione erga Sclavorum vocationem[x] affectos. Et repleta est omnis Wagirorum, Obotritorum sive

a) Berengarii *Edd.* b) *in 1. hic adscripsit m. saec. XV margini haec:* Nota Romani absente Ottone tercium papam Benedictum creaverunt. Quapropter collecto magno exercitu Romam obsedit eo, usque Benedictum intrusum ei presentaverunt. Quo a Leone papa inuncto *(Ottone nimirum)* ad sedem suam omnibus pacificatis rediit in Saxoniam *(Otto sc.)*, ducens secum Benedictum papam, qui, tandem mortuus, in Hamborch sepultus est. *Cfr. Adamum II. c.* 10. c) Alberto 1. d) metropolem 2. e) Slauia 2. *Ed. et infra.* f) Penea 1. g) condite *deest* S. R. h) Hauelberch 2. i) Magdenburgensi 1. k) colebatur 2. l) Kycinorum 1 *et saepius.* m) praeterea *deest* 1. n) opimatissimam R. o) Habido 2. p) iure 1. q) portenditur 1. 2. r) Wagirice 1 *e correctura;* Wagriae B. s) restant *deest* B. t) Lucilinburg 2. *Edd.* u) Sleswic 1. v) Aldenburgensen 1. w) *ita hic scripsisse videtur Helmoldus, ut certe fecit infra cap.* 14. 69; Eowardus 1. 2. S.; Eckwardus 4; Edwardus *Ed.* x) erga Slavorum populos et vocationem eorum 3.

89) *Post hec — libertati* ex Adami l. II. c. 7—9. 90) Cfr. Adamum II. c. 20. 91) *Subactis — 137* ex Adami l. II. c. 13. 92) *Magdeburgensi — Aldenburg* ex Adam. l. II. c. 14. 93) Conf. ibidem c. 14 et 15[b]. 94) i. e. Otto I. 95) De Marcone et de episcopis Aldenburgensibus v. quae exposuimus in Archiv für aelt. Deutsche Geschichtskunde T. IX. p. 384 sq. 96) Lütjenburg. 97) V. Adam. l. II. c. 14. 24, qui eum appellat Euraccum vel Egwardum et latine Euagrium vel Euargum.

Kicinorum provincia ecclesiis et[a] sacerdotibus, monachis et Deo dicatis virginibus[98]. Porro Aldenburgensis ecclesia dedicata fuit in commemoratione sancti Iohannis baptiste, existens honore matricis ecclesie insignis. Michelinburgensis vero ecclesia fuit constructa in honore principis apostolorum Petri, continens monasterium virginum. Fuerunt preterea Aldenburgenses pontifices admodum honorabiles[99] erga regulos Sclavorum, eo quod munificentia magni principis Ottonis cumulati essent temporalium rerum affluentia, unde possent copiose largiri et favorem sibi populi consciscere[b]. Dabatur autem pontifici annuum de omni Wagirorum sive Obotritorum terra tributum, quod scilicet pro decima imputabatur, de quolibet aratro mensura grani et quadraginta resticuli lini et duodecim nummi puri argenti; ad hoc[c] unus nummus, precium colligentis. Sclavicum vero aratrum par boum aut unus conficit equus[1]. De urbibus vero aut prediis aut curtium numero, que ad possessionem pontificis pertinebant[2], non est huius operis explanare, eo quod *vetera in oblivionem venerint, et ecce nova sunt omnia*[3].

973. 13. *De Wagone episcopo.* Anno ergo regni sui 38, imperii 11. magnus princeps Otto,
domitor omnium septentrionis nationum, feliciter migravit ad Dominum et sepultus est in civitate sua Magdeburg. Cui filius Otto medianus succedens, per 10 annos strennue gubernavit imperium. Is statim Lothario et Carolo Francorum regibus subactis, cum in Calabriam bellum transferret, a Sarracenis et Grecis victor et victus apud Romam discessit[d].
983. Illi tertius Otto, cum adhuc esset puer, in regnum substitutus, annos decem et octo forti et iusto sceptrum[e] ornavit imperio.

Eodem tempore[f] Hermannus dux Saxonum obiens, heredem suscepit filium Bennonem, qui etiam vir bonus et fortis memoratur, excepto quod degenerans a patre populum rapina gravavit[4]. Apud Aldenburg defuncto Ecwardo[g, 5] successit Wago[6]. Hic in summa prosperitate inter Sclavos degens sororem fertur habuisse speciosam, quam appetiit regulus Obotritorum, nomine Billug. Cumque allegationibus crebris pontificem super hoc negotio convenisset, quidam familiarium episcopi petitionem incauta verborum iniuria repulerunt[h], dicentes, iniustum esse pulcherrimam virginem inculto et agresti viro copulare. Quam ille contumeliam dissimulatione repressit[i], et amoris stimulo concitatus preces iterare non destitit. Timens autem episcopus, ne ecclesie novelle gravius aliquid exinde emergeret, postulationi[k] eius favore concurrit[l], data ei sorore sua in coniugio. Procreavit autem ex ea filiam, nomine Hodicam, quam pontifex, avunculus eius, monasterio virginum contraditam et sacris litteris edoctam abbatissam prefecit virginibus, que degebant Mikilinburg, cum tamen necdum pervenisset ad annos. Quod utique frater eius Missizla egre tulit, odio, licet occulto, concitatus cristiane religionis, timens etiam, ne hoc exemplo peregrinus mos illis in partibus inolesceret. Patrem autem[m] frequenter coarguit, quasi qui mente alienatus supervacuas diligeret adinventiones, nec timeret patriis derogare legibus, prius quidem ducens uxorem Teutonicam, deinde filiam suam monastice clausure contradens. Cumque his verbis patrem sepius[n] exacueret, ille cepit sensim flecti animo iamque cogitare de accepte coniugis repudio et de mutatione rerum. Sed conatus eius timor repressit, eo quod gravium causarum introitus semper sint difficiles[7], virtus quoque Saxonum admodum esset formidabilis. Necesse enim fuit, repudiata sorore pontificis et divinis rebus pessundatis statim[o] ad bella veniri.

14. *De dolo Billug.* Quadam igitur die contigit pontificem venire in civitatem Obotritorum Mikilinburg visitationis gratia, quo etiam Billug cum primoribus occurrerat, excepturus eum simulata devotione. Episcopum itaque publicis causis intentum sepe dictus Obotritorum regulus palam alloquitur: *Magnas pietati tue, pater venerabilis, debeo gratulationes, licet me ad has exsolvendas nequaquam sufficere ipse recognoscam. Privata enim beneficia que mihi impendisti, quia multiplicia sunt et prolixo sermone egent, ad presens differo. Generale*[p] *totius provincie bonum commemorare compellor. Sollicitudo enim tua super ecclesiarum instauratione et animarum salute omnibus manifesta est; sed nec latet, quantas principum offensas tua providentia fregisti, ut cum pace et tranquillitate in gratia principum consi-*

a) et *deest Edd.* b) conciscere 1. c) hec 2. *Ed.* d) *e vita nimirum;* decessit *Edd. cum Adami codd. melioribus.* e) ceptrum 1. regnum 3. f) anno *Ed.* g) *vid. supra not. crit. ad cap.* 12. h) repleverunt *codd. et Edd.;* repulerunt *correctum est a manu scholiastae cod.* 1. i) compressit 2. k) postulatione 1. l) cucurrit 1. m) quoque 2. n) sepe 2. o) statim *deest* 2. p) autem *addunt Edd.*

98) Cfr. Adami l. II. c. 24. 99) i. e. valde eos honoraverunt. 1) Cfr. infra c. 14 et 87. 2) Cfr. infra c. 14. 3) *Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova*, 2. Corinth. 5, 17. 4) *Anno — gravavit* ex Adami l. II. c. 21. 5) Ecwardus obiit Febr. 13. circa annum 973. 6) Wego audit apud Adamum l. l. c. 24, qui sedit usque ad annos fere 983 — 988. 7) V. infra ad c. 32.

*stère possimus. Honori igitur tuo, si expostulati*[a] *fuerimus, et nos et nostra incunctanter impendemus*[b]. *Petitionem autem parvulam apud te deponere non dubito: ne confundas faciem meam. Est apud Obotritos pontificale tributum, quod pro decima imputatur, de quolibet scilicet aratro, quod duobus bobus aut uno constat equo, mensura grani et 40 restes lini et 12 nummi probate monete; preterea unus nummus, qui debetur colligenti*[8]. *Hoc me rogo permittas colligere, deputandum stipendiis neptis tue, filie scilicet mee. Quod ne forte ad tui iniuriam et annone tue*[c] *diminutionem rogare videar, adicio possessioni tue in singulis urbibus, que sunt in terra Obotritorum, villas quas ipse elegeris, exceptis his, que ad ius pontificale imperatoria iam dudum concessione pervenerunt.* Pontifex igitur, non advertens callidissimi hominis dolum ve. orum coloribus adumbratum, reputans etiam, nichil sibi officere concambium, sine mora etitioni eius annuit: ipse quidem villas amplissime possessionis[9] accepit, tributum vero, quod supra memoravi, genero[d] suo ad manus[10] filie ipsius colligendum resignavit; aliquandiu etiam apud Obotritos commoratus predia colonis exercenda distribuit, ordinatisque omnibus in terram Wagirorum reversus est. Ibi enim statio oportunior fuit et extra pericula posita, eo quod Sclavorum animi naturaliter sint infidi et ad malum proni ideoque[e] cavendi. Habuitque preter alias curtes duas nobiles, apud quas sepius pontifex deversatus[f] est, unam in villa publica que dicitur Buzu[11], alteram super fluvium Trabenam in loco qui dicitur Nezenna[g, 12], ubi etiam fuit oratorium et caminata murato opere facta, cuius fundamenta ego adolescentulus vidi[13], eo quod non fuerint longe a radice montis, quem antiqui Oilberch[h], moderni propter castellum impositum Sigeberch appellant. Post multos igitur dies, cum pontifex Wago alias occupatus terram Obotritorum rarius inviseret, supradictus Billug una cum filio suo Missizla[i], opportunitatem nactus, dolum quem erga dominum et pastorem suum conceperat, paulatim detexit, cepitque possessiones episcopales quas sibi ut fideli et affini suo tuendas episcopus commendaverat[k], occultis vastare latrociniis, et subintromittere servos suos, qui colonis equos et ceteras substantias furtim auferrent. Conatus enim[l] illius ad id usque processit, ut episcopum sicut decimarum iure sic possessionibus eximeret[m], perturbatoque capite cultus Dei facilius pateret exterminio. Tandem igitur pontifex veniens in provinciam Obotritorum ibique habita cum colonis inquisitione, deprehendit ad liquidum, quorum machinamentis tanta possessioni sue immitterentur latrocinia. Permotus itaque, quod non mirum, stupore simul et timore, eo quod atrocissimos insidiatores invenisset eos, quos putabat amicissimos, iamque presentis novelle plantationis defectionem timens[n], multum cepit fluctuare animo[14]. Recurrens autem[o] ad id, quod pro tempore tutius videbatur consilium, temptare cepit, si forte verbis suasibilibus mederi posset morbo paulatim subrepenti, multisque generum[p] blandiciis mulcere cepit, ut a ceptis desisteret, neve possessiones ecclesiasticas predonibus depascendas exponeret: proventuram sibi, si non resipuerit, non solum offensam divinitatis sed et maiestatis imperatorie. Ille obiectionibus dolos prestruens, respondet: nunquam se erga dominum et patrem suum tantam admisisse imposturam, circa[q] quem animum habuerit optime semper affectum; si quid autem forefactum[r] fuisset, latronum hoc insidiis contigisse, qui de Ranis sive Wilzis commeantes forte nec suis parcerent; se quidem[s] ad hos cohibendos consilio et auxilio libenter affuturum. Facile igitur persuasum est simplici viro concepta opinione desistere. Postquam autem accepta satisfactione pontifex abcessit, illi statim rupta pollicitatione ad cepta devoluti sunt flagitia, furtisque villarum incendia copulaverunt. Preterea colonis omnibus qui ad ius episcopi pertinebant, nisi quantocius predia desererent, mortem interminati sunt. Sicque possessiones illas desolatio in brevi consecuta est.

Accessit his malis, quod idem Billug[t] matrimonii sui iura corrupit, repudiata scilicet sorore pontificis. Fuit hec causa inimicitiarum precipua occasio, ceperuntque res ecclesiastice paulatim titubare. Nec fuit unde status novelle ecclesie ad plenum posset conva-

a) postulati *Edd.* b) inpendimus 2. c) tue *deest* 2 *et Ed.* d) affini *Edd.* e) eoque *Edd.* f) diversatus 2. *Edd.* g) Nezetina 2. h) Eilberch 2; Eilburg 4; Edberg *Edd.; legendum videtur* Alberch, *sicuti in Schol.* 13. *ad Adam. Brem. l. II. c.* 15[b] *et infra cap.* 49, *sive, quod magis placet,* Aelberch, *ut habet charta Lotharii imperatoris data* 1136. *(*1137.*) Mart.* 17. i) Mizla B. k) commenderat 1. l) enim *deest* S. R. m) exueret *Edd.* n) timens *recepi ex Ed. deest* 1. 2. S. o) autem *deest* 2. p) affinem *Edd.* q) erga *Edd.* r) *ita* 2; forte factum 1; factum *Edd.* s) si quidem 1. 2. t) Bellug 1. 2.

8) V. supra c. 12 f. et c. 87. 9) i. e. magnae extensionis, magni pretii. 10) i. e. ad usum. 11) Bosau ad lacum Plöuensem. 12) Gnissau, villa parochialis iuxta fluvium Trave sita. 13) prospiciens nimirum a cacumine montis. 14) *animo fluctuare* Virgil. Aen. X. v. 680.

lescere, eo quod Magnus Otto iam pridem presenti vita decessisset, medius quoque nec non et tertius Otto bellis Italicis essent occupati, et ob hanc causam Sclavi, temporis oportunitate freti, non solum divinis legibus, sed et imperatoriis iussis cepissent paulatim obniti. Solus Saxonie dux Benno aliquam dominationis umbram, licet tenuem, pretendere videbatur, cuius respectu Sclavorum impetus retardati sunt, ne aut fidei cristiane renunciarent aut arma corriperent.

Wagone igitur facto de medio[15], Ezico successit in cathedram. Iste suscepit ordinem[a] a sanctissimo Adeldago, Hammemburgensi archiepiscopo[16]. Quatuor ergo pontifices ante excidium Aldenburgensis ecclesie extitisse comperimus, videlicet Marconem, Ecwardum[b], Wagonem et[c] Eziconem, quorum tempore Sclavi in fide perstiterunt, ecclesie in Sclavania ubique erecte sunt, monasteria virorum et[d] mulierum Deo servientium constructa sunt plurima[17]. Testis est magister Adam, qui gesta Hammemburgensis ecclesie pontificum disertissimo sermone[e] conscripsit, qui cum commemoret[f], Sclavaniam[g] in duodeviginti[h] pagos dispertitam, affirmat absque[i] tribus omnes ad Cristi fidem conversos[18].

15. *De Suein rege Danorum.* Eodem quoque tempore Bolizlaus, Polonorum cristianissimus rex[19], confederatus cum Ottone tertio, omnem Sclaviam, que est ultra Odoram[k], tributis subiecit, sed et Ruciam et Pruzos, a quibus passus est Adelbertus episcopus. Cuius reliquias tunc Bolizlaus transtulit in Poloniam[20]. Principes Sclavorum, qui Winuli sive Winithi[l] dicuntur, fuerunt eo tempore Missizla, Naccon et Sederich, sub quibus pax continua fuit, et Sclavi sub tributo servierunt[21]. Nec pretereundum videtur, quod idem Missizlaus, Obotritorum princeps, Cristum palam confitens sed clam persequens, sororem suam, Deo dicatam virginem Hodicam, monasterio virginum quod erat Mikilinburg subtraxit, eamque cuidam Bolizlao incestissimo sociavit coniugio; ceteras virgines, que ibidem reperte sunt, aut militibus suis nuptum tradidit aut in[m] terram Wilzorum sive Ranorum transmisit, sicque monasterium illud desolatio consecuta est. Siquidem in diebus illis permittente Deo propter peccata hominum, perturbata est apud Danos et Sclavos tranquillitas, et pulchris divine religionis incrementis inimicus homo superseminare zizania conatus est. Apud Danos enim Suein Otto, filius cristianissimi regis Haroldi, dyabolico spiritu inflammatus, multas adversus[n] patrem molitus est insidias, cupiens eum, quasi longevum et minus validum, regno privare[22] et opus divine plantationis de finibus Danorum penitus exterminare. Haroldus autem, ut supra dictum est, primum quidem gentilis, deinde magni patris Unni doctrina ad fidem Cristi conversus, tanta se erga Dominum devotione exercuit[o], ut non surrexerit similis ei inter omnes reges Danorum, qui tantam aquilonis latitudinem ad fidem divine cognitionis traxerit et omnem terram ecclesiis et sacerdotibus fecerit esse insignem[23]. Huius viri industria in divinis quidem rebus fuit eximia, nichilominus tamen[p] etiam in mundana sapientia. In hiis videlicet que ad regni gubernationem pertinere videntur, adeo claruit, ut leges et iura statuerit, que pro autoritate viri non solum Dani sed et Saxones adhuc hodie servare contendunt[24]. Concitantibus igitur his, qui Deo servire et pace regi[q] detrectabant[r], Dani unanimi conspiratione cristianitatem abdicarunt[s], et statuentes impium Suein in regnum, patri eius Haroldo bellum indicunt. Qui licet ab initio regni sui semper spem suam in Deo posuerit, vel tunc maxime Domino commendavit eventum rei, non tam dolens sua pericula quam filii delictum[25] et ecclesie angustias. Cernens autem[t] tumultum non posse sedari sine prelio, arma sumpsit invitus, adhortantibus his qui Domino et[u] regi suo fidem inviolatam exhibere nitebantur. Ventum est igitur ad bellum. In quo conflictu victa est pars Haroldi ceciderantque vulnerati multi. Ipse vero Haroldus graviter sauciatus[v] fugit ex acie, ascensaque navi elapsus est ad civitatem opinatissimam Sclavorum, nomine Iumnetam[w, 26]. Ubi preter spem, quia barbari erant, humane receptus, post aliquot dies ex eodem vulnere deficiens, in Cristi confessione migravit, adscribendus non solum inter Deo dignos reges, sed etiam inter gloriosos martires. Regnavit autem annis quinquaginta[27]. Quo defuncto, Suein regno potitus in sua crudelitate sevire cepit, gravissimam in cristianos persecutionem exercens[28]. Consurrexeruntque omnes iniqui in finibus aquilonis gaudentes, vel tunc patere locum malicie sue, bellis scilicet et perturbationibus; ceperuntque finitima regna vexare terra marique. Primum igitur conflato navali exercitu, remigantes mare Britannicum brevi compendio, appulerunt littoribus Albie fluminis, ubi im-

a) ordinationem S. R. b) Ecwardum 1. S.; Edwardum *Ed.* c) et *addunt Edd.* d) ac 1. e) stylo S. R. f) commemoraret 2. g) Slaviam *Ed.* h) duodecim 3. i) *ita cum Adamo;* a. tres 1. 2, *Helmoldi, an librarii errore non liquet;* preter tres *Edd.* k) Oderam 2. l) Winili s. Winiti 1. m) ad *Edd.* n) apud 2. o) excreuit 2. p) eximia, tamen 2; eximia cum 1. q) paci regis 1. r) detractabant 2. *Ed.* s) abdicant *Edd.* t) enim 1. *Edd.* u) ac 1. v) *ita correctum in* 1. w) Winnetam *Edd*

15) i. e. sublato de medio. 16) Qui obiit a. 988 April. 28; cfr. Ad. II, 24 in. 17) *Quatuor — plurima* fere ex Adami l. II. c. 24, qui tamen de Marcone tacet. 18) V. ibidem. 19) Princeps potius appellandus fuit. 20) *Bolislaus — Poloniam* ex Schol. 25. Adam. l. II. c. 33. 21) *Missizla — servierunt* ex Adami l. II. c. 24. 22) *Perturbata — privare* ex Adami l. II. c. 25. 23) Cfr. Ad. II, 26. 24) *ut leges — contendunt* ex Adami l. II. c. 26. 25) Ex Adami l. II. c. 25. 26) Indidem parumper mutatis verbis. 27) Indidem c. 26. 28) Cfr. Adam. l. II. c. 27.

provisi irruentes super quietos et impavidos[a], vastaverunt omnia maritima Hathelen omnemque terram Saxonum, que erat super ripas[b] fluminis, quousque pervenirent Stadium, quod est opportuna statio navium per Albiam descendentium. Quo[c] tristi rumore velociter comperto, comites[d] Sigafridus et Thidericus ceterique nobiles, ad quos provincie tutela pertinebat, ruerunt obviam barbaris, cum tamen essent perpauci, constricti temporis articulo, exceperuntque hostes in memorato portu Stadii. Facta est ergo pugna vehementissima, in qua superantibus Danis virtus Saxonum penitus est attrita. Comites ambo ceterique nobiles ac[e] militares viri, qui interfectioni superfuerant, vincti et cathenati ad naves perducti sunt. Comes Sigafridus[29] auxilio cuiusdam piscatoris noctu profugit, et evasit captionem. Quamobrem barbari furore correpti, omnes quos habebant in vinculis nobiliores truncaverunt manibus et pedibus, et nare praecisa ad terram semianimes proiecerunt. Deinde quod residuum fuit provincie illius impune predati sunt. Altera pars piratarum, que per Wirrabam subvecta omnem illius fluminis ripam usque Lestmonam[f] vastaverat, cum maxima captivorum multitudine pervenerunt ad paludem[g] Glindesmor. Ubi cum quendam Saxonem militem captivum facerent ducem itineris, ille perduxit eos ad difficiliora loca paludis, in qua illi diu fatigati facile a Saxonibus qui insecuti sunt, disiecti sunt, et perierunt ex eis viginti milia. Nomen militis, qui deduxit eos ad invium, fuit Heriwardus[h], qui perhenni[i] Saxonum laude celebratur[30].

16. *Quomodo Sclavi fidem reliquerunt.* Circa idem tempus impletus est annus verbi incarna- 1001.
tionis millesimus primus, in quo fortissimus imperator tertius Otto, cum iam tertio victor Romam intrasset, inmatura morte preventus occubuit[31]. Cui successit in regnum[k] pius[l] Hinricus, iustitia et sanctitate insignis, ille inquam, qui Bavenbergensem[m] fundavit episcopatum, et erga cultum ecclesiarum amplissime fuit munificentie. At vero anno[n] regni eius decimo mortuus est dux Saxonie Benno[33], vir omni probitate conspicuus et strenuus ecclesiarum defensator[o]. Cuius principatus heres factus est Bernardus filius eius, licet a[p] paterna felicitate diverterit[q]. Ex illo enim tempore quo dux constitutus est, in hac regione nunquam cessavit discordia et perturbatio, quoniam dux Heinrico imperatori rebellare ausus, totam secum ad rebellandum cesari movit Saxoniam. Deinde surgens in Cristum, omnes ecclesias Saxonie terruit atque turbavit, illas precipue que in memorata rebellione ipsius malicie noluerunt applicari. Accessit his malis, quod idem dux, tam paterne quam avite devotionis, quam erga Sclavos habebant, penitus inmemor, gentem Winulorum per avaritiam crudeliter opprimens, ad necessitatem paganismi coegit[34]. Sane eo tempore Sclavorum dominio potiti sunt Theodoricus marchio et dux Bernardus, illo quidem orientalem, isto occidentalem possidente provinciam, quorum ignavia coegit Sclavos fieri desertores[35]. Rudes enim adhuc in fide gentilium populos, quos optimi quondam principes cum magna lenitate foverant, temperantes rigorem hiis quorum propensius insistebant saluti, isti tanta crudelitate insectati sunt, ut excusso tandem servitutis iugo, libertatem suam armis defendere cogerentur. Principes Winulorum erant Mistiwoi[r] et Mizzidrag[s], quorum ductu seditio inflammata est[36]. Sermo igitur est et veterum narratione vulgatum, quod idem Mistiwoi[r] petiit sibi neptem ducis Bernardi[t], illeque[u] promisit. Tunc idem princeps Winulorum, volens sponsione fieri dignus, perrexit cum duce in Italiam cum equitibus mille, qui omnes fere ibidem sunt interfecti. Cumque rediens de expeditione pollicitam sibi mulierem expeteret, Theodoricus marchio intercepit consilium, consanguineam ducis proclamans non dandam cani[37]. Quo ille audito, cum magna indignatione recessit. Cum igitur dux, mutato consilio, nuncios post eum direxisset, ut concupitis potiretur nuptiis, ille refertur tale dedisse responsum: *Oportet quidem generosam magni principis neptem prestantissimo viro copulari, non vero cani dari. Magna gratia nobis pro servitio refertur, ut iam canes, non homines iudicemur Si igitur canis valens fuerit, magnos morsus dabit.* Et hoc dicens, reversus est in Sclaviam. Et primo[v] omnium transivit in civitatem Rethre, que est in terra Lutitiorum, convocatisque omnibus Sclavis qui ad orientem habitant, intimavit eis illatam sibi contumeliam, et quia Saxonum voce Sclavi canes vocentur. At illi: *Merito hec,* inquiunt, *pateris, qui spernens contribules tuos, excoluisti Saxones, gentem perfidam et avaram. Iura igitur nobis, quod deseras eos, et stabimus tecum.* Iuravitque eis.

Postquam autem dux Bernardus, emergentibus causis, arma adversus cesarem corripuit, Sclavi oportunitate accepta, congregato exercitu, totam primo Nordalbingiam ferro et igne depo-

a) improvidos *Edd.; cfr. c.* 37 *et c.* 84 *s. f.:* impavidos et omni suspicione vacuos. b) Albiae *addunt Edd.* c) qui 1. d) comes S. B. e) et 1. f) Lescinonam 2. g) palludem 1. h) Herwardus 2. *Edd.* i) perenni 2. *Edd.* k) regno *Edd.* l) sanctus 4. m) Bauenbergensen 1; bambergensem in Franconia *adscriptum a manu recentiore in margine.* n) anno *deest* 2. o) defensor 2. B. p) a *deest* 1. q) divertit *Edd.* r) Mistiwoz 1. s) Mizzudrag 1. *Edd.;* Mizzidrog *Adam.* t) dari in uxorem *add.* 4. u) et ille *Edd.* v) in primo 1.

29) Comitem recte dicit Helmoldus, quem Adamus l. l. male appellat marchionem. 30) *vastaverunt — celebratur* cfr. Adam. l. II. c. 29 et 30. 31) Obiit 1002. Ian. 24. Sunt verba Adami l. II. c. 40. 33) Mortuus est 1011. Febr. 9. Ann. Quedlinburg. Hildeshem. 34) *Ex illo — coegit* ex Adami l. II. cap. 46. verborum ordine mutato. 35) V. schol. 31. ad Adam. l. II. cap. 41. 36) *Principes — inflammata est* sunt verba Adami l. II. c. 40; collato ipso textu codicis 4. 37) Haec narratio ex schol. 30. ad Adam. l. II. c 43, iisdem fere verbis deprompta est *(Sermo — dandam).* Sed illo loco Mistiwoi non sibi sed filio suo neptem ducis petiit. Haec omnia referenda esse ad annos 976—983 iam in notis ad Adamum l. c. indicavimus; cfr. similia paullisper immutata in Chron. Luneburg. ap. Massmann p. 524.

pulati sunt; deinde reliquam peragrantes Sclavaniam[a], omnes ecclesias incenderunt et ad solum usque diruerunt; sacerdotes autem et reliquos ecclesiarum ministros variis suppliciis enecantes, nullum cristianitatis vestigium trans Albiam reliquerunt[38]. Apud Hammemburg eo tempore ac deinceps multi ex clero et civibus in[b] captivitatem abducti sunt, plures etiam interfecti propter odium cristianitatis. Narrant seniores Sclavorum, qui omnes barbarorum gestas res in memoria tenent, Aldenburg civitatem populatissimam de cristianis inventam fuisse. Sexaginta igitur presbyteri, ceteris more pecudum[c] obtruncatis, ibi ad ludibrium[d] servati sunt. Quorum maior loci prepositus Oddar nomen habuit. Ille igitur cum ceteris tali martirio consummatus est, ut, cute capitis in modum crucis incisa ferro, cerebrum singulis aperiretur. Deinde ligatis post terga manibus, confessores Dei per singulas civitates Sclavorum tracti sunt, usque dum deficerent. Taliter illi spectaculum facti et angelis et hominibus, in stadio medii cursus exhalarunt victorem spiritum. Multa in hunc modum per diversas Sclavorum ac[e] Nordalbingorum provincias tunc facta memorantur, que scriptorum penuria nunc habentur pro fabulis. Tanti denique in Sclavania habentur martires, ut vix possent[f] libro comprehendi.

Omnes igitur Sclavi qui inter Albiam et Odoram habitant per annos septuaginta et amplius cristianitatem coluerunt, omni scilicet tempore Ottonum, talique modo se absciderunt a corpore Cristi et ecclesie, cui ante coniuncti fuerant. O vere occulta super homines Dei iudicia, qui miseretur cui vult, et quem vult indurat! Cuius omnipotentiam mirantes, videmus eos ad paganismum relapsos esse, qui primi crediderunt, illos autem conversos ad Cristum, qui videbantur novissimi. Ille igitur iudex iustus, fortis et patiens, qui olim deletis coram Israel septem gentibus Canaan, solos reservavit allophilos[g], in quibus experiretur Israel, ille, inquam, modicam gentilium portionem nunc indurare voluit, per quos nostra confunderetur perfidia[39]. Hec facta sunt ultimo tempore senioris Libentii archiepiscopi, sub duce Bernardo, filio Bennonis[40], qui populum Sclavorum graviter afflixit[41]. Theodoricus marchio Sclavorum, cui cum commemorato eadem fuit avaritia, similis crudelitas, depulsus ab honore et omni hereditate, prebendarius apud Magdeburg mala morte, ut dignus fuit, vitam finivit[42]. Mistiwoi princeps Sclavorum, circa ultima tempora penitentia ductus[h], ad Dominum reversus, cum nollet cristianitatem deserere, depulsus est a patria, fugiensque ad Bardos ibidem consenuit fidelis[43].

17. *De Unwano*[i] *episcopo.* Defuncto igitur Ezicone in Aldenburg successit Volcwardus, post quem Reginbertus. Quorum prior Volcwardus, persecutionis tempore Sclavia pulsus, abiit in Norwegiam, ibique multos Domino lucratus, cum gaudio redit Bremam[44]. In Hammemburgensi quoque metropoli Adaldago, qui primus in Aldenburg[k] ordinavit episcopos, successit Libentius[45], vir sanctitate insignis. Huius temporibus[l] Sclavi defecerunt a fide. Post hunc fuit Unwanus, clarissimo genere oriundus, preterea dives et largus, omnibus hominibus acceptus, clero autem adprime[m] benevolus[n, 46]. Eo igitur tempore, quo dux Bernardus suique complices cesari Heinrico rebellavit, omnibusque Saxonie ecclesiis esset gravis et infestus[47], illis maxime qui erga maiestatem imperatoriam fidelitatis sue iura temerare noluissent, eius impetum viri dicitur archiepiscopus Unwanus sua magnanimitate refregisse, ut propter sapientiam et liberalitatem episcopi cogeretur ipse dux, ecclesie cui antea adversatus est, deinceps benignus esse in omnibus. Igitur habito pontificis consilio, rebellis princeps tandem flexus, apud Scalchisburg cesari Heinrico supplex dedit manus. Mox quoque favente Unwano, Sclavos tributo subiciens, pacem reddidit Nordalbingis et matri[o] Hammemburg. Ad cuius restaurationem venerabilis metropolitanus asseritur post cladem Sclavanicam civitatem et ecclesiam fecisse novam, simul ex singulis congregationibus suis, que virorum essent, tres eligens fratres, ita ut duodecim fierent, qui in Hammemburg canonica degerent conversatione, vel qui populum converterent ab errore ydololatrie. Ordinavitque in Sclavaniam, mortuo Reginberto, Bennonem, virum prudentem, qui de fratribus Hammemburgensis ecclesie electus, in populo Sclavorum multum predicando fructum attulit[48].

18. *De Bennone episcopo.* Benno[p], magne devotionis vir, cupiens diruta Aldenburgensis sedis reedificare, perquirere cepit de possessionibus et reditibus, quos ad ius episcopale Magni Ottonis deputaverat institutio. Sed quia post excidium Aldenburgensis ecclesie primitiva instituta et magnorum principum donationes venerant in abolitionem et Sclavorum possessioni cesserant, memoratus pontifex in presentia ducis Bernardi questus est, quia[q] Wagiri et Obotriti ceterique Sclavorum populi debita sibi negarent stipendia. Unde principes Winulorum ad colloquium evocati sunt, et interrogatione habita, quare pontifici legitimam[r] subtraherent annonam, illi pretendere ceperunt varias exactionum gravedines; expedire sibi egredi terram[s] quam implicari maioribus vectigalium pensionibus. Considerans igitur dux, non posse instaurari ecclesiastica iura secundum eam formam, qua fuerant tempore Magni Ottonis, petitione adhibita vix obtinuit, ut de qualibet domo, paupere vel divite, per omnem Obotritorum terram duo nummi pontificalibus solverentur impensis. Preterea

a) Slauiam 2. 3. B. b) ad 2. c) pecorum 2. d) ludrium 1; ludibrium *in margine m. a.* e) ac 2. *Edd.; cfr. Adamum p.* 321. *not.* k. f) possint *Edd.* g) allophylos *Edd.* h) et *addunt* 2. B. i) Unnuano 1. k) Aldelburg 2. l) temporis 1. m) *ita m. a. cod.* 1. n) beniuolus 1 o) matrici ecclesie 4. p) Hic sane 2. q) quod *Edd.* r) debitam 3. s) potius *suppletum ab Edd.*

38) *totam — reliquerunt* sunt fere verba Adami l. II. c. 40. 39) *Apud H. — perfidia* indidem c. 41 et 42. 40) *filio Bennonis*, rectius Hermanni. 41) *Haec facta — afflixit* verba Adami l. II. c. 43; Libentius obiit anno 1013. 42) *(Theodoricus) depulsus — finivit* ex scholio 32. ad Adam. l. l. c. 43. 43) *M. cum nollet — fidelis* ex scholio 28. ad Adami l. II. c. 40. 44) Ex Adami l. II. c. 44. 45) Sedit ab anno 988 usque ad a. 1013 Febr. 4. 46) *Unwanus — benevolus* verba Adami l. II. c. 45. 47) V. ibid. c. 46 et supra Helm. l. I. c. 16. 48) *impetum — attulit* verba Adami l. II. c. 46 et 47.

curtes ille notissime, Buzu et Nezenna[a.49], et cetere possessiones in terra Wagirorum episcopo restitute sunt rursus incolende. Illa vero predia que fuerunt in remotiori Sclavia, que[b] olim ad Aldenburgense episcopium pertinuisse antiquitas commemorat, ut est Derithsewe[50], Morize[c.51], Cuzin[52], cum attinentiis suis, episcopus Benno nullatenus per ducem obtinere potuit, licet ad hec requirenda sepius enisus fuerit. Postquam autem placuit piissimo cesari Heinrico, curiam celebrare in castro Werbene[53], quod est iuxta Albiam, ad experiendos animos Sclavorum, venerunt omnes principes Winulorum in presentiam cesaris, seque imperio ad bonum pacis et subiectionis obtemperaturos protestati sunt. Ibi igitur cum Aldenburgensis[d] pontifex in facie cesaris veterem pro ecclesie sue bonis innovaret querimoniam, interrogati principes Sclavorum de possessionibus ad ius episcopi pertinentibus, recognoverunt memoratas urbes[54] cum suburbiis eorum ecclesie et pontifici debere pertinere. Preterea omnes Obotriti, Kicini, Polabi[e], Wagiri et ceteri Sclavorum populi, qui terminis Aldenburgensis ecclesie concludebantur, polliciti sunt dare omnem censum, quem pro decima Magnus Otto ecclesiasticis stipendiis deputaverat. Quorum tamen pollicitatio plena simulatione et fallacia fuit. Statim enim ut cesar soluta curia ad alia se convertit, nichil de promissis curaverunt. Dux quoque Saxonum Bernardus, in armis quidem strennuus, sed totus avaricia infectus, Sclavos, quos e vicino positos bellis sive pactionibus subegerat, tantis vectigalium pensionibus[f] aggraravit[g], ut nec memores Dei nec sacerdotibus ad quicquam essent benevoli[h]. Quamobrem Cristi confessor Benno, videns legationis sue ministerium a principibus seculi non solum non adiuvari, immo funditus prepediri, casso labore fatigatus, cum non inveniret, ubi requiesceret pes eius, pervenit ad sanctissimum virum Berenwardum[i], Hildensemensem presulem[55], ostendens ei angustias suas et querens in tribulatione consulationem. Ille, ut erat vir mitissimus[k], collegit[56] hospitem, prebuit[l] lasso humanitatis officia, et de facultatibus ecclesie sue suppeditavit[m] ei vite stipendia, quatenus[n] ad legationis sue opus exiens atque revertens inveniret stationem tutam, in qua pausare posset. Eo tempore memoratus pontifex Berenwardus in possessione, que sibi hereditario iure provenerat, magnam fundavit ecclesiam, amplissimis, ut videri potest, impensis, in honore[o] scilicet[p] sancti Michaelis archangeli, qui[q] etiam copiosam monachorum turmam ad serviendum Deo aggregavit[r]. Consummata igitur ad votum basilica, ad denunciatum dedicationi festum[57] convenit immensa multitudo, ubi cum sinistrum ecclesie latus noster episcopus Benno dedicaret, a populo compressus et attritus, post paucos dies morbo ingravescente, vita defunctus est, et in aquilonari absida[58] honestam obtinuit sepulturam. Huic successit Meinherus[s.59], qui suscepit benedictionem a Libentio secundo. Post hunc fuit Abelinus, ordinatus ab Alebrando archiepiscopo[60].

19. *De persecucione Godescalci.* In illis diebus pax firma fuit in Sclavia, eo quod Conradus, 1024.
qui pio Heinrico successit in imperium, Winithos frequentibus bellis attriverit. Verumptamen cristiana religio et cultus domus Dei parvum recepit incrementum, prepediente avaritia ducis et Saxonum, qui omnia corrodentes, nec ecclesiis nec sacerdotibus quicquam passi sunt esse residui. Principes Sclavorum, Anadrag, Gneus[t] et tertius Udo, male christianus: unde etiam[u] propter crudelitatem suam a quodam Saxonum transfuga improvise confossus est. Filius eius Godescalcus nomine, apud Lunenburg scholaribus erudiebatur disciplinis. Qui morte patris comperta, fidem reicit[v] cum litteris, amneque transmisso pervenit[w] ad gentem Winitorum[61]. Congregataque multitudine latronum percussit in ultionem

Nezetina 1; Nezecma 2. b) que *deest* 1. c) Motize 1. *Edd.* d) Aldenburg. 1. e) Polaui 2. f) pencionibus 1. g) acgregauit 1; aggregavit 2. h) beniuoli 1 *ut supra;* vt Dei et legis eius immemores etiam sacerdotibus essent infesti 4. i) Berenwarium 2. k) mansuetissimus 2. l) et praebuit *Edd.* m) supputauit 2. n) quatinus 1. o) *leg.* honorem. p) scilicet *deest* 2 *et Ed.* q) quo 2; in qua *Edd.* r) acgregauit 1; congregavit 2. s) Meinherus *Adam. Brem. l. II. c.* 62. *Albert. Stad. ad a.* 1029; Reinherus 2. B. t) et Gneus 1; et Gricus 2. u) et *Edd.* v) ita 1; reiecit 2. *Edd.* w) venit *Edd.*

49) V. supra cap. 14. 50) Dartzowe, hodie Dassau, apud lacum hoc nomen proferentem in ducatu Meklenburg-Zwerin. 51) Murize villa, quae occurrit in chartis ann. 1186 et 1191. (Meklenb. U. B. I, n. 141 et 151) haud dubie sitnata fuit prope lacum Muritze. 52) Ut videtur villa Cuszin, quae, ex quo anno 1219. conventus Campi Solis, anno 1211. fundatus, in eam migravit, dicitur Neukloster. 53) De conventibus in Werben habitis vide Thietmarum Merseb. l. VI. cap. 21 ad a. 1005. 54) quae vix praedia dixerat. 55) Conf. Vitam S. Bernwardi cap. 45. Annal. Hildesh. a. 1022. 56) i. e. excepit. Conf. cap. 82 init. 57) Dedicatio haec celebrata est anno 1022. Septembris 24. Benno episcopus vero mortuus est anno sequenti, die ut videtur Aug. 13. V. Annal. Hildesh. a. 1023. et Necrolog. Luneburg. Id. Aug. 58) *absida*, rectius apsis, capella; v. Bangert h. l. 59) Reinoldus vocatur Ann. Hildesh. a. 1023. Ann. Sax. a. 1027. Libentius vero ante 1029. Unwano in archiepiscopatu successit. 60) Adam. l. 1. c. 70. Alebrandus sedit ab anno 1035—1043. 61) *In i. diebus — Winitorum* cf. Adam. l. II. cap. 64 et 69.

patris omnem terram Nordalbingorum[a], tantas[b] strages fecit christiane plebis, ut crudelitas omnem modum excesserit. Nichilque remansit in Holzatorum et Sturmariorum provincia sive eorum qui Thetmarsi dicuntur, quod manus eius effugerit, preter notissima illa presidia[c] Echeho[d, 62] et Bokeldeburg[63]; illo se quidam armati contulerant cum mulieribus et parvulis et substantiis, que direptioni superfuerant. Quadam igitur die cum memoratus[e] princeps latrocinali more per campos et miricas[f] ferretur, videns regionem viris et ecclesiis quandoque refertam vaste solitudini subiacere, exhorruit proprie crudelitatis opus, et[g] tactus dolore cordis intrinsecus, deliberavit a nefariis ceptis tandem cohibere manus. Avulsus ergo parumper a sociis et quasi ad insidias exiens, inopinate offendit quendam Saxonem christianum. Qui cum armatum eminus venientem fugeret, ille clamore sublato hortatur, ut subsistat, iurat etiam se nichil ei nociturum. Cumque vir timidus, recepta fiducia, substitisset, cepit percunctari[h] ab eo, quis esset, aut quid nosset rumoris. At ille: *Ego sum*, inquit, *homo pauper, Holzatia genitus. Sinistros autem rumores quotidie experimur, quia princeps iste Sclavorum Godescalcus multa mala infert populo et terre nostre sitimque crudelitatis sue saturare cupit sanguine nostro. Tempus enimvero[i] esset, ut vindex Deus[k] ulcisceretur iniurias nostras.* Cui Godescalcus: *Multum*, inquit, *coarguis virum illum, principem Sclavorum. Revera enim multas ille pressuras suscitavit populo et terre vestre, ultor paterne cedis existens magnificus. Ego autem sum vir iste, de quo nunc sermo est, et veni ut loquar[l] tecum. Doleo enim me tantum nefas commisisse adversus Dominum et christicolas, et vehementer cupio redire in gratiam eorum, quibus me tanta[m] iniuste intulisse recognosco. Accipe igitur verba mea et revertens ad populum tuum annuncia eis, ut ad locum destinatum transmittant viros fideles, qui mecum clam agant de federe et pacis conventione[n]. Quo facto omnem hanc turbam latronum, cum quibus magis necessitate quam voluntate detineor, tradam in manus eorum.* Et hec dicens designavit ei locum et tempus. Qui cum venisset ad presidium, in quo Saxonum superstites cum magno timore consistebant, nunciavit[o] senioribus verbum istud absconditum[64], suggerens omnimodis[p], ut transmitterent viros ad prefixum colloquii locum. At illi non intenderunt, reputantes dolum insidiis oportunum.

Post aliquot itaque dies idem princeps a duce captus et quasi princeps latronum in vincula[q] coniectus est. Reputans autem dux virum fortem et ad arma stennuum utilem sibi fore, iniit cum eo fedus, et honorifice donatum abire permisit. At ille dimissus abiit ad regem Danorum Kanutum et mansit apud illum multis diebus sive annis[65], variis bellorum exercitiis in Normannia sive Anglia virtutis sibi gloriam consciscens[66]. Unde etiam[r] filia regis honoratus est[67].

20. *De fide Godescalci*[s]. Post mortem igitur Kanuti regis[68] reversus est Godescalcus in terram patrum suorum. Et inveniens hereditatem suam a quibusdam tyrannis invasam, dimicare statuit, et comitante victoria possessiones cum principatu ex integro recepit. Statimque ad conquirendum sibi apud Dominum gloriam et honorem animum intendens, Sclavorum populos, quos christianitatis olim suscepte oblivio iam tenebat, ad recipiendam credulitatis[69] gratiam et ad gerendum ecclesie curam suscitare studuit. Et prosperatum est opus Dei in manibus eius, adeo ut infinita gentilium multitudo conflueret ad baptismi gratiam. Et reedificate sunt per universam Wagirorum provinciam nec non et Polabingorum et[t] Obotritorum ecclesie quondam dirute. Iamque missum est in omnes provincias pro sacerdotibus ac ministris verbi, qui rudes gentilium mentes doctrina fidei imbuerent. Gratulabantur itaque fideles de novelle plantationis incremento[70], factumque est, ut provincie plene essent ecclesiis, ecclesie vero sacerdotibus. Sed et Kicini et Cyrcipani et quecunque gentes circa Penim[u] habitant, receperunt gratiam fidei. Est autem Penis fluvius, in cuius ostio sita est civitas Dimine. Illuc quondam portendebatur limes Aldenburgensis parrochie. Igitur omnes Sclavorum populi, qui ad Aldenburgensem pertinebant curam, toto tempore quo Godescalcus supervixit, christianam fidem devote tenuerunt[71]. Sane magne devotionis vir dicitur

a) Ecce iam quarto patet *m. saec. XV. in* 1. *v. s. cap.* 3. b) et tantas *Edd.* c) praesidia Holzatorum 1. d) *ita* 1. 2; Ethebo S. R.; Ezeho 3. 4. e) commemoratus *Ed.* f) mirificas 2. g) et *omisit* B. h) cunctari 1. i) enim 1; autem 2. k) Dominus S. R. l) *leg.* loquerer. m) tantum 2. n) conditione *Edd.* o) intimavit 2. p) omnibus modis 2. *Edd.* q) vinculis 1. 2. r) et *Edd.* s) Goscalci 1. t) et *deest* 1. u) Panim 2. *Ed.*

62) Itzehoe. 63) Bökelnburg s. Burg in terra Ditmarsia. 64) *verbum istud absconditum.* Ev. Lucae c. 18, 34. 65) *Post — annis* effecit ex Adami l. II. c. 64. verbis Helmoldus. 66) Conf. Adam. l. II. c. 75. 67) Conf. Adam. l. III. c. 18. Filia haec regis Sven dicebatur Siritha. V. Saxonem Grammaticum l. XI. p. 557. et XIII. p. 618. 68) Kanutus rex obiit a. 1035. m. Novembri. 69) fidei. 70) *Iamque — incremento* cf. Adami l. III. c. 20. 71) V. Adami l. III. c. 19 cum scholio 72.

tanto religionis *divine* exarsisse studio, ut sermonem exhortationis ad populum frequenter in ecclesia ipse fecerit, ea scilicet que ab episcopis vel presbiteris mistice dicebantur cupiens Sclavicis verbis reddere planiora[72]. Procul dubio in omni Sclavia nemo umquam surrexit potentior et tam fervidus christiane religionis[a]. Etenim si vita ei longior concederetur, omnes paganos ad christianitatem cogere disposuit, cum fere tertiam partem eorum converterit, qui prius sub avo eius Mistiwoi relapsi sunt ad paganismum[b, 73]. Tunc etiam per singulas urbes[c] cenobia fiebant sanctorum virorum canonice viventium, item monachorum atque sanctimonialium, sicut testantur hii, qui in Lubeke, Aldenburg, Racesburg, Leontio[d] et in aliis civitatibus singulas viderunt. In Magnopoli vero, que est inclita Obotritorum civitas, tres fuisse congregationes Deo servientium referuntur[74].

21. *Pugna Tholenzorum*[e]. In diebus illis factus est motus magnus in orientali provincia Sclavorum civili inter se bello dimicantium[75]. Quatuor autem sunt populi eorum qui Lutitii sive Wilzi dicuntur[f], quorum Kicinos atque Circipanos citra[g] [76] Panim, Riaduros sive Tholenzos cis[76] Panim habitare constat. Inter hos de fortitudine et potentia valida orta est contentio: siquidem Riaduri sive Tholenzi propter antiquissimam urbem et celeberrimum illud fanum, in quo simulacrum Radigast[h] ostenditur, regnare volebant, asscribentes sibi singularem nobilitatis honorem, eo quod ab omnibus populis Sclavorum frequentarentur propter responsa et annuas sacrificiorum impensiones. Porro Circipani atque Kicini servire detrectabant, imo libertatem suam armis defendere statuerunt. Crescente igitur paulatim seditione, tandem pervenitur ad prelium, ubi inter validissimas pugnas Riaduri atque Tholenzi fusi sunt. Ideo[i] secundo et[k] tertio restauratum est prelium: item iidem[l] ab eisdem contriti sunt. Multa milia hominum hinc et inde prostrata. Circipani et Kicini, quibus bellum necessitas indixerat, victores. Riaduri atque Tholenzi, qui pro gloria certabant, deiectionis sue pudore vehementer afflicti, accersierunt in auxilium fortissimum regem Danorum et ducem Saxonum Bernardum, nec non et Godescalcum principem Obotritorum, singulos cum exercitibus suis, alueruntque tantam multitudinem de propriis stipendiis sex[77] ebdomadibus. Invaluitque prelium adversus Circipanos atque Kicinos, nec habuerunt vires resistendi obsessi tanta multitudine, cesaque est ex iis maxima multitudo,[m] quam plurimi in captivitatem ducti. Ad ultimum quindecim milibus marcarum[78] pacem mercati sunt. Principes pecuniam inter se partiti sunt. De christianitate nulla fuit mentio, nec honorem dederunt Deo, qui contulit eis in bello victoriam. Unde cognosci potest Saxonum insatiabilis avaritia, qui cum inter gentes ceteras barbaris contiguas[n] prepolleant armis et usu militie, semper proniores sunt tributis augmentandis quam animabus Domino conquirendis. Decor enim christianitatis sacerdotum instantia iam dudum in Sclavia convaluisset, si Saxonum avaritia non prepedisset. Predicetur igitur et omni laude extollatur[o] dignissimus ille Godescalcus[79], qui barbaris gentibus editus, munus fidei, credulitatis gratiam sue genti cum pleno dilectionis fervore reparavit. Arguantur Saxonum proceres, qui christianis proavis geniti et gremio sancte matris ecclesie foti, steriles semper et inanes in opere Dei sunt inventi.

22. *De rebellione Sclavorum.* Ea igitur temporum serie, qua misericordia Dei et virtute reliogissimi viri Godescalci status ecclesie et sacerdotii cultus in Sclavia decenter viguit, defuncto Abelino[p] pontifice[80], Aldenburgensis ecclesia in tres divisa est episcopatus. Quod quidem imperiali minime factum est institutione, sed magni Adalberti, Hammemburgensis archiepiscopi, adinventione ita ordinatum fuisse constat. Ille enim vir magnificus et prepotens in regno, cum fortissimum cesarem Heinricum, videlicet Conradi filium, nec non et papam Leonem haberet[q] propitios atque voluntati sue per omnia consentaneos, in omnibus borealibus regnis, Dacie scilicet, Suedie, Norwegie, functus est auctoritate archiepiscopali et legationis apostolice ministerio. Nec his[r] contentus, patriarchatus honorem assequi voluit, eo scilicet ordine, ut infra terminos sue parochie 12 statueret episcopatus[81], de quibus narrare supervacuum[s] est, eo quod sapientibus ineptie quedam et deliramenta

a) *in cod.* 1. *inter lineas adiectum a manu recentissima* cultor; *Adam. l. l.* propagator. b) *cf. Adamum;* baptismum 1. 2. c) ciuitates S. R. d) Lenstein 4. e) Tolenzorum 1. f) vocantur 2. g) *ita* 1. S. R *Adam. Brem. l. l.;* circa 2. B. h) *sic codd. et Edd. pro* Redigast, *quod habet Adam. l. II,* 18. *et l. III,* 50. i) igitur 1. k) ac 2. l) idem 1. m) et *addunt* 2. *Edd.* n) continguas 1. o) excolatur 1. 2. p) Abellino 1. q) habere 1. 2. r) illis 2. s) supervacaneum *Edd.*

72) *dicitur tanto — planiora* ex Adami l. III. c. 19. 73) *Procul — paganismum* sunt fere verba Adami l. l. c. 18. 74) *Tunc etiam — referuntur* indidem cap. 19. 75) Cum cap. 21 conferenda sunt Adami l. III. cap. 21 et 22, necnon Annal. Sax. ad a. 1056 et 1057. 76) i. e. ultra, ut saepius coniunctum cum *cis* in media latinitate. 77) *septem hebdomadibus* Adam. l. l. 78) 15 *milia talenta* Adam. l. l. 79) *Godescalcus .. vir .. praedicandus* l. l. c. 18. 80) Abelinum ferunt mortuum esse a. 1053. 81) V. Adam. l. III. cap. 32.

visa fuerint. Confluebant igitur in curiam eius multi sacerdotes et religiosi, plerique etiam episcopi, qui sedibus suis exturbati mense eius erant participes. Quorum sarcina ipse alleviari[a] cupiens, transmisit eos in latitudinem gentium, quosdam locans certis sedibus, quosdam incertis. E quibus Ezonem[82] subrogavit Abelino in Aldenburg, Aristonem quendam a Iherosolimis venientem in Racesburg esse constituit, Iohannem in Mikilinburg destinavit. Iste Iohannes peregrinationis amore Scociam egressus venit in Saxoniam, et clementer, ut omnes, susceptus ab archiepiscopo non multo post in Sclaviam missus est ad Godescalcum, apud quem commoratus, illis diebus multa milia paganorum baptizasse describitur[83].

Pax firma fuit in omni regno, quia fortissimus cesar Heinricus Ungaros, Boemos,
1056. Oct. 5. Sclavos et omnia finitima regna potenti manu coercuerat. Quo translato ad superos, successit in sceptrum filius eius Heinricus, puer octo annorum[84]. Statimque ebullierunt perturbationes varie in regno, eo quod principes, qui contentiones affectabant, contempnerent infantiam regis. Et surrexit unusquisque adversus[b] proximum suum, et multiplicata sunt mala multa in terra[85], depredationes, incendia et mortes hominum. Post non multum quoque temporis mortuus est Bernardus dux Saxonum[86], qui res Sclavorum et Saxonum quadraginta annis strennue administravit. Cuius hereditatem Ordulfus et Heremannus filii eius inter se partiti sunt[87]. Et quidem Ordulfus ducatum suscepit gubernandum, licet fortitudine et militie usu longe a felicitate paterna diverterit. Denique post mortem patris vix quinque[88] transierunt anni, statim Sclavi rebellare parantes primo omnium Godescalcum interfecerunt[89]. Et[90] quidem vir omni evo memorabilis propter fidem Deo et principibus exhibitam a barbaris occisus est, quos ipse nitebatur ad fidem convertere. Necdum enim[c] complete sunt iniquitates Amorreorum, nec venit tempus miserendi eorum; ideo necesse fuit, ut venirent scandala, ut probati fierent manifesti. Passus est autem alter ille Machabeus in urbe Leontio, que alio nomine Lenzin dicitur, 7. Idus Iunii, cum presbytero Eppone, qui super altare immolatus est, et aliis multis tam laicis quam clericis, qui diversa pro Christo pertulerunt supplicia. Ansverus monachus et cum eo alii apud Racesburg lapidati sunt. Idus[d] Iulii passio eorum occurrit. Fertur idem Ansverus, cum ad passionem venisset, flagitasse paganos, ut prius socii, quos timebat deficere, lapidarentur. Quibus coronatis, ipse gaudens cum Stephano genua posuit.

23. *Passio sancti Iohannis episcopi.* Iohannes episcopus senex cum ceteris christianis in Magnopoli, id est in Mikelenburg[e], captus servabatur ad triumphum. Ille igitur pro confessione Christi fustibus cesus, deinde per singulas civitates Sclavorum ductus ad ludibrium, cum a Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus ac pedibus, corpus eius in platea proiectum est, caput vero desectum, quod barbari conto prefigentes in titulum victorie Deo suo Radigasto[f] immolaverunt. Hec in metropoli Sclavorum Rethre gesta sunt 4. Idus Novembris[91].

24. *Prima defectio Sclavorum a fide Christi*[g]. Filia regis Danorum apud Mikelenburg[h], civitatem Obotritorum, nuda dimissa est cum ceteris mulieribus. Hanc enim, ut supra diximus[92], Godescalcus princeps habuit uxorem. A qua et filium suscepit Heinricum. Ex alia vero Butue natus fuit, magno uterque Sclavis excidio genitus. Et Sclavi quidem victoria potiti totam Hammemburgensem provinciam ferro et igne demoliti[i] sunt. Sturmarii et Holzati fere omnes aut occisi aut in captivitatem ducti. Castrum Hammemburg funditus excisum, et in derisionem Salvatoris nostri etiam cruces a paganis truncate sunt. Ipso eodemque tempore Sleswich, que alio nomine Heidibo[k] dicitur, civitas Transalbianorum, que sita est in confinio regni Danici, opulentissima atque populosissima, ex improviso barbarorum incursu funditus excisa est[93]. Impleta est nobis prophetia, que ait: *Deus*[l], *venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum*[m] *sanctum tuum*[94] et reliqua, que prophetice deplorantur in Ierosolimitane urbis excidio. Huius auctor cladis Blusso fuisse dicitur, qui sororem habuit Godescalci, domumque reversus et ipse obtruncatus est. Itaque omnes Sclavi facta conspiratione generali ad paganismum[n] denuo relapsi sunt, eis occisis, qui perstiterunt in fide. Dux Ordulfus in vanum sepe contra Sclavos dimicans per 12 annos, quibus patri supervixit, nullam umquam poterat obtinere victoriam, totiensque victus a paganis, a suis etiam derisus est[95]. Accidit autem perturbatio hec in Sclavorum
1066. provincia anno post incarnationem Domini millesimo sexagesimo sexto, anno regni Heinrici quarti octavo. Et vacavit sedes Aldenburgensis annis octoginta quatuor.

25. *De Crutone.* Postquam igitur mortuus est Godescalcus, vir bonus et cultor Dei[96], ad filium eius Butue[o] pervenit principatus eius hereditaria successio. Timentes autem hii, qui patrem eius interfecerant, ne forte filius ultor paterne[p] cedis fieret, concitaverunt tumultum in populo, dicentes: *Non hic dominabitur nostri, sed Cruto*[q], *filius Grini. Quid enim proderit nobis, occiso Godescalco libertatem attemptasse*[r], *si iste heres principatus exstiterit? Iam enim plus iste nos affliget, quam pater, appositusque populo Saxonum novis provinciam involvet*

a) allevari *Edd.* b) ad 2. c) enim *deest* 2. d) idibus *Edd.* e) mikilenburg 2; Meckelenb. *Edd.* f) *v. not.* h *ad cap.* 21. g) Christi *deest* 1. h) Mikilinburg 2. i) demolliti 1. k) Hadibo 1. 2; Heidiba *Adam. l. I. cap.* 59. l) Domine R. S. m) tabernaculum 1 *et* R. S. n) paganissimum 1. o) Buthue *Edd.* p) patriae S. R. q) Cruco *Edd. fere constanter*; Crito *Kirchberg semper*; Truto *Corner fere semper.* r) acceptasse S. R.

82) Ezzonis etiam meminit Lambert. Hersfeld. a. 1074. 83) *E quibus — describitur* ex Adami l. III. c. 20 cum scholio 81. 84) *octo annorum* ex Annal. S. Disibodi a. 1106 fin. 85) *multiplicata s. m. i. terra*, Machab. VI, 1, 10. 86) Obiit a. 1059. Iun. 29. 87) *Bernardus — partiti* ex Adami l. III. c. 42. 88) *quinque.* Rectius noster dixisset: *septem.* 89) sc. a. 1066. Iun. 7. V. Wedekind Noten I. p. 181 ex Martyrologio Usuardi. 90) Quae sequuntur ex Adami l. III. c. 49. ibique schol. 80. deprompta sunt. 91) *Iohannes — Idus Novembris* indidem cap. 50. 92) Supra c. 19 fin. 93) *Ipso — excisa est* ex schol. 82. 94) Ps. 80, 1. 95) Cap. 24. usque ad verba: *derisus est*, descriptum est ex Adami l. III. c. 50. cum schol. 82. 96) *Godescalcus, vir religiosus ac timens Deum*, Adam. l. III. c. 18.

*doloribus.* Statimque conspirata manu, statuerunt Crutonem in principatum, exclusis filiis Godescalci, quibus iure debebatur dominium. Quorum iunior Heinricus nomine[a] profugit ad Danos, eo quod regia[c] Danorum stirpe esset oriundus[1]. At senior Butue declinavit ad Bardos[2], querens auxilium a Saxonum principibus, quibus pater eius devotus semper et fidelis extiterat. Qui etiam rependentes beneficiis gratiam, susceperunt pro eo prelium, multoque expeditionum fatigio[d] [3] restituerunt eum in locum suum. Attamen status Butue semper erat infirmus, nec ad plenum roborari potuit, eo quod christiano parente natus et amicus principum, apud gentem suam ut proditor libertatis haberetur. Post eam victoriam enim, qua primum Godescalco interfecto Nordalbingorum provincia percussa est, Sclavi servitutis iugum armata manu submoverunt, tantaque animi obstinatia libertatem defendere nisi sunt, ut prius[5] maluerint mori, quam christianitatis titulum resumere aut tributa solvere Saxonum principibus. Hanc sane contumeliam sibimet parturivit infelix Saxonum avaritia, qui cum adhuc virium suarum essent compotes, et crebris attollerentur victoriis, non recognoverunt, quia Domini est bellum et ab ipso est victoria, quin[e] potius Sclavorum gentes, quas bellis aut pactionibus subegerant, tantis vectigalium pensionibus gravaverunt, ut[f] divinis legibus et[f] principum servituti refragari amara necessitate cogerentur. Luit hanc noxam Ordulfus, Saxonum dux, qui derelictus a Deo, quamdiu patri supervixit, nullam contra Sclavos victoriam consequi potuit[6]. Unde etiam contigit, ut filii Godescalci, qui spem suam in duce posuerant, super baculum arundineum atque confractum innisi sint[g, 7].

Defuncto Ordulfo[8] successit in principatum filius eius Magnus, natus de filia regis Danorum[9]. Statimque in ipso principatus sui exordio ad subnervandos Sclavorum rebelles animum et vires intendit, exacuente eum ad id Butue filio Godescalci. At illi unanimiter refragari ceperunt, secuti Crutonem[h], filium Grini, qui erat inimicicias exercens adversus christianum nomen et honorem principum. Et primo[i] quidem Butue provincia pepulerunt, diripientes presidia, in quibus confugium habebat. Videns autem se principatu extorrem, confugit[k] ad ducem Magnum, qui tunc forte Lunenburg degebat, et allocutus est eum: *Novit excellentia tua, virorum maxime, qualiter pater meus Godescalcus procurationem*[10] *Sclavice*[l] *provincie ad honorem Dei et progenitoris tui fideliter semper intorserit, nichil pretermittens eorum, que ad cultum Dei et fidem principum iure pertinuerint. Ego quoque paternam emulans modestiam, omni fide et devotione mandatis principum obsecundavi, infinitis me obiciens periculis, ut mihi vel vacuum honoris nomen, vobis vero fructus permaneret. Qualis autem merces et me et patrem meum exceperit, neminem latet, cum illum quidem vita, me patria exemerint hostes nostri, hostes, inquam, non tantum nostri, sed etiam tui. Si igitur honorem tuum et salutem tuorum curare volueris, viribus et armis utendum est. Denique fortuna nostra in extremo sita est, et maturandum est, ne ultra progredientes inimici etiam Nordalbingorum provincia abutantur.* Hiis auditis dux respondit: *Non possum hac vice ipse egredi, eo quod detinear magnis impedimentis, sed dabo tibi Bardos, Sturmarios, Holzatos atque Thetmarchos*[m], *quorum auxilio fretus hostium impetus ad tempus excipere valeas. Ego quoque, si necesse fuerit, quantocius subsequar.* Porro dies nuptiarum[11] ad presens ducem vetabat.

Assumptis igitur Butue fortissimis Bardorum transiit Albiam, et precucurrit in terram Wagirorum. Nuncii quoque ducis percurrentes omnem Nordalbingorum provinciam, urgebant populum egredi ad ferendum auxilium Butue, qui expugnabatur ab hostibus. At ille preierat cum sexcentis et eo amplius viris armatorum, veniensque ad castrum Plunense[12], urbem preter spem apertam et vacuam viris reperit. Quo cum intrasset, mulier Teutonica, que inibi reperta fuit, locuta est ad eum: *Accipe quod repererit manus tua, et festina velociter egredi, quia per dolum actum est, ut urbs hec aperta et vacua custodibus dimitteretur.*

a) nomine *deest* S. R. c) regio 2. d) fastigio 1. e) quando S. R. f) aut — aut 2. g) sunt 2. S. R. h) Crittonem 2. 3. i) primum *Edd.* k) consurgit 1. l) Slauie 1. m) *ita correctum in* 1. *ubi m. saec. XV. adscripsit:* Quinto hic committitur (conditur?) error omnium illorum, qui dicunt, Thetmarchos liberos fuisse a tempore Karuli Magni. *V. supra ad c.* 3.

1) Confer supra cap. 19 fin. 2) *Bardi* in pago Bardenga circa civitates Bardewik et Lüneburg. 3) *fatigium*, fatigatio. 5) *prius*, potius. 6) *Ordulfus .. quamdiu — potuit* sunt fere verba Adami l. III. c. 50. 7) Esaiae c. 88. v. 6. 8) Dux Ordulfus obiit 1071. Mart. 28. 9) scil. Wulfhildi, conf. Adami l. II, 75. 10) i. e. beneficium, feudum, Statthalterschaft 11) scil. cum Sophia, filia Andreae regis Ungariae. Conf. Wedekind Noten T. I. p. 188 sq. 12) Plön.

*Audito*[a] *enim introitu tuo, crastino cum maximo exercitu Sclavi redibunt et urbem hanc obsidione concludent.* Qui verba referentis dissimulans, per noctem in eodem castro remansit. Est autem urbs hec, ut hodie videri potest, lacu profundissimo undique inclusa, et commeantibus aditum pons longissimus continuat. Crastina igitur lucescente, ecce[b] Sclavorum infinita agmina urbem, ut vespere predictum fuerat, obsidione vallaverunt. Provisum autem fuerat, ne navicula aliqua in omni insula illa[c] inveniretur, per quam obsessis evadendi locus pateret. Butue[d] igitur cum sociis obsidionem cum magna famis difficultate sustinuit. Audito autem sinistro hoc nuncio, Holzatorum, Sturmariorum nec non Thethmarchie[e] fortissimi acceleraverunt, ut urbem obsidione liberarent. Cumque pervenissent ad rivulum, qui dicitur Suale[f] 13) quique disterminat[g] Saxones a Sclavis, premiserunt virum gnarum Sclavice lingue, qui exploraret, quid Sclavi agerent, aut qualiter expugnationi urbis instarent. Missus itaque vir ille a sociis, pervenit ad exercitum Sclavorum, qui cooperuerat faciem campi, preparans diversas machinas expugnationi[h] oportunas. Quos etiam his verbis alloquitur: *Quid facitis, o viri, oppugnantes urbem et viros amicos principum et Saxonum? Non utique conatus iste cedet vobis in prosperum. Mandat autem*[i] *vobis dux celerique principum, obsidione quantocius discedere. Quod si non feceritis, in brevi sentietis ultionem.* Qui cum anxie inquirerent, ubinam esset dux: respondit, eum in proximis adesse cum armatorum infinita multitudine. Princeps ergo Sclavorum Cruto[k], assumpto seorsim[l] nuncio, percunctatus est ab eo certius rei veritatem. Ad quem ille: *Quid*, inquit, *dabis mihi precii, si prodidero tibi ea, que tu queris, et fecero te compotem voluntatis tue super urbe hac et hiis qui sunt in ea?* At ille pactus est ei 20 marcas. Statim ubi firmata sunt promissa, dixit traditor ille Crutoni et sociis eius: *Dux iste, quem tu formidas, necdum transivit ripas Albie, detentus gravibus impedimentis: soli Sturmarii, Holzatii*[m] *et Thethmarchi*[n] *egressi sunt cum brevi numero. Hos ergo facile uno verbo seducam, et faciam redire ad loca sua.* Hiis dictis, transiit pontem et locutus est ad Butue et ad socios eius: *Consule saluti tue et virorum*[o], *qui tecum sunt, quia Saxones, in quibus tu habebas fiduciam, non venient hac vice succurrere tibi.* Tunc ille consternatus animo, respondit: *Heu me miserum, quare deseror ab amicis? Siccine Saxones optimi supplicem sui et auxilii indigum in tribulatione deserent? Male delusus sum, qui Saxonibus bona semper fiducia innitens, nunc in extrema necessitate pessundatus sum.* Ad quem ille: *Venit*, inquit, *dissensio in populum, et tumultuantes inter se, reversi sunt unusquisque ad*[p] *domum suam* 14). *Alio igitur consilio tibi utendum est.* Confusisque taliter rebus, nuncius ille[q] ad suos reversus est, sciscitantibusque Saxonum expeditis, quidnam cause esset, respondit dicens: *Veni ad castrum, ad quod misistis me, et nullum, Dei gratia, ibi periculum est, nec ullus obsidionis timor. Quin potius vidi Butue*[r] *et eos qui cum ipso sunt letos et nil habentes turbulentie.* Atque in hunc modum retardavit exercitum, ne obsessis fierent presidio. Factus est vir ille Butue et sociis eius materia perditionis. Statim enim ubi obsessi traditoris dolo decepti a spe evasionis deciderunt, ceperunt perquirere ab hostibus, si aliquid[s] pro vite remedio acceptare vellent. Quibus illi responderunt: *Nos aurum et argentum a vobis non recipimus, vitam tantum et membrorum integritatem postulantibus prebebimus, si exeuntes ad nos arma dederitis.* Hoc audito, Butue dixit ad socios: *Durus nobis, o viri, sermo proponitur, ut exeuntes arma resignemus. Scio quidem quia deditionem fames perurget. Sed si proposita nobis conditione inermes exierimus, nichilominus periculum subeundum erit. Fides enim Sclavorum quam sit mobilis, quam incerta, sepius compertum habeo. Videtur igitur mihi omnium saluti cautius esse, dilatione adhuc, licet difficili, vitam redimere et expectare, si forte Deus alicubi auxiliatores nobis admittat.* Quo[t] contra socii renisi sunt, dicentes: *Conditionem quidem, que nobis ab hostibus offertur, ambiguam plenamque formidinis esse fatemur. Nec tamen ea abutendum est, eo quod presens periculum evitandi alia via non sit*[u]. *Quid enim dilatio iuvat, ubi nemo est, qui obsidionem solvat? Attrociorem autem mortem fames quam gladius affert, meliusque est compendio vitam finire, quam diu torqueri.*

26. *De morte Butue*[v]. Videns igitur Butue socios animis obfirmatos ad egrediendum, iussit sibi cultiora exhiberi vestimenta, quibus indutus cum sociis egreditur. Transieruntque

a) audita 1. b) ecce *deest* S. R. c) illa *deest* S. R. d) Buthue 1. 2. *Edd.* e) Thetmarchiorum *Edd.* f) Strale S. R. g) determinat S. R. h) pugnationi B. i) autem *deest* 2. k) Critto 2. 3; Cruco *Edd. sicut infra* Crittoni *et* Cruconi. l) seorsum 1. m) Holzacii 2. n) Tethmarchi 2. o) tuorum *Edd.* p) in *Edd.* q) ille *deest Edd.* r) Buthue 2. *Edd. sicut et postea.* s) quid *Edd.* t) Quo *deest Edd.* u) est 2. v) Buthue 1 *saepius.*

13) Svale, rivulus iuxta Neumünster. 14) *reverti ad domum suam*, biblice.

pontem, bini et bini, dantes arma, atque in hunc modum perducti sunt ad faciem Crutonis. Ubi ergo omnes presentati sunt, mulier quedam prepotens de castro mandavit Crutoni ceterisque Sclavis, dicens: *Perdite viros, qui se tradiderunt vobis, et nolite servare eos, quia intulerunt maximas violentias*[a] *uxoribus vestris, que derelicte fuerant cum ipsis in urbe, et auferte obprobium nostrum*[b]. His auditis, Cruto et socii eius statim insilierunt[c] in eos, omnemque multitudinem hanc interfecerunt in ore gladii[15]. Et interfectus est Butue et omne robur Bardorum coram castro Plune in die illa pariter[16]. Invaluitque Cruto, et prosperatum est opus in manibus eius[17], obtinuitque dominium in universa terra Sclavorum, et attrite sunt vires Saxonum, et servierunt Crutoni sub tributo, omnis terra videlicet Nordalbingorum, que disterminatur in tres populos: Holzatos, Sturmarios, Thethmarchos[d]. Omnes hii durissimum servitutis iugum portaverunt omni tempore Crutonis. Et repleta est terra[18] latrunculis, facientibus mortes et captiones in populo Dei. Et devoraverunt gentes Saxonum toto[e] ore[19]. In diebus illis surrexerunt de populo Holzatorum[f] amplius quam sexcente familie, transmissoque amne abierunt via longissima querentes sibi sedes opportunas[g], ubi fervorem persecutionis declinarent. Veneruntque in montes Harticos, et manserunt ibi ipsi et filii et nepotes eorum usque in hodiernum diem[20].

27. *De constructione Hartesborch.* Nil autem mirum, si in natione prava atque perversa[21], in terra horroris et vaste solitudinis[22] sinistri casus emerserunt[h], si quidem per omne regnum illis in diebus bellorum tempestates consurgebant. Regni enim gubernacula, que regis Heinrici pueritia non modice dissoluta fuerant, ipso adolente[i] non minus invenere periculi[k]. Statim enim ut factus est vir et sublato pedagogo[23] suimet compos effectus est, omnem gentem Saxonum atrociter persequi cepit. Denique Ottoni ducatum Bavarie, quia Saxo erat, abstulit et Welponi dedit[24]. Post hec ad depressionem totius Saxonie in Hartico clivo castrum firmissimum, quod dicitur Hartesberg[l], collocavit[25]. Quamobrem irati Saxonum principes et in unum conglobati, castrum quod ipsis propter iugum positum fuerat, ad solum diruerunt[26]. Et obfirmati sunt animi Saxonum adversus regem; fueruntque eis principes Wicelo Magdeburgensis, Bucco[m] Halverstadensis episcopus[n], Otto dux, Magnus dux, Udo marchio et alii multi nobiles[27]. Ad quorum audaciam obtundendam[o] rex celeriter cum exercitu venit, adiuncto sibi Suevorum duce Rodulfo multisque regni principibus. Sed et Saxones nil morati viriliter occurrerunt in prelium, conveneruntque exercitus iuxta flumen Unstroth[28]. Cumque non longe abesset[p] pugna, factum est ex consilio utriusque partis, ut laudaretur pax[29] usque post biduum, sperantes bellum pace sopiri[30]. Saxones igitur pace delectati, statim exuerunt se armis et diffusi sunt per latitudinem campi, figentes castra et curam corporis[q] exequentes. Circa horam diei nonam[31] videntes speculatores regis Saxones remissos et dispersos super faciem campi nichilque suspicantes mali, festinantes renunciaverunt regi, quia Saxones se prepararent ad prelium[32]. Itaque concitatus exercitus regis, transmisso vado, irruerunt super quietos[33] et inermes[34], prostraveruntque multa milia Saxonum in die illa.

a) molestias 2. b) nostrum *deest* S. R.; uestrum 1. c) insiluerunt 1. d) Ecce hic habes sexto idem m. *saec. XV. in* 1 *adscripsit.* e) pleno 4. f) Holtsatorum 2 *saepius.* g) oportunas 1. h) emerserint 2. *Edd.* i) abolente 2. k) periculum 2. *Ed.* l) Harthelberg 2. S. m) Bucca 1. 2. S. n) episcopus *deest* 1. 2. o) reprimendam 4. p) esset 2. q) corporis *omissum* 1. 2.

15) *interficere omne vulgus in ore gladii,* 1 Samuel. c. 15, 8. 16) sc. 1071. August. 8. v. Necrol. Luneburg. 17) *Prosperatum est o. in m. eius,* 1 Machab. c. 2, 8. 18) *repleta est terra iniquitate,* biblice. 19) *devorare toto ore,* Esaias 9, 12. 20) Elbingerode, cuius nomen ante saeculum duodecimum non occurrit, ab his Albianis fundatum esse, verisimile videtur. 21) *Natio p. et perversa,* Philipp. c. 2. v. 15. coll. Deuteron. c. 32. v. 5. 22) *in terra h. et v. solitudinis,* Deuteron. l. l. v. 10. 23) *pedagogo.* Indigitare hic videtur Adalbertum archiepiscopum, qui mortuus erat anno 1072. 24) *Ottoni* (sc. de Nordheim) .. *dedit.*. Ipsa fere verba ex Ann. S. Disibodi a. 1074. 25) situm ante silvam, dictam Schimmerwalde, distans uno miliari ab urbe Goslaria. V. Wedekind Noten, T. I. pag. 240 sq. et Delius Untersuchungen üb. d. Harzburg p. 98 sqq. 26) Ekkehard. a. 1073: *Saxones ... praecipuum illud castrum, quod Harcesburg dicebatur, diruunt ... multa furentes audacia, solo tenus deiiciunt.* 27) Eosdem eodem ordine enumerant Ann. S. Disibodi a. 1075. 28) 1075. Iun. 9. inter Hohenburg prope Langensalza et Nägelstädt. 29) *Laudare pacem,* Frieden geloben. V. infra cap. 50. 83. 91 f.; l. II, 13. 30) Hoc armistitium initum esse apud Negilsteden, asserunt etiam Annales Palidenses, sed ad a. 1068. 31) 1075. Iun. 9. 32) Ann. S. Disibodi h. a.: *Saxonibus ergo super latitudinem terrae diffusis et iam castra hora 9. metantibus, speculatores Henrici, .. venerunt ad dominum suum, mentiendo dicentes, Saxones se praeparare ad pugnam.* 33) *Rex irruit super ignaros et imparatos,* ibidem. 34) *Saxones nihil mali suspicantes .. inermes,* Annal. Palid. l. l.

Cum igitur Saxones pro tuenda libertate bellum adhuc intentarent, dux Suevorum, vir bonus et amator pacis, primum regio honori, deinde Saxonum saluti consulens, apud Saxones obtinuit, ut se in potestatem regis contraderent[34] principes eorum, Wicelo Magdeburgensis, Bucco[a] Halverstadensis, Otto dux, Magnus dux, Udo marchio, interpositis scilicet conditionibus, ne aut captivitate gravarentur aut ullam sustinerent lesionis molestiam. Statim igitur ubi Saxones consiliis illecti potestati regie se tradiderunt[35], ille iussit eos arctiori[b] custodie mancipari[36], non reveritus promissionum fidem. Et contristatus est Rodulfus dux, eo quod promissa implere non potuisset[37].

28. *De publica penitentia Heinrici regis*[c]. Post paucos autem dies principes Saxonum preter voluntatem regis captivitate absoluti, in propria reversi sunt[38], nec umquam de cetero promissionibus regis fidem prebuerunt. Missa igitur relatione[d] Saxonum principes ad apostolicam sedem conquesti sunt reverentissimo pape Gregorio[e], qualiter rex, divine legis contemptor, ecclesiis Dei in statuendis episcopis omnem canonice electionis libertatem ademeret, ponens per violentiam episcopos quos voluisset. Insuper quod[f] more Nicolaitarum de uxore sua publicum fecisset prostibulum, subiciens eam per vim aliorum libidini, aliaque perplurima, que inconvenientia visa sunt et auditu difficilia[39]. Quamobrem domnus[g] apostolicus, zelo iusticie permotus, missis legatis vocavit regem ad apostolice sedis audientiam[40]. Qui secundam et tertiam vocationem dissimulans, ad ultimum familiarium consiliis astrictus, timentium ne regno iuste deponeretur, ivit Romam, ubi super hiis, unde iuste pulsabatur, sese pastoris permisit arbitrio. Accepit ergo in mandatis, ut anno integro Roma non discederet, equum non ascenderet, sed in veste humili circuiret[h] limina ecclesiarum, orationibus et ieiuniis reddens dignum penitentie fructum. Quod rex humiliter adimplere sategit.

Videntes igitur cardinales et hii, qui de curia sunt, quia pre timore sedis apostolice contremiscunt potestates et curvantur hii, qui portant orbem[41], suggerunt apostolico, ut transferat regnum ad alium virum, dicentes, indignum esse, ut talis regnet, qui de publicis convictus est facinoribus. Percunctanti igitur apostolico, quisnam in Alemania dignus esset tanto culmine, designatus est dux Suevorum Rodulfus, quod scilicet fuerit vir bonus, amator pacis[42], et circa cultum sacerdotii et ecclesiarum optime affectus. Cui domnus papa[43] auream transmisit coronam hoc versu intitulatam:

*Petra dedit Romam Petro, tibi papa coronam*[i].

Precepitque Mogontino et Coloniensi[k] ceterisque episcopis et principibus, ut adiuvarent partes Rodulfi, et statuerent[l] eum in regem. Quotquot igitur receperunt verbum domni pape, elegerunt Rodulfum in regem, additique sunt parti eius Saxones et Suevi. Ceteri principum civitatesque que sunt circa Renum non receperunt eum, omnesque Francorum populi, eo quod iurassent Heinrico, et iuramenta temerare noluissent. Porro Heinricus consistebat apud Romam mandatis obsecundans, ignarusque malorum, que adversus ipsum agebantur.

29.[m] Surrexit igitur quidam Straceburgensis[n] episcopus[44], amicissimus regis Heinrici[o],

a) Burca 1. 8. b) artiori 1. c) *adiectum capitulum in margine.* d) *legendum esse:* legatione, *Heumann. censuit; sed* relatio *magis convenit fonti, quo noster hic usus est.* e) septimo *add. Edd.* f) quod *deest* 2. g) dominus *Edd.* h) *ita* 1. i) *verba:* hoc versu *usque* coronam *desunt* 2. k) Treuirensi 4. l) statuerunt 1. m) *deest inscriptio, sed numerus capituli in margine adiectus a manu recentissima.* n) Strateb. *Edd.* o) Henrici 2 *et Alb. Stad.*; regi Henrico *Edd.*

34) Ann. S. Disibodi a. 1076: *Saxones igitur ... adhuc rebellare nitebantur ... dux Ruodolfus dans consilium ... ut in potestatem regis se traderent.* 35) Ibidem: *principes Saxonum in potestatem eius* (sc. regis) *se dederunt, videlicet Wezelo a. M., Bucco H., Otto d., Magnus d., Udo m.* 36) Ibid.: *Quos omnes rex custodiri praecepit.* 37) Ibid.: *Ruodolfus dux ... fideiussor .. quod eos iuvàre non poterat, dolorem inde habuit non minimum.* 38) Annal. S. Disibodi a. 1076: *Ipsi autem sine voluntate regis .. liberati de custodia et ad sua reversi.* 39) *Missa i. relatione ... auditu difficilia,* Ekkehard. a. 1072: *Non cessat gens Saxonum ... accusationes blasphemas et inauditas ad sedem apostolicam in illum* (regem) *referre.* Cf. Annal. S. Disibodi a. 1093. et Brunonem. 40) Ekkehard. a. 1073: *Qui legatione peracta reversi, litteras Alexandri apostolici detulerunt, regem vocantes ad satisfactionem.* 41) sc. imperatores, qui portant malum s. crucigerum globum imperii Germanici, symbolum orbis terrarum. Palla vocatur a Godofredo Viterb. Andreae Dandoli Chron. a. 1130. 42) *vir bonus, a. pacis,* iisdem verbis de Rudolfo utebatur noster cap. priori. 43) Conf. omnino Ann. S. Disibodi a. 1078. de epistola a Gregorio papa regi Rudolfo missa. Sed coronam seu diadema cum simili versu a papa Rudolfo missam esse iam nobis auctor est Sigebertus Gemblac. a. 1077, quem secutus est Otto Frising. de gestis Friderici I. l. I. c. 7. coll. eiusdem Chron. l. VI. c. 35. 44) Wernerus.

et velociter vadens Romam, diu quesitum regem invenit inter memorias martirum deversantem[a]. 1077. De cuius adventu rex letior effectus, cepit percunctari de statu regni, aut si omnia in pace consisterent. Cui ille intimavit, novum principem electum, factuque opus esse, ut quantocius Teutonicam terram reviseret, ad confortandos amicorum animos et conatus hostium comprimendos[b]. Cumque rex pretenderet, nequaquam sibi sine licentia sedis apostolice abeundum, ille respondit: *Noveris certe, omne hoc conspirationis malum de fonte Romane perfidie manasse. Imo si captionem evadere voles, de Urbe tibi clanculo exeundum est.* Egressus igitur noctu, rex exiit Italiam, firmatisque pro tempore rebus in Longobardia[c], venit in Teutonicam terram. Letatique sunt de insperato adventu principis omnes civitates Reni et universi[d] qui favebant parti eius. Congregavitque exercitum grandem, ut expugnaret Rodulfum, fuitque cum eo famosissimus ille dux Godefridus[45], qui postea liberavit Iherusalem, multique potentum. Saxonum vero atque Suevorum exercitus erant cum Rodulfo. Pugnaverunt igitur reges mutuo, et victa est pars Rodulfi, cecideruntque Saxones et Suevi. Porro Rodulfus vulneratus in manu dextra[46], fugit Marcipolim, mortique 1080. iam proximus, dixit ad familiares suos: *Videtis manum dexteram meam de vulnere sauciam. Hac ego iuravi domno Heinrico, ut non nocerem ei, nec insidiarer glorie eius. Sed iussio apostolica pontificumque petitio me ad id deduxit, ut iuramenti transgressor honorem mihi indebitum usurparem. Quis igitur finis nos exceperit, videtis, quia in manu, unde iuramenta violavi, mortale hoc vulnus accepi. Viderint ergo hii qui nos ad hoc[e] instigaverunt, qualiter nos duxerint, ne forte deducti simus in precipitium eterne dampnationis*[47]. Et hoc dicens cum gravi molestia diem clausit extremum.

30.[f] Tunc[g] rex Heinricus prosperis elatus successibus, grande episcoporum collegit concilium[48], ibique Gregorium papam velut regni traditorem et ecclesiastice pacis perturbatorem dampnari fecit. Inde grandi collecta expeditione transiit in Italiam, occupansque matrem imperii Romam, multisque civium ibidem interfectis, fugavit inde Gregorium, potitusque ad votum Urbe et senatu, Wibertum, Ravenne sedis episcopum, ordinari fecit in papam; a quo etiam benedictione percepta[49], a populo Romano salutatus est imperator et augustus. Factumque est verbum hoc in laqueum magnum in Israel[50], siquidem ex illa die orta scismata in ecclesia Dei, qualia non fuerunt a diebus antiquis. Et hii quidem, qui videbantur perfectiores et columpne in domo Dei, adheserunt Gregorio, ceteri, quos aut timor aut favor cesareus agebat, secuti sunt Wibertum, qui et Clemens. Duravitque scisma hoc 25 annis. Defuncto enim Gregorio successit Desiderius, post quem Urbanus, deinde Paschalis, qui omnes imperatorem cum papa suo excommunicationis sententia dampnaverunt, continentes[h] se apud reges Francie, Sicilie et Hispanie, qui catholicam partem tueri videbantur.

Saxones quoque, postquam de cede vires recuperaverunt, statuerunt sibi regem Hermannum quendam, cognomento Clufloch[i, 51], et instauraverunt prelium adversus Heinricum cesarem. Cumque Saxonum novus princeps, secundo potitus victoria, castrum quoddam victor ingrederetur, contigit miro Dei iudicio, ut porta cardinibus avulsa regem cum aliis quam plurimis[k] attriverit[52]. Conatusque Saxonum etiam tunc frustratus concidit. Nec adiecerunt ultra[53] novum creare regem, nec arma ferre adversus Heinricum cesarem, videntes ei regnum conservari divina voluntate approbante sive permittente[54].

31. *De epistola Petri monachi.* Res digna relatu posteritatisque memoria contigit in diebus Heinrici senioris novissimis. Nam Petrus quidam, genere Hispanus[55], professione

a) diversantem 2. *Edd.* b) reprimendos 4. c) Longabardia 1. 2. d) omnes 2. e) hac 2. f) *deest inscriptio in 2 et 1, in quo desideratur etiam littera initialis minio tincta. Numerus capituli hic adiectus in margine a manu recentissima.* g) tum 1. h) continens 1. i) Dufloch 2. k) pluribus 1. 2.

45) V. Wilh. Tyrium l. IX. c. 8. Albericum ad a. 1099. V. v. Sybel, Erster Kreuzzug pag. 260. 46) apud Elstram fluvium a. 1080. Oct. 15. 47) Similia his v. in Ekkehardi Chron. univ. ad a. 1080, omissis tamen iis, quae papam inculpant. Conf. etiam Vitam Heinrici IV. imp. c. 4. 48) Celebratum Paviae a. 1081. 49) Coronatus est a. 1084. Mart. 31. 50) biblice veluti Esaias c. 8. v. 14. 51) allium, Knoblauch. 52) Haud multum aliena sunt, quae Vita Heinrici IV. imp. c. 4. profert de morte Hermanni. 53) *Adiicere ultra* pro *continuare, audere* similiter usurpatur cap. 38 f. 63 f. Arnold. II, 10. 11. 54) V. Stenzel T. I. p. 491 et 530. 55) Constat, Petrum Eremitam non de Hispania, sed de civitate Amiens ortum fuisse. Conf. Annal. S. Disibodi a. 1096: *quidam inclusus P., in finibus Hispaniae constitutus* (ubi fortasse legendum fuit: *Hasbaniae*).

1096. monachus, ingressus fines Romani imperii, vocem predicationis emisit in universo regno[a], adhortans populos, ire Iherosolimam pro liberatione civitatis sancte, que tenebatur a barbaris. Protulit autem epistolam, quam de celo affirmavit allatam, in qua continebatur scriptum, quia impleta sunt tempora nationum et liberanda esset civitas, que calcabatur a gentibus. Tunc igitur[b] universarum regionum potestates, episcopi, duces, prefecti, militares viri, nec non plebei, abbates, monachi aggressi sunt iter[c] illud Iherosolimitanum[56] sub duce fortissimo Godefrido, fretique divine virtutis auxilio, Niceam, Antiochiam multasque civitates a barbaris possessas receperunt. Inde progressi, civitatem sanctam de manu barbarorum liberaverunt. Et cepit deinceps pullulare in eodem loco incrementum divine laudationis, et adoratur Deus[d] a populis terrarum in loco ubi steterunt pedes eius.

32. *Deiectio Heinrici imperatoris.* Post tempora dierum illorum mortuus est Wibertus, qui et Clemens[57], et sopita[e] sunt scismata, et rediit universa ecclesia ad Paschalem, et factum est unum ovile et unus pastor[58]. Igitur ubi firmatus est Paschalis in sede, precepit excommunicari imperatorem ab universis episcopis et catholice ecclesie cultoribus[f], et eo usque hec sententia invaluit, ut collecta generali curia principes Heinrico dyadema tollendum, et ad filium eius equivocum transferendum decernerent. Erat autem idem iam dudum ex petitione patris designatus in principem.

Missi igitur a principibus venerunt ad regem[59], qui tunc forte consistebat in curte
1105. regis Hingelisheim[g, 60], Mogontinus, Coloniensis, Wormatiensis, et pertulerunt ad eum mandatum ex ore principum, dicentes: *Fac nobis reddi coronam, anulum[h] et purpuram, ceteraque ad investituram imperialem pertinentia, filio tuo[i] deferenda.* Illo percunctante deiectionis[61] sue culpam, responderunt dicentes: *Quid queris ea, que optime nosti? Meministi qualiter universa ecclesia tui causa maximo scismatis errore multis iam annis laboraverit! qualiter episcopatus, abbatias, preterea omnia ecclesie regimina fecisti venalia, nec fuit in constituendis episcopis ulla legitime electionis facultas, sed sola pecunie ratio? Pro his et aliis causis sanxit auctoritas apostolica, favitque principum unanimitas, te non solum regno, verum et[k] ecclesiastica communione privandum.* Quo contra rex ait: *Dicitis, quia spirituales dignitates precio vendiderimus; vestra quidem potestas est, tale nobis crimen inpingere. Dic igitur, o Mogontine, dic adiuratus per nomen eterni Dei, quid exegimus, aut recepimus, quando te Moguntie prefecimus? Tu quoque, Coloniensis, per fidem te contestamur, quid nobis dedisti pro sede, cui nostra munificentia presides?* Illis fatentibus, nil[l] pecunie huius rei gratia aut oblatum[m] aut acceptum, rex ait: *Gloria Deo, quia vel in hac parte fideles inventi sumus. Certe dignitates hee[n] due prestantissime sunt et magnum questum camere nostre referre poterant. Porro domnus Wormatiensis, qualis a nobis susceptus, ad quid promotus, si[o] pietate vel questu erga ipsum usi fuerimus, nec vos nec ipsum latet. Condignam igitur beneficiis nostris rependitis gratiam? Nolite, queso, effici participes eorum, qui levaverunt manus adversus dominum et regem suum et temeraverunt fidem et iuramentorum sacramenta. Ecce iam defecimus parumque nobis vie restat senio et labore confectis: sustinete modicum et nolite gloriam nostram confusione terminare. Si autem nobis cedendum[p] omnino esse dicitis, et manet fixa sententia, prefigantur inducie, statuatur dies placiti; si curia adiudicaverit, filio nostro coronam manibus propriis resignabimus. Generalem itaque curie audientiam expetimus.*

Illis e contrario nitentibus et dicentibus[q], se negocium, pro quo missi fuerant, fortiter expleturos, rex parumper avulsus ab eis, fidelium suorum participavit consilio. Vidensque, quia legati venissent militia stipati et non esset locus resistendi, fecit sibi regiam exhiberi preparaturam, qua indutus et in sedem receptus, legatos alloquitur dicens: *Hec quidem*

a) mundo 2. b) *deest* 1. c) egressi sunt iter 1; egressi sunt ad iter *Edd.* d) Dominus S. R. e) *in textu cod.* 1 posita, *sed superscriptum est* sopita. f) custodibus 2. g) *ita* 2; Hilgeleshem 1; Hilgellisheim B; Hilgellesheim S. R. h) anulum 2. *Edd.* i) eius 1. 3. S. R. k) etiam *Edd.* l) nihil *Edd.* m) aut requisitum *addit Henr. de Herv.* n) ese 2. *Edd.* o) scilicet S. R. p) credendum 2. q) et dicentibus *deest Ed.*

56) Cfr. ibidem verba: *quandam circumferens cartulam, quam asserebat de caelo lapsam, in qua continebatur ... Iherusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium .... reges, duces ceteraeque mundi potestates* etc. 57) Anno 1100. Henricus de Hervordia, qui ad a. 1104. sequentia excerpsit, cap. 32 et 33 bene notavit ab Helmoldo haec de Henrico IV: *vulgariter et mitologice in cronicis Sclavorum cap.* 19 (sic) dicta esse. 58) Ev. Iohann. c. 10. v. 16. Sic etiam supra cap. 5. 59) Rectius hic et infra pro *rege* noster dixisset: *imperatorem.* 60) Ingelheim, sc. anno 1105. m. Dec. Conf. Ekkehard. l. l. a. 1106. 61) Cfr. supra cap. 7. not. 67.

*imperialis honoris insignia mihi prestitit eterni regis pietas et principum regni electio concors.* 1105. *Potens est autem Deus, qui me ad hoc culmen sua dignatione*[a] *provexit, michi conservare quod concessit*[b], *manusque vestras a cepto opere cohibere. Divino enim presidio nos enixius inniti oportet, omni scilicet militia et armis destitutos. Hactenus quidem externis bellis impliciti, semper in custodie nostre diligentia constitimus, omnes impugnationum iacturas, propitia divinitate, partim consilio, partim virtute prelii evincentes. Hoc autem intestinum malum sicut nec suspectum habuimus, ita nec precavimus. Quis enim in orbe cristiano tantum nefas consurgere crederet, ut iurata principi sacramenta fidelitatis irritentur*[62], *suscitetur filius adversus patrem, postremo nulla beneficiis gratia, honestati reverentia exhibeatur? Certe maiestas imperatoria eam etiam erga hostes honestatis disciplinam servare consuevit, ut proscribendis sive dampnandis vocationum sive induciarum remedia non negaverit, ante premuniens*[63] *quam feriens*[c], *prius invitans ad*[d] *gratiam quam dampnans per sententiam. At nobis contra fas vocationes et audientia negantur, ideoque prefocamur, ne audiamur. Quis tantam mentis alienationem a fidissimis*[e] *amicis, maxime vero a pontificibus crederet? Dominum igitur factorem orbis vobis proponimus, ut ipsius terror vos coherceat, quos pietas non revocat. Quod si nec Deum nec honestatem vestram reveremini, ecce presentes sumus, violentiam explodere non possumus, necessarium est vim sustinere, cui refragari locus non est.*

Ceperunt igitur pontifices hesitare, quid agerent: magnarum enim rerum ingressus semper sunt difficiles[64]. Tandem Magontinus allocutus est socios dicens: *Quousque trepidamus, o socii? Nonne officii nostri est regem consecrare, consecratum investire? Quod igitur principum decreto impendere licet, eorundem auctoritate tollere*[f] *non licet? Quem meritum investivimus, inmeritum quare non divestiamus?* Statimque accepto conamine, regem aggressi sunt eique coronam de capite abruperunt. Deinde sublatum de sede purpura ceterisque que ad sacram investituram pertinent funditus exuerunt. Tunc rex confusione circumdatus ait ad eos: *Videat Deus*[g] *et iudicet, quia inique agitis contra me. Ego quidem luo peccata adolescentie mee, recipiens a Domino stateram equi ponderis, ignominiam et confusionem, quantam nemo regum, qui ante me fuerunt, sustinuisse dinoscitur. Non vos tamen ideo immunes a peccato*[h], *qui levastis manus adversus dominum vestrum et prevaricati estis iusiurandum quod iurastis: videat Deus et ulciscatur in vos, Deus, inquam, ultionum dominus. Non consurgatis neque crescatis neque prosperetur honor vester, sitque portio vestra cum eo, qui tradidit Cristum Dominum.* At illi obturantes aures suas, perrexerunt ad filium, deferentes ei imperialia firmantesque eum in regnum[65].

33.[i] Surrexit igitur filius adversus patrem et expulit eum a regno[66]. Ille fugiens a facie filii sui pervenit ad ducatum qui dicitur Linthburg[k], pergens et accelerans, ut evaderet manus querentium animam ipsius. Erat autem in regione illa princeps nobilis, quem cesar, adhuc sui compos, ducatu de Linthburg[l] destituerat, et alii dederat[67]. Accidit igitur, ut idem princeps forte venationi deditus esset prope viam, cum cesar transiret comitatus viris novem, animadvertitque, quia fugeret a facie filii sui. Iam enim aliquid auditum fuerat. Sedensque in equo, assumptis militibus insecutus est regem velocius. Quem videns cesar et reputans hostem, cepit metuere de vita, et exclamans voce magna cepit postulare veniam. At ille[m]: *Male*, inquit, *domine, erga me veniam*[n] *meruistis, qui supplicanti quondam omnem negastis gratiam et abstulistis ducatum meum. Hoc est*, ait cesar, *quod nunc luo*[68], *quia filius meus surrexit contra me et depulsus sum ab omni honore meo.* Videns igitur princeps ille regem desolatum, miseratione commotus ait ad eum: *Licet quidem potestate vestra in me*

a) dignitate 1. b) concesserit *Edd.* c) ferimus 2. d) per *Edd.* e) fidelissimis 2. 3. f) cur *inseruit* 2. g) Dominus S. R. h) peccatis S. R. i) *numerus et inscriptio desunt* 1; *capituli initium littera initiali minio tincta significatur.* k) *ita* 1. 2. *Edd.* l) Linthborg 1. m) regem agnoscens *perperam addit* 4. n) veniam *omiserunt Edd.*

62) i. e. irrita habeantur s. reddantur; conf. cap. 79 f. 63) Voce *praemunire* pro *praemonere* saepissime utitur Helmoldus, ut cap. 34. 62. 63. 64) Similiter supra cap. 13 dixit: *Gravium causarum introitus sunt semper difficiles.* 65) Insignia imperialia in castro Hammerstein asservata constat caesaris senioris iussu filii nunciis esse extradita 1106 Ian. 5; v. Ann. Hildeshem. h. a. Ad hoc caput conf. omnino Stenzel l. l. Tom. II. pag. 171 sq. 66) Similiter Ann. Rosenveld. a. 1106: *Henricus, expulso patre, alter quodammodo Absalon.* 67) sc. Heinricus, comes de Limburg, quem adversantem sibi debellaverat et ad deditionem coegerat imperator, cui vero postea ducatum Lotharingiae donavit; v. Sigeberti Chron. a. 1101. De receptione data et auxilio praestito imperatori a duce v. Vitam Heinrici IV. imp. c. 11 et 12. 68) Cf. Adam. l. II, c. 26: *hoc est quod nos posteri luimus.*

1106. *abusus*[69] *fueritis, Deus tamen novit, quia magna super vos penitudine movear*[a]. *Impietas enim maxima adversum vos commissa est, ab eis maxime, apud quos pius et beneficus semper extitistis. Quid igitur vobis videtur, estne vobis inter principes aliquis*[b] *relictus?* Cumque cesar diceret se ignorare, eo quod necdum esset temptatum, ille ait: *Potens est Deus adhuc resarcire honorem vestrum, eo quod inique actum sit adversus*[c] *vos. Facite igitur, quod suadeo, ascendite urbem hanc, et habete corporis fessi curam, mittamusque ad regiones et civitates, temptare, si possimus alicubi invenire auxilium. Forsitan enim non ex toto defecit iustitia a filiis hominum*[70].

Nec mora, misit circumquaque pro militibus collegitque quasi octingentos loricatos, assumptumque cesarem perduxit in civitatem magnam Coloniam. Colonienses vero receperunt eum. Quod cum audisset filius, venit cum exercitu grandi et obsedit Coloniam. Cumque obsidio vehementer incresceret, cesar timens civitati noctu elapsus fugit Leodium[d][71]. Et convenerunt illic ad eum omnes viri constantes et quorum corda miseratio tetigerat. Perspectoque auxiliatorum numero dimicare statuit. Quem cum filius persequeretur in manu gravi, ille egressus est in occursum eius ad aquas Masanas[e, 72]. Rogavitque principes et omne robur exercitus sui dicens: *Si fortissimus Deus nos hodie adiuverit in prelio, factique fuerimus in conflictu superiores, servate michi filium meum*[73] *et nolite interficere eum.* Commissum est igitur prelium, et prevalens pater fugavit filium trans pontem, multique illic[f] occisi gladio, plures aquis prefocati sunt. Rursus instauratum est prelium, et cesar senior victus, conclusus, comprehensus est[74].

Quantas autem contumelias, quanta obprobria vir iste magnificus in illis diebus pertulerit, sicut relatu difficile, ita auditu lamentabile est. Insultabant ei amici, illudebant ei[g] nichilominus inimici. Denique, ut aiunt[75], pauperculus quidam, sed litteratus, coram omnibus adorsus est eum dicens: *Inveterate dierum malorum, nunc venerunt peccata*[76] *tua, que prius operabaris, iudicans iudicia iniusta, opprimens iustum et dimittens noxium*[77]. Cui cum astantes irascerentur, viri scilicet sensati, cesar compescuit eos dicens: *Nolite, queso, irasci in eum. Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo*[78], *querit animam meam, quanto magis alienus? Sinite eum ut maledicat, quia voluntas Dei est.*

Erat autem illic episcopus Spirensis[79], cesari quondam dilectissimus; nam et templum ingens Dei genitrici apud Spiram construxerat[80], preterea civitatem et episcopium[h] decenter promoverat. Dixit ergo cesar ad amicum suum episcopum de Spira: *Ecce destitutus regno*[i] *decidi a spe, nichilque mihi utilius est, quam renunciare militie. Da igitur michi prebendam apud Spiram, ut sim famulus domine mee Dei genetricis, cui devotus semper exstiti. Novi enim litteras et possum adhuc subservire choro.* Ad quem ille: *Per matrem,* inquit, *domine*[k], *non faciam tibi quod petis.* Tunc cesar suspirans et illacrimans ad circumstantes ait: *Miseremini mei, miseremini mei vos saltem, amici mei, quia manus Domini tetigit me*[81].

Mortuus est autem cesar eo tempore Leodii[82], stetitque corpus eius inhumatum in capella quadam deserta[83] quinque annis[84]. Tanta enim severitate domnus papa et ceteri adversarii eius in ipsum ulti sunt, ut mortuum vel humari non sinerent[85].

a) ex corde compatior 4. b) auxiliator *male addit* 4. c) adversum 1; contra 2. d) Leodrum 1. e) *sic* 2. S. *et Alb. Stad.*; Mosanas *Ed. quod correctum in* 1. f) *deest* B. g) illi *Ed.* h) episcopum S. R. i) de regno 1. k) Domini *Edd.*

69) pro *abusi.* Germanismus. 70) Esaiae c. 51, 6. 71) Caesar Leodium abierat iam mense Februario; obsessio Coloniae vero non nisi mense Iulio incepta est a rege. 72) Proelium apud Viset a. 1106 Mart. 21, in quo tamen Heinricum seniorem captum non esse constat. 73) sicut David rex: *Servate mihi puerum Absalonem,* 1. Reg. 18, 5. Eadem fere refert Chron. Luneburg. a. 1106, v. supra T. XVI. p. 74; v. etiam Vitam Heinrici IV. 74) 2. Maccab. 13. v. 21: *comprehensus est et conclusus.* 75) Similibus aliisque verbis Hetelonem, virum insanum, Coloniae increpasse imperatorem narrat Chron. Luneburg. T. XVI. p. 74. 76) i. e. poenae pro peccatis. 77) *Inveterate — noxium.* Ex proph. Danielis c. 13. v. 52 et 53. 78) i. e. de lumbis meis. *Ecce — Dei est* sunt fere verba Davidis de Absalone, 2. Sam. cap. 16. v. 11. Conf. ibi etiam v. 7 sq., quem locum de Semei maledictione in Davidem Helmoldus noster prae oculis habuit. Alter Absalon Henricus V. quoque audit Ann. Rosenveld. a. 1105. 79) Gebhardus, cui rex Henricus patrem a. 1105 in vig. nativ. Domini custodiendum commiserat, quando captus fuerat in Bekelnheim, v. Ekkehard. h. a. Amicus caesaris Iohannes diem supremum iam obierat a. 1104. 80) ecclesiam S. Mariae Spirae, quam iam Conradus II. et Heinricus III. aedificare coeperant. Cf. vit. Heinr. IV. c. 1. 81) Iob c. 19, 21. 82) 1106. Aug. 7. 83) sc. Spirae, Ann. Disibod. a. 1106. 84) Ekkehard. a. 1111. 85) Conf. Ann. Disibodi l. l.

O magna Dei iudicia, que completa sunt in tam prepotenti viro! Sperandum autem 1106. quod caminus ille tribulationis decoxerit in eo scoriam, tulerit rubiginem: quotiens enim in presenti iudicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo dampnemur. Fuit autem[a] ecclesiis admodum[b] bonus, his[c] videlicet, quas sibi fideles persensit. Porro Romanum antistitem Gregorium et ceteros insidiatores honoris sui sicut infestos habuit: ita etiam infestare studuit. Impulit eum ad hoc, ut multi dicunt, gravis necessitas. Quis enim vel minimam honoris sui iacturam equanimiter ferat? Legimus autem, quia multi peccaverunt, quibus tamen subventum est penitentie remedio. Certe David peccans et penitens rex et propheta permansit. Rex autem Heinricus ad vestigia apostolorum iacens, orans et penitens[86] gratis pessumdatus est nec invenit tempore gratie, quod ille obtinuit duro legis tempore. Sed disputaverint de his qui scierint vel ausi fuerint. Unum hoc scire licet, quia Romana sedes adhuc hodie luit factum illud. A tempore enim illo, quotquot regnant de stirpe illa, omnibus modis nituntur humiliare ecclesias, ne resumant[d] vires consurgendi adversus reges, nec inferre que intulerunt patribus eorum.

Regnavit autem Heinricus iunior pro patre suo, fuitque concordia inter regnum et sacerdotium, sed non multo tempore. Nam nec ipse prosperatus est[e] in omni vita sua, irretitus similiter ut pater eius a sede apostolica. De quibus suo loco dicendum est. His igitur de perturbationibus imperii et variis Saxonum bellis necessario prelibatis, eo quod Sclavis causam defectionis vel maximam prebuerint, iam nunc redeundum est ad hystoriam Sclavorum, unde longius digressus sum.

34.[f] *De morte Crutonis.* Factum est autem, postquam Cruto, Sclavorum princeps et cristiani nominis persecutor, confectus est senio, Heinricus, filius Godescalci[87], egressus[g] Dacia et reversus est in terram patrum suorum. Cui cum Cruto introitum precluderet omnem, ille collecto de Danis simul atque Sclavis[h] navium numero, percussit Aldenburg et omnem maritimam Sclavorum provinciam, duxitque de eis infinitam predam. Et cum hoc secundo et tertio fecisset, factus est[i] timor magnus omnibus Sclavorum populis insulas et litus maris habitantibus, adeo ut ipse Cruto preter spem Heinricum ad pacis conditionem admitteret, et concesso introitu, villas ei opportunas[k] ad habitandum concederet. Nec tamen hoc egit sincera intentione: virum enim iuvenem, fortem et bellicosum, quem vi nequibat, fraude opprimere gestiebat. Unde etiam per interstitia temporum accuratis[88] conviviis animum eius explorabat, pertemptans opportunum insidiis locum. At illi ad cavendum nec consilium nec doli deerant. Nam domna Slavina[l], uxor Crutonis, sepius illum premunivit[m], denuncians insidias. Denique marito iam vetulo invisa[n], Heinrico, si possibile foret, nubere affectabat. Unde etiam instinctu eiusdem femine Heinricus invitavit Crutonem ad convivium, quem multa potione temulentum, cum estuarium[89] in quo bibebant incurvus exiret, Danus quidam securi[o] percussit[90], et uno ictu caput amputavit. Et accepit Heinricus 1093. Slavinam in uxorem, et obtinuit principatum et terram[p]. Occupavitque munitiones, quas habuit ante Cruto, et reddidit hostibus suis ultionem.

Accessit etiam ad ducem Magnum, eo quod cognatus eius esset[91], et magnificatus est apud eum, fecitque ei iuramentum fidelitatis ac subiectionis. Sed et Nordalbingorum populos, quos Cruto vehementer attriverat, iste convocavit in unum, et iniit cum eis pactum firmissimum, nulla bellorum tempestate convellendum. Et letati sunt Holzatenses nec non Sturmarii ceterique Saxones Sclavis contigui, eo quod corruisset hostis eorum maximus, qui tradidisset eos in mortem et in captionem et in exterminium, et surrexisset pro eo princeps novus, qui diligeret salutem Israel. Servieruntque ei ex animo, properantes cum eo ad varia bellorum pericula, parati cum eo aut vivere aut mori fortiter[92]. Audientes igitur universi Sclavorum populi, hii videlicet qui habitabant ad orientem et austrum, quod surrexisset inter eos princeps, qui dicat subiacendum cristianis legibus et tributa principibus

a) autem in 2. b) quemadmodum 2. c) illis 2. d) sumant 1. e) est *omisit* 1. f) XXXIII. 1. g) est *add. Edd.* h) magno *add.* 4. i) est *omissum in* 1. k) oportunas 1 *saepius.* l) Sclauina *Alb. Stad.* m) premonuit 4. n) infensa *Edd.* o) de seruis 2; de servis securi *Edd.* p) in terra 2. *Alb.*

86) Conf. supra c. 28: *circuiret limina ecclesiarum, orationibus . . . reddens poenitentiae fructum.* 87) Conf. cap. 25 init. 88) Similiter Plaut. Menaech. I, 3, 25: *prandium adcurare.* 89) i. e. coenaculum. 90) *Convivium . . temulentum vino . . percutit*, de Absalone Amnon interficiente. 2. Sam. c. 13. v. 27 sq. 91) uterque natus de regia stirpe Danorum, sc. de filiabus regis Sveni. Cf. supra c. 19 et 24. 92) *parati mori . . . mori fortiter*, 2. Maccab. c. 7. v. 2 et 6.

1093. solvenda, vehementer indignati sunt, conveneruntque omnes una voluntate et eadem sententia, ut pugnarent adversus Heinricum, et statuerunt in locum eius[a], qui erat cristicolis oppositus omni tempore. Nunciatumque est Heinrico, quia egressus est Sclavorum exercitus ad destruendum eum. Et statim direxit nuncios ad accersiendum[b] ducem Magnum et fortissimos Bardorum, Holzatorum, Sturmariorum atque Thetmarcorum, qui omnes occurrerunt prompto animo et voluntario corde. Et progressi sunt in terram Polaborum in campum qui dicitur Zmilowe[c, 93], ubi exercitus hostilis erat diffusus super latitudinem terre. Videns igitur Magnus, quia exercitus Sclavorum grandis esset et armis instructus, timuit congredi. Protractumque est bellum a mane usque ad vesperam, eo quod internuncii temptarent pugnam conditionibus dirimere, dux quoque expectaret auxilium militum, quos superventuros sperabat. Factum est autem circa occasum solis, et ecce speculator ducis nunciat militiam armis instructam eminus accedentem, quibus visis dux letatus est. Saxonibus augescunt animi, sublatoque clamore aggressi sunt prelium. Et perrupta[d] est acies Sclavorum, disiectique per fugas occisi sunt in ore gladii[94]. Et facta est victoria illa Saxonum celebris et recordatione digna, eo quod adfuerit[e] Dominus credentibus in se et concluserit multitudinem in manu paucorum. Referunt hii quorum patres interfuerunt, quia solis splendor iam occumbentis obiectos Sclavorum oculos in congressu[f] adeo obtuderit, ut pre lumine nichil videre potuissent, fortissimo Deo hostibus suis in minimo maximum prebente offendiculum. Servieruntque a die illa omnes ille orientalium Sclavorum nationes Heinrico sub tributo, factusque est apud Sclavorum gentes notissimus, in hiis que ad honestatem et pacis bonum pertinent nobiliter clarens. Precepitque Sclavorum populo, ut coleret vir agrum suum et exerceret laborem utilem et commodum, extirpavitque latrunculos et viros desertores[95] de terra. Et exierunt Nordalbingorum populi le munitionibus, in quibus conclusi[g] tenebantur propter timores bellorum, et reversi sunt unusquisque in villam et possessionem suam, et reedificate domus et ecclesie bellorum tempestatibus dudum dirute Porro in universa Sclavia necdum erat ecclesia vel sacerdos, nisi in urbe tantum que nunc vetus Lubika dicitur[96], eo quod Heinricus cum familia sua sepius illic moraretur.

35.[h] *De morte Godefridi comitis.* Mortuus est[i] post hec dux Saxonie Magnus[97], et dedit cesar ducatum Ludero comiti, eo quod Magnus non haberet filium[k] sed filias. Quarum una, Eilike nomine, nupsit Ottoni comiti[l] genuitque ei Adalbertum marchionem, cognomento Ursum. Altera vero filiarum, Wlfildis nomine, data est duci Bawarie Catulo, què peperit ei Heinricum Leonem[98]. Luderus autem obtinuit ducatum Saxonie et gubernavit[m] cum modestia tam Sclavos quam Saxones.

Accidit autem in diebus illis[1], ut latrunculi Sclavorum venirent in Sturmariam et tollerent predam de iumentis et[2] captiones hominum[3] prope civitatem Hammemburg. Ad vocem autem clamoris[4] surrexit comes provincie illius Godefridus cum aliquantis civium de Hammemburg, et ersecutus est latrones. Sentiens autem quia multi sunt[o], substitit aliquantisper, donec veniret ei maius auxilium. Preteriens igitur[p] rusticus quidam, cuius uxor et filii captivi ducebantur, increpuit[q] comitem[r] dicens: *Quid trepidas, o virorum[s] vilissime? habes cor muliebre, non virile! Certe si videres uxorem tuam et filios abduci sicut meos, non subsisteres. Propera festina, libera captivitatem, si de cetero in terra honorari volueris!* His verbis irritatus comes abiit velociter sequens hostes. At illi posuerant post se insidias, et cum preteriret comes cum paucis, surrexerunt insidie de locis suis percusseruntque comi-

a) *excidisse videtur vox* quendam *sive nomen ipsius ducis a Slavis electi.* b) accersendum *Edd.* c) Zenilovve S. R.; Smilowe B. d) prerupta 1. e) adfuit S. R. f) *ita correctum in* 1. g) inclusi *Edd.* h) XXXVI. 1. i) est autem 2. k) filios 2. 3. l) de Ballenstede *addit* 2. B m) gubernavitque 1. o) essent *Edd.* p) autem 2; ergo *Edd.* q) increpavit 2. *Ed.* r) ducem 1. s) virorum *deest* 2. B.

93) Schmilau, quondam villa parochialis, nunc in parochia sancti Georgii et praefectura et advocatia Racesburg. 94) Haec quae vulgo ad annum 1105 referuntur, anno potius 1093 gesta sunt, in quo testantibus Annalibus Hildeshemensibus Magnus dux Saxonum Sclavos rebellantes 14 urbibus captis subegit. 95) *desertores*, errones, vagabundi; conf. l. II. c. 6; 1. Maccab. c. 7. v. 24. 96) Urbs Olden-Lubeke sita fuit, ubi fluviolus Swartowe influit Travenam fluvium; conf. Detmari Chron. Lubic. a. 1105. Praedium Olden-Lubeke saec. XV. est facta pertinentia praedii Coldenhove parochiae Renseveldo. V. etiam scholia 13 et 95 ad Adam. Bremens. Ecclesiae ibidem constructae a rege Heinrico meminit etiam charta imp. Conradi a. 1139. Ian. 5. U. B. der St. Lübeck I, n. 1. 97) Obiit anno 1106 August. 23. 98) Genealogiam hanc habet Ann. Saxo h. a. 1) Conf. Ann. Hildeshem. a. 1110. 2) sc. facerent. 3) i. e. captivos, conf. cap. 37. 4) *Vox clamoris*, Ieremias 8, 19; 25, 36.

tem[5] et cum eo viros quasi viginti, et abierunt via sua[6] cum preda quam rapuerant. Provinciales autem[a] pariter insequentes invenerunt comitem interfectum; caput vero eius non repererunt, eo quod desectum Sclavi illud secum duxissent. Quod postmodum multo precio redemptum in patriis[b] reconditum est sepulchris. 1110.

38.[c] *De interfectione Rugianorum.* Comitiam vacantem dedit Luderus dux nobili viro Adolfo de Scowenburg. Fuitque pax inter Adolfum[d] comitem et principem Sclavorum Heinricum. Quodam igitur tempore cum Heinricus resideret in urbe Lubeke, ecce improvisus supervenit exercitus Ruianorum[e] sive Ranorum, subvectique per alveum Trabene urbem navibus circumdederunt. Sunt autem Rani, qui ab aliis[7] Runi[f] appellantur, populi crudeles, habitantes in corde maris, ydololatrie supra r[illegible]lum [illegible] m preferentes in omni Sclavorum natione, habentes regem et fanum celeberrimum[g]. Unde etiam propter specialem fani illius cultum primum venerationis locum obtinent, et cum multis iugum imponant, ipsi nullius iugum patiuntur, eo quod inaccessibiles sint propter difficultates[h] locorum. Gentes, quas armis subegerint, fano suo censuales faciunt. Maior flaminis quam regis veneratio apud ipsos est[8]. Qua sors ostenderit[i], exercitum dirigunt. Victores aurum et argentum in erarium Dei sui conferunt, cetera inter se partiuntur. Hii ergo dominationis libidine provocati, venerunt Lubeke, veluti omnem Wagirensium et Nordalbingorum provinciam possessuri. Videns autem Heinricus improvisum obsidionis malum, dixit ad principem militie sue: *Consulendum est saluti nostre et virorum qui nobiscum sunt, et necessarium mihi videtur, ut exeam ad contrahenda auxilia, si forte possim urbem obsidione liberare. Esto igitur vir fortis et conforta bellatores qui in urbe hac sunt, et servate mihi urbem usque in diem quartum. Tunc enim vita comite*[9] *apparebo super montem illum.* Et elapsus nocte[k] cum duobus viris, venit in terram Holzatorum[l], nuncians eis imminens periculum. At illi in unum conglobati, occurrerunt cum eo ad prelium, veneruntque prope munitionem, que expugnabatur ab hostibus. Et collocavit Heinricus socios in latibulis, precepitque eis in silentio esse, ne forte hostes audirent vocem multitudinis aut hynnitum equi. Avulsusque a sociis, uno tantum contentus servo, venit ad locum quem prefixerat, unde videri posset ab urbe. Cuius faciem prefectus urbis callide observans, ostendit eum amicis, quorum animi consternati erant. Nam fama pertulerat ad eos, quod Heinricus nocte qua egressus est, captus esset ab hostibus. Contemplatus igitur Heinricus suorum periculum et obsidionis fervorem, reversus est ad socios, dissimulatoque itinere, circumduxit exercitum per viam maris usque ad ostium Trabene[m], descenditque per viam, qua Sclavorum equites descendere debebant. Ubi igitur Rani viderunt multitudinem per iter[n] maris descendentem, putabant quia equites sui sunt[o], exieruntque de navibus in occursum eis cum gaudio et plausu. At illi sublato clamore in oratione et ymnis[p], insiluerunt in hostes subito, et perterritos inopinato casu ad naves usque propulerunt. Et facta est ruina magna in exercitu Ranorum in die illa, cecideruntque interfecti coram castro Lubeke, nec fuit minor numerus eorum qui aquis prefocati sunt quam occisorum gladio. Feceruntque tumulum magnum, in quo proiecerunt corpora mortuorum, et in monumentum victorie vocatus est tumulus ille Raniberg usque in hodiernum diem. Magnificatusque[q] est Dominus Deus in manu cristianorum in die illa, statueruntque ut dies Kalendarum Augusti celebretur omnibus annis in signum et recordationem, quod percusserit Dominus Ranos in conspectu plebis sue. Servieruntque Ranorum populi Heinrico sub tributo[10], quemadmodum Wagiri, Polabi, Obotriti, Kicini, Cyrcipani, Lutici, Pomerani et universe Sclavorum nationes, que sunt inter Albiam et mare Balticum et longissimo tractu portenduntur usque ad terram Polonorum. Super omnes hos imperavit Heinricus, vocatusque est rex in omni Sclavorum[r] Nordalbingorum provincia.

a) autem *deest* R. b) patris S. c) XXXVII. 1. d) Adulfum 1. e) Rugianorum 2. *Edd.* f) Rimi 1. S. R. g) fanum et regem ceberrimum 2. h) difficultatem *Edd.* i) ostendit S. R. k) est nocte 2; noctu *Edd.* l) Holtsatorum *ut semper* 2. m) Travene 2. n) viam 2. o) putabant equites suos esse 2. *Edd.* p) hymnis 2. *Edd.* q) que *deest* 2. r) et *male addunt* 2. *Edd.*

5) V. Annal. Hildeshem. a. 1110; Annal. Sax. eodem anno: *Occiditur Godefridus comes de Hammaburch.* V. etiam Necrol. Lüneburg. et Mollenbec. IV. Non. Novbr. et Hamburg. U. B. T. I, p. 117 et quae notavi ibidem et p. 806. 6) *abire via sua.* Germanismus: *seinen Weg gehen.* 7) ab Adamo Bremensi sc. p. 312. 27; cf. p. 374 et schol. 117. 8) Confer quae iam de Ranis narravit noster supra cap. 6 et infra l. II. c. 12. med. 9) *vita comite*, 2. Reg. 4. 16. 10) Annalista Saxo iam ad a. 1110 et certo ad a. 1114 duci Lothario adscribere videtur, quae per vasallum suum Heinricum gesta sunt. Ita et Chron. Luneburg. a. 1114. SS. T. XVI, p. 75.

37.[a] *De victoria Mistue.* Cum igitur vice quadam Brizanorum[11] et Stoderanorum[b, 12] populi, hii videlicet qui Havelberg et Brandenburg habitant, rebellare pararent, visum fuit Heinrico, armis adversum eos utendum, ne forte duarum gentium insolentia toti[c] orienti rebellionis materiam parturiret. Perrexit ergo[d] cum amicissimis suis Nordalbingorum armatis, peragransque Sclavorum provinciam, cum ingenti periculo venit Havelberg eamque obsidione vallavit. Precepitque omni Obotritorum populo, ut descenderent ad expugnationem urbis, et crevit obsidio in dies et menses. Interea perlatum est ad Mistue, filium Heinrici, quod gens quedam foret e vicino, fertilis omnibus bonis, habitatoresque eius quieti et nullius turbulentie suspecti. Porro Sclavi illi dicti sunt Lini sive Linoges[13]. Assumpsitque secum ducentos Saxonum et trecentos Sclavorum, omnes electos, et abiit inconsulto patre iter bidui per angustias nemorum et difficultates aquarum et paludis maxime, irruitque super securos et impavidos[e], et duxit ex eis infinitam[f] predam et captivitatem hominum[14], abieruntque onusti. Cumque maturantes reditum difficiliora paludis transirent, ecce circumiacentium locorum incole pariter conglobati ad pugnam proruunt, volentes captivitatem liberare. Videntes igitur hii qui erant cum Mistue, se immensa multitudine hostium circumfusos viamque ferro[g] aperiendam, adhortati sunt se mutuo, totisque viribus enisi, omnem obsistentium multitudinem peremerunt in ore gladii, preterea principem eorum captivum secum abduxerunt, veneruntque ad Heinricum et exercitum qui erat in obsidione, cum salute victoriam et divitias maximas reportantes. Post paucos autem dies Brizani ceterique rebelles pacem postulaverunt, datis obsidibus quos Heinricus voluisset[15]. Atque in hunc modum sedatis rebellibus, Heinricus ad sua reversus est. Nordalbingorum quoque populi ad sedes suas reversi sunt.

38.[h] *Expeditio Sclavorum in terram Ruianorum*[i]. Accidit post hec ut unus filius[k] Heinrici, Woldemarus nomine, occideretur a Ranis. Quamobrem pater dolore pariter et ira permotus, omnem animum intendit ad rependendam talionem. Misitque nuncios in universas Sclavorum provincias ad contrahenda auxilia; conveneruntque omnes pari voluntate eademque sententia, ut parerent iussionibus regis expugnarentque Ranos, et fuerunt innumerabiles quasi[l] arena maris[16]. Nec hiis contentus, misit ad accersiendos[m] Saxones, eos scilicet qui de Holzatia et Sturmaria sunt, commonens eos private amicitie. Et[n] secuti sunt eum pleno corde, numero quasi mille sexcenti. Transitoque[o] flumine Trabena[p], abierunt per longissimos fines Polaborum et eorum qui dicuntur Obotriti, quousque pervenirent ad Penim fluvium. Quo transmisso, direxerunt[q] iter ad urbem que dicitur Woligost[r], apud urbaniores[17] vocatur Iulia Augusta, propter urbis conditorem Iulium Cesarem. Illic invenerunt Heinricum expectantem eos. Et pernoctaverunt ibi[s] figentes castra non longe a mari. Mane autem facto, convocans Heinricus populum in concionem, allocutus est[t] eos dicens: *Magna vobis, o viri, debetur gratulatio*[u], *qui ad ostensionem*[v] *benevolentie vestre et fidei invicte longius venistis, laturi nobis opem*[w] *contra hostes sevissimos. Sepius quidem accepi gustum audacie vestre et fidelitatis experientiam, que in diversis periculis mihi frequens lucrum, vobis gloriam parturisse dinoscitur, sed*[x] *nichil ita elucet, sicut huius devotionis exhibitio, semper memoriter retinenda, semper omni studio promerenda. Notum igitur vobis cupio, quod Rani, ad quos modo tendimus, directis ad me nocte nunciis, ducentis marcis pacem obtinere querunt. Super hac re nichil mihi sine vestro consilio definiendum est: si decreveritis acceptandum, acceptabo; si recusandum, recusabo.* Ad quod responderunt Saxones dicentes: *Nos quidem, o princeps, licet numero pauci simus, honoris tamen atque virtutis cupidi gloriam pro questu maximo duximus. Ranos igitur, qui filium tuum occiderunt, pro ducentis marcis in gratiam*

a) XXXVIII. 1. b) Stoberanorum 1. c) toto 1. d) ergo *deest* 1. 2. e) improvidos *Edd.*; *cf. cap.* 15. f) infinitimam 1 g) *vox* ferro *suppleta in margine* 1 *m. recentiore.* h) XXXIX. 1. i) *deest inscriptio* 2. k) filiorum 4. l) ut *Edd.* m) accersendos *Edd.*; *cf. p.* 38 *lin.* 4. n) Secutique 2. o) que *deest* 2. p) Travena 2. q) duxerunt *Edd.* r) Woligast 2. *Edd.* s) ibi *addunt* 2. *Edd.* t) est *deest* 1. u) *ita* 1. 2. 3; gratia *Edd.* v) ostentationem 2. w) opes 2. x) et *Ed.*

11) Brizani circa Pritzwalk in terra Havelberg s. Priegnitz, v. infra cap. 88; Mon. Germ. T. I, pag. 309; Riedel, die Mark Brandenburg. 12) Stoderani, in terra Havelland iuxta Albim inter Havelam et Rhyn fluvios. 13 Hi Lini s. Linoges idem videntur esse populus, qui apud Adam. Brem. l. II. c. 18 Lingones audit. 14) captivos; v. supra c. 35. 64 sq. 15) Haec fortasse cum expeditione ducis Lotharii anno 1121 contra Slavos suscepta connectunt. V. Annal. Sax. h. a. 16) 2. Sam. 17, 11 17) *urbaniores*, i. e. docti. Scriptores vitae Ottonis ep. Babenberg. Iulinum (Wollin), non vero Wolgast, quae apud eos Hologosta audit, conditam esse a Iulio Caesare fabulantur.

*recipiendos nostro consilio dicis? Revera nomini tuo magno condigna satisfactio! Absit a nobis talis iniuria, ut umquam facto huic assentiamur. Nec enim ideo uxores, filios, denique patrias sedes reliquimus, ut hostibus cavillationem et filiis nostris opprobrium sempiternum hereditemus. Quin potius perge ut cepisti, transi mare, utere ponte, quem stravit tibi bonus artifex, admove inimicis tuis manus. Videbis gloriosam mortem nobis maximo esse lucro.* His adhortationibus[a] animatus, princeps movit castra de loco isto[b], et perrexit ad mare. Tractus autem ille maris contractior, et qui visu traici potest, eo tempore stratus erat glacie firmissima, propter fervorem[c] hiemis. Statimque ubi transmissis silvis et arundinetis venerunt super mare, ecce illic agmina Sclavorum de universis provinciis diffusa erant super faciem maris, distincta per vexilla et cuneos, expectantia iussionem regis. Eratque exercitus ille grandis valde. Omnibus[d] igitur caute et ordinate per singulas acies consistentibus, soli duces egressi sunt ad salutandum regem et exercitum peregrinum, et pronis vultibus adoraverunt. Quos resalutans Heinricus et adhortans, cepit percunctari de itinere, et quinam in processu deberent esse primi. Singulis autem ducibus certatim se offerentibus, responderunt Saxones dicentes: *Nostri iuris esse dinoscitur, ut ad bella procedentium nos primi, redeuntium novissimi inveniamur. Legem igitur a patribus traditam et hactenus possessam hoc etiam loco minime negligendam arbitramur.* Et annuit eis rex. Licet enim Sclavorum multus esset numerus, Heinricus tamen se non credebat eis eo quod ipse nosset omnes. Levatis igitur signis Saxones preierunt in fronte, cetera Sclavorum agmina suis ordinibus subsecuta sunt. Et tota die ambulantes in glacie et nive multa, circa nonam tandem apparuerunt in terra Rugianorum. Statimque ville littori contigue inflammate sunt. Dixit autem Heinricus ad socios: *Quis ibit ex nobis speculari, ubi sit exercitus Ranorum? Videtur enim mihi, quasi videam eminus multitudinem appropinquantem nobis.* Missus ergo cum aliquantis Sclavis Saxonum speculator in momento reversus est, nuncians hostes adesse. Dixitque[e] ad socios: *Mementote, o viri, unde venistis et ubi consistitis, ecce mensa posita est, ad quam equo animo nobis accedendum est, nec est locus subterfugii, quin oporteat nos participari deliciis eius. Ecce mari undique conclusi sumus, hostes ante nos, hostes post nos, periitque a nobis fuge presidium. Confortamini igitur in Domino Deo excelso, et estote viri bellatores, quia unum e duobus restat, aut vincere aut mori fortiter.* Instruxit igitur Heinricus aciem, ipse constitutus in fronte cum robustissimis Saxonum. Videntes igitur Rugiani impetum viri, timuerunt timore magno, miseruntque flaminem suum, qui cum ipso de pace componeret. Primo igitur quadringentas, deinde octingentas marcas obtulit. Cumque exercitus remurmuraret indignans, urgerentque aciem ad congressum, corruit ille ad pedes principis dicens: *Ne irascatur dominus noster super servos suos. Ecce terra in conspectu tuo est, utere ea ut libet, omnes in manu tua sumus; quicquid imposueris feremus.* Quatuor igitur milibus et quadringentis marcis pacem indempti sunt[17], acceptisque obsidibus Heinricus[f] in terram suam reversus est, dimisitque exercitum unumquemque in sua. Misit autem nuncios in terram Rugianorum ad suscipiendam pecuniam quam promiserant. Porro apud Ranos non habetur moneta, nec est in comparandis rebus nummorum consuetudo, sed quicquid in foro mercari volueris, panno lineo comparabis. Aurum et argentum quod forte per rapinas et captiones hominum vel undecunque adepti sunt[g], aut uxorum suarum cultibus impendunt, aut in erarium Dei sui conferunt[18]. Posuit igitur eis Heinricus in appensione stateram gravissimi ponderis. Cumque exhausissent erarium publicum et quicquid in privatis suis auri vel argenti habuerant, vix medietatem[h] persolverunt, puto[i] statera delusi. Quamobrem iratus Heinricus, quod promissa ex integro non persolvissent, paravit secundam profectionem in terram Rugianorum. Accitoque duce Liudero[k], proxima hieme, que mare pervium reddidit, intravit terram Rugianorum cum magno Sclavorum et Saxonum exercitu. Vixque tribus noctibus illic remanserant, et cepit hiems[l] resolvi, et glacies liquescere. Contigitque ut imperfectis rebus revertentes marina pericula vix evaserint[19], et non adiecerunt Saxones

a) adortationibus 1. b) illo 2. *Edd.* c) rigorem *Edd.* d) *vocis* omnibus *littera initialis minio tincta in* 1. e) Henricus autem dixit 4. f) Heinricus *restitui ex* 4. g) adepti sunt *deest* 1; *margini adscriptum est* 2. h) mediet. pecunie pers. 2. B. i) puta 2. B. k) Ludero 2. *Edd.* l) yemps 1.

17) Sic pro *adepti;* vid. infra c. 50. et l. II. c. 8; Adam. Brem. l. III. c. 21. 18) Conf. supra cap. 36. 19) Ann. Palid. ad a. 1125: *Dux Liuderus contra Sclavos trans Albiam exercitum duxit; sed inacte rediit.*

ultra intrare terram Ranorum, eo quod Heinricus modico supervivens tempore[20], morte sua controversie finem dederit.

39.[a] *Strages Romanorum.* Fuit autem circa hos dies bellum potens Heinrico cesari contra ducem Liuderum[b] et Saxones. Heinricus enim iunior, ubi depulso vel potius extincto patre obtinuit monarchiam imperii, vidit quia universa terra quiescit in conspectu eius, fecitque ab[c] universis principibus iurari expeditionem Italicam, volens iuxta morem assequi plenitudinem imperialis honoris de manu summi pontificis. Transcensisque Alpibus, perrexit[d] Romam cum ingenti armatorum multitudine. Domnus vero[e] papa Paschalis audito introitu eius non modice letatus est misitque ad circumiacentes regiones accersere[f] numerosum clerum, quatinus regem honorabiliter venientem ipse honoratior exciperet[21]. Susceptus

1111. est igitur cum magno cleri Urbisque tripudio[22]. Ubi autem ventum est ad consecrationem, exegit ab eo domnus papa iuramenta, quatinus in katholice fidei observantia integer, in apostolice sedis reverentia promtus, in ecclesiarum defensione sollicitus existeret. Sed rex superbus iurare noluit, dicens imperatorem nemini iurare debere, cui iuramentorum sacramenta ab omnibus sint exhibenda. Facta est igitur contentio inter domnum papam et regem, et interceptum est opus consecrationis. Statim armatus regis exercitus efferatus est in iram, inieceruntque manus in clerum et spoliaverunt eos vestibus sacris[g], quasi lupi grassantes inter ovilia. Hiis auditis Romani proruunt ad obsistendum, eo quod viderent iniuriari clerum, ortumque est bellum in domo beati Petri tale, quale non est auditum ab annis antiquis. Prevaluit autem exercitus regis, attriveruntque Romanos interfectione magna nimis, nec fuit discretio cleri[h] et vulgi, omnia devorante gladio. Ibi pugnavit robustissimus quisque, quousque obrigesceret gladius in manibus eius. Et repleta est domus sanctificationis morticinis[i] et cadaveribus, profluxeruntque de acervis mortuorum rivi sanguinis, adeo ut Tiberina fluenta mutarentur in colorem sanguinis. Sed quid multis inmoror? Domnus papa et ceteri, qui occisioni superfuerant, in captivitatem ducti sunt. Videres igitur cardinales funibus in colla missis nudos trahi, vinctis post terga manibus, et de civibus inmensas catenatorum catervas duci. Postquam igitur profecti de Roma venerunt ad prime mansionis locum, accesserunt quidam episcopi et religiosi ad domnum papam dicentes ad eum: *Magnus dolor est cordi nostro, sanctissime pontifex, de tanto facinore, quod commissum est circa*[k] *te et clerum tuum et cives urbis tue. Sed mala hec exigentibus peccatis nostris improvisa magis quam deliberata fuerunt. Assentire ergo nobis et complacare domino nostro, ut et ipse complacetur tibi, et perfice in eo opus benedictionis tue.* Quibus ille respondit: *Quid dicitis, o dilecti fratres? Virum hunc iniquum, virum sanguineum*[l] *et dolosum a nobis consecrandum dicitis? Bene expiavit manus suas ad percipiendam consecrationem, qui aras Dei perfudit cruore sacerdotum et domum sanctificationis replevit cadaveribus interfectorum*[23]. *Absit a me verbum hoc, ut ego consentiam consecrationi eius, qui se ipsum execrabilem reddidit.* Cumque illi dicerent, cautum esse saluti sue et eorum qui erant in captivitate, ut regem placaret, respondit cum magna libertate dicens: *Non timeo dominum vestrum regem. Occidat corpus, si vult, amplius non habet quid*[m] *faciat. Multum quidem prosperatus est in cede civium et cleri sui, sed dico vobis in veritate, quia de cetero non assequetur victoriam, nec videbit pacem in diebus suis, sed nec filium generabit, qui sedeat in throno eius.* Cumque hec renunciata fuissent in conspectu regis, exarsit in[n] iracundia magna, iussitque omnes captivos decollari in facie domni pape, ut vel per hoc deterreret eum. Ille vero instanter hortabatur[o] eos, mori fortiter pro iustitia, promittens eis eterne vite inmarcessibilem coronam. At illi unanimiter provoluti pedibus eius orabant dilationem vite. Tunc beatissimus pontifex suffusus lacrimis contestatus est cordium inspectorem, se malle mori quam cedere, si non prepediret omnibus Cristi iure impendenda compassio. Fecit igitur quod necessitas imperabat[p] et promisit, se regem consecraturum, ut captivitas relaxaretur. Reversique[q] in Urbem

a) XL. 1. b) Luderum 1. c) ab 4. *Alb. Stad.; deest* 1. 2. *Edd.* d) perrexerunt S. B. e) enim S. B. f) accersire 1. g) sanctis *Edd.* h) cleri *deest* 2. i) morticiniis 3. k) contra *Edd.* l) sanguinum 1, S. m) quod *Edd.* n) *deest* 2. B. o) ortabatur 1. p) imperarat. 2. *Edd.* q) Reversusque 3.

20) Rex Heinricus obiit a. 1127. Mart. 22. Diem vide in Necrol. Luneburg. Conf. infra cap. 46 fin. 21) i. e. maximo honore, verecundia. Ekkehard. a. 1111: *rex . . . numquam viso honore percelebravit . . . immen a honorificentia receptus.* 22) sc. a. 1111. Febr. 12. In nonnullis verbis haec conveniunt cum Ottonis Frising. Chron. VII. c. 14: *infinito contracto exercitu . . Apenninum transcendit . . ad Urbem progreditur. Ibi a Paschali papa cum clero et populo Romano in urbe Leonina cum maximo tripudio suscipitur.* 23) *domum . . . interfectorum.* Eadem fere verba vide supra.

domnus papa et cardinales fecerunt regi secundum voluntatem eius, extorto quidem obsequio, dederuntque ei privilegium super omnibus que desideraverat anima eius.

40.[a] *De bello Welpesholt.* Postquam igitur arrepta benedictione[24] imperator Teutonicas revisit terras, collecta est in urbe Roma sinodus centum viginti patrum, ubi domnus papa acrius incusatus est pro eo, quod regem sacrilegum, capto summo pontifice, tractis cardinalibus, fuso sanguine cleri et civium, ad imperiale culmen provexerit, insuper constitutiones episcoporum, quas[b] patres sui ecclesiastico iuri usque ad mortes et exilia defensaverint, huic omnium indignissimo etiam privilegio stabilierit. Ille pretendere cepit necessitatis articulum maximaque pericula minori dispendio intercepta, strages plebium, incendia Urbis non posse aliter restringi, se quidem peccasse, sed inpulsum: emendaturum se hanc noxam secundum quod imperaret sanctum concilium[c]. Accepta igitur satisfactione, incusantium[d] refriguit fervor, definitoque consilio, extortum illud privilegium non privilegium, immo pravilegium vocitandum, ideoque anathemate rescindendum[e] sanxerunt, ipsum preterea imperatorem a liminibus sancte ecclesie sequestrandum censuerunt[25].

Currit hec fama per orbem universum, omnesque quos novarum rerum cupido trahebat, accepta quacunque occasione, rebellionis aggressi sunt molimina. Inter quos precipuus erat famosus ille Adalbertus[f], Mogontinus episcopus, sociatis sibi quam pluribus[g], maxime vero Saxonum principibus, quos ad defectionem[h] partim necessitas[26], partim etiam rebellionum vetus consuetudo illexerat. Siquidem preter nova bella, que tunc parabantur, cum fortissimo viro seniore Heinrico novies olim conflixerant. Sed quid multis inmoror?[27] Sentiens imperator, omnem iam Saxoniam a se deficere[28] et conspirationum virus latius serpere, primo omnium ipsum[i] auctorem rebellionis Mogontinum cepit episcopum[29]. Deinde toti infusus Saxonie, provinciam eorum maxima strage pervasit, principibus eorum occisioni aut certe captivitati traditis. Tunc hii qui superstites fuerant de principibus Saxonum, videlicet Liuderus dux, Reingerus[30] Halverstadensis episcopus, Fridericus[k] comes de Arnesberg, multique nobiles conglobati in unum imperatori denuo in Saxoniam cum exercitu redeunti occurrerunt in loco, qui dicitur Welpesholt[31], produxeruntque exercitum suum adversus exercitum regis, licet impares numero: tres enim contra quinque pugnaverunt. Commissumque est prelium illud nostra etate famosissimum Kalendis Februarii[32], quo 1115.
Saxones superiores inventi virtutem[33] regis attriverunt. Cecidit in eo bello Hogerus[l, 34] princeps militie regis, natus et ipse in[m] Saxonia, destinatus ad ducatum Saxonie, si res prospere cessissent. Febr. 1.
Tunc Saxones propter victoriam animis sublevati, perpendentes cesaris iram non facile impunitatem tante calamitati prebituram, frequentibus colloquiis causam suam muniverunt, seditiones que infra[n] provinciam erant federibus conciliant, aliunde auxiliantium manus consciscunt, postremo, ne complices federa rumpant, omnes in defensionem patrie arma coniurant[35]. Quid dicam de Mogontino, qui super omnes adversus imperatorem deseviit? Is enim civium suorum, qui cesarem Moguntie obsederant, studio carcere erutus et sedi sue restitutus, quantas mortes in captivitate pertulerit, non tam exesi corporis specie[36], quam ultionis acerbitate[o] expressit. Qui etiam legatione sedis apostolice functus, frequentibus conciliis episcoporum aliorumque quos iustitie species induerat, excommunicationis verbum in cesarem deponebat. Hiis motionibus exacerbatus cesar transiit in Longobardiam cum uxore sua Mathilde, filia regis Anglie. Transmisitque legatos ad domnum Paschalem papam, oraturus veniam super excommunicationis verbo. At ille distulit causam ad audientiam sancti concilii, legitimas regi prefigens inducias, laxatoque interim excommunicationis vinculo.

a) XLI. 1. b) quos S. R. c) consilium 1. d) accussantium *Edd.* e) ideo — rescindendum *desunt* 2. f) Adelbertus 1. g) plurimis *Edd.* h) defensionem 2. i) proprium 1. k) Fredericus 1. l) Hagerus 1. S. m) in *deest* 1. 2. n) intra *Edd.* o) acerbite 1.

24) Imperator coronatus est 1111. April. 13. Verba *arrepta benedictione* bene conveniunt iis, quae Ekkehardus ad a. 1111. l. 38 sq. attulit: *in exemplum patriarchae Iacob dicentis ad angelum: Non dimittam te, nisi benedixeris michi.* 25) Acta concilii huius Lateranensis a. 1112. Mart. 18 sq. celebrati v. apud Mansi T. XXI. p. 68 sq. 26) *necessitas* sc. defendendi se cf. Ekkehardum a. 1115: *defendendi se necessitate coacti.* 27) Eandem sententiam v. supra c. 39. 28) *Sentiens* sq. Ex Ekkehardi Chron. et Ann. Hildeshem a. 1115. 29) *Conspirationum . . . episcopum* ex Ekkehardo a. 1112. pag. 246. l. 32—38. 30) *Reingerus.* Plerumque appellatur Reinhardus. 31) Locus inter Hofstedt et Biderstedt. 32) 1115, non vero Kalendis, sed 3. Idus Februar.; v. Ann. Hildeshem. 33) virtus, i. e. exercitus, nobis Mannschaft. 34) comes de Mansfeld. 35) Conf. omnino Ekkehard. anno 1115. 36) V. Ekkehard. l. l.

Obiit interea Paschalis[36], cui substituit cesar Burdinum[a] quendam, reprobato Gelasio, quem canonica electio statuerat. Factumque est denuo scisma in ecclesia Dei. Gelasius enim fuga elapsus, in regno Francorum mansit usque[b] ad diem mortis sue.

Longum est igitur per singula replicare turbulentias temporis illius, nec est temporis huius talium explanatio. Sclavorum autem historia, unde longius digressus sum, reditum perurget, quorum utique conversionem Heinriciani[37] cesares non modice retardaverunt, domesticis videlicet semper[c] pregravati. Qui vero actus eorum et terminum scismatis huius plenius nosse desiderat, legat historiarum magistri Eggehardi librum quintum, quem ad Heinricum iuniorem describens, bona eius amplissima laude extulit, at[d] malefacta aut omnino tacuit aut in melius interpretatus est[38].

Nec tamen pretereundum reor, quod in diebus illis claruit vir insignis sanctitate Otto Bavenbergensis[e] episcopus, qui invitante pariter et adiuvante Bolizlao, Polonorum[f] duce, Deo placitam adiit peregrinationem ad gentem Sclavorum, qui dicuntur Pomerani et habitant inter Oderam et Poloniam[39]. Predicavitque barbaris verbum Dei, Deo cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis, omnemque gentem illam cum principe eorum Wertezlao[g, 40] convertit ad Dominum, permanetque fructificatio divine laudis illic usque in hodiernum diem.

1125. 41.[h] *Electio Liuderi.* Anno post hec incarnati verbi 1126. obiit[41] apud Traiectum Heinricus cesar, et successit in solium regni Liuderus, Saxonum dux. Indignati autem Francigene, virum Saxonem elevatum in regnum, conati sunt alium suscitare regem, Conradum videlicet, consobrinum Heinrici cesaris. Prevaluit autem pars, que fuit cum Liudero, abiensque Romam promotus est[i] ad apicem imperii per manus Innocentii pape[42]. Quo etiam suffragante Conradus eo usque propulsus est, ut se traderet in potestatem Liuderi, qui et Lotharius, factusque est ex hoste amicissimus. Cepitque in diebus Lotharii cesaris oriri nova lux non tam in Saxonie finibus, quam in universo regno, tranquillitas temporum, habundantia rerum, pax inter regnum et sacerdotium.

Sed et Sclavorum populi agebant ea que pacis sunt, eo quod Heinricus, Sclavorum regulus, comitem Adolfum et contiguos Nordalbingorum populos omni benevolentia amplexatus fuerit. In diebus illis non erat ecclesia vel sacerdos in universa gente Luticiorum, Obotritorum sive[k] Wagirorum[43], nisi tantum in urbe Lubeke, eo quod illic[l] fuerit Heinrici familiare contubernium[44]. Surrexit eo tempore sacerdos quidam, Vicelinus nomine, et venit ad regem Sclavorum Lubeke, rogavitque dari sibi facultatem predicandi verbum Dei infra terminos ditionis eius. Quis autem fuerit vir iste quanteque opinionis[m, 45], multorum qui adhuc supersunt habet noticia. Sed ne posteros lateat, huic narrationi inserendum arbitror, eo quod datus sit in salutem gentis huius, directas facere semitas Dei nostri in natione prava et perversa[46].

42.[n] *De Vicelino episcopo.* Vicelinus itaque Mindensi parrochia oriundus, in villa publica cui nomen Quernhamele[47], que sita est in ripa Wisere[o], genitus parentibus morum magis honestate quam carnis et sanguinis nobilitate adornatis[p]. Litterarum rudimentis apud canonicos eiusdem loci institutus est, neglectus tamen pene ad virilem etatem, eo quod parentibus orbus, adolescentie annos, ut ea assolet etas, levis et lubricus exegerit. Patria tandem domo exemptus. divertit in castellum non longe positum, cui nomen Everstein[q, 48], ubi nobilis domina, mater Conradi comitis[49], iuvenem desolatum miserata aliquandiu tenuit, misericorditer fovit, adeo ut sacerdos castri videns et invidens, occasiones quereret, quibus eum castro deturbaret. Quadam igitur die multis arbitris coram positis, interrogavit Vicelinum, in scholis positus quid legisset? Illo perhibente se Statii libros Achilleidos[r] legisse,

a) Burdicium 2. b) usque *deest* 2. c) semper *deest Edd.* d) ad 2. *Ed.* e) Bambergensis 2. f) Polenorum 1. g) Wereezlauo *Edd.* h) XLII. 1. i) est *deest* 1. 2. k) vel *Edd.* l) illic *deest* 1. m) *vid. not.* e *ad praef.* n) XLIII. 1. o) Wesere 3. p) ornatis *Edd.* q) Eversten 1. 3. r) Statium Achilleidos 1. 2.

36) 1118. Ian. 21. 37) *Heinriciani caesares* i. e. Heinrici. 38) quem vide supra Tom. VI. pag. 231 sq. 39) Conf. etiam Ekkehard. a. 1124. et Ottonis epistolam ibid. a. 1125. 40) De Wartislao s. Bratislao, Fratislao conf. Vitam Ottonis episcopi Tom. XII. 41) Obiit 1125. Mai. 23. 42) 1133. Iun. 4. 43) Ultra Albiam illis temporibus raro inveniebatur christianus. Ann. Pegav. a. 1114. 44) Conf. supra cap. 34 f. 45) *opinio* i. e. fama. 46) *Natio p. et p.* V. supra cap. 27 init. — Ev. Ioh. 1, 23. 47) Hameln. 48) Everstein, castrum quondam situm in colle, hodie dicto Burgberg in ripa dextra Wiserae prope Holzminden. 49) In diplomate anni 1113 in Falke, Tradit. Corbeiens. p. 212 occurrit Conradus comes de Everstein cum uxote Mathildi et filiis Conrado, Ottone, Adelberto.

consequenter requisivit, que esset materia Statii. Sed cum diceret se nescire, sacerdos nimium mordaciter ad circumstantes: *Heus*, inquit, *ego iuvenem hunc de recenti studio venientem putabam aliquid esse, sed opinione delusus sum. Iste enim penitus nullius momenti est.* Sed quia scriptum est: *Verba sapientium stimuli, et quasi clavi in altum defixi*[50], tante cavillationis verbum modestia iuvenis extimuit. Statimque castro[a] sese proripiens, etiam sine valedictione discessit, tantis lacrimis inundans et verecundie punctiones sustinens, ut vix cuiquam opinabile[51] sit. Audivi eum sepenumero dicentem, quia ad verbum illius sacerdotis respexerit eum misericordia divina. Abiit ergo Patherburnen, ubi tunc forte studia litterarum florebant sub nobili magistro Hartmanno[b, 52]. Cuius etiam mensa et contubernio usus, quam pluribus[c] annis tanto fervore, tanta denique instantia studuit, ut non facile explicari possit. Crebro enim

ad quandam veluti desudans mente palestram,
artibus edomitum subdidit ingenium.
Non hunc ludi, non epule

cepto proposito detraxerant[d], quin aut legeret aut dictaret vel certe scriberet. Cori preterea diligentissimus curator[e] extitit,

inter primitias adolentis[f] religionis
deservire Deo, suave piumque putans.

Videns igitur egregius magister, discipulum atque contubernionem suum supra vires laborare, sepius ait ad eum: *O Viceline,*

*precipitanter agis, pone modum studiis,*
*nam temporis adhuc*
*multum*[g] *superest, quo plurima discere possis.*

Ille nichil motus hiis[h] verbis: *Ecce recordor,* ait,

*me libris tardas applicuisse manus,*
*festinare decet, patitur dum tempus et etas.*

Dedit autem Dominus[i] viro illi intellectum et cor docile; supercrescensque socios, in brevi factus est in scolis regendis magistri coadiutor[k]. Preerat igitur sociis in sollicitudine, instituens tam doctrina quam exemplo. Orationi etiam interdum vacans, omnium sanctorum suffragia efflagitabat, precipue vero beati Nicolai, cuius obsequio specialius sese manciparat. Unde etiam[l] contigit, ut vice quadam eiusdem sancti natalitia celebraturus in oratorio sancte Brigitte[m] socios consciverit[n]. Ubi vespertino et matutino officio sollempniter expleto, angelice voces a quibusdam audite sunt, psallentes iuxta morem cleri responsorium: *Beatus Nicolaus iam triumpho potitus.* Accessit igitur Vicelino gaudium de miraculo et de gaudio cumulata devotio.

43.[o] *De transitu Ludolfi presbiteri.* Ceterum eidem viro divino famulatu imbuendo, nobile prebuit virtutis incitamentum[p] illa celebris fama avunculi ipsius Ludolfi[q], sacerdotis de Feule[r, 53], qui summe sanctitatis vir magnusque confessor, frequentabatur a populis regionis confitentium peccata sua, et remedio penitentie venturam iram declinare cupientium. Ad quem et ipse accersitus[s] sepius accessit, insistens abluendis per confessionem propriis criminibus, consideravitque in sacerdote nature simplicitatem, innocentiam vite et super omnia elemosinarum largitatem, statumque vite nulla dissolutione labefactatum. Qui etiam venerabilis sacerdos etate iam decrepitus, sed vigore spiritus integer, ubi egritudine mortali decubuit, misit ad accersiendos[t] sacerdotes et religiosos quosque. Impetrato sacre unctionis officio conquestus est, se fraudatum presentia dilectissimorum suorum Rotholfi, Hildensemensis[u] canonici[54], et Vicelini. Nec mora ad vocem precantis uterque inopinatus

a) castello *Edd.* b) Hermanno 2. c) plurimis *Ed.* d) detraxerunt *Edd.* e) procurator 2. f) adolescentis 2. g) satis 1. 2; *fortasse* sat multum *sq.* h) hiis *deest* 2. i) Deus 1. k) magistro adiutor *Edd.* l) et *Edd.* m) Brigide 1. 2. n) concitaverit 2; convocaverit *Alb.* o) V (*sc.* XLV) 1. p) incrementum *Edd.* q) Lodolfi 1. 2. r) Feule *Ed.* s) accercitus 1. t) accersendos 2. *Ed.* u) *superscripta littera* s *in* 1 *legitur* Hildensemensis; Hildenemensis 2. *Edd.*

50) Ecclesiast. cap. 12. v. 11. 51) i. e. credibile; conf. cap. 52 fin. 52) Hartmannus recensetur inter canonicos iuniores Paderbrunnenses in charta Heinrici, episcopi Paderbrunnensis data a. 1123. Iun. 18 apud Erhard Regesta hist. Westphal. T. I. p. 150. 53) Feule est Fuelen; v. Mooyer die vormalige Grafschaft Schaumburg p. 7. 25. 54) Fortasse idem ac Rotholfus presbyter, qui occurrit in chartis episcoporum Hildesheimensium a. 1125—1146, v. Urkdb. des histor. Vereins für Niedersachsen, IV, n. 1—4.

advenit, repperiuntque virum Deo dilectum exitus sui horam cum magna devotione opperientem. A quo etiam recogniti, cum gratiarum actione suscepti sunt. Nocte igitur suprema[a] Deo in oratione colloquens, appropinquante iam diluculo, iussit sibi a dyacono legi passionem dominicam, qua intentius audita, celeriter adorsus est diaconum: *Affer mihi*, inquit, *velociter viaticum salutare, iam enim adest hora migrandi.* Statimque participans vivificis misteriis, dixit astantibus: *Ecce veniunt qui me deducturi sunt, ecce veniunt nuncii Domini mei, sublevate me de lecto*[b]. Quibus attonitis: *Quid trepidatis*, inquit, *o viri? Nonne videtis nuncios Domini mei omnes adesse?* Statimque anima illa carne soluta est. Mane igitur facto convenientibus multis ad sepulturam tanti viri, orta est disceptatio de sepultura eius, populo quidem eum in ecclesia, familiaribus vero eius in atrio, ut ipse iusserat, sepeliri volentibus. Offertur interim pro anima eius hostia salutaris, cum Theodericus quidam, qui adhuc superest, propter vigilias funeris sopore gravis lecto decubuit, viditque sibi assistere virum reverendi habitus, et dicentem: *Quousque dormitas? Surge et fac sepeliri sacerdotem, ubi populus eius decrevit.* Prevaluit igitur ex beneplacito Dei postulatio populi, sepelieruntque eum infra muros ecclesie, cui multis annis fideliter deservierat.

44.[c] *De Thetmaro*[c*] *preposito*[55]. Post mortem igitur avunculi Vicelinus in Patherburnensi ecclesia tam diu perstitit, quousque vocatus Bremam, curandis scolis magister ibidem preditus[d] est[56]. Fuitque in regendis scolis vir valde idoneus, curator chori, eruditor iuvenum forma honestatis. Denique discipulos, quos antea mos precipitatus agebat, reddidit artibus ingenuos[e] et in cultu Dei et frequentia chori officiosos. Quamobrem diligebat eum antistes Frethericus[f], ceterique quos aut dignitas aut honestas in ecclesia fecerat editiores. Illis solum onerosus videbatur, quibus consuetudini fuerat, deserto ecclesie cultu et disciplina clericali, bibere in tabernis, spaciari per domos et plateas, vanitatibus obsecundare, qui insolentias suas argui ab ipso pertimescebant. Unde etiam probris et derogationum spiculis sepius eum appetere solebant. Sed nil fuit, quod in moribus eius a perfectione dissideret, vel emulorum commentis alluderet, nisi quod in cohercendis iuvenibus, verberibus modum negaverit. Unde etiam plerisque discipulis capescentibus fugam, crudelitate notatus est. Quotquot autem validiores animis discipline eius iugum sustinuerunt, grandi emolumento prediti sunt: succreverunt enim sicut studiorum et prudentie maiestate, ita etiam dignitatis et honorum gratia. Fuit eo tempore in disciplinatu eius iuvenis optime indolis Thetmarus[g] nomine, cuius mater reverendissima[h], ipsa nocte qua tali sobole onustanda erat, conspexit in visu veluti auream crucem gemmis redimitam sese gremio recepisse. Preclarum sane future prolis argumentum sanctitatis fulgore irradiandum. Postquam igitur procreatus est filius, mater non immemor oraculi, mancipavit eum divino cultui et sacris litteris imbuendum. Sed cum in primis neglectus esset, eo quod studium apud Bremam defecisset, contigit adventare magistrum Vicelinum et curandis scholis prefici, cuius tutele commendatus puer Thetmarus[i], factus est eius discipulus et contubernio.

45.[k] Emensis igitur quam pluribus annis[57], magister Vicelinus, perspecto discipulorum et profectu et numero, proposuit ire in Franciam, maiorum scilicet gratia studiorum, oravitque Deum cogitationem suam ab ipso dirigi. Hec eo animo volutante, Adalbertus[l], maioris ecclesie prepositus, die quadam accessit ad eum dicens: *Quare celasti amicum et consanguineum tuum, ea que in corde tuo sunt?* Qui cum sollicite requireret causam, ille respondens ait: *Scio quidem, quia profectionem paras in Franciam, nec quemquam vis hoc nosse. Noveris igitur iter tuum a Domino directum: noctu enim in somnis visus sum mihi assistere ante altare Domini et orare*[m] *Deum instantius. Tunc ymago beate Dei genitricis, que forte in altari constitit, allocuta est me dicens: „Vade et nuncia viro, qui iacet post ostium, quia habet*

a) supprema 1. b) E. v. n. D. m. sublevate me de lecto, ecce ven. q me ded. sunt 2. c) XLVII. 1. c*) Tetmaro 1. d) *leg.* praefectus. *Heumann.* e) ingenuis *Edd.* f) Fridericus *Edd.* g) Thethmarus R. S. *constanter.* h) reverentissima 1. 2. *Edd.* i) Tethmarus 1. k) *in* 1 *neque capituli inscriptione, neque littera initiali minio tincta hic novum cap. incipere proditur.* l) Adelbertus 1. m) adorare 1.

55) Thietmarus decanus occurrit in chartis Bremensibus a. 1139—1142; cfr. infra c. 58. Videtur tenuisse praeposituram Hagerestorpe s. Cuzelinae, in monasterio, quod postea in civitatem Segebergensem translatum est. 56) Scolasticus audit Vicelinus in charta Fritherici, archiepiscopi Hamburgensis. V. Hamburg. Urkundenbuch Tom. I. n. 131. Hoc tempore Vicelinus, canonicus Bremensis ecclesiae, misit conventui Patherburnensi reliquias et vitas Willehadi, Anscharii et Rimberti, tempore scilicet domni Hamukonis abbatis, qui huic monasterio praefuit 1118—1123; cfr. supra T. II. p. 379. 57) circa annum 1112.

*licentiam*[a] *migrandi, quo vult*". *Parui ego iubentis imperio, et accedens ad ostium reperi te in oratione decubantem. Nunciavi tibi sicut edoctus eram; audisti et letatus es. Iam nunc igitur accepta permissione, perge quo desideras*. Hoc itaque divine respectionis solatio animatus, resignavit scolia, non tamen sine dolore pontificis maiorumque ecclesie, tanti viri presentia moleste carentium. Assumptoque secum honestissimo iuvene Thetmaro[b], perrexit in Franciam, adiitque scolas venerabilium magistrorum Radolfi[c] et Anselmi[d, 58] qui in explanatione divine pagine fuerant eo tempore precipui. A quibus etiam honorabiliter habitus est propter ferventissimum studii desiderium et vite probabilis meritum. Questiones enim supervacuas pugnasque verborum, que non edificant, sed magis subvertunt, omnino devitans, ad ea solum enisus est, que sobrio intellectui et moribus instruendis sufficerent. Denique accepto semine verbi Dei, eousque convaluit, ut iam tunc proposuerit propter Deum austerioris vite vias aggredi, abdicare scilicet carnis esum, cilicio ad carnem operiri, cultui divino artius applicari. Adhuc enim acolitus existens altiori gradu abstinuerat, timens lubricum etatis. Ubi igitur maturior etas et diutinum continentie experimentum viro firmitatem addiderant, transactis in studio tribus annis, statuit patriam revisere et ad sacros ordines promoveri. Contigit in diebus illis, dilectum discipulum eius Thetmarum infirmari. Qui metuens periculum mortis, flevit cum Ezechia[59] fletu magno, postulans dilationem vite, propter magistri sui Deo accepta merita. Quo perorante, gloria Deo, infirmitate relevatus est. Post hec recepti in patriam, divisi sunt ab invicem. Et quidem venerabilis Thetmarus canonica[60] Bremensis ecclesie investitus est; at magister Vicelinus oblatam[61] recusavit, ordinatione Dei ad opus aliud destinandus.

46.[e] *Adventus Vicelini in Sclaviam.* Eo itaque anno, quo Francia reversus est, accedens ad reverendissimum[f] Northbertum, Magdeburgensem presulem[62], eius notitia perfrui et ad sacerdotii gradum promoveri meruit[63]. Statimque ferventissimo zelo exestuans[g], quibusnam sedibus locandus, aut cui operi mancipandus foret, in quo ecclesie fructuosus existeret, audivit famam Heinrici, principis Sclavorum, et qualiter idem, domitis barbaris gentibus, ad ampliandum cultum domus Dei pronam gesserit voluntatem. Ratus igitur ad opus euangelii se divinitus vocari, adiit venerabilem Adelberonem, Hammemburgensem archiepiscopum, qui forte apud[h] Bremam constitit, revelaturus ei propositum cordis sui. Ille non modice letificatus[i] approbavit consilium, deditque ei legationem verbi Dei in Sclavorum gente[k] vice sua idololatriam exstirpandi. Statimque aggressus[l] est iter in terram Sclavorum, comitantibus eum[m] venerabilibus presbiteris, Rodolfo Hildensemensi et Ludolfo Verdensi canonico, qui se devoverant in opus ministerii huius. Repertum igitur in urbe Lubecensi principem Heinricum convenerunt, rogantes dari sibi facultatem predicandi nomen Domini. Qui nil titubans, viros dignissimos coram gente sua magnis honoribus extulit, deditque eis ecclesiam in Lubeke, ubi tuta secum statione possent consistere et agere que Dei sunt. Hiis rite peractis, reversi sunt in Saxoniam, ordinaturi de rebus domesticis suis et paraturi[n] se ad iter Sclavanicum. Sed grandis et subita mestitia corda eorum perculit. Fama enim velox pertulit, Heinricum regem Sclavorum presenti vita decessisse[64]. Sicque ad pre- 1127.
sens pia eorum vota retardata sunt. Filii enim Heinrici, Zventepolch[o] nec non Kanutus, qui dominio successere, intestinis bellis adeo perturbati sunt, ut tranquillitatem temporum et tributa regionum perderent, que pater eorum armorum virtute conquisierat[65].

a) potestatem *Edd.* b) Tetmaro 1. c) Rodolfi 2: Rodolphi S.; Rudolphi *Ed.* d) Ancelmi 2. e) XLVII. 1. f) reverentissimum 1. 2. g) aestuans *Edd.* h) ad *Edd.* i) letatus 2. k) predicandi et *addit* 4. l) aggressus 1. m) secum 1. 2. n) ordinantes — parantes S. R. o) Suentenpolch 2; Zventeplech *Alb. semper.*

58) Anselmus, ecclesiae Laudunensis scholasticus et decanus († 1117), quem in dirigenda schola excepit frater eius Radolfus. Splendidissima lumina Galliarum, Lauduni gloria, ut ait Ioh. Sarisber. Metalog. l. 1, 5; Petrus Abelardus aliique, per quos universitas Parisiensis tunc primum efflornit. Amborum opera theologica adhuc exstant; v. Cave, histor. liter. scriptorum ecclesiast. T. II. 59) 2. Reg. c. 20. Esa. c. 38. 60) *canonica* sc. praebenda. 61) *oblatam sc.* iterum. Nam iam fuerat scolasticus, cui muneri sponte resignaverat. In charta Adalberonis, archiepiscopi Bremensis, capitulo Hamburgensi c. a. 1140. data occurrit Wezelinus inter canonicos ecclesiae Hamburgensis. Hamburg. U. B. I. n. 162. 62) Norbertus, fundator coenobii Praemonstratensis in Compania, anno 1126 in archiepiscopum constitutus est et Iulii d. 18. civitatem Magdeburg intravit. 63) Vicelinus igitur ad sacerdotii gradum promotus, Praemonstratensis s. Norbertinus factus et S. Augustini legem est secutus. 64) sc. 1127. Mart. 22. V. supra c. 38 f. 65) Kanutum tamen ecclesiam in castro suo Lubeke dedisse Vicelino, docet nos charta Conradi III. regis a. 1139. Ian. 5. in Urkundenbuch der Stadt Lübeck I. n. 1; nisi forte ad Kanutum Laward regem respicit.

47.[a] *De penitentia Northalbingorum.* Circa idem tempus domnus Adelbero archiepiscopus transiit Albiam, visitaturus Hammemburg et Northalbingorum provinciam, venitque in civitatem Milethorp[b, 66], habens in comitatu suo venerabilem sacerdotem Vicelinum. Tres autem sunt Nordalbingorum populi, Sturmarii, Holzati, Thetmarzi[c], nec habitu nec lingua multum discrepantes, tenentes Saxonum iura[67] et cristianum nomen, nisi quod propter barbarorum viciniam[d] furtis et latrociniis operam dare consueverint[e]. Hospitalitatis gratiam sectantur. Nam furari et largiri apud Holzatos ostentatio est, qui vero predari nesciat, hebes[f] et inglorius est. Consistente igitur pontifice[g] in Milethorp[h], venerunt ad eum cives de Faldera[68], rogantes dari sibi sacerdotem. Est autem Falderensis pagus limes Holzacie versus eam partem qua Sclavos attingit. Statimque pontifex conversus ad Vicelinum sacerdotem, dixit: *Si tibi propositum est laborandi in Sclavia, vade cum hominibus istis, et potire ecclesia eorum, eo quod sita sit in terminis utriusque provincie, sitque tibi intranti et exeunti Sclaviam*[i] *locus et statio.* Quo respondente, se parere consilio, ait ad viros de Faldera: *Vultis, vobis dari sacerdotem prudentem et ydoneum?* Quibus dicentibus, se hoc omnibus modis et velle et expetere, acceptum per manus sacerdotem commisit eum cuidam Marchrado[k, 69], prepotenti viro, ceterisque de Faldera, precipiens ut dignam persone sollicitudinem gererent. Cumque pervenisset ad locum destinatum, perspexit habitudinem[l] loci, campumque vasta et sterili mirica[m] perhorridum, preterea accolarum genus agreste et incultum, nichil de religione nisi nomen tantum cristianitatis habentes. Nam lucorum et fontium ceterarumque superstitionum multiplex error apud eos habetur. Incipiens igitur habitare in medio nationis prave et perverse, in loco horroris et vaste solitudinis[70], eo arctius divino se commendabat presidio[n], quo magis[o] humano destitutus est solatio. Dedit autem ei Dominus gratiam in conspectu gentis illius. Statim enim ut gloriam Dei et bona futuri seculi carnisque resurrectionem predicare cepit, ad novitatem incogniti dogmatis gens bruta grandi miraculo percussa est, diffugeruntque tenebre peccatorum ab illustratione irradiantis gratie Dei. Denique incredibile dictu est, quanta plebium caterva in diebus illis ad penitentie remedium confugerit, insonuitque vox predicationis eius in omni Nordalbingorum provincia. Cepitque pia sollicitudine circumiacentes visitare ecclesias, prebens populis monita salutis, errantes corrigens, concilians dissidentes, preterea lucos et omnes ritus sacrilegos destruens. Comperta igitur[p] sanctitatis eius fama, multi tam de clero quam de laicali ordine convenerunt ad ipsum, inter quos primi et precipui fuerunt venerabiles sacerdotes Ludolfus[71], Eppo[72], Luthmundus[73], Volcwardus[74], ceterique quam plures, ex quibus aliqui dormiunt, quidam vero adhuc superstites sunt. Hii ergo sacris connexi[q] federibus, statuerunt amplecti celibatum vite, perdurare in oratione et ieiunio, exerceri in opera pietatis, visitare infirmos, alere egentes, tam propriam quam proximorum salutem curare. Super omnia vero pro Sclavorum vocatione solliciti, orabant Dominum, ostium fidei quantocius aperiri. Quorum Deus petitiones longius distulit: *necdum*[r] *enim complete sunt iniquitates Amorreorum*[75], neque *venit tempus miserendi eorum*[76].

48.[s] *De Zventepolco*[t]. Siquidem filii Heinrici, domestica bella conflantes, populis Nordalbingorum novos labores parturiebant[77]. Zventepolch enim senior, solus dominari cupiens, Kanuto fratri suo multas irrogavit iniurias, ad ultimum sumptis Holzatis, eundem in castro Plunensi[u] obsedit. At Kanutus prohibens socios, ne obsidentes iaculis appeterent[v], ascendens ad propugnacula, allocutus est omnem exercitum dicens: *Audite quaeso verbum meum, viri optimi, qui venistis de Holzatia. Quid rogo cause est, ut consurgatis adversus*

a) XLVIII. 1. b) *sic Edd.*; Miledorp 2; Melethorp 1. c) Thethmarhi 1. 2. S. d) vicinia 1.2. e) consueverunt 1. 2. f) ebes 1. 3. g) episcopo *Edd.* h) Melethorp 1. i) Sclaviam *deest* S. R. k) Marquardo 4; Marcrado *Ed.* l) abitudinem 2. m) merice 2. n) auxilio *Edd.* o) magis *deest* 1. 2. p) ergo S. R.; *deest* B. q) connexis 2. r) nondum *Edd.* s) XLIX. 1. t) De Kanuto rege Danorum 2. u) Plumensi S R. v) oppeterent 1. 2.

66) Meldorf. 67) Cfr. Sachsenspiegel l. III. art. 64. 68) Postea Neumünster. 69) De Marcrado, filio Ammonis, eiusque progenie aliisque Wagriae senioribus vide quae annotavimus in Falck Staatsbürgerl. Magazin T. IX. pag. 26 sq.; von Aspern Beiträge. 70) *natio — solitudinis* v. c. 27. 71) Ludolfus praepositus monasterii in Cuzalina s. Segeberch; cfr. infra c. 54—94. 72) Eppo prior, postea praepositus Novimonasterii. 73) Luthmundus postea praepositus in Kevenna; vide infra c. 54; Sydonem de gestis Vicelini v. 198; Albert. Stad. a. 1136. 74) Volcwardum v. infra c. 78; Volchardus presbiter cum Vicelino scolastico occurrit iam in charta Friderici archiepiscopi Hamburgensis circa annum 1110 data. V. Hamburg. Urkundenbuch T. I. n. 131. 75) Genes. 15, 16. 76) Ps. 101. v. 14. 77) *parturire* pro gignere, creare.

*amicum vestrum? Nonne ego frater sum Zventepolci, eodem patre Heinrico genitus et de iure ditionis paterne coheres? Quare igitur frater meus extorrem me facere nititur hereditatis paterne? Nolite, queso, frustra vexari adversum me, sed revertimini ad iudicium et obtinete mihi apud fratrem meum, ut det portionem que me iure contingit.* His auditis animequiores facti sunt animi obsidentium[a], decreveruntque virum iusta postulantem exaudiri. Adhibitaque opera, germanos discordes reconciliaverunt, partita inter eos provincia. Sed Kanutus non longe post interfectus est in urbe Lutilinburg, Zwentepolch solus dominio potitur. Convocansque Adolfum comitem cum Holtsatis et Sturmariis, direxit expeditionem in provinciam Obotritorum, obseditque urbem que dicitur Werle[b, 78]. Qua in potestatem redacta, ultra progressus est ad urbem Kicinorum[c, 79], obseditque eam ebdomadibus quinque. Tandem urbe subacta, acceptisque obsidibus, Zventepolch reversus est Lubeke. Nordalbingi quoque ad sedes suas redierunt. Videns autem Vicelinus sacerdos, quia princeps Sclavorum humanius se gereret erga christicolas, accessit ad eum, et innovavit apud eum paterne pollicitationis ceptum. Impetratoque principis favore, misit in urbem Lubeke venerabiles sacerdotes Ludolfum et Volcwardum[d], qui salutem populi curarent. Receptique sunt benigne a mercatoribus, quorum non parvam coloniam Heinrici principis fides et pietas ibidem[e] consciverat. Habitaveruntque in ecclesia sita in colle, que est e regione urbis trans flumen. Nec longum tempus effluxit, et ecce Rugiani urbem vacuam navibus offendentes, oppidum cum castro demoliti sunt. Sacerdotes incliti, barbaris unam ecclesie ianuam irrumpentibus, per aliam elapsi, beneficio vicini nemoris salvati sunt, ad Falderensem portum refugerunt. Zwentepolch non longe post interfectus est dolo cuiusdam Dasonis predivitis de Holtsatia[80]. Remansit Zventepolch filius nomine Zvinike, sed et hic interfectus est[81] apud Ertheneburg, urbem Transalbianorum[82]. Defecitque stirps Heinrici in principatu Sclavorum, mortuis scilicet filiis et filiorum filiis[f]. Predixerat hoc idem princeps, nescio quibus oraculis edoctus, stirpem suam quantocius defecturam.

49.[g] *De Kanuto.* Post hec translatus est principatus Sclavorum ad nobilissimum principem Kanutum, filium Herici[h] regis Danorum. Hericus enim potentissimus rex, cum se devovisset ad iter Iherosolimitanum[83], fratri suo Nicolao regnum cum filio Kanuto commendavit, accepto iuramento ut, si non rediret, filio suo, postquam adolevisset, regnum contraderet. Cum ergo regem Iherosolima redeuntem fata sustulissent[84], Nicolaus, licet concubina natus, Danorum regnum obtinuit, eo quod Kanutus adhuc esset infantulus. Sed et Nicolao erat filius nomine Magnus. Nutriebantur igitur regalius et magnificentius haec duo genimina in futuras commotiones bellorum et multorum ruinam Danorum. Ubi autem Kanutus adolere cepit, timens se insidiis patrui sui facile posse obrui, transiit ad imperatorem Lotharium[85], et mansit apud eum multis diebus sive annis, habitus ut regiam magnificentiam decuit, cum plena honorificentia. Inde subiens[86] in patriam, a patruo benigne receptus et ducatu tocius Danie[i] preditus est. Cepitque vir pacificus regionem compacare, auferens viros desertores de terra[87]. Precipue vero Sleswicensibus beneficus erat. Contigit autem latrones forte comprehendi in mirica, que interiacet inter Sliam et Egdoram[88], et perduci in faciem Kanuti. Quos cum ille suspendio addixisset, unus ex eis vite consulere cupiens proclamavit, se consanguineum eius esse et regia Danorum stirpe oriundum. Cui Kanutus: *Turpe*, inquit, *est consanguineum nostrum vulgarium more affici, decet nos ei impendere claritatem.* Et iussit ei in nautica pinu[89] solemne exhiberi suspendium[90].

a) obsequentium 1. 2. b) Werlo *Alb.* *Edd.* 1. c) urbem Kicine *Alb.* d) Volwardum S. R. e) ibi 1. f) et filiorum filiis *desunt* S. R. g) L. 1. h) Erici *Edd.* i) Dacie 1. 3.

78) Castrum Werle s. Wurle situm fuit ubi hodie villa Wyck inter civitates Schwaan et Bützow. V. Lisch, Meklenburg. Iahrbb. T. VI. p. 88 sq. 79) Infra c. 87. 92 fin. II, 3. Villa Kessin prope Rostock. 80) In documento Heinrici Leonis quodam d. d. 1149. Sept. 13. inter primores Holsatiae occurrit Vergotus, filius Dasonis de Enigge, Hamburg. U. B. I, n. 188. Ennige, hodie Innien, parr. Nortorf. 81) Interfectus videtur Zwinike (cuius nomen fortassis est diminutivum nominis Sueno) circa annum 1129 a comite Sifrido de Erteneburg, cui propterea malum cognomen: *cum sue* datum est. V. Albert. Stad. ad a. 1144 et Chron. Rosenfeld. apud Vogt, Monum. med. I, 126. 82) Castrum Artlenburg tunc non in dextro littore Albis situm fuisse, evicit Kuss in Staatsbürg. Magazin IX, 179 per Ann. Ryens. 1205. Transalbianis ergo hoc loco pro in sinistra ripa degentibus usus est noster, sicut c. 8 et 56, non ut c. 24, ubi Adamum sequitur, pro Nordalbianis. 83) sc. anno 1102. 84) 1103. Iul. 10. in insula Cypro. 85) sc. postea imperatorem futurum, tunc ducem. 86) *subiens in patriam* i. e. rediens. 87) *viros desertores* etc. 1. Maccab. c. 7. v. 24. 88) *Mirica inter Sliam et Egdoram*, hodie die Kropper Haide. 89) *nautica pinus*, i. e. malus. 90) In patibulo altiori suspendi turpior erat poena.

Interea subiit animum eius, quod principatus regni Sclavorum vacaret, mortuo scilicet Heinrico et filiis eius adnullatis. Adiit igitur Lotharium imperatorem[91], emitque multa pecunia regnum Obotritorum, omnem scilicet potestatem qua preditus fuerat Heinricus. Et posuit imperator coronam in caput eius, ut esset rex Obotritorum, recepitque eum in hominem[a, 92]. Post hec transiit Kanutus in terram Wagirorum[b], et occupavit montem qui antiquitus Alberch[93] dicitur, imposuitque illic mansiunculas, intendens ibidem communire castellum. Et sociavit sibi in terra Holtsatensium omnem virum fortem, fecitque cum eis incursationes in terram Sclavorum, occidens et sternens omnes sibi adversantes. Sed et fratruelem Heinrici Pribizlaum[94] et maiorem terre Obotritorum Niclotum[c] duxit in captivitatem posuitque eos[d] Sleswich in custodiam, astringens eos manicis ferreis, quousque pecunia et vadibus redempti, ea que subiecta sunt sentirent[95]. Sepius etiam[e] in terram Wagirorum deversans, Falderensi hospitio usus est, prebuitque se familiarem Vicelino et omnibus illic commorantibus, promittens eis bona, si Dominus res suas in Sclavia direxisset. Veniens ergo[f] Lubeke, dedicari fecit ecclesiam quam construxerat Heinricus, astante venerabili sacerdote Ludolfo et ceteris qui de Faldera eidem loco mancipati fuerant[g].

1131. In diebus illis obiit comes Adolfus[96], habuitque duos filios. Quorum senior Harthungus vir militaris, habiturus erat cometiam; at iunior filius Adolfus litterarum studiis deditus erat. Contigit autem imperatorem Lotharium cum grandi expeditione ire in Boemiam. Ubi interfecto Harthungc cum multis nobilibus[97], Adolfus accepit cometiam terre Nordalbingorum[h], vir prudens et in divinis et humanis rebus exercitatissimus. Preter facundiam enim Latine et Teutonice lingue, Sclavice nichilominus[98] lingue gnarus erat.

50.[i] *De Nicolao.* Circa tempus dierum illorum accidit, ut Kanutus rex Obotritorum veniret Sleswich, habiturus cum patruo suo Nicolao curiale colloquium[99]. Cum autem populus venisset in concionem, et rex senior sedisset in trono, indutus cultu regio, Kanutus assedit ex opposito, gestans et ipse coronam regni Obotritorum, stipatusque satellitum agmine. Sed cum rex patruus videret nepotem suum in fastu regio, sibique nec assurgere, nec osculum ex more dare, dissimulata iniuria, transiit ad eum, oblaturus salutationem cum osculo. Cui ille occursans ex medio[1], sese per omnia patruo et loco et dignitate adequavit. Quod factum Kanuto letale odium conscivit. Nam Magnus, filius Nicolai, cum matre huic spectaculo assidens, incredibile dictu est quanta ira exarserit, dicente ad eum matre sua: *Nonne vides, quia nepos tuus sumpto sceptro iam regnat? Arbitrare ergo eum hostem publicum, qui vivente adhuc patre tuo, nomen sibi regium[k] usurpare non timuit. Quod si longius dissimulaveris et non occideris eum, scito te et vita et regno ab eo privandum.* His itaque verbis instimulatus, cepit insidias moliri, ut Kanutum occideret. Quod sentiens Nicolaus rex, convocat universos principes regni, deditque operam ut iuvenes dissidentes confederaret. Dissensionibus igitur ad pacem inclinatis, iurata sunt utrinque federa. Sed pactiones iste apud Kanutum firme, apud Magnum dolis oblite sunt. Statim enim, ut ficta soliditate[2] animum eius investigat et omni suspicionis malo vacuum considerat, rogat Kanutum Magnus, ut occurrat sibi ad singulare colloquium. Dissuadet Kanuto uxor exitum[3], timens insidias, simul etiam exasperata sompnio, quod preterita nocte viderat. Nec tamen vir fidelis retineri potuit, sed sicut laudatum[4] fuerat, occurrit ad locum placiti, comitatus quatuor tantum viris. Adest Magnus cum totidem viris, amplexatumque deosculatur[l] nepotem[5], consederuntque tractaturi negocia. Nec mora, surrexerunt insidie de latebris suis, percussumque Kanutum
1131. Ian. 6 interfecerunt, divisoque membratim corpore, crudelitatem etiam in mortuo exsaturare gestierunt[6]. Et multiplicate sunt a die illa perturbationes et intestina bella in Dania, de quibus in consequentibus aliquantisper commemorandum[m] est, eo quod provinciam Nordalbin-

a) hominium *Edd.* b) Wairorum 2. c) *in* 1. Nicolaum, *sed margini ab ipso librario adscriptum* Niclotum. d) eos *omisit* B. e) et 1. *Edd.* f) quoque 1; etiam *Edd.* g) erant *Edd.* h) *in* 1 *m. saec. XV. adscripsit* ecce iam septimo patet idem; *cfr. ad c.* 3. i) LI. 1. k) regni *Edd.* l) deosculabatur 1 m) commorandum *Edd.*

91) rectius *regem*, quippe qui a. 1132 demum imperator coronatus est. 92) *homo*, i. e. vasallus. Similiter *hominium* pro homagio c. 50 f. 67. 87. Sic teutonice *Mannen.* 93) V. supra c. 14. 94) Pribizlaus, filius ut videtur regis Butue occisi anno 1071. V. supra c. 26. 95) *sentire quae subiecta sunt.* Ita et c. 82 med. 92 fin.; *sentire quae pacis sunt* l. II. c. 9 init. 96) sc. anno 1131. 97) 1126. Febr. 19. v. Ann. Rosenveld. 98) Cfr. l. I. c. 4. n. 45. 99) i. e. in curia solemni. 1) *ex medio*, in medio spatii. 2) *soliditas*, fiducia, amicitia. 3) i. e. ne exeat. 4) V. c. 27. 5) *nepos*, rectius *patruelis.* 6) anno 1131. Ian. 6.

gorum vehementer attigerint. Audito enim[a] sinistro hoc nuncio Lotharius imperator cum coniuge sua Rikenza non modice contristati sunt, eo quod corruerit vir imperio amicitia coniunctissimus[b]. Venitque cum gravi[c] exercitu[7] prope civitatem Sleswich ad vallum illud notissimum Dinewerch[d, 8], ulturus mortem funestam optimi viri Kanuti. Consederat e regione Magnus cum immenso Danorum exercitu, defensurus terram suam. Sed territus virtute Teutonici militis[e], apud cesarem immenso auro et hominio[9] impunitatem indemptus[f] est[10].

51.[g] *De Herico.* Videns ergo Hericus, frater Kanuti natus de concubina, quia refriguit[h] cesaris ira, cepit armari in ultionem fraterni sanguinis, currensque terra et mari congregavit multitudinem Danorum, execrantium impiam mortem[i] Kanuti. Sumptoque regio nomine, cepit frequentibus bellis incursare Magnum, sed superatus et[k] fugatus est. Unde etiam Hericus Hasenvoth, id est pes leporis, propter fugam continuam appellatus est. Dania tandem exturbatus, confugit in civitatem Sleswich. Illi autem[l] memores bonorum que impenderat eis Kanutus, receperunt virum, parati pro eo ferre mortem et exterminium. Quamobrem Nicolaus et filius eius Magnus, preceperunt omni populo Danorum ut descenderent[m] ad pugnam Sleswich, crevitque obsidio in immensum. Porro lacus ille qui civitati adiacet, glacie concretus, pervius erat, impugnaveruntque civitatem terra marique. Tunc Sleswicenses miserunt nuncios ad comitem Adolfum, offerentes ei centum marcas, ut cum gente Nordalbingorum civitati presidio foret. Sed et Magnus tantundem optulit, ut bello abstinerent[n]. Inter hec comes, incertus quid ageret, consuluit maiores provincie. Illi consuluerunt, civitati subveniendum, eo quod mercibus eius sepe potirentur. Congregato igitur exercitu, Adolfus comes transiit Egdoram fluvium, visumque ei fuit paululum subsistendum, quousque universus conveniret exercitus, eundumque in terram hostilem cum diligenti cautione. Sed populus predarum avidus, retineri non potuit. Tanta[o] festinantia preterlapsi sunt, ut venientibus primis ad silvulam Thievela[p, 11], novissimi Egdoram fluvium vix attingerent. Audito igitur Magnus comitis adventu, elegit de exercitu mille loricatos, abiitque in occursum exercitus, qui exierat de Holtsatia, et commisit cum eis prelium. Et fugatus est comes, percussique populi Nordalbingorum attritione maxima. Comes autem et quotquot fugerant de acie, reversi per Egdoram salvati sunt. Magnus igitur potitus victoria, reversus est ad obsidionem, frustrato tamen labore: nam neque civitate neque hoste potitus est. Laxata enim hieme pariter et obsidione, Hericus elapsus[q] venit in maritimam Sconie regionem, conquerens ubique innoxiam fratris cedem et proprias calamitates. Audiens igitur Magnus, quia comparuit Hericus, accedente estate direxit expeditionem in Sconiam, cum innumera classe. At ille consederat e regione, stipatus accolarum licet brevi numero.
Soli enim Sconenses universis Danis restiterant. Cum ergo Magnus in sacro die penteco- 1134.
stes[r, 12] aciem urgeret ad congressum, dixerunt ad eum venerabiles pontifices: *Da gloriam* Iun. 4.
*Deo celi, et habe reverentiam diei tante, et quiesce hodie, pugnaturus in crastinum.* Qui monita contempnens, aggressus est prelium. Produxitque Hericus exercitum suum, et occurrit ei in manu valida. Ceciditque Magnus in die illa, percussaque sunt universa Danorum agmina a viris Sconensibus et ad internecionem[s] deleta. Et factus est Hericus ea victoria insignis, et creatum est ei nomen novum, ut Hericus Emun[t], hoc est memorabilis, appellaretur. Porro Nicolaus rex senior navi elapsus venit Sleswich, percussusque est a viris civitatis in gratiam victoris[13]. Ultusque est Dominus sanguinem Kanuti, quem interfecit Magnus, prevaricator iurisiurandi quod iuravit. Et regnavit Hericus in Dania, generavitque

a) autem *Edd.* b) conuinctissimus 1. c) grandi *Edd.* d) Dinewerth S. R. e) multis 1. f) imdemptus 1. g) LII. 1. h) confriguit 2. i) caedem *emendarunt Edd.* k) *ita correctum in* 1 *et emendatum a Heumanno; sed m. pr.* 1. 2. *Edd.* l) enim 2. m) descenderet *Ed.* n) abstinerent 1. 2; abstineret *Edd.* o) Tanta enim *Ed.* p) Theivela 3. q) lapsus 2. r) pentecosten 1. s) internicionem 1. t) Enum S. R.

7) *Cum sex tantum armatorum millibus.* Annal. Erphesphurd. a. 1131. 8) V. Einbardi Annal. a. 808 et Saxon. Grammat. l. X. p. 481—482 et Historiam gentis Danorum init. 9) V. supra c. 49. not. 92. 10) Ann. Erphesph. l. l.: *Daniae.. populi velut arena maris divinitus perterriti.. proprium regnum a Lothario suscipere .. pro ingenti promissa pecunia.* Iidem a. 1134: *Magnus .. ad acquirendam gratiam imperatoris immensum pondus auri et argenti optulit.* 11) Ubi nunc villa Iagel, quae olim Dyavel dicebatur, in myrica Croppiana (Kropper Haide), quae tribus fere miliaribus distat ab Egdora fluvio. 12) V. Necrolog. Lund. 1134. 2. Non. Iun. Annal. Erphesph. h. a. Dies pentecostes incidit anno 1134 in Iunii diem 4. Ann. Ryens. a. 1135. 13) V. ibidem. Rex Nicolaus occisus est a. 1134. Iun. 25. *Cives* (Sleswicenses Nicolaum) ... *peremerunt.* Ann. Erphesphurd. h. a.

ex concubina Thunna[a] filium nomine Suein. Sed et Kanuto erat filius nobilis Waldemarus. Magnus quoque genuit Kanutum. Remanseruntque hec regalia incrementa Danorum populis, in quibus exercerentur, ne forte amisso usu preliandi quandoque insolescerent[b]. Solis enim civilibus[c] bellis prepollent[14].

52.[d] *De ritu Sclavorum.* Postquam igitur mortuus est Kanutus cognomento Laward, rex Obotritorum, successerunt in locum eius[e] Pribizlaus atque Niclotus, bipartito[f] principatu, uno scilicet Wagirensium[g] atque Polaborum, altero Obotritorum provinciam gubernante[15]. Fueruntque hii duo truculente bestie, cristianis valde infesti. Invaluitque in diebus illis per universam Sclaviam multiplex ydolorum cultura errorque superstitionum. Nam preter lucos atque penates, quibus agri et oppida redundabant, primi et precipui erant Prove[h] deus Aldenburgensis terre, Siwa[i] dea Polaborum[k], Radigast deus terre Obotritorum. Hiis dicati erant flamines et sacrificiorum libamenta multiplexque religionis cultus. Porro sollempnitates diis dicandas sacerdos iuxta sortium nutum denunciat, conveniuntque viri et mulieres cum parvulis, mactantque diis suis hostias de bobus et ovibus, plerique etiam de hominibus cristianis, quorum sanguine deos suos oblectari iactitant. Post cesam hostiam sacerdos de cruore libat, ut sit efficacior oraculis capescendis. Nam demonia sanguine facilius invitari, multorum opinio est. Consummatis iuxta morem sacrificiis, populus ad epulas et plausus convertitur. Est autem Sclavorum mirabilis error: nam in conviviis et compotationibus suis pateram circumferunt, in quam[l] conferunt, non dicam consecrationis sed execrationis verba, sub nomine deorum, boni scilicet atque mali, omnem prosperam fortunam a bono deo, adversam a malo dirigi profitentes. Unde[m] etiam malum deum sua lingua Diabol sive Zcerneboch, id est nigrum deum, appellant. Inter multiformia autem Sclavorum numina prepollet Zvantevith, deus terre Rugianorum[16], utpote efficacior in rosponsis. Cuius intuitu ceteros quasi semideos estimabant. Unde etiam in peculium honoris[17] annuatim hominem cristicolam, quem sors acceptaverit[18], eidem litare consueverunt. Quin et de omnibus Sclavorum provinciis statutas[n] sacrificiorum impensas illo transmittebant. Mira autem reverentia circa fani diligentiam[19] affecti sunt: nam neque iuramentis facile indulgent, neque ambitum fani vel in hostibus temerari patiuntur[20]. Fuit preterea Sclavorum genti crudelitas ingenita, saturari nescia, impatiens ocii[21], vexans regionum adiacentia terra marique. Quanta enim mortium genera cristicolis intulerint, relatu difficile est, cum his quidem viscera ex orserint, palo circumducentes, hos cruci affixerint, irridentes signum redemptionis nostre. Sceleratissimos enim cruci subfigendos[o] autumant; eos autem quos custodie mancipant pecunia redimendos, tantis torturis et vinculorum nodis plectunt, ut ignoranti vix opinabile[22] sit.

53.[p] *De edificatione Segeberch.* Cum igitur inclitus cesar Lotharius et reverendissima[q] coniunx eius Rikenze plenam erga divinum cultum devotionis[r] curam gererent, adiit eum sacerdos Cristi Vicelinus Bardewich consistentem[23], et suggessit ei, ut Sclavorum genti secundum datam sibi celitus potentiam aliquod salutis remedium provideret. Preterea intimavit ei, quia in Wagirensi[s] provincia mons haberetur aptus, cui propter tutelam terre regale possit castrum imponi. Nam et Kanutus rex Obotritorum olim eundem montem occupaverat[24], sed miles illic positus immisso noctu latrone captus est, dolo senioris Adolfi, metuentis se a Kanuto, si forte invalesceret, facile posse premi. Imperator ergo audito sacerdotis prudenti consilio, transmisit viros idoneos, qui specularentur aptitudinem montis. Certior igitur factus verbis nunciorum, transmisso amne[24*] venit in terram Sclavorum ad locum destinatum. Precepitque omni populo Nordalbingorum[t], ut occurrerent ad edificationem castelli. Sed et principes Sclavorum aderant in obsequium imperatoris, facientes operationem, sed cum grandi tristitia, eo quod sentirent clam sibi suscitari pressu-

a) Kunna 4; *fortasse legendum* Chunna. b) mollescerent 4. c) ciuibus 2. d) LIII. 1. e) suum 2. f) bibertito 1: scilicet *abundant* 1. 2. g) Wairensium 1. 2. h) Prone 3 *et Chron. Slavic. constanter.* i) Synna 3; Siwa fuit 1. k) id est Raceburgensium *addit* 1. l) quem 1. m) ideo *Edd.* n) statuas 1. o) affigendos *Edd.* p) LIV. 1. q) reuerentissima 1. 2. 3. r) devotionis *deest* S. s) Wairensi 1, *constanter* 2. t) in 1. *hic adscripsit m. saec. XV.* ecce iam octauo patet, *cfr. ad c. 3.*

14) Cfr. c. 65. 15) V. supra c. 49. 16) Cfr. supra c. 6 et infra l. II. c. 12. 17) i. e. in peculiarem honorem. 18) Cfr. supra praefat. init. 19) i. e. curam, custodiam templi. 20) eadem v. c. 83. 21) sc. gens. 22) V. not. 51. ad c. 42. 23) ut videtur medio m. Martio 1136; cfr. Hamburg. Urkundenbuch. T. I. n. 152. 24) V. supra cap. 49. 24*) sc. Albi.

ram. Dixit igitur quidam principum Sclavorum ad alterum: *Vides hanc structuram firmam et preminentem*[a]*? Ecce vaticinor tibi, quia castrum hoc erit iugum universe terre. Hinc enim egredientes primum effringent Plunen, deinde Aldenburg atque Lubeke, deinde transgressi Trabenam Racesburg et omni Polaborum terra abutentur. Sed neque Obotritorum terra effugiet manus eorum.* Cui ille respondit: *Quis nobis malum hoc paravit, aut regi montem hunc quis prodidit?* Ad quem princeps: *Vides*, inquit, *homuncionem illum, calvum, stantem prope regem? Ille induxit super nos universum malum hoc.* Perfectum est igitur castrum et numeroso milite communitum, vocatumque Sigeberch[b], posuitque in eo quendam satellitem suum Herimannum, qui castro preesset. Nec hiis contentus, ordinavit fundationem nove ecclesie ad radices eiusdem montis, deputans in subsidium[c] divini cultus et stipendia fratrum illic adunandorum sex vel eo amplius oppida[25], iuxta morem privilegiis constabilita. Porro dispensationem eiusdem basilice commisit domno Vicelino, ut edificiis subrigendis[d] et personis coadunandis instaret propensius. Idem quoque fecit de Lubicensi ecclesia, precipiens Pribizlavo sub obtentu gratie sue, ut memorati sacerdotis vel qui vicem eius egissent[e], plenam gereret diligentiam, proposuitque, ut ipse protestatus est, omnem Sclavorum gentem divine religioni subigere et de ministro Cristi statuere pontificem magnum.

54.[f] *Obitus Lotharii imperatoris.* His ita[g] peractis, imperator, ordinatis rebus tam Sclavorum quam Saxonum, dedit ducatum Saxonie Heinrico genero suo, duci Bawarie, quem etiam secum assumens paravit secundam profectionem in Italiam[26]. Interea domnus Vicelinus, legationis sibi credite sollers curator, idoneas euangelio personas ad opus ministerii conscivit; ex quibus venerabiles sacerdotes Lodolfum[27], Herimannum[28], Brunonem in Lubeke constituit, Luthmundum[27] cum ceteris Sigeberch esse mandavit. Iactumque[h] est misericordia Dei et virtute Lotharii cesaris seminarium novelle plantationis in Sclavia; sed accedentibus ad servitutem Dei non desunt temptationes. Sic[i] et patres novelle ecclesie permaximas invenere iacturas. Imperator enim bonus, cuius erga vocationem gentium virtus probata, postquam Roma cum Italia potitus est, Rogerum[k] quoque Siculum Apulia pepulit[l], cum iam redire pararet, inmatura morte preventus est[29]. Conturbate[m] sunt hac 1137. Dec. 3.
fama omnes potestates imperii, virtus quoque Saxonum tanto principe illustrata, penitus concidisse visa est; et in Sclavia res ecclesiastice labefactate sunt. Statim enim, ut corpus defuncti cesaris perlatum est in Saxoniam et Lutture tumulatum[30], orte sunt seditiones inter Heinricum, regis generum, et Adalbertum[n] marchionem, contendentium[o] propter ducatum Saxonie. Conradus autem rex in solium regni levatus, Adalbertum in ducatu firmare nisus est, iniustum esse perhibens, quemquam principum duos tenere ducatus[31]. Nam Heinricus duplicem sibi vendicabat principatum[p], Bawarie atque Saxonie. Bellabant igitur hii duo principes, duarum sororum filii, intestinis preliis, et commota est universa Saxonia. Et quidem Adalbertus preripiens castrum Lunenburg cum civitatibus Bardewich atque Brema, occidentali Saxonia potitus est[31]. Sed et Nordalbingorum fines partibus eius applicitì sunt[q]. Quamobrem comes Adolfus provincia pulsus est, eo quod fidem iuratam imperatrici Rikenze[r] et genero eius temerare noluisset. Cometiam eius, urbes et servitia Heinricus de Badwide[s, 32] beneficio Adalberti assecutus est. Sed et castrum Sigeberch in custodiam accepit, mortuo scilicet Herimanno et ceteris exturbatis quos cesar imposuerat.

55.[t] *Persecutio Pribizlai.* His igitur turbulentiis usquequaque per Saxoniam concitatis, Pribizlaus de Lubeke occasionem nactus, assumpta latronum manu, suburbium Sige-

a) praeeminentem *Edd.* b) Sigeberg 1. c) subdium 1. d) suberigendis *Edd.; cfr. c.* 58. e) egisset *Edd.* f) LV. 1. g) itaque 2. h) *sic* 1. 4. *Alb.;* Factumque 2. *Edd.* i) sed 1. k) Rogerium *Edd.* l) et *Heumannus adiiciendum haud recte consuluit.* m) conturbati 1. n) Adelbertum 2 *constanter;* Albertum 1. o) *hoc loco aut, invita sententia, quaedam omissa esse, aut duabus sententiae componendae rationibus inter se confusis zeugma ortum statuas oportet.* p) ducatum 2. 3. q) *in* 1 *m. saec. XV. adscripsit* ecce iam nono patet idem, *cfr. ad c.* 3. r) Rikeze 1. s) Bardewich 2; Badenick 4; Badwide 1, *littera r suprascripta a scholiasta.* t) LVI. 1.

25) Nomina oppidorum i. e. villarum v. in Sidonis Vit. S. Vicelini v. 125 sq. et in chartis imperatorum Lotharii et Conradi a. 1137 (1136) Mart. 17. et 1139. Ian. 5; v. Hamburg. U. B. I. n. 152 et 157. 26) Italiam adiit a. 1136 m. Augusto. 27) De Ludolfo et Luthmundo cfr. supra c. 47. 28) Hermannus postea praepositus in Faldera; v. c. 93. 29) 1137. Decbr. 3. 30) sc. a. 1137. Decbr. 31. Ann. Magdeburg. a. 1137: *Corpus eius in Saxoniam perlatum in .. Lutere .. terre commendatum.* 31) Cfr. Ann. Palidens.; Ann. Sax. a. 1138 et 1139. 32) Badwide nunc esse Bode villa praefecturae Ebstorf ducatus Luneburgensis demonstrat v. Hammerstein in Zeitschrift des hist. Vereins f. Niedersachsen 1853. p. 235 sq. et 1855. p. 355 sq.

berch et omnia circumiacentia, in quibus Saxonum erant contubernia, penitus demolitus est. Ibi oratorium novum et monasterii recens structura igne consumpta sunt. Volkerus, frater magne simplicitatis, ictu gladii percussus est. Ceteri fratrum qui evaserant, ad Falderensem portum refugerunt. Ludolfus autem sacerdos et qui cum eo Lubeke demorati sunt, ea vastitate non sunt dissipati, eo quod in castro et tuitione degerent Pribizlavi, stantes utique[a] loco et tempore difficili et pleno formidine mortis. Preter egestatem enim et cottidiana vite pericula, cogebantur[b] aspicere vincula et varia tormentorum genera cristicolis illata, quos latronum manus passim captivare solebat. Non multo post[33] venit quidam Race, de semine Crutonis[c] cum classica manu, arbitratus se hostem suum Pribizlaum Lubeke reperturum. Due enim cognationes[d] Crutonis atque Heinrici propter principatum contendebant. Cum igitur Pribizlaus adhuc forinsecus[e] esset, Race cum suis castrum et circumiacentia demoliti sunt, sacerdotes inter arundineta salvati, Falderense presidium apprehenderunt.

Venerabilis ergo sacerdos Vicelinus ceterique predicatores verbi gravi mestitia confecti sunt, eo quod novella plantatio in ipsis initiis emarcuerit, continueruntque se in Falderensi ecclesia, orationibus et ieiuniis assidue intenti. Quanta vero austeritate, quanta ciborum temperantia omnique conversationis perfectione Falderense illud collegium primitus claruerit, non satis explicari potest. Dedit ergo eis Dominus[f] gratiam sanitatum, iuxta quod ipse pollicitus est, infirmos curare[g], demones effugare. Quid enim dicam de arreptitiis[34]? Obsessorum, qui late advecti sunt, plena erat domus, ita ut fratres quiescere non possent, clamantes sanctorum virorum presentia ignes suos accendi. Sed quis illuc venit, et Dei gratia liberatus non est? In diebus illis contigit virginem quandam, Ymme dictam, vexari a demone et ad Vicelinum sacerdotem perduci. Quem cum interrogationibus urgeret, cur vas incorruptum ipse auctor corruptele temerare presumpsisset, ille diserta voce respondit: *Quia*, inquit, *tertio me offendit. In quo*, ait, *te offendit? Quia*, inquit, *negotium meum prepedivit. Bis enim transmisi fures ad perfodiendum domum, sed hec assidens focis, clamoribus suis eos absterruit. Nunc quoque legatione principis nostri in Daniam functurus, hanc in via offendi, ulturusque quod mihi tertio offendiculo fuerit subter ipsam devolutus sum.* Sed cum vir Dei coniurationum verba adversus eum coacervaret, ille[h]: *Cur*, inquit, *propellis paratum ultro egredi? Iam enim abibo ad proximam villam, visitaturus sodales meos, qui illic*[i] *delitescunt. Hoc etenim in mandatis accepi, priusquam in Daniam proficiscar. Quod tibi*, ait, *nomen? et qui socii tui? aut cum quibus habitant? Ego*, inquit *Rufinus vocor; porro sodales mei, de quibus requiris, duo hic sunt, unus cum Rothesto, alter cum muliere quadam eiusdem oppidi. Hos igitur hodie visitabo, crastina priusquam signum ecclesie primam increpuerit, huc valedicturus revertar, et ita demum in Daniam proficiscar.* Et hec dicens egressus est; virgo quoque passione vexationis liberata. Tunc iussit eam sacerdos refici, et crastina ante horam prime[k] ad ecclesiam reduci. Quam cum parentes proximo mane ad ecclesiam ducerent, priusquam limen calcarent, et prima pulsari et vexari virgo cepit. Nec tamen boni pastoris diligentia prius abstitit, quam idem[l] spiritus, presidentis potentia Dei actus, abscessit. Porro ea que de Rothesto predixerat, rei exitus probavit: nam in brevi maligno spiritu acerrime correptus, laqueo semet strangulavit.

In Dania quoque occiso Herico[35] perturbatio gravis erupit, adeo ut oculis probari potuerit magnum eo dyabolum adventasse in afflictionem gentis illius. Bella enim et tempestates, pestilentias et cetera humano generi inimica, demonum ministerio fieri, quis nesciat?

56.[m] *Obitus Heinrici ducis.* Agitabantur autem, sicut in Dania, sic et in Saxonia varie bellorum tempestates, intestina scilicet prelia magnorum principum, Heinrici Leonis[36] et Adalberti, contendentium propter Saxonie ducatum. Super omnia autem Sclavicus furor propter occupationes Saxonum, veluti ruptis loris effervescens, Holtsatorum fines inquietabat, adeo ut Falderensis pagus iam pene in solitudinem redigendus esset propter cotidianas interfectiones hominum villarumque depredationes. Inter has tribulationum angustias Vicelinus sacerdos hortabatur populum in Deo[n] spem suam constituere, agere letanias in

a) ubique 2. b) cogebatur 2. c) Crictonis *seu* Crittonis 2. d) connationes 1. e) forinsecus; *sic correxi pro* fortunatus. f) Deus 2. g) sanare *Edd.* h) ille sit 1. 2. i) ibi 2. k) primam 2. l) idem *deest Edd.* m) LVII. 1. n) in Deo *desunt* 1. 2.

33) media aestate, ut videtur, anni 1138. 34) h. e. a daemone correptis, sive ut Arnold. l. V. c. 23 energumenis. Ita et Vulgata Ierem. c. 29, v. 26. Augustin. de civit. Dei l. II. c. 4. 35) Occisus est a. 1137 Septb. 18; v. Necrol. Lund. 36) vulgo dicti Superbi. Cfr. idem supra c. 35.

ieiunio et attritione cordis, eo quod dies mali instarent. Heinricus itaque qui comeciam administrabat, vir ocii impatiens et strennuus in armis, congregato latenter de Holtsatis et Sturmariis[a] exercitu, hiemali tempore[37] intravit Sclaviam, aggressusque eos qui pre manibus erant et quasi sudes defixe in oculis Saxonum, percussit eos plaga magna, omnem scilicet terram Plunensem, Lutilenburgensem, Aldenburgensem, omnemque regionem que inchoat a rivo Svalen et clauditur mari Baltico et flumine Trabena — omnem hanc terram una incursatione[b] preda et incendio vastaverunt, preter urbes, que vallis et seris munite, obsidionis propensius studium perquirebant. Proxima estate[38] Holtsati se mutuo adhortantes etiam sine comite castrum Plunen adierunt, divinoque adiuti presidio, munitionem hanc ceteris firmiorem preter spem obtinuerunt, Sclavis qui inibi erant occisioni traditis. Gesseruntque eo anno bellum perutile, vastaveruntque crebris incursibus[c] terram Sclavorum, feceruntque eis, ut sibi facere proposuerant, omni terra eorum in solitudinem redacta. Habueruntque Holtsati pro omine bellum illud Transalbianum[d] Saxonum, eo quod invenissent libertatem ulciscendi se de Sclavis, nemine[39] scilicet obsistente. Nam principes Sclavos servare solent tributis suis augmentandis. Postquam igitur Heinricus, gener Lotharii regis, auxilio socrus Rikenze imperatricis ducatum obtinuit et nepotem suum Adalbertum Saxonia deturbavit[40], Adolfus comes rediit in cometiam suam. Videns autem Heinricus de Badewid[e], quia subsistere non posset, succendit castrum Sigeberch arcemque firmissimam Hammemburg, quam comitis Adolfi mater murato opere construxerat, ut esset firmamentum urbi contra impetus barbarorum. Hanc igitur domum, et quidquid nobile senior Adolfus construxerat, Heinricus fugam meditans, demolitus est. Post hec Heinricus Leo[41] cepit armari adversus Conradum regem, duxitque contra eum exercitum in Thuringiam, ad locum qui dicitur Cruceburg. Bello itaque per inducias protracto, dux rediit in Saxoniam et post non multos dies mortuus est[42]. Obtinuitque filius eius Heinricus Leo ducatum Saxonie, 1139.
puer adhuc infantulus. Tunc domna Ghertrudis, mater pueri, dedit Henrico de Badewid[f] Oct. 20.
Wagirensium provinciam, accepta ab eo pecunia, volens suscitare pressuras Adolfo comiti, eo quod non diligeret eum. Postquam autem eadem domna nupsit principi[g] Heinrico[43], fratri Conradi regis, et alienata est a negotiis ducatus, accessit Adolfus comes ad ducem puerum et consiliarios eius, acturus causam suam super Wagirensi terra, prevaluitque et iustiori causa et auctiori pecunia. Dissensiones igitur que fuerunt inter Adolfum et Heinricum, taliter compacate[44] sunt, ut Adolfus Sigeberch et omni Wagirorum terra potiretur, Heinricus in compensationem[h] acciperet Racesburg[i] et terram Polaborum[45].

57.[k] *Edificacio civitatis Lubicanae.* His vero in hunc modum ordinatis[46], Adolfus cepit reedificare castrum Sigeberch, cinxitque illud muro. Quia autem terra deserta erat, misit nuncios in omnes regiones, Flandriam scilicet[l] et Hollandiam[m], Traiectum, Westfaliam, Fresiam, ut quicunque agrorum penuria artarentur[n], venirent cum familiis suis, accepturi terram optimam, terram spaciosam, uberem fructibus, redundantem pisce et carne et commoda pascuorum[o] gratia. Dixitque Holtsatis et Sturmariis[p]: *Nonne vos terram Sclavorum subegistis, et mercati eam estis in mortibus fratrum et parentum vestrorum? Cur igitur novissimi venitis ad possidendum eam? Estote primi, et transmigrate in terram[q] desiderabilem, et incolite eam, et participamini deliciis eius, eo quod vobis debeantur optima eius, qui tulistis eam de manu inimicorum.* Ad hanc vocem surrexit innumera multitudo de variis nationibus, assumptis[r] familiis cum facultatibus, venerunt in terram Wagirensium ad comitem Adolfum, possessuri terram quam eis pollicitus fuerat. Et primi quidem Holtsatenses acceperunt sedes in locis tutissimis ad occidentalem plagam Sigeberch[s], circa flumen Trabenam, campestria quoque Zventineveld et quicquid a rivo Svalen usque Agri-

a) Sturmaris 2. b) incursione 2. *Edd.* c) incursionibus 2. d) transalbinum 2. e) Bardewid 1; Bardewich 2. f) Bardewid 1. g) principi *deest* S. R. h) recompensationem 2. *Edd.* i) Raceburg 1. 2. k) LVIII. 1. l) scilicet *deest Edd.* m) Hollandriam 1. n) arctarentur *Edd.*; arcentur 2. o) pascuarum 1. p) Sturmaris 2. q) in terram *desunt* 1. 2, *addunt Edd.* r) assumptisque B. s) Segeberg 1. 2.

37) 1138—1139. 38) 1139. 39) sc. principum christianorum. 40) Cfr. Annal. Sax. a. 1139. 41) Cfr. supra not. 36. 42) sc. 1139. Octbr. 20; cfr. omnino de hoc bello Ann. Magdeburg. h. a. 43) Marchioni Austriae Heinrico Iasomirgot Gertrudis nupsit 1142. m. Iunio. Cfr. Otton. Fris. Chron. VII. c. 26. Ann. Colon. max. h. a. 44) *compacare*, i. e. componere, pacem reddere. V. c. 57. 45) 1142. hiemali tempore. 46) Sequentia ad annum 1143 sunt referenda.

mesov[a][47] et lacum Plunensem extenditur. Dargunensem[b] pagum[48] Westfali, Utinensem Hollandri[c], Susle[49] Fresi incoluerunt. Porro Plunensis adhuc desertus erat[d]. Aldenburg vero et Lutilenburg et ceteras terras mari contiguas dedit Sclavis incolendas, factique sunt ei tributarii.

Post hec venit comes Adolfus ad locum qui dicitur Bucu, invenitque ibi vallum urbis desolate, quam edificaverat Cruto Dei[e] tirannus, et insulam amplissimam gemino flumine cinctam. Nam ex una parte Trabena, ex altera Wochniza[50] preterfluit, habens uterque paludosam et inviam ripam. Ex ea vero parte, qua terrestre iter continuatur, est collis contractior, vallo castri prestructus. Videns igitur industrius vir competentiam[51] loci portumque nobilem, cepit illic edificare civitatem, vocavitque eam Lubeke[52] eo quod non longe abesset a veteri portu et civitate, quam Heinricus princeps olim constituerat. Transmisitque nuncios ad Niclotum, Obotritorum principem, componere cum eo amicitias, omnes nobiliores donariis sibi adeo adstringens, ut omnes ei obsequi et terram[f] eius compacare[53] decertarent[g]. Ceperunt igitur inhabitari deserta Wagirensis provincie et multiplicabatur numerus accolarum eius. Vicelinus quoque sacerdos invitante pariter et adiuvante comite predia recepit, que Lotharius imperator ad constructionem monasterii et subsidium servorum Dei iam olim sibi[h] coram castro Sigeberch contradiderat.

58.[i] Visum autem fuit eis propter incommoda fori et tumultus castrenses monasterium in proximo oppido[54], quod sclavice Cuzalina[k], teutonice Hagerestorp[l] dicitur, fundatione[m] commodissimum esse, misitque eo venerabilem sacerdotem Volcwardum[n] cum industriis viris, qui oratorio[o] et claustralibus officinis subrigendis operam darent. Porro forensis ecclesia. in curam parrochie, ad radices[p] montis posita est. In diebus illis nobilissimus vir Thetmarus[55], domni Vicelini quondam discipulus et in studio apud[56] Franciam socius, relicta prebenda et decania Bremensi, devovit se Falderensi collegio[57], vir contemptor huius seculi, sectator voluntarie paupertatis, et in spirituali conversatione summe perfectionis. Cuius per omnia extollenda sanctitas tanto humilitatis culmine et benignitatis[q] vigore subnixa erat, ut videres inter homines angelum, scientem compati infirmitatibus singulorum, temptatum autem per omnia. Destinatus post hec Hagerestorp, que et Cuzalina[r], cum aliis fratribus, hominibus nove transmigrationis magno solatio fuit[58]. Domnus quoque Vicelinus novelle ecclesie sibi commisse sollers curator, omni studio enisus est, ut ecclesie locis opportunis edificarentur, providens eis de Faldera tam sacerdotes quam reliqua altaris utensilia.

59. *De beato Bernardo abbate Clarevallensi.* Circa tempora dierum illorum orte sunt res nove et toti orbi stupende. Presidente enim sanctissimo papa Eugenio, Conrado quoque tertio gubernacula regni moderante, claruit Bernardus Clarevallensis abbas, cuius fama tanta signorum fuit opinione celebris, ut de toto orbe conflueret ad eum populorum frequentia, cupientium videre, que per eum fiebant mirabilia. Hic itaque egressus in Teutonicam terram venit ad celebrem curiam Frankenvorde, quo tunc forte rex Conradus cum omni principum frequentia festivus[s] occurrerat. Cum igitur sanctus vir in ecclesia[t] positus curandis egrotis in nomine Domini propensius instaret, astante rege et summis potestatibus, incertum erat inter tantas populorum catervas, quid quis pateretur, aut cui forte subveniretur. Aderat illic comes noster Adolfus, certius nosse cupiens ex operatione divina

a) Agrimenson 2. b) Dargunensen 1. c) Hollandi *Edd.* d) *Leibnitius hic addit:* pagus. e) olim *male emendaverunt Edd.* f) terrae S. R. g) certarent *Edd.* h) ipsi *Edd.* i) *numerus, inscriptio, littera initialis minio tincta desiderantur in* 1. k) Czuzelina 1. l) Hogerstorp 3. m) *ita codd. et edd. Lege* fundationi. *Heumann.* n) Volchwardum 1; Wolcward. 2; Volchard. *Alb.* o) oratoriis *correctum in* 1. p) radicem *Edd.* q) bonitatis 2. r) que zcuzelina 1; quae et Cuz. *glossema putares, nisi eadem duplicis huius monasterii nominis repetitio occurreret cap.* 69. 73 *et* 83. s) festinus 2. *Edd.* t) ecclesiis *Edd.*

47) Vid. Adam. Brem. l. II. c. 15[b], ubi audit Agrimeshov. Hic hodie Grimmelsberg, collis prope villam Tensebeck, ex oriente Bornhöft. Cfr. infra c. 63. 48) Dargune, locus hodie ignotus, e regione Ahrensboek in Wagria, non vero ut quidam autumaverunt prope civitatem Rostock quaerendus est. 49) hodie Süssel, villa parochialis. 50) Wackenitz. 51) i. e. aptitudinem. 52) sc. a. 1143. Haec urbs Lubeck est hodierna. 53) V. supra c. 34 f. 54) i. e. villa; v. supra c. 53. Hodie dicitur Högersdorf, sita e regione Segeberg, in altera ripa Travenae. 55) V. supra c. 45. 56) *apud* pro *in*, ut saepius. 57) 1142, ut patet ex c. 73. 58) In chartis duabus Adalberonis archiepiscopi Hammenburgensis anno 1143 datis occurrit Thietmarus praepositus, qui noster fuisse videtur. Hamburg. U. B. I. n. 170 et 171. Cfr. supra c. 44 et Presbyt. Bremens. c. 13 et 14.

virtutem viri. Inter hec offertur ei puer cecus et claudus, cuius debilitatis nulla potuit esse dubitatio. Cepit igitur[a] sagacissimus intentare sollerter, si forte posset in hoc puero sanctitatis eius experimentum capere. Cuius incredulitati veluti divinitus edoctus vir Dei remedium providens, puerum preter morem iussit[b] sibi applicari, ceteros enim verbo tantum consignavit. Hunc vero exhibitum manibus excepit, oculisque morosa contrectatione[59] visum restituit, deinde genua contracta corrigens[c], iussit eum currere ad gradus, manifesta dans indicia recuperati tam visus quam gressus.

Cepit sanctus ille, nescio quibus oraculis edoctus, adhortari principes ceterasque fidelium plebes, ut proficiscerentur Ierusalem ad comprimendas et cristianis legibus subigendas barbaras Orientis nationes, dicens, appropinquare tempora, quo plenitudo gentium introire debeat et sic omnis Israel salvus fiat. Protinus ad verba exhortantis[d] incredibile dictu est, quanta populorum caterva se ad profectionem eandem devoverit. In quibus primi et precipui erant Conradus rex, Frethericus Suevie dux, qui postea regnavit, Welph dux, cum episcopis et principibus, militia nobilium et ignobilium vulgariumque numero estimationem excedente[60]. Quid dicam de Teutonicorum exercitu, cum et Lodewicus, Parisiorum rex[61] et omnis Francigenarum virtus in id ipsum aspiraverint? Non est recognitum vicinis temporibus nec auditum a diebus seculi tantum convenisse exercitum exercitum inquam, grandem nimis. Fueruntque signati titulo crucis in vestibus et armatura. Visum autem fuit auctoribus expeditionis, partem exercitus unam destinari in partes Orientis, alteram in Hyspaniam, tertiam vero ad Sclavos, qui iuxta nos habitant.

60.[e] *De Conrado et Lodewico regibus.* Primus igitur, qui et maximus, abiit terrestri itinere cum rege Alemannie[f] Conrado et rege Francie Lodewico et precipuis utriusque regni principibus. Transieruntque regnum Ungarie, quousque pervenirent prope fines Grecie[62]. Miseruntque legatos ad regem Grecie[63], ut daret eis conductum mercatumque transire cupientibus terram suam[g]. Ille licet admodum territus, annuendum tamen decrevit, siquidem pacifici[h] venissent. Cui remandaverunt, se nichil inquietudinis moliri, qui propter ampliandos fines pacis peregrinationem ultroneam assumpserint[i]. Dedit eis igitur rex Grecie iuxta placitum conductum forumque abundans rerum venalium, ubicunque castra locanda fuissent. Multa vero portenta visa sunt in exercitu illis diebus, future cladis demonstrativa. Quorum vel precipuum fuit, quod vespere quodam nebula densissima cooperuit castra, qua recedente universa papilionum tegmina vel que sub divo fuerant, adeo sanguine respersa comparuerunt, ac si nimbus ille sanguinem compluerit. Quod videns rex ceterique principum coniecerunt, se ad maximos labores et mortium pericula evocatos. Nec fefellit eos coniectura. Non enim multo post venerunt in montana quedam, ubi, cum[k] invenissent vallem pratis rivoque decurrente commodissimam, metati sunt castra ad[l] devexum montis latus. Porro iumenta oneraria cum bigis et quadrigis victualia sarcinasque militum portantibus, armentorum quoque in carnis esum ingens numerus in vallis medium collocata fuerant prope decursum aque et pascuorum[m] commoda. Appropiante[n] vero nocte audita sunt in montis supercilio fragor tonitruum sonitusque tempestatis; tum ecce noctis medio, nescio an nubium eruptione vel quo eventu torrens ille auctior erumpens, quicquid vallis humilior habuit in hominibus et iumentis, in momento eluit et in mare proiecit[64]. (1147. Sept. 7.) Hanc igitur primam exercitus iacturam exceperunt milites peregrinationis illius. Ceteri qui residui fuerant, perrexerunt cepto itinere; transeuntesque Greciam, pervenerunt ad regiam urbem Constantinopolim. Quo[o] per dies aliquot recreato exercitu, venerunt ad sinum maris, qui vulgarium[p] more dicitur brachium sancti Georgii[q. 65]. Illic[r] providerat eis rex Grecie naves ad transducendum exercitum, adhibens notarios, qui expeditorum

a) vir *add. Edd.* b) iussit *deest* 1. c) corripiens *Edd.* d) adhortantis *Ed.* e) LXI. 1. f) Alemanno *Edd.*; Alemanie 1. g) eius *Edd.* h) pacifico 2. i) assumpserunt 1. k) non *abundat in* 2; *deletum in* 1. l) ad *deest* 2; et *m. rec. additum in* 1. m) pascuarum 1. n) appropriante 2. 3; appropinquante *Edd.* o) *(i. e. ubi sicut supra lin. 10)* qua *Edd.* p) vulgari *Edd.* q) Georrii 1. r) Ibi *Edd.*

59) Videtur Bernardus oculos caeci manu tetigisse, additis verbis *morosis* vel *comminatoriis*, ut daemonem adiuraret. 60) Quod factum est Spirae 1146. Decbr. 28. 61) In sequentibus eum vocat Franciae regem. 62) Cfr. Ann. Palid. a. 1147. 63) Manuel Comnenus. Regem eum appellant quoque Helm. l. II. c. 5 et Arnold. l. I. c. 3. 5. 10 etc. 64) 1147. Septbr. 7. apud Chörobacham. V. Wilkens Geschichte der Kreuzzüge. T. III. pag. 122 sq. 65) fretum inter Sestos et Abydos.

sibi[a] numerum perferrent[b]. Quo relecto, graviter ingemuit et ait: *Quare eduxisti, Domine Deus, populum hunc multum de sedibus suis? Vere brachio virtutis tue indigent, ut iterum videant terram desiderabilem, terram inquam nativitatis sue.* Transmisso igitur mari, Lodewicus rex Francie direxit[c] iter versus Ierosolimam, et pugnantibus secum barbaris universum perdidit exercitum. Quid dicam de rege Alemannie et his qui cum eo fuerant? Universi perierunt fame et siti, transducti in desertum maximum dolo legati regis Grecie, qui eos in fines Persarum ducere debuerat, adeo contabuerunt fame et siti, ut incursantibus barbaris ultro cervices prebuerint. Rex et validiores quique, qui neci superfuerant, in Greciam refugerunt. O iudicia Excelsi! Tanta fuit clades exercitus et miseria inexplicabilis, ut eorum qui interfuerunt, adhuc hodie lacrimis deplangatur.

61.[d] *Expugnatio Lacebonae.* Secundus vero navalis exercitus, Colonia et aliis civitatibus Reni conflatus, preterea littore fluminis Wisere, navigare ceperunt latissima oceani[e] spacia, quousque venirent[f] Britanniam[66]. Quo[g] per aliquot dies resarcita classe, non modica etiam Anglorum et Britannorum adiecta manu, torserunt vela versus Hyspaniam, applicuerunt[h] ad Portugalensem[i, 67] nobilissimam Galatie urbem, adoraturi apud Sanctum Iacobum[68]. Rex igitur Galacie letior effectus de adventu peregrinorum, rogavit ut, si propter Deum pugnaturi exissent, fierent sibi auxilio contra Lacebonam[i'], qui fines cristianos inquietabant. Cuius petitioni faventes abierunt Lacebonam cum magna navium copia; rex quoque terrestri accedens itinere, validum adduxit exercitum, et obsessa est civitas terra marique. Multum igitur temporis effluxit in obsidione civitatis. Ad ultimum capta civitate pulsisque barbaris[69] rex Galacie rogavit peregrinos, ut darent sibi civitatem vacuam, divisa prius inter eos socialiter preda. Factaque est illic cristicolarum colonia usque in presentem diem. Hoc solum prospere cessit de universo opere, quod peregrinus patravit[k] exercitus.

62.[l] *De Nicloto.* Tertius signatorum exercitus devotaverunt se ad gentem Sclavorum, Obotritos scilicet atque Luticios nobis confines, ulturi mortes et exterminia que intulerunt cristicolis, precipue vero Danis. Huius vero expeditionis capitanei erant Albero Hammemburgensis et universi Saxonie episcopi, preterea Heinricus dux adolescens, Conradus dux de Zaringe[m], Adalbertus marchio de Saltwidele, Conradus de Within[70]. Audiens igitur Niclotus, quia congregandus esset in brevi exercitus ad destruendum eum, convocavit universam gentem suam, et cepit edificare castrum Dubin[72], ut esset populo refugium in tempore necessitatis. Direxitque nuncios ad comitem Adolfum, commonens eum federis quod pepigerant[73], simul etiam rogans preberi sibi facultatem colloquendi ei et consilio participandi. Cumque comes renueret, dicens, hoc incautum sibi propter offensam principum, ille mandavit ei per nuncios dicens: *Decreveram quidem esse oculus tuus et auris tua in terra Sclavorum, quam incolere cepisti, ne quas patereris molestias Sclavorum, qui olim Wagirensium terram possederunt, et causantur se privatos iniuste hereditate patrum suorum. Quare igitur dissimulas amicum tuum[n] in tempore necessitatis? Nonne temptatio probat amicum? Hactenus continui manus Sclavorum, ne lederent te, nunc tandem libet retrahere manum et permittere te tibimet, eo quod fastidieris amicum tuum, nec recordatus fueris federis, et negaveris mihi faciem tuam in tempore necessitatis.* Dixeruntque nuncii comitis ad Niclotum: *Quod domnus noster hac vice non loquitur tibi, impedit ea quam nosti necessitas. Habe igitur[o] adhuc gratiam fidei et sponsionis tue erga domnum nostrum, ut si videris contra eum bella Sclavorum clam consurgentia, premunias eum.* Et promisit Niclotus. Dixit igitur comes habitatoribus terre sue: *Habete cautelam iumentorum et substantiarum vestrarum, ne*

a) sibi *deest* 2. b) proferrent 3; referrent *Edd.* c) duxit 2. d) LXII. 1. e) occeani 1. f) in *addunt* R. B. g) Ubi *Edd.* h) Applicueruntque 2. *Edd.* i) Portigal S. i') et eius incolas *addunt Edd. zeugma non ferentes;* contra L. civitatem, cuius incolae barbari fines christianorum inquietabant *Corner.* k) patrarat 1. 2. l) LXIII. 1. m) Saringe 1; Sarige 2. n) tuum *deest* S. R. o) tibi 1.

66) Cfr. Ann. Disibod. Ann. Palid. a. 1147. Henric. Huntendon. Chronic. a. 1148. 67) Oporto. 68) S. Iago de Compostella, urbs Gallaeciae. 69) Ibi occisum Henricum Bonnensem a. 1147. Octbr. 18. adnotant Necrol. Coloniens. apud Gelenium de magnitudine Coloniae. 70) Cfr. Ann. Palid. ad a. 1147. 72) Dobin „insigne piratica oppidum“ Saxo Grammat. l. XIV. p. 676. Ex chartis a. 1171 et 1211 in Meklenburgisches U. B. I. n. 100 et 202 apparet Dobin ex opposito insulae Lips in sinu Wismariensi situatum fuisse. 73) V. supra c. 57 fin.

*forte rapiantur a furibus vel a*[a] *latronibus; de publico vero periculo meum erit prospicere, ne qua improvisi exercitus incursione involvamini*[b]. Putabat enim vir sapiens, repentinas bellorum iacturas sese consilio conclusisse[c]. Sed res aliter cesserunt.

63.[d] *Combustio navium.* Sentiens enim Niclotus irrevocabilem esse iurate expeditionis profectionem, clam parat navalem exercitum, transmissoque freto, applicat classem ad ostium Travene, percussurus omnem Wagirensium provinciam, priusquam Saxonum exercitus infunderetur suis terminis. Transmisitque vespere nuncium Sigeberch[e], eo quod promisisset comiti, premunire eum, sed supervacua legatione: comes quippe defuit et non erat tempus congregandi exercitum. Illucescente ergo die qua sanctorum Ioannis et Pauli pas- 1147. Iun. 26. sio[74] veneranda celebratur, descendit navalis Sclavorum exercitus per ostium Travene. Tunc[f] cives[g] Lubicane urbis, audito murmure exercitus, inclamaverunt viros urbis, dicentes: *Audivimus vocem clamoris maximi, quasi vocem supervenientis multitudinis et ignoramus quid sit*[h]. Miseruntque ad civitatem et ad forum, nunciare eis imminens periculum. Sed populus multa potatione ebrius[i] neque strato neque navibus ammoveri[k] potuit, quousque hostibus circumvallati, naves mercibus onustas iniecto igne perdiderunt. Interfectique sunt illic eo die ad trecentos et eo amplius viros. Rodolfus, sacerdos et monachus, dum fugeret ad castrum, preventus a barbaris, mille vulneribus confossus est. Porro hii qui in castro erant, biduo atrocissimam obsidionem pertulerunt. Due quoque equitum turme omnem Wagirensium terram pervagantes, quicquid in suburbio Sigeberch repererunt, demoliti sunt. Pagum quoque qui Dargune dicitur[75], et quicquid infra Travenam a viris Westfalis[l], Hollandris[m] ceterisque extraneis populis incultum fuerat, flamma vorax absumpsit[76]. Feceruntque cedes virorum fortium, qui forte armis obsistere temptassent, et duxerunt uxores eorum et filios in captivitatem. Pepercerunt que viris Holzatensibus, qui habitant[n] ultra Travenam ad occidentalem plagam Sigeberch substiteruntque in agris oppidi Cuzaline, et non adierunt ultra progredi. Villas preterea, que erant in campestribus Zventinevelde et extenduntur a rivo Svalen usque ad rivum Agrimesou[o],[77] et lacum Plunensem, non devastaverunt Sclavi, nec quicquam attigerunt de substantiis hominum illic degentium. Sermo fuit eo tempore omnium ore pertritus, quosdam Holzatensium hoc perturbationis malum conflasse propter odium advenarum, quos comes late congregaverat ad incolendam terram. Unde etiam communis iacture soli Holzati extorres[78] inventi sunt. Sed et Utinensis[p] civitas, adiuta locorum firmitate, salvata est.

64.[q] *De Gerlavo*[r] *presbitero.* Rem dicam posteritatis memoria dignam. Qua[s] Sclavi Wagirensium terra ad libitum abusi, novissime venerunt ad pagum Susle, vastaturi Fresonum coloniam[t] que illic erat, quorum numerus ad quadringentos et eo amplius viros supputatus fuerat. Adventantibus autem Sclavis vix centum reperti sunt in munitiuncula, ceteris in patriam reversis, propter ordinandum peculium illic[u] relictum. Succensis ergo que foris erant, videres his qui in munitione erant gravissimam inferri expugnationis iacturam[79]. Tota enim die[v] a tribus milibus Sclavorum fortiter impugnati sunt, illis quidem victoriam presumentibus veluti indubiam, his vero suppremum spiritum pugne dilatione redimentibus. Sed cum viderent Sclavi, quia victoria non cederet eis incruenta, promittunt Fresonibus vitam et membrorum integritatem, si munitione progressi dedissent arma. Ceperunt ergo quidam ex obsessis appetere deditionem ob spem vite. Quos arguens fortissimus sacerdos: *Quid est,* inquit, *o viri, quod agere vultis? Putatis vos deditione vitam redimere, aut barbaris fidem inesse? Fallimini, viri compatriote. Stulta est hec opinio. An nescitis, quia in omni advenarum genere apud Sclavos nulla gens detestabilior Fresis? Sane fetet eis odor noster. Quare igitur abicitis animas vestras, ultro properantes ad interitum? Contestor vos per Deum, factorem orbis, cui non est difficile salvare in paucis, ut adhuc paululum experiamini vires vestras et conseratis manus cum hostibus. Quamdiu enim vallo hoc circundamur, sumus manuum nostrarum et armature compotes, vita nobis in spe sita est; inermi-*

a) a *deest* 2. *Edd.* b) voluamini 2. c) *ita* 1. *Edd.*; exclusisse 2. d) LXIV. 1. e) Segeberg 1. 2. f) Et *Edd.* g) *fortasse scripsit Helm.* vigiles. h) et ign. quid sit *deest* S. R. i) pot. ebrius *deest* 1. 2, *add. Edd.*; potatione vespertina temulentus *Corner.* k) amoveri 3. 4; admoveri *Edd.* l) Wastfalis 1. m) Hollandis *Edd.* n) habitaverant 2. o) Agrimeson 1. *Edd.*; Agrimescu 2. *V. supra cap.* 57. p) Eutinensis 2. q) LXV. 1. r) Gerlato *sive* Gerlaco 1. s) quando *Edd.* t) colonia 2. u) ibi *Edd.* v) die *deest* 1. 2.

74) Iunii 26. 75) Dargune v. supra c. 57. 76) *Flamma vorax absorbet.* Sil. Ital. IV, 685. 77) Rivus Agrimesov v. c. 57. 78) extorres i. e. expertes. 79) i. e. periculum, tentamen.

*bus vero preter ignominiosam mortem reliquum nichil est. Gladios igitur vestros, quos ultro sibi expetunt, mergite prius in medullis eorum, et estote ultores sanguinis vestri. Hauriant gustum audacie vestre, nec victoria redeant incruenta.* Et hec dicens, ostendit eis magnanimum spiritum, obiectusque[a] portis cum uno tantum viro hostium cuneos propulit, percussitque de[b] manu propria ingentem Sclavorum numerum. Excusso denique uno oculo et ventrem perfossus, nichil remissius egit in pugna, divinum quoddam robur tam in animo quam in corpore preferens. Nichil itaque melius a notissimis illis filiis Sarvie[80] vel a Machabeis quondam pugnatum est, quam a sacerdote Gerlavo virisque perpaucis in castro Susle, defenderuntque munitionem de manu vastatorum. His auditis comes congregavit exercitum, ut pugnaret cum Sclavis et eiceret eos de terra sua. Quo rumore comperto, Sclavi redierunt ad naves et abierunt onusti de captione hominum[81] et de varia supellectile, quam predati fuerant in terra Wagirorum.

65.[c] *De obsidione Dimin.* Interim volat hec fama[82] per universam Saxoniam et Westfaliam[d], quia Sclavi facta eruptione bellum priores adorsi fuerint; et festinavit omnis illa expeditio, signo crucis insignita, descendere in terram Sclavorum et zelare[83] iniquitatem ipsorum. Partitoque exercitu, duas munitiones obsederunt, Dubin atque Dimin, et fecerunt contra eos[e] machinas multas. Venit quoque Danorum exercitus, et additus est his qui obsederant Dubin, et crevit obsidio. Una igitur dierum, considerantes hii qui tenebantur inclusi, quia Danorum exercitus segnius ageret — hii enim domi pugnaces, foris imbelles sunt[84] — facta subita eruptione, percusserunt ex eis multos, et posuerunt eos crassitudinem terrae[85]. Quibus etiam subveniri non poterat propter interiacens stagnum[86]. Ob quam rem exercitus ira permotus, pertinacius instabant expugnationi. Dixerunt autem satellites ducis nostri et Adalberti marchionis[f] adinvicem: *Nonne terra quam devastamus, terra nostra est? Et populus quem expugnamus, populus noster est? Quare igitur invenimur hostes nostrimet et dissipatores vectigalium nostrorum? Nonne iactura haec redundat in domnos nostros?* Ceperunt igitur a die illa facere in exercitu tergiversationes et obsidionem multiplicatis induciis alleviare. Quotiens enim in congressu[g] vincebantur Sclavi, retinebatur exercitus, ne fugitantes insequerentur et ne castro potirentur. Ad ultimum nostris iam pertesis, conventio talis facta est, ut Sclavi fidem cristianam reciperent[87] et laxarent Danos quos in captivitate habuerant[h]. Multi igitur eorum falso baptizati sunt, et de captione hominum relaxaverunt omnes senes et inutiles, ceteris retentis, quos servitio robustior aptaverat etas. Taliter illa grandis expeditio cum modico emolumento soluta est. Statim enim postmodum in deterius coaluerunt[i]: nam neque baptisma servaverunt, nec cohibuerunt manus a depredatione Danorum.

66.[k] *De fame.* Comes autem noster convulsas reparans amicitias, fecit pacem cum Nicloto et cum ceteris orientalibus Sclavis. Nec tamen integre credebat eis, eo quod federa prima violassent et percussissent terram suam attritione maxima. Cepitque consolari populum suum, quem vastitas hostilis attriverat, orans eos, ne casibus adversis cederent, hoc cognoscentes, quod Marcomannos[88] oportet duram habere patientiam et prodigos esse sanguinis sui. In redimendis quoque captivis devotus exstitit. Quid dicam de sacerdote Cristi Vicelino? In ea calamitate, qua barbaricus furor multos attriverat et frumentorum penuria famem parturiverat, omnibus qui in Faldera et Cuzelina fuerunt[l] summopere commendavit, ut pauperum memores essent. Ad quod opus vir Dei Thetmarus fuit incomparabiliter idoneus, dispergens et dans pauperibus minister fidelis et prudens, ubique caritativus, ubique largus, in cuius laudem parum est quod loquor. Sane pectus sacerdotis misericordia refertum, suavissimo fragrabat[m] odore, iacebantque pre[n] foribus monasterii greges egeno-

a) obiectisque *male* 2. 3; apertisque 4. b) de *omisere Edd.* c) LXVI. 1. d) Wastfaliam 1. e) eas *Edd.* f) marchionis Adelberti 1; Adalberti *deest* S. R. g) ingressu *suprascripto postmodum* con 1. h) habebant *Edd.* i) convaluerunt 2. 3. k) LXVII. 1. l) fuerant 1. 2. m) fraglabat 1. n) pro *in rasura* 1.

80) Ioab et Abisai, Davidis ex sorore nepotes, 2. Sam. c. 14, 1 et 16, 9. 81) V. supra c. 37. n. 14. 82) *fama volat.* Virg. Aen. III, 121. 83) i. e. castigare; v. c. 67. n. 93. 84) Cfr. c. 51 f. 84 in. 85) i. e. quasi stercorabant terram corporibus eorum. 86) *stagnum,* i. e. mare Balticum, ut in charta Urkundl. Gesch. der Hanse. II, 215. Aliter haec tradit Auctarium Gemblac. ad Sigebert. a. 1148. 87) Ita et Ann. Palid. a. 1147. 88) *Marcomanni,* h. e. qui in marca seu in finibus imperii degunt. V. infra c. 67 f. et 86.

rum, exspectantium elemosinam de manu viri Dei: adeo ut locus ille ad inopiam redigendus videretur, propter largitatem viri. Obserabantur igitur a procuratoribus ostia domestice rei, ne curia subiaceret detrimento. Quid faceret homo Dei? Clamores pauperum ferre non poterat, nec fuit ad manus quod daret. Cepit ergo vir misericors curiosius agere et circuire horrea, explorare callidus aditum, quo etiam secretius reperto, egit in modum furantis, dans cotidie pauperibus iuxta opportunitatem. Ferebatur autem a fidissimis nobis, quod iisdem diebus exinanita frumentaria, penus divinitus recuperata sit. Prebet huic facto firmitatem opus Helie, nec non Helisei[89], quorum emulos sicut virtutis, sic etiam miraculi adhuc superesse, non est ambiguum.

67[a]. *De morte Etheleri*[b]. Modicum ergo temporis effluxit, quo Wagirensi terrae de preterita calamitate respirare concessum est, et ecce nova prelia surrexerunt ab aquilone, que apponerent dolorem dolori, vulnus vulneri. Occiso enim Herico, cui cognomen erat Emun[90], remanserunt tria genimina regum, scilicet Suein[c], eiusdem Herici filius, Waldemarus, Kanuti filius, Kanutus, Magni filius. Qui cum adhuc[d] infantuli essent, consilio Danorum positus est eis tutor quidam Hericus cognomento Spac, qui regnum cum regia sobole tutaretur. Fuitque vir ille pacificus, cum tranquillitate creditum sibi gubernans regnum, nisi quod Sclavorum furiis minus obstitit. Nam latrocinia Sclavorum eo tempore solito plus invaluerunt. Sentiens autem Hericus appropiare[e] diem mortis sue, convocavit tres adolescentes regios, adhibitoque magnatum consilio, Suein destinavit ad regnum, Waldemarum et Kanutum hereditate paterna iussit esse contentos, ordinatisque taliter rebus, defunctus est[91]. Nec mora, Kanutus, Magni filius, rupta curatoris sui dispositione, conatus est arripere regnum, movitque contra Suenonem prelia magna. Porro Waldemarus partes Suein adiuvabat, et commota est universa Dania, et visa sunt magna signa in celo versus aquilonem, species quasi ignearum facularum, et humani cruoris similitudo rutilantis. Nec fefellerunt portenta. Quis enim ignoret strages factas, factas inquam[f] in eo prelio?

Certabat igitur uterque regum asciscere sibi comitem nostrum, miseruntque nuncios cum donariis plura offerentes et ampliora promittentes. Complacuit[g] comiti ad Kanutum[92], habitoque colloquio fecit ei hominium. Quod factum zelatus est[93] Suein[h], assumptaque manu armata, transivit[i] Wagirensem terram, et succendit Aldenburg, et demolitus est omnem terram maritimam, et digrediens inde succendit suburbium Sigeberch[k], et quecunque in circuitu eius erant vorax absumpsit flamma. Huius autem mali fuit auctor Ethelerus quidam de Thetmarsia[l] natus[94], qui divitiis Danorum sublevatus, omnem fortem de Holzatia sibi sociaverat. Factusque ductor regis, volebat comitem provincia pellere, terramque eius addere regno Danorum. Quod factum cum innotuisset comiti, transiit ad ducem ut protegeretur ab eo. Nec enim in Holzacia tuto consistere poterat, eo quod increvissent homines[95] Etheleri, qui insidiabantur vite eius. Quicunque voluisset fieri homo Etheleri, veniebat ut acciperet in munere birrum, clipeum vel equum, atque donis huiusmodi corrupta, repleta est terra seditiosis. Precepit igitur dux omni populo Holzatorum et Sturmariorum, ut sicubi reperti fuissent homines Etheleri, aut[m] renunciarent hominio, aut provincia secederent. Et factum est ita, iuravitque omnis populus, stare ad mandatum ducis et obaudire comiti suo. Sociatusque est vir sibi Holzatensis in die illa, seditiosis omnibus aut reductis in gratiam, aut provincia pulsis. Misit ergo comes nuncios ad Kanutum, suggerens ut quantocius cum exercitu veniret, oppressurus Suein[n]. Cui etiam ipse[o] occurrit cum quatuor milibus expeditorum prope Sleswich. Fixeruntque castra longis ab invicem spaciis. Morabatur autem Suein[n] in civitate Sleswich, cum non minima bellatorum manu. Videns igitur Ethelerus, princeps exercitus Suein[n], quia duplicata sunt mala multusque venit exercitus ad obsidendum eos, abiit ad Kanutum in dolo, dataque pecunia principibus exercitus[p] seduxit adolescen-

a) LXVIII. 1. b) Edeleri 1. c) Suen 2. d) adhuc *deest* 2. e) appropriare 2; appropinquare *Edd.* f) inquam *deest* 1: factas inquam *desunt* 2. g) complacuitque 2. *Edd.* h) Suen 2. i) in *addunt* 2. *Edd.* k) Segeberg 1. l) Thethmarschia *Ed.* m) ut 1. n) Suen 2. o) ipse *deest* 1. p) exercitus 1. *Corner*; *deest Edd.*; *verba* ad obsidendum *usque ad* principibus exercitus *desunt* 2.

89) V. 3. Reg. cap. 17. 4. Reg. cap. 4. 90) V. supra cap. 55 f. 91) Obiit ille a. 1147. Aug. 27; v. Necrol. Lund. 92) Biblica locutio est: *complacet alicui in quo. Ad Kanutum* Germanismum sapit: *Wohlgefallen finden an.* 93) V. cap. 65 not. 83. 94) De hoc Ethelero exule vid. etiam Saxon. Grammat. l. XIV, p. 679. Thetmarsi Rothulfum marchionem interfecerunt; ab Henrico duce vero victi sunt a. 1148. Conf. chartam a. 1148. Sept. 13. in Hamb. Urkundenbuch n. 188. 95) V. cap. 49. n. 92.

tiam Kanuti, ut rediret in terram suam, inscio comite Adolfo, et dimitteret exercitum, unumquemque[a] in locum suum. Prefixis quoque induciis, spopondit se sine bello pacem Danis redditurum. His ad libitum peractis, rediit Ethelerus Sleswich, mane pugnaturus[c] cum comite, et percussurus eum repente. Eo vespere quidam familiarium comitis erat Sleswich, qui sentiens ea que clam parabantur transiit cum festinatione lacum, et veniens in castra dixit ad comitem: *Deceptus es, o comes, deceptus atque pessumdatus es. Kanutus enim et exercitus eius, in quorum auxilio[b] tu venisti, reversi sunt in terram suam, et tu solus hic iaces. Ecce venturus est Ethelerus diluculo pugnare[c] tecum.* Comes igitur supra quam credi potest admirans inposturam, dixit ad suos: *Quandoquidem in medio mirice[1] consistimus et equi nostri afficiuntur inedia, bonum est nos hinc transire locumque querere castris oportunum.* Sensit igitur exercitus, animum comitis sinistra legatione concussum. Moveruntque castra de loco qui dicitur Cuningisho, verteruntque iter versus Egdoram[d]. Tanta autem festinantia preterlapsi sunt, ut veniente comite ad Egdoram de quatuor milibus expeditorum vix quadringenti cum eo reperti fuerint. Quos comes adhortans, ait: *Licet fratres et amicos nostros huius ignaros fugaverit casus timor, mihi tamen utile videtur, nos hic consistere propter custodiam terre nostre, quousque directis nunciis certius agnoscamus[e], quid actitent[f] hostes nostri.* Statimque misit nuncios, qui veritatem perferrent. Quibus apud Sleswich comprehensis et in vincula coniectis, dixit Ethelerus ad regem dominum suum: *Iam nunc festinandum est, et eundum cum exercitu, quia facile est, ut tradatur comes iste desolatus in manus nostras. Quo percusso transibimus in terram eius et abutemur ea prout libuerit.* Et abierunt cum manu forti Comes igitur irritatus, quia nuncii iuxta placitum non redissent[g], alios misit nuncios, qui visis hostibus cum celeritate nunciaverunt comiti. Ille licet intus morderetur suorum paucitate, elegit tamen virtutis intuitu confligere, dixitque ad socios: *En tempus est, o socii, quo comperiendum sit, ubi sit vir audax et virtutis continens, qui ruinas pronus excipere velit. Sepius quidem mihi a nostratibus obiectum est cum insultatione, quasi cor muliebre et fugax habuerim, qui bellorum iacturas plus lingua quam manu propulerim. Et hoc quidem non imprudens egi, quotiens bella sine sanguine caveri poterant. Nunc autem quia immanius periculum indiget opera manuum, videre[h] iam fas est, si femineus mihi, ut dicitis, insit animus. Quin potius videbitis, dante Deo, mihi cor inesse virile. Animequior autem ero, si vestra concors mecum fuerit voluntas, si in defensionem patrie mecum coniurata manu steteritis. Hoc enim loco presidium pugne flagitat et verecundia fuge et certissimum patrie excidium[i].* Hec cum perorasset comes, gratulati sunt socii, grandique iuramento se obligaverunt, ut starent firmiter, pro salute suimet et patrie. Precepit igitur comes effringi pontem et posuit custodiam in locis, quibus permeabilis erat fluvius. Venit autem nuncius, qui diceret, hostes transduci[k] prope villam, que dicitur Scullebi[2]. Facta igitur oratione ad Deum, comes festinavit pugnare cum his qui transducti fuerant, priusquam universus transiret exercitus. Statimque ubi congressi sunt, comes equo deiectus est, et fuerunt ei presidio duo milites, qui sublevatum equo restituerunt. Et fuit pugna vehemens, et victoria utrinque ambigua, quousque unus partium comitis proclamavit, ut poplites[l] equorum, quos hostes insidebant, fortiter cederentur. Factumque est, ut cadentibus equis, sessores quoque loricati collaberentur, gladiisque nostratum protriti sunt. Et cecidit Ethelerus, ceteri nobiles aut occisi sunt, aut capti. Quod videns rex ex altera ripa fluminis, et qui cum eo erant, petiit fugam et reversus est Sleswich. Sed et comes reversus est, clarus victoria, habens captivos insignes, quorum pecunia debitis suis aliquantisper alleviatus est.

Habuitque de cetero precipuam terre sue diligentiam. Quotiens enim motionis aliquid insonuit aut de Danis aut de Sclavis, statim collocavit exercitum in locis opportunis, videlicet Travenemunde sive ad Egdoram[m]. Fueruntque parentes mandato eius plebes Holzatorum, Sturmariorum atque[n] Marcomannorum. Vocantur autem usitato more Marcomanni gentes undecunque collecte, que marcam incolunt. Sunt autem in terra Sclavorum marce[o] quam plures, quarum non infima nostra Wagirensis est provincia, habens viros fortes et exercitatos preliis tam Danorum quam Sclavorum[3] Super hos omnes functus est comes honore cometie. Fecitque iustitiam populo suo, compacans dissidentia et oppressos libe-

a) unumquemque *deest Edd.* b) auxilium 4. c) pugnaturus 4. d) Egderam 1: *constanter* 2. e) cognoscamus *Edd.* f) aditent 2; actirent 1. g) venissent *Edd.* h) videri 1. i) exidium 1. k) traduci 4. l) poblites 1. m) Egderam 1. n) et 2. *Edd.* o) marchiae 4.

1) Kropperhaide. 2) hodie Schülp in parochia Ievenstedt. 3) h. e. cum Danis et Slavis.

rans de manu potentiorum. Clero fuit adprime benevolus, quem nec in facto nec in verbo passus est a quoquam iniuriari. Multum vero laboris adhibuit in edomandis rebellibus Holzatorum: gens enim libera et cervicosa, gens agrestis et indomita detrectabat ferre iugum pacis. Sed vicit eos altior sensus viri, et philosophatus est in eis. Multis enim precantationibus allexit eos, quousque duceret sub lorum illos inquam onagros indomitos. Viderit qui voluerit, faciem gentis huius immutatam, eos scilicet

*qui soliti* quondam *fuerant, sevum caput abdere larvis,*
*et depredandis tendere decipulas,*

furari que rapere non poterant, viderit, inquam, eos convertisse mores et revocasse gressus ad iter pacis. Nonne hec est mutatio dextere Excelsi?[4] Post hec reconciliatus[a] est comes Suein, regi Danorum. Ille enim crebris prosperatus victoriis, Kanutum eiecit de terra, et ad Saxones propulsum exulare coegit, penes nominatissimum Hartwicum[b] archiepiscopum[5], qui clarissimo genere natus magna pollebat hereditate[6].

68.[c] *De duce Heinrico.* In diebus illis dux noster adolescens domnam Clementiam, filiam Conradi ducis de Zeringge[d], duxit uxorem[7] cepitque dominari in universa terra Sclavorum, succrescens sensim et invalescens. Quotiens enim offendissent eum Sclavi, admovit eis martiam manum[e], dederuntque ei pro vita simul et patria quicquid exigere voluisset. In variis autem expeditionibus, quas adhuc adolescens in Sclaviam profectus exercuit, nulla de christianitate fuit mentio, sed tantum de pecunia. Adhuc enim immolabant demoniis et non Deo, et agebant piraticas incursationes[f] in terram Danorum.

69.[g] *De Hartwico archiepiscopo.* Videns igitur domnus Hartwicus, Hammemburgensis archiepiscopus, quia pax erat in Sclavia, proposuit reedificare sedes episcopales quas barbaricus furor olim destruxerat in Sclavia, scilicet Aldenburgensem, Racisburgensem[h], Mikilenburgensem. E quibus Aldenburgensem magnus Otto primus instituerat[8], subiciens ei Polabos et Obotritos a terminis Holzatorum[i] usque ad flumen Penem[k] et civitatem Dimin. Posuitque in Aldenburg primum pontificem Marconem. Post hunc secundus erat Ecwardus[l], tertius Wago, quartus Ezike, quintus Folchardus, sextus Reinbertus, septimus Benno, octavus Meinnerus, nonus Abelinus, decimus Ezo. Huius temporibus surrexit in Hammemburgensi ecclesia magnus Adelbertus, qui de peregrinis episcopis, quos in mensa sua habebat, Iohannem statuit episcopum in Mikilinburg[m], Aristonem in[n] Racesburg, atque in hunc modum Aldenburgensis sedes in tres divisa est episcopatus[9]. Postquam igitur permittente Deo propter peccata hominum christianitas adnullata est in Sclavia, vacaverunt he sedes annis octoginta[o] quatuor usque in tempora Hartwici archiepiscopi[10]. Qui propter generis nobilitatem duplici principatu clarus, magno studio enisus est pro recuperandis suffraganeis episcopis universe Dacie, Norwegie, Suedie, quos Hammemburgensi ecclesie quondam pertinuisse commemorat antiquitas. Sed cum obsequiis et variis largitionibus[p] nil profecisset apud papam et cesarem, ne omnino careret suffraganeis, aggressus est iam pridem abolitos[q] episcopatus Sclavie suscitare. Accitum igitur venerabilem sacerdotem Vicelinum Aldenburgensi sedi consecravit episcopum[11], cum iam esset etate provectus et mansisset in terra[r] Holzatorum triginta[s] annis[12]. Porro in Mikilinburg[t] ordinavit domnum Emmehardum, et consecrati sunt ambo in Rossevelde missique in terram egestatis et famis, ubi erat sedes Sathane et habitatio omnis spiritus immundi.

Factaque sunt hec inconsulto duce et comite nostro. Unde accidit ut amicitia, que erat inter domnum Vicelinum et comitem nostrum, deinceps turbata sit, nam antea eum ut patrem venerabatur. Tulitque decimas omnes anni illius, que pontifici novo provenire poterant, nec[u] dimisit ex eis parvas reliquias. Tunc abiit episcopus ad ducem, rogaturus veniam,

a) reconsiliatus 1. b) Hartwig. *codd. et Edd. saepius.* c) LXIX. 1. d) Cerigge 1. 2. e) eis in praelium martiam m. 1, *postmodum inductis verbis* in praelium. f) incursiones 2. g) LXX. 1. h) Raceburgensem *Edd.* i) Holtzatorum 2. k) Panim 2. *Ed.*; Penim 3. l) *sic codd. et Edd.*; *conf. supra cap.* 12, 13 *et* 14. *Corner ad a.* 1151 Egwardus. m) Mikilenborg 1. n) in *deest* 2. o) octuaginta 2 *Edd.* p) *ita* 1. 2. *Edd.*; legationibus 4; donariis *Corner.* q) obolitos 1. r) terram 1. s) *loco numeri* XXX. *legendum* XXII. t) mikinburg 1. u) et non 1.

4) Ps. 77. v. 11. 5) Cuius antecessor Adalbero diem supremum obierat a. 1148. Aug. 25; v. Annal. Stad. et Necrol. Hamburg. 6) Conf. infra l. II. cap. 6. 7) sc. anno 1147. 8) V. supra cap. 11. 9) V. supra cap. 22. 10) V. supra cap. 24 f. 11) 1149. Octobr. 11; v. infra cap. 78 init. 12) Vicelinus ex anno 1127 usque 1149. 22 annos in Holzatia manserat, ut bene docuit Jaffé, Lothar p. 233 sq.

et susceptus est ab eo cum honore et reverentia. Et ait dux ad eum: *Dignum quidem fuit, o episcope, ut vos nec salutarem nec reciperem, eo quod nomen istud me inconsulto susceperitis. Ego enim huius rei moderator esse debueram, maxime in terra*[a] *quam patres mei, favente Deo, in clipeo et gladio suo*[b] *obtinuerunt et mihi possidendam hereditaverunt. Sed quia sanctitas vestra dudum mihi comperta est, progenitores quoque nostri vos ab initio fidelem probaverunt, decrevi iam noxe huius oblivisci, promotionique vestre pleno favore concurrere, scilicet ea conditione, si investituram episcopalem de manu mea recipere volueritis. Hoc enim pacto res vestre*[c] *processum habere poterunt.* Et visum est episcopo verbum illud[d] durum, eo quod esset preter consuetudinem. Episcopos enim investire solius imperatorie maiestatis est. Quidam igitur fidelium ducis, Heinricus de Witha[13], vir potens et militaris et amicus episcopi, dixit ad eum: *Facite quod vobis utile est, et appropinquate domno nostro et facite voluntatem eius, ut edificentur ecclesie in Sclavia et dirigatur cultus domus Dei in manibus vestris. Alioquin frustrabitur labor vester, eo quod nec cesar, nec archiepiscopus possit iuvare causam vestram, domno meo obnitente. Deus enim dedit ei universam terram hanc. Quid autem grande requirit a vobis domnus meus, quod vobis aut illicitum sit aut verecundum? Quin potius res facilis est et conducens fructum magnum, ut domnus meus accipiat virgulam et det in manum vestram pro signo investiture, sitisque de cetero familiaris ducis, habentes honorem inter gentes, ad quas ingrediemini convertendas.* Rogavit ergo episcopus preberi sibi inducias, ut deliberaret super verbo hoc. Dimissusque pacifice venit Bardewich, ubi mortali tactus egritudine per dies aliquot moratus est. Illic enim incidit paralisin, in qua usque ad extremum vite sue laborare visus est. Sedata vero aliquantulum egritudine perductus est Falderam in vehiculo, multumque temporis effluxit, quo eum infirmitas ecclesiastico labori subtraxerat. Etatis enim mole gravior morbus accesserat. Ubi autem ei vires Deus prestitit, abiit Bremam consulturus archiepiscopum et clerum super verbo hoc, quod imposuerat ei dux. Qui omnes una eademque sententia refragari ceperunt, dicentes: *Scimus quidem, o venerabilis pontifex, sanctitati vestre optime cognitum esse, quid vobis super verbo hoc expediat. Sed quia venistis participari consilio nostro*[e]*, breviter respondemus, quod sentimus. Primum igitur in hoc negocio pensari decet, qualiter investiture pontificum imperatorie tantum dignitati permisse sint*[f]*, que sola excellens et post Deum in filiis hominum preminens; hunc honorem non sine fenore multiplici conquisierunt*[g]*. Neque imperatores dignissimi levitate usi sunt, ut episcoporum domini vocarentur, sed compensaverunt noxam hanc amplissimis regni divitiis, quibus ecclesia copiosius aucta, decentius honestata*[h]*, iam non vile reputet se ad modicum cessisse subiectioni, nec erubescat inclinari uni, per quem possit in multos dominari. Ubi enim dux vel marchio, ubi in regno principatus*[14]*, quantumlibet magnus, qui pontificibus manus non offerat, recusatus, oportune importune, se non ingerat? Certatim currunt, ut homines fiant ecclesie et participes fiant beneficiorum*[i] *eius. Vos igitur honorem hunc pessundabitis et infringetis iura magnis autoritatibus edita? Dabitisne huic duci manus vestras, ut hoc exemplo incipiant esse principum servi, qui fuerant principum domini? Non decet etatem vestram, honestatis decore maturam, ut per vos incipiant abusiones fieri in domo Domini. Longe fiat a vobis verbum istud. Quod si furor principis erga vos effrenatius egerit, nonne satius est ferre iacturam bonorum quam honoris? Auferant, si velint, decimas, obcludant vobis introitum, si placet, parrochie vestre, tolerabilis erit ista molestia. Habetis certe Falderensem domum, in qua tuta interim statione consistere possitis et prestolari cum silentio salutare Dei.* Hiis et huiusmodi verbis averterunt eum, ne voluntatem ducis adimpleret. Parturivit sane persuasio hec novelle plantationi multiplex impedimentum. Quotiens enim pontifex noster ducem adiit interpellaturus pro negotiis ecclesie, ille se paratum esse respondit[k] ad omnia, que poposcisset[l] utilitas, si primum sibi[m] debitus honor exhibitus fuisset, alioquin frustra contra impetum fluminis iri. Pontifex autem humilis facile inclinatus fuisset, ut propter lucrum ecclesie duci secularis honoris cupido morem gessisset, si archiepiscopus et ceteri Bremensium non obstitissent. Nam et ipsi vaniglorii atque divitiis adulte ecclesie saturi, honori suo hoc in facto derogari putabant, nec magnopere fructum,

a) hac terra 4. b) suo *deest Edd.* c) uestri *correctum pro* uestrum *in* 1. d) istud 1. e) nostro *in rasura* 1. *Heumann*; nostri 2. *Edd.* f) sunt 2. *Edd.* g) conquisivit *Edd.* h) honesta 1. i) beneficio 1. k) ostendit *Edd.* l) poposisset 1. m) illi *Edd.*

13) Heinricus de Witha, ministerialis ducis, occurrit in multis chartis, e. g. 1162 Meklenburg. U. B. I. n. 74. 14) i. e. princeps, qui principatum tenet.

sed numerum suffraganearum sedium curabant. Quod vel in hoc maxime patuit, quia in possessionibus Falderensis ecclesie archiepiscopus multas episcopo nostro fecit iniurias, demens et convellens aliqua, nec tutum permanere sinens in statione, quam ipse ei deputaverat. Videres igitur virum antea magni nominis, possessorem libertatis et compotem suimet, post acceptum episcopale nomen, quasi innodatum vinculis quibusdam et supplicem omnium. Homo enim pacis sue, in quo speravit[32], avertit eum a via consilii et pacis, ne scilicet applicaretur hiis, per quos ecclesie fructificatio pullulare posset.

Fecit igitur quod status ille temporis permisit, visitavit ecclesias parrochie sue, ministrans plebibus monita salutis, prebens eis pro iure officii sui spiritualia, cum ipse tamen non meteret[a] eorum temporalia; siquidem comes decimarum iura tollebat. Dedicatum est igitur eo tempore oratorium Cuzeline, que alio nomine Hagerestorp[b] dicitur. Sed et ecclesia Bornhovede[c] tunc dedicata est. Venitque[d] ad novam civitatem que Lubeke dicitur, confortare manentes illic, et dedicavit ibi altare domino Deo. Inde progrediens visitavit Aldenburg, ubi sedes quondam episcopalis fuerat, et receptus est a barbaris habitatoribus terre illius, quorum deus erat Prove. Porro nomen flaminis, qui preerat superstitioni eorum, erat Mike. Sed et princeps terre vocabatur Rochel[e], qui fuerat de semine Crutonis[f], ydololatra et pirata maximus. Cepit ergo pontifex Dei proponere barbaris viam veritatis, que Christus est, adhortans eos, ut relictis ydolis suis festinarent ad lavacrum regenerationis. Pauci autem Sclavorum applicuerunt se fidei, eo quod languor fortissimus esset et necdum essent inclinata corda principum ad edomanda corda rebellium. Dedit autem episcopus pecuniam cesoribus lignorum ad impensas sanctuarii, et ceptum est opus fabrice prope vallum urbis antique, quo omnis terra die dominica propter mercatum convenire solebat.

70.[g] *De comite Adolfo.* In diebus illis congregavit dux exercitum, ut abiret in Bawariam et requireret[h] ducatum, quem vitricus suus Heinricus, frater Conradi regis, occupaverat. Venit igitur dominus noster episcopus ad eum Lunenburg[i], rogans, ut semper solebat, pro episcopatus sui promotione. Cui dux: *Faciam,* inquit, *quod hortamini, si ad nos respectum habere volueritis.* Ad quem episcopus: *Paratus sum,* ait, *propter eum, qui se humiliavit propter nos, me ipsum in proprietatem dare alicui de clientibus vestris, nedum vobis cui Deus ampliorem inter principes contulit magnificentiam tam generis quam potentie.* Et his dictis fecit quod necessitas imperarat[k], et suscepit episcopatum per virgam de manu ducis. Animequior autem factus dux, ait: *Quia videmus vos obedientes esse voluntati nostre, oportet et nos sanctitati vestre condignam gerere reverentiam et petitioni de cetero proniores adesse. Sed quia nunc in procinctu sumus itineris, et ordinatio vestre cause prolixius tempus requirit, damus interim vobis villam Buzoe, quam petistis, cum sua pertinentia Dulzaniza, ut edificetis vobis domum in medio terre vestre*[l] *et prestolari possitis reditum nostrum. Tunc enim propicio Deo disponendis rebus vestris propensius instabimus.* Rogavitque comitem Adolfum, ut huic donationi preberet assensum. Cui respondit comes: *Ex quo dominus meus*[m] *flexus est ad pietatem, decet nos voluntati eius concurrere*[n] *et pro posse nostro ei suffragari. Possessionem igitur quam domnus dux*[o] *permisit episcopo, et ego permitto. Insuper cedo de medietate decimarum, ut cedant in usus episcopi, non ex debito sed ex gratia vestri, eo quod res episcopales necdum ordinate sint.*

Commisit igitur dux custodiam terre Sclavorum atque Nordalbingorum comiti nostro, compositisque rebus in Saxonia profectus est cum militia, ut reciperet ducatum Bawarie[33]. 1150.
Porro ductrix[34], domna Clementia, remansit Lunenburg[p], fuitque comes clarissimus in domo ducis et officiosus in obsequio ductricis paterque consilii. Quamobrem venerabantur eum principes Sclavorum, maxime vero reges Danorum, qui laborantes intestino bello, certabant eum prevenire muneribus. Kanutus enim, qui profugus exulabat apud archiepiscopum, conflato de Saxonia conducticio[q] exercitu, reversus est in Daniam. Et additi sunt ei omnes pene qui habitabant Iuthlandie. Hoc audito, Suein[r] contraxit maritimas copias, transmissoque mari venit ad civitatem Wiberge, et commiserunt reges prelium, et fuse sunt copie

a) meretur 2. b) Hogerestorp 1. *Edd.* c) Bernhovede *Edd. et* 1 *in rasura.* d) quoque *correctum in* 1. e) *ita et Corner*; Nuchel *Chron. Slavic.* f) Crittonis 2; Cruconis *Edd.* g) LXXI. 1. h) acquireret 2. i) ad eum d. n. ep. Vicelinus Lunenburg 1; *ita et Edd. sed* Lunenburgi. k) imperabat 2. *Edd.* l) nostrae *Edd.* m) dominus meus *additum ex* 2. 3. *del.* 1. S. R. n) occurrere *Edd.* o) meus 2; dux *deest* 1. p) Luneburg 2. q) con- r) Suen 2.

32) sc. archiepiscopus. 33) anno 1150 in. 34) h. e. ducissa; cf. cap. 71. init. 79.

Saxonum et ad internecionem delete[35]. Kanutus fuga lapsus[a] venit in Saxoniam. Post modicum tempus rursum venit in Daniam, et receptus est a Fresonibus qui habitabant Iuthlandie[b], venitque Suein et pugnavit cum eo, debellatumque ad Saxones fugere compulit[36]. Cui crebro per fines Holzatorum itineranti comes noster beneficus exstitit, prebens conductum et cetera humanitatis officia. Regnavitque Suein in Dania cum maxima tyrannide, maximis semper victoriis fortunatus. Sclavorum furiis minus obstitit, preliis irretitus domesticis. Fertur tamen eos in Selande strage maxima tempore quodam pervasisse[c, 37].

71.[d] *De Nicloto.* In diebus autem, quibus dux aberat, venit Niclotus, princeps terre Obotritorum, ad domnam Clementiam ductricem Lunenburg, et conquestus est in facie eius et amicorum ducis, quia Kicini et Circipani paulatim rebellare ceperint[e] et obniti tributis iuxta morem persolvendis. Et destinatus est comes Adolfus et populus Holzatorum et Sturmariorum, ut adiuvarent Niclotum et coercerent rebellionem contumacium. Abiitque comes cum duobus milibus et amplius electorum. Niclotus quoque contraxit exercitum de Obotritis, et abierunt pariter in terram Kicinorum et Circipanorum, et pervagati sunt terram hostilem, omnia vastantes igne et gladio. Fanum quoque celeberrimum cum ydolis et omni superstitione demoliti sunt. Videntes autem indigene, quia non essent eis vires resistendi, redemerunt se immensa pecunia, defectumque vectigalium integraverunt cum cumulo. Tunc Niclotus delectatus victoria, gratias comiti retulit amplissimas, revertentemque prosecutus est ad extremitatem finium suorum, cautissimam exercitui abhibens diligentiam. Ab eo die firmate sunt amicitie inter comitem et Niclotum, habueruntque frequentius colloquium Lubeke sive Travenemunde[f] pro commodis utriusque terre.

Fuitque pax in terra Wagirorum, accepitque per gratiam Dei novella plantatio sensim incrementum. Forum quoque[g] Lubicense crescebat in singulos dies, et augebantur naves institorum eius. Domnusque Vicelinus episcopus incolere cepit insulam que dicitur Bozoe, et habitavit sub fago, quousque exstruerent casas, in quibus consistere possent. Cepit autem illic ecclesiam edificare in nomine Domini et in commemorationem beati Petri apostolorum principis. Porro utensilia domus, et que sufficerent curandis aratris, providit episcopus de Cuzelina[h] et de Faldera. Initia vero episcopatus erant in magna teneritudine, eo quod comes alias optimus episcopo soli fuerit mediocriter bonus.

72.[i] *De Conrado rege.* Cum hec igitur in provincia Sclavorum gererentur, dux noster morabatur in Suevia, intentans vitrico suo bellum, sed non valens. Ille enim adiuvabatur a fratre rege, iniustum esse perhibente, quenquam principum duos habere ducatus. Audiens igitur Adalbertus marchio et alii quam plures principum, ducem nostrum minime prosperari et veluti inter hostes conclusum, miserunt ad regem, ut quantocius cum exercitu veniret in Saxoniam, obsessurus Brunsvich et oppressurus amicos eius. Posuit ergo rex custodiam per omnem Sueviam, ne forte dux elaberetur, ipse vero abiit Goslariam, accepturus
1151. Dec. 25. Brunswich et omnia castra ducis. Instabat autem sacra nativitas Domini[38]. Intelligens igitur dux consilium regis in malum, et intercisum sibi digressum Suevie, fecit denunciari omnibus amicis suis tam liberis quam ministerialibus, ut convenirent ad urbem quandam acturi cum eo diem sollempnem. Fecit[k] verbum hoc[l] diffamari et personari in auribus vulgi. Assumptisque tribus fidissimis[m] viris, vespere quodam mutavit vestem, et elapsus de castro, nocturnum aggressus est iter, et transiens medias hostium insidias, quinto demum die apparuit Bruniswich, et amici eius antea merore confecti[n], insperatam resumpsere fiduciam. Castra vero regis approximabant Bruniswich, constituta in loco qui dicitur Heninge[39]. Venit igitur nuncius qui diceret regi, comparuisse ducem in Bruniswich. Quo certius recognito, dissimulabat progredi, reversusque est Goslariam, et annullata sunt ea que fuerant regis molimine suscepta. Et defendit se dux de circumventione principum, qui insidiabantur anime eius, et obtinuit ducatum Saxonie, succrescens et invalescens in[o] singulos dies. Porro ducatum Bawarie requirere non poterat omni tempore quo Conradus rex supervixit.

Quo non longe postea defuncto, successit in regnum Fridericus, fratruelis eius. Conradus enim rex plures habuit fratres, quorum primi erant Heinricus dux Bawarie, et Frede-

a) elapsus 2. *Ed.* b) Iutlandie 1. c) percussisse *Edd.* d) LXXII. 1. e) ceperunt *corr.* ceperint 1. f) Trauemunde 2. g) Forumque 2. h) Cuzilina 1. i) LXXIII. 1. k) Fecitque 2. *Edd.* l) verba haec *Edd.* m) fidelissimis 2. n) affecti *Edd.* o) per *Edd.*

35) V. Histor. gent. Danor. ad a. 1151. 36) ibid. a. 1152. 37) V. Saxon. Grammat. l. XIV, p. 704—706. 38) sc. a. 1151. 39) Heiningen haud procul a fluvio Ocker in terra Hildesheimensi.

ricus dux Suevie, cuius filius equivocus positus est in regnum. Anno igitur incarnati verbi 1152. millesimo centesimo quinquagesimo primo[40] regnavit[a] Fredericus, huius nominis primus rex, et elevatum est solium eius super solium regum, qui fuerant ante eum diebus multis. Invaluitque sapientia et fortitudine super omnes inhabitantes terram. Mater eius fuit amita ducis nostri[41].

73.[b] *Transitus Thetmari prepositi.* Circa tempus dierum illorum occisus est Heremannus comes in castro Winzeburg[c, 42], vir potens et magnarum pecuniarum, et orte sunt contentiones inter ducem nostrum et marchionem Adalbertum propter castra et facultates eius. Propter hos compacandos denunciavit rex curiam apud Marcipolim, civitatem Saxonie, mandavitque principibus sollempniter adesse. Missa quoque[d] legatione, reges Danorum tumultuantes evocavit, ut decerneret inter eos mediante iustitia. Tunc Kanutus, quem tertio Dania pulsum supra dictum est, venit ad ducem nostrum, rogans ut eius conductu et auxilio in curia potiri mereretur. Porro archiepiscopus conduxit Suein regem, habens inter multos religiosos et honestos viros domnum Vicelinum episcopum in comitatu suo. Et habita est curia illa celebris apud Marcipolim, ubi principes Danorum confederati sunt, Suein coronato 1152. Mai. 18.
in regem[43], ceteris eidem hominio subactis. Dissensio autem, que erat inter ducem et marchionem sedari non poterat, eo quod principes elati, regis adhuc recentis monita parvi penderent. Persuasit igitur archiepiscopus Vicelino episcopo, ut investituram de manu regis perciperet, non fructum ecclesie, sed odium ducis intentans. At ille non consensit, ratus iram ducis implacabiliter accendi. In hac enim terra sola ducis auctoritas attenditur. Soluta est curia.

Vicelinus episcopus reversus est in parrochiam suam, invenitque sanctissimum virum Thetmarum presenti vite subtractum. Quod nimirum episcopo maximam intulit mesticiam. Ille enim dulcissimus vir, omnium semper devotione complectendus, neminem suo tempore visus est habuisse comparem. Ut enim de vita eius quiddam breviter summatimque perstringam[44], ante conceptum matri sancte revelatus, ab ipsis cunabulis mancipatus est altaris ministerio, commendatusque bono magistro discipulus optimus perseveravit in disciplina usque ad viriles annos, discipulus in Brema, socius in Francia, sustinuit iugum magistri cum patientia, iuxta illud Iheremie: *Bonum est viro, cum portaverit iugum ab adolescentia sua*[45]. Post reditum[e] abeunte domno Vicelino in Sclaviam[f], veluti sublato pedagogo, relictus est sibimet. Qualis igitur apud Bremam in regendis scolis, qualis in decania fuerit, dixerint Bremenses. Hoc commemorasse sat est, quia post digressum eius, lumen ecclesie illius sublatum, Brema clamabat. Translatus igitur in Falderam ob desiderium[g] melioris vite, magnum gaudium attulit sue presentie[h] domno Vicelino. Sed et omnibus, quos angulus ille horroris et vaste solitudinis continebat, nova quedam facies orta est de adventu tanti hospitis. Post aliquot annos dilatante Deo fines ecclesie, missus est Cuzelinam, que et Hagerestorp[h*], et incolis nove habitationis magno solatio fuit. Captivis enim et despoliatis tanta pietate concurrebat, ut dandi magnitudo vires domus illius adhuc tenere excedere videretur. Inter orandum enim sive legendum aures eius semper vigilabant ad ostium suspense, quando veniret egenus pulsans et petens[i, 46]. Reverebatur eum comes Adolfus, eo quod redargueret[k] culpas eius, nec parceret delinquenti. Duriciam enim cordis eius, quam exhibuit episcopo, venerabilis ille sacerdos adhibitis emplastris emollire sategit, sed omne medicamentum altior morbus evicit. Audite tamen eo multa faciebat, sciens eum virum iustum et sanctum. Expletis igitur postquam in hac terra mansit annis decem, infirmitate correptus est, absente scilicet episcopo et apud Marcipolim posito[47]. Cum autem fratres lecto egrotantis appliciti, spem recuperande salutis instaurarent, ille cum magna recusatione aiebat: *Nolite, fratres dilecti, presentis vite dilationem mihi repromittere; nolite spiritum meum de peregrinationis fatigio ad patriam tendentem huiuscemodi verbis affligere.*

a) regnat 2. b) LXXIV. 1. c) Winceburg 1. d) que *Edd.* e) a Francia *addunt* 2. B. f) Slaviam 2. *Edd.* g) desiderio *Edd* h) sua praesentia *Edd.* h*) Hogerest 1. *Edd.* i) pulsans 1. 2. k) redarguerit 2. *Edd.*

40) secundum computationem hodiernam a. 1152; hoc enim anno Februar. 15. obierat rex Conradus III. 41) Iudith, filia Heinrici nigri, soror Heinrici superbi. 42) 1152. Ian. 29. Winzenburg inter Gandersheim et Alfeld. 43) 1152. Mai. 18. Hartwicus archiepiscopus Bremensis, Emehardus Micheleburgensis episcopus et Sveno rex Danorum, qui ibidem regnum suscepit de manu domini regis, et Knut alter Danus, qui ibidem regnum in manum domini regis refutavit, laudantur inter testes in charta Friderici regis data in curia Mersburch, Erhard Cod. dipl. Westfal. II, 64. 44) V. supra cap. 44, 45 et 58. 45) Ieremiae Thren. 3, 27. 46) V. cap. 66. 47) 1152. pentecoste.

1152. *Ecce decem anni sunt, ex quo vitam meam sub*[a] *professionis huius titulo protrahi rogavi, et exauditus sum, nunc tandem laborum requies oranda est. Et confido de solita pietate Dei, quia nec hac petitione frustrabor.* Augebantur igitur torsiones vitalium[48], nec tamen in defectu corporis vigor interioris hominis emarcuit. Completum est in eo illud Salomonis[49]: *Fortis est ut mors dilectio, flumina et venti non potuerunt extinguere eam.* In moriente vivebat caritas, que in exhausto corpore integrabat affectum, prebentem fratribus solatium de merore, consilium in rebus ambiguis, morum edificationem, imprimentem cordibus amicorum novissima quedam valedictionis vestigia, nunquam abolenda. Sed nec immemor dilectissimi patris sui Vicelini, orabat intime[b] vias eius a Deo dirigi, per hunc sibi viam salutis et spem regni patefactam multotiens congratulans. Venerunt igitur ad egrotum fraterna sollicitudine prior Falderensis ecclesie Eppo et Bruno sacerdos, et post visitationem exhibuerunt ei sacre unctionis officium. Quo venerabiliter percepto, participatione nichilominus vivifici corporis Domini communitus, perseverabat in gratiarum actione. Nocte igitur[c] qua
Mai. 17. vigilia pentecostes[d] obvenerat, hoc est 16. Cal. Iunii, pervigil in oratione, precibus invitavit angelos, suffragia sanctorum interpellavit omnium, iamque recedente anima, movebatur adhuc lingua in oratione et confessione laudis. O dignissimum sacerdotem, o gratissimam Deo animam! Felicem dixerim in cursu, sed feliciorem in perventione, qui brevissimi laboris compendio apud Deum gloriam meruit sempiternam, apud homines sancte recordationis affectum.

74.[e] *De sepultura eiusdem.* Huius[f] venerabilis sacerdotis transitum longe ante predicere solebat Luthbertus frater, qui militiam huius seculi servitute Dei commutans, cum famulo Dei Thetmaro pauperum qui erant in hospitali curam gessit. Hic tempore quodam visitans Falderam, vultum pretendit plus solito subtristem atque lacrimis suffusum. Interrogatus causas mesticie, respondit merito se tristari, qui patris amantissimi presentia destituendus esset in brevi. Fatetur nichilominus, de his non somniantem, sed vigilantem divinitus se instructum. Nec longe post prophetantis verbum velox sacerdotis obitus subsecutus est. Fratres quoque, quos intimus viri affectus flere coegit, revertentes ad cor, hauserunt spem, et resumpserunt spiritum consolationis, memores oraculi. Ubi igitur in Faldera nunciatum est de obitu eius, statim miserunt nuncios ad transferendum corpus, eo quod ipse discedens[g] hoc intentius oravisset. Quod tamen venerabilibus fratribus Theoderico, Ludolfo, Luthberto et ceteris qui illic degebant nullatenus persuaderi potuit, dicentes[50], omnes se malle[h] mori, quam tanto pignore privari, quod Wagirensi ecclesie noviter cepte futurum esset et honori et solatio. Confluentibus igitur de Sigeberge[i] et de vicinis oppidis fidelium populis, corpus sanctum terre commendatum est cum multa pauperum lamentatione de sua destitutione conquerentium[k]. Magnificetur igitur Deus in sanctis suis, qui virum hunc perfecit sibi dignum sacerdotem, consummatum vocatione felici. Vobis quoque, o patres Lubicane rei publice, salus abundantior erit a Domino, si virum talem digne excolueritis, statuentes eum in fronte eorum, qui diruta ecclesie vestre[l] in nova culmina surgere fecerunt.

75.[m] *De infirmitate Vicelini episcopi.* Post decessum preclari sacerdotis Thietmari[n] Vicelinus episcopus reversus est de curia Marcipolitana, frustrato labore propter sterilitatem principum. Domnus enim archiepiscopus et dux, in[o] quibus summa rerum in hac terra consistebat, prepedientibus simul odio et invidia, nullos Deo placitos fructus facere poterant. Certabat uterque cuius esset terra, vel cuius esset potestas statuendi episcopos, caverantque diligentissime, ne quilibet eorum cederet alteri. Sed nec comes Adolfus, licet in multis probatus[p], rebus episcopalibus animum plene accommodaverat. Accesserat hiis malis episcopo nostro amplior tristicia de obitu domni Thietmari[q. 51], quo adhuc superstite tolerabilius videbatur omne quod urgebat. Afficiebatur igitur tedio spiritus in singulos dies, quesivit consolantem se, et non invenit. Transactis autem, postquam de curia venerat, paucis diebus, venit Buzoe[r], quo[s] domum et ecclesiam edificare ceperat, et plebibus illic aggregatis prebuit verbum salutis. Iam enim circumiacentia oppida incolebantur paulatim a christicolis,

a) super 2. b) perintime 2. *Edd.* c) vero *Edd.* d) pentecosten 1. e) LXXV. 1. f) Cuius 1. *Edd.* g) discendens 1. h) male 1. i) Segeberge 1. k) conquirentium *Ed.* l) *sic* 2. 3; nostre 1. *Edd.* m) LXXVI. 1. n) *sic* 1. 2. o) in *deest* 1. p) prolatus 1. q) *sic* 1. r) Buzo *Edd.*; Buzouam 2. 3. s) ubi *Edd.*

48) i. e. viscerum. 49) Cantic. Canticor. 8, 6. 7. 50) sic pro: *dicentibus*; cf. supra p. 53, lin. 31. 51) sc. 1152. m. Maio.

sed cum grandi pavore propter insidias latronum. Castrum enim Plunense[54] necdum reedificatum fuerat. Consummans igitur pontifex sacra misteria, et offerens novissimum Deo sacrificium, pronus adoravit in terra coram altari Domini rogans fortissimum Dominum, ut cultus ipsius propagaretur tam in eo loco quam in universa latitudine Sclavie. Multotiens autem hominibus transmigrationis[55] inter exhortatoria verba presagiebat, cultum domus Dei sublimem in brevi futurum in Sclavia, et ne deficerent animis, habentes duram patientiam ob spem meliorum. Valedicens igitur sacerdoti venerabili Brunoni et ceteris quos loco eidem prefecerat, et confortans manus eorum[56] in Domino, reversus est Falderam, ubi infra septem dies correptus est virga Dei et adeo paralisi dissolutus est, ut manus eius et pes, totum denique latus dextrum exaruerint, quodque omnibus miserabilius fuit, privatus est officio lingue. Conturbati sunt hoc spectaculo omnes qui viderant virum, scilicet incomparabilis facundie, doctorem magnum, exuberantem verbo sacre exhortationis et veritatis defensione, subito lingua membrisque destitutum et per omnia factum inutilem. Quam dissone igitur fuerint[k] populorum sententie, quam temeraria multorum non minus[a] iudicia religiosorum, piget reminisci, nedum verbis prosequi. Dicebant, quia Dominus dereliquit eum, nec intendebant scripture dicenti: *Beatus qui corripitur a Domino*[57]. Dolebant autem irremediabili afflictione[b] omnes qui erant in Faldera et Cuzelina[c], maxime vero hii qui in has terras primi cum eo venerant, et consenuerant cum eo sub pondere diei et estus[58]. Adhibebatur autem egroto medicorum opera, inefficax tamen, providente scilicet divinitate meliora de eo et viciniora saluti. *Dissolvi enim et esse cum Christo multo*[d] *melius*[59]. Duobus igitur annis et dimidio versatus est in lecto egritudinis, nec sedere nec iacere contentus. Curabatur autem propensius fratrum diligentia, prebentium ei necessaria corporis et ad ecclesiam eum deferentium. Nunquam enim missarum sollempniis vel communioni sacre abesse voluit, nisi forte infirmitas gravior obstitisset. Tantis Deum[e] gemitibus et interno cordis clamore compellabat, ut aspicientes vix a fletu temperaverint. Gubernabat eo tempore domum prior eiusdem loci, venerabilis Eppo, vir magni in Christo meriti. Porro Cuzelinam et ecclesias que in Wagira erant regebat domnus Ludolfus, ille inquam qui olim in Lubeke multos propter euangelium Christi labores pertulerat. Huic prepposituram Cuzeline, dum adhuc sanus esset, episcopus commendaverat.

76.[f] Una igitur dierum allocutus est dux comitem Adolfum dicens: *Perlatum est ad nos iam pridem, quod civitas nostra Bardewich*[g] *magnam diminutionem civium patiatur propter Lubicense forum, eo quod mercatores omnes eo commigrent. Idem conqueruntur hii qui sunt Luneburg, quod sulcia nostra devorata sit propter sulciam quam cepistis habere Thodeslo*[i]. *Rogamus igitur, ut detis nobis medietatem civitatis vestre Lubike et sulcie, possimusque tolerabilius ferre desolationem civitatis nostre. Alioquin precipiemus, ne fiant mercationes de cetero in Lubike. Non enim ferendum est nobis, ut propter aliena commoda desolari patiamur hereditatem patrum nostrorum.* Sed cum renueret comes, reputans incautam sibi huiuscemodi conventionem, mandavit dux, ne de cetero haberetur forum Lubike, nec esset facultas emendi sive vendendi, nisi ea tantum que ad cibum[k] pertinent. Et iussit mercimonia transferri Bardewich ad sublevandam civitatem suam. Sed et fontes salis qui erant Thodeslo ipso tempore obturari fecit. Et factum est verbum[60] istud[l] comiti nostro et terre Wagirensi in offensionem et profectuum impedimentum.

77. *De Evermodo episcopo.* Nec hoc pretermittendum videtur, quod dilatante Deo fines ecclesie, ordinatus est episcopus Racesburg[m] domnus Evermodus, prepositus de Magdeburg, 1154.
deditque ei comes Polaborum Heinricus insulam ad inhabitandum prope castrum. Preterea trecentos mansos resignavit duci dandos in dotem episcopii[61]. Porro decimas terre recognovit episcopo, quarum tamen medietatem recepit in beneficio[62], et factus est homo episcopi, exceptis trecentis mansis, qui cum omni integritate tam redituum quam decimarum sunt

a) multorum non menus *primo scriptum in* 1, *ex quo perperam* nomine tenus, *quod habent* 2 *et Edd. denique* non minus *effecit cod. scriba.* b) irremedicabili dolore *Edd.* c) Cuzilina 1. d) est *addunt* 2. *Edd.* e) Dominum 2. *Edd.* f) *distinctio capituli inscriptione aut littera initiali minio tincta facta desideratur in* 1. g) Bardiwich 1. i) Thoodeslo 2. k) victum 4. l) illud *Ed.* m) in Rac. ep. *Edd.*

54) destructum a. 1139, v. supra cap. 56. 55) i. e. colonis, conf. cap. 57. 56) Esaiae 35, 3. 57) Iob 5, 17. 58) *sub . . estus* Ev. Matthaei 20, 12. 59) Philipp. 1, 23. 60) verbum i. e. negotium, res, biblice. 61) Cf. diplom. a. 1154 et 1158 in Meklenburg. U. B. I, n. 57 et 65. 62) Registrum decimarum Racesburg. ed. K. F. L. Arndt et ex eo Hamburg. Urkundenbuch I n. 206 ad a. 1154.

episcopi. Interfuit hiis rebus agendis domnus Ludolfus, prepositus de Cuzelina, et dixit ad comitem, presente comite nostro Adolfo: *Quoniam comes terre Polaborum benefacere cepit erga pontificem suum, decet ut noster comes non faciat minorem partem suam. Ampliora enim de ipso presumenda sunt, utpote de homine litterato, habente scientiam rerum Deo placentium.* Tunc comes noster secutus factum comitis Polaborum, remisit de beneficio suo trecentos mansos, qui oblati sunt per manus ducis[a] in dotem Aldenburgensis episcopatus.

78. *Transitus Vicelini.* Post hec abiit dux noster in Italiam cum rege pro corona imperiali. Quo absente Vicelinus episcopus ingravescente morbo diem clausit extremum. Obiit
1154. autem 2. Idus Decembris, anno videlicet incarnati verbi millesimo centesimo 54°. Sedit
Dec. 12. autem in episcopatu annis quinque, ebdomadibus novem. Corpus eius tumulatum est in Falderensi ecclesia, presente scilicet domno Ravisburgensi episcopo et officium consummante. Agebatur igitur intensius memoria boni patris tam in Faldera quam in Cuzelina. Fuitque prefixum curatoribus[b], quid singulis diebus dari deberet in elemosina pro remedio anime eius. Fuit autem in Cuzelina sacerdos quidam Volchardus nomine, minister mense, quique primus ad Falderam cum domno Vicelino venerat, industrius in actionibus extrinsecis[c]. Hic ergo elemosinas pro boni pastoris[d] anima constitutas dare neglexit, parcus in rebus supra quam necesse esset. Apparuit igitur venerabilis pontifex mulieri cuidam consistenti in pago Segeberge circumamictus cultu sacerdotali, dixitque ad eam: *Vade et dic Volchardo[e] sacerdoti, quia impie agit circa me, subtrahens ea que pro remedio anime mee fratrum michi devotio subputavit*[63]. Cui mulier: *Quis*, inquit, *domine, vitam vobis atque linguam donavit? Nonne fama latius percrebuit, vos multis diebus vel annis lingua privatum, postremo etiam morte defunctum? Unde igitur hec?* Quam ille blando vultu consolans: *Ita est*, ait, *ut loqueris, sed hec melius nunc instaurata recepi. Nuncia igitur memorato sacerdoti, ut celerius suppleat[f] quod subtraxit, quin etiam hoc adiunges, ut novem officia expleat post[g] me.* Et hiis dictis recessit. Ubi igitur nunciata sunt hec sacerdoti, abiit Falderam consulere super verbo hoc. Interrogatus autem confessus est culpam iuxta sermonem viri Dei, promisitque meliorationem. Porro de novem officiis post eum a sacerdote complendis, nobis diversa commentantibus, veritas incognita fuit, sed rei eventus verbum, quod latebat, citius aperuit. Idem enim presbiter novem post episcopum ebdomadibus vixit, declaratumque est septimanas officiis presignatas. Sed et hoc commemorare devotio persuadet[h], quod vir clarissimus Eppo, pontifici pro vite reverentia valde familiaris existens, inconsolabiliter lugebat pro defuncti patris absentia. Quod cum multis diebus ageret, sepe dictus pontifex virgini cuidam caste et simplici in sompnis astitit dicens: *Dic fratri nostro Epponi, quatinus cesset flere, quia bene sum, et fletibus eius[i] condoleo, ecce enim lacrimas eius in vestibus meis porto.* Dixerat hec, et ostendit ei vestem nivei candoris totam lacrimis infusam[k]. Quid dicam de illo nobis notissimo, cuius supprimo nomen; ita enim placuit, eo quod adhuc superstes sit, et habitet in Faldera, velitque latere. Hic post mortem pontificis necdum expletis triginta diebus, audivit eum in visione dicentem, repositam sibi requiem cum famosissimo illo Bernardo Clarevallensi. Cui cum diceret: *Utinam vos essetis in requie!* ille respondit: *Sum, Dei gratia, et vos quidem credidistis me mortuum. Ego autem vivo, et semper postea[l] vixi*[m]. Grata profecto nec onerosa fiet devoto lectori unius adhuc rei descriptio, quam in laudem Dei et in commendationem pontificis nostri[n] gestam multorum probat notitia[o]. Erat in Falderensi parrochia in villa que dicitur Horgene[64] matrona quedam Adelburgis[p] nomine, pontifici propter vite simplicitatem admodum familiaris. Hanc postmodum luminibus orbam venerabilis pater consolari frequenter[q] assuevit, adhortans eam virgam paterne correptionis patienter sustinere nec deficere in tribulationibus[r], oculos scilicet ei in celo repositos esse repromittens. Post transitum igitur pontificis vix annus emensus est, viditque mulier illa in visione nocturna[s] assistentem eum sibi et de statu salutis[t] ipsius sollicite percunctantem. Cui illa: *Que mihi*, inquit, *salus, que in tenebris sum et lumen non video? Ubi queso, domine, consolationes tue, quibus oculos meos in celo repositos dicebas? Ego autem protrahor in hac*

a) per manus ducis *desunt* 1; b) a curatoribus *male Ed.* c) extrincesis 1. d) sacerdotis *Edd.* e) Volcardo 1. f) adimpleat *Edd.* g) pro 4. *Corner.* h) *his verbis in cod.* 1. *incipit cap. LXXIX.* Qualiter Vicelinus ecclesiam illuminavit. i) ipsius 2. k) profusam 4. l) praeterea *Edd.* m) *leg.* vixero. n) nostri *additum ex* 1. 2. 3. o) memoria 1. *Edd.* p) Aldelburgis 1. q) frequentius 2. *Edd.* r) tribulatione 2. s) nocturna *deest* 2. t) salutis *deest* 2.

63) i. e. deputavit. 64) Gross et Klein Harrie in parochia Neumünster.

*miseria, et cecitas inveterata perdurat. Noli,* ait, *diffidere de gratia Dei nostri.* Statimque pretendens dextram[a], signum venerabile crucis oculis eius impressit, adhibens benedictionem. Mane igitur facto evigilans femina, sensit ex operatione Dei cum tenebris noctis pulsas tenebras cecitatis. Tunc exiliens e strato mulier, prona cecidit in terram, exclamans in gratiarum actione, et dedignata ducem, proprios direxit gressus ad ecclesiam, pulchrum de illuminatione sua prebens spectaculum omnibus notis et amicis. Fecitque postmodum de manu propria velum ad operiendum sepulcrum pontificis in testificationem et monumentum[b] illuminationis sue. Multa quidem et alia fecit Deus[c] per virum hunc laudabilia dignaque relatu, que non sunt scripta in libro hoc.

*Faldera,* igitur, *pontificis magni letetur honore,*
*Virtutes animo contegat, ossa solo*[65].

Vos quoque qui residetis in architriclinio ecclesie Lubikane, excipite virum hunc, virum inquam, quem mera narratione vobis propino, ideo utique mera, quia vera. Neque enim hunc[d] dissimulare penitus valebitis, qui[e] primus in civitate vestra nova erexit lapidem in titulum, fundens oleum desuper[66].

79.[f] *De Geroldo Aldenburgensi episcopo.* Post transitum Vicelini episcopi fratres de Faldera recesserunt a subiectione Aldenburgensis episcopatus ob laboris fastidium, et elegerunt sibi prepositum domnum Epponem, virum sanctum. Porro episcopalis electio domno duci reservata est. Fuit autem eo tempore sacerdos quidam Geroldus nomine, Suevia natus, parentibus non infimis, capellanus ducis, scientia divinarum scripturarum adeo imbutus, ut neminem in Saxonia videretur habere parem, in corpore pusillo magnanimus, magister scole in Bruneswich et canonicus urbis eiusdem, familiaris principi propter continentiam vite. Preter munditiam[g] enim cordis Deo cognitam castissimus habebatur in corpore, propositum igitur habens habitum assumendi monachicum in loco qui dicitur Ridegeshusen[h, 67] sub obedientia abbatis Conradi, ad quem sibi[i] fuerat[k] germanus sanguis et amor; herebat[l] autem in curia ducis corpore magis quam animo. Ubi ergo fama vulgavit Vicelinum episcopum obisse, domna ductrix allocuta est Geroldum sacerdotem: *Si tibi propositum est serviendi Deo sub austeritate vite, assumito tibi laborem utilem et lucrosum, et perge in Sclaviam et sta in opere in quo fuit Vicelinus episcopus: hoc enim faciens et tibi et aliis proderis. Omne bonum si in commune deductum fuerit, maius bonum est.* Accersivit igitur domina per litteras Ludolfum, prepositum de Cuzelina, commendatumque sacerdotem transmisit cum eo in Wagirensem terram, eligendum in episcopum. Accessitque petitioni[m] principis cleri plebisque concors electio. Aberat tunc forte episcopus[68], qui consecraret electum[n]; ille enim duci ab initio invisus[o], tunc vero amplius insidiabatur calcaneo eius[69], eo quod dux occupatus esset expeditione Italica, et communita sunt adversus eum castra episcopi Stadhen, Vorden[p], Horeborg, Friburg[70].

In diebus illis orientalis Saxonie principes et aliqui de Bawaria, conspirationis ut dicebatur gratia, condixere colloquium, evocatusque archiepiscopus occurrit eis in saltu Boemico[71]. Quo postea reditum maturante, vetitus est a ducensibus[72] redire in parrochiam suam, exclususque mansit toto pene anno in orientali Saxonia. Surgens igitur noster electus, abiit post eum in Saxoniam, quesitumque reperit apud Marcipolim[q] Aldenburgensem episcopatum in alteram personam demutare parantem. Enimvero prepositum quendam in partibus illis, bene erga se meritum, hoc honore remunerare decreverat, magna quedam, sed supervacua de divitiis huius episcopatus iactitans. Audito ergo adventu domni Geroldi, perturbatus est animo, cepitque velle irritare electionem, pretendens immaturam ecclesiam et personis adhuc quasi vacuam sine sui permissione nec eligere nec discernere[r] quicquam posse. At nostri obtendere[s] ceperunt, ratum esse opus electionis, quam perfecisset postulatio principis, concordia cleri, aptitudo persone. Tunc archiepiscopus: *Non est,* inquit,

a) *deest Edd.* b) monimentum 1. c) Dominus *Edd.* d) hoc *Edd* e) quia *Edd.* f) LXXX. 1. g) mundiciem B. h) Rigedeshuse 2; Radegeshusen *Ed.* i) ipsi *Edd.* k) erat *Edd.* l) habitabat *correxit scholiasta cod.* 1. m) *ita correxi pro* petitio; petito *legebat Heumannus.* n) episcopum *Edd.* o) infensus *Edd.*; *cf. supra p.* 37 *l.* 33. p) Stadhettvorden S. R. q) Martipolim 1. r) *leg.* decernere. s) ostendere *Edd.*

65) *Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.* Ovid. Pont. I. ep. 2. v. 60. 66) Genes. 28, v. 18. 67) Riddagshausen prope Braunschweig. 68) Hartwicus archiepiscopus Bremensis. 69) *insidiabatur calcaneo eius* Genesis 3, 15. 70) Bremervörde, Harburg et Freiburg in Kedingia. 71) silva in confinio Bohemiae et Bavariae; conf. infra cap. 88. 72) i. e. militibus ducis.

*huius temporis vel loci talium explanatio, expediet hanc causam, cum rediero, Bremense capitulum.* Videns igitur electus archiepiscopum adversantem sibi, remisit Ludolfum prepositum et eos qui cum ipso venerant in Wagiram, ipse vero succinctus abiit in Sueviam, designaturus duci per nuncium suum de statu suo. Cui dux remandavit, ut celerius veniret in Longobardiam, veluti processurus cum ipso Romam. Quo mandatis[a] parente, in exeundo Suevia incursatus est a latronibus, amissoque viatico, de[b] gladio graviter vulneratus in frontem est. Nec his prepeditus vir estuantis animi profectus est itinere cepto, perveniensque Terdonam[73] ubi erant castra regis, benigne susceptus est a duce et amicis eius. Porro rex et universi principes expugnabant Terdonam, et obsessa est civitas diebus multis. Ad ultimum capta civitate[74], fecit deponi muros eius et adequari solo. Inde proficiscente exercitu, fecit dux episcopum nostrum comitari secum in Italiam, ut offerret eum domno pape.

1155. Apr. 13.

Miserunt igitur Romani legatos ad regem in castra, qui dicerent ei, paratum esse senatum et universos cives Urbis ad excipiendum eum cum triumphalibus pompis, siquidem imperatorio more sese exhibuisset. Quo percunctante modum quo se[c] exhibere deberet, illi aierunt[d]: *Regem propter imperiale fastigium Romam venientem decet venire more suo, hoc est in curru aureo, purpuratum, agentem pre curribus suis tyrannos bello subactos et divitias gentium. Preterea oportet eum honorare Urbem, que caput est orbis et mater imperii, et dare senatui que edictis prefixa sunt, videlicet quindecim[e] milium libras argenti, ut per hoc suscitentur animi senatus ad benevolentiam, et exhibeant ei honorem triumphalem, et quem electio principum regni creavit[f] regem, auctoritas senatus perficiat cesarem.* Tunc rex subridens: *Grata,* inquit, *promissio, sed cara emptio. Magna requiritis, o viri Romani, de exinanita camera nostra. Puto autem, quia occasiones queritis adversum nos imponendo non imponenda. Consultius vero agetis[g], si his omissis amicitie potius nostre quam armorum ceperitis experimentum.* At illi pertinacius instabant, dicentes, iura civitatis nullatenus irritanda[75], sed gerendum morem senatui, alioquin adventanti claustra Urbis obicienda.

80.[h] *Consecratio Frederici imperatoris.* His auditis, rex missa legatione per summos et honorabiles viros accersivit domnum Adrianum papam in castra propter participationem consilii, siquidem Romani papam in multis offenderant. Veniente igitur eo in castra, rex festinus occurrit et desidenti[i] de equo tenuit strepam duxitque per manum eum in tentorium. Facto autem silentio, locutus est domnus Bavembergensis episcopus[76] verbum ex ore regis et principum, dicens: *Honorabilem sanctitatis tue presentiam, apostolice pontifex, sicut iamdudum sitienter desideravimus, ita nunc letanter suscipimus, gratias agentes omnium bonorum largitori Deo, qui nos deduxit et adduxit in hunc locum, et sacratissima[k] visitatione tua dignos fecit. Notum igitur tibi esse cupimus, reverende pater, quia omnis hec ecclesia de finibus orbis propter honorem regni collecta adduxerunt principem suum ad tuam beatitudinem, provehendum ad culmen imperialis honoris, virum nobilitate generis conspicuum, animi prudentia[l] instructum, victoriis felicem, preterea etiam in hiis que ad Deum pertinent prepollentem, observatorem sane fidei, amatorem pacis et veritatis, cultorem sancte ecclesie, super omnia vero sancte Romane ecclesie, quam amplexatur ut matrem, nichil negligens eorum que ad honorem Dei et apostolorum principis exhibenda maiorum iubet traditio. Dat huic rei credulitatem humilitas nunc exhibita. Enimvero venientem te suscepit intrepidus, et applicitus sanctissimis vestigiis tuis fecit ea que iusta sunt. Restat igitur, domne pater, ut et tu circa ipsum peragas ea que tua sunt, ut ea que de plenitudine culminis imperialis ei desunt per Dei gratiam tuo opere suppleantur.* Ad hec domnus papa respondit: *Verba sunt[m], frater, quod loqueris. Dicis, principem tuum condignam beato Petro exhibuisse reverentiam. Sed beatus Petrus magis videtur inhonoratus; denique cum dexteram deberet tenere strepam, tenuit sinistram.* Hec cum per interpretem regi nunciata fuissent, humiliter ait: *Dicite ei, quia defectus hic non fuit devotionis, sed scientie[n]. Non enim tenendis strepis magnopere studium dedi; enimvero ipse, ut memini, primus est cui tale obsequium impendi[o].* Cui domnus papa: *Si quod facillimum fuit propter ignorantiam neglexit, qualiter putatis expediet maxima?* Tunc rex aliquantisper motus, ait: *Vellem melius instrui, unde mos iste inoleverit, ex benevolentia,*

a) mandato 2. b) de *deest Edd.* c) sese *Edd.* d) aiunt *Ed.* e) viginti 4. f) creuit 1. g) agitis *Ed.* h) LXXXI. 1. i) descendenti *Edd.* k) sanctissima 2. *Edd.* l) providentia *Edd.* m) Verba sunt *desunt* 2. n) indevotionis — inscientiae 2. *Corner.* o) dependi 1. 2. *Edd.*; impendi 4. *Corner.*

73) hodie Tortona. 74) 1155. April. 13. post obsidionem duorum mensium. 75) V. supra p. 35 l. 8 et p. 71 l. 45. 76) Eberhardus.

*an ex debito? Si ex benevolentia, nil causari habet domnus papa, si vacillaverit obsequium, quod de arbitrio, non de iure subsistit*[a]. *Quod si dicitis, quia ex debito prime institutionis hec reverentia debetur principi apostolorum, quid interest inter dexteram strepam et sinistram, dum modo servetur humilitas, et curvetur princeps ad pedes summi pontificis?* Diu itaque acriterque disputatum est. Postremo[b] discesserunt ab invicem sine osculo pacis. Timentes igitur hii qui columpne regni esse videbantur, ne forte rebus inactis frustra laborassent, multa persuasione evicerunt cor regis, ut domnum papam revocaret in castra. Quem redeuntem suscepit rex integrato officio. Omnibus autem exhilaratis et conventioni adgaudentibus, dixit domnus papa: *Adhuc superest, quod facere debeat princeps vester*[c]. *Requirat beato Petro Apuliam, quam Willehelmus Siculus per vim possidet. Quo facto veniat ad nos coronandus.* Responderunt principes, dicentes: *Diu est ex*[d] *quo fuimus in castris, et desunt nobis stipendia*[e], *et tu dicis, tibi Apuliam requiri, et sic demum ad consecrationem veniri? Dura sunt hec et supra vires nostras. Quin potius impleatur opus consecrationis, ut pateat nobis reditus patrie, respiremusque paululum de labore; postmodum magis*[f] *expediti redibimus, expleturi quod nunc faciendum restat.* Moderante igitur Deo, sub quo curvantur qui portant orbem, cessit apostolicus, et assensus est postulationi principum. Factaque concordia assederunt in consilio, acturi de introitu Urbis et cavendis insidiis Romanorum.

Eo tempore accessit dux noster ad domnum papam, rogans eum pro consecratione Aldenburgensis electi; qui cum modestia recusavit, dicens, libenter se facere postulata, si posset fieri sine iniuria metropolitani. Nam domnus Hammemburgensis papam litteris prevenerat, rogans eum abstinere huic consecrationi, que sibi verecunda foret.

Cum igitur appropinquarent Urbi, misit rex clam noctu nongentos loricatos ad domum beati Petri una cum legatis domni pape, qui perferentes mandata ad custodes, intromiserunt milites per posticum infra[g] domum[h] et arcem[i]. Mane igitur facto venit rex cum omni exercitu, precedensque domnus papa cum cardinalium numero suscepit eum ad gradus, et intrantes domum beati Petri, aggressi sunt opus consecrationis[77]. Porro miles armatus stabat 1155. Iun. 18. circa templum et edem, observans regem quousque consummarentur misteria[k]. Postquam autem perfectum est in eo opus auguste dignitatis, egressus est muros Urbis, et miles lassitudine gravis cibo refectus est. Inter prandendum Lateranenses facta eruptione transgressi sunt Tiberim, et primum quidem castra ducis, que muris erant contigua, turbaverunt, vociferansque exercitus de castris proruit ad obsistendum. Et factum est bellum potens in illa die. Illic dux noster fortiter dimicavit in capite. Romani victi[l] passi sunt ruinam magnam. Post factam victoriam magnificatum est nomen ducis super omnes qui erant in exercitu. Volens igitur domnus papa honorare eum, transmisit ei munera precepitque nuncio dicens: *Dic ei, quia crastina die*[m], *si Dominus voluerit, electum eius consecrabo.* Et letatus est dux de promissione[n]. Mane igitur facto, fecit domnus papa publicam sollempnitatem et consecravit nobis episcopum cum magna gloria.

81.[o] *De suspendio Veronensium.* Reductis igitur Romanis in gratiam pape, cesaris expeditio retorsit iter ad reditum, et deserentes Italiam venerunt in Longobardiam. Qua nichilominus postposita[78], venerunt Veronam, ubi contigit cesarem cum exercitu grave incurrisse discrimen. Siquidem Veronensium lex est, imperatori Longobardiam egredienti pontem navibus sternere in flumine, quod[p] dicitur Edesa[79], cuius impetus instar torrentis violentus nemini vadosus est. Cum igitur transisset exercitus, statim pons ille a fluminis impetu raptus[q] est. Properansque exercitus venit ad angustiam vie, cui Clusa[r, 80] nomen est, ubi inter scopulos celo contiguos iter adeo in[s] arctum trahitur, ut duobus pariter incedentibus commeatum vix prebeat. At Veronenses supercilium montis occuparant, missisque iaculis neminem transire sinebant. Requirebant autem ab imperatore, quid pro salute suimet atque suorum dare vellet. Cesar igitur, tam flumine quam montibus undique cinctus, incredibile dictu est qualiter animo consternatus fuerit, ingressusque tabernaculum, discalciatus pedes, adoravit coram vivifico ligno crucis Domini. Nec mora, divinitus inspiratus, invenit consilium. Fecit igitur vocari eos qui de Verona secum erant, et ait ad illos: *Osten-*

a) substitit B. b) post tremo 1. c) noster 1. d) ex *deest* S. R. e) et des. nob. stip. *desunt* S. R. f) magis *deest Edd.* g) *leg.* intra *Heumann.* h) domum *deest* 2. i) arces 1. *Edd.* k) ministeria 1 *m. sec.* l) sunt *abundat* 2. m) die *deest* 2. *Edd.* n) promissionum *abundat* 2. o) LXXXII. 1. p) qui 1. q) raptus 4. r) Clausa *corr.* Clusa 1. s) inter *Edd.*

77) 1155. Iun. 18. 78) i. e. non minus relicta. 79) die Etsch. 80) Chiusa inter Peri et Volarni.

*dite mihi callem absconditum, qui ducit*[a] *in supercilium montis, alioquin iubebo effodi oculos vestros.* At illi timentes detexerunt ei abditos ascensus montis. Statimque conscendentes fortissimi militum supervenerunt hostibus a tergo et disiectos pugna comprehenderunt nobiles eorum et perduxerunt eos in conspectum cesaris, qui fecit eos suspendio affici. Sicque remotis offendiculis, exercitus perrexit[b] itinere suo.

82.[c] *Concordia episcoporum Hartwici et Geroldi.* Post hec episcopus noster, accepta a duce licentia, secessit in Sueviam, ubi venerabiliter ab amicis susceptus et per dies aliquot retentus, divertit in Saxoniam. Deinde transmissa Albia venit in Wagiram, ingressurus laborem cui mancipatus fuerat. Denique ingressus episcopatum, non invenit stipendia, quibus vel ad unum mensem sustentari posset, siquidem Falderensis domus post mortem beate memorie[d] Vicelini episcopi, commodo simul et quieti consulens, ad Hammemburgensem ecclesiam sese transtulerat. At Ludolfus prepositus et fratres[e] Hogerestorp[f] satis sibi esse iudicabant, ut episcopum ingredientem[g] et egredientem hospitio colligerent[81]. Sola domus Bozoe[h] stipendiis episcopalibus deserviebat, vacua admodum et inculta. Visitans ergo episcopus et alloquens filios ecclesie sue, regressus est ad Albiam locuturus archiepiscopo penes Staden. Quem cum archiepiscopus ob fastum elationis diutius protraheret, essetque difficilis admissio, dixit episcopus noster ad abbatem de Reddegeshusen[i] et ceteros qui secum venerant: *Quid hic residemus fratres? Eamus videre faciem hominis.* Et nil trepidans, ingressus est ad principem accepitque osculum sine verbo salutationis. Ad quem noster episcopus: *Mihi,* ait, *non loquimini? Quid peccavi, ut non merear salutari? Demus, si placet, arbitros, qui iudicent inter nos. Veni, ut scitis, Marcipolim, postulavi benedictionem et rennuistis. Necessitate igitur compulsus abii Romam, impetraturus ab apostolica sede que mihi negata sunt a vobis. Iustior ergo mihi est irascendi ratio, qui*[k] *mihi onerosam itineris huius necessitatem imposuistis.* Ad quem archiepiscopus: *Que,* inquit, *tam inevitabilis causa vos propulit*[l] *Romam, ad subeundum vie laborem et expensas sumptuum? An quia in regione longinqua positus, postulationem vestram ad faciem ecclesie nostre distuli. Distulistis,* ait noster episcopus, *veluti infirmaturus causam nostram, hoc enim, ut verum fateamur, verbis apertius prosecutus estis. Sed gloria Deo, qui perfecit nos in ministerio suo, laboriosa quidem sed grata assecutione.* Tunc archiepiscopus: *Apostolica,* inquit, *sedes potestate sua, cui certe obniti non possumus, usa est in consecratione vestri, que ad nos iure spectabat. Sed huic iniurie rursus providit remedium, designando nobis per litteras, nihil in hoc facto auctoritati nostre de vestra subiectione subtractum.* Respondit episcopus: *Scio quidem, nec diffiteor hoc ita esse ut dicitis, et ob hoc ipsum veni, ut exhibeam me in hiis que digna sunt vobis, ut sopiantur discordie, et instaurentur ea que pacis sunt. Iustum quoque arbitror, ut nobis que subiecta sunt sentientibus provideatis sustentationis adminiculum. Militantibus enim debentur subsidia.* Et hiis dictis statuerunt ad invicem amicitias, promittentes alterutrum in necessitatibus opem vicariam[82].

Inde digrediens[m] episcopus noster Geroldus abiit Bremam, occursurus duci. Ille enim
1155. offensus Fresonibus qui dicuntur Rustri[83], venit Bremam[n] in Calendis Novembris, et fecit
Nov. 1. comprehendi quotquot ad forum venerant, et substantias eorum diripi. Interrogatus autem a duce presul noster, qualiter susceptus fuerit ab archiepiscopo, locutus est bona de eo et studuit lenire animum eius circa archiepiscopum[o]. Inveterate enim inimicitie, que dudum fuerant inter eos, eo tempore invenerunt locum grassandi, eo quod archiepiscopus omisisset Italicam expeditionem[p] transgressor iuramenti, essetque reus maiestatis. Unde etiam legatus imperatoris veniens Bremam, occupavit omnes curtes episcopales, et quecunque reperisset, addidit fisci iuribus. Idem factum est Othelrico Halverstadensi episcopo. Redeuntem igitur ducem Bruneswich prosecutus est noster episcopus et egit cum eo festum natalis Domini.

Quo expleto, rediit episcopus in Wagiram assumpto germano suo abbate de Reddegeshuse, et abiit Aldenburg, acturus diem sollempnem epyphanie[84] in loco cathedrali. Erat

a) ducit *deest* 2. b) porrexit 2. c) LXXXIII. 1. d) memore 1. e) in *addunt Edd.* f) Hogerestorph 2. *Edd.* g) egredientem 1. h) Buzoe R. i) Reddebeshusen 2. k) *leg.* quia *sive* quod. l) ire *addit* 3. m) progrediens 2. n) occursurus *usque* Bremam *deest* 2. o) episcopum *Edd.* p) profectionem *Edd.*

81) Cont. cap. 18. n. 56. 82) mutuam, vicissim, v. cap. 83 fin. 83) V. schol. 3 ad Adam. Brem. l. 1. cap. 9. 84) sc. anni 1156.

autem urbs deserta penitus, non habens menia vel habitatorem nisi sanctuarium[a] parvulum, 1156. Ian. 6. quod sancte memorie Vicelinus ibidem erexerat. Illic in asperrimo frigore inter cumulos[b] nivis officium peregimus. Auditores nulli de Sclavis preter Pribizlaum et paucos admodum. Expletis misteriis sacris, rogavit Pribizlaus ut diverteremur in domum suam, que erat in oppido[c] remotiori. Et suscepit[d] nos cum multa[e] alacritate, fecitque nobis convivium lautum. Mensam nobis appositam viginti fercula cumularunt. Illic experimento didici, quod ante fama vulgante cognovi, quia nulla gens honestior Sclavis in hospitalitatis gratia[85]; in colligendis enim hospitibus[86] omnes quasi ex sententia alacres sunt, ut nec hospitium quenquam postulare necesse sit. Quicquid enim in[f] agricultura, piscationibus seu venatione conquirunt, totum in largitatis opus conferunt, eo fortiorem quemquam[g] quo profusiorem iactitantes. Cuius ostentationis affectatio multos eorum ad furta vel latrocinia propellit. Que utique vitiorum genera[h] apud eos quidem venialia sunt, excusantur enim hospitalitatis palliatione[87]. Sclavorum enim legibus accedens, quod nocte furatus fueris, crastina[i] hospitibus disperties. Si quis vero, quod rarissimum est, peregrinum hospitio removisse deprehensus fuerit, huius domum vel facultates incendio consumere licitum est, atque in id omnium vota pariter conspirant, illum inglorium, illum vilem et ab omnibus exsibilandum[k] dicentes, qui hospiti panem[l] negare non timuisset.

83.[m] *Conversio Pribizlai.* Manentes autem apud regulum nocte illa cum die ac nocte subsequenti, transivimus in ulteriorem Sclaviam, hospitaturi[n] apud potentem quendam, cui nomen Thessemar; is enim nos accersierat. Accidit autem ut in transitu veniremus in nemus, quod unicum est in terra illa, tota enim in planiciem sternitur. Illic inter vetustissimas arbores vidimus sacras quercus, que dicate fuerant deo terre illius Proven, quas ambiebat atrium et sepes accuratior lignis constructa, continens duas portas. Preter penates enim et ydola, quibus singula oppida redundabant, locus ille sanctimonium fuit universe terre, cui flamen et feriationes[88] et sacrificiorum varii ritus deputati fuerant. Illic omni[o] secunda feria populus terre cum regulo et flamine convenire solebant propter iudicia. Ingressus atrii omnibus inhibitus nisi sacerdoti tantum et sacrificare volentibus, vel quos mortis urgebat periculum, hiis enim minime negabatur asilum. Tantam enim sacris suis Sclavi exhibent reverentiam, ut ambitum fani nec in hostibus sanguine pollui sinant. Iurationes difficillime admittunt[p], nam iurare apud Sclavos quasi periurare est, ob vindicem[q] deorum iram[89]. Est autem Sclavis multiplex ydololatrie modus, non enim omnes in eandem superstitionis consuetudinem consentiunt. Hii enim simulachrorum ymaginarias formas pretendunt de templis, veluti Plunense ydolum, cui nomen Podaga; alii silvas vel lucos[r] inhabitant, ut est Prove deus Aldenburg, quibus nulle[s] sunt effigies expresse. Multos etiam[t] duobus vel tribus vel eo amplius capitibus exsculpunt. Inter multiformia[u] vero deorum numina, quibus arva, silvas, tristitias atque voluptates attribuunt, non diffitentur unum deum in celis ceteris imperitantem, illum prepotentem celestia tantum curare, hos vero distributis officiis obsequentes, de sanguine eius processisse et unumquemque eo prestantiorem, quo proximiorem illi deo deorum. Venientibus autem nobis ad nemus illud et profanationis locum, adhortatus est nos episcopus, ut valenter accederemus ad destruendum lucum[v]. Ipse quoque desiliens equo, contrivit de conto[90] insignes portarum frontes, et ingressi atrium, omnia septa atrii congessimus circum sacras illas arbores, et de strue lignorum iniecto igne fecimus pyram, non tamen sine metu, ne forte tumultu incolarum[w] obrueremur; sed divinitus protecti sumus. Post hec divertimus ad hospitium, ubi Thessemar suscepit nos cum grandi[x] apparatu. Nec tamen dulcia vel iocunda nobis fuerant[y] Sclavorum pocula, eo quod videremus compedes et diversa tormentorum genera, que inferebantur christicolis de Dania advectis. Aspeximus illic sacerdotes Domini captivitatis diutina detentione maceratos, quibus episcopus nec vi nec prece subvenire poterat.

a) moenia nisi habitatorium *Edd.* b) in cumulo *Edd.* c) loco *Edd.* d) excepit *Edd.* e) magna *Edd.* f) in *deest Edd.* g) quemque *Edd.* h) genera *add.* 4; *deest* 1. 2. *Edd.* i) crastine 1. k) exsiliandum 1. l) partem *Edd.* m) LXXXIV. 1. n) hospitati S. R. o) enim *Edd.* p) admittuntur *Edd.* q) *ita* 1 *m. sec.* 4; invicem 2. *Edd.* r) locos 1. s) *sic Edd.*; mille 1. 2. 3. t) et *Edd.* u) multifaria 2. v) locum 2. w) lapidibus *addit* 4. x) magno *Edd.* y) fuerunt 2. *Edd.*

85) Conf. l. II. cap. 12 fin. 86) Conf. p. 74. n. 81. 87) *palliatio*, Germ. Bemäntelung. 88) *feriationes* i. e. feriae, dies festi. 89) V. supra cap. 52. 90) *de conto*, de consilio, quod fortasse scripsit Helmoldus, de industria.

Proxima die dominica convenit universus populus terre ad forum Lubicense, et veniens domnus episcopus habuit verbum exhortationis ad plebem, ut relictis ydolis, colerent unum Deum, qui est in celis, et percepta baptismatis gratia, renunciarent operibus malignis, predis scilicet et interfectionibus christianorum. Cumque perorasset ad plebem, innuentibus ceteris, ait Pribizlavus: *Verba tua, o venerabilis pontifex, verba Dei sunt et saluti nostre congrua. Sed qualiter ingrediemur hanc viam, tantis malis irretiti? Ut enim intelligere possis afflictionem nostram, accipe patienter verba mea; populus enim quem aspicis, populus tuus est, et iustum est nos tibi pandere necessitatem nostram. Porro tui iuris erit compati nobis. Principes enim nostri tanta severitate grassantur in nos, ut propter vectigalia et servitutem durissimam melior sit nobis mors quam vita. Ecce hoc anno nos, habitatores brevissimi anguli huius, has mille marcas duci persolvimus, porro comiti tot centenaria*[91], *et necdum evicimus, sed cotidie emungimur et premimur usque ad exinanitionem. Quomodo ergo vacabimus huic religioni nove, ut edificemus ecclesias, et percipiamus baptisma, quibus cotidiana indicitur fuga? Si tamen locus esset quo diffugere possemus. Transeuntibus enim Travenam, ecce similis calamitas illic est, venientibus ad Penen fluvium, nichilominus adest. Quid igitur restat, quam ut omissis terris feramur in mare, et habitemus cum gurgitibus? Aut que culpa nostra, si pulsi patria, turbaverimus mare, et acceperimus viaticum*[93] *a*[a] *Danis sive institoribus, qui mare remigant? Nonne principum erit hec noxa, qui nos propellunt?* Ad hec domnus episcopus ait: *Quod principes nostri hactenus abusi sunt gente vestra, non est mirandum, non enim multum se delinquere arbitrantur in ydololatris et in hiis qui sunt sine Deo. Quin potius recurrite ad ritum christianitatis, et subicite vos Creatori vestro, sub quo curvantur qui portant orbem. Nonne Saxones et cetere gentes que christianum nomen habent, degunt cum tranquillitate, contenti legitimis suis? Vos*[b] *vero soli, sicut ab omnium discrepatis cultura*[94], *sic omnium patetis direptioni.* Et ait Pribizlavus: *Si domno duci et tibi placet, ut nobis cum comite eadem sit culture ratio, dentur nobis iura Saxonum in prediis et reditibus, et libenter erimus christiani, edificabimus ecclesias, et dabimus decimas nostras.*

Posthec abiit episcopus noster Geroldus ad ducem propter colloquium provinciale, quod laudatum fuerat Ertheneburg, et evocati venerunt illuc reguli Sclavorum ad tempus placiti. Tunc adhortante episcopo, dux habuit verbum ad Sclavos de christianitate. Ad quem Niclotus regulus Obotritorum ait: *Sit Deus, qui in celis est, deus tuus, esto tu deus noster, et sufficis nobis. Excole tu illum, porro nos te excolemus.* Et corripuit eum dux de verbo blasphemie. De promotione vero episcopatus et ecclesie nihil amplius eo tempore actum est, eo quod dux noster[c] nuper Italia rediens, totus questui deditus esset. Camera enim erat inanis et vacua. Redeuntem igitur ducem Bruneswich prosecutus est episcopus[d] et mansit apud eum diebus multis. Dixitque ad ducem: *Ecce iam toto anno in curia vestra sum et sic vobis oneri. In Wagiram quoque veniens non habeo quod manducem. Cur igitur imposuistis mihi onus nominis huius vel officii? Melius mihi multo fuit antea quam nunc.* Hiis provocatus dux accersivit comitem Adolfum, et habuit rationem cum eo de trecentis mansis, qui oblati fuerant in dotem episcopii. Tunc designavit comes episcopo in possessionem Uthine et Gamale[96] cum appendiciis eorum. Insuper predio quod dicitur Bozoe adiecit duas villas, Gothesvelde et Wobize[97]. In Aldenburg quoque dedit ei predium satis commodum et adiacens foro. Et ait comes: *Eat domnus episcopus in Wagiram et adhibitis viris industriis estimari faciat predia hec; quod defuerit de trecentis mansis, ego supplebo; quod superfuerit, meum erit.* Veniens igitur episcopus vidit possessionem, et habita inquisitione cum colonis, deprehendit predia hec vix centum mansos continere. Quamobrem comes fecit mensurari terram funiculo[98] brevi et nostratibus incognito, preterea paludes et nemora funiculo mensus est. Et[e] fecit maximum agrorum numerum. Perlata igitur causa ad ducem, adiudicavit dux episcopo dari mensuram iuxta morem terre huius, nec mensurandas paludes aut silvas robustiores. Multum igitur laboris adhibitum est in requirendis[f] prediis hiis. Non per ducem aut episcopum requiri potuerunt usque in hodiernum diem.

a) ab 1. b) Nos *m. pr., quod correxit scholiasta* 1. c) dux noster *addita ex* 2. 3. B. d) episcopus *deest Ed.* e) ita *addunt Edd.* f) est inquirendis 2.

91) centum talium marcarum. 93) victus, praeda. 94) religio, cultus Dei. 96) Gamale s. Gummale iuxta lacum et in parrochia Eutin memoratur in documentis ecclesiae Lubecensis ab anno 1163 usque ad saec. XVI. 97) Hodie Hutzfeld et Wöbs, parr. Bosau. 98) *funiculo*, v. Sidonem de Vicelino v. 129 et infra cap. 88.

Hec autem, que predixi, conquisivit Geroldus episcopus, cotidie insistens principibus opportune importune, ut suscitaretur scintilla episcopalis nominis in Wagira. Et edificavit civitatem et forum Uthine, fecitque sibi domum illic. Quia autem congregatio clericorum non habebatur in Aldenburgensi episcopatu, preter eam que erat Cuzeline, que alio nomine dicitur Hogerestorp, annuente duce fecit eos transmigrare Segeberch ad locum prime fundationis, quatenus in sollempnitatibus, quando pontificem oportet esse in populo, haberet in clero supplementum. Quod licet Ludolfo preposito et fratribus videretur incommodum propter tumultus fori, cesserunt tamen consilio maiorum, cui refragari[a] locus non erat. Et fecit illic domum episcopus. Inde progrediens adiit archiepiscopum, cui etiam multa obsequia dependit[b], sperans sibi reddi Falderense monasterium, quod antecessor eius et fundasse et possedisse dinoscitur. Sed archiepiscopus in partem ecclesie sue[1] pronior, callidis sponsionibus deduxit virum, promittens et[c] inducians[2] ac tempus redimens. Mandavit autem reverendissimo[d] viro Epponi preposito, ne penitus retraheret manum a subsidio novelle ecclesie huius, sed subveniret episcopo tam in personis quam in ceteris adiumentis.

Quamobrem episcopus noster accersivit de Faldera Brunonem sacerdotem — is[e] enim defuncto Vicelino Sclavia decesserat — et transmisit eum Aldenburg, ut curaret salutem populi illius. Ad quod nimirum opus ille divino suscitabatur instinctu. Viderat namque nocturna visione crismale[3] in manibus suis, de cuius operculo succreverat novella plena viroris, que confortata validam crevit in arborem. Quod nimirum pro sententia eius ita evenit[f]. Statim enim ut venit Aldenburg, aggressus est opus Dei cum magno fervore, et vocavit gentem Sclavorum ad regenerationis gratiam, succidens lucos et destruens ritus sacrilegos. Et quia castrum et civitas que olim ecclesia et sedes cathedralis fuerat deserta erat, obtinuit apud comitem, ut fieret illic[g] Saxonum colonia, et esset solatium sacerdoti de populo, cuius nosset linguam et consuetudinem. Et factum est hoc novelle ecclesie non mediocre adiumentum. Siquidem edificata est ecclesia honestissima in Aldenburg, libris et signis[4] et ceteris utensilibus copiose adornata[h]. Et restauratus est cultus domus Dei in medio nationis prave ac perverse, anno quasi nonagesimo post excidium prioris ecclesie, 1156.
quod contigit occiso Godescalco[i], pio principe. Et dedicata est ecclesia a pontifice Geroldo in honore sancti Ioannis baptiste, astante et omnem devotionem adhibente nobili comite Adolfo et domna Mechtildi[k], eius piissima coniuge. Et precepit comes populo Sclavorum, ut transferrent mortuos suos tumulandos in atrio[l] ecclesie, et ut convenirent in sollempnitatibus ad ecclesiam audire verbum Dei. Quibus etiam[m] sacerdos Dei Bruno iuxta creditam sibi legationem sufficienter administravit verbum Dei, habens sermones conscriptos Sclavicis verbis, quos populo pronunciaret opportune. Et inhibiti sunt Sclavi de cetero iurare in arboribus, fontibus et lapidibus, sed offerebant criminibus pulsatos sacerdoti, ferro vel vomeribus examinandos. In illis diebus Sclavi quendam Danum suffixerunt cruci. Quod cum Bruno sacerdos renunciasset comiti, ille vocavit eos in causam et dampno[5] multavit; tulitque genus illud supplicii de terra.

Videns igitur Geroldus episcopus, quia in Aldenburg positum esset fundamentum bonum, suggessit comiti, ut in pago qui dicitur Susle, suscitaretur ecclesia. Et miserunt illuc de Falderensi domo Deilawin[n] sacerdotem, cuius spiritus sitiebat labores et pericula in predicatione euangelii, missusque venit in speluncam latronum, ad Sclavos qui habitant iuxta flumen Crempine[6]. Erat autem illic pyratarum familiare latibulum. Et habitavit inter eos sacerdos, serviens Domino in fame et siti et nuditate[7]. Hiis ita peractis, opportunum videbatur ut edificaretur ecclesia in Lutelenburg et Rathecowe[o], et abierunt illuc episcopus et comes, et signaverunt atria edificandis ecclesiis. Crevit igitur opus Dei in Wagirensi terra, et adiuverunt se comes et episcopus ope vicaria[8]. Circa id tempus reedificavit comes castrum Plunen, et fecit illic civitatem et forum. Et recesserunt Sclavi qui habitabant in

a) suffragari 2. b) impendit 4. c) ac *Edd.* d) reuerentissimo 1. 2. e) his 1. f) obvenit *Edd.* g) illic *deest* S. R. h) ordinata *Edd.* i) Godeschalco 1. k) Mathildi 1. l) atrium *Edd.* m) et 1. n) Deilauum 2; Deilanum 1. *Edd.*; Alanum 4; Deylawyn *Chron. Slav. c.* 25; Deilaph *Sido de Vicelino v.* 202. *Nomen a* daila *et* win *derivandum (qui cum amicis sua communicat), cum alias non occurrat, tamen chronici Slavici auctoritatem secuti hoc loco restituimus.* o) Cathecoze 2; Rathecoue *Edd.*

1) sc. Hamburgensi. 2) *inducians*, i. e. moras nectens. 3) *chrismale*, vas ecclesiasticum, in quo chrisma seu sacrum oleum conservatur. 4) *signis*, i. e. campanis, nolis. 5) quod dicimus *Wergeld.* 6) prope villam Altenkrempe. 7) Deuteron. c. 28. v. 48. 8) V. cap. 82. not. 82.

oppidis circumiacentibus, et venerunt Saxones et habitaverunt illic. Defeceruntque Sclavi paulatim in terra.

Sed et in terra Polaborum multiplicate sunt ecclesie instantia domni Evermodi episcopi et Heinrici comitis de Racisburg. Veruntamen[a] predas Sclavorum necdum inhibere poterant, siquidem adhuc mare transfretabant et vastabant terram Danorum, necdum recesserant a peccatis patrum suorum.

84.[b] *De morte Kanuti.* Dani enim[c] semper bellis laborantes domesticis, ad forinseca bella nullam habuere virtutem[9]. Nam Suein, Danorum rex, et victoriarum prosperis successibus et cesaris auctoritate firmatus in regnum[10], gente sua crudeliter abusus est, propter quod ulciscente Deo novissima eius infelici exitu conclusa sunt. Videns autem Kanutus, emulus eius, murmur populi adversus Suein, misit et vocavit Waldemarum, qui fuit patruelis et adiutor Suein, et sociavit eum sibi, data ei sorore sua[d] in coniugio. Certior igitur factus de auxilio eius, innovavit adversus Suein consilia mala. Cum igitur esset Suein rex in Selant[e], venerunt improvisi cum exercitu Kanutus et Waldemarus, ut debellarent eum[11]. Ille igitur propter crudelitatem suam desertus ab omnibus, quia non habuit vires confligendi, cum uxore et familia[e*] fugit ad mare et transfretavit in Aldenburg. Quo recognito, comes Adolfus vehementer extimuit eventum[f], virum scilicet potentissimum, cuius frenum in maxillis populorum omnium borealium nationum, repente deiectum. Cupienti igitur transire per terram suam multam exhibuit comes humanitatem, divertitque in Saxoniam ad socerum suum Conradum, marchionem de Within, et mansit illic annis fere duobus.

1156. In tempore illo dux noster Heinricus adiit curiam Ratisbone ad recipiendum ducatum
Sept. 17. Bawarie. Siquidem Frethericus cesar eundem ducatum patruo suo abstulit et reddidit duci nostro, eo quod fidelem eum in Italica expeditione et ceteris negotiis regni persenserit[12]. Et creatum est ei nomen novum, Heinricus Leo, dux Bawarie et Saxonie.

Peractis igitur rebus ad votum, ducem curia redeuntem adierunt principes Saxonie, interpellantes, ut fieret Suein auxilio et reduceret eum in regnum suum. Promisitque duci Suein pecuniam immensam. Collecta igitur maxima militia, dux noster hiemali tempore reduxit Suein in Daniam[13], et statim aperte sunt ei civitates Sleswich et Ripa. Non tamen ultra prosperari poterant in negotio. Nam Suein gloriatus sepissime fuerat[g] apud ducem, quia venientem se cum exercitu Dani ultro essent excepturi. Quod iuxta sententiam eius minime cessit. Nullus enim in tota Danorum terra fuit, qui reciperet eum aut occurreret illi. Sentiens igitur ille[h], refragari sibi fortunam et omnes refugere a se, dixit ad ducem: *Cassus est labor noster, melius est ut redeamus. Quid enim prodest, si vastaverimus terram, et spoliaverimus innocentes? Volentibus nobis cum hostibus confligere, locus non est, eo quod profugiant a nobis, et transeant ad interiora maris.* Acceptis igitur obsidibus duarum civitatum, exierunt Dania[i]. Tunc Suein alia via et consilio utens statuit transire ad Sclavos et utens diversorio comitis Lubike, transiit ad Niclotum principem Obotritorum. Precepitque dux Sclavis in Aldenburg et in terra Obotritorum, ut adiuvarent Suein. Acceptisque navibus paucis, venit pacificus in Lalande et invenit eos gratulantes de introitu ipsius, eo quod ab initio fuerint ei fideles. Inde transiit in Feoniam[k] et addidit eam sibi. Dehinc procedens in reliquas insulas minores, donis atque promissis addidit sibi quam plurimos, cavens insidias et contutans se in locis firmissimis. His igitur recognitis, Kanutus atque Waldemarus venerunt cum exercitu, ut expugnarent Suein et eicerent eum de terra. At ille consederat in Lalande, paratus ad resistendum, simul etiam adiutus firmitate locorum. Mediante domno Helya pontifice de Ripa et principibus utriusque partis, discordie ad pacem inclinate sunt et divisum est regnum in tres partes. Et data est Waldemaro Iuthlande, Kanuto Selant, Suein Scone[l], que viris et armis prestantior esse probatur. Ceteras insulas minores partiti sunt cuilibet pro sua opportunitate. Et ne pactiones irritarentur, iuramentorum adhibita sunt sacramenta. Post hec Kanutus et Waldemarus fecerunt convivium maximum[m] in Selande in civitate que dicitur Roschilde, et invitaverunt cognatum suum Suein, ut exhiberent ei honorem et recreationem, et consolarentur eum super omnibus malis, que irrogaverunt ei in die hostis et belli. At ille pro ingenita sibi crudelitate, ubi convivio assedit et vidit

a) verumptamen 1. b) LXXXV. 1. c) enim *deest Edd.* d) sua *deest Edd.* e) Seland 1. *Edd. et saepius.* e*) sua *add.* 2. f) eventum *deest* S. R. g) fuerat *deest* S. R. h) ille *deest* 2. i) Daniam 1. k) Sconiam 3. l) Schone 2. m) maximum *deest* 2.

9) Conf. cap. 65. 10) Vide supra cap. 73. 11) sc. a. 1154. 12) 1156. Sept. 17. 13) Conf. Ann. Magdeb. a. 1156.

reges convivas impavidos et omni suspicione vacuos, cepit rimari aptum insidiis locum. Tertia igitur die convivii, cum iam tenebre noctis adessent, annuente Suein, allati sunt gladii, et insilientes, regibus incautis, Kanutum repente perfodiunt[a][14]. At ubi percussor 1157. libravit[b] ictum in caput Waldemari, ille fortius exiliens, lumen excussit, et salvante Deo in Aug. 9. tenebris elapsus est, uno tantum vulnere saucius. Fugiens igitur in Iuthlande, universam commovit Daniam. Tunc Suein contraxit exercitum de Selande et insulis maris, et transfretavit in Iuthlande, ut expugnaret Waldemarum. At ille producto exercitu, occurrit ei in manu valida, et conmissum est prelium non longe a Wiberge, et occisus est Suein in die illa[15], et omnes viri eius pariter, et obtinuit Waldemarus regnum Danorum, et factus est moderator pacis et filius pacis. Et cessaverunt intestina prelia, quibus multis annis labora- Oct. 23. verat Dania. Et composuit amicitias cum comite Adolfo, et honoravit eum secundum quod reges fecerant qui ante eum fuerant[c].

85.[d] *De edificatione Lewenstat.* In diebus illis Lubicensis civitas consumpta est incendio[16]. Et miserunt institores et ceteri habitatores[e] urbis ad ducem, dicentes: *Diu est, ex quo inhibitum est forum Lubike auctoritate iussionis vestre. Nos autem hactenus detenti sumus in civitate hac spe recuperandi fori*[f] *in beneplacito gratie vestre, sed nec edificia nostra multo sumptu elaborata nos abire sinebant. Nunc vero consumptis domibus, supervacuum est reedificare in loco*[g]*, ubi non sinitur esse forum. Da igitur nobis locum construendi civitatem in loco qui tibi placuerit.* Rogavit igitur dux comitem Adolfum, ut permitteret sibi portum et insulam Lubike[h]. Quod ille facere noluit. Tunc edificavit dux civitatem novam super flumen Wochenice non longe a Lubike[i][17] in terra Racesburg, cepitque edificare et communire. Et appellavit civitatem de suo nomine Lewenstad, quod dicitur Leonis civitas[18]. Sed cum locus ille minus esset ydoneus et portu et munimento, nec posset adiri nisi navibus parvis, dux iterato sermone convenire cepit comitem Adolfum super insula Lubicensi et portu, multa spondens, si voluntati sue paruisset. Tandem victus comes, fecit quod necessitas imperavit[k], et resignavit ei castrum et insulam. Statim[l] iubente duce[m] reversi sunt mercatores cum gaudio, desertis incommoditatibus nove civitatis, et ceperunt reedificare ecclesias et menia civitatis. Et transmisit dux[n] nuncios ad civitates et regna aquilonis, Daniam, Suediam, Norwegiam, Ruciam[o], offerens eis pacem, ut haberent liberum commeatum adeundi civitatem suam[p] Lubike. Et statuit illic monetam et teloneum[q] et iura civitatis honestissima. Ab eo tempore prosperatum est opus civitatis et multiplicatus est numerus accolarum[r] eius.

86.[s] *Obsidio Mediolanensium.* His ferme diebus accersivit fortissimus cesar Fretheric- 1159. ricus omnes principes Saxonie in obsidionem Mediolanensis civitatis[19]. Opus igitur fuit ducem nostrum negociis publice rei sollempniter adesse. Quapropter cepit sopire discordias que erant intra[t] ducatum, sapienter precavens, ne tumultus aliqui consurgerent[u] in principum ceterorumque nobilium absentia. Transmissis autem nunciis, vocavit regem Danorum Waldemarum ad colloquium et iunxit cum eo amicitias. Et rogavit rex ducem, ut faceret sibi pacem de Sclavis, qui sine intermissione vastabant regnum eius, et pactus est ei amplius quam mille marcas argenti. Quamobrem precepit dux Sclavos in presentiam suam venire, Niclotum scilicet et ceteros, et astrinxit eos precepto et iuramento, ut servarent pacem tam Danis quam Saxonibus usque ad reditum suum. Et ut pactiones rate essent, iussit omnes piraticas naves Sclavorum perduci Lubike et nuncio suo presentari. At illi propter solite temeritatis ausum et vicinitatem Italice expeditionis, paucas admodum naves et easdem vetustissimas obtulerunt, ceteris[v] que bello apte erant callide retentis. Igitur comes per manum seniorum terre Wagirensis, Marchradum[w] scilicet et Hornonem[20], convenit Niclotum et exegit ab eo cum benevolentia, ut fidem terre sue exhiberet illibatam. Quod ille fide digna complevit.

a) confodiunt *Edd.* b) levavit *Edd.* c) fecerunt — fuerunt 2. *Edd.* d) LXXXVI. 1. e) inhabitatores 2. f) fori *deest* 2. g) locum 2. h) in Lubike 2. *Ed.* i) Lubeke 1. k) imperarat 2; imperabat *Edd.* l) Et tunc *Edd.*; sic enim 1. m) Tandem — duce *in verborum continuitate omissa, postmodum adiecta sunt in margine superiore* 1. n) dux *deest* 1. o) Russiam 4; Rugiam *Ed.* p) suam *deest* 1. q) theolonium 2. r) incolarum 4. s) LXXXVII. 1. t) infra 1. u) aliquis consurgeret 2. *Edd.* v) iis *Edd.* w) Marchardum 1.

14) Rex Canutus occisus est 1157. Aug. 9; v. Necrol. Luneburg. et Lundense. 15) sc. 1157. Octob. 23, v. Histor. gent. Danor. h. a. Necrol Lund. Ann. Magdeburg. a. 1157. 16) a. 1157. in autumno. 17) De situ cf. supra c. 57. 18) Ubi nunc Herrenburg iuxta rivulum Hertoghenbeke, qui Wakenitzae fl. infunditur. 19) Secunda Mediolani obsidio facta est a. 1159. Iul. 3. 20) V. supra cap. 47. n. 69.

1159. In hunc modum rebus compositis, profectus est dux in Longobardiam cum mille ut aiunt loricis, habens in comitatu suo Adolfum comitem et multos nobiles Bawarie atque Saxonie. Et pervenerunt ad exercitum regis, qui obsederat presidium quod dicitur Crumne[a], pertinens ad Mediolanenses, munitum valde. Et morati sunt toto pene anno in expugnatione presidii, feceruntque machinas multas et ignium iaculationes. Novissime expugnato
1160. presidio[21], cesar convertit exercitum ad Mediolanum, dux vero accepta[b] licentia reversus
Ian. 26. est in Saxoniam.

At comes Adolfus rogatus ivit in Angliam[22] cum cognato suo domno Reinoldo Coloniensi electo, qui functus est legatione publica ad regem Anglorum. Et contristati sunt tam clerus quam populus terre nostre propter diutinam absentiam boni patroni. Sclavi enim de Aldenburg et Mikilinburg, compotes sui propter absentiam principum, violaverunt pacem in terra Danorum, fuitque terra nostra in tremore a facie regis Danorum. At noster episcopus Geroldus, tum per se, tum per nuncios iram regis mitigare studuit, induciis tempus redimens usque ad adventum ducis et principum. Redeunte igitur duce et comite, prefixum est colloquium provinciale omnibus Marcomannis[23] tam Teutonicis quam Sclavis, in loco qui dicitur Berenvorde[24]. Rex quoque Danorum Waldemarus venit usque[c] Ertheneburg, et conquestus est duci omnia mala que intulerant sibi Sclavi, prevaricatores mandati publici. Et timuerunt Sclavi venire in presentiam ducis, eo quod culpe sue essent conscii. Et dedit eos dux in proscriptionem, et fecit omnes suos paratos esse ad expeditionem tempore messis. Tunc Niclotus animum ducis videns contra se fixum in malum, proposuit primum irrumpere Lubeke, et misit filios suos eo cum insidiis. Eo autem tempore habitavit Lubeke sacerdos quidam venerabilis nomine Athelo. Huius domus vicina erat ponti qui transmittit flumen Wochenice versus austrum. Is forte parari fecerat fossam longissimam[d] ad conducendum rivum, qui erat longiuscule. Insidie ergo Sclavorum festinantes, ut preriperent pontem, impediti sunt fossa, passique sunt errorem in querendo transitu. Quod videntes hii qui erant de domo sacerdotis, clamaverunt voce validiori, et conterritus sacerdos occurrit valenter ex adverso. Exercitus vero iam erat in medio pontis et portam pene apprehenderat, sed celerrime missus a Deo sacerdos pontem de catena[e] levavit, et in hunc modum exclusa sunt latenter subinducta pericula. Quo audito dux posuit illic custodiam militum.

87.[f] *Interfectio Nicloti.* Post hec intravit dux Heinricus terram Sclavorum in manu valida, et vastavit eam igne et gladio[25]. Et videns Niclotus virtutem ducis succendit omnia castra sua, videlicet Ylowe[26], Mikilinburg, Zverin et Dobin, precavens obsidionis periculum. Unum solum castrum sibi retinuit, Wurle[g][27], situm iuxta flumen Warnou prope terram Kicine. Inde exibant per singulos dies, et explorabant exercitum ducis, et percutiebant de insidiis incautos. Una igitur dierum, dum exercitus moraretur prope[h] Mikilinburg, egressi sunt ad nocendum filii Nicloti Pribizlavus et Wertizlavus, et percusserunt quosdam de castris, qui exierant ad frumentandum. Quos insecuti fortiores de exercitu, comprehenderunt multos eorum, fecitque dux eos suspendio affici. Filii autem Nicloti, amissis equis et viris melioribus, venerunt ad patrem. Quibus ille dixit: *Ego quidem estimabam, me viros enutrisse, sed isti mulieribus fugaciores sunt. Egrediar igitur ipsemet*[i]*, et experiar, si forte maiora promovere possim.* Et exiit cum electorum numero et collocavit insidias in latibulis prope exercitum. Tunc exierunt pueri de castris ad conquirendum pabulum, et venerunt prope insidias. Porro milites venerant intermixti servis numero quasi sexaginta, omnes induti loricis sub veste intrinsecus. Quod non advertens Niclotus, equo velocissimo perlatus est inter eos, conatus quendam perfigere. Sed lancea pertingens ad loricam, casso ictu resiliit. Volens igitur ad suos reverti, circumventus subito atque trucidatus est, nemine suorum sibi[k] presidium ferente. Caput eius recognitum in castra perlatum est, non sine admiratione multorum, quod tantus vir, tradente Deo, de omnibus suis solus ceciderit[28]. Tunc filii eius,

a) Crumnae S. R. b) recepta 2. c) ad *addunt* 2. *Edd.* d) latissimam 4. e) cathena 1. f) LXXXVIII. 1. g) Wrle 3. h) iuxta 2. i) ipse 2. *Edd.* k) ipsi *Edd.*

21) Crema capta est a. 1160 Ianuar. 26. 22) Rectius in Aquitaniam, ubi tunc temporis sc. a. 1160 m. Martio usque ad Iunium rex Heinricus II. degebat. 23) V. cap. 66. n. 88. 24) Hodie Barförde, parr. Hittbergen in praefectura Artlenburg. 25) Iisdem fere verbis utuntur Ann. Palid. a. 1160. 26) Ilowe adhuc exstat in praefectura Sverinensi Buckow, inter Wismariam et Neu-Buckow, haud procul a Neuburg, conf. Lisch, Meklenburg. Jahrbücher VII, 156 sq. 27) V. supra cap. 48. n. 78. 28) Conf. Ann. Magdeburg. et Pegav. ad a. 1160.

audita morte patris, succenderunt Wurle et occultaverunt se in nemoribus, familias vero suas transtulerunt ad naves.

Dux igitur demolitus omnem terram, cepit edificare Zverin[a] et communire castrum. Et imposuit illic quendam nobilem Guncelinum, virum bellicosum, cum militia. Post hec redierunt filii Nicloti in gratiam ducis, et dedit eis dux Wurle et omnem terram. Porro terram Obotritorum divisit[b] militibus suis possidendam. Et collocavit in castro Cuscin[c, 29] Ludolfum quendam, advocatum de Bruniswich. Apud Milicou[d, 30] fecit esse Ludolfum de Paina. Zverin et Ilinburg[31] Guncelino commendavit. Porro Mikilinburg dedit Heinrico, cuidam nobili de Scathen[e], qui etiam de Flandria adduxit multitudinem populorum, et collocavit eos Mikilinburg et in omnibus terminis eius[32]. Et posuit dux episcopum in terra Obotritorum domnum Bernonem, qui defuncto Emmehardo Magnopolitane presedit ecclesie. Porro Magnopolis ipsa est Mikilenburg. Et subscripsit in dotem Magnopolitane ecclesie trecentos mansos, sicut antea fecerat Racisburgensi et Aldenburgensi[f]. Et facta postulatione, obtinuit apud cesarem auctoritatem episcopatus suscitare[g], dare et confirmare in omni terra Sclavorum, quam vel ipse vel progenitores sui subiugaverint in[33] clipeo suo et iure belli[34]. Quamobrem vocavit domnum Geroldum Aldenburgensem, domnum Evermodum Racisburgensem, domnum Bernonem Magnopolitanum, ut reciperent ab eo dignitates suas, et applicarentur ei per hominii exhibitionem, sicut mos est fieri imperatori. Qui licet hanc impositionem difficillimam iudicarent, cesserunt tamen propter eum qui se humiliavit propter nos, et ne novella eccl[illegible] caperet detrimentum. Et dedit eis dux privilegia de possessionibus et de reditibus[h] et de iusticiis. Et precepit dux Sclavis, qui remanserant in terra Wagirorum, Polaborum, Obotritorum, Kicinorum, ut solverent reditus episcopales, qui solvuntur apud Polanos atque Pomeranos, hoc est de aratro tres modios siliginis et duodecim nummos monete publice. Modius autem Sclavorum vocatur lingua eorum curitce[i]. Porro Sclavicum aratrum perficitur duobus bubus[k] et totidem equis[36]. Et aucte sunt decimationes in terra Sclavorum, eo quod confluerent de terris suis homines Teutonici ad incolendam terram spaciosam, fertilem frumento, commodam pascuorum ubertate, abundantem pisce et carne et omnibus bonis.

88.[l] *De Alberto Urso.* In tempore illo orientalem Sclaviam tenebat Adelbertus[m] marchio, cui cognomen Ursus, qui etiam, propicio sibi Deo, amplissime prosperatus[n] est in funiculo sortis sue[37]. Omnem enim terram Brizanorum, Stoderanorum multarumque gentium habitantium iuxta Habelam[o] et Albiam misit sub iugum et infrenavit rebelles eorum. Ad ultimum, deficientibus sensim Sclavis, misit Traiectum et ad loca Reno contigua, insuper ad eos qui habitant iuxta oceanum et patiebantur vim maris, videlicet Hollandros, Selandros[p], Flandros, et adduxit ex[q] eis populum multum[r] nimis et habitare eos fecit in urbibus et oppidis Sclavorum. Et confortatus est vehementer ad introitum advenarum episcopatus Brandenburgensis nec non Havelbergensis, eo quod multiplicarentur ecclesie et decimarum succresceret ingens possessio. Sed et australe litus Albie ipso tempore ceperunt incolere Hollandrenses advene, ab urbe Soltwedele[s] omnem terram palustrem atque campestrem, terram que dicitur Balsemerlande[38] et Marscinerlande[39]; civitates et oppida multa valde usque ad saltum Boemicum[t] possederunt Hollandri. Siquidem has terras Saxones olim inhabitasse feruntur, tempore scilicet Ottonum, ut[u] videri potest in antiquis aggeribus, qui

a) Szuerin 1. b) dimisit 2. c) Cussin 2. d) Melicon S. R. e) Scaten 2. *Ed.* f) ecclesiae *addunt Edd.* g) suscitandi 4. h) et de reditibus *desunt* B. i) curitoe 2. k) bobus 2. *Edd.* l) LXXXIX. 1. m) Albertus 1. n) fortunatus *Edd.* o) Havelam 1. 2. p) Hollandos, Selandos *Edd.* q) ex *deest* 2. r) magnum *Edd.* s) Saleveldele 1. *Edd.* t) Boiemicum *Ed.* u) et 1.

29) V. cap. 18. not. 52. 30) hodie Malchow. V. cap. 92. f. 31) supradictum Ilowe. 32) Ludolfus advocatus Brunswicensis et Ludolfus de Peina, ministeriales ducis, occurrunt in multis chartis Heinrici Leonis, e. g. alter in charta a. 1168. Orig. Guelf. III, ~~praef. 37. alter 1162 in Meklenb. U. B. I. n. 74.~~ — Item Gunzelinus, nobilis de Hagen, e. g. in charta a. 1162 modo citata. — Heinricus de Scaten non, ut opinatus est Wersebe Niederländ. Colonien I. p. 419, oriundus est a familia comitum de Schladen in territorio Hildesheimensi, sed potius idem ac Heinricus comes de Schota, testis duarum chartarum a. 1163 in Meklenburg. U. B. I, n. 78 et 82. 33) i. e. cum, sicut supra *in manu valida*, conf. cap. 51. 34) Conf. lib. II. cap. 9. 36) Similia v. supra cap. 12 et 14. 37) De funiculo v. supra cap. 83. 91. l. II. c. 5; sors i. e. haereditas. 38) Pagus Belxa, Belesem, dioecesis Halberstadensis, in quo civitas Stendal. 39) hodie Wische, inter Arnesburg et Werben.

congesti fuerant super ripas Albie in terra palustri Balsamorum, sed prevalentibus postmodum Sclavis, Saxones occisi et terra a Sclavis usque ad nostra tempora possessa. Nunc vero, quia Deus duci nostro et ceteris principibus salutem et victoriam large contribuit, Sclavi usquequaque protriti atque propulsi sunt, et venerunt adducti de finibus oceani populi fortes et innumerabiles, et obtinuerunt terminos Sclavorum, et edificaverunt civitates et ecclesias, et increverunt divitiis super omnem estimationem.

89.[a] *Translatio Aldenburgensis episcopatus.* Circa id temporis[b] rogavit domnus Geroldus episcopus ducem, ut sedes cathedralis, que antiquitus erat Aldenburg, transferretur Lubeke, eo quod civitas hec esset populosior et locus munitior et omni prorsus aptitudine commodior. Quod cum placuisset duci, condixerunt diem quo venirent Lubeke, ordinaturi de statu ecclesie et episcopatus. Et designavit dux locum in quo fundari deberet oratorium in titulum matricularis ecclesie et areas claustrales, et statuerunt illic prebendas duodecim clericorum canonice viventium. Porro tertia decima prepositi est. Et dedit episcopus in stipendia fratrum decimas quasdam et tantum de reditibus quos solvit Sclavia, quantum prebendis sufficeret perficiendis. Et resignavit[c] comes Adolfus villas opportunas prope Lubeke, quas statim dux[d] obtulit in usum fratrum[40], et de theloneo cuilibet fratrum duas marcas Lubicensis monete, insuper alia que privilegiis scripta[e] sunt et in Lubicensi continentur ecclesia. Et posuerunt illic prepositum domnum Ethelonem, cuius in pagina superiori[41] memoria est cum laude.

90.[f] *Scisma inter Alexandrum et Victorem.* In circulo dierum[42] istorum, defuncto 1159. Sept. 1. Adriano papa[43], ortum est scisma in ecclesia Dei inter Alexandrum, qui et Rolandus, et Victorem, qui et Octavianus. Cum igitur cesar expugnaret Mediolanum[44], venit ad eum Victor in castra, que erant apud Papiam, et recepit eum. Adunatoque concilio, receperunt eum Reinoldus Coloniensis et Conradus Maguntinus electi, et omnes quos imperialis aut timor aut favor agebat. Porro Alexandrum recepit Iherosolimitana ecclesia et Antiocena, preterea omnis Francia, Anglia, Hispania, Dania et omnia regna que sunt ubique terrarum. Insuper Cisterciensis ordo eidem universus accesserat. in quo sunt archiepiscopi et episcopi quam plures et abbates amplius quam septingenti et monachorum inestimabilis numerus. Hii singulis annis celebrant concilium apud Cistercium, et decernunt ea que utilia sunt. Horum invincibilis sententia vel maximas vires addidit Alexandro. Quamobrem iratus cesar proposuit edictum, ut omnes monachi Cisterciensis ordinis, qui consistebant in regno suo, aut Victori subscriberent, aut regno pellerentur. Itaque difficile relatu est, quot patres, quanti monachorum greges, relictis sedibus suis, transfugere in Franciam. Pontifices etiam quam plures sanctitate insignes in Longobardia et in universo regno principis violentia sedibus suis pulsi, et alii superpositi sunt in locum illorum.

1162. Mart. 26. Postquam igitur transierunt obsidionis quinque vel eo amplius anni, cesar obtinuit Mediolanum, et eiecit habitatores eius ex illa, et destruxit omnes turres eius excelsas[g], et muros civitatis adequavit solo[45], et posuit eam in solitudinem[h, 46]. Tunc elevatum est cor eius nimis, et timuerunt omnia regna terrarum ad famam nominis eius. Et misit ad regem Francie Lodewicum, ut occurreret sibi ad colloquium apud Laonam, que est in terra Burgundionum iuxta Ararim[i] fluvium[47], ad redintegrandam[k] unitatem ecclesie. Et annuit rex Francie. Preterea misit nuncios ad regem Danie et ad regem Boemie[l] et ad regem Ungarie, ut venirent ad constitutum diem, insuper omnibus archiepiscopis, episcopis[m] et summis potestatibus regni sui et religiosis quibuscunque[n] sollempniter adesse mandavit. Grandis igitur expectatio[o] universorum ad tam

a) XC. 1. b) tempus 2. c) *sic* 2. 3. *cum charta a.* 1163 *data*; designavit 1. *Edd.* d) dux *deest* 1. e) conscripta 2. *Edd.* f) XCI. 1. g) ecclesias *Ed.* h) solitudine *Edd.* i) Araram 1. k) redintegrandum *Ed.* l) et ad r. U. et ad r. B. 2. *Edd.* m) episcopis *deest* 1. n) quibusque 1. o) erat *addunt Edd.*

40) Lancowe, Ginin et Bussowe; v. chartas a. 1163, 1169 et 1197 datas apud Leverkus U. B. des Bisth. Lübeck I, n. 4. 5. 13. 41) Cap. 86 f. 42) *circulus dierum* 1. Samuel. 1, 20. 43) sc. a. 1159. Sept. 1. 44) Rectius Helmoldus dixisset, tempore quo caesar expugnaverat Cremam, seu quo oppugnaret Mediolanum. Nam post deditionem Cremae 1160 Ian. 26, in conventu generali episcoporum et principum Febr. 2. imperator Papiae recepit primum Victorem papam. Aliud vero est concilium Papiae anno 1162 m. Aprili celebratum civitate Mediolano tradita et destructa paucos ante dies. In hoc affuit Conradus Moguntinus hoc ipso anno 1162 electus. 45) Similia fere verba habent Ann. Pegav. a. 1162: *Mediolanum terrae funditus aequatur.* 46) 1162. Mart. 26. 47) sc. Iean de Losne sive Launes, iuxta fluvium qui hodie dicitur Saone, in archiepiscopatu Bisuntino. De hoc concilio conferendus praecipue Saxo Grammaticus l. XIV. p. 780—786.

celebrem curiam, quo uterque papa et tanti reges terrarum conventuri ferebantur. Tunc abierunt simul Waldemarus cum episcopis Danie, Hartuwichus[a] archiepiscopus, Geroldus episcopus et comes Adolfus cum multis Saxonie nobilibus ad prefixum colloquii locum. Dux vero positus in Bawaria alia via venerat. Lodewicus ergo rex Francie, cuius precipue expectabatur adventus, ubi intellexit cesarem appropinquare[b] cum exercitu et armis multis, dubitavit occurrere illi. Sed propter fidem sacramentorum venit ad locum placiti constituto die, hoc est in decollatione Ioannis baptiste[48], et exhibuit se in pontis medio ab hora tertia usque in[c] horam nonam. 1162. Aug. 29. Porro cesar necdum venerat. Quod rex Francie accipiens pro omine, lavit manus suas in flumine ob testimonium, quasi qui fidem pollicitam reddiderit, et digrediens inde abiit ipso vespere Divionam[d] [49] V niens igitur noctu cesar intellexit[e] regem Francie discessisse, et misit honorabiles personas denuo accersere[f] eum. Sed ille nulla ratione vacare potuit, gratulans se, et[g] fidem solvisse, et suspectam cesaris manum evasisse. Ferebatur enim a multis, quod cesar eum circumvenire voluerit, et propter hoc contra pactionum tenorem armatus advenerit. Sed ars arte delusa est. Francigene enim ingenio altiores, quod armis et viribus inpossibile videbatur, consilio vicerunt. Tunc cesar vehementer irritatus, secessit a curia, intentans Francigenis bellum. Alexander papa confortatus ab eo tempore magis invaluit. Heinricus dux declinavit in Bawariam, et compositis illic rebus, reversus est in Saxoniam.

91.[h] *De decima Holzatensium.* Fuit igitur in diebus illis pax per universam Sclaviam, et munitiones, quas dux iure belli possederat in terra Obotritorum, ceperunt inhabitari a populis advenarum, qui intraverant terram ad possidendum eam; fuitque prefectus terre illius Guncelinus, vir fortis et amicus ducis. Porro Heinricus comes de Racesburg, que est in terra Polaborum, adduxit multitudinem populorum de Westfalia, ut incolerent terram Polaborum. et divisit eis terram in funiculo distributionis[50]. Et edificaverunt ecclesias et subministraverunt decimas fructuum suorum ad cultum domus Dei. Et plantatum est opus Dei temporibus Heinrici[51] in terra Polaborum, sed temporibus Bernhardi filii eius abundantius consummatum.

At viri Holzati, qui Wagirensium terram propulsis Sclavis inhabitabant, devoti quidem[i] in ecclesiarum constructione et hospitalitatis gratia, sed decimis iuxta divinum preceptum legaliter persolvendis rebelles existebant. Solvebant autem mensuras parvulas sex de aratro, quod sibi dicebant permissum[k] pro levamine, cum adhuc essent in terra nativitatis sue, propter viciniam barbarorum et tempus belli. Terra autem, unde exierant Holzati, pertinet ad Hammemburgensem parrochiam, et est terre Wagirensi proxima[l]. Videns igitur Geroldus episcopus quia Polabi et Obotriti, qui erant in medio camini estuantis, solverent decimarum suarum legitima, proposuit a suis requirere similia. Communicato igitur consilio Adolfi comitis, indomitos Holzatorum animos exhortatoriis per litteras verbis temptare studuit. Ad ecclesiam igitur Burnhovede[m], que alio nomine Zventineveld[n] dicitur, ubi habitabat Marchradus, senior terre et secundus post comitem, et cetera virtus Holzatorum[o], misit litteras in hunc modum:

*Geroldus Dei gratia Lubicensis ecclesie episcopus universis civibus*[53] *ad ecclesiam Burnhovede pertinentibus salutem et debitam dilectionem. Quoniam per Dei voluntatem ecclesiastica mihi dispensatio credita est, et divina legatione ad vos fungor, necesse est ut a bonis ad meliora vos perducere studeam, et ab hiis que sunt saluti animarum vestrarum contraria vos abstrahere totis nisibus elaborem. Deo siquidem gratias ago, quod multarum in vobis patent*[p] *virtutum insignia, quod videlicet hospitalitati et aliis misericordie operibus propter Deum insistitis, quod in verbo Dei promptissimi et in construendis ecclesiis solliciti estis, in legitimis quoque, ut Deo placitum est, castam ducitis vitam. Que omnia tamen observata nil proderunt, si cetera mandata negligitis, quia, sicut scriptum est:* Qui in uno offendit, omnium reus est[54]. *Dei enim preceptum est:* Decimas ex omnibus dabis mihi, ut bene sit tibi, et longo vivas tempore[55]. *Cui obedierunt patriarche, Abraham scilicet, Ysaac et Iacob, et omnes qui secundum*

a) Hardewicus 2; Hartwichus *Ed.* b) appropiare 2. *Ed.* c) ad 2. *Ed.* d) Divionem *Ed.*; Duuonam S. e) intellexerunt 1; *corrector cod.* 1. intellexit. f) accersire 1. g) *deest Edd.*; ad 1. h) XCII. 1. i) quidam 2. k) de promissu 2. l) Wagirensis provincia S. R. m) Brunhouede 1. n) Zuentiueld *Edd.* o) Holsatorum 1. p) parent 1.

48) 1162. Aug. 29. 49) Dijon. 50) i. e. cum funiculo; v. supra c. 83. Ps. 77. v. 55. 51) Obiit post a. 1166; cf. Meklenburg. U. B. I, n. 86.

53) laicis, parrochianis. 54) Iacob. 2, 10. 55) Respexit ut videtur Deuteron. 14, 22—29.

*fidem facti sunt filii Abrahe, per quod laudem et*[a] *premia eterna consecuti sunt. Apostoli quoque et apostolici viri hoc ipsum ex ore Dei mandaverunt et sub anathematis vinculo posteris servandum tradiderunt. Cum ergo Dei omnipotentis procul dubio hoc constet esse preceptum, et sanctorum patrum sit auctoritate firmatum, nobis id incumbit officii*[b]*, ut quod vestre saluti deest, nostro in vobis opere per Dei gratiam suppleatur. Monemus igitur et obsecramus omnes vos in Domino, ut mihi, cui paterna in vos cura commissa est, animo volenti quasi filii obedientie acquiescatis, et decimas, prout Deus instituit et apostolica banno firmavit auctoritas, ad*[c] *ampliandum Dei cultum et ad gerendum pauperum curam ecclesie detis, ne si Deo que ipsi debentur subtraxeritis, et substantiam simul et animam in interitum mittatis eternum. Valete.*

Hiis auditis tumultuosa gens infremuit, dixeruntque, se huic conditioni servili nunquam colla submissuros, per quam omne pene christicolarum genus pontificum pressure subiaceat. Preterea hoc adiecerunt, non multum aberrantes a veritate, quod omnes pene decime in luxus secularium cesserint. Quamobrem episcopus verbum hoc retulit ad ducem. At ille precepit sub obtentu gratie sue omnibus Holzatensibus de terra Wagirensi, ut solverent episcopo decimas cum omni integritate, sicut faciunt in terra Polaborum et Obotritorum, que recentius inculte sunt, et ampliori pulsantur formidine belli[56].

Ad hoc preceptum Holzati obstinatis animis dixerunt, nunquam se daturos decimas, quas patres sui non dedissent, malle se potius succensis edibus propriis egredi terram, quam tante servitutis iugum subire. Preterea pontificem cum comite et omni advenarum genere, quod decimarum solvit legitima, interficere cogitabant, et terra inflammata transfugere in terram Danorum. Sed pravarum molimina rerum[57] ducis nostri regisque Danorum prepedierunt innovata federa. Laudatum autem fuit, ne quis transfugam alterius reciperet. Quapropter Holzatenses necessitate constricti presente duce cum pontifice tale pactum inierunt, ut facerent augmentationem decimarum, et s lverent de manso sex modios siliginis et octo avene, illius inquam modii, qui vulgo dicitur hemmete[59]. Et ne succedentium forte pontificum innovatas paterentur angarias, rogaverunt, hoc ducis atque pontificis sigillo firmari[d]. Cumque notarii iuxta morem curie marcam requirerent auri, gens indocta resiliit, et negotium mansit imperfectum. Eidem quoque negocio, commodis ecclesie magnifice profuturo, magnum attulit impedimentum et velox episcopi transitus et bellorum imminens dira tempestas.

92.[e] *Captivitas Wertezlai.* Filii enim Nicloti Pribizlavus atque Wertizlavus, non contenti terra Kicinorum et Circipanorum, aspirabant ad requirendam[f] terram Obotritorum, quam dux eis abstulerat iure belli. Quorum insidiis recognitis Guncelinus de Zverin, prefectus terre Obotritorum, intimavit duci. At ille posuit eos rursus in indignationem et iram[60], et
1163. venit cum exercitu gravi in terram Sclavorum hiemali tempore. Porro illi consederant in urbe Wurle[61], et munierunt castrum[g] contra obsidionis impetus[h]. Et premisit dux Guncelinum et fortissimum quenque, ut preoccuparent obsidionem, ne forte elaberentur Sclavi. Ipse vero quantocius prosecutus[i] est cum reliquo exercitu. Et obsessa est munitio, in qua fuit Wertizlavus[k], filius Nicloti, et multi nobilium[l], insuper vulgus promiscuum multum valde. At Pribizlavus senior natu cum numero equitum transierat in abdita nemorum, percussurus de insidiis incautos. Et gavisus est dux gaudio, eo quod Sclavi obfirmatis animis expectaverunt eum in munitione et prebita sit ei facultas obtinendi[62] eos. Et dixit ad iuniores de exercitu, quos preliandi stulta cupido incitabat hostem provocare et suscitare bathalias[63]: *Quare, quod supervacuum est, acceditis ad portas urbis, et struitis pericula vobismet ipsis? Frustratorii sunt huiuscemodi congressus atque ruinosi. Quin potius consistite in tabernaculis vestris, unde non possitis iaculari sagittis hostium*[m]*, et habete custodiam obsidionis, ne quis elabatur. Nostri vero studii erit per Dei gratiam, ut sine tumultu et sine strage urbe potiamini.*

a) etiam et *Edd.* b) negocii *Edd.* c) ad *deest* 1. d) confirmari *Edd.* e) XCIII. 1. *Nulla hic distinctio* 2. f) acquirendam *Edd.* g) castra 2. h) *ita* 1. 2; impetum *Edd.* i) secutus *Edd.* k) Wertzlauus 1. l) nobiles 2. m) unde — hostium *desunt* 2.

56) *pulsare formidine* Val. Flacc. l. III. v. 390; *trepidant formidine belli* Ovid. Trist. l. III, 10 v. 67. 57) *molimina rerum* Ovid. Metamorph. l. XV. v. 578. 59) hodie Himpten. 60) indignatus est et iratus iis. 61) V. Ann. Palid. et Magdeburg. a. 1163. 62) *obtinendi*, i. e. vincendi. Conf. l. II. c. 10. 63) *Bathalia* est pugna, ex batualia contractum, quod est a Latino batuere. BANG.

Et statim precepit ex abundanti nemore ligna conduci et aptari bellica instrumenta, qualia viderat facta Crimme[a] sive Mediolani. Fecitque machinas efficacissimas, unam tabulatis compactam ad perfringendos muros, alteram vero que excelsior erat et in turris modum erecta, superexaltavit castro ad dirigendas sagittas et ad abigendos eos qui stabant in propugnaculis. A die enim, qua erecta est hec fabrica, nemo Sclavorum ausus est proferre caput, aut apparere de propugnaculis. Ipso tempore Wertizlavus graviter vulneratus est de sagitta Quadam vero die perlatum est ad ducem, quod Pribizlavus cum turma equitum apparuerit non longe a castris. Ad quem requirendum transmisit Adolfum comitem cum electa iuvenum manu, qui[b] tota die paludes et nemora oberrantes neminem invenerunt, delusi a ductore, qui maiorem hosti quam nostratibus favorem accommodaverat. Preceperat autem dux pabulatoribus, ne quoquam exirent eo die, ne forte in hostem inciderent At Holzatorum quidam, ut sunt cervicosi[64], non curaverunt de mandato, et egressi sunt ad frumentandum, et superveniens Pribizlavus et irruens super incautos, prostravit ex eis ad centum viros, reliqui fugerunt in castra. Quapropter dux ira acriter[c] instimulatus, ferventius urget obsidionem, iamque munimenta claustri[d] ceperunt trepidare[e] minaci ruina et suffossionibus dilabi. Tunc Wertizlavus omni spe meliori deposita, accepto conductu, venit in castra ad comitem Adolfum, ut acciperet ab eo consilium. Cui respondet comes: *Sera quidem medicine consultatio est, quando eger desperatus est. Pericula nunc imminentia debuerant antea fuisse previsa. Quis queso tibi consilium dedit, ut obsidionis periculum incurreres? Magne fuit amentie, ponere in nervo pedem, ubi non sit diverticulum, vel ulla evasionis molitio. Nil igitur restat nisi deditio. Si quod potest esse salutis compendium, sola deditione apprehendendum video* Et ait Wertizlavus: *Fac pro nobis verbum apud ducem, ut sine periculo vite et membrorum dampno admittamur deditioni.* Tunc perrexit comes ad ducem, et alloquens eos in quibus pendebant consilia, manifestavit eis negocium. At illi, degustata principis voluntate, dederunt manus, ut quicunque Sclavorum dedisset se in potestatem ducis, membris et vita potiretur, ea tamen conditione, ut et Pribizlavus ab armis discederet. Tunc conductu clarissimi comitis exierunt de munitione Wertizlavus et omnes nobiles Sclavorum, et venerunt ad pedes ducis, uniuscuiusque ensis super verticem suum. Et suscepit eos dux, et reclusit in custodia. Precepit igitur dux, ut quicunque Danorum captivi haberentur in castro, potirentur libertate, et exiit de illis multitudo maxima, imprecantes duci fortissimo bona pro suimet ereptione. Porro castrum et vulgus ignobile fecit servari, et preposuit eis Lubemarum quendam veteranum, fratrem Nicloti, ut preesset terre et sentiret ea que subiecta sunt[65]. Wertizlavum vero Sclavorum regulum duxit secum Bruneswich, et astrinxit eum manicis ferreis, ceteros vero dispertivit per custodias, quousque solverent novissimum quadrantem. His ita gestis humiliate sunt vires Sclavorum, ut recognoscerent, quia leo fortissimus bestiarum ad nullius pavet occursum[66]. Pribizlavus igitur, qui erat senior natu et acris ingenii, cupiens fratri captivo subvenire, cepit per nunciorum manus[67] attentare principis animum, et rogare ea que pacis sunt. Cumque dux requireret obsides, ut firma esset sponsionum fides, ait Pribizlavus: *Quid opus est domino meo, ut a servo suo requirat obsides? Nonne fratrem meum et omnes nobiliores Sclavie retinet[f] in custodia? Teneat eos loco obsidum, abutatur eis ut libuerit, si temeraverimus sponsionum fidem.* Dum hec per internuncios agerentur, et daretur Pribizlavo spes meliorum, aliquantulum temporis fluxerat sine bello, fuitque pax in Sclavia a Martio mense[68] usque in Kalendas Februarii sequentis anni, et omnia castra ducis erant illesa, videlicet Malachou, Cuscin, Zverin, Ilowe, Mikilinburg.

93.[g] *Dedicatio Novi Monasterii.* Eodem anno[69] domnus Geroldus Lubicensis ecclesie[h] episcopus post celebres pasche ferias cepit infirmari, et decubuit in lecto egritudinis usque in Kalendas Iulii. Oravitque Deum, ut differretur sibi[i] vita, quousque dedicaretur oratorium Lubicense, et clerus recenter adunatus convalesceret in statu suo. Nec mora, divinitus ad- 1163. Mart. 24.

a) Crumne 2; *vid. p.* 80. *n.* a. i. e. Creme. b) *sequentia usque cap.* 94 parrochia sua *desunt* 1 *folio exciso.* c) acrius 2. d) *forte leg.* castri. e) et *abundat* 2. f) tenet 2. g) *adiectum capitulum ex indice cod.* 1 *praemisso, qui habet* c. XCIIII. h) ecclesiae *deest Edd.* i) ei 2.

64) cf. c. 67: *gens enim libera et cervicosa.* 65) V. supra cap. 49 n. 95; *faceret ea, quae subiectos decent* Corner. Infra l. II. cap. 9. init. 66) Proverb. Salom. 30, v. 30. 67) i. e. per nuncios, sic cap. 86 *per manum seniorum;* l. II. c. 2. *per exploratorum manus audire;* cap. 4. *remandare per manus exploratorum.* 68) 1163; v. Ann. Magdeburg. et Pegav. h. a. 69) sc. 1163.

iutus dilatus est ad modicum. Adiit igitur ducem, qui tunc forte venerat Stadhen in occursum archiepiscopi, et contulit cum eo de commodis Lubicensis ecclesie. Cuius verbis ille condelectatus, monuit ut quantocius rediret Lubeke, paraturus ea que dedicationi opportuna erant. Et rogavit dux archiepiscopum, ut occurreret secum ad consummationem[a] officii. Cuius petitioni acquiescens aggressus est iter in Wagirensem terram, et in transitu dedicavit Falderensem ecclesiam, quam sancte memorie Vicelinus Aldenburgensis episcopus et fundasse et possedisse dinoscitur. Et fecit archiepiscopus preposito et fratribus illic degentibus bona multa, precepitque ut locus ille de cetero vocaretur Novum Monasterium. Antea enim Faldera sive Wippenthorp vocabatur[70]. Fuitque loci illius prepositus Heremannus, qui olim etiam Lubeke sub barbarica tempestate multos pertulerat labores, sociatus in predicatione euangelii domno Ludolfo Segebergensi preposito et Brunoni Aldenburgensi presbytero. Hic igitur Heremannus successerat in procurationem Novi Monasterii venerabili viro Epponi, cuius sanctitas insignis ab omnibus semper cum pietate recolenda iam pridem felicem acceperat consummationem Kalendis Maii. Perfecta ergo, ut antea dixi, dedicatione Novi Monasterii, transiit domnus archiepiscopus Segeberg, et illic usus est diversorio comitis Adolfi. Postquam autem venit Lubeke, suscepit eum dux et episcopus cum magna gloria, et aggressi sunt opus dedicationis[71], et obtulerunt singuli voluntaria cordis sui, Heinricus dux, Geroldus episcopus et Adolfus comes, dederuntque predia et reditus et decimationes in subsidia cleri[72]. Commonitus autem archiepiscopus, ut Novum Monasterium daret Lubicensi episcopo, non acquievit. Hiis rite peractis, reversus est archiepiscopus ad[b] locum suum. Dux vero ordinatis rebus in Saxonia, profectus est in Bavariam, ut sedaret tumultuantes et faceret iudicium iniuriam patientibus.

94.[c] *Transitus Geroldi episcopi.* Interim sentiens Geroldus venerabilis episcopus dilatos ad tempus dolores rursus incalescere, statuit visitare omnes ecclesias sue diocesis, a nullo querens[d] stipem, ne cui esset onerosus. Paternam quoque[e] gerens sollicitudinem, filiis suis abundanter erogavit monita salutis, errantes corrigens et discordes compacans, prebens etiam confirmationis gratiam, sicubi necesse fuisset. Forum etiam Plunense, quod singulis diebus dominicis frequentabatur a Sclavis et a Saxonibus, in verbo Domini prohibuit, eo quod populus christianus, deserto cultu ecclesie et missarum sollempniis, mercationibus tantum operam daret. Hanc igitur permaximam idololatriam preter multorum opinionem animi constantia destruxit, precipiens sub anathematis districtione, ne quis de cetero suscitaret ruinas eius. Et convenerunt populi de cetero ad ecclesias, audire verbum Dei et interesse sacris misteriis. Perlustrata igitur omni parrochia[f] sua, domnus episcopus novissime venit Lutelenburg[g] consolari manentes illic, expletisque divinis misteriis, quasi peracto negocio viribus corporis cepit repente destitui, perlatusque Bozove multis diebus lecto decubuit. Nunquam tamen missarum sollempniis usque ad diem obitus sui defuit. Fateor non meminisse me vidisse virum magis exercitatum in divino officio, frequentiorem in psalmodia et vigilia matutina, benigniorem clero, quem nec verbo passus est a quoquam molestari. Hic quandam laicalem personam clericum calumpniantem fecit acerrime plagari, dans ceteris exemplum ut discerent non blasphemare. Audita igitur boni pastoris egritudine, venerunt ad eum venerabiles viri, Odo Lubicensis ecclesie decanus et Ludolfus prepositus Segebergensis, cum fratribus utriusque congregationis. Qui cum lecto egrotantis appositi optarent ei dilationem vite, ipse respondit: *Quid precamini mihi, fratres, quod inutile est? Quantumcunque supervivam*[h]*, mors semper restat. Iam nunc utique fiat, quod quandoque futurum est. Melius est evicisse, quod effugere nemini licitum est.* O libertatem spiritus pavore mortis imperterritam! Inter loquendum autem dedit nobis lectionem de psalmo: *Letatus*[i] *sum in his que dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus*[73]. Interrogatus a nobis, quas pate-

a) confirmationem *Edd.* b) in *Edd.* c) XCV *index capitulorum cod.* 1 *praefixus, cui debetur inscriptio.* d) petens *Edd.* e) ergo *Edd.* f) *pergit codex* 1. g) Lucilenburg 2; Lucelenb. *Edd.* h) vivam *Edd.* i) letus 2.

70) In documentis Novi Monasterii illud saepius adhuc vocatur novum monasterium in villa Wipenthorp et eius praepositus Sanctae Mariae in Wipenthorp. Similiter in charta a. 1139 in Hamburg. Urkundenbuch I, n. 160. Non est igitur, quare verba *praecepitque* usque *vocabatur* glossema censeantur. Helmoldus indigitare videtur privilegium Hartwici archiepiscopi, quod v. in Hamburg. Urkundenbuch I, n. 230. Nomine Faldera ipse Helmoldus bis adhuc utitur cap. 83. 71) Conf. Ann. Magdeburg. a. 1163. 72) V. documenta annorum 1163 et 1164 apud Leverkus Urkundenbuch des Bisthumes Lübeck n. 3—6. 73) Psalm. 122.

retur molestias, nullos se torsionum dolores sentire professus est, sed tantum[a] defectu virium pregravari. Verum cum fratres consummationis finem imminere viderent, impenderunt ei sacre unctionis officium, sicque sacramentis salutaribus communitus, illucescente die, cum tenebris noctis corruptibilem carnis sarcinam deposuit. Corpus eius Lubeke perlatum a clero et civibus honeste[b.74] traditum est sepulture in medio basilice quam ipse fundavit. Et vacavit sedes Lubicensis usque in Kalendas Februarii eo quod dux abesset et expectaretur eius sententia. 1163. Aug. 13.

## HELMOLDI PRESBYTERI BUZOVIENSIS CHRONICORUM SCLAVORUM LIBER II.[c]

### PRAEFATIO OPERIS SEQUENTIS.

Inter descriptores hystoriarum rari inveniuntur, qui rebus gestis descriptionis fidem integram solvant. Sane disparilia[d] hominum studia, plerumque corrupto fonte nascentia, in ipsa narrationis superficie statim dinosci possunt, dum videlicet succrescens in corde hominis veluti superfluitas quedam humorum indebitus amor sive odium, deflectit narrationis impetum, derelicto veritatis tramite, in dexteram sive in sinistram. Multi enim aucupantes[e] favorem hominum, palliaverunt se amicitie ficta quadam superficie et propter ambitionem honoris seu cuiuslibet emolumenti locuti sunt placentia hominibus, adscribentes digna indignis, laudem quibus non debebatur laus, benedictionem quibus non erat benedictio. Quo contra alii odio concitati minus pepercerunt obloquiis, querentes locum calumpniis et quos manu nequibant, acrius lingua insectantes. Tales profecto[f] sunt, qui ponunt lucem tenebras[75] et dicunt noctem diem. Sed nec aliquando defuerunt inter scriptores qui propter dampna rerum et cruciatus corporum impietates principum publicare timuerunt. Venialius[g] autem est, veritatem tacuisse ob pusillanimitatem spiritus et tempestatem, quam ob spem inanis lucri finxisse mendacium. In exprimendis igitur actibus hominum, veluti in exsculpendis subtilissimis celaturis, sincerum semper oportet esse considerationis intuitum, qui nec gratia nec odio nec pavore a veritatis via deducatur. Quod quia multe peritie est, imo maxime sollertie, gubernaculum videlicet sermonis inter hec scopulorum impedimenta inconcussum dirigere, divina mihi pietas intentius[h] est exoranda, ut, quia navem descriptionis ausu quodam improviso magis quam temerario in altum deduxi, ipsa opitulante et flatus secundos dirigente perducere merear ad litus debite consummationis[76]. Alioquin ob difficultatem ingravescentium causarum et depravatos mores principum facile perturbabor a timore hominum. Magne autem consolationis est firmamentum omnibus veritati[i] innitentibus, quia veritas, etsi nonnunquam impiis odium pariat[77], ipsa tamen in se inconcussa permanens non offenditur, sicut et[k] egris oculis odiosa lux est, quod non lucis sed egritudinis oculorum culpa[l] dinoscitur. Sed et omnis considerans vultum nativitatis sue[78] in speculo non speculo, sed sibimet imputabit, si quid in se pravum atque[m] distortum viderit. Sequens igitur opusculum, sicut et precedentia[79], dedico[n] caritati vestre, o venerabiles domini et fratres, presentibus honorem, futuris de rerum noticia fructum conducere cupiens. Sed et mihimet spero non defuturum quantumlibet emolumenti de orationibus magnorum virorum, qui forte libellum hunc lecturi sunt, qui postulationi mee non negabunt precum suarum suffragia.

1.[o] Compositis igitur rebus in Bawaria, Heinricus Leo, gemino ducatu clarus, reversus est in Saxoniam, et accersito clero Lubicensi dedit eis pontificem domnum Conradum, ab-

a) tamen *Ed.* b) honeste *deest* S. R. c) Cap. XCVI. 1. *Nulla hic distinctio* 2. d) disparia 2. e) occupantes 2. f) profecti 2. g) nenialius 1. h) diligentius *Edd.* i) veritatem 2. k) et *deest Edd.* l) esse *addit* 2. m) aut *Edd.* n) dedico *deest* 1. 2. S. o) XCVII. 1.

74) 1163. Augusti 13; v. Necrol. Luneburg. et Libr. memor. Lubec. apud Leverkus l. l. 75) *ponere tenebras lucem.* Esaiae c. 5. v. 20. 76) Helmoldi animo obversabantur quae Adamus Bremensis scripsit l. III. c. 1: *Unde stulte et audacter introierim hoc pelagus ... in cuius litoris accessione vix aliquem portum video imperitiae meae, ita plena sunt omnia scopulis invidiae.* 77) Terentii Andria I, 1. v. 41. 78) i. e. sibi a natura datum. 79) i. e. librum chronicorum primum, nam alios libros Helmoldum scripsisse vel saltem capitulo Lubecensi dedicasse, praefationem libri primi legenti probabile non fiet.

batem de Reddegeshuse, fratrem germanum domni Geroldi episcopi. Quod licet Hartwico[a] archiepiscopo et omnibus pene Lubicensibus esset contrarium, prevaluit tamen voluntas ducis, cui refragari formidolosum erat. Recepit autem sacrum ordinem per manus Hartwici archiepiscopi in civitate Stadensi. Pollebat autem litteratura, facundia, affabilitate, largitate, multis preterea[b] donis, quibus dignam personam supervestiri decorum est. Sed pulchram viri superficiem deformabat insanabilis quedam[c], ut ita dicam, impetigo, mobilitas animi et facilitas verborum, que nunquam in eodem persistebat; dissidens ipse secum, nichil ex consilio faciens, incertus in promissis, extraneos diligens, suos fastidiens. Clero, quem in tenella reperit ecclesia, magna severitate primum abusus est, incipiens a primis qui erant in Lubicensi ecclesia, usque ad novissimos qui habitabant in rure[d]. Bona sacerdotum omnia sua esse dicebat, non quasi fratres, sed ut servos reputans. Si quem fratrem forte pulsare cepisset, non legitima vocatione, non loci vel temporis congruentia sive capituli sententia usus est, sed ad placitum suum, quos gravare voluisset, aut suspendit ab officio aut eliminavit ab ecclesia. Commonitus a duce nichil remissius egit, sed alienavit se a duce, et confederatus est archiepiscopo, quatenus[e] connexis viribus facilius vinceret[f] omnem resistentem.

Circa dies illos, quo primum promotus est ad summi sacerdotii gradum, cum adhuc
1164. consisteret secus[80] archiepiscopum in urbe Horeborg[g], que est super ripas Albie, in mense
Febr. 16 Februario, hoc est 14. Kalendas Martii[81], orta est tempestas maxima ventorum, procelle[h], fulgurum coruscatio[i] et tonitrui fragor, qui[k] passim multas edes aut incendit aut subruit, insuper tanta maris exundatio oborta est, quanta non est audita a diebus antiquis, que involvit omnem terram maritimam Fresie, Hathelen et omnem terram palustrem Albie et Wirre[82] et omnium fluminum que[l] descendunt in oceanum mare, et submersa sunt multa milia hominum et iumentorum, quorum non est numerus. Quanti divites, quanti potentes vespere sedebant et deliciis affluebant[m], omni timore malorum sublato, sed veniens repentina calamitas involvit eos in mediis fluctibus!

2.[n] Eadem die, qua maritime regiones oceani[o] tanta clade pervase[p] sunt, accidit strages magna[q] in civitate Sclavorum Mikelenburg. Wertizlavus[r] enim, Nicloti filius iunior, qui tenebatur in[s] vinculis Bruneswich, mandavit, ut dicitur, Pribizlavo fratri suo per nuncios, dicens: *En ego teneor vinculis eternis inclusus, et tu negligenter agis? Evigila et enitere atque viriliter age et, quod pace non potes, armis extorque. Non recogitas, quod pater noster Niclotus, cum Lunenburg teneretur in custodia, neque prece neque pecunia redimi potuit? Postquam autem virtutis instinctu corripuimus arma et fecimus incendia et exterminia urbium, nonne dimissus est?* Hiis auditis, Pribizlavus collegit latenter[t] exercitum et venit improvisus Mikilenburg. Heinricus autem de Scathen, prefectus castri, tunc forte defuit, et populus qui erat in castro fuit sine principe. Accedens igitur Pribizlavus ait ad viros qui erant in munitione: *Magna, o viri, tam mihi quam genti mee illata est violentia, qui expulsi sumus de terra nativitatis nostre et privati sumus hereditate patrum nostrorum. Vos quoque iniuriam hanc cumulastis, qui invasistis terminos nostros et possedistis urbes et vicos, qui nobis debentur hereditaria successione. Proponimus[u] igitur vobis optionem vite et mortis. Si volueritis aperire nobis munitionem et reddere terram nobis[v] debitam, deducemus vos pacifice cum uxoribus et filiis et universa supellectili. Si quis Sclavorum quippiam abstulerit eorum que ad vos pertinent, ego in duplo restituam. Quodsi nolueritis egredi, immo urbem hanc pertinaciter defendere, iuro vobis, quia, si faverit nobis Deus et victoria, omnes vos occidam in ore gladii.* Ad hec verba Flamingi[83] iacula dirigere et vulnera infligere ceperunt. Sclavorum igitur exercitus viris et armis potentior vehementi pugna irrupit munitionem et occiderunt omne masculinum in ea. Non reliquerunt de populo advenarum vel unum; uxores et parvulos eorum duxerunt in captivitatem[84] et succenderunt castrum igne.

a) Harthwici 1; Harthwigo 2. b) denique *Edd.* c) quaedam *deest Edd.* d) habit. ruri *Edd.* e) quatinus 1. f) evincerent 2; vincerent *Edd.* g) Horenborg 2. h) procella *Ed.* i) fulgorum choruscatio 1. k) quae 1. l) qui 1. m) effluebant 2. n) *numerus, inscriptio, littera minio tincta desunt* 1; *neque ulla distinctio* 2. o) occeani 1. p) peruasi 1. 2; pervastatae *Edd.* q) maxima 2. r) Wercilauus 1. s) in *deest* 2. t) letanter 2. u) proponamus 2. v) nobis *deest* S. R.

80) i. e. apud; cf. Francogallorum *chez.* 81) Conf. Ann. Palid. et Magdeb., Ann. Col. max. a. 1164, qui omnes eundem diem memorant. 82) die Weser; conf. l. I. cap. 15 f. 83) V. supra l. I. cap. 87. 84) Conf. Ann. Palid. et Magdeburg. a. 1164, qui brevissime facinus memorantes utrique ipso die, quo inundatio aquarum, id perpetratum esse addunt. Incendium civitatis non referunt.

Post hec converterunt faciem suam ad castrum Ylowe, ut destruerent illud. Porro Guncelinus, satelles ducis et prefectus terre Obotritorum, audiens per exploratorum manus[85], exisse Sclavos, preierat cum paucis militibus Ylowe, ut fieret urbi presidio. Vastata ergo Mikelenburg, Pribizlavus antecessit exercitum cum fortissimis, ut preoccuparet obsidionem, ne quis forte effugeret. Quod audiens Guncelinus dixit ad suos: *Exeamus velociter et pugnemus cum eo, priusquam reliquus veniat exercitus. Lassi enim sunt de pugna et strage quam commiserunt hodie.* Et responderunt ei fideles sui: *Non est nobis cautum egredi, statim enim ut exierimus, Sclavi qui sunt intra*[a] *urbem hanc et videntur stare nobiscum claudent portas urbis post nos, et nos erimus exclusi*[b], *urbsque cedet in manus Sclavorum.* Et displicuit verbum hoc in oculis Guncelini et virorum eius. Convocans igitur Teutonicos[c] omnes, qui erant in urbe, dixit ad eos in audientia Sclavorum qui fuerant in urbe et de quibus fuerat traditionis timor: *Relatum est mihi, quod Sclavi qui nobiscum sunt intra portas urbis iuraverint*[d] *Pribizlavo, ut tradant et nos et urbem. Audite ergo, o viri compatriote qui destinati estis in mortem et exterminium. Statim ut videritis perfidiam, obicite vos portis, et mittite ignem in menia urbis et exurite perfidos hos cum mulieribus*[e] *et parvulis. Moriantur una nobiscum, nec fiat aliquis ex eis superstes, ut non glorientur de interitu nostro.* Hiis auditis exterriti sunt animi Sclavorum, nec ausi sunt aggredi que animo conceperant. Vespere autem facto venit universus exercitus Sclavorum ante castrum Ylowe, et allocutus est Pribizlavus Sclavos, qui erant in ea: *Notum est omnibus vobis, quante calamitates et pressure apprehenderint*[f] *gentem nostram propter violentam*[g] *ducis potentiam, quam exercuit in nos, et tulit*[86] *nobis hereditatem patrum nostrorum et collocavit in omnibus terminis eius advenas, scilicet Flamingos et Hollandros*[h], *Saxones et Westfalos atque nationes diversas. Hanc iniuriam zelatus est pater meus usque ad mortem, frater quoque*[i] *meus ob hoc ipsum vinculis eternis tenetur inclusus, et nemo remansit qui cogitet bonum genti nostre aut velit suscitare ruinas eius, nisi ego solus. Revertimini igitur ad cor, o viri reliquiarum Sclavici generis, et resumite audaciam et tradite mihi urbem hanc et viros qui iniuste occupaverunt eam, ut ulciscar in eos, sicut ultus sum in eos qui invaserant*[k] *Mikilenburg.* Et cepit eos commonere super promisso. At illi negaverunt timore perterriti. Secesserunt ergo Sclavi longius a castro, eo quod ingrueret nox et castra metanda essent. Advertentes autem Sclavi, quia Guncelinus et qui cum eo sunt viri fortes sunt et bellicosi, nec posse munitionem capi sine maxima strage, primo diluculo recesserunt ab obsidione, et reversi sunt ad loca sua. Guncelinus igitur, veluti torris erutus ab igni[87], relicta Ylowe et collocata illic Sclavorum[l] custodia, transiit Zwerin, et letati sunt habitatores urbis de insperato adventu eius. Auditum enim fuerat pridie, quod interfectus fuisset ipse et viri eius pariter.

3.[m] *De Bernone episcopo.* Quinto igitur die postquam percussa est Mikelenburg, descendit Berno, venerabilis episcopus, cum paucis clericis de Zverin, tumulare interfectos, gestans in collo suo sacerdotalia indumenta in quibus offerre mos est. Et figens altare in medio interfectorum, obtulit pro eis hostiam salutarem domino Deo cum luctu et tremore. Quo iam sacrificium peragente, surrexerunt Sclavi de insidiis, ut percuterent pontificem et qui cum eo erant. Sed celeriter[n] missus a Deo supervenit quidam Reichardus de Saltwidele cum militia. Hic audito, quia Guncelinus obsessus esset Ylowe, egressus fuit ad auxilium eius[o], et iter faciens casu supervenit Mikilenburg, cum pontifex cum suis iam in mortis esset articulo[p]. Cuius adventu territi Sclavi fugerunt[q], et salvatus episcopus peregit opus pietatis et tumulavit de interfectis ad septuaginta corpora, et post hec reversus est Zverin[r]. Post non multum vero tempus Pribizlavus, collecta rursum Sclavorum manu, venit Malacowe et Cuscin, et allocutus est habitatores urbis, dicens: *Scio quidem, vos esse viros fortes et nobiles et obsecundantes imperio magni ducis, domini vestri. Volo igitur persuadere vobis que sunt utilia. Reddite mihi castrum, quod olim fuit patris mei et mihi nunc hereditaria successione debetur, et ego exhiberi vobis faciam conductum usque ad ripas Albie; si quis eorum que ad vos pertinent quicquam violenter attigerit, ego in duplo restitui faciam. Quod si hanc conditionem optimam inutilem iudicaveritis, oportebit me rursum experiri fortunam meam et*

a) infra 1. 2. b) conclusi 1. c) Teutunicos 1. d) iuraverunt 2. *Edd.* e) uxoribus 2. f) apprehenderunt 2. g) violentiam 2. h) Hollandos 2. *Ed.* i) quoque *deest Edd.* k) invaserunt 2. l) *sta* 1. 2. 3; militum *Edd.* m) XCVIII. 1. n) sceleriter 1. o) ipsius 2. *Edd.* p) periculo 3. q) fugierunt 1. r) *sequentia usque ad finem cap. IX.* (ferve)bat autem seditionem *desunt* 1.

85) V. supra cap. 92. n. 67. 86) i. e. abstulit. 87) Cf. Zachar. 3, 2.

*congredi vobiscum. Mementote, quid contigerit habitantibus Mikilenburg, qui spreverunt conditiones pacis et provocaverunt me in suimet dampnum.* Tunc milites custodes presidii videntes, non esse locum pugne, eo quod hostes multi, auxiliarii vero essent pauci, impetraverunt conductum extra terminos Sclavie, et Pribizlavus recepit castrum.

4. *Suspendium Wertezlai*[a]. Audiens igitur Heinricus Leo dux, labefactari res in Sclavia, contristatus est animo et misit interim robur militum Zverin ad custodiendum eam. Et precepit Adolfo comiti et maioribus de Holzatia, ut transirent Illowe et essent tutamen castri. Post hec congregavit exercitum grandem et vocavit cognatum suum Adelbertum, marchionem orientalis Sclavie, et omnes fortissimos totius Saxonie in auxilium, ut redderet Sclavis malum quod fecerant. Sed et Waldemarum regem Danorum adduxit cum navali exercitu, ut vexaret eos terra marique. Et occurrit Adolfus comes duci cum omni Nordalbingorum populo iuxta Malacowe. Dux vero ubi transiit Albiam et attigit terminos Sclavorum, fecit Wertizlavum principem Sclavorum suspendio interfici prope urbem Malacowe, eo quod pessundaverit eum frater eius Pribizlavus, et prevaricatus fuerit promissiones pacis, quas pactus fuerat. Et precepit dux Adolfo comiti per nuncium, dicens: *Surge cum Holzatis et Sturmariis et cum omni populo qui tecum est, et precedite ducem usque in locum qui dicitur Viruchne*[88]. *Idem facturus est Guncelinus prefectus terre Obotritorum et Reinoldus comes Thetmarsie et Christianus comes de Aldenburg, que est in Amerland, terra Fresonum: hii omnes precedent tecum*[b] *cum armatorum numero qui ad ipsos pertinent.* Tunc abiit[c] Adolfus comes cum ceteris nobilibus qui secum deputati fuerant iuxta imperium ducis, et venerunt in locum qui dicitur Viruchne et distat ab urbe Dimin fere duobus miliaribus, et metati sunt illic castra. Porro dux et ceteri principes morati sunt in loco qui dicitur Malacowe[d], secuturus post aliquot dies cum reliquo exercitu, cum veredariis ferentibus victualia, que exercitui sufficerent copiose. Universus vero Sclavorum exercitus consederat in urbe[e] Dimin. Fueruntque principes eorum Kazemarus et Bugezlavus[f], duces Pomeranorum, et cum hiis Pribizlavus, auctor rebellionis, miseruntque nuncium[g] ad comitem, volentes per eum admitti ad conditiones pacis, et promiserunt tria milia marcarum. Rursum alios mittentes promiserunt duo milia. Et displicuit verbum hoc comiti Adolfo et dixit ad suos: *Quid vobis videtur, o viri sapientes? Qui heri promiserunt tria milia marcarum, nunc offerunt duo milia. Verbum istud non est querens pacem, sed adducens bellum.* Miserunt igitur Sclavi noctu speculatores in castra, explorare[h] statum exercitus. Aldenburgenses vero Sclavi fuerant cum Adolfo comite, sed insidiose, nam quecunque gerebantur in exercitu, remandaverunt[i] hostibus per manus exploratorum. Dixerunt ergo Adolfo comiti Marchradus, senior terre Holzatorum, et ceteri qui intellexerant verbum absconditum: *Auditu certissimo comperimus, quod hostes nostri preparent se ad bellum. Porro nostrates segnius agunt, nec in vigiliis nec in custodiis debitam exhibent diligentiam. Adhibe igitur cautionem populo, eo quod dux bene presumat de te.* Et dissimulavit comes ceterique nobiles et dixerunt: *Pax et securitas, emortua est enim virtus Sclavorum.* Defecit igitur in exercitu custodia. Moram autem faciente duce defecerunt exercitui alimenta, et destinati sunt pueri, qui deberent ire ad exercitum ducis propter victualia afferenda. Quibus primo diluculo iter aggressis, ecce in ascensu clivi apparuerunt cunei Sclavorum cum populo innumerabili tam equitum quam peditum. Quibus visis retorsere pedem pueri, et clamore valido dormientem suscitavere exercitum. Alioquin omnes mortem sompno copulassent. Tunc viri illustres atque militares, Adolfus atque Reinoldus cum paucissimis Holzatensium atque Thetmarsiensium, qui forte sompno exciti maturius accurrerant[k], exceperunt hostes in descensu clivi, et contrita est prima acies Sclavorum[l] ab eis, et percusserunt eos usque ad interiora stagni. Quos e vestigio subsecuta secunda Sclavorum acies operuit instar montium[m], et percussi sunt Adolfus comes et
1164. comes Reinoldus, et fortissimi quique ceciderunt[89]. Et obtinuerunt Sclavi castra Saxonum
Iul. 6. et diripuerunt predas castrorum. Porro Guncelinus et Christianus et cum eis amplius quam trecenti milites conglobati in unum continebant se in latere pugne, ignorantes quid agerent. Formidolosum quippe erat congredi cum tanto hoste, omnibus scilicet sociis aut interfectis

a) *ita index capitulorum cod.* 1. *addito cap.* XCIX. b) te R. c) adiit 2. d) Verthen 4. *In* 2. *lacuna hic reperitur.* e) urbe quae dicitur 2. f) Kazemar et Buggezlaf 2. g) nuncios *Edd.* h) ad explorandum 4. i) mandaverunt 2. k) occurrerant 2. l) Sclavorum *deest* 2. m) apparuit i. montis *Corner.*

88) Hodie Verchen, villa parrochialis sita in ripa fluvii Peene, ubi e lacu Cummerovensi exit. 89) Obierunt a. 1164 Iul. 6; v. Necrol. Luneburg., Mollenbecc., Hildeshem., Mindense.

aut fuga[a] disiectis. Accidit igitur, ut cuneus quidam Sclavorum veniret ad tabernaculum quoddam, ubi multi erant armigeri et equi plures. Quibus expugnandis cum valentius instarent, armigeri clamaverunt ad dominos suos, quorum globus fuit e vicino: *Quid statis, o fortissimi milites, et quare non succurritis servis vestris? Rem utique turpissimam agitis.* Qui concitati clamore servorum suorum insilierunt in hostes et quasi ceco furore pugnantes liberaverunt pueros suos. Deinde castris fortius immersi, difficile dictu est, quantos ictus dederint, vel quas[b] strages hominum fecerint, donec victrices illas Sclavorum acies disicerent[c] et reciperent castra, que perdiderant. Denique miscuit Deus Sclavis spiritum vertiginis, et ceciderunt de manibus optimorum militum. Et audierunt Saxones qui erant in latibulis, et egressi sunt, et resumpta audacia fortiter infusi sunt hostibus et percusserunt eos attritione magna nimis, et repletus est campus ille acervis mortuorum. Et venit dux festinanter, ut fieret suis presidio, et vidit ruinam que facta est in populo suo, et quia mortuus est comes Adolfus et fortissimi quique, et resolutus est in lacrimas multas. Sed dolorem eius mitigavit copiosior victoria et cedes Sclavorum maxima, qui ad duo milia et quingentos connumerati sunt. Precepit igitur dux, corpus Adolfi comitis concidi frustatim et assum condiri opere pigmentarii, quo posset circumferri et patriis[d] inferri monumentis[90]. Et impletum est vaticinium quod cecinit pridie quam pateretur, sepissime reiterans versum: *Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas*[91].

Sclavi igitur qui effugerant manus gladii[92] venerunt Dimin, et succenso castro illo potentissimo transierunt ad interiora Pomerane regionis, fugientes a facie ducis. Sequenti autem die venit dux cum exercitu universo Dimin et reperit castrum exustum, et collocavit illic[e] partem exercitus, ut deponerent vallum et adequarent solo, et ut essent presidio vulneratis, quibus opus erat cura. Ipse vero cum reliquo exercitu ivit in occursum Waldemari regis. Et abierunt sociata manu, ut depopularentur latitudinem Pomerane regionis, et venerunt ad locum qui dicitur Stolpe. Illic Kazemarus et Bugezlavus iam olim fundaverant abbatiam in memoriam patris sui Wertizlavi, qui ibidem et occisus et sepultus est. Ille primus inter duces Pomeranorum conversus est ad fidem per manus sanctissimi[f] Ottonis, Bavenbergensis episcopi, et ipse fundavit episcopatum Uznam[93] et admisit cultum christiane religionis in terram Pomeranorum[94]. Illuc igitur pervenit exercitus ducis, et non erat qui resisteret. Sclavi enim semper ultra progredientes diffugiebant a facie ducis, nusquam ausi subsistere pre formidine faciei eius.

5. *Sepulcrum Adolfi comitis*[g]. In diebus illis venit nuncius in terram Sclavorum, qui diceret duci: *Ecce legatus regis Grecie*[95] *cum multo comitatu venit Bruneswich, loqui tibi.* Ad hunc audiendum dux egressus est Sclaviam, omisso exercitu et prosperis expeditionis[h] successibus. Alioquin propter recentem victoriam et impetum faventis fortune[i] omne robur Sclavorum consumpsisset usque in finem et fecisset terre Pomeranorum, sicut fecit terre Obotritorum[k]. Omnis igitur terra Obotritorum et finitime regiones, que pertinent ad regnum Obotritorum, assiduis bellis, maxime vero hoc novissimo bello tota in solitudinem redacta est, Domino scilicet favente et dextram piissimi ducis semper[l] confortante. Si que Sclavorum extreme remanserant reliquie, propter annone penuriam et agrorum desolationes tanta inedia confecti sunt, ut congregatim[96] ad Pomeranos sive ad Danos fugere[m] cogerentur, quos illi nichil miserantes Polanis, Sorabis atque Boemis vendiderunt.

Postquam igitur dux exiens Sclavia dimisit exercitum, unumquenque in sua, corpus Adolfi comitis perlatum est Mindin ibique sancta devotione reconditum[97]. Cometiam vero tenuit Machtildis vidua eius cum filio tenello. Et immutata est facies terre huius, eo quod iustitia et quies ecclesiarum, sublato bono patrono, penitus infirmata videretur. Ipso enim superstite clero nichil durum, nichil asperum videbatur. Tantus erat fide, bonitate, prudentia atque consilio, ut universis videretur constructus virtutibus. Hic unus de bellatoribus Domini, et certe non infimus in funiculo sortis sue[98] utilis inventus est, exstirpans idololatrie super-

a) in fugam *Edd.* b) quantas *Edd.* c) disiacerent 2. d) patris *Edd.* e) ibi *Edd.* f) sancti *Ed.* g) *ex indice capitt. in* 1, *qui addit* capitulum C. h) expeditus S. expeditionis expeditus R. i) propter comitis mortem importunam, convocata fortitudine, omne *Edd.* k) fecisset terram Pomeranorum socios Obotritorum S. R. l) semper *additum ex* 2. m) confugere *Edd.*

90) Similia referunt An. Egmund. ad a. 1164. 91) Ps. 17, 3. 92) i. e. gladios. 93) Usedom. 94) Cf. supra l. I. cap. 40 f. 95) Manuelis Comneni. 96) i. e. gregatim. 97) Cf. Ann. Egmund. supra laudatos. 98) V. lib. I. cap. 88 in.

stitiones et faciens opus nove plantationis, quod fructificet in salutem. Novissime peracto boni itineris cursu pervenit ad palmam, portansque vexilla in castris Domini stetit pro defensione patrie et fide principum usque ad mortem. Rogatus, ut vite consuleret fuge compendio, vehementer detestatus est, manibus pugnans et voce Dominum orans, mortem libenter excepit ob virtutis amorem. Huius emulatione instigati illustres viri et optimi ducis boni satellites, Guncelinus atque Bernhardus, quorum unus Zverin, alter Racesburg preerat, fecerunt et ipsi opus[a] bonum, in funiculo partis sue[1] bellantes prelia Domini, ut suscitaretur cultus domus Dei nostri in gente incredula et idololatra.

6. *Restauratio Dimin*[b]. Pribizlavus ergo rebellionis auctor, paterne hereditatis factus extorris, consistebat apud duces Pomeranorum Kazemarum atque Buggeslavum, ceperuntque reedificare Dimin. Inde frequenter exiens Pribizlavus per insidias percutiebat fines Zverin atque Racesburg, et tulit captionem[2] multam tam de hominibus quam de iumentis. Cuius exitum observantes Guncelinus atque Bernhardus, pugnabant et ipsi de insidiis, et commissa creberrima pugna semper meliores inventi sunt, quousque perditis fortioribus viris et equis Pribizlavus nihil iam posset moliri. Et dixerunt ad eum Kazemarus et Buggezlavus: *Si tibi placet habitare nobiscum et uti diversorio nostro, cave, ne offendas oculos virorum ducis*[3], *alioquin propellemus te de finibus nostris. Iam pridem*[c] *enim duxisti nos, ubi percussi*[d] *sumus attritione maxima et perdidimus viros et urbes meliores. Nec hiis contentus iteratam super nos inducere vis principis iram?* Et cohibitus est Pribizlaus ab insania sua[e]. Humiliate sunt igitur vires Sclavorum, nec ausi sunt mutire[4] pre formidine ducis.

Et habuit dux pacem cum Waldemaro rege Danorum, et celebraverunt colloquia ad Egdoram sive Lubike pro commodis utriusque terre. Et dedit rex duci pecuniam magnam, eo quod pacarentur termini eius per ipsum a vastatione Sclavorum. Et ceperunt inhabitari omnes insule maris que ad regnum pertinent Danorum, eo quod pirata defecisset et confracte sint naves predonum. Et inierunt pactum rex et dux, ut quascunque gentes terra marique subiugassent, tributa socialiter partirentur.

Et increvit ducis potestas super omnes qui fuerunt ante eum, et factus est princeps principum terre. Et conculcavit colla rebellium et effregit munitiones eorum. Et perdidit viros desertores[5] et fecit pacem in terra et edificavit munitiones firmissimas et possedit hereditatem multam nimis. Preter hereditatem enim magnorum progenitorum, Lotharii cesaris et coniugis eius Richenzen multorumque ducum Bawarie atque Saxonie, accesserunt ei nichilominus multorum principum possessiones, ut fuit Heremannus de Winzeburg[f, 6], Sifridus de Hammemburg[g, 7], Otto de Asle[8] et alii quorum mentio excidit. Quid dicam de amplissima potestate Hartwici archiepiscopi, qui de antiqua Udonum[9] prosapia descendit? Nobile illud castrum Stadhen cum omni attinentia sua, cum cometia utriusque ripe[10] et cometia Thetmarscie vivente adhuc episcopo obtinuit, quedam quidem hereditario iure, quedam beneficiali; extenditque manum in Fresiam et admovit eis exercitum, et dederunt ei pro suimet redemptione quod postulati fuissent[11].

7. *Invidia principum de gloria ducis*[h]. Sed quia gloria parit invidiam et quia nil durabile in rebus humanis, tantam viri gloriam zelati sunt omnes principes Saxonie. Ille enim immensis divitiis locuples, clarus victoriis et propter geminum Bawarie et Saxonie principatum sublimis in gloria sua, omnibus Saxonie tam principibus quam nobilibus importabilis visus est. Sed manus principum formido cesaris continuit, ne concepta molimina transferrent in effectum. Postquam autem cesar quartam profectionem paravit in Italiam[12], et opportunitatem tempus adduxit, statim inveterata conspiratio processit in publicum et facta

a) opus *deest* 2. b) *ex indice capitulorum cod.* 1, *qui addit* capitulum CII. *Nulla hic sectio facta in* 2. c) dudum *Edd.* d) contriti sumus contritione *Edd.* e) *hic est sectio in* 2 f) *ita Edd.*; Wicenburg 2; Wittimburg 4. g) *ita* 2; Hammenb. *Edd.* h) *ex indice capitulorum cod.* 1, *qui addit* capitulum CIII.

1) V. lib. I cap. 88 in. 2) i. e. captivos, Germ. *Fang.* 3) 1. Samuel. 29, 7: *Non offendas oculos satraparum.* 4) *nec ausi sunt mutire.* Iosue 10, 21. 5) Conf. l. I. c. 34. 6) V. supra l. I. cap. 73. 7) Sifridus comes de Bomeneburg et Homburg e stirpe Northeimiana obiit a. 1144, cuius hereditas ab Hermanno de Winzenburg emta, per huius mortem in manus Heinrici ducis pervenit; v. Koken, Beiträge zur Niedersächs. Gesch. 8) Otto comes de Asle sive Asleburg vixit adhuc a. 1170. Terrae eius sitae erant in praefecturis Saldern et Steinbrück ducatus Brunswicensis. De titulo hereditatis v. Koken l. c. 9) sc. comitum de Stade. 10) sc. Albis fluvii, videlicet cometia terrae prope Stade et in dextera ripa in castro Haseldorpe et septem parrochiis adiacentibus, sive Haseldorper Marsch; v. Lappenberg Bremer Geschichtsquellen p. 21 not. 14 et eiusdem die Elbkarte des M. Lorichs p. 202—207. 11) V. infra cap. 8. 12) sc. a. 1166.

est coniuratio valida omnium contra unum. Fueruntque inter eos primi Wichmannus Magdeburgensis archiepiscopus[a], Heremannus Hildensemensis episcopus. Post hos fuerunt principes hii: Lodewicus provincialis comes Thuringie, Adelbertus marchio de Soltwedele et filius[b] eius, Otto marchio de Camburg[c. 13] et fratres eius, Adelbertus palatinus comes de Someresburg. Hos adiuverunt nobiles hii: Otto de Asle, Wedekindus de Dasenburg[d. 14], Christianus de Aldenburg, que est in Amerland. Super hos omnes prepotens ille Reinoldus, Coloniensis archiepiscopus et cancellarius imperii, insidiatus est duci, facie quidem absens et in Italia positus, sed totus[e] consilio expugnationi ducis intentus. Tunc principes qui erant in orientali Saxonia cum Thuringorum principe Lodewico obsederunt munitionem ducis que vocatur Aldeslef[15], et fecerunt contra eam[f] machinas multas. Porro Christianus comes de Amerland collecta Fresonum manu occupavit Bremam et omnes fines eius, et fecit motum magnum in occidentali regione. Videns igitur dux, quia consurgunt undique bella, cepit communire civitates et castra et ponere custodias militum in locis opportunis[16]. In tempore illo cometiam Holzatie, Sturmarie atque Wagire administrabat vidua Adolfi comitis cum filio adhuc tenello. Propter consurgentes autem bellorum motus posuit dux puero tutorem qui preesset armis, Henricum comitem, Thuringia natum, avunculum[17] pueri, virum scilicet impatientem ocii et totum armis deditum. Communicato quoque fidelium suorum consilio Pribizlavum principem Sclavorum[18], quem multis, ut supra dictum est, preliis expulerat provincia, admisit in gratiam, et reddidit ei omnem hereditatem patris sui, terram scilicet Obotritorum, preter Zverin et attinentia eius. Et fecit Pribizlavus duci et amicis eius securitatem fidelitatis, nulla deinceps bellorum tempestate corrumpendam, stare scilicet ad mandatum ipsius et observare oculos[19] amicorum eius absque omni offensione.

8. *Depredatio Bremensium*[g]. Tunc congregavit dux exercitum grandem et intravit orientalem Saxoniam, ut pugnaret cum inimicis suis in medio terre ipsius. Et viderunt quia venit cum manu forti et timuerunt occurrere illi. Et fecit plagam magnam in terra hostili et vastavit eam incendiis et depredationibus[h], et pervagatus est terram usque ad muros Magdeburg. Deinde convertit exercitum in occidentales partes, ut comprimeret tumultum Christiani comitis, et improvisus venit Bremam et cepit eam. Tunc[i] fugit Christianus comes in abditas Fresie paludes. Et irrupit dux Bremam et depredatus est eam. Et transfugerunt cives eius in paludes, eo quod peccassent adversus ducem et iurassent Christiano, et posuit eos dux in proscriptionem, quousque interventu archiepiscopi mille et eo amplius marcis argenti pacem indempti sunt[20]. Christianus autem comes post paucos dies mortuus est[20*], et sopita sunt mala rebellionis eius molimine suscepta.

Grassantibus igitur usquequaque civilibus bellis, Hartwicus archiepiscopus decreverat apud se declinare tumultum consurgentis belli, et sedit Hammemburg solitarius et quietus, structuris claustralibus et ceteris ecclesie sue commodis intentus. Tunc Coloniensis archiepiscopus ceterique principum mandaverunt ei per scripta[k], ut revocaret ad cor omnes pressuras, quibus attrivisset eum dux: nunc tandem venisse tempus, quo possit auxilio principum recuperare statum honoris sui, patere sibi urbem Stadhen et ereptam cometiam, si manus principum adiuverit. Hartwicus igitur archiepiscopus. multis experimentis edoctus, fortunatum semper in preliis ducem esse, ambiguam quoque principibus inesse fidem et se

a) episcopus *Edd.* b) filii *Edd.* c) *ita et Kirchberg.* d) Daseburg 2. e) totus *deest* 2. f) eum 2. g) *ex indice capitulorum cod.* 1, *qui addit* capitulum CIIII. h) rapinis 3. i) et 2. k) literas *Edd.*

13) Intelligendum esse Ottonem marchionem Misnensem, cui castrum Camburg situm in ripa fluvii Saale pertinebat, iam censuit Böttiger, Heinrich der Löwe p. 243. In chartis a. 1154 et 1156 audit marchio seu comes de Camburg; v. Wolf, Gesch. des Eichsfelds I, n. 6 et Thuringia sacra pag. 330. 14) Dasenburg, castrum dirutum prope fluvium Diemel Wedekindus ille erat de Swalenberg, cui propter necem Theoderici comitis de Huxaria dux Heinricus a. 1157 castrum illud, quod in beneficio hucusque ab ipso tenuerat, ademit; v. Jaffé, Mon. Corbei. pag. 595 et omnino Wigand, Archiv I, 2. p. 25 sq. et infra c. 11. 15) Neu-Haldensleben iuxta fluvium Ohre, cf. An. Pegav. et Magdeb. a. 1167. 16) Cf. Ann. Stad. a. 1167. 17) Avunculi voce noster hic fortasse pro per matrem cognato usus esse videtur; vitricus pueri audit apud Arnoldum II, 6. E genere comitum de Schwarzburg eum oriundum fuisse, nuper recte divinatus est Cohn in Gött. Gel. Anz. 1866, p. 608. 18) In diplomatis a. 1171 sqq. dicitur princeps de Mekelenburg vel rectius, ut videtur, de Kizin, v. Meklenb. U. B. I, n. 100. 101. 113. 19) i. e. nutum, mandatum. 20) pro *adepti sunt*, v. supra l. I, c. 38. 20*) sc. a. 1167, v. Ann. Stadens. h. a.

huiusmodi sponsionibus sepe delusum, fluctuare cepit animo. Provocabat[a] eum recuperandi honoris cupido, sed deterrebat eum sepe comperta mobilitas principum. Herebat interim superficies amicitiarum, et pax sonabat in verbis. Verumptamen castra sua Vriborg et Horeborg communire cepit archiepiscopus et congessit illic apparatum armorum et escarum, que sufficerent in menses et annos.

9. *Expulsio Conradi episcopi*[b]. Circa hos dies Conradus Lubicensis ecclesie episcopus morabatur apud archiepiscopum et pendebat in ipso summa consilii[21] Et perlatum est ad ducem, quia non sentiret ea que pacis sunt[22], sed que ad destructionem ducis, et quia suggerit[c] archiepiscopo, ut transeat ad principes et rescindat amicitias, quas pepigerat cum duce. Volens igitur dux rem certius nosse, vocavit eum ad colloquium Ertheneburg. At ille declinans[d] iram potentis, declinavit in Fresiam veluti fungens legatione archiepiscopi. Quem demum redeuntem dux secundo vocavit. Conductu ergo domni archiepiscopi et domni Bernonis Magnipolitani occurrit duci apud Stadhen, auditurus verbum eius. Et convenit eum dux super hiis que ad ipsum perlata fuerant, qualiter scilicet verbis malis derogaverit honori suo et dederit consilium adversus eum in malum. Affirmat episcopus, se nihil horum recognoscere. Multis ergo verbis hinc et inde habitis, cupiens dux convulsas amicitias resarcire et episcopum iam olim sibi dilectum tenacius colligere, cepit ab eo familiariter exigere hominii debitum, quod sibi imperiali donatione permissum in superioribus ostensum est, in hiis videlicet Sclavorum provinciis quas ipse iure belli in clipeo suo et gladio possederat[23]. Ad huius propositionis verbum vir magnanimus resiliit, dicens: modicam esse stipem[e] ecclesie sue, nunquam se huius intuitu libertatem suam occupaturum aut cuiuslibet potestati submissurum. E converso proponit dux omnino, aut loco cedere aut propositis parere. Cumque fixus in sententia maneret episcopus, precepit dux obcludi ei introitum parrochie sue et omnes reditus episcopales tolli. Post discessum ergo ducis locutus est archiepiscopus ad Conradum episcopum: *Existimo, quod non sit cautum vobis consistere apud nos propter satellites ducis, in quorum medio sumus. Quin potius consulite honori nostro et saluti vestre et transite ad Magdeburgensem archiepiscopum*[24] *et principes, ut possitis evadere manus inimicorum vestrorum. Ego quoque post paucos dies prosequar*[25] *vos et peregrinabor cum peregrinante.* Et fecit iuxta consilium archiepiscopi et transiit ad Magdeburgensem archiepiscopum et mansit apud eum ferme duobus annis Inde abiens in Franciam visitavit Cisterciense concilium et reconciliatus est Alexandro pape per manus Papiensis episcopi, qui fuit partium Alexandri, et eiectus de sede sua morabatur in Claravalle[26]. Deditque pontifici in mandatis, ut prebita sibi facultate, aut ipse iret ad Alexandrum aut legatum dirigeret. Hiis ita peractis reversus est Magdeburg, et invenit ibi Hartwicum, Hammemburgensem archiepiscopum, nam et ipse loco cesserat, et manserunt apud Magdeburgensem archiepiscopum diebus multis.

Verumptamen milites Hartwici archiepiscopi, qui erant in castris Horeborg et Vriborg, faciebant frequentes excursus et faciebant incendia et predas in possessionibus ducis. Quamobrem dux transmissa militia occupavit Vriborg et fregit munimenta eius et adequavit eam solo et fecit tolli omnes reditus episcopales, non[f] reliquit ex eis parvas reliquias. Soli qui erant in castro Horeborg continuerunt se usque ad reditum archiepiscopi, eo quod locus esset munitus propter paludosas voragines. Fervebat[g] autem seditionum seva tempestas per omnem Saxoniam, contendentibus scilicet universis principibus adversus ducem. Et facte sunt captiones militum et demembrationes et eversiones urbium atque domorum et incendia civitatum. Et addita[h] est Goslaria principibus. Et precepit dux custodiri vias, ne quis frumentumiuducer et Goslarie, et esurierunt valde.

10.[i] *Intronizatio Calixti pape*[27]. In diebus illis Frethericus imperator morabatur in

a) quidem *addit* 4. b) *ex indice capitulorum cod.* 1, *qui addit* capitulum CV. c) *leg.* suggerat. d) male suspicans 4. e) stirpem 2. f) *leg.* et non, *sive* nec. g) fervellbat *hinc rursus* 1. h) addita *postmodum a correctore cod.* 1 *adiectum.* i) CVI. 1.

21) Eadem fere verba reperies apud Adamum Bremens. l. II. c. 9 coll. l. III. c. 33. not. 76. 22) V. supra cap. 49. not. 95; *rogare quae pacis sunt*, Ev. Lucae c. 14. v. 32. 23) Vid. l. I. c. 87. Similiter Iosue 24, 12 *in gladio et in arcu.* 24) Wichmannum. 25) i. e. sequar. 26) Syrus hic fuisse videtur, Papiensis episcopus, seu ut alii volunt, Papiae vicarius generalis circa annos 1160—1166, qui partibus Alexandri III. papae adhaerebat, dum Petrus Toscanus, episcopus Papiensis 1148—1178, antipapas veneratus est. V. Ughelli Italia sacra T. I. p. 1091 sq. 27) In toto hoc capite Helmoldus Calixtum nominat loco antecessoris sui Paschalis III.

Italia. Et contrite sunt rebelliones Longobardorum a formidine[a] virtutis eius, et effregit civitates multas populosas atque munitas, et[b] abusus est[28] Longobardia supra reges qui fuerunt ante eum diebus multis[b], et convertit faciem suam, ut iret Romam, ad fugandum Alexandrum et statuendum Calixtum[29]. Paschalis enim brevi tempore vivens defunctus erat. Cesar igitur obsidens Ianuam[30], que fuerat partium Alexandri, premisit Reinoldum 1167. Coloniensem et Christianum Mogontinum, et partem exercitus iussit preire Romam. Et venerunt Thusculanum[c], que non longe est a Roma. Quorum introitu comperto, Romani exierunt cum immenso exercitu, pugnaturi propter Alexandrum, et egressus Reinoldus et Teutonicus miles pugnaverunt pauci contra innumeros et obtinuerunt[31] Romanos et percusserunt ex eis ad duodecim milia et persecuti sunt fugientes usque ad portas Urbis[32]. Et corrupta est terra propter cadavera occisorum, et permanserunt mulieres Romanorum vidue in annos multos, eo quod defecissent viri habitatores Urbis. Ipsa die qua hec gesta sunt Rome, pugnavit cesar cum Ianuanis et obtinuit victoriam, compos effectus civitatis. Et assumpto exercitu abiit Romam, et invenit Reinoldum et exercitum, quem premiserat, letantem de salute suimet et de ruina Romanorum. Et admovit exercitum, ut caperet Romam, et obpugnavit domum beati Petri, quia presidium Romanorum illic erat, et iussit ignem portis immitti et abegit Romanos a turribus per vaporem fumi. Et obtinuit templum et replevit edem interfectis. Et intronizavit Calixtum in cathedram et egit illic celebritatem beati Petri ad vincula. Admovitque manum Lateranensibus, ut destrueret eos, dederuntque Aug. 1. ei pro vita simul et civitate, quicquid postulati fuissent. Coacti ut comprehenderent Alexandrum, non prevaluerunt, eo quod noctu fugam inisset. Et accepit filios nobilium obsides, ut de cetero obedientes essent Calixto fide irreprehensa.

Secuta est hos cesaris prosperos eventus repentina calamitas. Tanta enim pestilentia subito Romam invasit, ut infra paucos dies universi pene interirent. Mense enim Augusto pestifere nebule in partibus illis consurgere dicuntur. Mortui sunt ea pestilentia Reinoldus Coloniensis[33], Heremannus Verdensis[34], qui erant duces[d] consilii; preterea nobilissimus adolescens[e], filius Conradi regis[35], qui duxerat unicam filiam Heinrici ducis nostri, insuper multi episcopi, principes et nobiles ipso tempore interierunt. Cesar cum residuo exercitu reversus est in Longobardiam. Illic positus audivit motum, qui fuit in Saxonia, et missa legatione frequentibus induciis repressit surgentem seditionem, quousque preteriret tempus, et ipse liberaretur ab expeditione Italica.

In tempore dierum illorum misit Heinricus, dux Bawarie et Saxonie, legatos in Angliam, et adduxerunt filiam regis Anglie cum argento et auro et divitiis magnis, et accepit eam dux in uxorem[36]. Separatus enim fuerat a priore coniuge, domna Clementia, propter cognationis titulum[37]. Habuit autem ex ea filiam[f], quam filio Conradi regis dedit in matrimonium, qui etiam modico supervixit tempore, preventus inmatura morte in Italica expeditione, ut supra dictum est.

11.[g] *Concordia principum et ducis.* Emenso igitur post hec non longo intervallo, videntes Longobardi, quia corruissent columpne regni et defecisset robur[h] exercitus, conspiraverunt unanimiter adversus cesarem et voluerunt interficere eum. Ille presentiens dolos clam recessit a Longobardis et reversus in Teutonicam terram, indixit curiam Bavemberg[38], vocatisque universis principibus Saxonie coarguit eos de violatione pacis, dicens, tumultum Saxonie dedisse Longobardis materiam defectionis. Multis itaque dilationibus, multa pru-

a) fortitudine 2. b) et abusus *usque ad* multis *desunt* S. R. c) Tusculum R. d) ducis 1. e) *in* 2 *lacuna hic aspicitur.* f) *in* 2 *hic lacuna pro supplendo nomine adest.* g) CVII. 1. h) rubur 1.

28) i. e. depraedatus est, sicut supra I, c. 53. 29) Rectius Paschalem III, qui obiit anno 1168. Sept. 20. 30) Non de Genua, quae Friderici tunc partibus favebat, sed de Ancona hic loqui voluit Helmoldus. V. Oberti Annales a. 1167. Ottonem de S. Blasio. 31) Conf. l. l. c. 92. 32) 1167. Maii 30. 33) Reinoldus obiit 1167. Aug. 14. 34) Hermannus obiit 1167. Aug. 11. 35) Fridericus de Rothenburg, cui ducis filia secunda, non vero unica, Gertrudis anno 1166 nupta fuit, quam postea Canutus rex Daniae duxit; v. infra c. 14. 36) Mathildam, filiam primogenitam regis Heinrici II, quam dux 1168 Febr. 1. in civitate Minden ad Wiseram subarravit. V. orig. Guelf. T. III. pag. 504. De legatis supra memoratis v. Ann. Egmund. ad a. 1167. 37) Quam cognationem v. apud Wedekind Noten T. I, p. 177. 38) Haec curia, nisi Helmoldus fortasse in nomine loci erravit, celebrata est ante a. 1168. Iul. 1, ubi testantibus Ann. Col. max. imperator Francoforti ducem et principes Saxoniae ad pacem revocavit. Cf. Ann. Stad., qui *Bameburg* pro *Bamberg* dicunt. Plane alia est curia Bamberg, post mortem Hartwici archiepiscopi Hamburgensis a. 1169 pentecost. celebrata. Ann. Col. max.

dentia[a] et consilio dissensiones, que erant inter ducem et principes, ad conventionem pacis inclinate sunt, et cesserunt omnia iuxta placitum ducis, et ereptus est a circumventione principum[39] absque omni suimet diminutione. Et revocatus est domnus Hammemburgensis
1168. archiepiscopus in sedem suam, tactusque infirmitate infra paucos dies obiit[40], et extincta est
Oct. 11. morte illius vetus controversia, que fuit super comecia Stathensi, et possedit eam dux de cetero absque omni contradictione. Conradus quoque Lubicensis episcopus interventu cesaris meruit redire in parrochiam suam, ea scilicet conditione, ut sopita priori obstinacia[b], exhiberet duci que iusta sunt. Potitusque reditu in gratia[c] ducis, mutatus est in virum alterum. Didicit enim in his que ipse passus est. compati fratribus suis et de cetero pronior esse in humanitatis[d] officio. Clerum nihilominus defensavit a circumventione principum et potentum, precipue vero de manibus Henrici comitis Thuringi, qui nec Deum nec homines reverens aspirabat in[e] bona sacerdotum.

Cum autem omnis bellorum motus, auctore Deo, rediret in serenam pacis quietem, Wedekindus[e*] de Dasenberg[f] recusavit pacem, quam locuti sunt principes. Hic enim ab adolescentia sua ad malum strennuus, semper militie usum in rapinas detorserat. Sed ne malum posset, quod voluit, ducis refrenatione acrius tenebatur. Captus enim aliquando et in vincula coniectus fidem dederat[g], ut de cetero temperaret a rapinis et staret ad mandatum ducis sincero obsequio. Sed ille ingruente tempore belli, pollicitationis immemor in ducem omnibus acrius desevit. Ceteris igitur ad pacem reductis, hunc singularem ferum[41] dux obsedit in castro Dasenberg. Sed cum omnem obsidionis et machinarum violentiam mons altior eluderet, misit dux et vocavit viros industrios de Rammelsberg[42], qui aggressi rem difficilem et inauditam, perfoderunt radices montis Dasenberg, et interiora montis collustrantes repererunt puteum, unde castellani hauriebant aquam. Quo obturato, defecit aqua castellanis, et necessitate constrictus Wedekindus dedit[h] se et castrum in potestatem ducis, ceteri dimissi dispersi sunt, unusquisque in terram suam.

12.[i] *De Zvantevit Ruianorum simulachro.* In tempore illo congregavit Waldemarus, rex Danorum, exercitum grandem et naves multas, ut iret in terram Rugianorum ad subiugandum eam sibi. Et adiuverunt eum Kazemarus et Buggezlavus[k], principes Pomeranorum, et Pribizlavus princeps Obotritorum, eo quod mandasset dux Sclavis ferre auxilium regi Danorum, ubicunque forte manum admovisset subiugandis exteris nationibus. Prosperatum est igitur opus in manibus regis Danorum, et obtinuit terram Rugianorum in manu potenti[43], et dederunt ei pro sui redemptione quicquid rex imposuisset. Et fecit produci simulachrum illud antiquissimum Zvantevith[l], quod colebatur ab omni natione Sclavorum, et iussit mitti funem in collo[m] eius et trahi per medium exercitum in oculis Sclavorum, et frustatim concisum in ignem mitti. Et destruxit fanum cum omni religione sua et erarium locuples diripuit. Et precepit, ut discederent ab erroribus suis, in quibus nati fuerant, et assumerent cultum veri Dei. Et dedit sumptus in edificia ecclesiarum, et erecte sunt duodecim ecclesie in terra Rugianorum et constituti sunt sacerdotes, qui gererent populi curam in hiis que Dei sunt. Et affuerunt illic pontifices Absalon de Roschilde et Berno de Magnopoli. Hii adiuverunt manus regis cum omni diligentia, ut fundaretur cultus domus Dei nostri in natione prava atque perversa[44]. Erat autem tunc temporis princeps Rugianorum[n] vir nobilis Iaremarus, qui audita veri[o] Dei cultura et fide catholica alacriter ad baptisma convolavit[45], precipiens omnibus suis etiam, secum sacro baptismate renovari. Ipse vero factus christianus tam in fide firmus, quam[p] in predicatione erat stabilis, ut secundum Paulum iam a Christo vocatum videres, qui fungens vice apostoli gentem rudem et beluina rabie sevientem partim predicatione assidua, partim minis ab innata sibi feritate ad nove conversationis religionem convertebat[q].

a) providentia *Edd.* b) obstinatione R.; abstinentia 2. c) gratiam *leg. Heum.* d) humilitatis *Edd.* e) ad *Edd.* e*) Wedekinus 1. 2. f) Dasenburg *Edd.* g) dedit *Edd.* h) dedidit *Edd.* i) CVII. 1. k) Buggezlaphus 1. l) Suentevich 2. m) collum *Ed.* n) Ruianorum 1. o) vera *Edd.* p) tam *Edd.* q) *verba:* Erat autem tunc *usque ad* convertebant *plane desunt* 2.

39) De curia Wurtzburg celebrata 1168 m. Iul. v. chartam Friderici (Böhmer Regesta n. 2529) dicentem: *in generali curia Wurtzburg celebrata, ubi inter discordes principes Saxoniae — plenam reconciliationem perfecimus.* 40) Obiit 1168 Octobr. 11. 41) singulariter ferum, ferocissimum. 42) fossores metallici de Rammelsberg in montibus Harticis. 43) anno 1168; conf. infra cap. 13. 44) *natio prava atque perversa*, Philipp. c. 2. v. 15. *Generatio prava et perversa*, Deuter. c. 32. v. 5. Ev. Matth. c. 7. v. 17. 45) V. Ann. Magdeburg. a. 1167. Ann. Ryens. a. 1170.

De omni enim natione Sclavorum, que dividitur in provincias et principatus, sola Rugianorum gens durior ceteris in tenebris infidelitatis usque ad nostra tempora perduravit, omnibus inaccessibilis propter maris[a] circumiacentia. Tenuis autem fama commemorat, Lodewicum, Karoli filium[46], olim terram Rugianorum obtulisse beato Vito in Corbeia, eo quod ipse fundator extiterit cenobii illius. Inde egressi predicatores gentem Rugianorum sive Ranorum ad fidem convertisse feruntur, illicque oratorium fundasse in honore[b] Viti martyris, cuius venerationi provincia consignita[c] est. Postmodum vero ubi Rani, qui et Rugiani, mutatis rebus a luce veritatis aberrarunt[d], factus est error peior priore[47], nam sanctum Vitum, quem nos servum Dei confitemur, Rani pro deo colere ceperunt[e], fingentes ei simulachrum maximum, et servierunt creature potius quam creatori[48]. Adeo autem hec superstitio apud Ranos invaluit, ut Zvantevit deus terre Rugianorum inter omnia numina Sclavorum primatum obtinuerit, clarior in victoriis, efficacior in responsis. Unde etiam nostra adhuc etate non solum Wagirensis terra, sed et omnes Sclavorum provincie, illuc[f] tributa annuatim transmittebant, illum deum deorum esse profitentes. Rex apud eos modice estimationis est comparatione flaminis[49]. Ille enim responsa perquirit et eventus sortium explorat. Ille ad nutum sortium[g], porro rex et populus ad illius nutum pendent.

Inter varia autem libamenta sacerdos[h] nonnunquam hominem christianum litare[i] solebat, huiuscemodi cruore deos omnino delectari iactitans[50]. Accidit ante paucos annos, maximam institorum multitudinem eo convenisse piscationis gratia. In Novembri enim flante vehementius vento multum illic hallec[k] capitur, et patet mercatoribus liber accessus, si tamen ante deo terre legitima sua persolverint. Affuit tunc forte Godescalcus quidam sacerdos Domini de Bardewich, invitatus ut in tanta populorum frequentia ageret ea que Dei sunt. Nec hoc latuit diu sacerdotem illum barbarum, et accersitis rege et populo nunciat, irata vehementius numina, nec aliter posse placari nisi cruore sacerdotis qui peregrinum inter eos sacrificium offerre presumpsisset. Tunc barbara gens attonita convocat institorum cohortem, rogatque sibi dari sacerdotem, ut offerat deo suo placabilem hostiam. Renitentibus christianis, centum marcas offerunt in munere. Sed cum nil proficerent, ceperunt intentare vim et crastina bellum indicere. Tunc institores onustis iam de captura navibus, nocte illa iter aggressi sunt, et secundis ventis vela credentes tam se quam sacerdotem atrocibus ademere periculis.

Quamvis autem odium christiani nominis et superstitionum fomes plus omnibus Sclavis apud Ranos invaluerit, pollebant tamen multis naturalibus bonis. Erat enim apud eos hospitalitatis plenitudo, et parentibus debitum exhibent honorem. Nec enim aliquis egenus aut mendicus apud eos aliquando[l] repertus est. Statim enim, ut aliquem inter eos aut debilem fecerit infirmitas aut decrepitum etas, heredis cure delegatur plena humanitate fovendus[m]. Hospitalitatis enim gratia et parentum cura primum apud Sclavos virtutis locum optinent. Ceterum Rugianorum terra ferax frugum, piscium atque ferarum est. Urbs terre illius principalis dicitur Archona.

13.[n] *Transmutatio corporis et sanguinis.* Anno igitur incarnati verbi 1168 fundatum est opus nove plantationis in terra Rugianorum, et edificate sunt ecclesie et presentia sacerdotum illustrate. Servieruntque regi Danorum sub tributo, et accepit filios nobilium obsides et abduxit eos secum in terram suam. Hec autem acta sunt tempore quo Saxones civilia bella gerebant. Postquam autem Dominus pacem reddidit, confestim dux misit legatos ad regem Danorum, requirens obsides et medietatem tributorum que solvunt Rani, eo quod laudatum et iuramento firmatum esset, ut quascunque gentes rex Danorum expugnare voluisset, dux ferret auxilium et cum participatione laboris fieret etiam particeps

a) maria *mavult Heumann.* b) in honore *desunt* 2; in honorem *Edd.* c) insignita 2. d) oberrarunt 2. e) perceperunt 2. f) illic 1. 2. g) et *abundat Edd.* h) autem *addit* 2. i) libare 4. k) halec *Edd.* l) aliquando *deest Edd.* m) fouendis 1. n) CVIII. 1.

46) Conf. supra l. I. c. 6. Annal. Corbei. T. III. a. 844: *Lotharius* (sic!) *rex Rugiacenses Slavos devictos et rege ipsorum perempto Gestimulo tradidit suae novae Corveiae.* Conf. quae ad a. 844. Rudolfus Fuldensis et Ann. Xanten. de Gotzomiuzli Abodritorum rege, seu Gostimo Winithorum rege a Ludevico, Ludevici Pii filio, victo tradunt. 47) *error peior priore.* Ev. Matth. c. 27. v. 64. 48) *Nam S. Vitum . . . creatori.* Iisdem fere verbis de re eadem iam usus est noster supra l. I. c. 6. 49) *Rex — flaminis.* Ita et l. I. c. 6. 50) Eadem videsis supra l. I. c. 52.

emolumenti. Cumque rennuerit[a] rex et nuncii redissent inacti[51], dux ira permotus vocavit principes Sclavorum et mandavit, ut ultionem facerent de Danis. Vocati sunt et dixerunt: *Assumus*, et obaudierunt ei cum letitia qui misit illos. Et amoti[b] sunt vectes et ostia[c] quibus iam pridem conclusum erat mare, et erumpebat vadens et inundans et intentans excidium[d] multis Danorum insulis et regionibus maritimis. Et instaurate sunt predonum naves, et occupaverunt in terra Danorum insulas[e] opulentas, et saturati sunt Sclavi post diutinam inediam divitiis Danorum, incrassati inquam sunt, impinguati sunt, dilatati sunt! Audivi a referentibus, quod Mikelenburg[f] die fori de captivitate Danorum septingente numerate sint anime, omnes venales, si suffecissent emptores.

Porro tanti excidii calamitatem ostenderant presagia quedam. Sacerdos enim quidam in terra Danorum[g] que[h] dicitur Alfse[52] assistens sacro altari, cum sublevasset calicem sumpturus hostiam, ecce visa est in calice species carnis et sanguinis. Ille de timore tandem resumpto spiritu, non audens sumere insolite visionis speciem, transiit ad pontificem, ibi in conventu cleri calicem videndum obtulit. Et[i] cum multi dicerent, id factum divinitus ad confirmandam plebis fidem, pontifex altiori sensu protestatus est, gravem ecclesie imminere tribulationem et sanguinem christiani populi multum fundendum. Quotiens[k] enim sanguis martyrum effunditur, Christus denuo in membris suis crucifigitur. Nec prophetantis fefellere vaticinia. Vix enim preterierunt dies quatuordecim, et superveniens exercitus Sclavorum occupavit omnem terram illam, ecclesias subvertit et populum captivavit, omnem vero resistentem percussit in ore gladii.

Diu ergo siluit rex Danorum, dissimulans gentis sue ruinas. Reges enim Danorum segnes et discincti et inter continuas epulas semper poti vix aliquando sentiunt percussuras plagarum. Tandem veluti sompno excitus rex Dacie[l] congregavit exercitum et percussit partem modicam Circipane regionis. Filius quoque regis ex concubina natus, Christophorus nomine, cum mille, ut aiunt, loricis venit Aldenburg, que Danice dicitur Brandenhuse[m, 53], et percusserunt maritima illius. Ecclesiam vero cui deserviebat Bruno sacerdos non leserunt, nec attigerunt penitus bona sacerdotis. Recedentibus igitur Danis Sclavi e vestigio prosecuti sunt et dampna sua ultione decupla compensaverunt. Dania enim maxima ex parte in insulas dispertita est, quas ambit mare circumfluum, nec facile caveri possunt insidie piratarum, eo quod illic[n] sint promontoria latebris Sclavorum aptissima, unde clam egredientes percutiunt de insidiis incautos. Sclavi enim clandestinis incursibus[o] maxime valent. Unde etiam recenti adhuc etate latrocinalis hec consuetudo adeo apud eos invaluit, ut omissis[p] penitus agriculture commodis ad navales excursus expeditas semper intenderint manus, unicam spem et divitiarum summam in navibus habentes sitam. Sed nec in construendis edificiis operosi sunt, quin potius casas de virgultis contexunt, necessitati tantum consulentes adversus tempestates et pluvias. Quotiens autem bellicus tumultus insonuerit, omnem annonam paleis excussam, aurum quoque et[q] argentum et preciosa queque fossis abdunt, uxores et parvulos munitionibus vel certe silvis contutant. Nec quicquam hostili patet direptioni nisi tuguria tantum, quorum[r] amissionem facillimam iudicant. Danorum impugnationes pro nichilo ducunt, immo voluptuosum existimant manum cum eis conserere. Solus eis dux est formidini, qui protrivit robur Sclavorum super omnes duces qui fuerunt ante eum, plus multo quam ille nominatus Otto[54], et misit frenum in maxillas eorum, et quo voluerit declinat eos. Loquitur pacem et obtemperant; mandat bellum et dicunt: *Assumus*.

14.[s] *Reconciliacio*[t] *regis Danorum et ducis.* Rex igitur Danorum perspecta calamitate gentis sue vidit tandem, quia bona est pax, et misit legatos ad fortissimum[u] ducem, rogans preberi sibi locum familiaris colloquii ad Egedoram[v]. Et venit dux ad expetitum placiti
1171 Iun. 24. locum in nativitate sancti Ioannis baptiste. Et occurrit ei rex Danorum et exhibuit se pronum ad omnem voluntatem ducis. Et recognovit ei medietatem tributorum et obsidum que

a) renueret *Edd.* b) admoti 1. 2. c) *supplendum* aperta, *nisi mavis legere* ab ostiis. d) exitium *Edd.* e) civitates 4. f) Mekelenburg 1. g) Danorum *deest* 1. h) qui 1. i) Et *deest Edd.* k) quoties *Edd.* l) Daniae *Edd.* m) Brandehuse *B.* n) ibi *Edd.* o) insidiis *Edd.* p) emessis 2. q) atque *Edd.* r) quarum 1. s) CIX. 1. t) reconsiliatio 1. u) fortissimum *deest* 1. v) Egdoram *Edd.*

51) re infecta. 52) insula Alsen. 53) Brammesiorum urbem eam appellat Saxo Grammat. l. XIV. pag. 340. 54) V. supra l. I. c. 9.

dederant Rani et de erario fani equam portionem, et ad singula que dux indicavit exigenda devote paruit rex. Et renovate sunt inter eos amicitie, et inhibiti sunt Sclavi, ne de cetero impugnarent Daniam. Et facti sunt vultus Sclavorum subtristes propter confederationem principum. Et misit dux nuncios suos cum nunciis regis in terram Ranorum, et servierunt ei sub tributo Rani. Et rogavit rex Danorum ducem, ut filiam suam, viduam Frederici nobilissimi principis de Rodenburg[a], daret filio suo, qui iam designatus erat rex, in uxorem[55]. Interventu itaque magnorum principum consensit dux et misit filiam suam in regnum Danorum; et facta est letitia magna in omnibus populis borealium nationum, iocunditas et pax simul orta est. Et mutatum est gelidum illud frigus aquilonis in lenes austri flatus et cessavit maris vexatio et detumuerunt procelle tempestatum. Et pacata est via transeuntibus a Dania in Sclaviam[b], et ambulaverunt mulieres et parvuli per eam eo quod submota sint offendicula et defecerint predones in via. Omnis enim Sclavorum regio incipiens ab Egdora, qui est limes regni Danorum, et extenditur inter mare Balthicum et Albiam per longissimos tractus usque[c] Zverin, olim insidiis horrida et pene deserta, nunc dante Deo tota redacta est veluti in unam Saxonum coloniam, et instruuntur illic civitates et oppida et[d] multiplicantur ecclesie et numerus ministrorum Christi. Pribizlaus quoque deposita diuturne rebellionis obstinacia, sciens quia non expedit sibi calcitrare adversus stimulum[56], sedit quietus et contentus funiculo portionis sibi permisse et edificavit urbes Mekelenburg, Ylowe et Rozstoc et collocavit in terminis[e] eorum Sclavorum populos. Et quia Sclavorum latrones inquietabant Teutonicos qui habitabant Zverin et in terminis eius, Guncelinus[57] prefectus castri, vir fortis et satelles ducis, mandavit suis, ut quoscunque Sclavorum invenissent incedentes per avia, quibus non esset evidens ratio, captos statim suspendio necarent. Et cohibiti sunt utcunque Sclavi a furtis et a latrociniis[f].

a) Radenburg 1. *Edd.* b) et e converso *addit* 4. c) usque ad *Edd.* d) et *deest Edd.* e) terminos 2. f) suis *addunt* 2. *Edd.*

55) sc. a. 1171. v. Ann. Stadens. h. a.; Ann. Colon. max. a. 1172. 56) Acta Apostol. c. 9. v. 5. 26. v. 14. 57) Guncelino ab Helmoldo titulus comitis nuspiam tribuitur, qui tamen in chartis inde ab anno 1161 ei adscribitur. V. in Meklenburg. U. B. I, n. 88.

# ARNOLDI
## ABBATIS LUBECENSIS CHRONICA
### RECENSUIT B. M. V. ILL. I. M. LAPPENBERG.

*Arnoldum quendam fuisse auctorem*[1] *chronici illius notissimi, excipientis Helmoldi opus „debito fine non consummatum"*[2], *quod in Germaniae septentrionalis vel maxime imperii Germanici Heinrico VI, Philippo, Ottone IV potissimum regnantibus, Daniae nec non aliarum terrarum rebus atque crucesignatorum inde ab a.* 1171 *usque ad a.* 1209 *cum in terram sanctam, tum in Livoniam expeditionibus illustrandis summi momenti est, ex ipsa auctoris ad Philippum Racesburgensem episcopum epistola, chronico praemissa compertum habemus. De cuius Arnoldi origine et pueritia nihil certi nobis constat praeter ea, quae ipse meminit „a patre et matre vere derelictum se esse, neminem umquam principum, neminem magnatum patrocinatum sibi esse, sed ipsum Dominum miseratorem et misericordem factum esse sibi adiutorem*[3]*". Lubecae eum vitam, certe vitae partem egisse, praecipua rerum Lubicensium scientia in chronico conspicua*[4]*, quin etiam ipsis eius verbis, cives Lubicenses suos appellantis, comprobatur*[5]*. Ordinis ecclesiastici, cui addictus fuerit, regulam primo non severe se observasse cum maxima confusione conqueritur*[6]*. Qui qualis fuerit disertis verbis non dixit, quanquam est cur putemus b. Benedicti fuisse. Certe singulari auctorem fuisse eruditione ipsum chronicon prodit, neque praetermisit commemorare, Heinrico imperatore Montem Casinum in Apulia attingente, illic „requiescere b. Benedictum*[7]*".*

*Iam saeculi XII. exeuntis clericos Lubicenses circumspicienti inter testes, qui adfuerunt donationi a Conrado episcopo canonicis maioris ecclesiae Lubicensis factae a.* 1170. *d. Nov.* 21.[8], *occurrit Arnoldus custos sive thesaurarius capituli Lubicensis. Quem a.* 1172, *electo in locum Conradi episcopi, prope Tyrum in expeditione ad terram sanctam facta defuncti*[9]*. Heinrico, abbate monasterii S. Aegidii Brunswicensis, una cum decano capituli Lubicensis Luneburgum ad Heinricum ducem, atque hinc Brunswigam, ut Heinricum abbatem certiorem de electione faceret, missum esse, in ipso chronico traditum est*[10]*. Idem a.* 1177, *cum Heinricus episcopus monasterio S. Iohannis euangelistae ordinis beati Benedicti modo constructo mansos quosdam in villis vicinis sitos et*

1) Cfr. quae de his in Archiv vol. VI. p. 566 sq. et in praefatione chronici versioni vernaculae praemissae disputavi. 2) V. epistolam chronico praefixam et l. VII. c. 20. 3) V. l. V. c. 13. 4) V. l. V. c. 25 ex., ubi auctor novit numerum virorum Lubicensium a. 1195 cruce signatorum. 5) V. l. V. c. 12. l. VI. c. 13. *circa tempus piscationis, quae in Sconia fieri solet, quam cives nostri frequentant.* 6) V. l. V. c. 13. 7) V. l. V. c. 5. 8) V. Leverkus Urkundenbuch d. Bisthums Lübeck I. n. 9. 9) l. I. c. 3. 10) l. I. c. 13.

*redditus offerret*[11], *una cum aliis clericis et laicis affuit. Iam cum post a.* 1177 *inter testes diplomatum ad res ecclesiasticas diocesis Lubicensis pertinentium Arnoldus custos non amplius occurrat, sed occurrat fere semper eiusdem nominis abbas, monasterio illi praefectus, haud est cur negemus, ad Arnoldum custodem „primi abbatis monasterii b. Iohannis in Lubeke“*[12] *munus delatum esse. Illud ne quis obiiciat, haud constare Arnoldum custodem regulam beati Benedicti professum esse! Constat enim capitulum Lubicense huic ordini fuisse addictum. Sunt tamen, qui Arnoldum abbatem monachum fuisse putent monasterii SS. Aegidii et Auctoris Brunswicensis, atque hinc accersitum ab Heinrico episcopo Lubicensi in monasterium beati Iohannis Lubicense. Quorum sententiae ex eo maior fides tribuenda esse videatur, quod accuratissime de obsidione civitatis Brunswicensis a.* 1200 *facta exponit*[13]*; tamen ne verbo quidem se ipsum ad monasterium S. Aegidii destructum pertinuisse prodit. Ipsa sententia petita est ex historia de duce Heinrico in eis, quae adiecit Helmoldi et Arnoldi chronicis, ex quibus saec. XIV compilata est, fide prorsus destituta: illud tantum constat, monachos quosdam monasterii illius Brunswicensis Lubecam vocatos esse*[14].

*Arnoldum abbatem haud parvi habitum esse inter clericos Lubicensis dioecesis ex diplomatis saeculo XII exeunte et XIII ineunte datis atque ex ipso de quo agitur chronico cognoscitur. Qui Heinrico episcopo, in ipso S. Iohannis monasterio aegrotanti atque defuncto a.* 1182 *d. Nov.* 29. *non defuit*[15], *a.* 1195 *d.* 18. *Iun. unus fuit ex arbitris ad controversiam de electione episcopi Swerinensis dirimendam vocatis*[16]. *Donationibus a.* 1197[17] *ab Adolfo III comite Holsatiae, a.* 1200 *d. Iunii* 9.[18] *a Theoderico episcopo Lubicensi, a.* 1201 *d. Iulii* 11.[19] *ab Adolfo comite, a.* 1211. 1212 *vel* 1213[20] *— deest enim chartae annus — ab Alberto comite Racesburgensi capitulo Lubicensi aut capellae b. Iohannis in canonicatum mutatae aut factis aut confirmatis testem eum adfuisse, ipsae chartae produnt. Neque monasterium ipsius curae commissum neglexit. Agente enim a.* 1181 *Lubecae Friderico imperatore, de manu eius suscepit curtes, quas in civitate, agros quos in campo civitatis habebat monasterium*[21]*; ex curtibus (areis) cum paulo post vendidisset quasdam, ipse constitutionibus promulgatis monasterio eorum redditus vindicavit*[22]. *Ipsas quoque monasterii possessiones ab Arnoldo abbate auctas esse ex chartis cognoscitur; a.* 1197 *enim d. Febr.* 3.[23] 200 *marcis argenti villam Lugendorp et silvam Grunswedighe, alias Papenholt, a.* 1201 *ineunte* 162 *marcis argenti villam Chuserestorp ab Adolfo III Holsatiae comite comparavit*[24]*; comes insuper Cuculune villam „cum omni iure et omnibus attinentiis praeter tres mansos Novae ecclesiae consignatos, additis quatuor ponderibus siliginis in superiori molendino, unum last allec et modio butiri in theloneo suo Lubeke“ donavit monasterio a.* 1210 *d. Dec.* 4.[25] *Papas quoque Arnoldo abbate regnante „tenellam Heinrici episcopi plantationem“ fovisse, testantur eorum chartae, suscepit enim Coelestinus III. a.* 1191 *d. Maii* 23. *rogatus ab Arnoldo monasterium „sub b. Petri et sua protectione“ munivitque pluribus privilegiis*[26]*; Innocentius III. monasterii patrocinium a.* 1207 *suscepit*[27]*;*

11) V. Urkundenbuch d. Stadt Lübeck Bd. I. n. 5 et I. II. c. 5. 12) Verba sunt diplomatum a. 1201 datorum l. l. n. 9 et 10. 13) l. VI, c. 4. 14) V. quae de Historia de duce Heinrico egi in Archivi nostri T. VI. p. 657 sq. Hanc quoque prae oculis habuit G. Rynesberch in Bremisch. Chroniken p. 65. 15) l. III, 3. 16) V. Meklenb. Urkundenb I. n. 158. 17) Leverkus Urkundenb. d. Bisthums Lübeck I. n. 18. 18) ib. n. 20. 19) ib. n. 21. 20) ib. n. 26; cfr. Lisch Iahrbücher d. Vereins f. Meklenb. Geschichte XIV. p. 193 sq. 21) l. II. c. 21 fin. 22) V. Urkundenbuch d. Stadt Lübeck I. n. 6. 23) ib. II. n. 1. 24) ib. I. n. 9 et 10. 25) ib. II. n. 4. 26) ib. I. n. 8. 27) ib. II. n. 2.

*idem a.* 1208 *inter monasterium et urbem de piscina quadam controversia orta, arbitros Swerinensem et Racesburgensem episcopos cum abbate Luneburgensi constituit*[28]. *Arnoldus abbas, quo anno vita excesserit, ignoratur; illud tantum constat, nomen eius postremo inter testes diplomatis Alberti comitis Racesburgensis post a.* 1211, *ante a.* 1213 *dati, nomen Gerardi abbatis secundi*[29] *primo in diplomate a.* 1214 *dato occurrere*[30]; *videtur igitur a.* 1213 *vel* 1214 *ineunte obiisse.*

*Arnoldum, quem ex custode capituli Lubicensis abbatem monasterii b. Iohannis euangelistae factum esse supra conati sumus demonstrare, auctorem esse chronici — id quod saeculo XV putavisse librarios comprobant eorum in libris manuscriptis inscriptiones, atque nunc omnium ore fertur — certo testimonio destitutum quidem, sed fide dignissimum est. Etenim continetur in chronico aetatis, qua Arnoldus abbas vixit, historia, referuntur in eo de monasterii, cui praefuit, historia, quae potissimum erant relatu digna*[31]; *abbatis, ubi eius mentionem iniicit, nomen ipsum cur tacuerit auctor*[32], *ceterum in nominibus diligentissimus, non est, nisi ipse fuerit. Quae de canonicorum Lubicensium ad Heinricum abbatem legatione narrantur, inter quos Arnoldus custos fuit, nisi ab eo qui praesens interfuerit, referri non potuisse, nemo negabit.*

*Provectioris iam aetatis fuisse Arnoldum, cum Helmoldi continuandi opus aggrederetur, ipsa epistola ad Philippum Racesburgensem episcopum data comprobatur; qui a.* 1204 *est electus: bullam Innocentii III. papae litem inter episcopum Livoniensem et Christi milites dirimentem*[33] *cum nondum noverit, ante a.* 1210 *chronicon eum perfecisse manifestum est.*

*Arnoldus in universum iudicanti inter fide dignissimos suae aetatis auctores referendus est: quamquam nonnulla tradidit fide prorsus destituta, veluti duellum inter Drogonem et Helyam in obsidione urbis Anikke commissum*[34] *et notissimam illam de Heinrico primo, rege avium, narrationem ad Heinrici IV. tempora relatam*[35] *de aemulo quodam imperii. Conferas etiam quod habet de Thoma episcopo Cantuariensi l. I. c.* 14, *sicut etiam miracula quaedam narravit*[36] *et in aliis quoque fabulosius exponit*[37]. *Minor quoque fides eis habenda, quae de terris longius remotis, etiam de gestis imperatorum rettulit. In his enim et non paucos errores etiam graviores commisit, sicut de Friderici rebus a.* 1176 *gestis, de curia a.* 1184 *Moguntiae habita*[38] *et res gestas brevius atque inaccuratius exposuit*[39]. *Econtra alibi etiam in his prae ceteris fides ei habenda est; cfr. l. VII. c.* 12. *n.* 4. *Attamen summi momenti sunt, quae ab amicis et familiaribus comperta habuit de eis quibus interfuerunt et chronico inseruit. Videtur enim multa ex eis quae de Heinrico Leone retulit debere Heinrico episcopo Lubicensi, cum praeesset monasterio S. Aegidii Brunswicensi, ducem in itineribus comitato*[40], *multa Conradum episcopum Lubicensem, postea Friderici imperatoris cancellarium et episcopum Hildensemensem, communicasse secum ipse profitetur*[41]. *Tamen in iis quoque quae ad Heinrici Leonis suorumque res pertinent atque in rebus septentrionalibus in quibusdam erravit, in aliis inaccuratius exposuit; confer de obsidione Haldesleben l. II. c.* 11, *de bello inter Danos et Slavos gesto l. III. c.* 7. *Expeditionibus in terram sanctam a Friderico I. et Heinrico VI. factis cum Adolfus comes Holsatiae*[42], *expeditioni Heinrici VI. cum* 400 *viri Lubicenses adfuerint*[43], *haud profecto defuerunt qui*

28) Urkundenb. d. St. Lübeck II, n. 3. 29) ib. I, n. 15. 30) V. Leverkus l. l. n. 28. 31) V. l. II. c. 5. 21. 32) V. l. II. c. 21. 33) V. notas ad l. V. c. 30. 34) l. I. c. 11. 35) l. II. c. 18. 36) l. V. c. 14. 15. 37) l. II. c. 1. VII. c. 12. 38) l. II. c. 2. l. III. c. 9. 39) Cfr. l. VI. c. 2. 4. 5. 8. VII. c. 1. 5. 40) l. I. c. 1. 41) l. III. c. 6. 42) l. V. c. 1. 43) l. V. c. 25.

*abbati res ibi gestas referrent aut diaria sua et notata oculis eius subiicerent. Ex iis praecipue quae de ipsius Adolfi comitis a.* 1196 *gestis accuratissime exponit, testibus oculatis eum usum esse apparet*[44]. *Tamen in singulis, quae longius est enumerare et inscitia et inaccuratius exponendo errores plurimos commisit, ex quibus quod de coronatione Saladini nugatur*[45] *potissimum mirari debemus.*

*Praeterea litteras quasdam chronico inseruit suae aetatis historiam et res gestas illustrantes, l. I. capituli Lubicensis ad Heinricum electum Lubicensem datas*[46], *l. IV. Clementis papae III. epistolam ad expeditionem in terram sanctam faciendam hortantem*[47], *l. VI. duas Balduini de rebus a crucesignatis Constantinopoli gestis a.* 1203 *et* 1204[48], *l. VII. duas Innocentii III. papae ad Ottonem IV. regem datas*[49]; *chartas, praeter monasterii sui fundatoriam*[50], *cuius ipsa verba chronico inseruit, novisse non videtur. Adiiciendae duae: altera Conradi cancellarii electi Hildensemensis ad Herbordum Hildensemensem praepositum „de statu Apuliae et de operibus vel artibus Virgilii", plena fabulis et erroribus*[51]; *altera de statu Aegypti vel Babyloniae et terrae sanctae, scripta a Burchardo, neque vero Gerardo, ut in Arnoldi libris manuscriptis perperam scriptum est, vicedomno Argentinensi, a.* 1175 *ad Salahadinum soldanum misso*[52]. *Num praeterea etiam ex fontibus scriptis hauserit, suo iure dubitari potest, neque ipse alicuius scriptoris auctoritatem laudat. Tamen paucis locis similitudo aliqua intercedere videtur eius cum scriptoribus coaetaneis, prae ceteris cum Ann. Coloniensibus maximis, qui ab a.* 1176 *usque ad a.* 1218 *ab eadem manu coaetanei auctoris scripti sunt (T. XVII. p.* 726*)*[53]. *Ex quibusdam locis etiam chronico quodam Saxonum usus esse videtur, quum propius accedat ad chronicum rythmicum Brunswicense et ad chronicum dictum Repgowiense*[54]. *Denique quod ad compositionem operis totius attinet, plerumque series rerum bene cohaeret aut digressiones ipsa re intelligi possunt. Quo magis mirandum est, seriem quibusdam locis plane violatam esse, sicut l. V. c.* 18. *l. VI. c.* 4, *ubi Absalonis archiepiscopi Lundensis et Ludolphi Magdeburgensis mortem refert, temporis seriem omittens.*

*Parti Guelforum magis quam Ghibellinorum auctorem, familiarissimum Heinrico episcopo Lubicensi, a quo scholam Hildensemensem aut Brunswicensem moderante*[55] *videtur educatus esse, fuisse addictum nemo mirabitur: attamen partium studio ductum eum historiam non scripsisse Heinrici VI. et Philippi regum, historiam ubi perlustraveris, sponte in oculos incurrit: certe acerbius illud de rege adolescente, servis suis clericum quendam, insolentius, ut videtur, agentem, vexandum tradente iudicium „post Decium nichil tale auditum fuisse de regibus"*[56] *a clerico, neque vero a Guelforum sectatore profectum est. Quin etiam ipsum Arnoldum maluisse placari principes, quam factionibus distineri testatur summum eius gaudium de matrimonio inter Heinricum Palatinum et Agnetem Conradi Palatini de Rheno filiam contracto, quo pacem in Saxonia confirmatum iri confisus est*[57].

*Arnoldi genus dicendi nostram editionem evolventi minus etiam comprobabitur emendatum esse, quam hucusque videbatur; plurima enim, ad optimos*

44) l. V. c. 26—28. 45) l. IV. c. 5. V. c. 27. 46) l. I. c. 13. 47) l. IV. c. 6. 48) l. VI. c. 19 et 20. 49) l. VII. c. 3 et 4. 50) l. II. c. 5. Praecipue id mirari debemus, quod privilegium gravissimum a. 1188. Sept. 19. Lubicensibus ab imperatore collatum (Urkb. d. St. Lübeck I, 1. p. 9. n. 7) praetermisit silentio. 51) l. V. c. 19. 52) l. VII. c. 8. V. ibidem notam. 53) Cfr. l. III. c. 9. not. 1; c. 11. not. 3 et 5; c. 13. not. 4; c. 17. not. 4 et 7; l. VI. c. 1. not. 5. 54) Cfr. l. VI. c. 4. VII. c. 14. (Abel, König Philipp p. 390 sq.) l. III. c. 22. 55) l. III. c. 3. 56) l. III. c. 17. 57) l. V. c. 20.

***libros manuscriptos redeunti corrigenda erant, quae suo more invitis libris editores mutaverant. Iam negari non potest, in temporum quam vocant consecutione, in modis, in verborum genere saepissime eum errasse, seductum vernaculi sermonis legibus: quae singulatim hic enumerare longum est[58]. Sermoni monachorum vulgari, qualis est Arnoldo, plurimos Vulgatae quae dicitur locos esse insertos nemo mirabitur, sed mirabitur fortasse, tantam fuisse in clerico poetarum Romanorum scientiam. Quorum, quos nos dedita opera potuimus indagare, loci hi sunt:***

*quinque Virgilii, scilicet*

*l. V. c.* 28. Illis responsum paucis ita reddidit heros, *ad Aeneidos l. VI. v.* 672*:* Atque his responsum paucis ita reddidit heros *factus.*
*l. V. c.* 29 *et VI. c.* 6. — — En quo discordia cives perduxit miseros! *Eclogarum I. v.* 71. 72.
*l. III.* 19. nec nostrum inter vos tantas componere lites; *Eclogarum III. v.* 108.
*l. VII.* 18. Mantua ve misere nimium vicina Cremone; *Eclogarum IX. v.* 28.
*l. I. praef.* nec voce nec calamis magistrum aequiparamus. *Verba versum quidem non efficiunt, sed videtur auctoris animo obversatus esse Eclogarum V. v.* 48*:*
Nec calamis solum aequiparas, sed voce magistrum.

*sex Artis poeticae Horatianae, scilicet*

*l. III. c.* 6. — — et versare diu, quid ferre retractent,
quid valeant humeri, *facti ad eiusdem v.* 39. 40*:*
— — Et versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.
*l. V. c.* 7. Ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici
Pleraque differat et presens in tempus omittat! *Artis poeticae v.* 43. 44.
*l. VII. c.* 16. Non satis est pulcra esse poemata, dulcia sunto, *Artis poeticae v.* 99.
*l. V. c.* 13. libertas in vitium excidit chorusque.
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi, *Artis poeticae v.* 282—284.
*l. VII. c.* 8. Aut prodesse volunt, aut delectare poete, *Artis poeticae v.* 333.
*Praef.* Ille etenim *(Helmoldus)* vir sagacis ingenii et facundo sermone, divitis vene *etc.*
*Artis poet. v.* 409. 410*:* — — ego nec studium sine divite vena,
Nec rude quid possit video ingenium.

*quinque Ovidii, scilicet*

*l. II. c.* 14. erroremque suum, quo tueantur, habent,
*Ov. Fastorum l. I. v.* 32*:* Erroremque suum, quo tueatur, habet.
*l. III. c.* 13. Vulgus amicitias utilitate probat, *ex Ponto II,* 3. *v.* 8.
*l. VII. c.* 12. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, que valuere ruunt, *ex Ponto IV,* 3. *v.* 35. 36.
*l. IV. c.* 2. nomine femineo nec satis apta regi,
*Heroidum II. v.* 112*:* Nomine foemineo vix satis apta regi.
*l. II. c.* 4. Bella michi, video, bella parantur, ait, *Remedia amorum v.* 2.

*unus Statii, scilicet*

*l. V. c.* 10. rumor in excelsa iam dudum perstrepit aula,
*Achilleidos II. v.* 76*:* Rumor in arcana iam dudum perstrepit aula.

*unus Fortunati, scilicet:*

*l. I. c.* 10. omni est memorabilis evo, *Carm. IV,* 20*:* longo memoraliter aevo.

*Quibus addendi sunt septem Virgilii, Ovidii, Lucani versus occurrentes in epistola Conradi cancellarii*

*l. V. c.* 20. nudus in externa iacuit Palinurus harena,
*Aeneidos l. V. v.* 871*:* Nudus in ignota, Palinure, iacebis arena.

58) V. Archiv T. VI. p. 572.

*l. V. c.* 20. prima Syracusio dignata est ludere versu Musa,
*Eclogarum VI. v.* 1: Prima Syracosio dignata est ludere versu
Nostra ... Thalia.
„ „ Mantua ve misere nimium vicina Cremone, *Eclogarum IX. v.* 28.
„ „ Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis, *Tristium l. IV*, 10. *v.* 3.
„ „ unde mare adiacens Ycareum mare nuncupatur, eo quod Ycarus ibidem alarum remigio aereas ... carpens vias ... vite sue diem ... consummavit extremum.
*cfr. Artis amandi II. v.* 44. 45: — — quis crederet unquam
aerias hominem carpere posse vias.
„ „ *quas civitates celeri cursu pretereuntes* Mutineque laberes, *Pharsaliae l. I. v.* 41.
„ „ *astitimus* parvi Rubiconis ad undam,
*Pharsaliae l. I. v.* 185: ut ventum est parvi Rubiconis ad undas.

*Subiicimus hisce satis magnum versuum vel versus particularum numerum, quos ad poetam certum revocare non potuimus:*

*l. I. c.* 11. atque diu valido rimantes corpora ferro
ictibus alternis se comminus afficiebant, *qui videntur ex carmine quodam petiti esse.*
*l. II. c.* 2. — — admovet omnes
calliditate dolos.
*l. II. c.* 18. expulit illatis patrem crudeliter armis.
*l. II. c.* 22. ipse tamen per aquas se evadere posse sperabat.
*l. III.* c. 2. .. dum nubilis etas *advenisset.*
*l. III. c.* 3. *quia ab* .. ipsis puerilibus annis *Christum cum secutus esset etc.*
*l. III. c.* 3. sic, monachus factus, monachi vigilavit in actus.
*l. III. c.* 5. coniuge cum casta vivebat castior ipse.
*l. III. c.* 7. *sed nichil tali* molimine proficiebant.
*l. IV. c.* 1. ferit *(tamen)* parcente manu.
*l. IV. c.* 1. obsequium prestare Deo.
*l. IV. c.* 1. *Nunc finis adest seculi, quia* nulla est reverentia cleri.
*l. IV. c.* 7. temperet ornari solito, plebs, leta choreis.
*l. IV. c.* 13. fluminis arripitur *(impetu)*, quo nollet trahitur.
*l. V. c.* 15. *sic totus* revolvitur annus.
*l. V. c.* 17. ipse tamen constanter agens.
*l. V. c.* 20. occupat obscuritas horrendarum tenebrarum.
*l. V. c.* 22. *gravius* efferbuit ira.
*l. V. c.* 23. pluribus innotuit cognita displicuit.
*l. V. c.* 26. ars temptatoris minime tamen obfuit istis.
*l. V. c.* 28. *quod quidem* meminisse piget.
*l. VI. c.* 13. heu, heu, quot vidue gemitus lacrimasque dedere.
*l. VI. c.* 19. sumptibusque suis nobis stolium prolongat in annum.
*l. VII. c.* 3. *si tantum* scelus remaneret inultum.
*l. VII. c.* 12. morte viri pressa nimioque gravamine torta
prolis; sicque duo vita privantur in uno.

*Hisce omnibus si addideris stropham Sapphicam (l. V. c.* 11*) et versus ab ipso Arnoldo compositos, inter homines saeculi XII et XIII litteratissimos eum referendum esse iudicabis. — Scriptorum veterum rationem in eo denique sibi assumpsit, quod saepius orationes etiam longiores quasi habitas refert, sicut et Helmoldus; cfr. l. V. c.* 28. *VII. c.* 17.

*Arnoldi chronicon primis post mortem saeculis parum notum fuisse videtur. Albertum Stadensem, in vicinia degentem et eodem saeculo annales suos scribentem, ex eo non hausisse certe mirandum; neque eum cognoverant Presbyter Bremensis, neque auctor chronici der Nordelbischen Sassen, neque denique auctores chronicorum Lubicensium vernaculo sermone scriptorum. Ex quo apparere videtur manuscriptum originale diu in monasterio S. Iohannis latuisse, quae opinio nostra nimia raritate codicum antiquiorum membranaceorum valde confirmatur.*

*Primus, ut videtur, qui opus suum narrationibus Arnoldi ampliavit, fuit auctor versionis Latinae chronici Repgawiensis, qui ex c. 1. 2. 8. l. I. nonnulla partim verbotenus desumpsit, quae videas apud Massmann p. 423.*

*Dein fragmenta cuiusdam chronici episcopatus Brandenburgensis, quo mentionem faciunt peregrinationis Heinrici Leonis, ex Arnoldi l. I. c. 1. hausisse videntur, v. apud Riedel nov. cod. dipl. Brandenburg. IV, 1. p. 273.*

*Tum saeculo XIV. qui historiam de Heinrico duce scripsit, compilavit quaedam verbotenus ex Arnoldo[59]. Cuius textum, cum eximio codice eum usum esse patet, nonnullis locis notis criticis adnotandum censuimus.*

*Plura ex eo, hic illic verbis parumper mutatis, descripsit Hermannus Kornerus, cuius chronicon c. a. 1435 conscriptum est; quanquam ipsum Arnoldi nomen videtur ignorasse. Qui cum bonae notae libro Arnoldi sit usus, copiosiore nostris usus esse putandus non est[60].*

*Albertus de Crummendyk, quae de Heinrico, Conrado II, Theoderico episcopis habet in chronico episcoporum Lubicensium, debet quidem Arnoldo, sed nomen eius non commemoravit.*

*Plurima ex chronico Arnoldi hausit Albertus Krantzius in Metropoli, Wandalia, Saxonia.*

*Laudavit chronicon Paulus Langius in chronico Citiensi a. 1189 et 1198.*

*Libri manuscripti chronici Arnoldini hice sunt:*

1. 1*. *Inter manuscriptos collectionis regiae vetustae Hafniensis No. 2288 notatus reconditur codex chartaceus, cui inscripta sunt haec:*

> Chronica Arnoldi abbatis, quibus continuantur chronica Helmboldi *(sic)* pastoris in Buzon diocoesis Lubicensis.
>
> Asservata in castro Schouenberg.
>
> Haec chronica ex antiquo manuscripto exscripserunt scholastici Ripenses mandatu nobilissimi amplissimique viri ARNOLDI HVITFELD: orantes ut ignoscat, sicubi aut antiquam illam orthographiam monachis usitatam retinuerint, aut nexus istos litterarum compendiaque scribendi non satis assecuti sint. 1579.

*Apographon hoc, formae quadratae, scriptum est octodecim duodenorum plerumque, aliquoties denorum aut denorum quaternorum foliorum fasciculis in prima quaque pagina primis octodecim alphabeti litteris notatis, quae rubro colore sunt pictae. Discernuntur, id quod comprobatur etiam ipsa codicis inscriptione, manus diversae invicem se excipientes, adeo discrepantes inter se, ut ab eodem scholastico plures fasciculos scriptos esse negandum sit. In scribendis capitulis plerumque minium, aliquoties color viridis adhibitus est, in ultima pagina vocem* Finis *miniator adiecit cum figura, qualis in fine librorum impressorum saec. XVI. saepissime occurrit, cui inscripsit* P. G. mp. *Apographum hoc iam pluribus abhinc annis Hafniae nostrum in usum a v. cl. Waitzio collatum[61], nuper cum ceteris Hafniensium bibliothecarum cimeliis liberalissime Hamburgum nobis missum, redire ad codicem summi in verbis Arnoldi constituendis momenti facile apparebat; sed ambigebatur de ipso libro. Nunc non Ranzovianum quendam codicem deperditum, de quo infra agendum, — id quod quidam putarunt — sed alium quendam librum vetustum, et ipsum quidem maxima ex parte deperditum, cuius fragmenta duo Pragae et Brunnae asservantur, esse eius archetypum cognitum nobis est.*

*Pragense codicis membranacei fragmentum nunc in museo nationali*

59) V. Archiv T. VI. p. 653 et supra. 60) V. l. I. p. 596. 61) V. Archiv T. VII. p. 617—619.

*reconditum octo tantum foliorum est. Quod nobis ante aliquot annos Hamburgum est missum. Incipit in libri III. c.* 5 *verbis* construxerit, que quasi cedrus Lybani, *deficit in eiusdem libri c.* 10 *verbis:* Es ergo auditor legis. *Paginae linearum sunt* 31, *capitulis, sicuti capitum litterae initiales minio tinctis, numeri adiecti non sunt. Librarius non cavit ab erroribus, ex quibus nonnullos correxit manus antiqua.*

*Brunnense fragmentum etiam nunc No.* 27. *a Cerronio b. m., cuius schedas et libros manuscriptos comparavit collectio ordinum provincialium, notatum, cum Wattenbachius v. cl. in itinere Austriaco a.* 1848 *nostrum in usum iam contulisset*[62], *a.* 1859 *ab illius collectionis patronis Hamburgum liberalissime nobis est transmissum. Fragmentum, cui nunc alligatus est codex epistolarum Horatii, s. XIII. scriptus, nunc sex fasciculorum est, foliorum octonorum praeter primum et tertium, qui quaternorum sunt, quanquam primum, cui nunc in fine folium integrum deest, sex foliorum fuisse facile patet. Fasciculi a manu recente sunt litteris infra in prima quaque pagina notati ac quidem secundus* H, *tertius* I, *quartus* K, *quintus* L, *sextus* M *littera, unde primum fragmenti Brunnensis septimum codicis integri fasciculum fuisse apparet; eadem manus custodes, quos typographi vocant, in ultimis fasciculorum paginis adscripsit Sed ne huic quidem fragmento, tertiam fere Arnoldi partem — inde a. l. IV. c.* 2 *verbis* viro fratri Conradi marchionis *usque ad l. V. c.* 27 mentis impos circumspexit — *continenti, pepercit iniuria temporum, fasciculi enim primi quae supersunt folia quatuor, secundi folium primum et secundum, sexti folium octavum infra in margine interiore adusta sunt. Attamen membrana codicis perquam crassa igni fortiter resistente, paucae tantum litterae in hisce foliis periere; sed adipe membranae calore liquefacto atque atramento tincto, ipsa membrana hic illic adeo obfuscata est, ut ne intenta quidem oculorum acie dispiciantur omnia.*

*Paginae linearum sunt atramento ductarum* 31, *quarum prima et tertia, ultima et quae penultimam praecedit, per totam membranam sunt ductae; scriptura a sinistro et dextro margine binis lineis continetur, item per totam paginam ductis. Ipsa scriptura eleganter et diligenter facta est, compendiorum et distinguendi subtilitate insignis, quae diligentia cernitur etiam in numerorum signis adiectis ipsis numeris, litteris fere semper perscriptis, in spatio interlineari atque in notis quibusdam legenti utilibus. Minium adhibitum est in capitulis appingendis, quibus numeri adiecti non sunt atque in capitum litteris initialibus ornatis insuper lineis quibusdam caeruleis, penicillo ductis, ipsum litterarum ambitum haud excedentibus. Quarum forma vetustior perquam recedit ab ea, quae seriore aetate fuit usitata. Litterarum figurae, quae cernuntur in specimine scripturae a nobis adiecto, rotundae sunt, non acutae, vel infractae; in primis aliquot paginarum lineis etiam elongatarum, qualis in diplomatis s. XIII, occurrit litterarum species; litteras maiusculas maxime* E, M, R, V *cum in primis sententiarum verbis inque nominibus propriis, tum in ipsis verbis minusculis mixtas reperies; hic illic tota verba maiusculis sunt scripta, veluti* AMEN, MARIA, SURS. *Animadvertendum praeterea,* d *et* cl *difficilius distingui,* e *vocalem pro* ae *et* oe *diphthongis aliquoties tamen addito infra unco* (ę) *adhiberi, mediis in verbis raro cum* d *littera ligatura coniungi* (d'); et *compendio scriptum fere semper;* i *litteram apice notari hic illic ut caveant ab errore legentes,* ſ *elongatam in fine verborum saepe,* v *et* u

62) V. Archiv T. X. p. 439. 685.

*promiscue in verborum initiis atque in mediis verbis occurrere. Singularis quaedam scribae codicis, non aetatis qua scripsit, videtur esse consuetudo, quod fere semper* ti *pro* ci, ci *pro* ti *(e. gr.* amiticias, faties, *alia),* np *pro* mp *saepius scribit. Illud quoque hic commemorandum, haud aequaliter codicem esse scriptum, quod in libris vetustis saepius animadvertitur. Linearum quidem semper idem numerus, attamen cum in universum litterae sint distractius scriptae, litterarum formae crassiores, est ubi arctius scriptas atque tenuiores deprehendas; quod diverso calamo et membrana non semper aeque polita utente librario factum est. Aliquoties non verbo verbum addendo videtur codicem exarasse, sed primo quaedam omisisse, postmodum additurus; quare spatio deficiente litteras spissim, aut in spatio interlineari posuit. Verborum collocatio post saepius est emendata, duobus apicibus ipsis verbis quae erant invertenda adiectis. In margine ab eadem qua scriptus codex est, manu hic illic verbum omissum in continuitate verborum, postmodum additum est. Quae cum valde miranda sint in codice in universum iudicanti tam diligenter et subtiliter scripto, propter ceterorum codicum consensum a correctore, suo Marte in emendando Arnoldo versato, facta esse negandum est.*

*Fragmenta haec duo ad eundem vetustum librum manuscriptum pertinere, descriptum a scholasticis Ripensibus, comprobatur argumento petito quidem ex eorum specie externa sed evidentissimo: incipiunt enim atque deficiunt integri quinque Brunnensis et unicus Pragensis fragmenti fasciculi in eisdem, in quibus fasciculi apographi Hafniensis* H, I, K, L, M *et* E *litteris notati, verbis. Qui consensus, nisi fasciculis codicis Schaumburgensis, ut citius perficeretur apographon, dissectis et simul traditis ad describendum singulis scholasticis Ripensibus, natus esse non potest. Argumenti huius vis plane singularis haud imminuitur ad utrumque fragmentum collato apographo Hafniensi; dissensus enim fere redit ad orthographiam hic illic levius immutatam atque ad vitia quaedam, commissa in solvendis veteris scripturae compendiis, in qua minus versatos se esse scholastici Ripenses ipsi confessi sunt; collatis inter se Brunnensi et Pragensi fragmento manifesta necessitudinis indicia sponte in oculos incurrunt linearum numerus et scribendi ratio (e. g.* Sclauiam, Sclaui, Sclauorum, uelud, illut, set, eciam, Frithericus, Wldensis *etc.). Aetatem codicis, cuius disiecta membra Pragae et Brunnae asservantur, iudicanti recte videbitur definisse v cl. Dobrowsky, in folio chartaceo Brunnensi fragmento praefixo cum haec curaret adiicienda:* „Vix itaque tertiam partem chronici integri Arnoldi hoc fragmentum s. XIII. summi pretii ob aetatem complectitur“. *Quibus ipse nomen subscripsit. Codicem integrum quondam reconditum fuisse in quadam castri Schouenbergensis (rectius Schouenburgensis) bibliotheca, cum apographi Hafniensis chartacei inscriptione comprobetur, est cur putemus comiti cuidam ex illustri familia Schaumburgensi ab ipso auctore dedicatum esse, quem plura operis exemplaria curavisse exaranda vel ex eo apparet, quod unum Philippo Racesburgensi episcopo, cuius nomini liber inscriptus est, missum epistola ad eum data comprobatur.*

*Quae cum ita sint, apographon Schaumburgensis codicis chartaceum Hafniense, ubi ad ipsum archetypum licet redire, nullius esse pretii, maximi ubi deficit, nemo negabit. Quanquam pro apographo cura atque arte facto non poterit haberi. Scholastici enim Ripenses, cum in universum intellexerint vetusti libri scripturam, haud caruerunt, id quod ipsi profitentur, ab erroribus in scripturae compendiis solvendis, confundentes pronominis relativi formas,* per, pro,

prae *praepositiones*, *verba* Dei *et* Domini, ergo *et* igitur, nec *et* vero, nec *et* nunc, nisi *et* non, noster *et* vester, omnino *et* communio (ϙ*munio*), quare *et* quia, quasi *et* quia, quoque *et* que, tamen *et* tantum. *Locos quosdam, vitiosissime scholasticorum quorundam socordia et imperitia descriptos, in notis criticis commemoravimus. Quanquam non omnes eodem modo, neque tam saepe peccavere, singulatim de cuiusque scholastici fide est diiudicandum; quare in notis criticis initium et finem cuiusque fasciculi notavimus. Maior eorum in ipsis verbis et in verborum collocatione fides, in verborum orthographia ab archetypo, ipso Hvitfeldo iubente, videntur paulisper recessisse. Unum adiiciendum, in notis criticis fragmentum Pragense et Brunnense numero* 1, *apographon Hafniense numero* 1* *notatum esse.*

2. *Arnoldi codex optimae notae teste Bangerto fuit quondam Ranzovianae cuiusdam bibliothecae. Quem praeter Arnoldum etiam Helmoldum integrum aut partem eius continuisse parum verisimile est; videtur enim huius codicis lectionis varietas, ad Helmoldi locum unicum*[63] *enotata, typographi Boeckeliani* (B) *et Ranzoviani* (R) *codicis notas inter se confundentis errore orta esse. In libro hoc minime fuisse Arnoldi verba librariorum vitio depravata, quaecunque ex eo Bangertus in ceterorum librorum et editionum vitiis emendandis adnotavit, evincunt. Quare valde dolendum est hunc codicem periisse; negandum enim nunc Hafniensis chartacei eum fuisse archetypum. Praeter Bangertum codice hoc deperdito usus est Meibomius*[64].

3. *Anno* 1837 *Riedelius v. cl. in tabulario cathedralis Havelbergensis reperit Arnoldi librum manuscriptum postea in bibliothecam regiam Berolinensem translatum. Quem statim nostrum in usum cum editione Bangerti conferendum et describendum accuratius tradidit Siegfrido Hirschio; post in perficienda hac editione occupatis Pertzii iussu Hamburgum missum ipsi secundis curis haud frustra perlustravimus.*

*Codex foliorum membranae tenuis formae quadratae nunc* 126, 18 *quaternionum fuisse videtur, in ima pagina ultima suis numeris notatorum praeter XVI*ᵐ, *cui librarius errore seductus adscripsit numerum* VI. *Sed primus quaternio, secundi quaternionis folium primum et secundum, sexti secundum et tertium, decimi septimi folium secundum tertium quartum et octavum, decimi octavi fasciculi folium primum et ultimum, — siquidem in hisce duobus quaternionibus ad lacunarum ambitum foliorum deperditorum numerus computatus est — nunc desunt. Praeterea minoris ambitus lacunae permultae ortae sunt, foliis quibusdam in initio et fine codicis, quae nunc sunt, squalore et humore perforatis, quas sicuti maiores illas plurium foliorum iactura natas cum accuratius descripserimus in notis criticis, hic illud tantum commemorandum, codicis Berolinensis prima verba esse l I. c.* 11 proclamavit ad ducem *ultima l. V. c.* 30 — *quod in duo capita in hoc codice divisum atque post l. VII. c.* 19 *demum insertum est* — sed suscepto fidei sacra(*mento*). *Folia codicis manus saeculi XV suis numeris notavit, ex quibus* 39, 40, 41, 42 (*in foll. codicis, qualis nunc est,* 30, 31, 32, 33) *etiam nunc discernuntur; folium codicis, quod nunc est* 30, *quaternionis quinti ultimum, cum sit ab illa manu numero* 39 *notatum, primum codicis integri folium iam tum periisse aut vacuum fuisse, evincit.*

63) Lectionis varietas in apparatu critico editionis Bangertianae, ad l. II. c. 8 enotata. 64) V. infra editiones.

In genere scribendi codex mirum quantum consentit cum annalium Ryensium codice Hamburgensi (1); quod in universum iudicanti cura et arte factum (id quod probant etiam notae musicae, in l. VI. c. 20 additae dierum dominicarum nominibus), quanquam non caret erroribus, vitiis, lacunis. Paginae linearum sunt 26 vel 29 atramento ductarum, litterae capitum initiales rubro aut caeruleo colore pictae sunt eleganter et ornatae lineis caeruleis aut rubris, ipsum litterarum ambitum perquam excedentibus. In capitulis minio appingendis miniator parum diligens operae pretium non duxit omnia adscribere, saepissime tanquam novi capituli indicium tantum adscripsit item de eodem vel de eodem. Numeri capitulis adiecti non sunt, librorum VI. et VII. tantum initia sunt notata. Scriptus esse videtur codex saeculo XIII exeunte.

4. 5. De voluminis Boeckeliani, nunc inter manuscriptos libros bibliothecae universitatis Hafniensis reconditi, indole atque fatis pluribus supra in prolegomenis Helmoldo praemissis egimus. Prioris voluminis librarius, quem saeculo XIII exeunte exarasse librum supra diximus, ultimis Helmoldi in eodem folio prima Arnoldi verba subiecit, non ille quidem, sicuti serioris aetatis librarii in unum confundens diversorum scriptorum opera, sed probe discernens, inscripsit enim Arnoldi historiae: Prologus operis sequentis, quibus glossator, de quo diximus, adscripsit: hic est finis cronice Slauorum. Capitulorum tamen numerum, per utrumque Helmoldi librum perductum, hic etiam produxit, adiecit enim Arnoldi abbatis ~~ad Ph~~ilippum Racesburgensem episcopum epistolae capitulum CXI etc. Valde dolendum est, prioris Boeckeliani voluminis librarium Helmoldi et Arnoldi historiarum uno eodemque volumine describendarum consilium non perfecisse. Sed ne ea quidem quae perfecit servata nobis sunt omnia, fasciculi enim eius, in cuius folii sexti pagina aversa incipit Arnoldi historia, folium primum, secundum, tertium, octavum, nonum, decimum nunc desunt. Ita fit, ut voluminis Boeckeliani codex prior ad Arnoldi l. I. c. 9. finem quondam perductus, nunc deficiat in eiusdem libri c. 3. verbis et post longa terrarum spacia turgentibus fluctibus. Fragmentum hoc in notis criticis numero 4 notatum est.

Voluminis Boeckeliani codex alter, totam Arnoldi historiam inde a. l. I. c. 10. complectens, formae et ipse, quae folio dicitur, constat ex septem[65] denorum foliorum fasciculis praeter sextum, qui duodecim foliorum est. Fasciculi ultimi folium quartum nunc resectum est, quod cum Bangertus nondum desideraverit, desideravit Harenbergius[66]. Ita in libri VII. c. 10. orta lacuna inde a verbis extenditur enim utrimque in latitudinem ad tractum fortissimi arcus. Fasciculis in imo margine paginae ultimae custodes, quos typographi vocant, adiecti sunt; praeterea in primae paginae margine superiore dextra septem codicis fasciculos litteris minio pictis notaverat librarius, e quibus a et g etiam nunc supersunt. Manifestum hinc, haud perfectum a priore librario opus alium postmodum in ipso l. I. c. 10 suscepisse. Cuius scripturam neque rotundam, neque infractam dicas, sed acutam. Linearum in singulis paginis numerus non constat sibi; litterarum lineae diffusae in membrana minus caute expolita. In compendiis scripturae certa regula desideratur, saepius enim ex compendiis divinanda potius, quam agnoscenda scriptura.

Saepius idem compendium in diversa scriptura adhibitum (veluti ʒ signum, quod litteras m, n, z in fine verborum et syllabam et significat); litterae

65) In Archiv VII. p. 615 fasciculorum numerus haud recte computatus est. 66) V. supra ad Helmoldum p. 6.

*e et o, c et t, u et n difficilius tantum discernuntur, littera i tamen ne erret lector uno apice (i), littera u duobus (ü) insignitur. In distinguendo fere semper punctus adhibitus est, sententiarum initia littera aliquantum maiore notantur. Minii in capitum litteris initialibus, parum eleganter factis, in capitulis pingendis atque exornandis singulis in verborum continuitate litteris initialibus idem atque in priore voluminis Boeckeliani codice usus: sed numeri capitulis adiecti non sunt, librorum tantum distinctiones numeris factae. Perquam negligenter egisse librarium plurima vitia, singulae voces, quin etiam integrae sententiae aliquoties perperam insertae arguunt: ex quibus manus recentior saeculi XV, ut videtur, permulta correxit. Codicis huius librarium aetate paulo inferiorem esse prioris codicis librario atque referendum inter illos, quorum genus scribendi negligentius inde a saeculo XIV exeunte accessit scripturae cura et arte factae, in manifesto est. Librarius utrum eodem quo prioris codicis libro usus sit an diverso, nobis non constat, certe illum non aequat auctoritate.*

6. *Alter Hafniensis codex chartaceus Arnae Magnaei No. 30 in folio scriptus, continet praeter Helmoldum integrum Arnoldi l. I. capita novem usque ad verba noni:* camelos, qui eas ferrent. *De quo supra dictum est (Helm. 1*).*

7. 7*. *Codex membranaceus Arnoldi Lubicensis, formae quae folio dicitur, saeculo XIV. exeunte vel XV. ineunte scriptus, nunc bibliothecae regiae Hafniensis est numero 646 notatus. Exaratus est manu nitida, foliis 39 linearum in binas columnas bipertitis; tituli capitum in ipsa verborum continuitate, numeri in margine dextro sinistrove, numeri librorum in margine superiore minio scripti sunt, sicuti capitum litterae initiales et aliarum litterarum lineae quaedam. Codex fasciculorum denorum foliorum est octo; noni, qui sex tantum foliorum fuit, folium secundum, in quo l. VII. c. 12 finis inde a verbis:* idem quoque palatinus crudelitate nimia quendam *usque ad verba c. 15. prima* (quid dixerim de nobili) rege Francie *scripta erant, nunc desideratur, „improba manu excisum", ut huius fasciculi folio tertio inscriptum est. Praefixa sunt codici folia quatuor, ex quibus primum vacuum relictum a codicis librario manu satis rudi recentiore aliquantum haec habet scripta:*

> Secunda pars seu continuatio cronice Slavorum, compilata per Arnoldum, tunc abbatem monasterii beati Iohannis ewangeliste in Lubeke ordinis beati Benedicti, postmodum translati in Cismer Lubicensis diocesis, in quo loco civitatis Lubicensis moniales ordinis Cisterciensis nunc morantur[67].

*Sequitur index capitulorum eleganter scriptus tribus foliis et minio exornatus, ad cuius calcem addita sunt a manu aliquantum recentiore haec:*

> Si volueris scire originem unde Saxones dicuntur, et quomodo venerunt in Saxoniam, vide in fine huius septimi libri XXIII. Et originalis cronica est in Bardesholme, olim Novo monasterio.

*Quae referenda sunt ad narrationem* de adventu Saxonum ad Saxoniam *in codicis foliis 84' et 85 subiectam, desumptam ex annalibus Stadensibus (ad a. 917), quorum codicem fuisse quondam in bibliotheca Bordesholmiensi, eiusdem catalogo edocemur[68] Codicem Arnoldi de quo agitur post in Gottorpiensem bibliothecam delatum esse comprobatur collatione quadam collectionis novae regiae Hafniensis (No. 523), cui subiecta est ipsa illa narratio additis in fine hisce:*

67) Subiiciuntur his, scalpello postmodum erasa, haec: *Continet fundationem ecclesie Lubicensis et multa alia delectabilia* (sequuntur duo verba, quae legi iam non possunt). 68) V. supra Scriptorum T. XVI. p. 280.

Hoc capitulum in calce codicis msti Arnoldi Lubecens., qui in bibliotheca Gottorpiensi adservatur adiunctum, accurate exscribi f. Erat autem hoc capitulum recentiori manu adscriptum codici ms. Arnoldi Lubecens., ex quo variantes hae lectiones sunt desumtae[69].

*Collationis huius apographon quoddam*[70] *(7*), una cum Arnoldi codicis Schaumburgensis apographo Hafniensi (1*), cui adiectum est, et ipsum de quo agitur codicem cum conferremus, haud fugit nos, aliquoties eos dissentire, attamen dissensum hunc non tantum esse, ut diligentius atque festinantius a diversis hominibus codice collato ortum neges. Neque dubitandum erit, hunc ipsum codicem quin Io. Moller quondam in bibliotheca Gottorpiensi viderit*[71]. *De codicis pretio quod cognita eiusdem lectionis varietate, a.* 1740 *ab Olavo Heinrico Mollero enotata, cum schedis Coleri Gottingae asservata, ferendum erat iudicium, ipso codice a.* 1858 *Hamburgum misso comprobatum et confirmatum est. Quare omnem ex eo lectionis varietatem, tanquam ex inferioris notae libro, enotare operae pretium non duximus, cum orthographia saepissime depravata sit, cum plurimis vitiis et lacunis scateat. Accedit, quod ad Boeckeliani codicis familiam videtur revocandus esse, quanquam sunt, in quibus diversam scripturam praebeat: certe huius libri archetypum Helmoldum et Arnoldum continuisse cognoscitur ex inscriptionis supra commemoratae verbis primis:* Secunda pars seu continuatio cronice Slauorum *et iis quae in ipso codice epistolae auctoris praemissa sunt:* Incipit historia abbatis lubicensis de duce heinrico liber secundus.

8. *De codicis Lubicensis chartacei saeculo XV scripti, continentis Helmoldum et Arnoldum, indole et auctoritate pluribus cum dictum sit in praefatione Helmoldo praemissa*[72], *hic pauca tantum sunt addenda. Primis Arnoldi verbis folio* 93' *scriptis ab ipso codicis scriba praemissa sunt* Incipit historia abbatis lubicensis de duce Heinrico; *manus recentior illa, quam diximus saepius supplevisse omissa a codicis librario, ultimis Helmoldi verbis adscripsit* finit historia, *adiecitque in huius paginae margine superiore* finit helmoldus presbiter, *in margine paginae sequentis* Incipit Arnoldus abbas lubicensis. *Deficit codex, cuius fasciculus* 18. *primo folio tenus resectus est, in l. VII. c.* 16. *verbis primis* Illuc convenerunt Misnenses et Cisnenses. Poloni quoque Boemi; *capitula quae desiderantur in Helmoldo hic minio ab ipso codicis librario appicta, numeri capitulis adiecti non sunt.*

9. *Perpauca de codice in gymnasii Stettinensis bibliotheca quondam asservato, nunc perdito, qui et Helmoldum et Arnoldum continuit, supra (Helm. n.* 3*) sunt dicta.*

10. *De Arnoldi Lubecensis codice chartaceo, saeculo XVII scripto, qui est Vaticanae bibliothecae (n.* 956*), nihil certi compertum nobis est; quem ex bibliotheca Palatina Romam delatum esse constat.*

11. *Bibliothecae quondam Bordesholmiensis, quae teste eiusdem catalogo*[73] *fuit* cronica Arnoldi continuans cronicam slauorum Helmoldi *utrum perierit, an sit unus ex libris manuscriptis servatis nobis ignoratur.*

12. *Apographon ultimorum quinque l. VII. capitum a Lindenbrogio confectus in bibliotheca publica Hamburgensi adservatur.*

*Agendum iam paucis de editionibus Arnoldi hucusque factis atque de nostrae editionis ratione:*

69) V. Archiv T. VII. p. 617. 70) l. l. 71) V. eiusdem Isagogen ad hist. Cimbr. Cherson. T. I. p. 75.
72) V. supra p. 8. 73) V. Merzdorf, Bibliothekarische Unterhaltungen. Neue Sammlung p. 38.

1. Helmoldi editioni principi, quae curis Siegmundi Schorkelii a. 1556 Francofurti prodiit, supra[74] iam diximus subiunctum esse initium historiae Arnoldi usque ad l. I. c. 9. verba: et sex camelos, qui eas ferrent, in quibus deficit. Usus est editor codice simillimo Hafniensi chartaceo numero 6 a nobis notato[75], vel eius archetypo. Capitula capitibus ipse Schorkelius sicut in Helmoldo adiecit accuratiora quam codicis; epistolam Arnoldi a libri primi capitibus non seiunxit.

2. Post eum totam Arnoldi historiam primus una cum Helmoldi chronico Francofurti apud Andream Wechelium a. 1581 edidit Reinerus Reineccius. Attamen cum in edendo Arnoldo codice Lubicensi chartaceo uteretur, mutilo in fine, in eius editione desiderantur libri VII capita ultima quinque. Reineccium non ea qua par est diligentia egisse, vitia et lacunae huius editionis arguunt et error valde molestus in numeris librorum et capitum commissus[76].

3. Quae in hac editione desiderabantur ultima quinque Arnoldi capita primus edidit Erpoldus Lindenbrog ad fidem libri manuscripti valde corrupti inter Scriptores rerum Germanicarum septentrionalium Francofurti a. 1609 excussos; quae repetita sunt in posterioribus huius operis editionibus. Eadem capita non ita multo post Henricus Meibomius ex codice Ranzoviano (2) iterum excussit a. 1624 in apologia pro Ottone IV.; hinc in syntagmate opusculorum historicorum eiusdem, edito a. 1660 a Meibomio iuniore, repetita sunt.

4. 5. De Arnoldi editionibus ab Henrico Bangerto et Leibnitio factis, supra ad Helmoldum egimus[77].

Chronici versionem in vernaculum sermonem inter historicorum Germanicorum vetustiorum versiones Berolinenses saec. XIII. fasc. 3 edidit I. C. M. Laurent. Quae versio ad nostram editionem facta quidem est, sed pluribus abhinc annis (a. 1853), optimorum librorum collationibus diligenter factis destituti, cum Lubicensem codicem potissimum ad emendanda Arnoldi verba adhiberemus.

Nunc in nostra editione conficienda duo codicum genera vidimus discernenda esse, disparia aetate et auctoritate: alterum Arnoldum tantum continentium — ad quod Schaumburgensis eiusque apographon Hafniense (1 et 1*), Ranzovianus (2), Berolinensis (3), codex membranaceus Hafniensis (7 et 7*) pertinent; alterum in quo Helmoldi historiae adiecta est Arnoldi continuatio, cuius reliqui sunt omnes Boeckeliani voluminis codices (H 1 = A 4 et 5), Hafniensis chartaceus deficiens in l. I. c. 9 (H 1* = A 6), Lubicensis (H 2 = A 8), Stettinensis (H 3 = A 9) atque Hafniensis chartaceus olim bibliothecae Gottorpianae, siquidem recte de eius inscriptione est iudicatum[78]. Aetate hoc genus priore esse inferius, consentaneum est; certe Alberti Stadensis tempore, cuius annales inde ab a. 1240 usque ad a. 1256 scripti sunt[79], codices, utrumque scriptorem continentes nondum extitisse, inde coniiciendum, quod, plurima ex Helmoldi historia cum hauserit Albertus, Arnoldi chronicon non compilaverit; quod ne novisse quidem videtur. Auctoritate hoc genus prius non aequare ipsa Arnoldi, qualia in utroque genere sunt examinanti facile patebit. Iam vero de Ranzoviano codice (2) parum constat nobis, Berolinensis (3) fides non ita magna: res redit ad codicem Schaumburgensem (1) tertiam tantum Arnoldi partem continentem. Reliqua petenda erant ex apographo Hafniensi (1*), in quo ita versati sumus, ut certo quodam eorum, in quibus erravere Ripenses scholastici ad

74) p. 9. 75) qui in notis criticis ad Helmoldum factis numero 1* notatus est. 76) Archiv T. VI, p. 581. 77) V. supra p. 10. 78) V. supra p. 112. 79) V. Monum. SS. T. XVI. p. 274.

*unum omnes, ambitu definito atque diligenti de cuiusque fasciculi descriptore inquisitione facta perveniremus ad ipsius Schaumburgensis scripturam, quanquam orthographiam eius non semper assequuti sumus. Qua via sicubi ad certum finem perveniri non poterat, ceteros utriusque generis codices consuluimus, Berolinensem potissimum aetate ceteros superantem atque cum Schaumburgensi plerumque consentiente, Lubicensem et voluminis Boeckeliani codices.*

*Paucis iam de diversa librorum in hac editione definitione est dicendum. Quanquam, ab ultimis ut incipiamus, in VI. et VII. finibus nihil mutatum est. Librum V. cum Schaumburgensi codice in libri Bangertianae editionis IV. cap.* 1. *incepimus atque ad V. quod ibi est ultimum perduximus, adiecto cum codicis apographo Hafniensi* „de conversione Livonie“ *capite, diversum in ceteris libris manuscriptis locum obtinente. Libri IV. primum cum apographo statuimus l. in ed. Bangerti III. c.* 22. „querimonia de excidio ecclesie et maxime Ierosolimitane“, *ultimum, quod in eadem editione l. III. ultimum est. Quam libri IV. et V. definitionem ut amplecteremur, ea potissimum causa moti sumus, quod satis commodos l. IV. sic habemus fines: agit enim de regni Ierosolymitani post Baldewini regis mortem statu, de Saladini victoriis ab Christianis reportatis, de Friderici I. imperatoris, deque regum Angliae et Franciae ad terram sanctam recuperandam expeditionibus. Quintum librum in ceteris codicibus et editione Bangerti negari non potest perquam exigui ambitus esse, quinque tantum de expeditione in terram sanctam a.* 1195 *facta cum sit capitum; quae a librariis ideo videntur esse a libro praecedente segregati, quod rectius in capite* „de morte Bernonis episcopi et Heinrici ducis“ *putarunt subsistendum esse, cum praesertim versibus quibusdam sit conclusum; quanquam erravisse eos versibus similiter in fine l. VII c.* 12 *positis comprobatur.* „De conversione Livonie“ *caput in ceteris libris suum locum non obtinere facile perspicitur: perperam enim l. VII c.* 8 *verba prima „paululum dimissa historia regum (Philippi et Ottonis sc.) ad alia se transiturum“ subiiciuntur illi capiti, de* regum historia *non agenti.*

*Sed recedendum erat a codice Schaumburgensi et eius apographo in primis libris distinguendis. Capiti enim illi demum, quod est* „de exilio ducis Heinrici“, *adscriptum est* „liber secundus“; *in eis, quae IV. libro praecedunt,* 10 *capitibus neque in Hafniensi apographo, neque in ceteris libris manuscriptis ullum ineuntis novi libri indicium peti potest. Quare hic ceteros codices sumus secuti, haud putantes illud obstare, quod ad priora legentes remittens c.* 17 *l. III dixerit,* „ut in priori libello invenitur“; *vix enim cuiquam persuasum erit, qui haec dixerit illa aetate de duobus tantum libris cogitare potuisse.*

*Capitum ordo, si ab uno illo l. V. de quo diximus recesseris, mutatus non est, sed diversi numeri cum librorum diversa facta definitione, tum ad capitula in codicibus scripta facto computo.*

*Adiecimus ipsis Arnoldi verbis notas quasdam, ex aliis fontibus historicis petitas, haud ingratas fore putantes de eorum quae auctor retulit fide et pretio inquirentibus; rerum ordinem chronologicum sicubi non secutus est, ipsis annis adscriptis ad hoc legentis animum advertimus.*

*Restat ut aliquid dicamus de progressu huius nostrae editionis et Helmoldi et Arnoldi chronicorum. Initium operis feci iam a.* 1834, *quod a.* 1838 *dissertationes de utroque auctore in Annalium nostrorum T. VI secutae sunt. Multi porro casus intercidentes perfectionem operis protraxerunt, qui quidem secundi se praestiterunt eo quod licebat novos codices et fontes interdum editos consulere. Meritorum viri cl. Wilhelmi Iunghans, postmodum professoris publici ordinarii*

*Kiloniensis, nunc praematura morte nobis et litteris erepti, qui praecipue in codicibus Arnoldi conferendis et in mutatione, quae litteris adnotationum criticarum opus erat, me adiuvit, grato animo libenter commemoro.*

# INCIPIT HISTORIA ABBATIS LUBICENSIS[a].

## PROLOGUS OPERIS SEQUENTIS[a].

*Domno[b] et patri Philippo Racesburgensis[c] ecclesie antistiti et universis ibidem fratribus[d] Arnoldus, servorum Dei ultimus, debitam in Christo reverentiam. Quia[e] bone memorie Helmoldus sacerdos historias de subactione seu vocatione Sclavorum et gesta pontificum, quorum instantia ecclesie harum regionum invaluerunt, debito fine, ut voluit, non consummavit, Deo cooperante huic operi vel labori insistere decrevimus, ut tam pie devotionis cooperatores existentes vestris suffulti orationibus memoriam in benedictione sortiamur. Unde rogamus prudentiam vestram, ne tenuitatem ingenii nostri vel verborum rusticitatem attendatis, sed caritatis devotionem, que confundi non meretur, pia consideratione advertatis. Ille etenim vir sagacis ingenii, potens in verbis, notior in positionibus[f. 1], facundo sermone, divitis vene[2] seriem operis percucurrit[g], nos autem de pingui Minerva[3] distillantes[h], velut impeditioris lingue et tardioris calami, cepto operi reptando insistentes humiliter procedamus, quia nec voce nec calamis magistrum equiparamus[4]. Veritatem historie igitur[i] sequentes, adulationem, que plerisque scriptorum comes est, omnino dampnamus[k], ut timorem et[l] gratiam fallacem excludentes libere que nobis comperta sunt prosequamur.*

*Quo igitur[m] principante[n] vel presidente[o] harum[p] borealium regionum sive ecclesiarum status invaluerit, ut in libro memorati sacerdotis Helmoldi contextum est, subsequenter adnectamus. Et quia usque ad tempora Heinrici[q] ducis Saxonie atque Bavarie[r] series[5] decucurrit[s], ipsum in fronte ponamus; qui[t] super omnes, qui ante ipsum fuerunt, duritiam Sclavicam[u] perdomuit, et non solum ad tributa solvenda coegit, sed etiam erga veri Dei cultum, relictis superstitionibus idololatrie[v], humiliatis cervicibus promptissimos fecit. Pacem etiam maximam in omni terra Sclavorum firmavit, et omnes provincie aquilonares Wagirorum, Holzatorum[w], Polaborum, Obotritorum ocio et quieti[x] vacabant, et prohibita sunt furta et latrocinia[6] terra marique, et fruebantur mutuis mercationibus et negotiationibus, et habitabat unusquisque sub vite et ficu sua[7], presidente in Racesburg[y] reverendissimo[z] patre Evermodo[a], in Lubeke[b] vero Conrado episcopo, viro illustri, in Zverin[c] quoque Bernone, viro religioso[d], qui ecclesias novelle plantationis, quas Heinricus dux memoratus instituit, Domino incrementum dante, doctrina plantare et opere irrigare instantissime satagebant.*

## LIBER PRIMUS.

1.[e] *De peregrinatione Heinrici ducis*[f]. Confirmata igitur pace in terra[g] Sclavorum, ut dictum est[8], magis ac magis invalescebat potentia ducis super omnes inhabitantes terram, et sopita sunt bella civilia, mediante maiestate[h] imperatoria, que erant inter ipsum et principes orientales. Pribizlavus[i] vero, frater Wertizlavi[k], ex inimico factus est duci amicissimus, sciens quod nil prevalerent[l] adversus eum suscepta molimina, considerans etiam viri

a) *ita 4 et 6 adicientes* Cap. CXI.; *in* 1* *nihil omnino salutationi praemissum.* b) 7 *et* 8 *hisce praemittunt haec:* Incipit historia abbatis lubicensis de duce heinrico, *quibus* 7 *subiungit* liber secundus. c) raceburgensis 4. 6; racisburgensis 7. d) et — fratribus *desunt* 4. 6. 7. 8. e) Quia — satagebant *l. I. c.* 1 *Bangerti;* Quo igitur principante — satagebant *l. I. c.* 1 *Schorkelii, sed prologus a primi libri capitibus erat seiungendus.* f) potentior in probationibus *Heumann.* g) percurrit 4. 6. *Ed.* h) destillantes *correctum in* 1*. i) ergo historiae *Ed.* k) damnamus 1*. l) ac 8. *Edd.* m) ergo 8. *Edd.* n) precipitante 4. 6; praecipiente *Edd.* o) prefidente 6. 8. p) harum *omisit* 7. q) Henrici *saepius* 1*. 7. *Ed.* r) Bavariae 1*; bawarie 7. 8. s) decurrit 4. 6. *Ed.* t) quia *Edd.* u) slaviam 4. 6. v) ydolatrie 7. 8. w) holsatorum 7. x) quiete 7. 8. *Ed.* y) raceburg 7. z) reverentissimo 1*. 4. 6. 7. a) Eruermodo 1*; episcopo *add.* 4. 6, 7. 8. *Ed.* b) lubike 6. c) zwerin 7. d) relligioso 1*. e) I, 2. *Edd.* f) CXII. de machtilde ducissa 4; matilde 6; *deest rubrica* 7. 8. g) interea in terra 1*. h) magestate 8. i) pribizlaus 1*. 4. k) wertesiavi 1*; wertslaui 8; wertislavi *Ed.* l) prevaluerint 7*. 8; prevaluerunt 7.

1) sc. verborum, propositionibus. 2) Cf. Horatii Artis Poeticae v. 409. 3) Cicero de Amicitia c. 5. 4) Cf. Vergilii Eclog. V. v. 48: *Nec calamis solum aequiparas, sed voce magistrum.* 5) series sc. librorum Helmoldi. 6) Cf. Helm. l. I. c. 47. 7) 1. Reg. 4, 25. 8) sc. ab Helmoldo l. II, c. 7 sq.

magnificentiam, et quocunque se vertebat in omnibus fortuna favente prevalebat[9]. Dux itaque tanta potitus quiete tantisque fluctuationum emensis[a] periculis, tanquam portum[b] salutis commodum[c] duxit, pro peccatis suis sanctum visere sepulcrum[d], ut adoraret[e] Dominum in loco ubi steterunt pedes eius. Ordinatis igitur rebus suis, de profectione Ierosolimitana[f] artius[g] cogitare cepit, et terre sue tutelam Wichmanno[h] archiepiscopo Magdeburgensi[i] consignans nobiliores terre itineris sui socios fecit, Conradum videlicet[k] episcopum Lubicensem, Heinricum abbatem de Bruneswich[l], Bertoldum abbatem de Luneburg[m, 10], et memoratum Pribizlavum[n] regulum Obotritorum, et Guncelinum comitem de Zverin[o], et Syfridum[p] comitem de Blanckeneburg[q], et alios quam plures, tam de viris suis liberis, quam de ministerialibus[11]. Et non remansit quisquam maiorum[r], excepto Eckberto[s] de Vulfelesbotele[t, 12], quem constituit dux super omnem[u] familiam suam, maxime tamen deputatus est[v] in ministerium domne ducisse Mechtildis[w], religiosissime femine, cuius memoria et apud Deum nota est et apud homines, filie regis Anglorum. Que lineam generositatis[x], quam ex[y] longa regalium parentum prosapia traxit, piis operibus extulit et caritatis insistens affectibus[z] religionis decore venustavit. Erat enim summe pietatis, circa afflictos mire compassionis, elemosinarum larga erogatrix et orationibus dedita missarum, quas plurimas decantari fecit, devotissima frequentatrix. Fidem quoque coniugii illibatam[*] custodiens, thorum conservabat immaculatum. Manebat autem in Bruneswich[a] omni tempore quo dux peregrinatus est, quia tunc pregnans erat, ediditque filiam nomine Rikenzam dictam[b]. Filios etiam ex eo post reditum suscepit Heinricum, Luderum, Ottonem, Willehelmum[13], quos sicut de sancto Tobia[c] legitur, ab infantia Deum timere docuit[14]. Ministrabant ei Heinricus de Luneburg[15] et Eckbertus[d] memoratus, eo quod ipse fidelis et inclitus haberetur in omni domo ducis. Sed res cesserunt aliter de eo[e]. Ipse enim dedit maculam in gloriam suam et notam perfidie incurrit. Unde graviter mulctatus est[16]. Sed ista nunc omittamus[f], quia ad alia[g] tendimus[h].

1172. Ian. 13. 2.[i] *De eodem*[k]. Dux[l] autem[m] cum magna gloria profectus est[n] de Bruneswich post octavam epiphanie et venit cum omni comitatu suo Ratisbonam[o], ibique sollempniter egit

Febr. 2. diem purificationis[17] cum optimatibus terre. Quorum etiam nobiliores peregrinationi[p] sue sociavit[q], marchionem videlicet Frithericum[r] de Sudbach[s] et marchionem de Stire[18]. Et ita processit in regnum Orientale[19] ad vitricum suum, nobilem ducem Heinricum[20], qui totus festinus occurrit ei in castro Nuenburg[21] cum maximo cleri plebisque tripudio, ubi mater

a) emersis 1*; immensis 7. b) portis 6. c) commodis 6. d) sepulchrum 8. e) adoret 4. 6. 7. 8. f) Hierosolymitana 1*; iberos. 7. g) artius *corr.* arctius 1*; acrius 8. *Ed.* h) Wigmanno 1*. i) magedeburgensi 4. 6. k) scilicet *Edd.* l) brunsw. 7 *semper.* m) luneburg 4. 6. 8. n) pribizlaum 6. o) swerin 7. p) siffridum 7. q) Blancheneburg 1*; blanckenburg 4. *Ed.*; blankenburg 6. 8; brandenborch 9. *Hist. Heinr.* r) maior 8. s) echberto 1*. t) Ulfesbotele 7*; Wlferebutle 1*; Vulfelebotele 4. 6. 8; Wolfelebotele *Edd.* u) omnem *additum ex uno* 1*. v) est *omisit* 1*. w) mathildis 1*. 8. x) g. sue 4. 6. 7. 8. *Ed.* y) ex *deest* 4. 6. z) affectionibus 9; effectibus *Ed.* *) illabatam 7. a) brunswich 7. 8. b) nomine rikezen 7. 8. *Ed.*; n. rikesen 4. 6. c) tobya 4; thobia 7. 8. *Ed.* d) ecbertus 4. 6. 7. 8. *Ed.* e) de eo *desunt Edd.* f) obmittamus 4. 6. 7. 8. 9. g) illa 8. h) festinamus 4. 6. 7. 8. *Edd.* i) I, 3. *Edd.* k) CXIII peregrinatio ducis 4; *deest rubrica* 7; de profectione in terram sanctam 8. l) Hinricus leo dux *m. rec. in margine* 8. m) autem *omisit* 7. n) est *omisit* 1*. o) ratisponam 4 *e corr. m. rec.* p) peregrinationis 4. 6. 7. 8. *Edd.* q) sociaverunt *corr.* sociavit 1*; socios fecit 4. 6. 7. 8. *Ed.* r) Fridericum 1*; Fretherícum 4. 6. *Ed.*; fredericum 7. 8. s) sudhbach 8; *ita corr. m. rec.* suldhbach; Sulzbach *Leibniz.*

9) i. e. et quod quocunque se verteret — praevaleret. 10) monasterii S. Michaelis. 11) Historia de duce Heinrico addit: *Eratque in comitatu ducis praefati ad duo milia hominum*, v. Archiv T. VI, p. 656. 12) Ecbertus de Wolfenbüttel, ministerialis ducis, occurrit in multis diplomatis Henrici Leonis. 13) Willehelmus natus est a. 1184 c. Iun. 11. Wintoniae, v. Radulfum de Diceto. 14) Tobias 1, 10. 15) Heinricus de Luneburg inter ministeriales ducis Heinrici nominatur in eius charta de 1162, Meklenb. U. B. I. n. 74. Erat advocatus de Luneburg, ibid. n. 90, et forsasse prognatus ex inclyta familia Grote. 16) Cf. Ann. Stederburg. a. 1188. 1191. 17) sc. a. 1172. Febr. 22. V. chartam h. a. in Origin. Guelf. T. III. p. 515, Annal. Stad. 18) Marchiones nec de Sulzbach nec de Sudhbach unquam exstiterunt; marchio de Stire vero Ottocarus V. obierat ultima die a. 1164, Ottocarus VI. igitur filius eius in anno praecedenti natus septem tantum annos hoc tempore egit; v. Ann. Admunt. T. IX; Gebhardi Geschichte der erblichen Stände in Deutschland T. III. p. 332. 333. Fridericum potius et Ottonem palatinos de Wittelsbach intelligendos esse recte disseruit Cohn in Gött. gel. Anz. 1866, p. 609. Fridericus palatinus hoc tempore pergens iterum ad visitandum Domini sepulcrum, tradidit bona quaedam ecclesiae Ratisbonensi. V. Mon. Boic. X. p. 239. 19) regnum Orientale = Oesterreich, quam terram infra Orientalem vel Austriam appellat. 20) v. Helm. I. I. c. 56 sq. 21) Kloster Neuburg.

eius domna[a] Gertrudis[b] memorabilem sortita est sepulturam[22]. Inde honorifice deduxit 1172. eum in civitatem metropolitanam Wene[c], ubi comparatis navibus, frumento et vino ceterisque necessariis copiose onustatis, dux cum suis navale iter per divexa[d] Danubii arripuit; servi tamen cum equis[e] via terrestri[f] perrexerunt, vespertino tempore semper venientes ad locum determinatum, ubi naves applicuissent. Nec pretereundum, quod domnus Wormaciensis[23] huic itineri se sociavit, non peregrinationis gratia, sed legatione functus imperatoris ad regem Grecorum Manoe[g] pro filia ipsius filio suo[h] matrimonio[i] socianda[k]. Verius[24] tamen ob commodum ducis factum creditur, ut tam familiari legatione accepta benigne ducem rex Grecorum susciperet et benignius[l] per terram suam ducatum[25] ei[m] preberet. Dux etiam Orientalis vel[n] Austrie instaurata[o] classe prosecutus est ducem Saxonie, ducatum ei prebens et hospitalitatis necessaria habundantissime[p] amministrans. Cum magna igitur commoditate ad civitatem que Mesenburg[q] dicitur[26] pervenerunt, que sita est in confinio Ungarie[r], ubi legatus regis Ungarorum[s], Florentius[t] dictus, paratus fuit[u] ad excipiendum[v] ducem Saxonie una cum duce Orientali vel Austrie[w], cuius sororem rex[27] habebat; et ita procedentes cum summa tranquillitate applicuerunt ad urbem quandam, que naturaliter est munitissima. Nam ex uno latere cingitur Danubio, ex alio alveo profundissimo qui[x] Grane dicitur, a quo urbs[y] et civitas, que in altera ripa sita est, nomen accepit. Gravis autem mestitia duces[z] illic perculit. Nam ipsa nocte rex veneno interiit, appotia- Mart. 4. tus[28] ut[*] dicunt[a] a fratre suo[29], quem de terra eiecerat. Unde gravi afflictione constricti ignorabant quid agerent[b]. Dux enim Saxonie graviter cum suis angebatur, quod in peregrinatione constitutus tuto[c] ulterius progredi non posset, quia morte regis quasi prefocatus ducem vie habere non poterat. Nec minus alter[30] affligebatur de tam subito regis interitu, eo quod intestatus obiisset et sororem suam viduam, pregnantem tamen, quasi exsortem regni sine herede reliquisset. Consilio[d] autem habito, missi sunt ad archiepiscopum, qui tunc in civitate constitutus erat, regii funeris exequiis[e] occupatus, Conradus episcopus, Heinricus abbas, Bertoldus abbas, quatenus[f] ipsius ordinatione dux Saxonie ducem itineris habere potuisset[g]. Qui benivolum[h] se huic negocio exhibuit, et convocatis principibus tandem ordinatum est, ut Florentius supra memoratus cum duce procederet via qua ceperat.

3.[i] *Item*[k] Dimissi[l] igitur dux[m] et sui prospere navigabant per aliquot dies, et inciderunt quoddam[n] periculum, quod vulgariter[31] skere[o] dicitur, quia ibi scopuli[p] immanissimi ad instar montium prominentes, quorum uni castellum impositum est[q, 32], interceptis aquis meandi facultate[r] subtracta, difficillimum[s] illic navigantibus transitum fecerunt; aque enim in arctum collecte primo quidem consurgentes[t] intumescunt et postea magno fragore quaque[u] in preceps cadunt. Omnes tamen naves nutu Dei illic illese transierunt, sed solus dux ibidem naufragium pertulit. Quod videntes hi qui in castello erant, navicula arrepta, eum ad terram traxerunt. Guncelinus autem[v] et Iordanis[w] dapifer[33] cum aliis natando evaserunt. Restaurata igitur nave pervenerunt Brandiz[x, 34], urbem regis Grecorum, ubi defi-

a) domna *deest* 1*. b) Giertrudis 1*; gerthrudis 4. 5; ghertrudis 6. 8. c) Wenae 1*. d) diuexa *corr.* deuexa 1*; devexa *Ed.* e) equos 6. f) t. via 7. 8. g) Manuelem *Edd.* h) ipsius 6. i) in matrimonio 4. 6. 7. 8. *Ed.* k) sociandam 7. l) benignus 4. 6. m) ei *deest* 7. n) vel *deest* 4. 6. 7. 8. *Ed.* o) in statura 7. 8. p) abundantissime 1*. *Ed.* q) wesenburg 6; meseburg 7. r) terrae Ungariae *Edd.* s) vngariorum 7. 8. t) florentinus *hic et infra* 7. u) erat 7. v) accipiendum 8. w) orientalis Austrie 4. 6. 7. 8. *Edd.* x) que 7. y) arx *Edd.* z) ducem 4. 6. 7. 8. *Ed.* *) igitur ut 6. a) dicitur 4. 6. 7. 8. *Ed.* b) facerent *Edd.* c) tute 6. 8. d) concilio 6. e) obsequiis 6. f) ut *Edd.* g) posset *Ed.* h) beneuolum 1*. *Ed.* i) CXIV. 1. k) item de eodem 8; de urbe rauenelle 4. 6; *in 7 deest inscriptio capituli.* l) dimissus 4. 6. 7. 8. *Edd.* m) hinricus leo *m. rec. in* 8 n) quoddam *deest* 4. 6. 7. 8. *Edd.* o) schere 4. 6. 7. 8. *Ed.* p) scopoli 1*; schopuli 8. q) est *deest* 7. 8. r) facultatis 1*. s) difficilimum 8. *Edd.* t) insurgentes 7. u) quoque *postmodum insertum in* 1*; quaque *deest* 8. *Edd.* v) vero *Edd.* w) Iordanes *Ed.* x) Brandeiz 1*.

22) Gertrudis, † 1143, d. 18. Aprilis inscripta est necrologio Neuburgensi; sepulchri eius neque Neuburgi neque Königslutteri, quem locum sepulturae Ann. Col. max. dicunt, vestigia apparent. 23) Conradus II. episcopus. 24) i. e. rectius. 25) i. e. salvum conductum. 26) Mosony seu Wieselburg, haud procul a confluvio Danubii et Leithae sita. Conf. Wilh. Tyrii l. I. c. 29; *Weissenburg* Chron. Ursperg., Otton. Frising. de rebus gestis Frider. l. I, c. 32 *porta Mesia.* 27) Stephanus, qui Agnetem, Heinrici ducis sororem, duxerat. 28) i. e. veneno exstinctus. Obiit Stephanus die Mart. 4. 29) Beia. 30) Heinricus dux Austriae. 31) Vox usitatissima ad significandam scopulosam Scaniae ripam. 32) Ut videtur castellum, olim dictum Kampses, in promontorio Greben, uno milliari distans a civitate Porecz. Confer de toto hoc itinere quae eruditissime disseruit Anonymus in Wiener Jahrbücher der Literatur T. 42. 1828, p. 32. 33) Iordanis, dapifer ducis, frater Iusarii de Blankenburg occurrit in chartis ducis Heinrici de annis 1158—1191. 34) Branitschowa, Branitzevo urbs, ad

cientibus aquis naves in sicco steterunt. Ibi enim Danubius subterraneo meatu absorptus[a] in amnem parvissimum derivatur et post longa terrarum spacia, turgentibus fluctibus[b] ebulliens, in Sowam[c] protrahitur. Relictis igitur[d] navibus terrestrem viam ingressi[e] intraverunt nemus illud maximum et notissimum, quod Bulgerewalt[f] dicitur[35], ubi multum laboraverunt tam ipsi quam equi eorum in profunditate palustri, et destructi sunt equi eorum, plurimum[g] trahentes in plaustris et carrucis copiam victualium. Cumque creberrime plaustra contererentur[h], et omnes nimio labore deficerent in reficiendis et sublevandis curribus et processum nullum haberent, eo quod dictum fuisset, ut una carruca confracta omnes subsisterent[i], donec ea refecta omnes pariter[k] procederent, animadvertens dux, quod ob tedium tanti laboris nimiam facerent moram progrediendi, precepit ut relictis plaustris victualia iumentis imponerent et sic abirent. Videres igitur immensos acervos farine purissime proiectos, vasa vinaria plurima et maxima[l] vino[m] plena relicta, carnium, piscium multitudinem ibi neglectam[n] et quicquid deliciarum[o] accuratius sibi quisque preparaverat diversis condimentis[p].

Procedentes igitur appropiabant urbi que Ravenelle dicitur[36], que in medio nemoris sita est, cuius habitatores Servi dicuntur, filii Belial, sine iugo Dei, illecebris carnis et gule dediti et secundum nomen suum immundiciis omnibus servientes et iuxta locorum qualitatem bellualiter vivendo, bestiis etiam agrestiores. Subiecti tamen noscuntur regi Grecorum, cuius legatus ducem preveniens, qui tunc cum ipso erat, precepit ut ducem in castro honorifice susciperent et, ut deceret regis magnificentiam, in omnibus ei honestissime subservirent[q]. Qui eius monita sive precepta contempnentes[r] dimiserunt eum vacuum ac sine honore abiecerunt. Qui reversus ad ducem nunciavit ei quod audierat. Et venit dux cum suis prope urbem et ibi castra metatus est. Et iterum misso nuntio mandat se pacifice venire, rogans ut conductorem ab eis accipiat, et sic[s] in pace discedat. Cumque hoc sepius attentatum fuisset et nichil profecissent[t], dux ait ad suos: *Iustum quidem est, ut in peregrinatione positi cum[u] omni pace et mansuetudine incedamus, et ideo cum signis bellicis ad urbem regis, ad quem[v] tendimus, procedere non debuimus: sed quia isti filii Belial que pacis sunt non sectantes bellum nobis intentare videntur, levate signa et procedamus! Deus patrum nostrorum nobiscum sit, pro cuius nomine peregrinamur et eius precepta secuti domos et fratres, uxores et filios[x] et agros reliquimus. Hic[y] viribus utendum est. Pugnemus fortiter! Quicquid ipsi placuerit fiat, quia sive vivimus, sive morimur, Domini sumus*[37]. His dictis levantes signa profecti preterierunt urbem, nec longe castra metati sunt in valle longissima super rivum perlucidum, habentes a dextris[z] montana, a sinistris vero rubum[38] pinarum densissimum. Hoc igitur[*] muniti presidio accenderunt ignes maximos, et ordinatis excubiis per castra curam corporis habuerunt et dormitum est. Cum ecce media nocte Servi in unum ex omni nemore conglobati fecerunt quatuor turmas et per vices in quatuor partibus ululantes invalescebant maximis vociferationibus, sperantes sic terreri[a] exercitum ducis, ut fugientes bona sua proicerent, et illic[c] predam[d] raperent. Dux autem consurgens cum suis ad arma convolabat, et circuibat Heinricus marscalcus cogens milites omnes ad vexillum ducis convenire. Servi[39] etiam ex una parte sub custodia equos servabant, quibus preceptum[e] erat, ut si priores insultum[f] hostium excepissent, sine mora militibus nunciarent, ut presidio eis fierent. Fuit autem numerus virorum educentium gladium mille[g] ducenti. Cumque[h] ut dictum est milites omnes ad ducem venirent, ascenderunt etiam ad eum Conradus episcopus et abbates Heinricus et Bertoldus et sedebant iuxta ducem. Duce autem

a) absortus 4. 7. 8. b) fluctibus || *hinc tria in 4 desiderantur folia a manu antiqua haud dubie scripta.* c) sonum 7; Irsowam (*i. e.* Orschowam) *proponitur in Wiener Iahrb. l. l. p.* 32. d) ergo *Edd.* e) aggressi 1*. f) Burgerewalt *corr.* Bulgerewalt 1*; Bulgerewalth 7. *Ed.* g) in — plurimum *desunt* 7. 8. S. R. h) conterentur 7. i) consisterent *Edd.* k) pariter *deest* 7. 8. *Edd.* l) maxima *deest* 7. 8. *Edd.* m) pleno *inser.* 7. n) carnium — neglectam *desunt* 7. 8. o) deliciarum *deest* 7. 8. *Edd.* p) diversis condimentis *deest* 7. q) deservirent *Edd.* r) contemnentes 1*. s) sic *deest* L. t) profecisset 8. u) in 8. v) quam 8. *Edd.* x) do. et u. fr. et fil. 7. 8. y) his *Edd.* z) dextra *Edd.* *) ergo 8. *Ed.* a) se sic terrere 8. *Edd.* c) ipsi *Edd.* d) quaedam *Ed.* e) mandatum *Edd.* f) insultus *Edd.* g) ducenta milia 7. 8. *Edd.*; *in* 8 *margini adscripsit m. rec.* numerus bellatorum 200000. *Cf. supra c.* 2 *not.* 3. h) cunque 1*.

Danubium non longe ab ostio Moravae orientem versus sita; v. Wiener Iahrb. l. l. p. 30 sq. 35) Dendra sive silva Bulgarorum dictum est territorium inter Belgrad et Nissa, in quo et Brandiz sita fuit. 36) Castrum olim situm erat prope monasterium, quod Ravaniza dicitur, ubi fluvius Ravana sive Ravaniza Moravam influit, a Turcis hodie Tjuprija vocatur, v. Wien. Iahrb. l. l. p. 37 sq. 37) Roman. c. 14. v. 8. 38) i. e. rubetum. 39) i. e. famuli, armigeri, German. *Knappen.*

sedente in armis[a], accensus est rogus[b] ingens, et stabat ante eum Guncelinus comes et 1172 quique robustiores, mutuis se exhortationibus[c] confortantes, et subito prodiit sagitta et cecidit prope eos. Unde exterriti celerius arma corripiunt. Subito autem venit qui diceret, castra domni[d] Wormaciensis ab hostibus occupata et militem unum mortuum, sagitta percussum[e], et servos duos, quorum alter usque ad medium diem supervixit et mortuus est. Tela enim habent toxicata, et quicquid vulneraverint mortem evadere non potest. Audito igitur[f] tam tristi nuntio, subito missi sunt ad castra episcopi viginti milites loricati, qui venientes hostes fortiter cedendo premebant, et unus balista feriens nutu Dei e regione percussit ducem illorum et transfodit eum. Illo cadente alii fugam inierunt, et non adiecerunt[40] ulterius impetere castra ducis.

Facto autem mane, orta est nebula densissima; et precepit dux ne castra moverent, donec deficeret nebula[g]. Cum vero sol incaluisset, profecti sunt et viderunt eminus hostes tota die insidiantes, si aliquem ex eis rapere potuissent, et sic illesi transito nemore tenuerunt civitatem Niceam[41]. Ubi dux honorifice susceptus est, et lautissime ministratum est ei et omnibus suis de impensa regia. Inde deductus[h] est Andernopolim[42], deinde Vinopolim[i][43], et ita profecti in parasceue venerunt prope Constantinopolim. Ibique celebrantes dominicam passionem et sabbatum sanctum, mane in die resurrectionis[k], peractis sollempniter Apr. 16. mysteriis[l] et prandio facto, ascenderunt curiam regis. Premiserat autem[m] dux munera multa et optima, iuxta morem terre nostre, equos pulcerrimos sellatos et vestitos, loricas, gladios, vestes de scarlacco[n] et vestes lineas tenuissimas.

4.[o] *Quomodo rex ducem in suo[p] suscepisset[q].* Rex igitur indutus ornatu regio cum summis pontificibus et principibus et optimatibus prestolabatur adventum ducis. Erat autem in eodem loco curia venationis latissima et planissima, murata; et ad ostentandam[r] gloriam divitiarum suarum preceperat rex principibus et optimatibus suis, ut omnes huic sollempnitati interessent[s]. Videres igitur illic tentoria innumera erecta, bissina, purpurea[t], cum capitibus aureis, et pro uniuscuiusque magnificentia vario decore ornata. Veniens igitur dux gloriose susceptus est, et quia processionis sollempnitas[u] instabat, procedebat rex cum duce. Erat autem strata semita quedam tota purpurea et[v] desuper tecta aurifrigiis[44] et ornata aureis lampadibus et coronis. Hanc incedebat statio clericorum et pontificum, prosequente rege cum duce et militibus tantum peregrinis. Et ita procedebant ad tentorium aureum, quod totum incanduit gemmis et lapidibus preciosis. Inde per eandem viam reversi sunt ad ecclesiam, et collocatus est rex in throno suo excelso, et dux in alio iuxta eum, et missarum sollempnia celebrabantur.

5.[w] *De disputatione Grecorum et Heinrici abbatis[x].* Igitur post meridiem cum rex cum duce letior esset, movit questionem domnus Wormaciensis una cum Lubicense cum litteratioribus Grecorum de processione Spiritus sancti. Dicunt enim Greci[y], Spiritum sanctum procedere tantum a Patre et non a Filio, verbis Domini nimis adherentes, qui de processione Spiritus sancti loquens ait: *Cum autem[z] venerit Paracletus, qui a Patre procedit* etc.[45] Opponentibus autem illis[*], quia Spiritus procedit a Filio sicut a Patre, quia Spiritus sanctus est Patris et Filii et, cum Spiritus sancti gratia datur hominibus, profecto mittitur a Patre[a], mittitur et a Filio, procedit a Patre, procedit et a Filio, quia missio est ipsa eius processio[b]. Grecis[c] adhuc contradicentibus, quasi plenis auctoritatibus nondum conclusi[d], abbas Heinricus, vir litteratissimus et facundissimus, modeste incoans: *Non erretis*[e], ait[f], *o catholici*[g] *et religiosi viri, dicentes Spiritum sanctum tantum a Patre procedere, et non a Filio, quia plane*

a) in armis *desunt* 7. b) clibanus 8. *Edd.*; clybanus 7. c) cohortationibus *Edd.*; cohercionibus 7. d) domni *deest* 1*. e) percussorum 7. 8. f) ergo *Edd.* g) densissima — nebula *desunt Ed.* h) ductus *Edd.* i) Iunopolim (*l.* uinopolim) 1*; innopolim 7; innopolin 8. k) sancte resurrectionis 7. 8. *Edd.* l) misteriis 7. 8. m) autem *omisit* 7. n) Scharlatto *Ed.* o) I, 3. 7. p) et suos 7. q) *capituli inscriptio omissa in* 8. r) ostendendam 7. 8. *Edd.* s) *ita* 1* *et Cornerus qui addit* in||cultiori apparatu suo; huic sollempniter interessent leticie 7. 8; so. h. i. l. *Edd.* t) et *abundat* 8. u) solennitas, solennia *similia* 1*. v) et *deest* 7. 8. *Ed.* w) I, 4. 7. x) Disputatio de spiritu sancto Latinorum cum grecis (grays) 8 *et m. rec. in margine* 8. y) greci *omisit* 8. z) autem *deest* 7. 8. *Ed.* *) nostris *Edd.* a) mittitur a patre *desunt* 7. 8. b) processio est *Edd.* c) vero *inser. Edd.* d) essent concl. *Edd.* e) nunc erratis 7. 8. *Edd. Corn.* f) ait *deest* 7; inquit *Edd.* g) katholici 8.

40) V. notam 53 ad Helm. l. I. c. 30. 41) Nissam, quondam Naissos dictam. 42) Adrianopolis, quam l. IV. c. 10. Andropolim nominat. 43) Vinopolis hic non, sicut infra l. IV. c. 9. aperte intelligendum est, Philippopolis esse potest, sed pro oppido quodam synonymo inter Adrianopolim et Constantinopolim sito habenda esse videtur, nisi confudit noster cum Chariopoli aut omnino erravit. 44) Aurifrigia sunt stragula serica, Phrygio opere facta et auro intertexta. *Bangert.* 45) Iohann. 15, 26.

*procedit a Filio sicut a Patre. Quod negare hereticorum est. Quod enim de utroque procedat, multis*[a] *divinorum eloquiorum testimoniis comprobatur. Dicit enim apostolus:* Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra[46]. *Ecce hic dicitur Spiritus Filii. Et ibi:* Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius[47]. *Ipse etiam Filius de Spiritu sancto in ewangelio*[b] *ait:* Quem ego mittam vobis a Patre[48]. *Patris autem Spiritus dictus est, ubi legitur:* Spiritus eius qui suscitavit Iesum a mortuis, habitat in vobis[49]. *Et ipse Christus dicit:* Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis[50]. *Et alio in*[c] *loco:* Quem mittet[d] Pater in nomine meo[51]. *His et aliis auctoritatibus ostenditur, quod Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio. Ad illud autem, quod de ewangelio*[b] *opponitis,* qui a Patre procedit, *ita respondemus, quia cum dicat in eo Veritas,* Spiritum sanctum a Patre procedere, *non addidit* solo, *et ideo etiam a se procedere non negat, sed ideo Patrem tantum nominat, quia ad eum solet referre, etiam*[e] *quod ipsius est, quia ex illo habet. Vestri etiam doctores, unam eandemque sententiam esse intelligentes, quia*[f] *Spiritus sanctus dicitur procedere a Patre et Filio, et esse Spiritum Filii sicut Patris, professi sunt, Spiritum sanctum procedere a Filio, sicut a Patre. Unde Athanasius*[g] *in symbolo*[h] *fidei:* Spiritus sanctus a Patre et Filio non factus, nec creatus. nec genitus, sed procedens. *Ecce Spiritum sanctum* a Patre *dicit* procedere et a Filio. *Item Iohannes Chrysostomus*[i] *in homilia*[k, 52] *quadam sic ait:* Iste est procedens a Patre et Filio, qui dividit dona propria prout vult. *Item Cyrillus*[l] *episcopus*[53]*:* Spiritus, *inquit,* sanctus intelligitur per se, secundum quod Spiritus est et non Filius, sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, et profluit ab eo, sicut a Deo Patre. *Ecce etiam a vestris doctoribus aperta habetis testimonia, quibus Spiritus sanctus a Patre et Filio procedere ostenditur*[m]. *Omnis igitur lingua confiteatur Spiritum sanctum procedere a Patre et Filio.* His aliisque auctoritatibus, maxime suis[n], non valebant contradicere magistri Grecorum, concedentes Spiritum sanctum procedere a Patre et Filio. Et magnificatus est abbas Heinricus in conspectu regis et pontificum, collaudantes doctrinam eius et fidem non modicam adhibentes[54] verbis illius. Regina autem donavit duci samittos[55] plurimos, ita ut omnes milites suos vestiret samittis, quibus addidit regina cuilibet militi pelles varias et pelliculam zobilinam[o].

6.[p] *De processu ducis.* Porro rex dedit ei navem firmissimam necessariis omnibus copiose ditatam, et ingrediens dux cum suis navigare cepit. Et factus est motus magnus in mari, ita ut pre nimia tempestate omnes mortem sibi proximam formidarent. Erat autem ibi quidam bone conversationis, qui ob imminens periculum graviter anxiebatur[q], et inter ipsas mentis et pelagi fluctuationes repente sompno[r] depressus vidit astantem sibi virginem pulcherrimam[s], que dixit ad eum: *Times maris periculum?* Et ille: *Domna,* inquit, *clarissima, tenent nos angustie, et nisi Deus celi respexerit nos, quantocius peribimus.* Et illa: *Confide*[t], inquit, *quia*[u] *non peribitis, sed propter orationes cuiusdam, qui in hac navi me invocare non cessat, ab instanti periculo liberi eritis.* Quod de quo dictum fuerit, quamvis expressum non sit, tamen qui viderat, de Heinrico[v] abbate dictum sibi affirmabat, quia qui in Spiritu Dei videt, pauca quidem audit, sed plura intelligit. Nec fefellit visio. Denique facto die invalescebant procelle, et navis in medio mari iactabatur fluctibus. Et inciderunt in[w] periculum marinum[x], ut superius in Danubio, quod dicitur skere, et timuerunt naute vehementer[y]. Erant autem ibi petre acutissime a dextris et a sinistris, et navis in medio. Cumque[z] nimis turbarentur, aspexerunt naute lapides patentes quasi hostium[*], et direxerunt velum contra ipsum, et ecce[a] cecidit spiritus procelle et siluerunt fluctus eius, et subito navis illesa pertransiit, et laudaverunt Dominum, qui mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit[56].

a) multis *deest* 8. *Edd.* b) euangelio 1*. c) in *omittunt* 7. 8. *Ed.* d) mittat 8. e) quod s. e. etiam s. r. *Edd.* f) qua 7. 8. *Edd. Cornerus.* g) Atanasius 7; anastasius 8. h) simbolo 7. i) Crisostimus 7; crisostomus 8. k) homelia *corr.* homilia 1*; omelia 8. l) cirillus 8. m) dicitur procedere 7. 8. n) suis 7. 8. o) zobolinam 7. 8. p) I, 5. 7. q) *leg.* anxiabatur, *cf. c.* 15 *et l. III c.* 3. *Heumann.* r) somno 1*. s) pulcerrimam 1*. t) confide, confide 7. 8. u) quia *deest Edd.* v) hinrico 7. w) in *deest* 8. *Edd.* x) maximum 8. y) et t. n. veh. *desunt* 7. z) conque 1*. *) hostium *corr.* ostium 1*. a) ecce *deest* 7.

46) Galat. 4, 6. 47) Roman. 8, 9. 48) Ev. Iohann. l. l. 49) Roman. 8, 11. 50) Matth. 10, 20. 51) Iohann. 14, 26. 52) scil. in 2. homilia pentecostes, v. Edit. Montfaucon. T. II, p. 469. B. C. D. 53) V. Cyrilli opera ed. I. Aubertus, Lut. 1638. T. VI. et Contra Iulian. B. p. 21. B. 54) i. e. collaudantium et adhibentium. 55) nostratibus *Sammet*. 56) 1. Samuel. 2, 6.

7.[a] *De adventu ducis Iherosolymam*[b]. Dux igitur applicans ad Accaron vel Accon[c] 1172. magnifice susceptus est ab Accaronitis vel Acconitis[d], et ascensis equis, rabitis[e, 57], mulis, quidam etiam asinis, processerunt ad urbem Ierosolimitanam[f], et occurrerunt eis Templarii et Hospitalarii cum grandi comitatu, et honestissime suscipientes[g] ducem duxerunt in sanctam civitatem, et susceptus est a clero cum hymnis[h] et laudibus Dei. Optulit autem dux ad sanctum sepulcrum pecuniam multam, et basilicam in qua lignum Domini repositum est ornavit musivo opere et ostia[i] eiusdem basilice vestivit argento[k] purissimo. Deputavit etiam reditus annuos ad cereos comparandos, iugiter ad sanctum sepulcrum[l] arsuros[58]. Templariis quoque et Hospitalariis dedit dona et arma plurima et mille marcas argenti ad comparanda predia quibus tyrones teneantur tempore belli. Rex[59] autem in domo propria fecit ei cum suis convivium per triduum. Visitatis igitur[m] omnibus locis sanctis in Iosaphat, in monte Oliveti. in Bethlehem, in Nazareth, abiit ad Iordanem, deducentibus eum Templariis, et inde ascendit Quarentenam[60]. Illuc[n] etiam Heinricus abbas cum difficultate magna ascendit, quia corpore exhaustus erat, celebrans ibi divina. Que etiam ad omnia illa loca sancta devotissime celebravit ob memoriam Domini nostri Iesu Christi, quam corporaliter ibi exhibuerat, et gloriosissime[o] genitricis eius, cui etiam in omni peregrinatione illa cilicio indutus devotissimus extitit, in abstinentiis, in orationibus, primo semper diluculo, antequam castra moverentur, completis matutinorum vigiliis, cum pleno officio missarum ei[p] sollempnia celebrans et hostiam salutarem tam pro se quam pro omni exercitu illo peregrino incessanter offerens.

8.[q] *De reditu ducis a Iordane.* Dux autem regressus est Ierosolymam[r], et detinuit eum illic domnus patriarcha[61] duobus[s] diebus. Inde reversus in Accaron vel Accon, et ita valedicens omnibus, etiam suis, Conrado videlicet episcopo et Bertoldo abbati, profectus est Antiochiam, prosequentibus eum Templariis cum turba multa. Conradus autem episcopus egrotabat infirmitate, qua et mortuus est. Cum autem dux abiisset, domnus episcopus moleste ferens eius discessum, habens etiam quedam negotia ei insinuanda, cum abbate Bertoldo barcam[t] ingrediens, navigio eum insequitur. Crescente autem corporis molestia, cum iam applicarent ad civitatem que Surs vel Tyrus[u] dicitur spiritum reddidit[62]. Iul. 17. Cuius corpus in civitatem perlatum honestissime terre reconditum est, agente[v] Guncelino comite et aliis amicorum ducis, qui presentes fuerunt. Bertoldus autem abbas rediens Accaron[w] post triduum et ipse vitam finivit[63]. Iul. 24. Dux autem hoc audito graviter contristatus est. Heinricus vero abbas cum duce perrexit via qua ceperat.

9.[x] *De reditu ducis ad sua*[y]. Igitur dux missis legatis ad Milonem Saracenum[64] rogavit, ut per terram suam ducatum ei preberet. Qui missis ad eum viginti viris de nobilioribus suis mandat, se paratissimum esse, cum honore et summa pace per terram suam eum[z] deducere. Quod comperiens dux in dolo factum, noluit per terram suam transire. Princeps vero Antiochie[65], qui eum honeste tractaverat, naves[*] ei providit, quas ingressus cum equis et omnibus que habebat ad civitatem que dicitur portus Simeonis[a, 66] expansis velis nocte[b] et die eundo partem quandam terre illius preteriit. Cumque[c] ad civitatem quandam applicuisset que dicitur Torsult[67], saracenice[d] vero Tortun[e] — quam postea idem Milo expugnans sibi subiugavit in ultionem, quod peregrini ibi preterlapsi fuissent — soldanus, princeps Turcorum[68], misit ei quingentos milites, qui eum per terram Milonis deducerent cum omnibus que illius[f] erant. Profecti autem per triduum transierunt[g] per[h] terram de-

a) 1, 6. 7. b) ierosolimam 7; iherosolimam 8. c) vel Accon *desunt* S. R. d) vel Acconitis *desunt Edd.* e) rabidis 7. 8. f) iherosolimitanam 7. 8. g) excipientes *Edd. ita corr. in* 8. h) ympnis 7; ymnis 8. i) hostia 8. k) auro 9. l) sepulcrum domini 7. 8. 9. m) ergo 8. *Ed.* n) illic 7. 8. *Ed.* o) gloriose 7. 8. *Ed.* p) ei *deest* 7. q) 1, 7. 7. r) iherosolimam 7; ierosolimam 8. s) tribus *Hist. Heinr.*; per triduum *Henricus de Hervordia.* t) barcham 7. 8. *Ed.* u) que 8. dicitur vel tyrus (thyrus) 7. 8. v) agente id *Edd.* w) accoron 8. x) 1, 8. 7. y) Incidis de rege Conrado 7 *perperam.* z) illum *Edd.* *) hic naves 8. a) symeonis 7. b) et nocte 8. c) cunque 1*. d) saracenise 1*. e) Tortum *Ed.* f) ipsius 8. *Edd.* g) transierunt *deest* 7. 8. h) per *deest Ed.*

57) cf. vernaculum *rävit*, stn. (aus Arabien). 58) V. litteram fundationis a. 1172 in Orig. Guelf. T. III. p. 76 et 516. 59) sc. Amalricus. 60) Desertum, in quo Christus quadraginta ieiunasse dies traditur. Cf. Ann. Stadens. p. 341. 61) scil. Amalricus. 62) Hist. de duce Heinrico addit: *anno* 1172. 16. *Kal. Aug.*, quem diem, Iulii 17., testatur etiam Necrolog. S. Michael. 63) sc. Iul. 24. V. Necrol. monast. S. Michaelis. 64) Malech, Ciliciae princeps seu Armeniae, religionem quidem christianam profitebatur, sed cum Saracenis contra Christianos foedera inierat. 65) Boemundus III. 66) Portus Soldini (Marin. Sanuti p. 174) hodie Soldu seu Souwadia vocatur. 67) olim Tarsus, urbs Ciliciae. 68) Aseddin Kilidscharslan II. soldanus Seldschukorum Iconii.

sertam et inviam et inaquosam, terram horroris et vaste[a] solitudinis[70], que Rumenia deserta dicitur, ubi multum laboraverunt, portantes in equis omnia necessaria, etiam aquam quam biberent tam ipsi quam iumenta eorum[b]. Et ita pervenerunt ad civitatem que iuxta linguam Turcorum dicitur Rakilei, in nostra lingua Eraclia[c, 71], quam princeps Ierosolymitanus Eraclius olim tenebat, qui occidit Cosdroe[d, 72], qui Ierosolymam ceperat et lignum Domini in captivitatem asportaverat. Dux autem[e] illuc perveniens magnifice susceptus est a Turcis[f] et inde deductus est Axarat[g, 73], ubi occurrit ei soldanus letissimus, amplexans et deosculans[h] eum, dicens, eum consanguineum suum esse. Cumque dux perquireret affinitatem consanguinitatis, ille respondit: *Quedam nobilis matrona de terra Theutonicorum*[i] *nupsit regi Ruthenorum, qui genuit ex ea filiam, cuius filia devenit in terram nostram, de qua ego descendi*[74]. Benedicebat autem soldanus Deum celi, quia dux manus[k] Milonis[l] evaserat, dicens eum infidelem et traditorem et, si in terram eius devenisset, profecto eum rebus vel etiam vita spoliasset. Dedit autem ei dona plurima, mantellum et tunicam de optimo serico[m]. Qui propter operis excellentiam fecit inde casulam et dalmaticam. Post hec adducti sunt[n] equi mille octingenti, ut eligeret quos vellet. Dixit ergo dux militibus suis, ut quisque acciperet sibi equum quem voluisset[o]. Inde adducti sunt caballi fortissimi triginta cum frenis argenteis et sellis optimis de pallio et ebore compositis, quos duci tradidit. Dedit ei etiam sex domos filtrinas[75] secundum morem terre illius et sex camelos, qui eas ferrent[q], cum servis, qui eas[r] ducerent. Addidit his duos leopardos et equos et servos: docti enim erant sedere in equis. Cumque[s] omnibus modis benignissime eum tractaret, arguit eum dux de superstitione gentilitatis, multa dicens ei de incarnatione Christi[t] et fide katholica[76]. Qui respondens: *Non est*, ait, *difficile ad credendum, quod Deus, quando*[u] *voluit, de immaculata virgine carnem assumpsit*[v], *qui hominem*[w] *primum de limo terre*[x] *plasmavit.* Forte, quia de heresi Nicolaitarum erat[77], libros Moysi[y] audierat, in quibus de plasmatione primi hominis legerat. Sunt enim multi gentiles, qui pentateuchum[z] Moysi[*] recipiunt, nec tamen ab idolatria[a] cessant, ut olim Samaritani. Unde mulier Samaritana in euangelio[b] dicit: *Domine, ut video, propheta es tu*, et cetera[78].

10.[c] *Incidentia de rege Conrado.* Dimissus itaque dux a soldano, deductus est Ismilam[d, 79], inde Cunin[e, 80], que est civitas Turcorum[f] capitalis. Et inde progressus venit in terram desertam et aridam nimis, ubi dicitur Conradus rex stetisse cum exercitu suo[81], quia propter nimiam terre solitudinem multis ibi[g] fame et siti deficientibus procedere non poterat. Traditus enim a ductore vie fuerat, quod consilio regis Grecorum quidam factum dicunt, eo quod idem Conradus in terra sua cum nimia multitudine diu fuerit et eum videre noluerit[h]. Est enim quedam detestabilis consuetudo regi Grecorum, qui etiam propter nimium fastum divitiarum suarum imperatorem se nominat — quam tamen dignitatem a Constantino, eiusdem civitatis fundatore, traxerat — ut osculum salutationis nulli offerat, sed quicunque faciem eius videre meretur, incurvatus genua eius osculatur. Quod Conradus rex ob honorem Romani imperii omnino detestabatur. Cumque[i] rex Grecorum in hoc consensisset, ut osculum ei porrigeret, ipso tamen sedente, nec hoc Conrado regi placuit. Tandem sapientiores ex utraque parte hoc consilium dederunt, ut in equis se viderent, et ita ex parilitate con-

a) vaste *deest* 7. b) ipsorum *Edd.* c) Eraclia *corr.* Heraclia 1*. d) cosdroe 8; Cosdrae 8. e) autem *deest* 7 8. *Edd.* f) thurcis 7. g) Ararat *corr.* Axarat 1*. h) amplexatus et deosculatus 7. 8. *Edd.* i) teutunicorum 7; theutunicorum 8. k) manus *deest* 7. 8. *Edd.* l) Milonis 7. 8; Milonem *Edd.* m) cerico 8. n) ei *add. Edd.* o) vellet 7. 8. q) ferrent || *hic deficiunt cod.* 6 *et Ed. Schorkelii.* r) eos *Ed.* s) cunque 1*. t) cristi 8. u) cum *Ed.* v) assumsit 1*. w) homines *Ed.* x) de terra 7; de l. terra 8. y) Mosi 1*. z) pentateucum 8. *) Moisi 1*; Moysen 8. a) idololatria *Ed.*; ydolatria 7. 8. b) ewangelio 8. *Ed.* c) l, 9. 7. *In hoc capite — cui m. recentissima atramento adiecit numerum* CXX *— alter vol. Hafniensis Boeckeliani incipit codex* 5. d) *ita emendavi* nisdam 1*. 5; niselam 6; nisclam *vel* insclam 8; insclam 7; Insciam *Ed.* e) eunin 5. f) thurcorum 5. g) in 8. *Ed.* h) noluit *Ed.* i) cunque 1* *saepius.*

70) *terram — solitudinis*, v. Deuteron. 32, 10. 71) hodie Erekli s. Eregli ad Halym fluvium. 72) Cosroes II. rex Persarum, qui Ierusalem a. 614 ceperat, a. 628 occisus est ab Heraclio Graeciae imperatore. 73) hodie Aktscha Schehr. 74) Robertus de Monte T. VI. itidem a. 1180 narrat de matre soldani de Iconio clam christiana. 75) Tentoria e lana coacta, quam dicimus *Filz*. V. Bangert. 76) Hic videtur esse rex paganus, de quo legitur in Ann. Colon. max. a. 1173, T. XVII. p. 786. Ibidem omnes captivos christianos ab eo absolutos esse narratur. 77) Ita fortasse Arnoldus noster opinatur propter polygamiam huic sectae imputatam. 78) Iohann. 4, 19. 79) Ismil, rivus et locus inter Aktscha Schehr et Iconium. 80) Konyeh, olim Iconium. 81) inter Nicaeam et Iconium a. 1147. m. Octobri. V. supra Helm. l. I. c. 60.

venientes sedendo se et osculando salutarent. Quod et factum est. Propter hanc igitur causam vel[a] quia vires Teutonicorum[b] timebant, omnem[c] exercitum illum peregrinum[d] Greci tradiderunt, miscentes eis venenum in fontibus et traducentes eos in horridissimam illam solitudinem. Et sic[e] misero fine immanis illa expeditio soluta est.

Dux autem procedens venit ad nemus maximum[f], quod dividit terram Turcorum et Grecorum. Quod triduo cum difficultate transiens venit ad urbem regis[g] Grecie que dicitur castellum Alamannorum[h], quia eam dux Godefridus[i] olim tenuerat et inde omnem Turcoriam[k] sibi subiugaverat. Inde profectus pervenit ad urbem fortissimam, muro et turribus multis in circuitu venustissime ornatam et fortissime firmatam, que dicitur Anikke[l, 82], quam idem Godefridus labore nimio[m] expugnaverat. Et quia propter suam fidelitatem

*omni est memorabilis evo,*

dicamus, quomodo eandem urbem, quia[n] inexpugnabilis erat, Deus in manus eius tradiderit[o].

11.[p] *Incidentia de duce Godefrido.* Cum diu Godefridus in obsidione urbis laborasset et exercitus nimia fame attenuaretur, ita ut omnes fere equi et quicquid habebant usque ad corrigiam[q] calciamentorum[r] consumptum fuisset[s], princeps castelli tedio diutini laboris fatigatus Teutonicum quendam, quem diu carceris inclusione tormentaverat, fecit muros ascendere. Qui locutus est ad ducem et ad populum Dei, dicens: *Hec dicit princeps: Quid est, quod tanto tempore in obsidione laboratis[t] et fines meos exire non vultis? Ecce castrum expugnare non potestis, sed si placet huius mali finem faciatis. Procedant duo, unus ex nostris et unus ex vestris, duellum inter se miscentes, et si vicerit vester, nos dabimus[u] castellum et discedemus. Si vero noster victoriam adeptus fuerit, vos sine mora terram nostram exeatis.* Placuit duci[v] et omnibus quod dixerat, et firmatum est ex utraque parte, ut quocunque se sors obtulisset, quod dictum erat certissime teneretur. Habuit autem dux Godefridus servum quendam corpore validum, statura[w] procerum, vultu elegantem nimis, Heliam[x] dictum, quem, pace condicta, misit in urbem ad principem, certius[y] finem rei facere cupiens et diem determinare explendi duelli. Videns autem princeps[z] viri venustatem, corporis immanitatem, membrorum fortitudinem, reputans nullum suorum ei viribus equiparari[*], complacuit sibi in illo, et cognita legatione dixit ad eum: *O si complaceret[a] tibi manere mecum et condicti duelli pro me certamen inire.* At ille: *Quid*, inquit[b], *dabis mihi, ut faciam quod dicis.* Qui dixit: *Dabo tibi dimidium terre mee et filiam meam copulabo tibi et omni honore te sublimabo.* Et ille: *Fac ut locutus es, et pugnabo pro te.* Inito igitur federe, Helias[c] abrenunciavit[d] Christo et affinitate coniunctus[e] est gentili, et facti sunt cor unum et anima una[83]. Dux autem mirabatur, quid de eo factum fuisset, nesciens si aut[f] captivatus esset[g], vel cuius rei gratia non rediisset. Cum ecce una dierum predictus ille Teutonicus stans in muro proclamavit[h] ad ducem et ad[i] principes dicens: *Hec mandat dominus meus. Illa die et hora estote parati, quia tunc dominus meus exibit ad vos cum tyrone suo, completurus quae[k] dixit.* His auditis gavisi sunt omnes, et unusquisque ultro se offerebat ad hoc singulare certamen, pro Dei honore subeundum. Dux autem ante omnes ad bellum se preparabat, sed non permittebatur, quia iam quasi[l] gravis etate et exhaustus erat et gibbum in dorso habebat[84]. Ingerebant etiam se pontifices, et quotquot erant, dives et pauper, pro honore Dei aut vincere aut mori paratus erat. Procedens autem quidam[m], qui Drogo dicebatur[85], consanguineus ducis, filius sororis sue, dixit ei· *Ecce tot annis servivi tibi et nichil emolumenti[n] a te requisivi. Iustum est, ut tandem laboris mei fructum recipiam. Hoc ergo*

a) vidalicet *Ed.* b) teutunicorum 5. 7. c) omnes 8. *Ed.* d) peregrinorum 5. e) sic *deest Ed.* f) marinum 7. g) regum *Ed.* h) Alemannorum *Ed.* i) gotfridus 5 *saepius.* k) Turcomaniam *Ed.* l) Amkke *Ed.* m) nimis 5. n) quae *Ed.* o) tradiderat *corr.* tradiderit 1*; tradiderat 5. p) I, 10. 7. CXXI *m. recentissima atramento adiecit* 5. q) corrugias 5. r) calceamentorum *Ed.* s) esset *Ed.* t) laborastis 8. *Ed.* u) dabimus vobis 8. *Ed.* v) gotfrido 5. w) et statura 8. *Ed.* x) Eliam *corr.* HEliam 1*; helyam 7; helyas *m. rec. in marg.* 8. y) citius *emendavit Kolerus.* z) princeps ‖ viri *hic incipit apographi Hafniensis* (1*) *fasciculus B.* *) equipperari 5. a) placeret 5. 7. 8. *Ed.* b) inquid 1*. c) helyas 7. 8. d) abrenunciat *Ed.* e) iunctus *Ed.* f) aut *deest* 7. 8; nesciens an *Ed.* g) fuisset 5. *Ed.* h) proclamat *Ed.*; proclamauit — suo completuros *in* 3, *hic incipiente*, *perforato folio multa periere.* i) ad *deest Ed.* k) quod *Ed.* l) quasi *deest* 3. *Ed.* m) quidam *deest* 8. *Ed.* n) emolimenti 3. 5. 8.

82) Aniko iuxta Hellespontum. 83) Actorum 4, 32. 84) Hic Godefridum de Bullion cum Godefrido seu Gozelone Gibboso, duce Lotharingiae a. 1070–1076, misceri apparet. 85) Inter crucesignatos, qui huic expeditioni affuerunt, nominantur Drogo de Neelle et Drogo de Moncy ab Alberto Aquensi l. II. c. 1 sq. atque Orderico Vitali l. IX.

*duellum pro omni*[a] *servitio, quo servivi tibi, devotissimus excipiam.* Quid plura? Placuit duci devotio viri, omnibusque acclamantibus armis precingitur. Cum[b] procederet, dixit dux: *Deus qui benedixit patri nostro Abrahe, Isaac et*[c] *Iacob! Deus qui per manum Moysi transduxit*[d] *populum suum per desertum, operiens hostes eorum mari rubro, qui etiam per Iosue introduxit eos*[e] *in terram Chanaan, contritis hostibus sub pedibus*[f] *eorum; Deus qui dedit Gedeoni*[g] *contra inimicos fiduciam, Sampsoni*[h] *fortitudinem, Iudith de tyranno victoriam; Deus qui liberavit Danielem de lacu leonum, David de gladio maligno, Helyam de persecutione Ihezabel*[i]*; Deus inquam qui filium suum*[k] *Ihesum*[l] *Christum misit*[m] *in hunc mundum humani generis redemptorem, qui per victoriam sancte crucis diabolum*[n] *devicit*[o] *et vasa captivitatis eius diripuit, qui apostolis suis benedixit et per doctrinam eorum sanctam ecclesiam illuminavit*[p]*, qui etiam per eos nobis dixit: „Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis"; pro cuius nomine et*[q] *amore peregrinamur, ipse dextera sua excelsa te benedicat et*[r] *hostem nostrum ad laudem et gloriam et honorem nominis sui hodie sub pedibus tuis conterat!* Respondentibus autem omnibus: *Amen,* et[s] episcopis benedictionem confirmantibus, processit tyro Christi Drogo obviam adversario suo, omnibus lacrimantibus et genua in orationem ad Deum[t] flectentibus. Et ecce occurrit ei Golyas superbus, Helyas videlicet apostata, ab humili David in nomine Domini deiciendus, sedens in equo falerato, cuius operimento filia principis inseruerat tintinnabula[u] plurima, tum pro ostentatione, tum equi alterius fugatione. Providerat autem hoc[v] dux[w] Godefridus obturatis auribus equi cognati sui lana et pice. Concurrentibus igitur equis primo lanceas fregerunt, post in pedes devoluti[x],

Atque diu valido rimantes corpora ferro,
Ictibus alternis se comminus[y] afficiebant[86].

Tandem recordatus Dominus misericordie sue et veritatis, dedit victoriam servo suo Drogo, et Helyas in terram corruit. Qui cum prostratus esset, ita ut non adiciat ut resurgat, dicit ei Drogo: *Quisnam es tu, qui mecum pugnas?* Ignorabant enim alterutrum, qui essent. Cui ille respondit: *Ego*[z] *sum Helias.* Et ille: *Quid hoc*[*], inquit, *facere voluisti? abnegasti Christum, quomodo stare posses? Nunc itaque penitentiam age et reconciliare*[**] *Deo tuo, quia misericors est et revertere mecum in castra. Habeo enim*[a]*, ut nosti, quatuor urbes et dabo tibi duas, quas eligere volueris, et sororem meam, consanguineam ducis, iungam tibi matrimonio, et eris de familiarissimis ducis.* Qui respondit: *Nequaquam; nunquam enim fidem priorem violabo, nec recedam a genero*[87] *meo.* At ille decollavit[b] eum. Et magnificatus est Dominus in suis, et recesserunt gentiles de castro, et intravit illud dux Godefridus cum suis, collaudantes Dominum, qui omnia quecunque voluit[c] fecit in celo et in terra.

12.[d] *Hic reversus est Constantinopolim, deinde*[e] *Bruneswich*[f]*.* Dux autem progrediens transito brachio sancti Georgii venit ad urbem Willecume[g] [88], et inde[h] procedens venit Constantinopolim, ubi homines sui receptis equis, quos illic[i] reliquerant, abierunt Manopolim[k], ubi tunc rex erat. Qui multum letatus est de reditu eius, et cum honestissime detinuisset eum per aliquot dies, dedit ei[l] quatuordecim mulos, oneratos[m] auro et argento et sericis vestibus. Dux vero immensas gratias agens, noluit accipere, dicens ad eum: *Habeo plurima, domne mi, inveniam tantum gratiam in oculis tuis.* Cumque nimis cogeret eum, et ille[n] nulla ratione consentiret[o] accipere, dedit sanctorum reliquias ei multas et preciosas, quas postulaverat. Addidit[p] etiam multam lapidum preciosorum gloriam, et ita valedicto dux[q] in omni pace discessit et venit Niceam. Et transito nemore magno venit ad regem Ungrorum, qui tunc noviter creatus erat et regnum fratris optinuerat. Qui honestissime suscepit eum, dans ei conductum per terram suam, et ita dux reversus est in fines suos. Post hec abiit

a) mni — liberauit *in* 3 *plurima periere, interiore folii parte perforata.* b) Et cum 5 c) et *deest Ed.* d) traduxit 3. *Ed.* e) eum *Ed.* f) sub pedibus *desunt* 7. g) Gedioni 1*; gedeon 5. 8. h) Samsoni 1*. i) Ihezabel 3; Iezabel 5. 7. 8; Iesabel *Ed.* k) suum *deest Ed.* l) Ihesum *deest* 1*. m) misit || — illuminauit *perforato cod. folio periere magnam partem in* 3. n) dyabolum 3. o) devincit 1*. p) illuminat *Ed.* q) et *deest* 5. r) et *deest* 5. s) etiam 1*. t) Dominum *Ed*; ad Deum *desunt* 3. u) tintinabula 8; tyntinnabula — ignorabant *ex parte periere in* 3. v) hc 8; hic (*l.* hec) 1*. w) dux *deest Ed.* x) devoluti sunt 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) cominus 5. 8. z) ego sum — quia misericors *ex parte deleta in* 3. *) hic *Ed.* **) reconsiliare 8. a) enim *deest* 1*. b) decollat *Ed.* c) voluerit 1*. d) 11. 7. e) et deinde 5. f) Brwnesuich 1*; deinde Bruneswich *omittit* 3. g) wilecume 3. h) idem 1*. i) *ibi Ed.* illic — accipere *maximam partem deleta in* 3. k) magnopolim 5. 7. 8. *Ed.* l) ei *deest* 3. m) honeratos *corr.* oneratos 1*. n) ea 3. o) assentiret *Ed.* p) addit 8. q) dux — dans *maximam partem deleta in* 3.

86) Duo hexametri ex poemate fortasse huc translati, ex quo tota haec narratio fluxisse videtur. 87) Sic pro *socero*, sicut in l. II. c. 22. 88) Gallipoli.

ad imperatorem, qui tunc erat in civitate Augusta[89]; et letatus est multum de adventu ipsius et quia[a] salvum illum recepit. Revoluto autem anno reversus est Bruneswich[b], et 1173.
letati sunt omnes amici eius de adventu ipsius. Et ditavit domum Dei[c] reliquiis sanctorum, quas secum attulerat, vestiens eas auro et argento et lapidibus pretiosis, inter quas etiam erant brachia apostolorum plura[d][90]. De optimis etiam[e] palliis ad ornatum divini servitii fecit casulas plurimas, dalmaticas, subtilia[f], et ornavit ecclesias. Erat autem idem princeps devotissimus in ornatu domus Dei, ut in ecclesia beati Blasii, qui[g] est in Bruneswich, cernitur[h]; quam[i] tamen adversitatibus[k] succedentibus, ad quas quidem inviti veniemus, ad libitum[l] non[m] consummavit.

13.[n] *De electione domni Heinrici[o] abbatis in sedem Lubicensis ecclesie[p].* Post hec cum in castro Luneburg positus esset, adierunt eum canonici Lubicenses rogantes, ut eius providentia idoneum in domo Dei dispensatorem haberent, dicentes, se omnes unanimi consensu in personam domni Heinrici abbatis de Bruneswich convenisse, et[q] eum ecclesie sue preferendum omnimodis exorarent[r], si tamen[s] hec eorum petitio vel[t] designatio eius consensui non repugnaret. Quibus ille respondit: *Fateor, idoneam[u] valde esse personam et virum prudentem et religiosum et tritici[v] verbi Dei optimum erogatorem. Sed quia fidelitatem viri[w] et conversationis gratiam habemus expertam, ideo presentia ipsius in domo nostra Bruneswich non sine gravi[x] iactura carere possumus. Ne tamen tante utilitati contraire videamur et petitionem vestram[y] iustam et rationabilem vel leviter aspernari, fiat Domini voluntas et vestra, virumque venerabilem cum honore ad sedem Lubicane ecclesie deducite et ei omnem reverentiam et subiectionem exhibete.* Venerunt itaque[z] Bruneswich Odo decanus, Arnoldus custos, una cum preposito[91] Heinrico, notario ducis, et ingressi capitolium[*], presente abbate Sigebodone[a] de Riddageshusen[b] et Godefrido preposito[92], Ansehelmo preposito[93], detulerunt litteras ecclesie memorate in hunc modum[c]:

*Fratres ecclesie Dei que est in Lubeke sacro conventui monasterii sancti Egidii in Bruneswich[d] salutem et dilectionem in Christo.* Cumque[e] ad salutationis verba fratres humiliter inclinarent, adiecerunt: *Noverit[f] dilectio vestra, quia mater nostra, sancta videlicet ecclesia Lubicana, patre suo viduata est, et quia diu sine pastore esse non possumus, ideo omni sollicitudine nobis invigilandum[g] est, ut in domo Dei prudentem et fidelem dispensatorem habeamus. Unde gratias immensas Deo referimus, quod eum, in quo nobis complacuit, invenimus, domnum Heinricum videlicet abbatem vestrum, virum prudentem et religiosum, quem non solum electione canonica nobis preferendum[h] decrevimus, sed etiam principis nostri domni ducis, qui eum nobis in dominum et patrem spiritualem designavit, auctoritate usurpamus. Quapropter rogamus[i], ut in hoc unum[k] nobiscum[l] sentiatis ei ordinationi[m] Dei consentientes simul[n] eum nobiscum ad apicem sancti ministerii[o] devotissime promoveatis.*

Fratribus autem de tam honesta patris sui promotione congaudentibus, sed de absentatione tam pii pastoris condolentibus, ita respondit electus: *Opus quidem difficile et nimis arduum est, ad quod me vocatis, fratres et domini mei, et ultra vires meas esse recognosco[p]. Sed quia certissime[q] nemo ad hoc venit ydoneus, nisi qui vocatur a Deo tanquam Aaron, ideo divina dispensatione ad hoc ministerium me vocari non ambigo, quia omnis potestas a Deo est. Que autem a Deo sunt[r], ordinata sunt. Et quia qui[s] potestati resistit, ordinationi Dei resistit[94], ideo ecce ad obediendum[t] venio, necessitate tamen magis quam voluntate.* Et ita

a) ipsius qui tunc salv. 3; et qua *vel* et qui 1*. b) brunewich 3 c) de *addit* 5. d) plurima *Ed.* e) etiam *deest* 5. f) subtilia *deest Ed.* g) qui est *desunt* 3; que est 5. 7. 8. *Ed.* h) civitate *Ed.* i) quem 1*. k) adversitatibus — ydoneum *cap. seq. maximam partem deleta in* 3. l) ad libitum *desunt* R. m) non *deest* 5. n) I, 12. 7. o) Henrici *saepius* 1*; hinrici 7. p) item de eodem 3; *deest capitulum in* 8. q) ut 3. r) exorare *scribendum erat Arnoldo.* s) tantum 3. t) uidelicet 1*. u) ydoneam — ha||bemus *maximam partem deleta in* 3. v) tertio R. w) verbi 8. x) graui *errore bis scriptum in* 3. y) vestram *deest* 5. z) veneruntque 5. 7. 8. *Ed.* *) capitulum *Ed.* a) sigedobone 7. b) rigdageshusen 5. 8; radegeshusen 7. c) mundum 1* d) brunswich *saepius* 5; Brwnesuich 1*. e) cumque — uiduata *perforata in* 3. f) Novit *Ed.* g) mitigilandum 3. h) praeficiendum *Ed.* i) rogamus — respondit *perforata in* 3. k) una 7. l) nobiscum *deest* R. m) ordinationem 3. 5. n) simul *deest Ed.* o) monasterii R. p) certissime recognosco 3. 5. 7. 8. *Ed.* q) certissime *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* r) fiunt *Ed.* s) qui in *m. rec. in marg.* 8. t) obedientiam *Ed.*

89) In nativitate Domini a. 1172 imperator ibi curiam celebravit, v. Ann. Mellic. Contin. Claustroneoburg. a. 1173, T. IX. 90) Reliquiae ab Henrico Leone allatae nunc quoque Hanoverae servantur. 91) sancti Stephani in Brema, v. diploma Heinrici ducis per manum eius datum Meklenburg. Urkb. I, n. 100. 92) Videtur esse praepositus Eimbecensis neque vero Bückensis. 93) Sancti Cyriaci in Bruneswich. 94) *omnis — resistit* ex Roman. 13, 1. 2

1173. profectus cum eis de monasterio[a] beati Egidii[b], cui decem annis[c] prefuit[95], quod etiam multis rebus ampliaverat[d] et in ipso tempore de peregrinatione rediens duodecim palliis ornaverat, venit ad ducem Luneburg[e], et[f] accipiens ab eo investituram[g] pontificalem cum honore deductus Lubeke et devotissime susceptus a clero et ab omni populo. Inde[h] in nativitate beati Iohannis baptiste presente duce consecratus est a domno Walone Havelbergensi et a domno Evermodo Racesburgensi[i] et a domno Bernone Zverinensi[k], et inventum est in textu euangelii, quod super scapulas ipsius[l] tenebatur, in fronte unius pagine: *Ecce euangelizo*[m] *vobis gaudium magnum, quod erit omni populo*[96], et in fronte alterius: *Vir iustus et timoratus exspectans consolationem Israel*[97], quod quia[n] de futura ipsius conversatione divinitus ostensum sit, satis animadverti[o] potest. Denique[p] cum multis a Domino insignitus fuerit donis, specialius[q] tamen[r] in eo refulsit scientia litteralis[s] cum facundia sermonis. Et cum his plerique vanescentes in cogitationibus suis magis ad arrogantiam utantur quam ad edificationem, ipse tamen in eadem[t] humilitate permansit, semper devotus Deo et gloriosissime genitrici eius in ieiuniis, in[u] vigiliis, in abstinentiis, in orationibus[v], in elemosinarum largitate[w], ita ut vere de ipso dicere possimus: *Vir iustus et timoratus* et cetera. In predicatione autem verbi Dei ita singulari quadam prerogativa fulgebat, ut nemo tam saxeum pectus haberet, quin[x] ad eius dulcissima verba ad compunctionem vel etiam ad lacrimas traheretur. Nam profundissima scripturarum ita planissimis verbis exponendo dilucidabat, ut occultam earum similaginem de internis visceribus eliciens omnes dulcissimo pane verbi Dei reficeret, ita ut gaudium[y] omni[z] populo non modicum mellita eius doctrina faceret.

Nec tediosum sit karitati vestre[*] audire, quid de beatitudine ipsius simul[a] et de fideli doctrina eius[b] quibusdam[c] Deus revelaverit. Quodam tempore negotiis exigentibus transivit Thuringiam et hospitandi gratia divertit ad locum quendam, qui Ohterekishusen[d, 98] dicitur. Illic[e] religiosissime femine sub regula beati Benedicti conversantur, celibem vitam actitantes. Que cum tempore meridiano in lectis decumberent. Ida[f, 99] quedam probatissime conversationis, que postea in Waltingerod[1] abbatissa[g] destinata est, et prima ibidem feminarum congregationem rexit, ubi etiam beato fine quievit, sompno depressa[h] in visione Dei vidit omnem congregationem sororum suarum in choro devotissime assistere et in susceptione cuiusdam episcopi cum nimia vocis alacritate decantare:

*Vere felicem presulem, vere fidei doctorem.*

Quod cum iucundissime percantatum fuisset, vir quidam etate venerandus, persona religiosus[i], accessit ad fenestram chori, ubi communio[k] diebus dominicis eis porrigitur, et dixit ad eas: *Non pigeat vos episcopum istum peregrinum omni reverentia suscipere omnique affectu in omnibus ei officiosissime subservire, scientes, quia quod in susceptione ipsius decantastis, vobis divinitus quidem ostensum, sed*[l] *de ipso veraciter est dictum. Ipse*[m] *etenim est vere felix*[n] *presul, et vere fidei doctor.* Cumque evigilasset dicta nona[o], narravit sororibus quod viderat[p], et statim venit qui diceret, episcopum quendam ad hospitandum illuc[q] divertisse. Certificate igitur de oraculo, Deo gratias referentes rogabant, ut eas videre dignaretur, ut exhortationis verbum ex ore eius audire mererentur. Qui veniens ad eas, ut desideraverant, hoc in exordio sermonis habuit: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*[2]. In quo cum multa de castitate et innocentia vite, que ad edificationem earum pertinebat[r], insereret,

a) monasterii 3. b) egydii 3. c) annos *Ed.* d) ampliavit 5. e) lunenburg 3; luneborch 5. f) et — natiuitate *ex parte perforata in* 3. g) investitium 5. h) inde *deest Ed.* i) raceborgense 3; raceburgense 5. k) Zuerinense 3. 5. l) illius 3. m) euuangeliso 5. n) quam *Ed.* o) animaduerti — tamen in *ex parte perforata in* 3. p) Deinde 5. q) specialibus 3. 5. 8. *Ed.*; spiritualibus 7. *Hist. H.* r) tum sp. tum 7. s) liberalis *Ed.* t) eadem *deest* 3. u) et *Hist. H.* v) oratione 3. 5. 7. 8. *Ed.* w) largitione 8. *Ed.* x) qui non 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) gaudium — sit karitati *ex parte deleta in* 3. z) omni *deest Ed.* *) cantatricem R. a) s. et de fidei 3; ipsius et fideli 5. b) eius *deest* 5. c) quibus 3. d) ohsterekyshusen 3; oterekishusen 5. e) illuc 1*. f) yda 7. g) abbatissa — in susceptione *ex parte periere in* 3. h) compressa *Ed.* i) religiosiu 3. k) omnino 1* *perperam soluto scripturae compendio.* l) est, sed 3. 5; ost. sit *Ed.* m) Opere R. n) filix 3. o) nonna *Hist. H.*; noua 7. 8. p) quid videatur R. q) illuc *deest* 3. r) pertinebat *Ed.*

95) Heinricus abbas S. Egidii iam a. 1156 occurrit testis chartae ducis apud Falcke, Tradit. Corbei. p. 223. 96) Lucas II. 10. 97) Ibid. 25. 98) Ichtershausen monasterium monialium Cisterciensium inter Erfordiam et Arnstadt situm, cuius fundationem a. 1147 d. Aprilis 24. Conradus rex confirmavit; v. Rein, Thuringia sacra I, n. 1. 99) Videtur esse quae in necrol. monast. (Zeitschrift d. niedersächs. Vereins 1851) d. 4. Mai. inscripta est, neque vero Ida abbatissa secunda mortua d. Mart. 2. 1) Monasterium monialium Cisterciensium prope Goslariam a. 1174 fundatum a fratribus Ludolfo, Hogero, Burchardo de Waltingerode. 2) Cantic. Cantic. 2, 2.

ita de verborum eius melliflua dulcedine dulcorate sunt, ut sicut ostensum eis fuerat dicerent eum vere felicem presulem et vere fidei doctorem.

Dux autem eodem tempore edificare cepit ecclesiam Lubicanam in honorem[a] beati Iohannis baptiste et sancti Nicolai confessoris Christi. Et primum cum Heinrico episcopo lapidem in fundamento posuit. Ad cuius consummationem dedit quovis anno centum marcas denariorum, similiter in Racesburg[b], et omni studio novelle[c] plantationi in regione aquilonari insistebat. Sed hec desiderato fine non complevit, quia post tempora dierum illorum factus est motus magnus, qui totam Saxoniam vehementer concutiebat, et intermissis constructionibus ecclesiarum, cepit firmare presidia civitatum et urbium, quia bella plurima adversus eum[d] consurgebant.

14.[e] *Passio Thomae in Anglia episcopi*[f]. Circa tempus illud passus est in Anglia beatus Thomas Cantelbergensis[f*] archiepiscopus, vir sanctitate et miraculis insignis. Qui cum pro lege Dei sui certaret usque ad mortem, instante persecutionis tempestate, declinans iras malignantium[g] secessit ad papam Alexandrum, qui tunc in Francia exulabat, et apud eum mansit diebus multis[3], in sanctitate et iustitia serviens Domino omnibus diebus[h] vite sue. Accidit autem una dierum, cum apostolicus sederet cum episcopo, ut forte sitiret, et dixit puero assistenti sibi: *Affer mihi aquam de fonte, ut bibam.* Que cum allata fuisset, dixit apostolicus[i] episcopo: *Benedic et bibe.* Qui benedixit aquam et[k] mutata est in vinum, et bibens dedit apostolico. Cumque apostolicus intellexisset vinum, clam[l] vocato puero, dixit ad eum[m]: *Quid detulisti michi?* Qui dixit: *Aquam.* Et ille[n]: *Affer mihi adhuc,* ait[o], *de eadem.* Cumque hoc secundo factum fuisset, iterum dixit apostolicus ad episcopum: *Frater, benedic et bibe.* At ille virtutem[4] de se exisse nesciens, credens, ex industria vinum allatum fuisse[p], simpliciter benedixit, et iterum mutata est in vinum, bibensque[q] dedit apostolico. At ille adhuc non credens, putans errore factum fuisse, tertio clam precepit afferri aquam, et tertio mutata est in vinum. Tunc expavit apostolicus, intelligens, eum virum sanctum esse et virtutem Dei in eo celebratam fuisse. Post hec dixit ad apostolicum: *Domne, revertar in parrochiam meam et visitabo oves meas. Scio quidem iram regis michi*[r] *imminere, sed obediendum est Deo*[s] *magis quam hominibus*[5]. *Ipsius in me perficiatur voluntas, pro cuius nomine et*[t] *mori paratus sum, quia sicut ille pro nobis animam suam posuit, ita et nos debemus ponere*[6] *pro fratribus animas*[u]. Cui dixit apostolicus: *Vade, ecce ego mitto*[v] *te.* Et ita reversus in parrochiam suam, passus est 4. Kalendas Ianuarii[w], et ex ipsa hora usque in hodiernum diem per ipsum Deus operatus est virtutes multas, sicut etiam testantur hi qui ad monumentum ipsius fuerunt, ubi per virtutem orationum[x] suarum omnibus infirmantibus vel afflictis prestantur beneficia multa, et magnificatur Deus a populis[y] omnium nationum, qui nostris etiam temporibus in sanctis suis dignatus est glorificari[7]. 1170. Dec. 29.

## LIBER SECUNDUS[z].

1.[*] *De discordia imperatoris et ducis*[a]. Circa tempora dierum illorum in Italia[b] positus erat imperator[c] nimiis preliis occupatus[8]. Siquidem Longobardi[d] unanimes rebellabant contra[e] eum et res publica in partibus illis nimis turbata erat, forte propter peccatum scismatis, quod multis annis duraverat, et multi in ovile ovium non per ostium intraverunt, sed aliunde ascendentes[9] ecclesiam errore scismatico vexaverunt. Cesar[f] igitur fortunatis[g]

a) honore 3. 7. b) raceborg 3; razeburg 7. c) nouelli 5. d) ipsum *Ed.* e) I, 13. 7. f) p. th. in anglia 3; p. beati th. ep. cantelbergensis in anglia 5; p. sancti th. in a. 7. f*) contebrigensis 3. g) malignorum 5. h) diebus *deest* 3. i) amplius R. k) et *deest* 3. l) nam *Ed.* m) puerum 5. n) apostolicus *Ed.* o) ait *deest* 8. *Ed.*; *lacuna in* 5. p) fuisse *deest Ed.* q) bibensque — et uirtutem *perforata in* 3. r) michi *deest* R. s) Domino 1*. t) etiam 3. 7. *Ed.* u) animam 7. *Ed.* v) mittam 5. 7. 8. *Ed.* w) circa annos 1180 *m. rec. in margine* 8. x) operationum 7. y) populo *Ed.* z) liber secundus *atramento scriptum in 7 adiectum marg. superiori; nullum libri novi indicium in* 1*. 3. 5. 8; *attamen hoc loco revera novum librum incepisse patet ex inscriptione libri V. in* 1, *libri III. in* 5 *et* 8, *libri IV. in* 1*. *) XV. B; XX. R. a) et d. heinrici 5. De eodem 3; *capitulum deest* 8. b) Ytalia 5. 7. c) fridericus primus *m. rec. in margine* 8. d) langobardi 5. e) adversus 5. f) cesa 3. g) formatis 3; fortunatus 8. *Ed.*

3) A. 1170. Thomas rediit in patriam, inde pulsus ab Henrico rege a. 1164. 4) wunderthätige Kraft. 5) Actor. 5, 29. 6) 1. Ep. Iohann. 3, 16. 7) Martyrii, quo Thomas a. 1170. Dec. 29. passus est, plerique scriptores coaetanei mentionem faciunt, sicut patet ex Ann. Pegav. Stad. Egmund. Colon. etc. 8) A. 1174 et 1175. 9) Alludit ad Ev. Iohannis 10, 7 sq.

1176. bellorum frustratus eventibus, graviter[a] anxiatus, exiens de finibus illis, transmissis Alpibus[b] venit in partes Teutonicorum[c], et convocatis principibus, eis[d] perturbationem imperii exposuit, et ad comprimendos rebelles in Italicam[e] expeditionem eos secum evocavit. Ducem etiam Heinricum ad hunc laborem omni instantia adducere conatus est[10], et quia eum formidabilem Longobardis expertus erat, dicebat, se omnimodis[f] sine ipsius presentia contra eos prevalere non posse. Econtra ille pretendebat, se multis laboribus et expeditionibus tam Italicis quam etiam aliis innumeris utpote iam senem[11] defecisse, et omni devotione imperatorie maiestati se obsecuturum[g] affirmabat in auro et argento ceterisque impensis ad exercitum contrahendum, se[h] tamen omnino salva gratia ipsius in persona propria venire posse negabat. Ad hec imperator: *Deus,* inquit, *celi te*[i] *inter principes sublimavit et divitiis et honoribus super omnes ampliavit, omne robur imperii in te consistit, et iustum est, ut ad*[k] *confortandas manus omnium huic negotio precipuum te exhibeas*[l], *ut res publica, que labi cepit, per te convalescat, per quem*[m] *precipue hactenus se stetisse non dubitat. Memorem te esse volumus, quod nichil umquam tue voluntati negavimus et quia in honore*[n] *tuo ampliando semper parati fuimus, inimicis tuis inimici semper fuimus*[o] *et nullum adversum te prevalere permisimus*[p]. *Et ut sacramentorum fidem omittamus quam imperio firmasti, meminisse te volumus consanguinitatis qua nobis super omnia teneris, ut in presenti necessitate omni fidelitate, utpote nepoti et domino et amico, nobis occurras*[q], *et de cetero ad omnia que volueris benevolentiam*[r] *nostram*[s] *habeas.* Cumque dux adhuc renueret et ad omne obsequium se paratum offerret, se tamen in propria persona venire negaret, imperator consurgens[t] de solio suo, utpote quem angustie tenebant, ad pedes eius corruit. Dux autem vehementer conturbatus de re tam inaudita, quod humiliatus in terra iaceret sub quo curvatur orbis, quantocius eum a terra levavit[u], nec tamen eius consensui animum inclinavit[v].

2.[w] *De conspiracione in ducem*[x]. Imperator autem[y] pro tempore dissimulata ira, quam ex nimia animi verecundia traxerat, reversus est in Italiam cum exercitu, quem tunc contrahere poterat, adiuvante partes eius omni instantia Christiano Maguntino[z], qui etiam usque ad finem vite sue Longobardiam vastabat[12], subiciens eam imperio, plus placere cupiens imperatori terreno quam[*] celesti, et neglectis ovibus sibi commissis magis tributa[a] cesaris[b] quam lucra Christi colligebat. Imperator itaque prosperatus victoriam adeptus est et ad voluntatem abusus est terra illa incendiis et depredationibus, devastans omnem civitatem munitam. Et contritum est cornu adversariorum, et siluerunt in conspectu eius[13]. Videns itaque quod data esset requies, opportunitate nacta[c] convocatis principibus multa contra Heinricum ducem allegare cepit, quod propter nimium fastum superbie sue tantum imperio contemptum exhibuerit, ut eo ante pedes eius humiliato, nullo eum miserationis intuitu in tanta necessitate constitutum attendere dignatus fuerit, et despecta re publica[d] et auctoritate imperatorie maiestatis neglecta, omne auxilium obstinato animo ei negaverit. His auditis principes, qui eum prius oderant, accepta occasione, contra eum[d] multa conqueri ceperunt, et cooperantes verbis imperatoris omni honore eum privandum iudicabant[e], et reum imperatorie maiestatis proclamabant, non solum, quia precepta vel monita[f] ipsius despexisset, sed quod ad ignominiam omnium principum in propria eum persona humiliatum confudisset. Et alii atque alii se ingerentes illas vel illas ab eo sibi illatas iniurias conquesti fuerunt et iustitiam sibi fieri iudicio imperatoris expostulaverunt. Pontifices ante[g] omnes ecclesiarum oppressiones clamabant, nullam fere ecclesiam expertem[h] esse dicentes, que eius direptioni non subiaceret. Facta est igitur coniuratio valida adversus eum.

a) graviterque 8. *Ed.* b) Alpibus — laborem *perforata in* 3. c) Teutonicas *Ed.* d) eius 3. 7. 8; *deest Ed.* e) ytalicam 7; ytaliam 3. f) omnimodo 3. g) obseruiturum 3. h) sed *Ed.* i) te *deest* 3. k) ad *deest* 5. 7. 8. l) te principium exh. 1*. m) quam 5. n) omni hon. 3. 5. 7. *Ed.* o) sumus 3. p) et — permisimus *ante* inimicis *inseruit* 5. q) concurras 5. 7. 8. *Ed.* r) beniuolentiam 3. 5. 7. 8. *Ed.* s) nostram — ad pedes *perforata in* 3. t) assurgens *Ed.* u) levat *Ed.* v) inclinat *Ed.* w) XVI. B; XXI. R. x) *in* 8 *inscriptio capituli atramento adiecta in margine;* d. c. principum in ducem 5. y) vero *Ed.* z) mogontino 3; moguntino 7. *Ed.* *) quem 1*. a) tributum 5. b) Caesarum *Ed.* c) oportunitate 8; opportunitatem naçtus *Ed.* d) despecta — contra eum *ex parte periere in* 3. e) indicabant 1*. f) merita *Ed.* g) autem 5. h) expertem *deest Ed.*

10 De loco, quo conventus ille ineunte a. 1176. habitus sit, et de tota narratione sequenti confer quae postremo disputavit Cohn in Göttingische Gelehrte Anzeigen 1863 p. 461 sq. et 1866 p. 618 sq. 11) Natus est a. 1129. 12) Obiit a. 1183. 13) Conf. 1. Reg. 2, 1. — Quantum haec nostri narratio a vero abhorreat patet; cogitavit de iis quae a. 1162 facta sunt.

Cesar itaque videns, ei principes intentare malum, multa usus prudentia totum ad deiectionem[13] ipsius ingenium impendere[a] cepit. Animadvertensque quod facile eum destruere non possit[b], admovet[c] omnes calliditate[d] dolos, et quem viribus expugnare diffidebat, sapientia[e] admota paulatim manu evincere cogitabat. Reconciliatus[f] est etiam tunc pape Alexandro[14] mediante Philippo Coloniensi[g], et eum, cui diu adversatus fuerat, tunc[h] in pace recepit, ut undique firmata parte sua, facilius quod volebat perficeret. 1177.

3.[i] *De eliminacione scismatis*[k]. Anno incarnationis Domini nostri Ihesu[l] 1177.[m] respexit Dominus de solio suo excelso super filios hominum, et ortus[n] est in ecclesia Dei dies exultationis et letitie, cessante scismate[o] quod viginti annos ecclesiam dissipaverat, et facta est pax inter regnum et sacerdotium et unitas in sede apostolica[p], et coadunata[q] est ecclesia sub Alexandro, et factum est unum ovile et unus pastor[15]. Mercenariis itaque eiectis, veri[r] pastores reversi sunt ad caulas ovium suarum. Inter quos Odelricus[s] Halverstadensis auctoritate apostolica[t] reversus est in sedem suam. Sed et manus inperatoris cum ipso erat, in omnibus confortans eum. Statim igitur ad introitum ipsius commota est terra, quia faventibus principibus orientalibus multa contra ducem Heinricum moliri cepit. Fugato etiam Gerone[16], omnia que multis annis in ecclesia illa per eum ordinata fuerant cassata sunt. Omnes igitur ordinati Geronis[u] ab officio suspensi sunt; ecclesie quas ille non consecraverat, sed magis execraverat, clause sunt, et corpus beati Burchardi episcopi[17], quod ille transtulerat, per Odelricum[v] terre reconditum est.

4.[w] *De expedicione ducis in Sclaviam.* In diebus autem[x] illis Heinricus dux cum gravi expeditione Sclaviam intraverat et expugnabat castrum Dymin[y, 18]. Audito igitur de[z] ingressu Odelrici[*], intelligens, se iam circumventum esse:

*Bella michi, video, bella parantur, ait*[19].

Vocatisque admodum paucis de familiaribus suis, dicebat, se sine omni dilatione in Saxoniam oportere reverti; inter quos sic[a] Fridericum[b] machinarum constructorem alloquitur dicens[c]: *Quibus artibus aut*[d] *viribus expugnabimus urbem?* Qui respondit: *Si placet, post triduum eam totam incendiis consumam.* Cui dux: *Non laudo,* ait, *ut incendatur, quia si exusta*[e] *fuerit, non minus hostes resumptis viribus nos inquietabunt, maxime cum trans Albiam*[f] *maxima bella adversum nos consurgant*[g], *et durum sit ex utraque parte hostiles incursus*[h] *sustinere.* Cui ille: *Si magis placet hoc, elaborabo*[i] *ut post triduum obsides, quotquot volueritis*[k], *offerant*[l] *et deinceps tributa cum pace persolvant.* Quod cum duci placuisset et sic factum fuisset, acceptis obsidibus[m] quasi infecto[n] negotio reversus est Bruneswich[p].

5.[q] *De fundacione cenobii sancte Marie et sancti Iohannis euangeliste in Lubeka*[r]. Ipso autem anno Heinricus episcopus cepit fundare opus novelle plantationis in Lubeka[s], congregationem videlicet monachorum, quam construxit in honore sancte[t] Dei genitricis Marie sanctique Iohannis euangeliste, Auctoris[u], Egidii confessorum[v], facta sollempniter consecratione in die beati Egidii, assistente ei Ethelone preposito[w] maioris ecclesie cum 1177.
decano Odone et Arnoldo custode et aliis canonicis. Sed quia propter paucos reditus[x] episcopales large eam ditare non poterat[y], contulit tamen in dotem eiusdem ecclesiole[z] dimi- Sept. 1

a) pendere 5. 7. *Ed.* b) posset 5. c) admonet 5. 7. d) noua call. 3. 5. 7; uana call. 8; varia call. *Ed.* e) sapientiae *Ed.* f) reconsiliatus 8. g) coloniense 3. 5. 7. 8. h) tunc *deest* R. i) XVII. B; XXII. R. k) de consummatione sc. 3. l) Christi *addunt* 3. 7. 8. *Ed.* m) *numerus signis Arabicis iterum scriptus in marg.* 1*. 8. n) orta 8. *Ed.* o) scysmate 3. p) apostolica — ovium *perforata in* 3. q) coadiuuata 7. r) veri *deest Ed.* s) Olricus 5. 7; Udalricus *Ed.* t) apostolici 1*. u) gereonis 5. v) Olricum 5. 7; Ulricum *Ed.* w) XVIII. B; XXIII. R. x) autem *deest* 3. y) demyn 3. z) de *deest Ed.* *) Olrici 5. 7; Udalrici *Ed.* a) sic *deest* 3. b) fredericum 3. 5. 7. c) dicens *deest Ed.* d) uel 3. 5. 7. 8. *Ed.* e) exhausta 1*. f) albeam 3. g) insurgant *Ed.* h) incursiones *Ed.*; cursus 6. i) elaborabo — Bruneswich *perforata in* 3. k) volueris *Ed.* l) offerantur R. m) acceptis obsidibus *desunt* R. n) confecto *emendavit Heumann.* Brunesuich 1*; brunswich *saepius* 5. 7. q) XIX. B; XXIV. R. r) Item de eodem 3. s) lubeca 1*; lubeke 7. 8. beatae 1*. u) Auctoris *deest Ed.* v) confessoris *Ed.*; christi *add.* 3. 5. 7. 8. w) episcopo *correctum in* 1*; *ubi* praeposito *scriptum erat, quod iterum margini adiectum.* x) redditus 3. y) potuit 3. 5, 8. *Ed.* z) ecclesie 5.

13) V. Helm. l. I. c. 7. not. 14) Pax confirmata est a. 1177. Iul. 24. 15) Ev. Iohann. 10, 6. 16) Geronem episcopum, Udalrico fugato, instituerat dux Heinricus a. 1160, v. Ann. Pegav. 17) Intelligendus esse videtur Burchardus II. episcopus, qui a. 1088. Goslariae occisus est; corpus eius tunc Ilsenburg sepultum est; v. Chron. Halberstad. ed. Schatz p. 43. 18) scil. a. 1177. Ann. Pegav. 19) Ovidii Remed. Amoris v. 2.

diam villam Ranzivelth[a][20] et aliam villulam[b] Cleve[c][21] et tres dimidias decimationes in Gladebrugge[c*] maiori, in Gladebrugge[d] minori[22] et in Stubbekesthorp[e][23]. Curtes etiam in civitate denariis suis comparavit, persolventes annuatim octo[f] marcas denariorum, et agros quosdam in campo eiusdem civitatis. Et ita omni devotione ipsi novelle[g] plantationi insistebat, non sine magna emulatione quorundam qui eius studiis invidebant. Ipsam tamen quasi imperfectam reliquit, quia pauco supervixit tempore[24].

6.[h] *De edificacione montis Hopelberg*[i]. Odelricus[k] autem Halverstadensis occupavit montem quendam qui Hopelberg[25] dicitur, firmans illic[l] presidium, et adiuvabant eum manus orientalium[26]. Quod audiens dux venit illuc cum multitudine armatorum, et abiectis hostibus fregit munitionem. At illi resumptis viribus cepto operi institerunt. Cumque secundo[m] occurreret eis exercitus ducis, illi invalescentes hos in fugam verterunt et pluri-
1178. mis captivatis[n] spolia multa acceperunt. Multi[o] etiam perierunt ibi suffocati[p] in locis palustribus[27]. Mortuus est autem tunc temporis Heinricus comes, vitricus[28] comitis Adolfi, qui adhuc adolescens erat. Sed mater eius Mechtildis[q], prudens et religiosa femina, soluta a lege mariti, domum illius sapienter disponebat. Qui cum miles factus fuisset[r], non degeneravit a virtute paterna.

7.[s] *De morte Evermodi et successione Ysfridi*[t]. Tunc[u] etiam temporis beate memorie
Febr. 16. domnus[v] Evermodus[w] Racesburgensis[x] mortuus est[29], sed sicut devotioni fidelium placet, vivit in Christo, quia religiosam vitam ducens in sanctitate et iustitia usque in finem perseverabat, ita ut, sicut quidam asserunt, eo adhuc vivente Deus per eum virtutes quasdam signorum operatus fuerit. Et quia oportunitas se optulit, non silentio pretereunda sunt, que fidelium relatione didicimus. Accidit ut quodam tempore Heinricus comes de Racesburg, cuius temporibus idem presul a duce Heinrico ad episcopatum vocatus fuerat, duos haberet captivos insignes de Frisia. Quos[y] cum multum tyrannico more tormentaret[z], episcopus eis compatiens sepius comitem, ut eos absolveret, exorabat. Sed ille nulla motus miseratione non minus eis parcebat. Inter hec paschalis[*] supervenit[a] dies, et captivi pro reverentia festi divinis intererant, sub custodia tamen durissime compediti. Cumque episcopus facta aspersione ad eos devenisset[b], boiam[30] aqua benedicta miseratione ductus aspersit, his usus verbis: *Dominus erigit elisos, Dominus solvit compeditos*[31]. Et statim cum magno strepitu boia decrepuit[c]. Et illi soluti Deum glorificabant. Hec in monte sancti Georgii[32] acta sunt, ubi tunc episcopalis sedes erat, que necdum, ut nunc, per Deum incrementum acceperat. Boia vero[d] ad indicium geste rei in ecclesia multis diebus pependit. Alio quoque tempore presul memoratus cum domno Harthvigo[e] archiepiscopo Bremensi, qui pro sua generositate dicebatur magnus, in Thetmarsia[f] erat in quodam celebri colloquio. Cumque vir Dei missam publicam presente archiepiscopo celebraret, accidit ut effusione[g] sanguinis facta quidam Thetmarsus[h] quendam de[i] melioribus terre occidisset. Quod cum innotuisset episcopo, ad reconciliationem[k] laborare studebat, ut moris est inter missarum sollempnia[l], illum[m] cuius cognatus ceciderat[n] obnixe deprecabatur, ut proximo indulgeret,

a) rangeueth 3; tangeuelch 5. 8; Tangenelch *Ed.*; thangevelth 7. b) villam *Ed.* c) Clene R. c*) glade rghe 3. 5. 7. 8; Gladeburg *Ed. bis.* d) gladebrughe 8. e) stubbekisthorp 8; stubbekistorp 7; Stubbesdorpp 5; Stubbekisdorff *Ed.* f) otto 5. g) eidem tenelle 3. 5. 7. 8. *Ed.* h) XX. B; XXV. R. i) hoppelberch 5; hoppelberg 8; Item de eodem 3. k) Odolricus 5. 7; Udalricus *Ed.* l) illuc 1*. m) sedulo. n) et — captivatis *ex parte deleta in* 3. o) multa 1*. p) suffocati *omisit* 3. q) mathyldis 3; mathildis 5. 7. 8. r) esset *Ed.* s) XXI. B; XXVI. R. t) yffridi 7; isfridi 8; Item de eodem 3. u) Nunc 3. v) domnus *deest* 3. 7. w) episcopus *addunt* 3. 5. 7. 8. *Ed.* x) raceburgensis 3. 5. 8; razeburgensis 7. y) qui 3. z) tormentaverat 3. *) pascalis 1*. a) superveniens 5. 7. 8. b) de uenisset — per Deum incrementum *ex parte deleta in* 3. c) discrepuit 5. 8. *Ed.*; aspersit hiis usus decrepu . . . . . . (glori)ficabant *pluribus a librario omissis* 3. d) ut (*pro* ů) 1*. e) Harthuico 1*; harthwigo 3; hartvigo 5; hartwigo 7. f) thetmarcia 3; thetmarchia 5. 7. 8. *Ed.* g) in effusione 3. h) thetmarus 3; thetmarcus 7. 8. *Ed.* i) de *deest* 7. k) reconsiliationem 8. l) solemnia 1*; sollemnia 8. m) illumque *Ed.* n) cognatum occiderat 8. *Ed.*

20) Renseveld, villa parochialis. V. chartam fundationis a. 1177 datam in Urkundenb. der Stadt Lübeck I, n. 5. 21) Cleve, in parochia Renseveld sita; quae in diplomatis verbis *quicquid trans rivum* (Tramise sc. hodie Tremo) significatur. 22) Gladenbrugge in parochia Segeberg. 23) Stubbendorf in parochia Reinfeld. 24) Obiit a. 1182. Nov. 29, v. l. III. c. 3. 25) Prope Halberstadt. Castrum idem fuisse patet, quod Ann. Peg. 1178 Biscofesheim appellant et cui postea nomen Langenstein datum est, v. Chron. Halberstad. ed. Schatz. p. 61. 26) sc. principum Saxoniae. 27) Facta est haec pugna a. 1178. Ann. Pegav. 28) v. Helmold. II, c. 7. Obiit, si noster hic ordinem temporis sequitur, a. 1178; cf. not. prior. 29) Obiit a. 1178 d. Febr. 16. V. Ann. Stad. et Necrol. Luneburg. 30) Boiae genus vinculorum tam ferreae quam ligneae ap. Festum. 31) Psalm. 145, 8. 32) Helm. l. I. c. 34.

replicans de oratione dominica: *Dimitte nobis debita nostra* etc. Cumque ille, tumida mente induratus, hec[a] non reputaret, episcopus de ambone descendens ad ipsum accessit, et cum sanctorum reliquiis ad pedes illius[b] se optulit. Cumque ille iuramentis terribilibus per Deum et matrem eius[c] et aliorum sanctorum nomina se ipsum constringeret, nunquam se dimissurum, episcopus pro benedictione contradicenti alapam maximam dedit. Et ille promptissime extensis manibus quod petebatur annuit et proximum[d] in pace recepit. Quod divinitus factum credimus, per[e] alapam demonem ab homine fugatum. Similia in libro dialogorum beati Gregorii inveniuntur, ut quedam sanctimonialis rusticum quendam alapa[f] a demone liberavit[33]. Beatus etiam Benedictus[g] monachum, qui demonem sequebatur, plaga virge sanavit, non quod demones alapis vel virgis cedantur, cum sint incorporei, sed pietas Dei et virtus orationis ibi intelligitur. His aliisque virtutum indiciis credimus episcopum iam dictum vivere in Christo[h].

Cui successit domnus Ysfridus[i], prius quidem prepositus in Iherichowe[k, 34], vir magne religionis, quia in eadem prepositura non ut canonicus, sed ut monachus vixerat. Quod tamen pace[l] canonicorum regularium dixerim[m], quia, quamvis plerique canonicorum sancte et iuste vivant, monachus tamen nomen est summe sanctitatis et huic nomini nichil perfectionis deesse decet[n]; sed hoc[o] paucorum est. Inde est, quod seculares ignorantes discretionem ordinis monachorum et canonicorum regularium, ipsos[p] canonicos monachos appellare consueverunt. Factus autem episcopus viam humilitatis non deseruit, mitem se omnibus[q] exhibuit, patiens autem ad omnes[r] fuit. Et quamvis ordinem historie aliquantulum prevenire videamur, tamen quia de ipso loqui cepimus, dicamus quantis adversitatibus attritus fuerit et quanta virtute patientie illas sustinuerit. Cum vero[s] Dominus duo ponat[t] in[u] adversitatibus, ita dicens: *Cum audieritis prelia et seditiones, nolite terreri*[35], que[v] beatus Gregorius exponens: *Prelia,* ait, *ad hostes, seditiones pertinent ad cives,* dicamus que intus a civibus, id est a fratribus, et que foris passus fuerit ab hostibus. Ex eo igitur tempore ex quo mutatio ducum facta est[36], quasi[w] destitutus solatio ducis Heinrici, qui eum propter suam fidelitatem et propter devotionem ecclesie sue manu tenebat, pacem cum Ottone[x] preposito nunquam habere potuit. Qui ad episcopatum aspirans, in multis eum infestabat et fratres adversus eum commovebat. Ipsum etiam ducem exosum habebat et, quem viribus ledere non poterat, verbis impetebat. Comes etiam Bernardus[y, 37] in multis eum gravabat, quia a ducis Heinrici familiaritate se elongare nolebat[z]. Super[*] omnia autem ducis Bernardi intolerabiles iras[a] sustinebat[b], quia idem dux hominium ab eo exigebat. Quod ei episcopus negabat, dicens, non esse necesse duobus ab episcopo fieri hominium; se tamen eius principatui libenter servire dicebat, si per eum ecclesia sua pacem vel profectum habuisset[d]. Duci autem Heinrico dicebat se hominium fecisse non tantum propter principatum eius, sed quia per eum ecclesia multum accepisset et pacis et religionis incrementum. Hinc[e] ergo dux Bernardus offensus, omnes decimationes suas in omni terra que Sadelbent[f, 38] dicitur auferebat, homines suos captivatos pecuniam sibi persolvere cogebat. Ille tamen immotus persistens, magis elegit ista pro tempore patienter sustinere, quam novitatem aliquam sibi vel ecclesie sue[g] inducere.

8.[h] *De morte Baldewini*[i] *et successione Bertoldi.* Circa idem tempus, quo mortuus est Evermodus, mortuus est[k] et Baldewinus[39] archiepiscopus Bremensis, qui multum neglexit ecclesiam suam, de cuius conversatione melius est[l] silere quam loqui. Cui successit domnus Bertoldus, vir prudens et litteratus valde et zelator[m] iustitie, in quo quidem duci

a) hoc 5. b) eius 8. *Ed.* c) eius *deest* 7. 8. *Ed.* d) primum 1* *male intellecto compendio.* e) perque *Ed.* f) alapa *adiecit codices secutus* B. g) beatum e. Benedictum *Ed.* h) sanavit — in Christo *maximam partem deleta in* 3. i) yffridus 7. k) ierichowe 7; iherechowe 8. l) in pace 3. 5. 7. 8. *Ed.* m) dixerunt 1*. n) debet *Ed.* o) hic 3. p) impios 1* *male.* q) in omnibus *Ed.* r) omnia 1*. s) enim 5. t) ponit 8. u) iam 1*. v) quod *Ed.* w) qui 1*; quia *Ed.* x) Othone *Ed.* y) Benardus 1*. z) nolebat 3. 7. 8; elonga||re nolebat *hic fasciculus E apogr. Hafniensis incipit.* *) supra *Ed.* a) intolerabilem iram *Ed.* b) sustinuit 3. d) pa. perfectam habere potuisset 5. e) huic 8. *Ed.* f) sadelhelt 3; sadelbet *Ed.* g) suo *deest* 8. h) XXII. B; XXVII. R. i) boldewin 8. k) est *deest Ed.* l) est *deest* 5. m) zelotes *Ed.*; relator 1*.

33) Cap. 22 libri III. dialogorum b. Gregorii sanctimonialem rusticum a daemone solis verbis quidem, neque vero alapa liberasse narratur. 34) Iericho, praepositura Magdeburgensis. 35) Matth. 24, 6. Luc. 21, 9. 36) scil. ex a. 1180. 37) scil. Ratzeburgensis senior. 38) In ducatu Saxo-Lauenburgico, ubi hodie sitae sunt parrochiae Geesthacht, Lülau, Hohenhorn, Brunsdorf, Pötrau, Gülzow, Siebeneichen, Sahms, Schwarzenbeck. Kaddewörde. 39) scil. a. 1178.

Heinrico primum[a] complacuit, sed postea mutata voluntate displicere cepit. Et quia in eo infra sacros ordines[b] celebrata est electio, visum fuit ipsi electo minus canonice in eo factum[c] fuisse. Et missa legatione ad domnum apostolicum, ipsi omnem seriem electionis intimavit[d], submittens se iudicio summi pontificis, ut si[e] eam approbasset, rata maneret, sin autem, irrita haberetur. Apostolicus autem cognita viri prudentia et quia multum in ecclesia fructum facere potest[f], electionem ipsius approbavit[d], et per scripta sua in omnibus eam confirmavit[d]. Bertoldus igitur promotus ad ordinem subdiaconatus, denuo in pontificem electus est, ut si quid in priori electione minus canonice factum fuisset, eo ad sacros ordines promoto, auctoritate apostolica canonice et legitime suppleretur[40].

1179. 9.[g] *De concilio[h] Alexandri pape[i].* In ipso[k] autem tempore indictum est ab Alexandro[l]
Mart. 3 generale concilium, quod celebratum est Lateranis in palatio Constantini. Factus est igitur
19. illic[m] conventus magnus prelatorum, et pergebant illuc multi ordinati a scismaticis, sperantes, se gratiam apostolici invenire et misericordiam[n] exequendi officii ab eo consequi. Precipue autem de ecclesia Halverstadensi, que per Geronem nimis demembrata erat, tam monachi quam clerici clementiam apostolice sedis adierunt. In qua profectione precipue erat abbas Thidericus[o] de Hilseneburch[p], quia fere omnis congregatio monachorum suorum in salicibus organa sua suspenderat[q, 41], exceptis paucis senioribus, qui ante scisma[r] ordinati fuerant. Cumque omni instantia instarent, pulsantes apostolicam pietatem, tandem de ordinatis Geronis dispensatum est, ut quia idem Gero non a scismatico, sed a katholico, Harthvico[s] videlicet Bremensi archiepiscopo, consecratus[t] fuerat, ordinati eius per gratiam apostolicam in ordinibus suis persisterent[u] et[v] ad maiores per benedictionem Domini[w] ascenderent. Ipse etiam[x] Gero hanc optinuit gratiam, ut officium pontificale in omni loco[y] libere exequeretur nisi[z] in episcopatu Halverstadensi. Venit etiam illuc domnus Bertoldus Bremensis electus, in promotione officii sui suscepturus apostolicam benedictionem. Quem domnus papa benigne suscipiens, de promotione eius[*] instantissime tractare cepit, ipsi etiam omnem honorem deferebat, ita ut in concilio prelatorum cathedram suam inter summos pontifices collocaret et eum infulatum coram se residere faceret. Cumque in proximo sabbato promovendus esset in sacerdotem et sequenti dominica in episcopum, feria sexta venit[**] nuncius ducis Heinrici, Heinricus prepositus[42], qui erat perorator acerrimus. Et quia idem notus erat summo sacerdoti, statim intravit ad ipsum. Mane autem facto cum se Bremensis electus ad suscipiendos ordines prepararet, et ei Hubaldus cardinalis, qui post Alexandrum factus est Lucius, in quo summa consilii Romane curie[a] pendebat, preparaturam suam, eo quod honestior ibi[b] non esset, deputasset, dictum est a cubiculariis domni pape: *Veniant Bremenses.* Venit igitur domnus electus cum suis. Et domnus apostolicus, egressus[c] de cubiculo suo, dixit ad eum: *Frater, quia infra sacros ordines ad honorem pontificatus electus es, cassamus electionem tuam.* Cumque quidam astantium dicerent: *Domne, meminerit Pietas vestra, quod electionem ipsius approbaveratis*[d], apostolicus in cubiculum, unde[e] egressus fuerat, reversus est. Bertoldus autem non sine rubore discessit. Cui postea successit Sifridus[f], filius marchionis Adelberti[43], cui dux in omnibus devotissime, tam propter eum quam[g] propter fratrem suum Bernardum comitem de Hanahalt[h], assistebat. Erant enim tunc[i] amicissimi. Sed postea, alienati ab invicem, facti sunt[k] inimicissimi[l].

10.[m] *De expeditione prima[n] Coloniensis et citatione ducis[o].* In illo tempore[44] Philippus Coloniensis cum multitudine gravi exiens de finibus suis, pervagatus est terram ducis, de-

a) primo *Ed.* b) quatuor sacros ordines 8. *Ed.* c) fratrem 1*. d) intimat *Ed.*; *ita infra* approbat — confirmat. e) si — *in maximam partem deleta in* 3. f) posset 5. 7. g) XXIII. B; XXVIII. R. h) consilio 5. 7. 8. i) de eodem 3. k) illo 3. l) qui 1158 coronatur et vixit annis 21 *m. rec. in margine* 8. m) illic *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* n) mitras R. o) theodericus 3. 5; theodoricus 7. *Ed.* p) hilseneburg 5. 7. 8. *Ed.*; hylseneburg 3. q) suspenderant 3. 5. 7. 8. *Ed.* r) schisma, schismatico 1*. s) harthiwico 3; hartwico 5. 7. 8; Hartuico *Ed.* t) ordinatus *Ed.* u) perstiterunt 5. 7. 8. v) ut 5. w) Domini *deest* 5. 7. 8. *Ed.* x) etenim 3. y) loco — ita ut *in maximam partem in* 3 *periere.* z) ut 1*. *Ed.* *) ipsius 5. 7. 8. *Ed.*; *in* 3 *foramen.* **) ad vesperam venit 3. 5. 7. 8. *Ed.*, *seducti sequenti* mane autem facto *etc.* a) ecclesiae R. b) inhonestior *Ed.*; honestiorum ibi 3. c) egressus est 5. d) approbaverit *Ed.* e) unum *ut saepius* 3. f) siffridus 7. g) quam etiam 5. h) hanehalt 3. 7; Hanehalt 8. *Ed.*; anehalt 5. i) tunc *deest* 1*. 8. k) facti sunt|| — incendiis *cap. sq. maximam partem deleta in* 3. l) *in fine cap. adscriptum marg.* 1* MCLXXIX. m) XXIV. B; XXIX. R. n) prima *deest* 5. 7. 8. o) Item de eodem 3.

40) V. Hamburger Urkundenb. I, p. 221 sq. cum notis. 41) i. e. a divinis cessabant; petitum esse videtur ex Psalm. 137, 2. 42) Nimirum ille praepositus S. Stephani in Brema, de quo v. supra l. I, c. 13, not. 91. 43) De electione eius v. Hamb. Urkb. I, n. 243, p. 220 cum notis. 44) scil. a. 1178.

vastans eam incendiis multis, et ita procedens usque Quernhamele[45], non adiecit ulterius[a] progredi sicque reversus est in locum suum. Circa dies illos reversus est imperator de Ytalia[46], cui occurrit dux apud Spiram[b]. Illatas[c] sibi iniurias a domno Coloniensi conquestus est in presentia ipsius. Quod imperator tunc quidem dissimulans, eis curiam indixit apud Wormatiam[d. 47], ducem tamen precipue ad audientiam citavit, illuc responsurum querimoniis 1179.
principum. Quod intelligens dux, eo venire dissimulavit[48]. Imperator autem aliam ei curiam Ian. 13.
indixit in Magdeburg[49], ubi Thidericus[e] marchio de Landesberch[f] duellum contra eum Iun. 24.
expetiit, imponens[50] ei quasdam traditiones[51] contra imperium factas. Verius tamen propter indignationem id factum fuisse creditur, quia Sclavi exciti[g] a duce omnem terram illius que Lusice[h] dicitur irrecuperabiliter vastaverant. Dux autem hoc animadvertens, venire noluit. In Haldeslef[i. 52] tamen constitutus, per internuncios colloquium domni imperatoris expetiit. Imperator itaque exivit ad eum ad locum placiti. Quem dux verbis compositis lenire studuit. Imperator autem quinque milia marcarum ab eo expetiit, hoc ei dans consilium, ut hunc honorem imperatorie maiestati deferret et sic[k] ipso mediante gratiam principum, quos offenderat, inveniret. Illi autem durum[l] visum est tantam persolvere pecuniam, et non acquiescens verbis imperatoris discessit. Exinde imperator tertiam ei curiam Goslarie prefixit, nec minus illam supersedendo neglexit. Imperator itaque procedens in concionem, sententiam adversus eum proposuit, querens, quid iustitia[m] super hoc decernat, quod tertio legitime vocatus iudicium declinaverit et per contemptum ad audientiam suam venire noluerit. Cui ex sententia principum responsum est, quod dictante iustitia omni sit honore destituendus, ita ut proscriptione publica diiudicatus, et ducatu et omnibus beneficiis careat, et alter in locum eius consurgat. Confirmata igitur sententia, imperator[n] adiudicavit[o] fieri. Quartam tamen adhuc curiam rogatu principum ei indixit; ad quam cum non venisset, fecit ut superius ex sententia principum instructus erat, et Bernardum comitem de Anahalt[p] pro eo ducem constituit, et episcopis, ut sua reciperent que in beneficio habuerat[q], mandavit[r] et bona eius publicari precepit[53]. Unde accepta occasione quidam[s] de suis alienati sunt ab eo. Dux autem iniuste de se iudicatum esse affirmabat, dicens se de Suevia oriundum, et nullum proscriptione dampnari posse, nisi[t] convictum in terra nativitatis sue.

11.[u] *De secunda expeditione[v] Philippi Coloniensis archiepiscopi[w].* Ex eo igitur tempore[54] multiplicata sunt mala multa in terra, quia omnes[x] consurgebant adversus ducem, et manus omnium contra eum et manus eius contra omnes[55]. Philippus[y] enim[z] Coloniensis contracto exercitu secundam expeditionem instauravit, habens in comitatu suo[*] illos quorum secta rote[56] dicitur. Rursumque in manu valida pertransivit omnem terram ducis, et timuerunt omnes a facie eius. Facta sunt autem abhominabilia[a] multa et gravia in profectione illa, eo quod viri iniqui, filii Belial, qui comitabantur cum eo, sceleratissimi essent et sceleribus[b] perficiendis inexplebiliter insisterent. Facte sunt autem cimiteriorum[c] depredationes, ecclesiarum exustiones, et multa loca religionis destructa sunt, ita ut[d], quod dictu gravius est, sponsas Dei quasi[e] captivas abigerent et eas prostituendo templa Dei non manu facta libidinose polluerent. Quis non gemat, quod sacerdoti sacrosanctis misteriis assistenti non pepercerunt, sed impingentes in eum, necdum[f] bene completis sacramentis, calicem de manu eius rapuerunt? Multa etiam alia sceleratissimi illi perpetraverunt, que pro enormitate nephas fuit[g] scribere et nimis venenata auribus fidelium infundere. Episcopus autem procedens Haldeslef, quam[h] Wichmannus archiepiscopus Magdeburgensis obsederat cum

a) ultra 5. b) Spyram 3. c) et illatas *Ed.* d) wormanam 3. 8. e) theodericus 3. 5. 8. *Ed.* f) landesberg 5; Landsberg *Ed.* g) excitati 3. 5. h) Bosice (*l.* losice) 1*. i) haldesleff 5. 7. 8; Haldesleben *Ed.* k) sic *deest Ed.* l) durum *omisit* 3. m) iustitia — careat *maximam partem deleta in* 3. n) id *inser.* 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) adiucavit 5. p) anehalt 5. q) habuerant 8. *Ed.* r) mandat *Ed.* s) quidem 8. t) non *Ed.* u) XXV. B; XXX. R. v) profectione 5. w) episcopi 3. 5. 7. 8. x) omnes *omisit* 3. y) phylippus 3. z) autem 3. 5. 8. *Ed.* *) suo *deest* 7. a) abominabilia 1*. *Ed.* b) et sceleribus *omisit* 3. c) caemiteriorum 1*; coemiteriorum *Ed.* d) ut ita 3; ut *deest* 5. e) quas 1*; quasi — nephas *magnam partem deleta in* 3. f) nondum 1* *perperam.* g) sunt 5. h) quod 3. 8. *Ed.*

45) Hameln ad Wiseram. 46) 1178. m. Octobr. 47) 1179. Ian. 13. 48) i. e. citationem se recepisse dissimulavit. 49) Iun. 24. 50) i. e. accusans. Ita et c. 19. 51) i. e. proditiones. Ita et c. 19, l. V, 26, l. VI, 13. 52) Neu-Haldensleben iuxta fluvium Ohre. 53) De curiis contra Heinricum habitis et de toto processu v. quae egit Weiland in Forschungen zur Deutschen Gesch. T. VII. 54) scil. a. 1179. 55) Gen. 16, 12. 56) Milites mercenarii intelligendi sunt, secundum Chron. Repgav. (ed. Massmann p. 428) de Burgundia et de terra S. Aegidii (S. Gilles).

principibus orientalibus, confortans manus eorum, reversus est in locum suum non sine gravi compunctione, quod propter eum[a] occasio tantorum malorum data fuerit, nec adiecit ultra viros illos apostatas secum educere. Crevit autem obsidio in dies et menses, eo quod Bernardus comes de Lippe, prefectus civitatis, vir strennuus valde et militaris esset, et locus palustris ob hyemis molliciem[b] expugnari non posset. Cumque tedio diutini laboris deficerent, tandem novum quoddam genus expugnationis excogitaverunt, ut eam aquis suffocarent. Cumque, vallo facto, excogitatum instantissime peragerent, aque usque ad trabes domorum excreverunt, sed adhuc viri bellatores civitatem tenuerunt. Tandem conditione facta, Bernardus cum suis liber egreditur et civitas funditus destruitur[c. 57].

12.[d] *De excommunicacione ducis*[e]. Inter hec autem Odelricus[f] Halverstadensis omnibus modis importune ei[58] insistebat[g], adeo ut excommunicationis maledicta in eum sepius proferret, facta suspensione[h] divinorum in omni episcopatu illo; et tantum[i] in monasteriis sub silentio divina celebrabantur, clausis tamen ianuis propter excommunicatos. Dux autem, timens sententiam excommunicationis, venit Halverstath[k] cum suis et in contritione cordis humiliatus est ad pedes domni[m] episcopi. Et solutus est a vinculo[l] anathematis tam ipse quam sui, facta sollempniter absolutione. Et sensit cum episcopo et cum ecclesia illa ea que pacis sunt. Sed hoc parvo duravit tempore. Nam idem episcopus impatiens otii et quietis erat, et iterum occasione accepta, alienatus est ab eo et additus inimicis suis, multa contra eum moliri cepit, et factus est novissimus error[m] peior priore[59].

13.[n] *De expedicione ducis in Westfaliam*[o]. Dux autem exercitu[p] congregato direxit eum in Westfaliam per manus Adolphi comitis de Scowenburch[q], Bernardi comitis de Racesburg[r], Bernardi comitis de Wilpe[s. 60] — qui etiam, ut in sequentibus clarebit, aliis a duce deficientibus, ipse solus fidelis permansit — Guncelini comitis de Zverin, Ludolphi comitis et Wilbrandi, fratris eius, de Halremunt[t], ut pugnarent contra inimicos suos in medio terre eorum, qui fines suos in partibus illis occupaverant, videlicet contra Simonem comitem de Tekeneburg[u], Hermannum comitem de Ravenesberg[v], Heinricum comitem[w] de Arnesberg, Widikindum[x] comitem de Svalenberg[y] et alios plures, et consederunt iuxta Osenbrugghe. Cumque appropinquasset exercitus hostilis, attriti sunt[z] Westfali plaga magna, eo
1179. Aug. 1. quod Saxones, qui Holtsati[*] dicuntur, viri sunt[a] absque misericordia et humani sanguinis avidissimi fusores. Et non pepercit oculus[c. 61] eorum maiori vel minori, sed omnes quos oppositos habebant insatiabiliter neci tradiderunt[62]. Plures tamen a militibus in captivitatem ducti sunt, inter quos precipuus erat Simon comes de Tekeneburg, qui a duce coniectus est in vincula, astrictus[e] manicis ferreis, donec ea que subiecta sunt sentiret. Postea tamen solutus a vinculis, sub iureiurando fidem faciens, factus est duci fidelissimus, et in omni illa controversia secum[f] fideliter perseverabat. Facta est autem disceptatio inter ducem et comitem Adolfum et ceteros nobiles de captivis. Dicebat enim[g] dux, sui iuris esse, ut omnes captivi sibi redderentur. Cui consentiebat Guncelinus comes, Conradus de Rothe[63], redditis captivis[h] suis, et alii de domo ducis familiariores. Econtra[i] illi dicebant, se de propriis stipendiis militare, et ideo iustum esse, ut de captivis sua reciperent, nec omnino stipem militie se habere posse dicebant, si eorum captivi in usus alienos[k] tollerentur. Hiis contradictionibus[l] comes Adolfus animum ducis graviter irritavit. Et ex illo tem-

a) propter quod eum 5. b) ab h. mollicie *Ed.* c) et — destruitur *desunt* 3. d) XXVI. B; XXXI. R. e) Item de eodem 3. f) odolricus 7; Udalricus *Ed.* g) resistebat 7. h) suspensatione 8. *Ed.* i) tamen *Ed.* k) haluerstat 3. 5; haluerstad 8; Halberstad *Ed.* l) vinculis *Ed.* m) domni — error *magnam partem deleta in* 3. n) XXVII. B; XXXII. R. o) Item de eodem 3. p) egregio ex. *Ed.* q) scowenburg 3; scowenborg 8; schowenburg 5. *Ed.* r) raceburg 3. 8. *Ed.* s) wolpe 7; Welpe *Ed.* t) hallermunt 5. u) Tekenburg *Ed.* v) Ravensberg *Ed.* w) de r., hinricum co. *in* 5 *infra subiecit m. rec.* x) widikinum 3; widekinum 5. 8; Widekindum *Ed.* y) Schwalenberg *Ed.* z) sint 5, *in* 1* *marg. superiori adscriptum* 1180. *) holsati 1*. 5; holzati 8. *Ed.* a) sint 5. 8. *Ed.* c) ulli R. e) constrictus *male* 5. *Ed.* f) secum — se de *maximam partem deleta in* 3. g) ei 5. h) captis *Ed.* i) contra 3. k) alieonos 3. l) condicionibus 7.

57) Non distinxit noster inter primam obsidionem civitatis Haldensleben, a. 1179 factam, cui Philippus Coloniensis interfuit, et secundam, qua Wichmannus a. 1181 civitatem cepit, v. Ann. Peg., Palid., Chron. Mont. Sereni. 58) scil. duci Heinrico. 59) Matth. 27, 64. 60) Wölpe, castrum in principatu Calenberg, praefectura Nienburg, haud procul a civitate aequivoca. 61) secundum Iudith 2, 6. 62) Hanc pugnam a. 1179. Aug. 1. commissam docuit Cohn in Gött. Gel. Anz. 1866. 63) Castrum Rode seu Lauenrode civitati Hannoverae tunc oppositum, in loco qui vel hodie „*auf dem Berge*“ vocatur. P.

pore seminarium discordie inter eos pullulavit[a]. Ipse autem cum aliis reversus est in terram suam cum numerosa[b] multitudine captivorum et preda multa.

14.[c] *De exustione Halverstadensis civitatis et captivitate Odelrici episcopi*[d]. Odelricus[e] autem Halverstadensis ea tempestate inpatiens quietis, ut supra dictum est, zelo ductus[f] antique emulationis, multis perturbationibus ducem infestabat. Unde ecclesiam illam gravis iactura omni evo gemenda[g] subsecuta est. Nam cum sepissime eruptiones fierent de Halverstath et de castro Horneburg[65], et succenderentur ville ducis et homines sui aut mutilarentur aut in captivitatem traherentur, tanta commotus inquietatione, coadunatis amicorum suorum turbis[h], eas in partes illas misit, ut si possent debitam inimicis suis rependerent talionem. Abeuntes ergo exustiones et depredationes villarum multas[i] fecerunt, et venientes Halverstad, sine periculo invitis[k] hostibus civitatem optinuerunt. Facta igitur[l] discursione civibus captivatis[m], spolia multa acceperunt, urbe adhuc illesa, que undique clausa et munita erat[n], in qua[o] domnus episcopus cum multitudine armatorum consistebat. Providentia vero civium, qui periculum incendii timuerant, provisum erat[p], ut ignis in civitate non inveniretur. Nec multum ab hostibus querebatur ignis, eo quod propter sanctimoniam[q] loci parcerent civitati. Cumque unus in loco quodam contutatum[r] ignem invenisset, ex eo casulam quandam incendit, et statim crescente incendio tota civitas conflagrata est[s], ita ut 1179. Sept. 23.
tota in favillam redigeretur[66]. Capitalis etiam ecclesia[t] beati Stephani et beate Dei genitricis Marie cum omni ornatu suo exusta est, et quod sine gemitu dici non potest, multitudo clericorum, que quasi in asylo se illic receperat, cum ipsis locis[u] sanctis excinerata[v] est[w]. Domnus vero episcopus in domo propria ignibus circumdatus, cum cognato suo Romaro[x] preposito et aliis multis captivatus est, et reliquie beati Stephani, quas forte ad presidium episcopus secum habuerat, de ignibus rapte, quasi semiuste abducte[y] sunt. O iudicia Dei! abyssus multa[67]. Necesse est, ut veniant scandala, verumptamen[z] ve homini[*] illi per quem scandalum venit[a. 68]. Sed quis est, qui propter sua peccata concedat[b] venire scandala? Omnes in tali casu innocentias suas pretendunt, impunitatem[c] sibi promittunt[d],

Erroremque suum, quo tueantur, habent[69].

Sed propter precedentia delicta sepe gravissima peccatorum nascuntur scandala. Unde beatus Gregorius dicit: *Contempnenti, qui non vult*[e] *penitere, ponit Deus offendiculum, scilicet*[f] *ut gravius inpingat, qui levius non*[g] *penituit.* Quedam enim peccata sunt peccata et peccati pena quedam autem sunt et peccata et peccati causa. Alia vero peccata et causa sunt peccati et pena. Peccatum ergo[h], quod per penitentiam citius non deletur, aut peccatum est et causa peccati, aut peccatum et pena peccati. Propter ergo[i] precedentia delicta, ut supra dictum est, veniunt[k] scandala, id est[l] graviora peccata[m]. Unde David[n] in psalmo: *Appone*[o] *iniquitatem super iniquitatem eorum*[70]. Et alius propheta: *Sanguis*[p] *sanguinem tetigit*[71], id est peccatum peccato est cumulatum. Sed nunquid per pastores ecclesie et summos pontifices poterunt[q] venire scandala? Ipsi enim populum Dei ad terram promissionis, ut olim Moyses, per huius seculi vastam solitudinem ducere videntur[r]. Sed utinam via eum regia ducant, ita ut non cecutiendo ambo in foveam cadant. Quid ergo? reprehendimus[t] eos? Absit. Sed geminis[u] eos gladiis accinctos[v] videmus, uno spirituali, altero materiali. Sed spirituali plus utendum fuerat, materiali vero[w] minus, contra eos tantum[x], qui excommunicationis sententiam minus formidant Nunc autem ad ostendendam mundane glorie potentiam plus utuntur materiali quam spirituali, et in hoc arbitrantes se

obsequium prestare Deo,

sepe minus proficiunt. Fortior enim est[y] spiritualis materiali, quia[z] vivus sermo Dei est, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti[72]. Ecce enim Leo[73] ille sevissimus, ad cuius

a) pululavit 5; pullulat *Ed.* b) universa 5. c) XXVIII. B; XXXIII R. d) et de c. Odolrici e. 5; item de eodem 3. e) Odolricus 5; Udalricus *semper Ed.* f) est *redundat* 5. g) geminanda 3. 8. *Ed.* h) turmis *Ed.* i) multarum 3. 5. 7. 8. *Ed.* k) invitatis 3. l) autem 5. m) captiuatis *deest* 7. n) fuerat 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) quo 5. p) fuerat 5. q) sauctimonium 1*. 3. 5. r) occultatum 3. *Ed.*; obfuratum 7. *Corner.* s) conflagravit *Ed.*; episcopus — conflagrata est *maximam partem deleta in* 3. t) ecclesia *deest* 3. u) locis *deest* 5. v) incinerata 5. w) *in margine* 1*: MCLX *nonnihilo de numero resecto.* x) agnato s. Romano *Ed.* y) adducte 3. z) veruntamen 1; verumptamen *omisit* 7. *) homini *deest* 5. a) scandala fiant 8; fiunt *Ed.* b) concedit 7. c) iniquitatem 7. d) impunita sibi esse pro. 8. e) volt 5. f) sed *Ed.* g) non *deest Ed.* h) hoc 3. i) quod 5. k) veniant 8. l) et 7. m) delicta 1*, *ad superiora oculo aberrante.* n) dicitur *Ed.* o) appone — ita ut *magnam partem deleta in* 3. p) sangwis 8. q) potuerunt 5; possunt *Ed.* r) videretur 7. 8. t) reprehendemus *Ed.* u) gemitis *corr.* geminis 8. v) cinctos 3. *Ed.* w) uero *deest* 3. x) tamen *Ed.* y) est *deest* 5. z) qui 5.

65) Prope fluvium Ilse in principatu Halberstadt. 66) 1179. Sept. 23. 67) Psalm. 35, 7. 68) Matth. 18, 7. 69) Ovidii Fastorum l. I. v. 32. 70) Psalm. 69, 28. 71) Sapient. 14, 25. 72) Hebr. 4, 12. 73) dux.

rugitum contremuit terra, constrictus gladio spirituali ad terram humiliatus est, materiali vero exagitatus ad iram stimulatus[a], et inde maius[b] crevit scandalum. Unde[c] plus materialiter et in hoc certamine et in superiori est conflictum. Sed ista relinquentes ad propositum redeamus, ne temere sacerdotes Domini[d] reprehendere videamur. Ipsi enim in specula Domini pervigiles stare videntur, tanquam rationem reddituri de animabus subditorum.

15.[e] *De relaxatione Odelrici a captivitate*[f]. Igitur depopulata vel potius exusta civitate, sacrilegi illi tripudiantes reversi sunt Bruneswich[g]. Dux vero cúm audisset civitatis depredationem et vidisset captivorum multitudinem, letatus est. Sed cognita exustione tantarum ecclesiarum cum multitudine clericorum, videns etiam domnum episcopum cygneo capite[73], grandevum et iam quasi[h] ultima etate fatiscentem, captivum adductum[i], preterea reliquias beati prothomartiris Stephani semiustas et squalore incendii fuscatas quasi ad triumphi decorem una cum episcopo adductas, deiecta facie ubertim lacrimas profudit, preter voluntatem suam hec facta contestans[k] et amarissime[l] deplorans. Nec tamen ad presens captivitatem illam relaxavit, sed domnum episcopum Herteneburg[m] deduci fecit et eum honeste, sub custodia tamen, tractari[n] precepit. Quem religiosissima ducissa Machthildis[o] pietatis affectu complexa, quasi pro reverentia sacerdotali[p] vestibus bonis large induebat et ita in omnibus necessariis ei devotissime ministrabat, ut in tali statu nichil ei[q] deesse videretur. Romarus[r] vero, consanguineus eius et concaptivus, in castro Sigeberg[s] in custodia servabatur[t]. Interea homines episcopi de Horneburg[u] zelantes iniurias domini sui, frequenter[v] insultum hominibus ducis fecerunt et discurrentes per regionem illam circumiacentes villas incendiis vastaverunt. Unde dux offensus exercitum illuc misit et castro exusto in solitudi-
1179. nem illud redegit. Post hec in nativitate Domini[w] diem sollempnem egit[x] in Lunenburg et
Dec. 25. vocans domnum[y] statuit cum eo conditiones pacis, et relaxata captivitate cum honore eum ad sua remisit. Veniens autem episcopus[z] in Hugesburch[*][74], infirmitate tactus, ibidem per aliquot tempus egrotare cepit. Crescente autem dolore corporali, temporalibus incommodis exemtus beato fine diem clausit extremum[75].

16.[a] *De expedicione ducis in Thuringiam et quomodo defecerint a duce Adolfus et alii*
1180. *nobiles*[b]. Adveniente[c] autem Maio[76] dux cum expeditione intravit Thuringiam et exussit
Mai. civitatem que dicitur Kuninghes[d] Northusen[77]. Cui occurrit Lodewicus provincialis[e] cum multitudine magna, commissumque est prelium inter eos, et fugati sunt Thuringi, et provincialis[f] captivatus est cum fratre suo Hermanno palatino et cum militum multitudine. Exaltatus est autem dux in illa die, et factum est gaudium[g] et exultatio in omni domo eius. Et reversus est Bruneswich[h] cum infinita turba captivorum et spoliis multis. Cumque una dierum intraret[i] ad eum comes Adolfus, congratulando[k] de victoria, simul etiam[l] expetens ab eo licentiam revertendi in terram suam, Gunzelinus comes[m] verbis calumpniatoriis[n] eum in conspectu ducis alloqui cepit. Et cum prius amicissimus eius fuerit, quasi tergiversando occasiones querens, adversus eum conqueri duci cepit, multas sibi iniurias ab eo illatas fuisse, et non solum ab eo[o] in multis inquietatum, verum omnes, qui devoti fuissent duci, ipsi semper exosos[p] fuisse. Insuper ipsum domnum ducem hanc ab eo iniuriam suscepisse, ut captivos suos ei, sicut ceteri nobiles, quasi vi ablatos representare noluerit. Cui comes Adolfus: *Vestre quidem*, inquit[q], *potestatis est, hec*[r] *mihi in conspectu domni mei ducis*[s] *impingere, cum vobis paratissimus et devotissimus semper in omnibus fuerim. Nunc autem, in*[t] *quibus a me lesus*[u] *fueritis, coram*[v] *domno meo proponite, ut de hiis, si potero, me aut iuste expurgem; sin autem, iuste vobis coram*[v] *domno meo satisfaciam. Si*

a) est *add. Ed.* b) magis 5. c) unum 3, *ut supra.* d) domini *deest Ed.* e) XXIX. B; XXXIV. R. f) item de eodem 3. g) brunewich 3; brunswich 5. h) quasi *omisere* 3. *Ed.* i) abductum *male* 1*. k) facta fuisse testans 8. *Ed.* l) clericorum — et amarissime *magnam partem deleta in* 3. m) ertenburg 5. n) ipse tr. pr. 3. o) machthyldis 3; mechtildis 1*. p) sacerdotalibus *Ed.* q) ei *deest* 3. r) Romanus *Ed.* s) segeberg 8. t) tenebatur 3. 5. 7. 8. *Ed.* u) Horneberg *Ed.* v) frequentem *Ed.* w) Domini *deest* 7. x) egit *deest* 8. y) episcopum *add. Ed.* z) episcopus *deest* 1*. *) husenburg 5. 8. *Ed.* a) XXX. B; XXXV. R. b) et quomodo alii defecerunt 8; item de eodem 3. c) adveniente — mil. multitudine *magnam partem deleta in* 3. d) Kunegges 1*. e) comes pr. 3. *Ed.* f) Ludovicus *Ed.*; lodewicus provincialis 3. 5. 7. 8. g) magnum *add.* 3. h) brunewich 3. *et saepius.* i) intravit 5. k) congratulanto 8; congratulans 5. *Ed.* l) simul etiam *deest Ed.* m) comes *deest* R. n) columpniatoriis 5 *saepius similia.* o) sed 3. p) exosus 8. q) inquit *deest* 5. r) hoc *Ed.* s) domini vestri 1*. t) a 1*. u) laesi *Ed.* v) coram — vobis coram *m. rec. margini* 5 *adiecit infra.*

73) Conf. Ovid. Trist. IV, 8, 1: *Iam mea cygneas imitantur tempora plumas.* 74) Monasterium Huysburg iuxta Halberstadt. 75) 1180. Iul. 30. Chron. Halberst. p. 61. 76) anni videlicet 1180. 77) Nordhausen, civitas regia.

*tamen*[a] *domino meo in me displicuerit*[b], *sicut iustum est eum de me, que voluerit, iudicare, ita* 1180.
*promptum erit, me omnem ei satisfactionem exhibere. Quod*[c] *autem dicitis*[d], *illos me exosos habere, qui domino meo*[e] *fuerint*[f] *devoti, voluntatem quidem vestram dicitis, cum hoc probare non possitis. Hoc etenim certissime de me omnibus constat, quod semper fidelis domino meo perseveraverim, egrediens et regrediens et pergens ad imperium eius. Si quis autem aliud de me indicaverit*[g], *inpresentiarum*[h] *eum coram domino meo mendacem convincam. Verumptamen, si placeret*[e] *domino meo, ut in presentia ipsius honestius tractarer, tanto fiducialius in conspectu*[i] *eius apparerem.* Dux autem quasi dissimulans altercationes eorum, sic respondit: *Adolfus satis quidem innocentias suas pretendit. Fateor autem, quod*[k] *devotus valde in omnibus nobis astitit. Sed in hoc nihil*[l] *iuste pretendere potest, quod in proximo conflictu captivos nobis non reddidit. Nunc autem captivos, quos habet, reddat, ne alii eius exemplo suos etiam detineant.* Habebat autem tunc comes Adolfus cum comite de[m] Dasle[n] [79] et cum aliis sociis captivos insignes septuaginta duos. Cui[o] Adolfus comes: *Domne, noveritis*[p], ait, *me in hac expeditione omnia mea consumpsisse*[q], *equos militum, runcinos*[r] *servorum innumeros perdidisse, et nunc si captivos vobis reddidero, nichil superest, nisi ut pedes ad*[s] *domum meam revertar.* Et hiis dictis exivit a conspectu[t] ducis, et obortis[u] lacrimis conquestus est omnibus amicis suis, quantas a Gunzelino comite verborum calumpnias passus fuerit, et quod suis cavillationibus eum duci suspectum reddiderit. Post hec, cum[v] impetrata licentia abiisset[w], cum aliis nobilibus alienatus est ab eo, et infirmata est pars ducis propter defectionem eorum. Dux autem ut cognovit[x], quia[y] defecisset ab eo, occupavit omnem terram eius trans Albiam[z] et expugnavit castrum Plune, et eiectis hominibus suis collocavit illic[*] Marcradum prefectum Holzatorum[80]. Castrum autem Sigeberge[a] quia inexpugnabile[b] erat, diutina illud obsidione expugnabat per Bernardum comitem de Racesburch[c], quod mater comitis, domna Machthildis, constanter tenebat. Exsiccata autem cisterna, sitierunt hi qui in castello erant, et arebant fauces eorum propter siccitatem sitis, et necessitate compulsi sub[b] conditione pacis castrum dederunt. Et prefecit eis[d] dux Luppoldum[e] quendam, natione Bavarum[f], virum prudentem et strennuum. Domna vero Machtildis cum suis abiit Scowenburg[g]. Porro[h] comes Adolfus cum suis amicis et cognatis castrum Honroth[81] destruxit, quod e regione castri sui[82] ultra Wiseram[i] Conradus de Rothe edificaverat.

17.[k] *De adventu imperatoris in Saxoniam.* Imperator autem audiens, quod defecissent hi a duce, convertit faciem suam venire in Saxoniam, et timuerunt valde omnes viri bellatores qui erant in castris ducis a facie eius. Et eo approximante, sive[l] ex necessitate, sive ex voluntate, omnia castra eius firmissima et se ipsos in potestatem eius[m] tradiderunt. Multi enim ministerialium eius[n], qui a cunabulis[o] ab eo educati fuerant, et quorum patres sine omni contradictione ipsi servierant, ut Heinricus[p] de Witha, Luppoldus de Hertesberch[q], Ludolphus de Peinna[r] et alii plures, recesserunt ab eo et ad imperium se transtulerunt. Invaluit ergo imperator, cum obtinuisset castra firmissima Hertesberch[q] [83], Lewenburg[s] [84], Blankenburg, Heymburg[t], Reghenestein[u] [85], et convertit exercitum ad expugnandam Liechtenberch[v] [86]. Et post paucos dies tradita est in manus eius[w]. Circa dies illos mortuus est Kazamarus[x] princeps Pomeranorum, duci amicissimus, et defecerunt ab eo Sclavi, quia frater eius Buggezlaus[y], imperatori coniunctus, hominium et tributa ei persolvit.

a) tum 3. 5. 7. *Ed.* b) displicuit 3. 5. 7. 8. *Ed.* c) Quia *Ed.* d) dicitis *m. recentissima in margine* 5 *adiecit.* e) meo — placeret *magnam partem deleta in* 3. f) fuerunt 5. g) indicavit *Ed.*; iudicaverit 1*. h) impresentiarum 8. i) adspectu 5. k) adolfus *addit* 7. l) non *Ed.* m) de *in* 5 *adiecit m. recentissima.* n) hasle 3. o) uare *m. recentissima* 5 *et Ed.* p) novistis *Ed.* q) insumsisse *Ed.* r) runcinosque 5. B; runsinosque 8; rivisinosque R; runcinus, equus gallice *m. recentissima* 5. s) ad *deest Ed.* t) adspectu 5. u) abortis 3. v) cum *adiectum in* 5 *a m. recentissima.* w) abisset 8. x) agnovit *Ed.* y) quod 5. z) Transalbiam 1*. *) illoc 1*. a) sygeberge 1*; segeberg 8. b) quia inexpug || — sub conditione *magnam partem deleta in* 3. c) raceburg 5. *Ed.* d) ei 8. *Ed.* e) Lupoldum *Ed.*; lippoldum 7. f) baurum 3. 8. g) schowenburg 5. *Ed.* h) ita 1*. i) weseram 5. k) XXXI. B; XXXVI. R; de eodem 3. l) sine necessitate, sed ex voluntate R. m) imperatori *Ed.* n) ducis *Ed.* o) ab incunabulis *Ed.* p) Henricus 1*. q) hyrtesberg 3; hirtesburg 7; hertesberg 8. r) Peina *Ed.* s) Lewenberch 1*; lewenberg 3. 8; levenberch 7. t) heymburg *deest* 8. *Ed.*; helmenburg 3. u) regenesthein 1*; regenestein 5; Regenstein *Ed.* v) liechtenberg 3; lichtenberch 5; lichtenberg 8. *Ed.* w) illius 3. 5. 7. 8. *Ed.* x) kasamarus 5. y) Buggezlauus 1*.

79) Adolfo. 80) Marcradus, overbode Holsatorum, occurrit e. g. in charta Heinrici ducis a. 1170. Meklenburg. U. B. I, n. 96. 81) Hohenrode iuxta Rinteln. 82) Schauenburg. 83) Herzberg haud procul ab Osterode. 84) Lauenburg prope Steklenberg 85) Heimburg et egenstein prope Blankenburg. 86) Ruinae castri Lichtenberg in praefectura Brunsvicensi Saldern adhuc conspiciuntur.

18.[a] *De reedificacione Hartesburg*[b]. In[c] diebus illis imperator occupavit montem excelsum prope Goslariam qui Hartesberch[d] dicitur, firmans illic[e] castrum et cingens eum[f] muro valido. Hunc montem olim firmissime edificaverat Heinricus imperator senior, contra quem Heinricus filius eius consurrexit, qui etiam

expulit illatis patrem crudeliter armis[g],

qui etiam a Saxonibus in Welpesholt[h] bello[c] fugatus est[87]. Cumque ipsum castrum quasi iugum totius[i] Saxonie fuisset, et imperator propter nimiam superbiam suam non solum[k] Saxonibus, sed etiam sedi apostolice et omni fere imperio exosus fuisset, Saxonum principes cum episcopis apud Goslariam colloquium celebrare[l] statuerunt. Et ibi[m] conspiratione facta contra Heinricum cesarem, alium contra eum regem suscitare conati sunt. Sed cum de electione regis scisma esset inter eos, et quivis pro libitu suo illam vel illam[n] personam designaret, que[o] idonea non esset, surrexit quidam inter eos, Conradus nomine, vir eloquens, et[p] dixit ad eos: *Ut quid discordatis, o viri*[q], *nonne pro bono pacis convenistis?*[r] *Si placet consilium meum, ego vobis virum bonum demonstrabo, dignum honore regio, virum felicem in victoriis, per quem Dominus operabitur*[s] *salutem in nobis*[t]. At[u] illi omnes assensum illi[v] prebuerunt, ut quemcunque ille designasset, hunc regem omnes salutarent. Qui, assumptis secum sociis, abiit ad hospitium cuiusdam honesti viri cui nomen Heinricus[88]. Sed intrantibus illis[w] hospitium, ipsum non invenerunt. Erat enim in horreo, aucupandi studio occupatus. Uxor autem eius illos intrantes honeste suscepit, dicens, maritum presentem non esse, non longe tamen positum. Cumque illi desternerent[x] equos, et convivium hospitibus instrueretur, illa clam misit equos marito, ut equitando domum[y] intraret, quasi de via venisset. Illi autem intranti occurrerunt, quos ille cum salutatione honeste suscepit, precipiens poni mensam, invitans ad[z] epulas. Cui Conradus respondit: *Non comedam, donec loquar sermones meos.* Qui ait: *Loquere.* At ille: *Te salutant*, inquit[*], *omnes Saxonie principes, rogantes, ut quantocius ad eos Goslariam venias.* At ille respondit: *Quid tantilli*[a] *viri indigent principes Saxonie?* Surrexit tamen et venit ad eos[b]. Quibus Conradus, qui eum adduxerat, dixit: *Ecce rex*[z] *vester!* Confestim autem omnes unanimiter creaverunt eum sibi in[c] regem. Et ex eo, quod acciderat, quia in aucupando detentus fuerat, quod tamen illi quasi de futuro augurium erat, dictus est rex avium, Teutonice autem Vogelkuning[d]. Ille vero sublimatus in regem, dixit ad principes: *Quia*[e] *dignati estis, me vobis suscitare regem, iustum est, ut sacramentorum*[f] *fidem regi vestro faciatis.* Cumque omnes sacramenta ei fecissent, misit legatos ad eos qui in Hartesburch[g] erant, precipiens eis, ut quantocius[h] in presentiam ipsius[i] venirent. Qui abeuntes dixerunt eis que ex ore regis audierant. At illi indignati virgis excoriaverunt eos et decalvatos ad dominum suum remiserunt. Tunc, qui maior inter eos fuerat, dixit ad socios: *Nos quidem dehonestati sumus, sed estote viri constantes et ignominiam nostram in gloriam convertamus. Vidi hodie nisos*[k] *volantes: isti excipient confusionem nostram.* Descenderant[l] enim ad balneum adolescentes nobiles plus quam viginti, quorum reditum prestolantes omnes eos trucidaverunt et sic, ulti confusionem suam, ad regem reversi sunt. Qui audiens quod factum fuerat, indignatus est valde et cum multitudine magna obsedit[m] castrum et expugnavit illud et ad terram usque deiecit. Dicunt autem quidam, quod propter multas enormitates de eodem castro perpetratas[n] et propter memoratum Heinricum imperatorem, qui usque ad finem vite sue a sede Romana[o] excommunicatus fuerat, sub anathemate a domno papa dampnatus sit locus[p] ille, ut nunquam inhabitetur, sed cum Babilone in perpetua solitudine deputetur[89]. Fridericus autem impe-

a) XXXII. B; XXXVII. R. b) hartesberch 5. 7; hertusburg 8. c) in — bello *magnam partem deleta in* 3. d) Hartesburch 1*; hartesberg 7; Hartesburg *Ed.* e) illuc 1*. f) cum 8; eum *deest Ed.* g) exp. i. crud. p. armis 3; exp. p. ill. cr. armis *Ed.* h) Welfesholtz *Ed.* i) totius *additum a m. rec. margini* 8. k) soluit 3. l) celebre 1*. 5. m) ibi *deest* R. n) aliam *Ed.* o) qui 3. 5. 7. 8. p) et *deest* 5. 7. 8. q) ut — viri *desunt* 3. r) conv. et dixit ad eos 5. s) operetur *Ed.* t) vobis 1*. 8. u) ac 5. v) ei *Ed.* w) eis 3. x) destituerent R. y) domum *deest* 5. 7. z) ad — Ecce rex *magnam partem deleta in* 3. *) inquit *deest* 8. R. a) tanti illi 3. b) illos 5. c) in *omisere* 3. 5. 7. 8. d) vogelkonig 1*. *Ed.*; vogelkoning 5; vogelkoningh 8; vogelkunig 7. e) qui 3. f) sacramentis *Ed.* g) Harthesburch 1*; hertesberg 3. 5 7. h) quantotius 1*. i) eius 8. *Ed.* k) uisos 3. l) decederant 1*; descenderunt 7. m) consedit 3. n) multam enormitatem de eodem perpetratam castro *Ed.* o) apostolica 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) locus — migraverunt *ex parte deleta in* 3.

87) Conf. Helm. l. I, c. 27. 88) Consilium a rege Conrado I. de eligendo Heinrico I. a. 918 datum cum his, quae tempore belli Saxonum contra Heinricum IV. et electionis Rudolfi de Suevia acta sunt, ab Arnoldo confundi apparet. — Confer Waitz, Iahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich I. Neue Bearb. Excurs VI. p. 214 sq. 89) Quum haec nostri excursio apud scriptores coaetaneos non inveniatur, certe notandum est, Ann. Palid. SS. T. XVI, p. 95 Harceburg memorantes addere: *urbem quon-*

rator ipsum montem edificare cepit, quia etsi ille excommunicationis sententiam meruit, ipse tamen nichilominus[a] nullam[b] regni sui diminutionem pati voluit[c]. Rebellabant[90] autem hii qui in castro Waldenberch[d] positi erant et non valuerunt, sed potius, castro eorum destructo, ipsi ad castrum imperatoris migraverunt[e].

19.[f] *De captivitate Bernardi comitis*[g]. Post hec in nativitate Domini cum dux diem 1180. Dec. 25.
sollempnem[h] egisset Lunenburch[i], cepit incusare comitem Bernardum de Racesburch, qui tunc cum ipso erat, de conspiratione adversus eum facta, imponens ei[k] notam perfidie et traditionis, dicens, se indubitanter a fidelibus suis compertum habere, immo, si necessitas exegisset[l], manifestis eum indiciis et testimoniis posse convincere, quia[m] cum inimicis suis hanc contra eum conspirationem fecerit, ut eum una cum uxore sua in Racesburch quasi ad epulas invitaret et sic insidiis dispositis convivantem[n] occideret. Cumque ad obiecta nichil digne pretenderet[o], captivavit[p] eum dux una cum filio suo Volrado[q], et veniens cum exercitu Racesburch, obsedit eam, ipsum trahens secum. Cui occurrerunt viri Lubicenses cum navibus multis et armis et machinis, et crevit obsidio. Bernardus autem necessitate compulsus, tradidit castrum et ipse cum uxore et filiis et omnibus que habebat abiit Godebuz[r]. [91]. Postea tamen cum adhuc dux eum suspectum haberet, quod fidem integram ei non 91
servaret, quia adhuc cum inimicis suis familiaritatem habebat, secundam in terram suam profectionem fecit et destructo castro Godebuz[s] spolia multa ibidem accepit. Ille autem fugiens ad Bernardum ducem se transtulit. Dux ergo eiectis omnibus solus potitus est omni terra et cepit munire castrum Racesburg, Sygeberch[t], Plone[u], plurimum confidens in presidiis illis[v].

20.[w] *De expedicione imperatoris*[x]. Proxima[y] autem estate[92] imperator totus infusus 1181.
finibus ducis, in manu valida intravit[z] terram illius, et eiecturus eum de terra in propria persona transire Albiam disposuit. Timens autem[*], ne post eum consurgerent[a] insidie, Philippum Coloniensem cum aliis principibus precepit servare[93] Bruneswich, Bernhardum vero ducem et fratrem eius Othonem, marcravium de Brandenburch, cum aliis principibus orientalibus propter Lunenborgenses deputavit[b] Bardewich[c]. Ipse autem in comitatu habens Wichmannum Magdeburgensem et domnum Bavenbergensem[d], abbatem Vuldensem[e], Corbeiensem[f], Hersveldensem, cum Ottone marchione de Misna[g] et multo robore militari[h] Suevorum et Bavarorum[i] convertit exercitum versus Albiam. Quo appropiante[k], Lodewicus provincialis, qui prius in Lunenburg custodiebatur[l], deductus est Sigeberg[m] et ibi arctius custodie[n] est traditus. Dux autem tunc temporis[o] Lubeke constitutus erat, muniens civitatem et erigens machinas multas. Quibus dispositis, in die apostolorum Petri et Pauli Iun. 29.
abiit Racesburg. Cumque mane inde proficisceretur[p] tendens ad Albiam, secuti eum sunt omnes qui in castro fuerunt[q], quasi[r] deducentes eum cum gaudio. Videntes autem hii qui de parte Bernardi comitis[s] ibi remanserant, quod vacuum esset castrum, repente occupaverunt illud et capta arce concluserunt valvas eius et quotquot remanserant de servis ducis foras eiecerunt. Dux autem audiens, quod factum fuerat, frendens animo reversus est ad castrum et invenit contra se obstinatos animos illorum. Repente autem misit Sygeberge ad Luppoldum et Plune ad Marcradum, ut quantocius venirent cum Holzatis, si forte posset eicere illos, quia[t] pauci erant. Interea venit qui diceret, iam appropiare[u] cesarem, et sic infecto[v] negotio abiit, amarus in indignatione animi sui et venit Erteneburg[w]. Et videns

a) nihilominus 1*. b) illam 3; ullam 5. 7. 8. *Ed.* c) noluit *Ed.* d) waldenberg 5; waldenburg 3. 8. *Ed.* e) locus — migraverunt *ex parte deleta in* 3. f) XXXIII. B; XXXVIII. R. g) de racesburg *adiecit* 5. h) solennem 1*. i) Luinenburch 1*; luneborch 5; lunenburg 8. k) ei *deest* 3. l) exigisset 8. m) quod *Ed.* n) convivantes 5. 7. 8. *Ed.* o) pretenderetur 3. *Ed.* p) captivatum 3. q) Volra ‖ do *incipit fasciculus F apographi Hafniensis* 1*. r) gadebuz 3; godebusc 7; godebux 5. 8 *saepius;* Godebusch *Ed.* s) godebus 5. t) segeberg 3; et sigeberg 5; sigeberg 8. u) plune 3. 5. 8. *Ed.* v) in preliis illis 7; in preliis suis 5. 8; preliis suis *Ed.* w) XXXIV. B; XXXIX. R. x) contra ducem *addit* 5. y) proxima — cum aliis *ex parte deleta in* 3. z) in manu v. in t. ill. eiecturus 5. *) enim 5. 7. a) insurgerent 8. *Ed.* b) deposuit *Ed.* c) Bardeuich 1*; bardeswich 3. d) baubergensem 1*. 3. 8; banbergensem 5; bambergensem 7. *Ed.* e) wuldensem 3; Fuldensem *Ed.* f) corbegensem 3; corbeigensem 5. g) Othone m. de Mysna *Ed.* h) militum *Ed.* i) baurorum 1*. 3. 8. k) appropinquante 5. 7. 8. *Ed.* l) qui pr. L. custodiebat 1*. m) sigenberge 3; segeberg 8. n) in arctiorem custodiam *Ed.* o) eo tempore *Ed.* p) proficiscerentur 3. q) erant 3. 5. 7. 8. *Ed.* r) qui 1*. s) omnes 1*. t) quod 1*. u) appropinquare 3. 5. 7. 8. *Ed.* v) imperfecto 3. 5. 7. 8. *Ed.* w) ertheneburg 3.

*dam regiam, Saxonibus infestam et ob hoc ab eiusdem terre principibus destructam et ab apostolica sede excommunicatam.* 90) sc. contra ducem Heinricum. Waldenberg seu Woldenberg situm fuit inter Hildesheim et Bockenem. 91) Gadebusch. 92) anni 1181. 93) i. e. observare.

1181. appropinquare castra cesaris, succendit ipsum[a] castrum et ingressus naviculam per divexa[b] Albie proficiscens abiit Stadium.

21.[c] *De obsidione civitatis[d] ab imperatore[e].* Imperator autem[f] transito flumine venit Lubeke, et occurrit[g] ei exercitus Sclavorum et Holtsatorum[h]. Waldemarus quoque rex Danorum cum multa classe venit ad ostium Travene[i], et obsessa est civitas terra marique. In civitate vero erant[a] Simon comes de Tekeneburg[l] et Bernardus comes de Aldenburg[95] et equivocus eius comes de Wilepe cum Marcrado prefecto Holzatorum et Emecone de Nemore[96] cum quibusdam Holzatis strenuissimis et multitudine infinita civium. Rex vero Waldemarus cum multo comitatu veniens in presentiam imperatoris, cum magna iactantia glorie sue ei se exhibuit et filiam suam filio ipsius, duci videlicet[m] Suevie[97], desponsavit, et episcoporum iuramentis firmata sunt sacramenta coniugalia. In ipso autem tempore obsidionis domnus Heinricus episcopus in civitate constitutus erat, quem adierunt burgenses dicentes: *Rogamus sanctitatem tuam[n], reverendissime patrum, ut ad domnum imperatorem[o] exeatis et ei verbis nostris dicatis: „Domine, servi vestri sumus, imperatorie maiestati vestre[p] servire parati sumus; sed quid commisimus, quod tanta[q] obsidione a vobis conclusi sumus? Civitatem istam hactenus ex munificentia domini nostri Heinrici ducis possidemus, quam etiam ad honorem Dei et robur christianitatis in loco hoc[r] horroris et vaste solitudinis edificavimus, in qua[s] ut speramus nunc habitatio Dei, sed prius per errorem gentilitatis sedes Sathane fuit. Hanc igitur in manus vestras non trademus, sed eius libertatem viribus et armis, quantum possumus[t], constantissime tuebimur. Hoc tamen[u] rogamus apud magnificentiam vestram, ut data occasione[v] [98] pacis, eamus ad dominum[w] nostrum ducem, percunctaturi[x] ab eo, quid sit faciendum, qualiter vel nobis vel civitati nostre in presenti necessitate sit consulendum. Qui si liberationem nobis promiserit, iustum est, ut civitatem ei servemus; sin autem, quod placitum est in oculis vestris faciemus. Quod si facere nolueritis, scietis, omnes nos pro defensione civitatis nostre[y] magis optare[z] honeste mori, quam fidei violatores inhoneste vivere.“* Episcopus ergo veniens ad imperatorem hec diligentissime peroravit. Monuit etiam[*] imperatorem, ut memor consanguinitatis et servitii, quod sepius ei dux magnifice[a] exhibuerat, patientiam haberet in nepotem suum ducem. Imperator vero, gaudens de adventu domni episcopi, quia[b] pro fama bone opinionis eum diligebat et libenter audiebat, sic ait ad ipsum: *Multum quidem gaudemus de adventu vestro, episcoporum amantissime, et admodum gratum habemus[c] vestro frui adspectu simul[d] et colloquio[e]. Sed quod cives vestri arrogantiam verborum nobis offerunt et quod civitatem nostram ultro nobis non aperiunt, credimus, quod nec vobis, nec alicui[f], qui sane mentis esse dinoscitur, iustum[g] videatur. Fatemur quidem, hanc largitate nostre munificentie quandoque nepotis nostri fuisse; sed ex quo ille propter suam contumaciam decreto omnium principum publicam proscriptionem meruit, iustissime hec nostro possidetur titulo[h], cum etiam quivis[i] pontificum sua receperit, que idem[k] stabili tenuerat beneficio. Et nunc quidem[l] valet manus nostra eis reddere, quod meruerunt[m]. Sed quia nos censura iustitie omnibus magis patientiam exhibere oportet quam vindictam, ecce in hoc etiam eis consentimus, ut, sicut postulant, eant ad dominum suum et cum eo de statu suo conferant, unum scientes, si in redeundo[n] civitatem nobis non aperuerint[o], graviorem de hac mora sentient ultionem. Quod autem dicitis, ut patientiam habeamus nepotis nostri ducis, sciatis, quod mira[p] patientia et multa clementia erga illum[q] semper usi fuimus. Unde in superbiam elatus[r], gratiam[s] quam invenerat in vacuum recepit, immo[t] nec ipsam Dei[u] gratiam circa[v] se exuberantem, ut debuit, recognovit. Quapropter sciatis eum a Deo humiliatum, quia tam prepotentis viri deiectio non nostre virtutis est operatio, sed magis Dei omnipotentis dispensatio.*

a) ipsum — vero erant *cap. seq. magnam partem deleta in* 3. b) deuexa 3. 5. *Ed.* c) XXXV. B; XL. R. d) lubeke 5. 8. e) item (de eodem) 3. f) ergo 8. *Ed.*; igitur 3. 5. g) accurrit 8; accessit R. h) holzatorum 8. i) trabene 3. 8. *Ed.* l) Techeneburg 1*; thekeneburg 8. m) videlicet *deest* 3. n) vestram 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) imperatorem *omisit* 1*. p) vestre *deest* 1*. q) de tanta 5. 8. r) hoc *deest* 3. s) quo *Ed.* t) possimus 1*. u) tantum 1*. v) conditione 3. 5. 7. 8. *Ed.* w) dominum — nostre magis *deleta magnam partem in* 3. x) percuntaturi 8; percontatum *Ed.* y) vestrae 1*. z) optare *deest* 5. *) autem 3. 5. 7. 8. *Ed.* a) maxime 1*. b) quod *Ed.* c) habitum 1*. d) similiter 1*; scilicet 5. e) conspectu et coll. *Ed.* f) alii R. g) iustum esse v. 1*. h) tytulo 3. i) quis R. k) etiam 1*. l) quidem *deest* 3. m) meruerint *Ed.* n) reddendo R. o) apparuerint 8. *Ed.* p) nimia R. q) eum 3. 5. 7. 8. *Ed.* r) qui *addit* 5. s) gratiam — Qui sine *magnam partem deleta in* 3. t) ymmo 8. u) Dei *omisit* 1*. v) contra R.

95) Oldenburg in Fresia. 96) Emeco non, ut opinatur Böttiger p. 372 not., de Nemerowe in ducatu Meklenburg fuisse videtur, sed de Holte, gente Holsatica, cuius mentionem facit charta in Hamb. U. B. I, n. 610. 97) Friderico. 98) occasione, i. e. conditione, v. infra: *accepto conductu abierunt.*

Episcopus ergo reversus in civitatem, civibus que audierat nunciavit. Qui sine mora, 1181.
accepto conductu, abierant Stadium, ubi erat dux. Imperator vero considerans invaletudinem episcopi, quia crebris accendebatur[a] febribus, quibus etiam usque in finem[b] laborabat, misit ad eum physicum[c] suum, ut potionibus suis debilitati eius corporis subveniret. Post aliquot autem dies burgenses reversi cum Gunzelino comite, ex precepto ducis civitatem in manu eius tradiderunt[d]. Verum priusquam ei civitatem aperuissent[e], exierunt ad eum rogantes, ut libertatem civitatis, quam a duce prius traditam habuerant, obtinerent et iustitias, quas in privilegiis scriptas[f] habebant, secundum iura Sosatie et terminos[g] quos in pascuis, silvis, fluviis possederant[h] ipsius auctoritate[i] et munificentia possiderent. Imperator vero annuit petitioni eorum et non solum ista confirmavit, verum etiam quicquid a duce de theloneo[k] ad stipendia[l] canonicorum in Lubeka vel in Racesburg[m] deputatum[n] fuerat ratum iudicavit; comiti autem Adolfo medietatem tributorum totius civitatis de theloneis[o], de molendinis, de trapezetis in beneficio dedit, tum quia multum imperio servierat, tum quia propter ipsum ad tempus exulaverat. Et ita ingrediens civitatem magnifice susceptus est cum hymnis[p] et laudibus[q] Dei, tripudiante clero et omni populo. Abbas autem monasterii sancte Dei genitricis Marie sanctique Iohannis ewangeliste[1], veniens in presentiam[r] ipsius, suscepit de manu[s] eius curtes quas in civitate habebat et agros quosdam in campo eiusdem civitatis, mediante domno Heinrico episcopo, qui easdem curtes et agros denariis suis emerat et beate Dei genitrici[t] Marie[u] sanctoque Ioanni ewangeliste in eodem monasterio[v] optulerat[2].

22.[w] *De reditu imperatoris et exilio[x] ducis[y].* Imperator vero inde regrediens transivit Albiam et castra metatus est iuxta Luneburg ad plagam orientalem[z]. Dux autem, ut supra dictum est, apud Stadium positus[t] erat et illic[*] se quasi[a] propter loci firmitatem receperat, quia etsi ab hostibus locus ipse caperetur, ipse tamen[b] per aquas se evadere posse sperabat. Maximo enim vallo civitatem ipsam circumdederat et munitiones fortissimas cum machinis ibidem construxerat. Et Gunzelinus comes, qui ipsum opus urgebat, turres monasterii beate virginis Marie[3], quia[c] nimis contigui[d] videbantur munitioni[e], temerario ausu destruxit. Quod sine reatu perpetrari non potuit. Sed pro abundantiore[f] cautela dum talia fiunt, maiorem sepe ruinam per Dei vindictam operantur. Dux autem se videns in arto positum rogavit domnum imperatorem, ut ipsius conductu veniret Luneburg, sperans se apud ipsum[g] aliquo[h] pacto[i] misericordiam invenire. Qui cum inter Hertheneburg et Bardewich[k] conduceretur, occurrit[l] ei multitudo militum de castris imperatoris[m], pacifice salutantes eum. Quibus resalutatis: *Non consueveram*[n], ait, *in his partibus alicuius*[o] *conductum accipere, sed magis dare.* Et ita veniens Luneburg, omnibus modis per internuncios animum imperatoris lenire studuit. Captivos etiam suos, Lodewicum lantgravium et Hermannum fratrem eius palatinum, de captivitate laxavit, sperans se his beneficiis gratiam aliquam mereri; set[p] nichil inde consecutus est. Imperator tamen inde proficiscens, curiam apud Quidelingenburg[q] ei prefixit, ut ibi inter principes quid de ipso fieret, iustitia mediante, decerneretur. Unde gavisi sunt omnes amici ducis, sperantes aliquid boni ibi de[r] eo ordinandum. Ubi cum nichil[s] de causa ipsius tractatum fuisset propter seditionem, que inter ipsum et emulum eius, ducem Bernardum, ibi orta[t] est, aliam ei curiam apud Erpisfordiam[u] indixit. Tunc temporis Sifridus archiepiscopus Bremensis in plenaria[v] restitutione recepit Stadium cum omnibus[w] aliis que antea dux quasi[x] de Bremensi ecclesia inbeneficiatus possi-

a) incendebatur 3. 8. *Ed.* b) finem vite 5. c) phisicum 8. d) *hic margini* 1* *adscriptum* 1181. e) aperuisset 8. f) scriptis *Ed.* g) titulos *Ed.* h) possiderant 5. i) autoritate 1*. k) theolonio 8; telonio *Ed.* l) stypendia 3. m) raceborg 3; raceburg 8. *Ed.* n) donatum *Ed.* o) theoloniis 8; teloniis *Ed.* p) ymnis 8. q) canticis 8. *Ed.* r) presentia 3. s) manibus 8. *Ed.* t) dei ge|| — positus erat *cap. seq. magnam partem deleta in* 3. u) et virgini Marie 3. 5. 7. 8. *Ed.* v) monasteriolo 1*. w) XXXVI. B; XLI. R. x) de exilio 5. y) (item de) eodem 3. z) occidentalem 3. 5. 7. 8. *Ed.* *) illuc *Ed.* a) qui 1*. b) tantum 1*. c) qui 1*. d) contigue *emendarunt* 5. 7. *Ed.* e) quia minus cont. vid. mun. nimis tum R. f) habundantiori 3; abundantiori 5. g) illum 7. h) alio *Ed.* i) compacto 8. k) Bardeuich 1*. l) concurrit 5. 7. m) imperatoriis *Ed.* n) consuevi 5. 7. o) alterius 3. *Ed.* p) set *deest* 5. 8. q) quidelingenborg 3. r) unde gavisa est omnis anima ducis, sperantis aliquid boni de 5. s) nichil *deest* 5. 7. t) coorta *Ed.* u) Erpifordiam 1*; erpysfordiam 3. v) plenaria — dictum est *magnam partem deleta in* 3. w) omnibus *deest* 5. 7. 8. x) qui 1*.

1) Arnoldus noster. 2) V. ipsius Arnoldi chartam in Urkundenb. d. St. Lübeck I, n. 6. 3) extra muros.

dere videbatur [3]. Sexcentas tamen[a] marcas argenti Philippo[b] Coloniensi archiepiscopo persolvit, quem rogaverat, ut cum exercitu veniens Stadium expugnaret. Qui cum iuxta petitionem ipsius[c] venisset, ille per dispensationem imperatoris, ut dictum est, castrum optinuerat, nec[d] minus ille pecuniam sibi pollicitam[e] exigebat. Comes etiam Bernardus et comes Adolfus castra et provincias suas per imperatorem adepti sunt. Dux autem veniens ad curiam[4] sibi prefixam, totum se submittens gratie imperatoris, venit ad pedes eius. Quem[f] de terra levans osculatus est[g] non sine lacrimis, quod tanta inter eos controversia diu duraverit, et quia[h] ipse tante sibi deiectionis causa fuerit[i]. Que tamen si[k] vere fuerint ambigitur, nam videtur eum vere non fuisse miseratus[l], quia[m] ad statum pristini honoris eum[n] restituere non est conatus. Quod tamen propter iusiurandum ad presens facere non potuit. Denique cum omnes principes ad deiectionem ipsius aspirarent, iuravit eis imperator[o] per thronum regni sui, nunquam se eum in gradum pristinum restauraturum, nisi id fieret in beneplacito omnium. Hoc tamen circa[p] ipsum dispensatum est, ut patrimonium suum, ubicunque terrarum fuisset, sine omni contradictione liberrime possideret. Dux vero per triennium terram abiuravit[q], ut infra tempus illud[r] terram suam non intraret, nisi per imperatorem revocatus. Profectusque est ad generum suum[5], regem Anglie, cum uxore et liberis, et apud eum moratus est omni tempore illo. Quem rex Anglie honestissime suscipiens, ipsum quasi[s] principem super omnem terram constituit et omnes qui secum exulabant donis multis ampliavit.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Quicquid[t] inest m | undo | mutatur praetere | undo[v]. | | |
| Que steterant f | | stabili, trepidant ut[u] ar | | | |
| Gloria, mai | estas, | virtus, mundana pot | estas[w]. | | |
| Res subeunt m | | quas et consumit eg | | | |
| Vana salus hom | inis, | claudit miser omnia f | inis. | | |
| Vis perit a dom | | vana salus hom | | | |
| Pompa[x] perit fac | ilis, | prosapia cessat her | ilis. | | |
| Mors premit hanc[y] sim | | pompa perit fac | | | |
| Cuncta cacumin | a | celi lumin | a | sunt ruitur | a. |
| Sola per omni | | stabunt tempor | | secla futur | |
| Hinc sit glor | ia | laus victor | ia | Cunctipot | enti. |
| Qui novit[z] omn | | qui regit omn | | lege pot | |

Per infinita secula seculorum[*]. Amen.

## LIBER TERTIUS.[a]

1. *De principatu Bernardi ducis.* In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisque quod rectum in oculis suis[b] videbatur faciebat[6]. Siquidem post exilium ducis Heinrici, qui solus in terra[c] prevaluerat et, sicut ab initio diximus, pacem maximam fecerat, quia[d] non solum finitimas, sed etiam barbaras et extraneas regiones ita freno sui moderaminis constrinxerat, ut[e] et homines[f] sine terrore quiescerent et terra propter quietis securitatem bonis omnibus exuberaret, tirannico more unusquisque regnabat in loco suo et alterutrum vim[g] faciebant[h] et vim patiebantur. Denique Bernardus dux, qui principatum optinere videbatur, segniter[i] agebat, et cum prius[k] in cometia[l] positus[m] strennuissimus fratrum suorum

a) tantum 1*. b) phylippo 3. c) ipsius *deest* 5. d) nec *deest* 3. e) promissam *Ed.* f) Qui *Ed.* g) est eum *Ed.* h) quod 8. i) duraverat — fuerat (*corr.* fuerit) 1*. k) en *Ed.* l) miseratum *Ed.* m) quare 1*. n) eum *deest* 5. o) imperator *deest* 5. p) contra R. q) *adscriptum margini* 1*. 1181. r) id *Ed.* s) ipsumque 1*. t) *schema hic seculi sumus adhibitum a librariis codd.* 3. 7. 8, *in* 3 *tamen versus ex parte periere. Kornerus in his quoque non plane cum Arnoldo consentit.* u) in 5. v) nam divites eguerunt 1*. 3. *in margine*; quia d. eguerunt et esurierunt 2 *in marg.*; nam d. eg. et es. 7 *in calce versuum.* w) hee dignitates *in circulo margini* 3 *adscripta.* x) pompa — novit omnia *magnam partem deleta in* 3. y) hac 1*, *ubi margini adscriptum* morti ignobilium; *quae in calce versuum habet* 7; Mors ign. *in margine* 8. z) nouat 5. 7; movet *Korn.* *) per — seculorum *desunt Kornero.*
a) liber tercius de pr. b. d. 8; Incipit l. tertius et primo de pr. b. d. 5; de eodem 3; *nulla libri novi nota adiecta;* liber secundus 1*. b) suis *deest* 1*. c) infra *male intellecto compendio* 1*. d) qui 1*. e) et ut 3. f) omnes 8. *Ed.* g) non *addit* 5. h) faciebat 1*. i) segnitiem 1*. k) primus 3. l) comitia 1*. m) penitus R.

3) V. chartam imperatoris d. d. 1181. Nov. 16. Erfordiae in Hamburger Urkb. I, n. 247. 4) Curia Erfordiae celebrata est 1181 m. Novembri, cf. Ann. S. Petr. Erf., Palid. et not prior. 5) immo socerum; v. s. I, 10. n. 4. — Profectus est dux a. 1182. Iul. 25. Ann. Palid. 6) Iudic. 21, 25.

fuisset, ad ducatum promotus, non ut verus princeps proficiebat, sed ut superpositus degenerabat, et quasi pacificum se exhibens, in omnibus tardus et discinctus[a] erat. Unde nec[b] ab imperio[7] iuxta statum prioris est honoratus, nec[b] a principibus vel terre nobilioribus est reputatus. Circa dies illos comes Adolfus duxit[c] uxorem filiam comitis Ottonis de Dasle[d], agente Philippo Coloniensi archiepiscopo[e], cuius propinqua erat[8], per quem etiam multum prevalebat. Cumque obtinuisset omnem terram patris sui, eiecit omnes inimicos suos de terra, qui in diebus Heinrici ducis contra eum senserant, Marcradum videlicet prefectum Holzatorum — pro quo alium, Syricum[f] nomine substituit, qui tamen[g] virtute et honestate longe inferior fuit — et Hemeconem[h. 9]. virum strennuum valde[i], et alios plures, quorum quidam transeuntes ad regem Dacie peregrinati sunt apud ipsum[k]. Alii vero apud comitem de Racesburg[l] tempus exilii sui peregerunt. Dux autem Bernardus cum fratre suo, Ottone marchione, veniens Ertheneburg, magnificum illic se exhibuit et nobiliores terre adesse precepit, ut, receptis[m] ab eo beneficiis suis, hominium ei facerent et fidelitatem ei per sacramenta confirmarent. Cumque ei se exhibuisset comes de Racesburg et comes de Dannenberch[n] et comes de Luchowe[o] et comes de Zwerin, expectabatur[l] etiam comes Adolfus, et non venit. Unde eum dux suspectum habere cepit, et exinde occasiones discordie inter eos exorte sunt. Dux autem Bernardus in ipso tempore cepit edificare Louenburch[p. 10] super litus Albie ad orientalem plagam Ertheneburg. Et[q] desolato hoc castro, murum quo cingebatur destruxit et ex lapidibus eius[r] castrum suum novum firmavit. Transitum etiam navium, qui ibi erat, apud Lowenburg[s] esse precepit. Sed viri Lubicenses coram imperatore conquesti sunt de mutatione[t] illa, quod propter longiorem et difficiliorem viam maximam haberent in transeundo difficultatem. Unde precepit imperator, ut apud Ertheneburg transirent[u] ut[v] prius. Dux ergo[w] Bernardus nominis sui extendere volens potentiam, novis quibusdam inductionibus[x. 11], et inauditis et[*] intolerabilibus, provinciales suos gravare cepit, et derelicto consilio senum et acquiescens consilio iuvenum, minimum digitum suum grossiorem dorso patris[a] faciens[12], aggravavit iugum eorum. Unde[b] principatus eius versus eis[c] in odium et gloria in nichilum[d]. Frater quoque eius Sifridus Bremensis archiepiscopus cometiam Thietmarsie[e] Adolfo comiti adimere conatus est et ad fratrem ducem[f] transferre. Quam Adolfus viribus et armis invito episcopo obtinuit et eam sui iuris esse affirmavit.

2. *Legacio imperatoris ad Kanutum regem*[g]. In tempore illo mortuus est rex Danorum[h] 1182.
Waldemarus[13], et regnavit Kanutus filius eius pro eo. Ad quem misit imperator legatos Mai. 12.
honoratos, Syfridum videlicet archiepiscopum Bremensem cum aliis nobilibus, pro sorore ipsius, quam pater eius iam pridem filio eius desponsaverat, et ut partem pecunie persolveret, sicut determinatum[i] fuerat. Hec enim[k] pactio desponsationis fuerat[l] inter imperatorem et regem Dacie, ut quatuor milia marcarum cum filia persolveret, librata pondere publico quod Karolus[m] Magnus instituerat[14], et ut in ipso tempore, quo filiam representaret, partem pecunie, prout sibi visum fuisset[i], persolveret, et post sex annos desponsationis, dum nubilis etas advenisset — quia tunc puella septennis erat — sex hebdomadibus[n] prius pecunia tota ex integro solveretur[o]. Hec utrobique privilegiis[p] firmata erant, ut si quid horum negligeretur, hec pactio sive[q] desponsatio irrita haberetur. Venerunt igitur[r] ad Egdoram fluvium legati imperatoris cum quadringentis equis, quibus comes Adolfus per triduum

a) distinctus 8. *Ed.* b) nunc — nunc 1*. c) auxit 1* *male.* d) *ita et Kornerus ad a.* 1183, de Asle *tamen legendum est.* e) phylippo coloniense archyepiscopo 3. f) Cyriacum *Ed.* g) quantum 1*. h) Hirneconem 1*; heineconem 5. *Korn.* i) valde *deest* 1*. k) cum 1*. l) raceburg — exspectabatur *magnam partem deleta in* 3. m) receptus 1*. n) danenburg 5. o) Lychowe 1*; lowche 7; lowthe *Kornerus.* p) luneaburg 3; Lawenburg *Ed.* q) et *deest* 8. r) eius *deest* 7. s) lunenburg 3; louenburg 5. 7. 8; Lawenburg *Ed.* t) munitione 3. u) naves trans. 5. v) sicut *Ed.* w) igitur 5. 8. *Ed.* x) *haud scio an* indictionibus *Arnoldus scripserit.* *) ac 5. 7. *Ed.* a) grossiore d. partes 1*. b) unum 3. *saepius.* c) versus est eis 3; ei *emend. Heumann.* d) facta *addit* 1*. e) *ita infra* 1; Dythmarsiae 1*. f) suam 1*. g) Danorum *addit* 1; item de eodem 3. h) danorum *deest* 1*; datie 3. i) deter|| — fuisset *magnam partem deleta in* 3. k) autem 5. l) fuit 7. *Korn.* m) karulus 3. n) ebdomadibus 3. 8. o) soluentur 5. p) ubique praevilegiis 1*. q) seu *Ed.* r) ergo 1*. *Korn.*

7) *ab imperio* pro: *ab imperatore*, sicut Germanice: *von deme riche.* 8) Adelheidis, filia Ottonis de Assel, non Dassel, ex Salome, sorore Philippi archiepiscopi, nati de Heinsberg. 9) De Marcrado et Hemecone v. s. l. II. c. 16. 20. 21. — Syricus quidam dictus de Prato, idem fortasse seu filius eius, occurrit in chartis a. 1220 etc., v. Hamburg. U. B. I. n. 441, 486, 508, 516. 10) Lauenburg. 11) vernaculo sermone „Einführungen, Auflagen“. Infra cap. 4. *novitates.* 12) 1. Reg. 12, 8. 10. 13) 1182, Mai. 12. 14) Memorabilis locus de *Karles lôt*, de quo v. Benecke ad Wigalois v. 9554. Cf. Glossarium ad Tristan ed. Hagen.

abundantissime ministravit. Kanutus autem rex sororem quasi cum dedignatione eis tradebat, dicens, sororem suam nequaquam imperatoris filio sociandam, si patris iuramenta temerare voluisset. Tradidit tamen eam illis cum equitatura[a] et vestitura mediocri, sed non iuxta regalem magnificentiam, et partem quandam pecunie, ut dictum est, persolvit[15]. Iam enim inter imperatorem et ipsum discordia erat, quia imperator ab ipso hominium[b] exigebat, quod ei rex negabat, quia propter generum[16] suum, ducem Heinricum, quem de terra eiecerat, occasiones[c] rebellionis adversus eum, ut quidam arbitrati sunt, suscipere attemptabat.

1182. 3. *De deposicione domni Heinrici episcopi*[d]. Circa dies illos egrotabat Heinricus episcopus infirmitate, qua et mortuus est. Cumque nimia corporis invalitudine laboraret, psalmodiis tamen[e] et orationibus non minus intentus erat et misse officium, quod in veneratione[f] beate Dei genitricis Marie sine intermissione frequentabat, non nisi tribus[g] diebus ante depositionem suam omittebat[h]. Abstinentias etiam quasdam speciales usque in finem servare laborabat[i]. Cumque vir Dei iam certamen[k] certasset, cursum consummasset, fidem servasset et iam de certo[l] coronam iustitie sibi repositam non dubitaret, cepit tamen de vinea Domini, quam noviter plantaverat[m] in monasterio beate virginis[n] Dei genitricis[g] et sancti ewangeliste Ioannis[o] anxiari. Et etiamsi[p] dissolvi[q] iam et et esse cum Christo[17], ut pius tamen pastor paucis et adhuc tenellis ovibus lup insidias curabat previdere. Et dum a fratribus sepe visitaretur, dicentibus: *Cur nos, pat. deseris, aut cui nos desolatos relinquis?*[18] dicebat: *Gratias ago Deo*[r] *meo, Iesu Christo, et piissime genitrici sue, quia per spem divine clementie de morte quidem mea non contristor, sed de desolatione huius novelle plantationis non modicum conturbor. Ad cuius profectum in beneplacito Domini*[19] *vellem adhuc superesse et ipsam ad eius honorem, quantum possem, adhuc novellam*[s] *confortare. Sed*[t] *inter hec cum psalmista cogitatum meum iactabo in Domino, qui in omnibus semper exaudivit*[u] *me et factus est mihi in salutem*[20]. Cumque ista sepius[v] replicaret et ea attentius Domino commendaret, quadam nocte post matutinale officium, ac si divinitus instructus, confidenter ait abbati assidenti[w] sibi[21]. *Confide, fili, in Domino et constans esto et de morte mea noli contristari, quia quod Domino placet, necesse est impleri. Hoc tamen*[x] *certissime scias, quod ad laudem nominis sui servitium suum in loco isto confortabit; tantum ne dubites, sed viriliter age, et confortetur*[y] *cor tuum, et sustine Dominum*[22]. Sic confortatus[z] in Domino, convocatis fratribus, dicebat, se iam resolvi, et accipiens olei sancti unctionem, manus ipse porrigebat, pedes extendebat, cum psallentibus psallebat, sumptoque viatico dominici corporis dixit: *O rex glorie, veni cum pace!* De cuius adventu quasi iam securus adiunxit: *Si ambulavero in medio umbre*[*] *mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*[23]. Cumque magis magisque morti propiaret, et iam lingua palpitante verbis[a] deficeret, repente oculos, quos iam in morte[b] clauserat, aperuit, et quasi exiliens, extensis manibus dixit: *Ecce virgo!* Quod qui aderant ad beatam Dei genitricem Mariam dictum credebant, cui idem antistes omni devotione servierat[*]. Nec[c] dubitari potest, quin eum mater misericordie in ipso mortis articulo consolata fuerit[d], quem tam devotum semper ministrum habuit. Post
Nov. 29. de stratu[e] levatus super cilicium depositus[f], et sic extremum trahens halitum[g] 3. Kal.[h] Decembris in pace reddidit[i] spiritum[24]. Cuius corpus in eodem monasterio, quod ipse[k] fundaverat, terre reconditum est, invitis tamen quibusdam et contradicentibus, qui eum deferre conabantur in maiori ecclesia tumulandum. Sed Deus eum[l] voto suo frustrare[m] noluit,

a) equitaturis *Korn.*; equitatu *Ed.* b) hominiunm 3. c) occasionem 1*. *Ed.* d) ep. lubicensis *add.* 5; de obitu dm. h. e. 8; item de eodem 3. e) tamen *omisit* 1*. f) venerationem 1*. g) tribus — genitricis *magnam partem deleta in* 3. h) eminebat 1*. i) laboraret 1*. k) bonum certamen 3. 5. 7. 8. *Ed.* l) cetero 3. 5. 7. 8. *Ed.* m) noverat et pl. *perperam* 1*. n) virginis *deest* 5. 7. 8. *Ed.* o) ioannis *deest* 3; iohannis 8. p) quamvis 3. 5. 7. 8. *Ed.* q) dissolui 3. r) domino 7. s) adhuc novellam *deest* R. t) et 7. u) audiuit 7 v) saepe 1*. w) assistenti 5. x) tantum 1*. y) confortere 1*. z) conf. est 3. *) in medio um|| — servierat *magnam partem deleta in* 3. a) in verbis 5. 7. 8. *Ed.* b) in mortem 1*. c) nunc 1*. d) fuit 1*. e) strato *Ed.* f) depositus est 3. 5. 7. 8. *Ed.* g) alitum 3. 5. h) kalendis 1*; quarto kal. 3. *Hist. Heinr.* i) redditum 1*. k) idem 3. 5. 7. 8. *Ed.* l) eum *omisit* 1*. m) frustrari *Ed.*

15) A. 1183. vel ineunte 1184 factum esse videtur; v. Usinger p. 53. 16) immo socerum, v. s. II, 22. not. 5. De re v. Helmold. l. II, c. 14. 17) Ep. Philipp. 1, 23. 18) His verbis b. Martino morituro olim acclamatum esse narrat Sulpicius Severus Ep. III. de S. Martino p. 376. ed. Clerici. 19) i. e. si placeret Domino. 20) Respexit ad Psalm. 55, 23. 145, 19. 21) scil. Arnoldo nostro. 22) Psalm. 27, 14. 23) Psalm. 23, 4. 24) Obiit, ut videtur, anno 1182.

quia cum in eodem monasterio egrotaret, ibidem etiam sepulturam desiderans, ait: *Hec requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam*[a] *elegi eam*[25].

Cuius animam in sorte sanctorum et beatorum[b] reputatam credimus: quia ab ipsis puerilibus annis Christum cum secutus esset[c], circa etatem viginti[d] annorum, iam adolescens factus, relicto studio Parisiensi[e], terram nativitatis sue egreditur, Brabantiam scilicet, quia de Brosle[f] civitate oriundus erat. Et veniens Hildensem[g], quia in artibus bene profecerat, scolas ibidem regendas acceperat. Cumque per tempus ibi stetisset, Dei nutu venit Bruneswich, et[h] nichilominus ibi[i] scolarum curam suscepit regendarum[k]. Procedente autem tempore febre tactus decubuit. In infirmitate autem positus tale vidit sompnium. Videbat[l] virum procerum valde et horrendum[m] sese agitantem, ipse vero fugiens, venit ad fluvium latissimum, quem cum propter[n] timorem predonis infesti anhelus[o] transiret, venit ad monasterium beati[p] Egidii[q]; quod cum intrasset, manus insequentis inimici evasit. Evigilans[r] igitur[s] et divine clementie circa se dispositionem sentiens, mox ad monasterium beati Egidii deducitur et tonsuratus habitu monachali induitur[t] et febrium infirmitate[u] cessante, a[v] fluctibus secularium tempestatum eripitur, et:

Sic monachus factus, monachi vigilavit in actus.

Nec, sicut quibusdam moris est, terram[w] nativitatis sue ulterius, vel[x] cognatos aut[y] notos[z] repedavit, sed cum Abraham terram suam veraciter egressus, omnia pro Christo reliquit et summam premii a Deo exspectavit. Unde post decessum ipsius[*] quibusdam spiritalibus personis Deus revelare dignatus est, quod post huius vite exilia ad gaudia transierit sempiterna. Nam infra octavam depositionis ipsius[a] visum fuit abbati per sompnium, quod sepulcrum eius aperiret, quasi in eodem monumento aliquid negligenter factum fuisset, quod mutari debuisset, cum ecce episcopus levans se cepit sedere[b] et cum magna gratulatione dicere: *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec*[c] *delectasti inimicos meos super me*, et ita ex ordine psalmum ipsum[26] prosecutus[d], Domino gratias agebat. Et veniens ad locum illum: *Convertisti planctum meum in gaudium michi*[e] cepit a se divolvere[f] panniculos, quos in exequiis acceperat, et dicere: *Concidisti saccum meum, et circumdedisti*[g] *me letitia*[27]. Et cum consummasset psalmum: *Domine, Deus meus, in eternum confitebor tibi*[h, 28], dixit: *Iam ulterius vobis non loquar*, et ita terminata est visio.

Quedam etiam[i] monialis[k] in Kevena[29] vidit[l] in visione Dei[m] columbam nive candidiorem volare in sinum suum. Que cum nimis exhilarata[n] fuisset, cepit ei pastum offerre. Que ait[o]: *Non comedam, neque enim columba sum; sed mercede conducta*[p], *dicam tibi, quis sim.* Illa vero timore perterrita dixit: *Dic, quid mercedis accipies, ut dicas mihi, quis sis.* Et illa inquit: *Si per circuitum anni ob memoriam mei*[q] *dixeris psalmum: In exitu Israel de Egypto*[r, 30], *dicam tibi quod vis.* Cumque hoc devotissime[s] promisisset, dixit: *Ego dicor Heinricus*[t] *et fui antistes in Lubeke*[u]. Cui illa inquit: *Ubi nunc*[v] *est conversatio vestra?* Qui ait: *Inter choros angelorum.* Talibus indiciis sperandum est, eum[w] consortium beatorum meruisse. Sed ne aliquibus absurdum videatur, quod sompniorum[x] argumentis ista probamus, ad auctoritatem sancti ewangelii[y] illos[z] mittimus, ubi frequenter legitur, angelos[*] in sompnis apparuisse Ioseph, et illa vel illa de puero Ihesu et de[a] matre eius ei[b] dixisse. Preterea in sacra scriptura multa sompnia recitantur[c], ut sancti Danielis et sancti Ioseph, que fidelia inveniuntur tam pro veritate scriptorum quam pro auctoritate eorum de quibus scripta leguntur[d], qui[e] sua testimonia sanctitate et meritis confirmaverunt. Quod si auctori huius[e] operis minus[f] credi potest quam illis, immo[g] quia vere potest[31], ipse[h] cum apo-

a) quia 1*. b) sanctorum et beatorum 5. c) Chr. sec. cum esset 3. 5. 8; Chr. sec. est. Cum. esset *Ed.* d) uigum 3. e) Paricusi 1*; parisgensi 3. f) brŏsle 8; Brusle *Ed.*; bresle *Hist. H.* g) Hildeneshiem 1*; hyldensem 3; Hildesheim *Ed.* h) et *deest* 5. i) ibi *deest Ed.* k) regendam 5. 7. 8. *Ed.* l) enim *addunt* 5. 7. m) abhorrendum 5. n) propter *deest* 3. o) anhelns 3; anhelans *Ed.* p) sancti *Hist.* q) Egydii 3. r) eui(gilans) — moris est *magnam partem deleta in* 3. s) ergo 1*. t) indutus 1*. u) importunitate 3. 5. 7. 8. *Ed.* v) et 8. *Ed.* w) terra 3. x) ad terram *et* ad cognatos *Ed.* y) vel 1*. z) suos *addunt Ed.* *) eius *Hist.* a) eius 3. 5. 7. 8. *Ed. Hist.* b) fodere 5. 7. c) nunc 1*; non 8. *Ed.* d) prosequitur 1*. e) etc. 5. 7. *Ed.* f) dissoluere 3. g) arcumdedisti 1*. h) te 1*. i) in 1*. k) sanctimonialis *Kornerus.* l) videt 1*. m) dei *deest Ed.*; Domini 3. n) exilerata 3. o) ayt 8. p) sum *addunt* 5. 8. *Ed.*; cond. s. ut dicam *Kornerus.* q) meam 1*. r) etc. 5. 7. *Ed.* s) devote 1*. t) Henricus 1* *semper; ita hic et* 3. u) lubeka 8. v) ubi nunc — (apparu)isse *magnam partem deleta in* 3. w) eum *omisit* 1*. x) sompniorum 7. y) Euangelistae 1*. z) eos *Ed.* *) angelus 5. 7. 8. a) de *omittunt* 5. 7. 8. *Ed.* b) ei *deest* 7. c) in somnia recitamur 1*. d) in scriptura legitur 1*. e) qui sua — huius *omisit* 3. f) munus minus 1*. g) aio *Ed.* h) ipse enim *Ed.*

25) Psalm. 132, 14. 26) Psalm. 30, 2. 27) ibid. v. 12. 28) ibid. v. 13. 29) Zeven in ducatu Bremensi. 30) Psalm. 114. 31) scil. ei credi.

stolo testimonium fidelitatis in hac parte sibi perhibet[a]: *Que autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia*[b] *non mentior*[32].

4. *De destructione Louenborch*[c] *et fugacione Nicloti*[d]. Dux autem Bernardus, ut minus sapiens[f] agebat, ideoque[g] minus prospere procedebat. Nam, ut supra dictum est[h, 33], cum quibusdam novitatibus provinciales gravaret, contra comitem Adolfum et Bernardum de Racesburg[i] et Guncelinum de Zverin quedam inepte molitus est. Adolfo siquidem comiti omnem terram que Ratekowe[k, 34] attinere dicitur, quam dux Heinricus prius habuerat, et Todeslo civitatem adimere conatus est. Civitatem quoque Lubeke sibi usurpare volebat. Imperator[l] vero civitatem propter utilitatem tributorum vel quia in fine imperii sita est, sibi retinuit, pro qua tamen duci Bernardo Hidesacher[m, 35] et viginti mansos valde bonos consignavit. Quia vero Adolfus[n] medietatem tributorum de civitate Lubeke ex beneficio imperatoris habebat, propterea magis eum dux Bernardus impetebat[o]. Comiti vero de Racesburg[p] et comiti Guncelino de Zverin partem quandam beneficiorum suorum imminuere[q] temptabat[r]. Unde commoti[s], conglobati in unum, urbem ipsius Louenburg[t] expugnare aggressi sunt. Cumque adversus eam ordinassent[u] obsidionem et machinas fecissent, post paucos dies ad solum eam diruerunt[v]. Dux autem[w] ut vir mansuetus eis talionem reddere non valens, imperatorem adiit et hec[x] in presentia eius[y] conquestus est. Illi autem cupientes excutere iugum eius de cervicibus suis, quos ei amicos sciebant esse de terra fugare conati sunt. Unde congregato exercitu clam terram Sclavorum intrantes, occulto quodam aditu noctu occupaverunt castrum Ylowe[36], et clanculo[z] illud[*] intrantes, matrem Nycloti[a], qui Wertizlavi filius fuerat, inde eiecerunt, ceterisque captivatis succenderunt ipsum castrum, et depopulata omni terra reversi sunt ad loca sua cum spoliis multis. Burvinus[b] vero, filius Pribizlavi[c], qui filiam Heinrici ducis habebat, Mechthildam[d, 37] dictam, optinuit castra Rostoch et Michelenburg[e]. Nyclotus autem fugiens ad ducem Bernardum se contulit, quem frater eius Otto marcravius in castro Havelberg collocavit. Unde frequenter eruptiones faciens terram Sclavorum instanter vastabat. Quem adiuvabat Germarus[f] princeps Rugianorum[g], Buggezlavus[h] vero Pomeranorum princeps firmabat partem Burvini. Et ita consanguinei illi intestina inter se prelia miscebant. Prevalebat tamen pars Nycloti, eo quod Germarus, vir strennuus, terram Circipanorum, que Tribuses[i, 38] contigua erat[k], plurimum vastaret. Cumque quodam tempore Burvinus, qui et Heinricus, terram illius piratis vastaret, captivatus est a Germaro, qui coniecit eum in vincula, mittens eum Kanuto regi Danorum, apud quem diu in custodia servabatur. E converso Niclotus[l], qui et Nicolaus[m], cum in terra Buggezlavi predas exerceret, captivatus est ab eo et coniectus in vincula. Set cum diu[n] in custodia servarentur, tandem soluti sunt ea conditione, ut a rege Danorum terram suam susciperent et obsides, quos habere voluisset, darent. Dederunt ergo obsides viginti quatuor, inter quos Burvinus filium suum dedit, et recessit a castro Rostoch, tradens[o] illud nepoti. Ipse vero Ylowe et Michelenburg[p] in possessionem sortitus est, rege sic disponente, qui iam terram Sclavorum sibi subicere cogitabat et adicere regno suo.

5. *De honestate Danorum.* Siquidem Dani usum Teutonicorum imitantes, quem ex longa cohabitatione eorum didicerunt[o], et vestitura et armatura se ceteris nationibus coaptant; et cum olim formam nautarum in vestitu habuissent propter navium consuetudinem, quia maritima inhabitant, nunc non solum scarlatto[q], vario, grisio, sed etiam purpura et bisso induuntur. Omnibus enim divitiis abundant propter piscationem, que quot-

a) prohibet 1*. b) quia *omisit* 1*. c) louenburg 8. d) item de eodem 3. f) sapienter *Ed.* g) ideo *Ed.* h) est *omisit* 1*. i) raceburg 3. 8. *Ed.* k) racecowe 8. R.; radekowe 5. *Korn.* l) fridericus primus *m. rec. in margine* 8. m) Hildeshacher 1*; hydesacher 3; hidesacker 5. *Ed.*; hidzacker 7; hitsaker *m. rec. cod.* 8. n) quare Adolfus 1*. o) imperabat 1*. p) raceburg 3. 7. 8. *Ed.* q) minuere *Ed.* r) temperabat 1*; attemptabat 7. s) commoniti 3. t) luwenburg 3. u) ordinas(sent) — (con)gregato *magnam partem periere in* 3. v) post — diruerunt *m. rec. in margine* 8. w) vero 8. *Ed.* x) hoc *Ed.* y) ipsius 1*. z) clanculum *Ed. Kornerus.* *) illud *deest* 3. a) nicloti 5. 7. *Ed. saepius.* b) borwinus 3; boruuinus 5; boruinus 7. 8. *Ed. semper male.* c) Praebizlaui 1*; prybizlaui 3; pribizlai 5. *Ed.* d) michtildem 1*; mechtyldam 3; macht(h)ildam 5. 7. 8. e) rostoc(k) et mickelenburg 3. 5. 7. *Ed.*; r. et mykelenburg 8. f) Getomarus 1*. g) ruyanorum 3. h) bugghezlauus 7; Bugislaus *Ed. semper.* i) tribuzes 7. 8. *Ed.* k) que T. c. erat *desunt* R. l) nyclotus 3. m) nycolaus 3. n) diu *deest* 3. o) tradens — didicerunt *cap. seq. magnam partem deleta in* 3. p) mekelenburg 7. 8. *Ed.* q) scarlato 3. 7*; scarlaco 7; scarlatico 8. *Ed.*

32) Ep. Galat. 1, 20. 33) c. 1. 34) Ratkau, villa parochialis prope Schwartau et Olden-Lubeck. 35) Hitzacker, ad Albim fluvium situm. 36) V. ad Helmold. l. I, c. 87. not. 26. 37) e concubina natam. 38) hodie Triebsees in Pomerania haud procul a limite Meklenburgico.

annis in Scania exercetur, ad quam omnium circumquaque nationum negotiatores properantes aurum et argentum et cetera queque[a] preciosa illuc[b] deferunt, et comparatis halecibus[c] eorum, que illi gratis ex divina habent largitate, quasi pro vili quodam commercio sua optima, nonnunquam etiam se ipsos naufragando relinquunt. Repleta est etiam[d] terra eorum equis optimis propter pascua terre uberrima. Unde propter equorum copiam in militari palestra se exercitantes, equestri pugna simul[e] et navali gloriantur. Scientia quoque litterali[f] non parum profecerunt, quia nobiliores terre filios suos non solum ad clerum promovendum, verum etiam secularibus rebus instituendos Parisius[g] mittunt. Ubi litteratura simul[h] et idiomate[i] lingue terre illius imbuti, non solum in artibus, sed etiam in theologia[k] multum invaluerunt. Siquidem propter naturalem lingue celeritatem non solum in argumentis dialecticis[l] subtiles inveniuntur, sed etiam in negotiis ecclesiasticis tractandis boni decretiste sive legiste comprobantur.

Preterea religionis vigor apud eos multum florere dinoscitur, eo quod Eschillus[m] Lundensis archiepiscopus, vir summe pietatis, quique etiam relicto episcopatu[n] [38], quietam cupiens ducere vitam, ad Clarevallense[o] monasterium se contulit, ubi etiam[p] sancte et iuste vivendo vitam in pace finivit[39], loca multa ex omni ordine spiritualium, tam virorum quam mulierum, in partibus illis[q] construxerit. Que quasi cedrus Lybani[r] multiplicata, non solum Daniam, sed ut vineam Domini Sabaoth[s] extensis palmitibus usque ad mare, immo[t] ultra mare, etiam Sclaviam repleverunt[u] [40].

Domnus quoque Absalon[v], qui loco regiminis ei successit, zelo iusticie accensus[w] et armatura Dei procingtus[x], in promovenda religione nequaquam segnior fuit. Qui cum a Domino multis virtutum polleret donis, specialiter tamen thesauro bone[y] conscientie, decore videlicet castitatis, vernabat[z] [41]. Unde velud[*] lucerna ardens et lucens emulatione sua provocavit plurimos iuxta illut[a]: *Videte, quoniam[b] non solum mihi laboravi, set omnibus querentibus veritatem*[42]. Hic quoque cum apostolo subditos suos emulans Dei emulatione[43], dum eos ad castitatis custodiam arguendo, obsecrando, increpando[c] informaret[d], multas et graves a quibusdam contradictiones pertulit. Nec mirum; carnalis enim[e] mens, dum consuetudine peccandi ligata fuerit, aut vix, aut nunquam iugum diaboli a se removere poterit[f], sed cum asyna foris stat in bivio[g] ligata ad opera communia, ut quicunque[h] ei onus inponere voluerit, sine contradictione illud ferat. Quia, quascunque sordidas cogitationes inmundi spiritus ei suggesserint, tanto delectabilius[i] suscipit, quanto nequius inferuntur. Et ideo cum a rectore corripitur, intelligere non potest quod[k] spiritaliter[l] examinatur[44]. Inde fit, quod tales stimulo recalcitrantes[45] contra prelatos ova aspidum congerunt, dum, conspiratione facta, seditiones commovent et iustam magistri admonitionem oppressionem nominant et inde se calumpniari[m] queruntur. Unde correptionis verba contra se iusta proferuntur[n]. De ordine quoque coniugali, multi in sua vocatione religiosi inventi sunt hospitalitatem[o] sectantes, elemosinis[p] vacantes, fidem coniugii servantes, orationi intenti et cetera iustitie opera inplentes.

Quid de rege[46] dixerim[q], qui adhuc in iuvenilibus annis in omni actu suo ita grandevum se exhibuit ac si de ipsius gravitate patenter[r] illud Sapientie dictum sit: *Senectus venerabilis*[o] *est, non diuturna, neque annorum numero*[s] *computata*[47]. Siquidem ut talis assolet etas[t], non ludis aut[u] spectaculis se ingerebat, non discursibus aut vagationibus studebat, nec lubricitati deditus,

a) quoque 1*. b) illic 8. c) allecibus 3. 5. 7. 8. d) enim 5. e) sibi R. f) literali 1; liberali *Ed.* g) pariseus 8; Parisios *Ed.* h) simul *deest* R.; similiter 1*. i) ydiomate 3. 7. 8. k) theologya 3; teoloia 5. l) dyalticis 3; dyaleticis 7. m) eschyllus 3; Aeschylus *Ed.* n) episopij 8. o) clareual(lense) — mare *magnam partem periere in* 3. p) etiam *deest Ed.* q) illis || construxerit. *Hic cod.* 1 *fragmentum Pragense et fasciculus E apographi Hafniensis* 1* *incipiunt.* r) lybani *deest* 7; libani 5. 8. *Ed.* s) Zebaoth *Ed.* t) ymmo 7. 8. u) repleverunt 5. 7. 8. *Ed.* v) absolon 7. 8. *Ed.* w) succensus 5. x) praecinctus 1*; procinctus 5. 7. 8. *Ed.*; accinctus 3. y) boni 1. z) vernebat 5. *) *ita unus* 1; velut *cett. et Ed.* a) *ita unus* 1; illud *cett. et Ed.* b) quemadmodum *Ed.* c) inperando *male correctum in* 1*. d) informavit 3. e) etenim 3. 7. 8. f) potest *Ed.* g) divio 1; divio *corr.* bivio 1*. h) quodcunque 1*; quoties *Ed.* i) dilectabilius 3. k) quia 3. 8. *Ed.* l) *ita* 1; spiritualiter *cett. et Ed.* m) incalumpniari se 3; calumniam in se *Ed.* n) proferunt *Ed.* o) hospita(litatem) — venerabilis *magnam partem deleta in* 3. p) elemosynis *corr.* 1*. q) dixerimus *Ed.* r) pariter 8. *Ed.* s) numerus 1*. t) ut ass. t. etas 8. *Ed.* u) in *Ed.*

38) a. 1177. 39) Obiit 1182. Sept. 6. 40) Respicit ad Psalm. 92, 13. 41) i. e. florebat. 42) Liber Ecclesiastici 24, 47. 43) Respicit ad 2. Corinth. 11, 2. 44) Respicit ad 1. Corinth. 2, 14. 45) Actor. 9, 5. 46) Kanuto. 47) Sapientiae 5, 8.

Coniuge cum[a] casta vivebat castior ipse.

Inter missarum quoque sollempnia non, ut quibusdam moris est[b], susurrationibus aut placitationibus intendebat, sed codices psalmorum[c] aut aliarum orationum habens pre oculis, orationi devotus incumbebat. Et quia sapientie adhesit, que dicit: *Per me reges regnant*[48], ideo Dominus[d] regnum illius firmavit[e], ut cum tempore avorum[f] suorum in regno Danico triarche vel etiam tetrarche[g] fuerint, ipse monarchiam solus regeret, quam tamen pater eius multo labore et prudentia obtinuerat. Kanutus ergo[h] multam pacem habens in regno suo, animadvertit, quod Sclavi[i] in diebus patrum suorum multas calamitates terre sue intulissent. Videns etiam eos auxilio Heinrici ducis destitutos, qui freno dominii sui maxillas eorum constrinxerat[k], suscepta adversus eos occasione, bello eos aggressus est. Contra quos tamen consilio usus Absalonis[l] archiepiscopi, prudentia magis quam viribus prevalebat.

6. *De Conrado electo*[m]. Interea autem vacabat sedes Lubicensis[n], quia imperator in longinquo positus erat[49]. Quem adierunt canonici Lubicenses, submittentes se dispensationi ipsius, rogantes, ut per eius ordinationem episcopum habere potuissent[o]. Qui designavit virum quendam religiosum[p], Alexium dictum, prepositum in Hildeburgeroth[q, 50], qui de ordine Premonstratensium erat. Quem[r] illi unanimiter contradixerunt, et de ordine suo aliquem sibi preferri flagitabant. Qui communicato consilio familiarium, dedit eis Conradum capellanum suum[51], virum litteratum valde et facundum et in causis tractandis acerrimum oratorem. Sane imperator audierat vel etiam perspexerat statum ecclesie Lubicensis[s] — quia quasi de novo suscitatus fuerat — adhuc tenerum et ideo in multis neglectum esse. Ideoque[t] virum hunc sapientem eo[u] mittere decrevit, ut non solum per eum illa proficeret ecclesia, verum etiam sua per eum in partibus illis firmarentur negotia.
1183. Mai. Accepta igitur[v] pontificali investitura[w] apud Egere, castrum inperatoris[52], domnus electus veniens in parrochiam[x] suam decenter statum ecclesie sue ordinare cepit, informans clerum ad religionis honestatem, adhortans eos castos, sobrios et sine murmuratione hospitales esse, ceterisque studere virtutibus, quibus et Deo et hominibus complacerent; laicos vero, qui magis austeritatem quam doctrinam mirantur, tanta prudentia[y] moderabatur, ut eum supra[z] omnes, qui ante eum fuerant[*], revererentur. Non permittebat aliquem clericorum de alieno episcopatu[a] in sua diocesi[b] parrochiam[x] tenere, dicens, neminem posse duobus dominis servire. Et quemlibet parrochianum[x, 53] semper paratum esse[c] ad visitationes et unctiones infirmorum et ad cetera spiritalis[d] cure[e] officia, et in cena Domini ad penitentes introducendos et crismatis[f] consecrationem pontifici suo assistere affirmabat. Super hoc etiam auctoritate apostolici utebatur. Quia dum cum imperatore Veronam ivisset[g], detulit litteras Lucii pape super eodem negotio, omnimodis[h] precipiens, ut si quis clericorum de alieno episcopatu in sua diocesi[i] ecclesiam tenere voluisset, aut stationem in ea faceret, aut a[k] beneficio cessaret[54]. Necdum tamen consecrationem pontificalem susceperat, quam tamen non sine causa differebat. Forte statum ecclesie, quam regere ceperat, prius explorare volebat et vires suas pretemptare[l], si onus inpositum ferre potuisset, et versare diu, quid ferre[m] retractent, quid valeant humeri[n, 55], ut si ecclesia per eum proficere potuisset, subire laborem non recusaret, sin autem, humiliter cessaret. Erat siquidem multis beneficiis ecclesiasticis ditatus in parrochiis et prebendarum stipendiis, quibus abrenunciare timebat, nisi melioris status commutatione.

a) tam 5. b) est *deest* 5. c) spalmorum 1. d) Deus *Ed.* e) firmat *Ed.* f) annorum 5. g) tetharche 1. h) igitur 3. 5. i) *ita unus* 1. k) constrinerat 1; constituerat 1*. l) absolonis 7. 8. *Ed.* m) el. lubicane ecclesie 5; item de eodem 3. n) Lubecensis *saepe Ed.* o) possent *Ed.* p) quendam *addunt* 5. 8. q) hyldeburgeroth — audierat *ex parte deleta in* 3; Hildeburgerach *Ed.* r) sed *Ed.* s) lubycensis 3. t) quare *Ed.* u) eis 3. v) ergo 1*. w) vestitura *Ed.*; investitutura 1. x) parrochyam, parrochyanum 3. y) prudentia *omisit* 7. z) super 1*. 3. 5. 7. *) ante fuerunt 5. a) epyschopatu 3. b) dyocesi 3. c) esse *deest Ed.* d) *ita unus* 1. e) curiae 1. 1*. f) crysmatis 3. g) venisset 3. 5. 7. 8. *Ed.* h) admodum *Ed.* i) dyocesi 3. 5. k) aut a — re|| tractent *ex parte deleta in* 3. l) pretentare 1*. m) ferre *deest* 5. 7. 8. R. n) humeri quid valeant 3.

48) Proverb. 8. 15. 49) scil. in australibus Germaniae regionibus. De vacante episcopatu v. s. c. 3. 50) coenobium monachorum in comitatu Mansfeld, nunc Roda, Hileburgerode sive Kloster Rode. 51) quem Bangert et Abel contendunt eundem esse ac cancellarium imperatoris, postea episcopum Hildesheimensem et Wirzburgensem, v. infra l. VII, c. 2. 52) Eger in Bohemia, ubi imperator mense Maio a. 1183. commoratus est; v. Böhmer, Regesta 2656. 53) i. e. parochum. 54) V. diploma istud d. d. Veronae Ian. 3. (a. 1185) in Leverkus, Urkundenbuch des Bisth. Lübeck I, n. 12. 55) Cf. Horatii A. P. v. 39. 40: *et versate diu, quid ferre recusent, quid valeant humeri*, paulisper immutati.

Orta est etiam[a] dissensio inter ipsum[b] et comitem Adolphum[c]. Dicebat enim domnus electus, homines suos in multis ab eo iniuste gravari, quedam etiam predia episcopalia[d] violenter occupari et iustitias suas[e], quas in civitate sua Utine de advocatia consequi debebat, sibi frequenter per suos inpediri. Et quia hiis reniti propter comitis magnanimitatem non poterat, patienter ista, non tamen sine amaritudine, videbatur dissimulare. Cumque hec inperatori insinuasset et nec[f] sic in sua causa profecisset, cepit a cepto proposito quasi[g] lentescere et animo paulatim ad sua remigrare[h]. Et ita dispositis rebus suis abiit ad archiepiscopum Syfridum Bremensem [56]. Quicquid mobilium habere poterat in argento vel suppellectili aut equis optimis, quos etiam quibusdam vi extorserat[i] — quia[k] aliquantulum cupidus erat — secum deferebat. Et resignans ei curam, quam ab ipso acceperat, rescripsit clero suo, se ulterius non reversurum, absolvens eos ab obedientia sibi ab eis facta. Sicque inconsultis omnibus discessit, sive[l] propter causas supra dictas, sive[l] pro aliis latentibus, vel quia maiora aspirare videbatur.

7. *De subactione Sclavorum*[m]. Kanutus autem[n] rex Danorum incessanter vastabat terram Sclavorum[57]. Illi autem rebellare parantes[o] occupaverunt vadum, quem[p] Dani transire debuerant, firmantes ex utraque parte castella, de quibus piratas eorum iaculando obruerent. Catenis[q] etiam ferreis semitam claudere temptabant[r].

Sed nichil tali molimine proficiebant[58].

Denique venientes Dani in manu excelsa[59] munitiones fregerunt et infusi finibus eorum sicut locuste universam faciem terre[60] repleverunt. Sclavi vero impetum eorum ferre non valentes in castris suis se receperunt. Illi autem[s] abusi provinciis eorum, comedentes medullam terre[61], reversi sunt ad loca sua. Sicque[t] per aliquot annos ascendentes tempore sementis et messis, depasti[u] terram eorum, famis inportunitate sine gladii occisione ad deditionem eos coegerunt. Quodam igitur[v] tempore Buggezlavus[w] princeps sive rex Pomeranorum[62] propinquum suum Geromarum[x], principem Rugianorum[y], impetebat, talionem ei rependere[z] volens, eo quod idem Geromarus regi Danorum in subactione Sclavorum promptule assisteret, quia ex quo christianitatem susceperat, sub ipsius ditione consistebat. Ascendit igitur[*] ad eum cum sexcentis piratis[a], sine dubio credens se omnem terram illius consumpturum, quemadmodum ignis consumit ligna silvarum[63]. Ille autem occurrens ei[b], licet non ex equo, subito eum in fugam vertit. Siquidem Dani non longe insidias tetenderant, quos Sclavi de suis esse credentes, nil suspicati remigabant ad eos. Illi autem insultum facientes in eos cum Rugianis[c] eos insequuntur, et alios quidem ex eis ceciderunt[d], alios comprehenderunt, quosdam in mare precipitaverunt. Siquidem[e] Sclavi videntes se circumventos, in perturbatione consilium non habentes, quia periit fuga ab eis, credentes se natando evadere, in aquis suffocati sunt. Alii vero littus apprehendentes, relictis navibus, per silvas et nemora errantes in locis palustribus fame et siti interierunt[f]. Reddiditque[g] eis Dominus in die illa, ut quia multos Danorum per aquas in captivitatem[h] traxerant, ipsi quoque[i] in captivitatem et exterminium raperentur, sicque[k] Danorum servituti fierent obnoxii, qui eorum[l] libertati semper fuerant insidiati. Ieromarus[m] autem ceteris omissis[n] Bukezlavum[o] insequitur. Ille vero sibi consulens celeri fuga elabitur. At[p] ille post tergum clamavit dicens: *Quid est, o princeps Bugckeslave[o]? nonne nigrum et horrendum[q] illum[r] Germarum ligare te iactitabas? exspecta[s], exspecta, ut servum abducas[t], quem consortem habere nolebas*[u]. At ille fugiens salvatus est. Sicque humiliate sunt vires Sclavorum, et servierunt

a) autem 5. 7. 8. *Ed.* b) episcopum 8. *Ed.* c) adolfum *codd. et Ed. praeter* 1. 1*. d) epischopalia 3. e) suas *omisit* 5. f) nunc 1*. g) quasi *deest Ed.* h) remigare 5. 8. *Ed.* i) quos etiam ut quibusdam extorserat 7. k) quorum 5. l) seu 8. *Ed.* m) slauorum 3. 5. 7. 8. *Ed.* n) uero 8. *Ed.* o) parantes — manu *ex parte deleta in* 3. p) quod 3. *Ed.* q) cathenis 7. 8. r) tentabant 1*. s) vero 8. *Ed.* t) sic quoque 1*. u) depasti sunt 5. v) ergo 1*. w) buggezlawus 1; Buggezlaws 1*; buggezlaus 3. x) germarum *similia saepius* 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) ruyanorum 3. z) reddere 1, *sed m. rec. suprascripsit* rependere. *) ergo 1*. *Ed.* a) pyratis 3. b) ei *deest Ed.* c) ruvanis 3. d) occiderunt *Ed.* e) siquidem *deest Ed.* f) perierunt 3. 5. 8. *Ed.* g) reddidit quoque 1*. *Ed.* h) captivitate *Ed.* i) in — quoque *desunt* 7. k) sic quoque 1*. l) eorum — horridum *ex parte deleta in* 3. m) *ita* 1. 1*; germarus 3. 5. 7. 8. *Ed.* n) obmissis 1. o) *ita* 1. 1*. p) Et *Ed.* q) horridum 3. 5. 7. 8. *Ed.* r) illum *deest* 7. s) exspecta *haud iteratum in* 8. *Ed.*; expecta 3. 7. t) adducas 3. u) Slaui subduntur ranis *m. rec. in margine* 8.

56) Sifridus archiepiscopus obiit 1184. Oct. 24. 57) Cf. s. c. 4 fin. 58) Cf. Ovidii Metam. l. VI, 19. XII, 84. 59) i. e. magna multitudine. 60) Iudith 2, 11. 61) Haec vox, saepissime apud nostrum rediens, et ipsa sermoni biblico debetur. Gen. 45, 18. 62) immo dux, vide s. l. II, 17 in fine. 63) cf. Psalm. 83, 15.

Danis sub tributo, tradito castro Wolgost[a] in manu regis cum obsidibus duodecim[65]. Hec autem non sine indignatione imperatoris facta sunt, qui se dicebat dupliciter a Kanuto rege iniuriatum, et quod ab eo coronari noluerit, et quod Sclavos, imperio subditos, suo dominio per tributum et hominium subdiderit. Discordantes etiam a duce Bernardo, Adolphum comitem, Bernardum et Guncelinum propter causas supra dictas[66] ad concordiam reformavit, ea conditione, ut Adolphus comes septingentas[b] marcas denariorum ei persolveret, et sic[c] gratiam eius pro castro destructo[67] inveniret et terram que[d] Radecowe[e] attinet cum civitate Todeslo, quam Bernardus dux requirebat, libere optineret; Bernardus vero comes trecentas marcas persolveret et totidem Guncelinus; omnes tamen castrum destructum reedificare studerent.

1180. Sept. 24. 8. *De morte Manoe[f] regis Grecorum[g].* Tunc temporis mortuus est nobilis[h] ille Manoe rex Grecorum[68], qui filium licet puerum pro se regnaturum reliquerat[69], cui etiam adhuc vivens filiam regis Francorum[70] desponsaverat. Facta est autem perturbatio[i] mirabilis in civitate Constantinopoli et in omni regno illo, quia percusso pastore, turbantur oves[71], et lupi rapaces, qui earum[k] quieti in abscondito insidiantur, per furta et mactationes et rapinas iniustas manifestantur. Erat enim ibi quidam inveteratus dierum malorum[72], Andronicus dictus, filius fratris[73] regis defuncti. Qui regnandi libidine illectus, tutorem se pueri regis affirmans, cepit regnare[74], quasi pro ipso causam acturus et regnum nepoti fideliter conservaturus. Cumque tali occasione invaluisset, cepit seditiones[l] concitare et maximam persecutionem et cedem in eos qui in parte regis[m] videbantur facere. Et cum omnes qui in sua parte stabant exaltasset, illos vero aut humiliasset aut neci dedisset, fecit occulte reginam[75], matrem regis, deduci et in mare demergi. Sic omnes quos in regno[n] sibi adversari[o] timebat[p] aut vita privabat, aut mutilabat, aut exilio dampnabat. Habebat enim quendam auricularium[76], specie quidem monachum[q], sed in veritate diabolum[r], qui ad hominum perditionem sub specie religionis in angelum lucis se transformaverat. Ex cuius pendens consilio, omnes, quos ille ei suspectos fecerat, iste[s] statim exterminio tradebat. Cumque una dierum puer[77] de matris absentia[t] quereretur, ille respondit: *De matris absentia ne sis sollicitus, salva enim est et in tuto loco consistit.* Et cum per singulos dies puer molestus[u] esset ei matrem requirendo, ille respondit: *Mater tua quidem salva est, sed, ne diutius de eius absentia tristeris, ad eam quantocius ibis.* Et iussit occulte puerum deduci et simul cum matre[v] necari. Quo facto, sponsam eius duxit uxorem, repudiatis[w] duabus, quas antea legitime duxerat. Post hec dixit ad auricularium suum: *Quid tibi videtur? num remansit aliquis, qui insidietur honori meo? Est adhuc,* ait, *unus de cognatis[x] tuis[78], quem suspectum habeo. Sed quia illum propter nimiam consanguinitatem vita privare[y] non potes, reclude eum in claustro monachorum, ut vel sic cesset tibi vel regno tuo malignari.* Quod cum factum fuisset, adiecit: *Num[z] bene sunt omnia?* Et ille: *Bene quidem sunt omnia, sed de sponsa tua non bene sentio, ipsa enim videtur contra te habere amaritudines propter prioris sponsi memoriam. Sed hec in confessione audienda est, ut sic occulta cordis eius manifesta fiant. Tu vero ipse, simulato[*] vultu[a] sacerdotis[b], vicem sacerdotis arripies.* Hiis ergo auditis, dixit ad eam: *Usque quo morabuntur in te cogitationes noxie? video in te amaritudines esse, sed vade et confitere peccata tua, ut sic a[c] pravitate cordis tui[d] mundata[a] equanimiter possis videre faciem meam.* Illa autem abeunte, prevenit senex, sumptoque sacerdotali[e] habitu, dixit ad eam: *Filia, confitere peccata tua et ne abscondas a me sermonem. Vicem enim Christi teneo, et quia ipse novit omnia, nichil abscondas[f] in tua conscientia.* Illa vero simpliciter de

a) wologast 3. 5; wollgast *Ed.* b) septuaginta 7. c) sic *deest Ed.* d) que in 5. e) ratecowe 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) manoe *deest* 3. g) graeciae 1. 1*. h) nobiliss. *Ed.* i) conturbacio 5. k) qui earum *bis scriptum in* 1*. l) seditiones *inductum in* 1. *et suprascriptum* persecutionem; seditiones — occulte *ex parte deleta in* 3. m) regis esse 3. 5. 7. 8. *Ed.* n) in regno *omisit* 1*. o) adversarios *Ed.* p) timebant 5. q) ohr engel *m. rec. in margine* 8. r) dyabolum 3. 7. s) istos 1*; ille 7; ipse 8. *Ed.* t) de matre *Ed.* u) mollestus 5; molestius 7. v) similiter c. matre 5; sicuti matrem *Ed.* w) repudeatis 5. x) agnatis *perperam intellecto compendio* 5. y) prinari 1. 1*. 8. z) nunc R. *) similato 1. a) uultu — mundata *hic pauca periere in* 3. b) sacerdotis *deest* R. c) in 5. d) tui *omisit* 7. e) sacerdotis *Ed.* f) abschondas 8.

65) Hanc gestorum seriem nostrum confudisse ex aliorum chronicorum locis laudatis contendit recte Usinger p. 55 not. 1. Pugna enim facta est a. 1184 Mai. 21, subiectio terrae Slavicae a. 1185. 66) V. supra c. 4. 67) scil. Lauenburg. 68) Emanuel Comnenus obiit 1180. Sept. 24. 69) Alexium II. Comnenum. 70) Agnetem, filiam Ludovici VII. 71) Ev. Matth. 26, 31. 72) Daniel 13, 52. Vulg. 73) Isaaci, fratris senioris Manuelis. 74) a. 1183. m. Septembri. 75) Xenam. 76) germ. *Ohrenbläser;* hic confessor intelligi debet. 77) scil. Alexius, Manuelis filius. 78) scil. Isaacus Angelus.

venialibus confitente, utpote iuvencula, que criminalia non noverat, ille subiunxit: *Num sincere regem maritum tuum diligis?* Et illa: *Diligo quidem regem ut*[a] *dominum et maritum meum, tamen si filio regis, qui mortuus est, nupsissem, magis diligerem, quia ipsi desponsata fueram. Nunc autem quia sic oportet fieri, istum fideliter diligo et fidem ei coniugalem integram custodio.* Hiis auditis, ille indignans surrexit et abiit. Quid plura? Illa sic repudiata, simul[b] eam cum aliis in exterminium misit. Post hec cum completa fuisset iniquitas illius, et iusto iudicio Deus malitie eius finem inponere voluisset, senex rursum[c] consuluit collateralem suum, dicens: *Num*[d] *adhuc sperandum est, quod ablatis*[e] *emulis securus super thronum regni mei nullo turbante sedere valeam?* Cui ille respondit: *Securus quidem vivere potes, sed de monacho illo cognato tuo sollicitudinem, quamvis parvam, habeo. Qui si extinctus fuerit, de cetero sine timore quiesces.* Ad hec ille, misso nuncio, eum accersiri iussit. Ille audito nuncio expavit et venire distulit. Statimque mittens convocat[f] amicos et notos, et eis legationem regis exposuit, seque[g] indubitanter ad mortem vocari sciens, rogavit eos ut latenter sumptis armis secum ad palatium pergerent. Qui constanter accincti armis et animis ibant cum eo. Veniens autem ad primam custodiam, statim ipsum ianitorem interfecit, et idem ad secundam et tertiam fecit. Sicque[h] cum strepitu ingressus aulam, dixit regi[i]: *Ecce assum, vocasti enim me.* Erat autem rex cum[k] paucis in cubiculo, quia terrente eum conscientia de multis sceleribus[l], nusquam audebat tuto[m] consistere. Cui ille: *Vocavi quidem, sed vade, revertere*[n], *quia inordinate intrasti. Non revertar*, ait, *sed scio, quia post necem multorum etiam queris animam meam, ideoque aut ego tuam auferam*[o], *aut tu meam.* Et irruit in eum. Ille autem fugam iniit et ita per quendam occultum transitum[p] evasit, et venit ad castellum cuiusdam principis, quem idem pro causa iniusta effossis oculis[q] cecaverat. Dixitque ad eum: *En inimici mei*[r] *querunt animam meam*[79], *rogo, ut facias mecum misericordiam et presidio michi fias.* At ille respondit: *Quamvis iniustam in me*[s] *exercueris*[t] *potentiam, probabo tamen, si potero, salvare animam vestram.* Et recepit eum in castrum. Ille vero cum cognovisset, quod illuc[u] esset, insecutus[v] eum est in manu valida. Porro cum auditum fuisset, quod rex fugeret, insecutus est[w] eum[x] omnis populus, senes cum iunioribus — quia odibilis erat omnibus — et vi tollentes eum de castro, reduxerunt in civitatem, et tractum per plateas omnigenis contumeliis affecerunt et sine omni miseratione animam eius[y] excusserunt, feceruntque ei sicut male egerat contra proximos suos. Et vindicatus est sanguis innoxius in die illa. Porro regnum ad emulum eius translatum est, Emmanuel nomine[80], et prosperatum[z] in manibus eius, quia in benedictione 1185. Sept. iustorum exaltabitur[*] civitas, et in perditione impiorum erit laudatio[81].

9. *Quod coronatus*[a] *Heinricus*[b] *in regem*[c]. In illo tempore Frithericus[d] inperator edixit[e] curiam famosissimam et celeberrimam apud Moguntiam[f], que celebrata est in pentecosten[g], anno verbi incarnati[h] 1182, imperii autem regni sui anno 36[82], ubi[i] filium suum Heinricum 1184. Mai. 20. regem militem declararet et gladium militie super femur eius fortissimum[k] accingeret. Venit igitur[l] illuc[m] omnis dignitas potestatis et principatus, sublimitas archiepiscoporum[n], episcoporum, gloria regum[o], iocunditas principum et multitudo nobilium, inperatori certatim placere volentium. Quid de habundantia[p], immo de supereffluentia victualium dixerim, que illic de omnibus terris congesta erat, que sicut erat inestimabilis, ita cuilibet[q] linguarum manet inedicibilis. Illic copia vini, que per descensum sive[r] per ascensum Reni advecta fuerat, sicut in convivio Assueri[s], sine mensura pro uniuscuiusque possibilitate vel

a) ut *deest* 3. b) similiter *Ed.* c) rursus *Ed.* d) num quid adhuc 1*. e) sublatis *Ed.* f) *ita* 1. 1*. 7. *Ed.*; *alii* convocavit. g) se quoque 1*. h) sic quoque 1*. i) *hic perforatum folium cod.* 3. k) in 8. l) celeribus 1. m) tute 1. 3. 8. n) revertere *Ed.* o) auferam *deest* 5. p) meatum *Ed.* q) oculis *deest* 3. r) mei *deest Ed.* s) in me *deest* 3. t) exercueritis 3. 5. 7. 8. *Ed.* u) illic *Ed.* v) insecututus 5. w) est *omisit* 3. x) in manu — est eum *oculo aberrante omissa in* 5. 7. 8. R. y) eius *omisit* 3. z) est in 5. *Ed.* *) exaltabitur *deest* 5. 7. 8. *Ed.* a) co. est 7. b) henricus 1*. 7. c) Quando co. est h. filius Friderici imperatoris 5; Item de eodem 3. d) fridericus 5. *Ed.*; fredericus 3. 7. 8. e) indixit 7. f) mogont(c)iam 3. 8. g) Pentecoste *Ed.* h) incarnationis 3. 7. 8. *Ed.* i) ut *Ed.* k) potentissimum 8. *Ed.* l) ergo 1*. m) illuc *omisit* 3. n) archyepiscoporum 3; arch. et ep. *Ed.* o) regnum 3. p) abundantia 5. 8. *Ed.* q) cuiuslibet 5. r) similiter *Ed.* s) assueri 5.

79) Cf. 1. Reg. 19, 10. 80) immo Isaacum Angelum, qui coepit regnare a. 1185 mense Septembri. 81) Proverb. 11, 10. 82) In definiendo anno errat noster; curia illa celeberrima anno Dom. 1184, regni 33, imperii 31, ad pentecosten Mai. 20. celebrata est. Cf. Ann. Col. max., qui et ipsi *curiam celebrem et famosam* habent; ibidem legitur sicut fere apud nostrum: *filius imperatoris, rex Heinricus ense miliciae accingendus erat;* de Friderico, filio iuniore, uterque nihil habet, v. infra not. 6.

voluntate hauriebatur[83]. Ut autem nimium et, ut dictum est[a], inedicibilem apparatum attendas, unum de minimis[b] referam, ut exinde maiora perpendas. Fuerunt ibidem[c] erecte due magne et spaciose domus intrinsecus, undique perticate[d], que a summo usque deorsum ita gallis sive gallinis replete fuerant, ut nullus eas suspectus[e] penetrare potuerit, non sine ammiratione multorum, qui tot gallinas in omnibus finibus illis vix esse credebant. Officium dapiferi sive[f] pincerne, camerarii vel[g] marscalci, non nisi reges vel duces aut marchiones amministrabant[h]. Erat autem prope civitatem inter Renum et Mogum[i] quedam magna planicies. Illic imperator propter civitatis angustias[k] et aeris gratiam ecclesiam maximam et palatium de lignis honestissime fieri iusserat et alia habitacula diversa et innumera, ut ibi tante[l] sollempnitatis iocunditas honestissime celebraretur. Cumque in sancto die pentecostes iam instante processionis hora, inperator ecclesiam intrasset, et coram eo sederent summi pontifices et principum conventus, surrexit domnus abbas Vuldensis[m, 84] et sic ei locutus est: *Rogamus serenitatem vestram, domine, ut*[n] *audiatis.* Ad hec[o] imperator: *Audio.* Et ille: *Domine, diu est,* ait[p], *quod domnus Coloniensis, qui assidet, Vuldensem ecclesiam sive cenobium, quod gratia Dei et vestra munificentia regimus, quodam iure suo*[q] *privavit*[r]. Cui imperator: *Assignate*[s], *quod dicitis.* Et ille: *Vuldensis*, ait, *ecclesia hanc habet prerogativam ab antiquis imperatoribus traditam, ut quotiescunque Moguntie*[t] *generalis curia celebratur*[u], *domnus archiepiscopus*[v] *huius sedis a dextris sit imperatoris, abbas Vuldensis sinistram eius teneat. Et quia diu domnus Coloniensis nos in hac parte supplantavit*[w], *rogamus, ut vestro interventu hodie locum nobis debitum sibi non usurpet.* Et dixit imperator archiepiscopo: *Audistis, quid dixerit abbas? Secundum petitionem ipsius*[x] *rogamus, ut hodie iocunditatem nostram*[y] *non turbetis et locum, quem sui iuris affirmat esse, ei non negetis.* Ad hec verba surgens archiepiscopus dixit: *Domine, ut serenitati vestre placet, fiat, domnus abbas locum quem desiderat teneat, ego autem salva gratia vestra ad hospitium meum vadam.* Cumque abire iam pararet, surrexit de latere imperatoris frater eius palatinus de Reno[85], et dixit: *Domine, homo sum domni*[z] *Coloniensis, iustum est ut eum sequar, quocunque ierit.* Deinde surgens comes de Assowe[86], dixit: *Et ego in gratia vestra*[*] *sequar dominum meum archiepiscopum.* Similiter et dux Brabantie et alii multi viri potentes dixerunt. Respondens autem Lodewigus[a] provincialis, qui fuit homo abbatis, dixit comiti de Assowe: *Bene hodie beneficium vestrum meruistis.* Cui ille: *Et merui et merebor, si hodie necessitas exegerit*[b]. Abeunte igitur[c] archiepiscopo, rex adolescens videns seditionem acerrimam fieri, exiliens de sede sua suspensus in collum eius dixit: *Rogo te, patrum amantissime, ut maneas, ne gaudium nostrum in luctum convertas.* Ipse etiam imperator rogat eum subsistere, dicens: *In simplicitate cordis nostri quod dictum est diximus, et vos in perturbatione animi abire vultis? Nolite malum hoc*[d] *facere et quietem nostram in*[e] *seditionem acerrimam concitare.* Cui ille: *Non credebam,* inquit[f], *quod tantam iniuriam in conspectu principum mihi inferre velletis. Ecce in servitio vestro consenui, et certamen, quod pro*[g] *vobis certavi, testantur cani capitis mei, in*[h] *periculo vite mee. Et quod maius est, proch dolor! anime mee tribulationes et angustias multas transivi, nec aliquando pro honore imperii mihi vel rebus meis peperci. In Longobardia devotionem meam vidistis, apud Alexandriam*[i] *nichilominus fidelitatem*[k] *animi mei sensistis, et que apud Bruneswich*[l] *fecerim non semel, sed sepius, animadvertistis. Et cum in omnibus his nulli secundus fuerim, miror cur hodie abbatem istum mihi preferre volueritis, de cuius presumptione vos ipsum*[87] *suspectum habeo, quia*[m] *nisi voluntatem vestram in mea humiliatione sensisset, nunquan adversum me calcaneum suum levasset. Nunc ergo, si placet, ponantur sedes more*[n] *solito, et si sedem meam deiecerit, sine contradictione similis sit Altissimo.* Siquidem Coloniensis arrogantiam abbatis presen-

a) est *omisit Ed.* b) nundinis R. c) ibidem *omisit* 1*. d) parcitate 5. e) aspectus 3. f) seu *Ed.* g) sive 8; seu *Ed.* h) administrabant 1*. *Ed.* i) mogunc(t)iam 1*. 5. k) angustiam *Ed.* l) tanta 1*. m) Widensis 1*. n) hec *addunt* 8. *Ed.* o) hoc 1*. p) ait *omisere* 1*. *Ed.* q) suo *deest* 3. r) privat *Ed.* s) designate quid 1*. t) mogontie 3. u) celebratur et 1*. 3. 7. v) episcopus 3. w) supplantat *Ed.* x) eius 1*; suam 7. y) vestram 1*. z) domine domine h. s. domini 1*; domini *deest Ed.* *) gratiam vestram 8. *Ed.* a) lodewicus 5. 7 8; Ludovicus comes *Ed.* b) exigeret 8. *Ed.* c) ergo 1*. 5. d) hoc *deest* 1*. e) et qui. no. in *man. rec. in margine* 8; qui. n. in *desunt* R. f) inquit *deest* 1*. g) pro *deest Ed.* h) et in 3. i) allexandriam 5. 8. *Ed.* k) felicitatem 8. *Ed.* l) in saxonia 3. 5. 7. 8. *Ed.* m) qui 1*. n) more *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed. Korn.*

83) Esther c. 1. v. 3. 8 etc. 84) Conradus II. 85) Conradus. 86) Nassau. Haec nominis forma subinde occurrit; cf. Ann. Lubic. 1291, supra T. XVI. cum nota. 87) sic pro: *vos ipsos.*

serat et cum quatuor milibus et sexaginta quatuor viris armatis ad curiam venerat. Tunc surrexit imperator et dixit: *Innocentiam quidem nostram super hac impositione verbis pretendimus, sed si adhuc diffiditis, iuramento nos in presenti expurgare non dubitetis.* Et extendit manum quasi iam super reliquias positurus. Ad hec verba requievit spiritus archiepiscopi, et dixit: *Sufficit, quia verba vestra pro iuramento michi sunt. Sed tamen hii qui causa perturbationis huius fuerunt, non facile ab hac suspicione purgabuntur.* Imperator autem dixit abbati: *Oportet vos ab hac iustitia vestra, quam exigitis, temperare, et locum archiepiscopo superiorem dare.* Sedata itaque controversia, coronatur imperator et cum imperatrice[a] et[b] filio coronato processit[90]. Abbas vero non sine rubore locum inferiorem tenuit.

10.[c] *De superbia detestabili*[d] *monachorum*[e]. Ve tibi[f], superbia, que in celis quidem nata, sed cum genitore tuo diabolo[g] ad inferiora baratri es demersa, et quanto fuit tibi[h] altior gradus, tanto factus est inferior casus. Tu quidem de stirpe pessima pullulasti, et infectis parentibus primis per invidiam diaboli in orbem terrarum introisti. Tu autem, diabole, in lateribus aquilonis sedem tibi parabas, sed credo, quod sedem materialem non[i] affectasti, sed per hoc a karitate Dei discedens et in frigore malitie perdurans, tronum tuum super filios superbie erexisti, qui sublimes habent oculos, qui non cum apostolo que sursum sunt sapiunt[k, 91], set que super terram, quorum Deus venter est[92], et in pravitate cordis sui machinantur malum[93]. Sed quid tibi cum spiritalibus?[l] quid tibi cum hiis qui religionem professi in diversis gradibus ecclesiasticis consistunt et ministri Domini nuncupantur, vel etiam[m] cum his[n], qui sacerdotio funguntur, qui omni sanctitate et iustitia Domino servire videntur? Ve, ve presumptioni tue, qui multos eorum in perditionem misisti! Nec[o] mirum, quia contra Altissimum prevalere non potuisti, contra eius membra[p] acrius exarsisti, dum de celo velut fulgur cecidisti. Propterea Deus destruet te in finem, evellet te et emigrabit[q] te de tabernaculo electorum suorum[r] et radicem tuam de terra viventium[94]. Parumne tibi videtur, quod hec[s] feceris? quin etiam monachorum gregem invadere presumpseris? dum eos ambitiose vivere cogis, qui iugum Christi suave et onus eius leve ferre detrectantes, iugum tuum gratanter[t] suscipiunt, comessationibus et ebrietatibus servientes[u], in superbia vite ambulantes, concupiscentia carnis et oculorum se ipsos ante Deum[v] semper polluentes. Ve tibi, Leviatan, qui fluvium absorbes et non miraris et adhuc fiduciam habes, quod influat Iordanis[w] in os tuum, Iordanis inquam non solum baptizatorum, sed etiam religiosorum, monachorum videlicet, qui pro Christo reliquisse videntur omnia; sed pro his vitam eternam possessuri, dum tuis pestiferis suasionibus[x] assentiunt[y], retro aspicientes simul perdunt omnia. Habitus enim religionis, quem preferunt, pro quo etiam ab[z] hominibus honores recipiunt, eos seculo[*] plenarie conformari[a] non permittit, sed dum secularia meditantes, carnalia sapientes, rei[b] in cogitationibus suis ante Deum efficiuntur, et presens seculum, quod appetunt, perdunt, et futurum, quod videntur querere, non inveniunt. Quos Leviathan iste tanto avidius appetit, quanto eos videt per professionem[c] religionis a se elongatos et Deo per spiritum[d] unitos. Ipse etenim[e] sicut oculos prothoplastorum per concupiscentiam aperuit, sic etiam magis desiderabilia concupiscit, quia esca eius esca electa spiritalium, proch dolor, vita, que nonnunquam ab innocentia inchoat[f], sed plerumque, dum proficere[g] debuit, ad lubricitatem descendit, que illi tanto sapit suavius, quanto[h] per condimentum[i] bone actionis redolet spiritalius[k]. O quam dura sunt michi[l] que dico, quia dum alienam vitam non diiudicando set condolendo discutio[m], me ipsum reprehendens, penitentiam non ago, non metuens illud apostoli: *Ne forte, cum aliis predicaverim, ipse*

a) imperatore 1*. b) cum *inser.* 3. 5. 7. 8. c) *capituli inscriptionem ut saepius hic quoque omisere* 8. *Ed.* d) intestabili 5. e) monachorum *deest* 3. 5. 7. f) quidem 7. g) dyabo||lo *hinc usque ad cap. seq. verba*||ut *elementur duo folia in cod.* 3. *periere.* h) terra R. i) quia non s. mat. 5. 7. 8. *Ed.* k) rursum sapiunt 7. l) spiritualibus 1*. m) vel tibi 1*. n) cum his *omisit* 5. o) ne 8. p) menbra 1. q) demigrabit 1*, *sed* emigrabit *scriptum erat*; eliminabit *Ed.* r) tuorum 5. 7. 8. s) hoc *Ed.* t) tuum ergo tantum 1*. u) ferventes 5. v) dominum 1*. w) Iordanes *saepius Ed.* x) suacionibus 5. y) assentiuntur *Ed.* z) et ab 1*. *) sancto *Ed.* a) confirmari 5; conformare 8. *Ed.* b) vani *Ed.* c) pro professione 1*. d) speciem *Ed.* e) enim *Ed.* f) inchoatur 5. g) perficere *Ed.* h) quantum 5. 8. *Ed.* i) pro condimento 5. k) spiritualius 1*. 7. 8. *Ed.* l) viri *Ed.* m) discrutio *correctum in* 1*.

90) hoc est: *sub corona processerunt.* Nam Heinricus iam antea in regem coronatus erat, non, ut vult inscriptio capitis, in hac curia, in qua cum fratre suo Friderico cingulum militiae sumpsit. 91) Ep. Coloss. 3, 2. 92) Ep. Philipp. 3, 19. 93) Proverb. 6, 14. 94) Psalm. 52, 7.

*reprobus efficiar*[1]. Quid ergo? taceam an loquar? Conscientia[a] quidem tacere suadet, sed karitas, que verbum Dei alligatum tenere non potest, loqui suadet. Loquar ergo, ut, dum reprehendo aliena, erubescam propria. Quid enim olim erat vita monachorum, nisi puritas innocentie, semita iustitie, vivendi forma, paradisi via? Hec enim est angelorum socia, apostolorum assecla, martirum letitia, confessorum gloria, virginum corona. Hanc precursor Domini Iohannes, primus heremiticam[b] vitam ducens, docuit, Christus[c] in deserto ieiunans confirmavit, chorus[d] heremitarum signis et virtutibus extulit, et cenobitarum innumera multitudo toto orbe terrarum dilatavit. Hanc ut cognoverunt principes, glorificaverunt, eamque super aurum et topazion diligentes[2], patrimonia latissima conferendo copiosissime ditaverunt[e]. Crevit autem possessio et evanuit religio. Siquidem ex temporalium habundantia dum ceperunt carnaliter vivere, ceperunt etiam carnaliter sapere. Refriguit[f] karitas[3], subintravit mundialitas. Nec fuit locus religioni, ubi patebat introitus elationi. Nec stare potuit humilitas, quam fugavit[g] dominalitas. Et ceperunt concupiscere aliena, quibus nec licebat tenere[h] propria. Sicque factum est, ut sola remanserit religionis[i] forma, cum ex toto ab eis perierit iustitie norma. O monache, qui vanum[k] servas nomen religionis et vias sectaris superstitionis, regulam profiteris, sed qua[l] conscientia illam discutiendo legis, cum omnia in contrarium facis? Illa ascendit per gradus humilitatis, sed tu descendis per gradus elationis. Illa te vult utiliter occupari aut opere manuum, aut oratione, aut in lectione divina, tu vero otium sectaris, ad curiositatem converteris. Illa te per obedientiam precipue docet[m] salvari, tu vero contradictionibus plenus es. Et de obedientia quidem karitatis nichil tibi constat, nisi aut[n] obedientia voluntatis aut necessitatis te impellat. Illa in rebus duris et contrariis sibimet ex karitate obedit, iuxta illud: *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me*[4]. Hec autem si ad voluntatem aliqua precepta fuerint[o], suscipit iubentis imperium[p]; sin autem, minime obedit, nisi per necessitatis stimulum. Es ergo auditor legis[q], non factor[5]. In quo ergo habes fiduciam? legem non servas, sed quasi de solo habitu et tonsura iudaizas[r]. Unde vereor, ne quod facis magis ex hypocrisi[s] quam ex veritate facias. Vis enim monachus videri, religiosus predicari, nec times Deum[t] irritare, qui solus iudicat iustum et impium. Non attendis eum[u] in ewangelio dicentem[u]: *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam*[6]. Et iterum: *Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum*[7]. Et temet ipsum quidem[v] abnegaveras, sed contra Christum sequeris[w] temet ipsum. Hominem abnegaveras, et hominem sequeris, qui vinctum trahit te captivatum lege peccati. Sed iam convertere ad Christum, et dic ei: *Exurge, Domine, non prevaleat homo.* Ultimum locum elegisti, ipsum humiliter teneas, ut veniens qui te invitavit, dicat tibi: *Amice, ascende superius.* Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus[8], non in convivio imperatoris terreni, sed celestis. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur[x. 9].

Cumque[y] per aliquot dies maximo tripudio curia illa celebraretur, una[z] dierum venit turbo vehemens et subito deiecit structuram illam ligneam, et attriti[*] sunt in ea quindecim homines, sive ex incuria artificum ruina illa facta[a] sit, sive secundum coniecturationem quorundam maiorem casum portenderit[b], quia non longo tempore post imperatrix mortua est[10]. Sicque[c] soluta curia Lothewigus[d] provincialis timens indignationem Philippi archiepiscopi, secutus est eum in Coloniam, nec prius ab eo discessit, donec sedata commotione illa gratiam ipsius invenisset.

11.[e] *De domno papa Lucio et imperatore*[f] Sequenti anno[11] imperator abiit in Italiam pro disponendis negotiis rei publice. Et occurrit ei domnus papa Lucius apud Veronam pro quibusdam causis determinandis inter ipsos. Cumque honestissime susceptus esset a Vero-

a) concienacia 1. b) heremitarum 5; heremitam 8. c) cristus 8. d) chorus *deest* R. e) dicaverunt 1. 1*; dilataverunt 5. 8. *Ed.* f) refrixit *Ed.* g) fugat *Ed.* h) habere 5. i) religionis *deest* 7. k) in vanum 5. l) quia 8; quasi *Ed.* m) te docet 5. n) nisi ut 5; cum *Ed.* o) fuerunt 1*. p) imperio 5. q) auditor legis || *hic deficit cod. 1 fragmentum Pragense atque incipit apographi Hafniensis fasciculus* G. r) iudayzas 8; iudaysas 7. s) ypocrisi 7. 8. t) dominum 1*. u) ei — dicenti *Ed.* v) quidem *deest* 1*. w) s. quidem 1*. x) *hic inserunt* 5: sequitur historia litteraliter. y) cum autem *Ed.* z) uno 8. *Ed.* *) atriti 1*. a) facta *omisit Ed.* b) pretenderit 5. c) quoque 1*. d) lodewicus 5. 7. 8; Ludovicus *Ed.* e) X. *Ed.* f) i. frederico 5; imperatore etc. 7.

1) 1. Ep. Corinth. 9, 27. 2) Psalm. 119, 127. 3) Ev. Matth. 24, 12. 4) Ev. Ioh. 6, 38. 5) Ep. Iacob. 1, 22. 6) Ev. Matth. 16, 25. 7) ibid. v. 24. 8) Ev. Luc. 14, 10. 9) ibid. v. 11. 10) a. 1185. 11) immo eo ipso a. 1184; cf. Ann. Stadens. et supra c. 6, not. 54.

nensibus et a clericis qui illuc convenerant de diversis partibus terrarum[12], qui tempore Alexandri[a] pape a scismaticis ordines susceperant, cepit imperator omni instantia intercedere pro ipsis ad domnum apostolicum[b], ut clementer circa ipsos dispensaret. Qui primo huic petitioni benivolum[c] se exhibuit et eo usque annuerat, ut omnes petitiones suas[d] scriberent, ut secundum casum singulorum dispensaretur circa ipsos. Et ecce altera die domnus papa mutavit[e] animum et propositum, dicens, quod in[f] generali concilio[g], quod Venetiis celebratum est, ubi ipso imperatore presente dispensatum fuerat circa domnum Christianum Moguntinum[h] et domnum Philippum[i] Coloniensem et domnum Mantuanum et alios plures, qui cum ordinatis suis persisterent, hi ab ordinibus suis[k] suspensi fuissent, et[l] nulla ratione mutandum[m] affirmabat, nisi[n] denuo in cardinalium et episcoporum generali collegio. Promisitque[o] apostolicus, apud Lugdunum super eodem negotio se concilium habiturum. De qua mutatione domnus Conradus Moguntinus[p] et domnus Wormaciensis[13] suspecti habiti sunt. Hii autem quibus spes de officiis recuperandis data fuerat contristati sunt valde. Et cum prius in susceptione imperatoris iocundissime decantassent: *Advenisti desiderabilis*, in luctum[q] conversi cantabant: *Sustinuimus pacem, et non venit, Domine, quesivimus bona et ecce turbatio*[r]. Quod tamen cardinalibus valde displicuit, dicentibus: *Ecce quanta est presumtio Alamannorum, qui gratiam minando querunt.* Hoc taliter infecto negotio, tractabant inter se domnus papa et imperator de patrimonio domne Mechtildis[s], matrone nobilissime, quod imperator in possessione habebat, dicens ab eadem imperio[t] collatum. Et e converso domnus papa sedi apostolice ab ea datum affirmabat. Cumque in argumentum probandi testamenti ex utraque parte privilegia porrigerentur, nullo fine causa terminata[u] est.

Aliud etiam habebant negotium, quod maximum et precipuum erat: de electione Treverensi. Siquidem metropolis Treverensis vacabat, in qua duo electi erant, Volcmarus[v] et Rotholfus[w]. Volcmarus quidem prior a saniore parte electus est. Rodolphus vero posterior a parte infirmiori[x, 14]. Cumque scisma inter eos esset, Volcmarus quasi de canonica electione presumens ad sedem apostolicam appellavit, Rodolphus vero ad imperatorem se transtulit. Imperator ergo audiens quod factum fuerat, propter dissensionem electionis investituram dedit Rodolpho. Apostolicus itaque affirmabat partem Volcmari propter canonicam electionem[y], imperator pro Rodolpho erat propter electionis dissensionem[z]. Sicque[*] ab invicem discesserunt, ut quivis suam partem diceret[a] iustiorem. Procedente igitur[b] tempore cum Volcmarus sequeretur curiam Romanam et pro suo negotio molestus esset apostolico, apostolicus missa epistola peremptorie[c] citavit Rotholphum, qui tunc cum imperatore erat. Quod imperator audiens, non parum egre ferebat. Ipsum tamen ne contumax videretur, ad[d] audientiam hortatus est venire, mittens secum duos decretistas et duos legistas: decretistas quidem[e], ut pro Rotholpho essent iustitia canonum, legistas vero[f], ut a[g] parte sua starent iure legum. Cumque ad iudicium ventum fuisset et ex utraque parte plurimum fuisset[h] allegatum, nullo dato fine, Rotholphus ad imperatorem revertitur, Volcmaro cum apostolico remanente. Sic ex utraque parte perturbatio non modica erat, quia cum pro eadem causa inter apostolicum et imperatorem cotidie[i] graviora emergerent, fideles, qui scismatis ustionem experti fuerant, ecclesiam denuo[k] gravissime scandalizandam timebant. Interea rex iuvenis et superbus, zelatus[l] pro Rotholpho, decanum et canonicos quosdam Confluentie[15], qui pro[m] parte Volcmari[n] stare videbantur, calumpniatorie[o] aggressus est, et ablatis stipendiis domos et possessiones eorum exterminari precepit[16]. Apostolicus vero exinde magis commotus, Volcmarum ad pontificatus apicem promovere decrevit. Quod audiens imperator, per suos

a) allexandri 5. b) apostolicum || ut clementer *hinc rursus incipit* 3. c) benevolum 1*. d) suus 1*. e) mutat *Ed.* f) quoniam *Ed.* g) consilio 8 *saepius.* h) mogontinum 3. 8. i) phylippum *semper* 3. k) sacris 3; suis *omisere* 5. 7. 8. l) et *deest Ed.* m) mutandum id *Ed.* n) nec 1*. 5. o) quoque 1*. p) mogontinus 3. 5. 8. q) in luctum *omissa in* 3. r) turbae etc. *Ed.* s) mecthyldis 3. t) imperium 8. u) determinata 1*. v) Volmarus *similia* 1* *semper.* w) rudolphus *similia* 7 *semper;* rodolfus 3. 5. 8. *Ed.* x) inferiori 5. R. y) et *addunt* 3. 5. 7. 8. *Ed.* z) dissensionis electionem 5. *) quoque 1*. a) dicerent 7; esse *add. Ed.* b) ergo 1*. c) peremtorie 1*. d) aut 1*. e) quidem 8. f) vero *omisit* 5. g) pro 3. 5. 7. 3. *Ed.* h) ex — fuisset *desunt* R. i) quotidie 1*. k) denuo *deest* 3. l) sup. et elatus 1*. m) pro *deest* 3. n) Volkmari *aliquoties* 7. o) calumniatorie 1*.

12) Fuerunt, ut ex verbis infra scriptis apparet, plerumque clerici Germanici. 13) Conradus II. 14) Obiit Arnoldus archiepiscopus a. 1183. Mai. 25. Electi sunt per scisma Rudolfus praepositus ecclesiae et Volcmarus maior decanus; v. Ann. Colon. max. a. 1184. 15) Coblenz. 16) Cf. Ann. Col. max. a. 1185: *Filius imperatoris insolenter agere et res alienas diripere coepit.*

ei mandavit[a], dicens, quia[b] si Volcmarum contra suam voluntatem ad summum sacerdotium promovere voluerit, omnem familiaritatem inter eos perpetuo exspirasse[c] certissime sciat. Minas etiam quasdam terribiles addidit, que tamen[d] pro discretione eorum qui nuncii[e] erant ad medium non devenerunt. Taliter ab invicem disturbati apostolicus et imperator, quicquid moliebantur cassum fuit, nec consilium in perturbatione stare[f] potuit. Siquidem inter plurima negotia agebat imperator cum apostolico[g] de filio suo rege[h], ut coronam imperii super caput eius poneret. Et quia eum placabilem non habebat[i], consecrationem illius occasionibus[k. 17] differebat, quam tamen non[l] sine ratione refellebat. Dicebat enim apostolicus, non posse simul duos imperatores regnare, nec filium imperialibus insigniri, nisi ea prius ipse deposuisset[18].

12.[m] *De discordia regis et Coloniensis*[n]. Accidit inter ista, ut Philippus[o] Coloniensis[p] archiepiscopus quosdam negotiatores de Duseburch[q. 19] per fines suos transeuntes prepediendo detineret et res illorum pro quadam iniuria ab eis sibi irrogata quasi pro pignore apud se reservaret[r]. Qui abeuntes ad regem imperatoris filium[s], quia civitas eadem imperio contingebat, hoc[t] conquesti sunt apud ipsum. Qui mittens precepit archiepiscopo, ut eis sua restitueret. At ille noluit, nisi prius iustitias quas exigebat fecissent. Et ita vacui reversi sunt[u] ad dominum suum. Ille vero secundo misit, nec profecit[v]. Tertio misit precipiens[w] optentu[x] gratie sue, ut que ablata fuerant redderentur. Dure hoc accepit archiepiscopus, dicens, neminem posse duobus dominis servire et ideo non posse duos principes regnare. Cumque hec verba ad regem perlata fuissent, iratus est valde, et indicta curia, eum ad audientiam venire precepit. Qui cum non venisset, aliam ei curiam prefixit, sed cum nec tunc venisset, tertiam ei apud Mogontiam[y] indixit[20]. Qui acquiescens consilio amicorum suorum, venit illuc cum multis nobilibus. Actum autem fuit clanculo[z] cum illis, ut singuli per noctem venirent et regi sacramentum fidelitatis facerent. Episcopus autem videns se circumventum, fecit quod necessitas imperabat et regi ad voluntatem ad omnia respondebat[*]. Expurgabat autem se sacramentaliter de verbo supra dicto, unde arguebatur, hoc modo iurans, quod pro[a] nullo contemptu[b] regis hoc verbum locutus fuerit. Aliud etiam sacramentum fecit, quia rex eum suspectum habuit, quod ad regem Anglie ierat[21]; que tamen suspicio propter Heinricum ducem fuerat, quia[c] tunc temporis in Anglia exulabat. Preterea trecentas marcas[d] ei composuit, sicque[e] discessit. Ex illo autem tempore a familiaritate se imperatoris et filii eius elongabat, plurimum dolens, quod tanta devotione imperio servierat. Et cepit Coloniam vallo maximo et turribus munire. Unde imperator eum suspectum habebat quasi aliquid novi molientem.

13.[f] *De morte Sifridi et successione*[g] *Harthvici*[h]. Post dies illos mortuus est Syfridus[i] archiepiscopus Bremensis[22]. Cui successit domnus Harthwigus[k] canonicus eiusdem ecclesie[23]. Qui primo quidem strennue[l] agens, multa predia, que a quibusdam predecessoribus[m] suis[n] negligenter inbeneficiata fuerant[o], non sine[p] labore recepit. Cometiam etiam Thietmarcie[q], quam Adolphus comes vi obtinuerat, instanter requisivit[24]. Qui animadvertens in hac possessione causam suam non satis iustam, eandem quidem cometiam resignavit, sed ab episcopo[r] ducentos modios avene Stadensis[s] mensure in beneficio stabili accepit. Hac serie temporum dux Heinricus, transactis diebus peregrinationis sue, reversus est in terram patrum suorum[25], et sedit in Bruneswich, contentus patrimonio suo[26], quod tamen[t] ex magna

1185. Ian. 25.

a) mandat *Ed.* b) quod *Ed.* c) expirasse 1*. *Ed.* d) tum 1*. e) internuncii 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) stare *deest* 7. g) cum apostolico *desunt* 3; lucio *m. rec. in margine* 8. h) fridericus primus hinrico sexto *m. rec. in margine* 8. i) quia non pl. se habebat 1*. k) occasionibus *omisit* 7. l) non *deest* 7. m) XI. *Ed.* n) archiepiscopi *addit* 5. o) phylippus 3. p) Colonoiensis 1*. q) Dustburch 1*; dustburg 3. 5. 8; dusteburg 7; Dusburg 7*; Ausburg *Ed.* r) servarent *Ed.* s) hinricus *m. rec. in margine* 8. t) haec 1*. u) sunt *omisere* 7. 8. v) perfecit *Ed.* w) precipiens *deest* 8. x) pr. sub ob(p)tentu 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) moguntiam 7. *Ed.* z) clanculum *Ed.* *) respondit 1*. a) pro *deest* 5. b) contemtu 1*. *Ed.* c) qui 5. 7. *Ed.* d) marcas *omisit* 7. e) quoque *ut fere semper* 1*. f) XII. *Ed.* g) successore 5. h) hartwici 5. 7. 8; harwici 3. i) siffridus 7; sifridus *cett. codd. Ed.* k) hartwicus 5. 7. 8; harwicus 3. l) streanuo 3. m) prodecessoribus 5. n) suis *deest Ed.* o) fuerunt 1*. p) sine *deest* 8. q) thetmarcie 3. 5. 7; thetmarsie 8; Thetmarchiae *Ed.* r) ipso 1*. s) stadiensis 1*. t) tum 1*.

17) occasio h. e. praetextus. 18) Eandem papae vocem referunt Ann. Col. max. a. 1185: *non esse conveniens duos imperatores preesse Romano imperio.* 19) Duisburg, civitas regia. 20) Haec curia a. 1185 ineunte celebrata esse videtur. 21) V. Matthaeum Paris, Rogerum de Hoveden a. 1184. 22) Obiit a. 1184. Oct. 24. 23) Electus est 1185. Ian. 25, regalia accepit Febr. 22. 24) V. supra c. 1 fin. 25) a. 1185 m. Octob. v. Ann. Weingart. T. VII. 26) Cf. A. Colon. max. p. 791 verba similia: *Peractis exulationis suae annis de Anglia redit, proprio tantum contentus patrimonio.*

parte a multis violenter occupatum fuerat[a]. Imperator vero verbis bonis et consolatoriis per litteras suas frequenter ei spem bonam faciebat, quam tamen variis impeditus casibus ad effectum[b] non perducebat. Nam quicquid adversitatis ei illis in temporibus accidisset, sive ab apostolico, sive ab archiepiscopo Colonie[c] Philippo, vel a rege Danorum Kanuto, qui filiam ducis habebat, ducem Heinricum, quasi per eum vel propter eum factum fuisset, suspectum tenebat[d], ideoque[e] segnius cause ipsius intendebat[f]. In ipso autem reditu suo dux audiens domnum Harthvigum[g] ad apicem Bremensis ecclesie sublimatum, letatus est valde. Et quia quandoque eum familiarem habuerat, dum succedentibus prosperis notarius in curia ipsius fuerat, per quem etiam canoniam[h] Bremensem obtinuerat, rogavit eum, ut ad colloquium singulare sibi occurreret in loco[i] qui sibi complacuisset. Qui minime acquiescens nec videre nec salutare dignatus est eum, non adversitatis sed prosperitatis amicus, nec de singulari[k] amicitia, sed de vulgari, quia:

*Vulgus amicitias utilitate probat*[l. 27].

14.[m] *De electione domni Thiderici*[n] *episcopi*[o]. Inter hec autem vacabat sedes Lubicane ecclesie, quia imperator in Italia[p] positus erat, ut supra[q] dictum est[28]. Sed archiepiscopus videns canonicos eiusdem sedis[r] circa electionem episcopi segnius agere, ipse se huic ordinationi inseruit, et canonicos omnes per litteras in Hammenburch[s] in epiphania[t] 1186. Domini citavit, cum eis super eodem negotio colloquium habiturus. Ian. 6. Qui cum in Stadio positus esset, propter glacies hiemales fluvium transire non poterat, sicque[u] cassato itinere canonici ad loca sua reversi sunt. Postea ante purificationem beate Marie venit archi- Febr. 2. episcopus Lubeke[v] et invenit eos discordantes[w] in electione. Siquidem maior pars convenerat in abbatem Herseveldensem[29], fratrem ipsius archiepiscopi, pars vero altera in prepositum eiusdem ecclesie, David nomine. Cumque neutra pars prevalere potuisset, pari[x] voto et unanimi consensu convenerunt in personam domni Thiderici[y], qui prepositus erat in Sigeberge[z] et in[*] Kevena, virum iustum, mansuetum et pium. Qui cum absens esset, et a canonicis de electione ipsi intimatum fuisset, cepit[a] omnimodis[b] refragari[c], indignissimum iudicans, apicem tante dignitatis suscipere, plus oneris quam honoris sibi impositum fuisse proclamans. Nec sine lacrimis[d] hec affirmabat, in veritate se humilians, iuxta illud: *Non sum propheta, nec filius prophete*[30]. Cum autem ad hortationem ipsius archiepiscopi et comitis Adolphi assensum[e] dedisset, ne temere aliquid aggredi[f] videretur, mansit in prepositura sua Kevena toto anno illo, donec circa hiemem revertente imperatore de Italia occurreret ei cum archiepiscopo in Gellinhusen[g. 31]. Ubi accepta pontificali investitura de manu ipsius, reversus est cum archiepiscopo Bremam, sicque in dominica *Memento nostri* Dec. 21. *Domine*[h. 32] unctus oleo sanctificationis consecratus est per manus ipsius et pontificatus infula decoratus. Inde ab[i] Adolpho comite honorifice deductus, priori die ante vigiliam nativitatis Dec. 23. Domini[k] venit Lubeke[l]. Ubi cum iocundissime susciperetur a clero et omni populo cum hymnis[m] et laudibus Dei, ipse cum Domino se[n] humilians, qui se ipsum[o] exinanivit, non in[p] equo falerato, sed in asello sibi obviam venientibus occurrit. Sic iste discalciatus[q] nudis pedibus tam solleinpniter sibi occurrentibus[r] obvius ivit. Confirmatus igitur[s] in sede pontificali[t], humilitatis viam non deseruit, omnibus vero[u] se mitem et affabilem exhibuit. Per

a) erat 1*. b) affectum *Ed.* c) coloniensi *Ed.* d) tenuit 1*. e) ideo 5. f) intendit 1*. g) hartwigum 3. 5. 7. 8; Hartuicum *Ed.* h) canonicam 1*. 3. 7. 8; canonicatum *Ed.* i) luco 1*. k) sing. eius 8. l) *m. rec.* 8 *versui signo praefixo adscripsit* versus 6. m) XIII. *Ed.* n) theoderici 5. 7. 8. o) ep. ecclesie lubicane 5; Item de eodem 3. p) Ytalia *semper* 3. 7. q) supra *deest* 5. r) ecclesie 8. *Ed.* s) hamburg 7; hammemburg 3. 5. 8. t) epyphania 3. 8. u) quoque 1*. v) Lubecae 1*. w) discordes 5. x) paro 3. y) theoderici 5. 8; teodericі 3; Theodorici 7. *Ed.* z) sygeberge 3. *) in *deest Ed.* a) accepit 8. *Ed.* b) admodum *Ed.* c) refragrari 3. d) lacrymis 1*. e) ascensum 3. f) agredi 1*. g) gillinhusen 3; gillenhusen 7. 8. *Ed.*; hillenhusen 5. h) *ita* 1* *et* 2; gaudete in domino 3. 5. 7. 8. *Ed. emendarunt, haud concedentes duobus diebus et dimidio expeditos homines Brema Lubecam pervenire posse.* i) a 5. k) domini *deest* 1*. l) Lubecam 1*. *Ed.* m) ymnis 8. n) ipse se c. D. 1*. o) semet ipsum 3. 5. p) in *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* q) discalceatus *Ed.* r) occurrentibus 3. 8. *Ed.* s) ergo 1*. t) pontificiali 1*; episcopali *Ed.* u) quoque 8.

27) Ovidii Epist. ex Ponto l. II, 3. v. 8. 28) V. supra c. 11. 29) Segebodonem, v. stemma genealogicum Ann. Stad. additum, Tom. XVI, p. 374. Hersefeld, hodie Harsefeld in ducatu Bremensi. 30) Amos 7, 14. 31) In privilegio civibus Bremensibus dato a Friderico imperatore d. Gelnhausen Nov. 28. a. 1186. (Hamb. Urkundenb. I, n. 272.) Hartwicum archiepiscopum et Thidericum electum Lubicensem inter testes invenies. 32) *Memento nostri Domine* dies adventus dominica 4. h. a. Dec. 21; *Gaudete in domino* dies adventus dominica 3. h. a. Dec. 14.

viscera quoque[a] misericordie pietatis erat operibus deditus castus, sobrius, pudicus, ita verus religionis cultor, ut tam Deo quam hominibus complaceret.

15.[b] *De nuptiis regis*[c]. Cum hec agerentur, rex imperatoris filius in Italia duxit[d] 1186. Ian. 27. uxorem[32] amitam Wilhelmi Siculi, celebravitque[e] nuptias in confinio Papyensium[f] et Mantuanorum. Quas cum iuxta regalem magnificentiam magnifice exhibere voluisset, omnes nobiliores non solum de[g] Italia, verum etiam de Teutonicis partibus adesse rogavit. Inter quos Philippum Coloniensem archiepiscopum omni studio multis[h] supplicationibus, omni controversia remota, precipue venire flagitavit. Cumque archiepiscopus[i] cum multo comitatu iter arripuisset, insecutus est eum cum summa celeritate nuncius archiepiscopi domni Conradi Moguntini[k], omnino dissuadens hoc iter, dicens, eum de eodem convivio Coloniam[l] nunquam reversurum. Qui timens sibi iuxta verbum[m] eius, simulata infirmitate excusatum se[n] haberi rogavit a nuptiis illis[o]. Unde magis suspectus habitus est a rege et servis eius.

16.[p] *De lantgravio et matre regis*[q]. Circa dies illos Lothewigus[r] lantgravius[s] de Thuringia, filius sororis[33] imperatoris, repudiata uxore, quam prius habebat[34], opponens[t] ei titulum[u] consanguinitatis, uxorem duxit matrem Kanuti regis Danorum[35]. Que dum[v] cum multo thesauro et suppellectili egressa fuisset de terra sua, occurrit ei lantgravius ad Egdoram fluvium, et suscipiens eam de manu regis et episcoporum eius, ibat per viam suam gaudens. Comes autem Adolphus honestissime eam[w] per terram suam ducens, abundantissime[x] ei hospitalitatis necessaria ministravit[y], tum pro regis honore, tum pro ipsius lantgravii familiaritate.

17.[z] *De discordia inter domnum Urbanum papam*[*] *et imperatorem.* Inter hec autem[a] defuncto papa Lucio[36], domnus Urbanus in sedem apostolicam sublimatus est[b]. Cumque inter ipsum et domnum imperatorem colloquia celebrarentur pro negotiis supra memoratis[37], que adhuc minime determinata fuerant, domnus papa, ut zelator iustitie, pro defensione sancte Romane ecclesie constanter agebat, nec terreni imperii metuens principatum, que sui iuris erant intrepidus requirebat. Arguebat sane imperatorem de patrimonio domne Mechtildis[c], de quo supra mentio facta est, quod ab ipso iniuste occupatum dicebat. Affirmabat etiam, quod episcoporum exuvias iniuste acciperet, que dum ipsis mortuis de ecclesiis rapiuntur[d], ecclesie quasi corrose et exspoliate[e] ab episcopis subintrantibus inveniuntur, ita ut[f] necessitate quadam raptores iniusti[g] inveniantur, dum ablatis stipendiis, que confiscata fuerant, de novo resarcire cogantur. Tertium etiam contra eum proponebat capitulum[h], quod abbatissarum congregationes plurimas in dispersionem dedisset, dum propter enormitatem ipsarum sub emendationis occasione[38], stipendiis sibi usurpatis, personas quidem removisset, nec alias ad honorem Dei vel ecclesie augmentum sub meliori[i] professione[k] restituisset. Hec autem imperator[l], etsi non libenter, patienter tamen audiebat, quia de consecratione filii[m] instanter agebat. Ad quod opus domnus apostolicus se omnino difficilem reddebat. Dicebat enim, ut a suo predecessore instructus erat, quod minime imperatoris filium imperialibus insigniret, nisi ea pater prius[n] deposuisset[o]. Inter hec[p] autem Volcmarus[q] electus Treverensis, de quo superius dictum est, contra voluntatem Iun. 1 imperatoris per manus domni pape ad summum sacerdotium meruit promoveri. Imperator hoc audiens, iratus est nimis, et ex illa die manifestissime inimicitie inter ipsum et domnum apostolicum exorte sunt. Et facta est in ecclesia Dei perturbatio non modica. Quia dum inter se discordarent cardines orbis, facta est confusio elementorum, prelatorum videlicet, hinc inde placere volentium.

a) uero 5. b) XIIII. *Ed.* c) filii imperatoris *addit* 5. d) ducit *Ed.* e) quoque 1'. f) papiensium 5. *Ed.* g) in 1'. h) que *addit* 5. i) episcopus 1'. k) mogontini 3. l) colonie 1'. m) commonitionem *Ed.* n) se *deest* 5. o) suis 5. 7. 8. *Ed.* p) XV. *Ed.* *Hoc caput in cod. 5. post cap. XVII. exstat, capitis utriusque inscriptionibus commutatis ideoque suum locum obtinentibus.* q) de nuptiis lodewici lantgravii 3. 5. 7. 8. r) lodewigus 3; lodewicus 5. 7. 8. s) langrauius 8. t) proponens 1'. u) tytulum 3. v) dum *omiserunt* 8. *Ed.* w) eam *omisit* 5. x) habundantissime 3. 7. y) mynistrauit 3. z) XVI. *Ed.* *) papam *deest* 5. a) autem *omisit* 3. b) vrbanus 3us 1184 coronatur *m. rec. in margine* 8. c) mecthildis 3. d) rapiantur *Ed.* e) expoliatae 1'. *Ed.* f) ut ex 3. 5. 7. 8. *Ed.* g) iniuste 3. h) articulum *Ed.* i) meliore *Ed.* k) professio 3. l) fridericus primus *m. rec. in margine* 8. m) hinrici 6ti *m. rec. in margine* 8. n) primum *Ed.* o) disposuisset prius 1'. p) hec *deest* 3. q) Volmarus *ut supra* 1'.

32) Constantiam, Rogerii II. filiam, Wilhelmi I. sororem. Factae sunt nuptiae a. 1186. Ian. 27. Mediolani. 33) Iudith, quae Ludowico Ferreo de Thuringia nupserat. 34) Margareta, comitissa de Cleve. 35) Sophiam, viduam Waldemari I. 36) Obiit a. 1185. Nov. 25. 37) V. supra c. 11. 38) *occasione* ut saepius pro *praetextu*.

Filius vero imperatoris perturbationis huius causa non parva exstitit. Nam sub ipso tempore in Longobardia positus episcopum quendam ad se accersiri iussit, cui et[a] dixit: *Dic, clerice, a quo investituram pontificalem suscepisti?* Qui ait[b]: *A domno papa.* Cui rursum rex: *Dic*, ait[c], *a quo investituram pontificalem suscepisti?* Et ille: *A domno papa*[d]. Cumque tertio eisdem verbis[e] eum requisisset, dixit episcopus: *Domne, nichil de regalibus possideo, nec ministeriales nec curtes regias habeo, idcirco de manu*[f] *domni pape parrochiam, cui presum, teneo*[g]. Tunc indignatus rex precepit servis suis, ut pugnis eum cederent et in luto eum platearum conculcarent. Quod factum omnibus displicuit, quia post Decium nil[h] tale de regibus auditum fuit.

Apostolicus tamen insistens imperatorem de tribus superioribus capitulis instanter arguebat, id est de patrimonio domne Mechtildis[i], de episcoporum exuviis et de abbatissarum stipendiis, ita ut manifeste eum citaret et excommunicationis maledictum ei intentaret. Cui precipue favebat Philippus archiepiscopus[k] Coloniensis, dolens[l], quod post mortem episcoporum omnia mobilia in fiscum[m] redigerentur. Ad hec acclamabat Conradus Moguntinus[n], Volcmarus[o] archiepiscopus Treverensis, quibus consentiebant episcopi duodecim, inter quos precipuus erat Bertoldus Metensis, qui etiam Volcmarum post consecrationem de[p] apostolico venientem non solum in sua diocesi[q], verum etiam extra suos terminos ei occursans honestissime suscepit[39]. Unde graviter animum imperatoris exacerbavit, quod recordatus non fuisset, que sibi fecisset bona. Denique dum idem Bertoldus ad[r] sedem Bremensem electus ab Alexandro[s] papa fuisset depositus, ut in priori libello invenitur[40], venit ad domnum imperatorem pauper et exul. Quem miseratus imperator benigne suscepit, ita ut venienti de sede sua occursans per manum deduceret et in latere suo collocaret, sicque[t] honeste et large habitum a conspectu[u] suo[v] fecit nunquam discedere[w], donec opportuno tempore certa eum et honesta sede locaret. Quod et factum est. Nam dum postea vacaret sedes Metensis, cum summo honore ipsum[x] in ea sublimavit[41]. Cum igitur[y] videret eum imperator ingratum tantorum beneficiorum et cito[z] in adversam partem mutatum, per suos eum de sede sua disturbavit[*]. Qui fugiens ad Philippum Coloniensem se contulit, qui ei prebendam Colonie ad Sanctos Apostolos deputavit[42]. Sicque sedes illa nec ipso nec alio presidente, diebus multis vacavit. Similiter etiam metropolis Treverensis errore[a] infinito turbata erat, quia[b] Rotholphus[c], quem imperator creaverat, per ipsum temporalibus uti videbatur; Volcmarus[o] vero, quem apostolicus propter canonicam electionem consecraverat, nec in spiritalibus nec in temporalibus prevalebat.

18.[d] *De imperatore et Coloniense*[e]. Imperator[f] igitur[g] reversus de Longobardia[43], et considerans obstinatum erga se animum domni pape, clausit omnes vias Alpium et omnium circumquaque regionum, ut nemo pro quolibet negotio adire posset sedem apostolicam. Deinde convocans Philippum[h] Coloniensem[44], cepit secum conferre de inportunitate domni pape, intelligens etiam ipsum fungi vice ipsius in causis[i] decidendis; propterea magis animum ipsius explorare cupiebat, vel qualiter de eo sibi sentiendum esset scire volebat. Apostolicus etenim[k] ipsi legationem Romane ecclesie sive etiam primatum de suis suffraganeis dederat, ut, quia imperator ut dictum est[l] vias Alpium conclusisset, ipse vice apostolici singulorum causas discuteret, ne propterea magis ab ecclesia Dei iustitia deficeret. Exponente ergo imperatore inportunitates[m] domni apostolici[n] et querente ab archiepiscopo, quam fiduciam de ipso esset habiturus, ille[o] respondit: *Domne, non est necesse, ut aliquid*

a) etiam *Ed.* b) et ille *Ed.* c) ayt 8. d) Cui r. rex — papa *omisit* R. e) verbis *deest* 5. f) manibus 8. *Ed.* g) habeo 5. h) nihil *Ed.* i) mecthildis 3. k) phylippus archyep. *semper* 3. l) plurimum dolens 3. 5. 7. 8. *Ed.* m) fyscum 3. n) mogontinus 3. o) Volmarus *ut supra* 1*; Volkmarus 7. p) ab *Ed.* q) diocoesi 1*; dyocesi 3. 7. r) in 5. s) allexandro 5. t) sic quoque 1*. u) conspecto 7. v) suo *deest Ed.* w) decedere 1*. x) ipsum *deest* 1*. y) ergo 1*. z) subito 3. 5. 7. 8. *Ed.* *) disturbat *Ed.* a) terrore 5. b) qui 3. c) rodolfus 5. 8; rudolfus 7. d) XVII. *Ed.* e) archiepiscopo col. 5. f) imperator *deest* 8. *Ed.* g) itaque 7; ergo 1*. h) phylippum 3. i) in causis *desunt* 7. k) enim *Ed.* l) est *deest* 8. *Ed.* m) importunitatem *Ed.* n) papae 1*. o) ipse 8. *Ed.*

39) Cf. Ann. Col. max. 1187 p. 792: *Bertramnus — eundem Wolfmarum hospitio suscepit.* 40) V. s. l. II. c. 9. 41) sub nomine Bertrammi. 42) Electus est a. 1187; confer Ann. Colon. max. p. 792: *Coloniae aput S. Gereonem, ubi etiam canonicus ante fuit, privatus vixit.* 43) a. 1186. mense Augusto. 44) Hoc colloquium omnino factum esse dubium; cf. Ann. Col., Marbac., Magdeb., narrantes Philippum se a. 1186 et 1187 praesentiae imperatoris usque ad annum 1188 ineuntem detractasse.

*de me dubitationis habeatis, me enim semper pro iustitia velle stare sciatis. Sepius etenim*[a] *probastis cor meum vobiscum, unde etiam vobis constet*[b]*, semper in me fiducialiter agendum. Verumptamen*[c] *ut omnium episcoporum ore loquar, si paululum*[d] *mitius nobiscum agere velletis et per libertatem imperialem levigare onus nobis impositum*[e]*, tanto devotiores quanto expeditiores in omnibus ad omnia vobis essemus. Nunc autem videtur nobis, quod quibusdam impensis*[f]*, etsi non iniuste, indecenter tamen gravati simus*[g]*. Unde*[h] *etiam videtur domno apostolico, quod iustam contra vos*[i] *causam proponat, quod mortuis episcopis confiscantur ecclesie, ita ut ablatis omnibus mobilibus et stipendiis*[k] *presentis anni, episcopus subintrans omnia exinanita*[l] *et evacuata inveniat. Si ergo iustitie obtentu et nostri servitii intuitu per imperialem clementiam super hoc nobis peperceritis, mediatores iustitie inter vos et*[m] *domnum papam humiliter erimus, sin autem, a veritatis tramite*[n] *recedere nequaquam poterimus.* Ad hec imperator ita respondit: *In veritate compertum habemus, quod predecessores nostri, antiqui*[o] *imperatores, hoc iuris habuerunt, ut defunctis episcopis investituras pontificales*[p] *sine alicuius preiudicio*[q] *probatis personis liberrime locaverunt*[r]*. Sed quia hoc ipsorum*[s] *voluntate mutatum invenimus, ratum habemus. Hanc vero minimam scintillam iuris nostri, quam invenimus*[t]*, nequaquam mutari permittimus. Sufficiat vobis iustitia vestra, quam invenistis, quod permittitur vobis electio episcoporum, quam vos canonice fieri dicitis. Sciatis tamen, quia dum pro voluntate imperatorum*[u] *ista dispensarentur, plures iusti inventi sunt sacerdotes quam hoc tempore, dum per electionem intronizantur. Ipsi enim secundum vite meritum sacerdotes investiebant. nunc autem per electionem, non secundum Deum*[v]*, sed secundum favorem eliguntur.* His dictis imperator[w] animum archiepiscopi[x] cum apostolico sentire intellexit, cui et[y] dixit: *Quandoquidem audio, vos mecum non sentire, nolo ut ad curiam, que in Geilenhusen*[z] *celebranda est, veniatis, ubi episcoporum erit conventus.* Cui archiepiscopus respondit: *Fiat iuxta placitum vestrum.*

19.* *De subscriptione episcoporum*[a]. Exinde ergo imperator curiam generalem edixit
1186. Nov. 28. in Geilenhusen[45], ubi convenit multitudo episcoporum et principum. Et procedens in concionem, sic omnibus locutus est: *Rogamus vos summos sacerdotes et episcopos et principes, quorum corda iustitia possidet, ut animadvertatis que dico. Compertum forte habetis, quantis adversitatibus impetar a domno papa; in quo autem gratiam ipsius demeruerim*[b]*, ignoro. Unum mihi constat, quod nunquam animum eius exacerbare studui, nec aliquando contra eius preceptum vel voluntatem aliquid feci. Nihil etiam ab ipso contra ius indecenter exegi. In quibus autem ipse me arguere habuit, non irascendo vel contradicendo, sed obediendo et rationem reddendo decenter ad omnia respondi*[c]*. Et quoniam in omnibus hiis innocentia mea mecum est, idcirco non conturbor, sed si placuerit domno pape me filium habere*[d] *dilectum et subiectum, ego eum pro honore et reverentia sancte apostolice sedis patrem habebo*[e] *dilectum et reverendum. Si autem ad deiectionem mei*[f]*, non dico iniuste, sed inepte aliqua molitus fuerit, spero quod divina favente clementia, vestro simul*[g] *etiam adiutus consilio et auxilio, intrepidus ei ad omnia respondeam. Hec*[h] *pro parte mea dixerim; pro parte autem vestra, quid sit faciendum diligenter pensandum est. Dicit enim domnus papa, iniustum esse, aliquam*[i] *laicam*[k] *personam decimas possidere, quas manifeste Dominus iis qui altario*[l] *deserviunt deputaverit, quod sicut de scripturis habet auctoritatem*[m]*, ita eadem auctoritate*[m] *evacuare contendit. Scimus autem decimas et oblationes a Deo sacerdotibus et levitis primitus deputatas. Sed cum tempore christianitatis ab adversariis infestarentur ecclesie, easdem decimas prepotentes et nobiles viri ab ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores ecclesiarum fierent, que per se sua*[n] *obtinere non valerent. Affirmat etiam iniustum esse, quod*

a) enim 5. *Ed.* b) constat 5. 7. 8. *Ed.* c) veruntamen 1*. *Ed.* d) paulo *Ed.* e) inpositum 8. f) pensis 3. 5. 7. 8. *Ed.* g) sumus 3. 5. 7. 8. h) unam 1*. i) nos 3. k) stypendiis 3. l) exinnanita 3. m) et *deest* 3. n) ita 1*. 3; vix *alii cod. et Ed.* o) atiqui 3. p) investituram pontificalem *Ed.* q) sine aliquo pr. alicuius 5. r) locaverint *emend. Ed.* s) imperatorum 1*. t) ratum — inuenimus ‖ *oculo librarii aberrante omisit* 3. u) imperatoris 8. *Ed.* v) dominum 1*. w) imperator *omisit* 5. x) episcopi 1* *saepius.* y) et *deest* 8. *Ed.* z) geylenhusen 3. *) XVIII. *Ed.* a) de scriptione epistole 5; De eodem 3. b) diminuerim *Ed.* c) respondendi *oculo librarii aberrante* 3. d) habere *m. rec. in* 3 *postmodum adiecit.* e) habeo 8. *Ed.* f) meam *Ed.* g) similiter *Ed.* h) nec 1*. i) aliquam *deest* 5. 7; aliqua 8. k) laycam 3. l) altari 5. *Ed.* m) autoritatem — autoritate 1*. n) sua *deest* R.

45) Haec curia mense Novembri a. 1186 celebrata est. Cf. Scheffer-Boichorst, Kaiser Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie. Berlin 1866. p. 114 sq.

*aliquis in prediis*[a] *seu hominibus ecclesiarum advocatiam sibi usurpet, ut*[b] *sicut ecclesie de libera voluntate seu*[c] *donatione imperatorum vel*[d] *principum fundate sunt, ita res ecclesiarum*[e] *a prelatis tantum libere dispensentur. Et quamvis hec pro prelatis esse videantur, non tamen credo, quod ista*[f] *facile mutari possint, que ex longa antiquitate usus in consuetudinem vertit, immo*[g] *ipsa consuetudo a progenie in progenies*[h] *descendens quasi iusta traditione roboravit. Hec de parte vestra dicta sufficiant. Quero autem de*[i] *vobis, rectores ecclesiarum, quid inter ista michi de vobis sentiendum sit, quid timendum, quidve vel quantum de vestra fidelitate presumendum. Sed quia a Domino iubemini*[k] *reddere que sunt Dei Deo, et que sunt cesaris cesari*[46]*, sic rogo, domno pape in vice Christi debitam persolvatis obedientiam, ut in parte altera a Deo constitutam non negligatis iustitiam.*

Ad hec verba surgens domnus Conradus Moguntinus[l] accepta opportunitate[m] sic locutus est: *Domne*[n]*, rogamus serenitatem vestram, ut paululum verba nostra attendatis*[o]*. Casus iste, in quo laborare videmur, gravis est,*

*Nec nostrum inter vos tantas componere lites.*[47]

*Quia sicut paulo superius dixistis, ex una parte tenemur reddere*[p] *que sunt Dei Deo, ex altera*[q] *que sunt cesaris cesari. Domno etenim*[r] *pape ut patri spiritali, qui super omnes est, iustum est ad omnia promptissime obedire, vobis autem, quem Deus principem et imperatorem Romani orbis*[s] *exaltavit, cui hominium fecimus, a quo et temporalia possidemus, ad exsequendas*[t] *omnes iustitias vestras*[u] *iure tenemur assistere. Nunc ergo sine preiudicio melioris consilii, si placet, scribantur littere domno*[v] *pape ex persona episcoporum, in quibus commoneatur*[w]*, ut ea que ad pacem sunt vobiscum sentiat et iustitiam vobis in his que iuste*[x] *ab eo exiguntur faciat.*

Placuit imperatori et omnibus episcopis quod dixerat. Et ad voluntatem imperatoris scripta est epistola, signata bullis omnium episcoporum et perlata ad domnum papam. Qui cum legisset epistolam obstupuit de immutatione episcoporum, quia[y] ipse causam pro eis videbatur sumpsisse, ipsi vero de causa cecidisse. Nec minus tamen[z] in proposito suo perstitit, et veniens Veronam, imperatorem legitime citatum pro capitulis suprascriptis excommunicare decrevit. Ad quem accedentes Veronenses dixerunt: *Pater, servi et amici domni*[*] *imperatoris sumus, rogamus sanctitatem vestram, ut eum in civitate nostra nobis presentibus non excommunicetis, sed hanc sententiam respectu nostri servitii in presenti*[a] *differatis.* Qui faciens iuxta petitionem eorum, discessit, et cum in proximo eum excommunicare 1187. Oct. 20.
vellet, morte preventus[48] sententiam distulit, sicque imperator maledictionis iaculum evasit.

20.[b] *De edificatione castelli et de privilegio civium*[c]. Hac serie dierum Adolfus comes cepit reedificare castrum ad ostium Travene[49], quod a Sclavis exustum fuerat, quando imperator civitatem Lubeke obsederat[50]. Locum tamen in edificando[d] mutavit[e], quia, cum prius in aqua ipsum castellum situm fuisset, ipse super litus maris in ipso introitu Travene illud fundavit, ut tanto facilius pirate intrantes inde obrui potuissent[f]. Porro cives civitatis ex eodem opere valde commoti fuerant[g], quia comes ab eis theloneum[h] expetebat, quem illi ei[i] unanimiter negabant. Unde grandis[k] inter eos controversia orta est. Dicebat enim comes, thelonium[k] sui iuris esse, quia tempore ducis Heinrici illic non sine theloneo transierant. Illi autem affirmabant, non hoc de iure factum, sed propter petitionem ipsius ducis ad castelli sustentationem ad tempus esse permissum. Ob hanc[l] igitur contradictionem quicquid commoditatis in suis terminis cives ante videbantur habere in fluviis, in pascuis, in silvis, comes omnino abstulit. Preterea etiam quosdam ex eis in civitatibus suis[m] Thodeslo et Hammenburch[n] negotiantes prepediendo detinuit et bona eorum quasi pro thelonei pignore sibi usurpavit. Cumque hoc sepius apud[o] imperatorem conquesti fuissent[p], et ipse

a) preliis 3. b) aut 8. *Ed.* c) sive 8. *Ed.* d) seu 5. 8. *Ed.* e) ecclesiasticae *Ed.* f) ita *Ed.* g) ymmo 8. h) progeniem *Ed.* i) a 8. *Ed.* k) iubemur 3. l) mogontinus *fere semper* 3. 8. m) oportunitate 1*. n) domine 8. *Ed.* o) audiatis 1*; aduertatis p) tendere 3. q) altera parte 5. 8. *Ed.* r) enim *Ed.* s) urbis 3. t) assequendas *Ed.* u) nostras 1*. v) scribatur domino *Ed.* w) commoneantur 3. x) iniuste 1*. y) qui 1*. z) tamen *deest* 5. *) domni *deest* 7 a) in presenti *desunt* 8. b) XIX. *Ed.* c) de reedificatione c. a. de pr. civ. lubicensium 5; Item de eodem 3. d) in *deest* 1*; in reedificando 5. e) mutaverat 1*. f) posseiit *Ed.* g) erant 1*. h) theolonium *ut supra* 8. i) quod illico *Ed.* k) Unde grandis || *hic incipit fasciculus* G *apogr. Hafniensis* 1*. l) hac 3. m) suis *deest* 7. n) hamenburch 1*; hammemburg 3. 8. *Ed.*; hameburg 5; Hamburg 7. o) aput 7. p) fuerant 5. 7. 8.

46) Ev. Marc. 12, 17. 47) Vergilii Eclog. II, v. 108. 48) Obiit a. 1187. Oct. 20. 49) Travemünde. 50) V. supra l. II, c. 21.

frequenter suos ad pacem inter eos reformandam delegasset, nichil in sua causa profecerunt[a]. Tandem mediante imperatore de theloneo hoc pacto liberi facti sunt, ut trecentas marcas argenti comiti darent et comes iuri suo de theloneo requirendo abrenunciaret; similiter pro pascuis ducentas marcas[b] argenti[c] persolverent, et sic a mari[d] usque Thodeslo libere fruerentur fluviis, pascuis[e], silvis, exceptis his que ad stipendia monachorum in Reynevelde[f], duce[g] Bernardo resignante et imperatore conferente, deputata fuerant[51]. Super his autem privilegiati sunt ab imperatore, ut hec in processu temporum a nullo hominum temerarie possint mutari[52].

21.[h] *De restitutione sororis regis et reditu matris.* Eo autem tempore misit imperator ad Kanutum regem legatos honoratos pro pecunia, quam pater illius Waldemarus cum filia sua[i] ipsius filio socianda pollicitus fuerat, quam[k] etiam idem Kanutus partim persolverat[53]. Qui propter occasiones supra dictas, que inter imperatorem et ipsum versabantur, pecuniam persolvere timuit[l]. Imperator vero non propter repudii occasionem sed propter pactionis immutationem regi sororem suam intactam cum tali apparatu, quo eam receperat[m], restituit[54]. Quod Kanutus graviter accipiens, manifestas ex illa die inimicitias contra imperatorem exercere cepit, ita ut omnem terram[n] Wagirorum, Holtsatorum[o], Sturmariorum[p], Polaborum usque ad Albiam sui iuris esse diceret et eam per Sclavos, quos sibi astrinxerat[q], frequenter vastaret. Mater etiam eius a Lothewico[r] lantgravio repudiata et ad terram nativitatis sue[s] sine honore reversa conquesta est, in multis se a marito iniuriatam[55]. Unde[t] etiam magis instimulatus, iustam se causam contra Teutonicos habere arbitratus est.

22.[u] *De expeditione archiepiscopi*[v]. In diebus illis Harthwigus[w] archiepiscopus Bremensis, contracto sive[x] conducto exercitu, cum manu valida intravit Thietmarciam[y], et eos qui sibi contradicebant ad deditionem coegit. Illi autem pro sua liberatione pecuniam infinitam promiserunt, sicque[z] episcopus cum magna iactantia ad sua reversus est, credens, se in omnibus prospere egisse. Sed ex eodem casu materies non dico confusionis sed humiliationis in eadem ecclesia exorta est. Nam cum Adolfus comes de Scowenburg[*] et comes de Aldenburg et alii[a] nobiles stipendium[b] militie, quod eis archiepiscopus promiserat[c], requirerent, ille tam ea que illis[d] promiserat, quam alia multa inutiliter ab eo consumpta reddere non valens, necessitate compulsus, ministerialium reditus[e] episcopales per triennium abiuravit[f], ut infra tempus illud omnia ex integro solverentur. Episcopus vero ex hiis que de cathedratico[56] vel ecclesiarum consecrationibus consequi poterat sustentabatur. Thietmarci[g] autem pecuniam, quam polliciti fuerant, persolvere non valentes, ad Waldemarum Sleswicensem episcopum se contulerunt. Qui[h] erat filius Kanuti regis, qui a Suenone[i] una cum Waldemaro invitatus ad convivium, inter epulas insidiose occisus est[57], vir dives valde, non solum de stipendiis[k] episcopalibus, sed de latissimo patris quod sibi remanserat patrimonio. Sicque datis obsidibus, ex illa die additi sunt regno Danorum, servieruntque sancto Petro in Sleswich[l], ut[m] servierant in Brema. Demembrataque[n] est ecclesia Bremensis per negligentiam Hartwici[o], qui propter suam[p] segnitiem oves perditas requirere non valebat.

## LIBER QUARTUS.

1.[q] *Querimonia[r] de excidio ecclesie et[s] maxime Ierusolimitane*[t]. Inter hec autem fluunt

a) perfecerunt 1*. b) marchas 1*. c) argenti *deest* 5. 8. *Ed.* d) persolverunt ut a mari *Ed.* e) paschuis 7; et pascuis 1*. f) reynenuelde 7; reineuelde 8. *Ed.* g) duci R. h) XX. *Ed.* i) sua *deest* 3. k) quin 1*. l) renuit *Suhm hist. af Danmark T. VIII, p.* 148 *scribendum putavit; Kornerus ad a.* 1186 persolvere recusavit. m) acceperat *Ed.* n) omnes in terra R. o) holzatorum 7; holtzatorum 8. p) et *addunt* 5. 8. *Ed* q) obstrinxerat *Ed.* r) luthewigo 1*; lodewigo 3. 7; lodewico 5. 8. s) sue *omisit* 3. t) verum 1*. u) XXI. *Ed.* v) archiepiscoporum 3; a. bremensis 8; de e. hartwici a. br. 5. w) hartwigus 7; Hartuicus 1*. x) suo R. y) Dithmarsiam 1*; thetmarsiam 3; thetmarciam 5. 7. z) sic quod 1*. *) Scouenburg 1*; schowenburg 3. 7. a) aliae *corr.* alii 1*. b) stypendium 3. c) permiserat 1*. d) eis 5. e) redditus 3. 7. 8. f) adiurauit 1. g) thetmasi 3. 7; thetmarci 5. 8; Dithmersiani 1*. h) Is *Ed.* i) Suennone 1*. k) stypendiis 3. l) Slesuig 1*. m) ut *omisit* 3. n) dimembrataque 3. 8; dem. namque 7. o) Hartuici 1*. p) suam *deest* 5. 7. 8. *Ed.* q) *ita unus* 1*, *ceteri haec libro III° continuant*; III. 22. *Ed*; III. 23. 7. r) querimoniarum 1* s) et *deest* 5. t) Item de eodem 3.

51) De his exceptis v. privilegium monachis ab imperatore datum a. 1189. Mai. 10, Noodt Beiträge II, p. 287 sq. 52) V. privilegium imperatoris d. d. 1188. Sept. 19. in Urkundenbuch d. St. Lübeck I, n. 7. 53) V. supra c. 2. 54) Id a. 1187. medio factum esse apparet, quoniam sex anni pro solvenda dote statuti erant; v. Usinger p. 60. 55) V. s. c. 16. — Repudiata esse videtur ipso anno 1187. 56) i. e. pensio, quae episcopo ab ecclesiis in signum subiectionis singulis annis exsolvitur. 57) V. Helmold. l. I, c. 84.

lacrime, trahuntur suspiria, et vox ploratus et ululatus in excelso levatur[a]. Insolito namque timore turbata[b], confusa sunt viscera, corda tremuerunt, ingenii flos interiit, manus scribentis elanguit. Nam propter inimici sizania, messem[c] Christi suffocantia, spinarum multiplicantur scandala[d], ita ut sancte[e] ecclesie area, raro tritico, tota squalescat[f] in palea. Ubi enim[g] sapiens et intelligens? ubi[h] leges, ubi[i] iura, ubi iustitia, ubi religio, ubi pax, ubi veritas, ubi castitas coniugalis, ubi celibatus spiritalis? Nonne iuxta[k] prophetam[58] maledictum et homicidium et mendacium et furtum et adulterium magis quam in diebus antiquis inundaverunt, et sanguis sanguinem[l] tetigit? Numquid non[m] secundum[n] Ysaiam[o] tumultuatur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem?[59] Merito ergo confusa sunt[p] viscera, corda tremuerunt[q]. Propter hec enim iudicium Dei[r] imminet, quod nemo quidem evadere potest, quod ille tamen quasi pater misericordiarum adhuc premuniendo magis quam dampnando exercet. Ferit tamen parcente manu, quia[s] vindictam quidem iustam exercet, sed adhuc emendationis tempus per patientiam exspectat[t]. *An ignoras*, inquit apostolus, *quod benignitas Dei ad penitentiam te adducit?*[60] Sed[u] quia[v] divitias bonitatis eius contempnis, non immerito lapidem offensionis incurris. Ieremias[w][61] enim dicit: *Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?* Quis iste[x] rogo dilectus, nisi ministrorum[y] Dei[z] conventus? Sed ut minus sapiens dixerim, quis eorum scelera explicare, quis enumerare sufficiat? Nonne[*] oculos quidem habent, sed non vident? Legem Dei[a] audiunt, eloquia mystica[b] intelligunt, sed que dicunt, non faciunt. Qui enim dicis non mechandum, mecharis, qui dicis[c] non furandum, furaris. Tu vero in ecclesia gloriose sedens super cathedram non iam[d] Moysi, non apostolorum, set[e] ipsius Domini, iudicas proximum. Qua rogo fiducia vel conscientia? In quo enim alium iudicas, te ipsum condempnas[f]. Sed[g] si forte manus a rapina pauperis continuisti, contra me murmuras, quod furem te memoraverim. Nonne veritas dicit[62]: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium*[h], *sed ascendit aliunde, fur*[i] *est et latro*. Sed dicis: *Per ostium intravi*, si forte ecclesia in electione tua consentit. Ad hec Dominus: *Ego*, inquit, *sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur et egredietur et ingredietur*[k] *et pascua inveniet*[63]. Si ergo per ostium intrasti et in pascuis Domini moraris[l], cur te oves non audiunt, sed magis a[m] te fugiunt? Non enim audiunt voces alienigenarum[n]. Fur enim non[o] venit nisi ut furetur, mactet[p] et perdat[q]. Si ergo oves te non audiunt, constat, quod non per ostium intrasti, quia[r] in veritate non stas, quod est per ostium intrare. Unde scias, quod omnis prelatus, qui dominicas oves verbo et operatione destruit, fur est, et ipsas[s] mactat[t] et perdit. Quia corrumpunt mores bonos colloquia mala[u][64], et non iam[v] colloquia mala, sed opera mala, dolus, fallacia, mendacia, periuria. Ipsi enim circumveniunt et circumveniuntur[w], et[x] circumveniendo arbitrantur, se

obsequium prestare[y] Deo.

Circumventi autem dicunt[z]: *Nunc*[*] *finis adest seculi, quia nulla est reverentia cleri.* Nam de sacerdotibus Christi dictum est: *Vos sancti Domini vocabimini, ministri Dei*[a] *nostri dicetur vobis*[65]. Et iterum[b]: *Nolite tangere christos meos*[66]. Quam[c] recte hec pro ipsis essent, si istis vivendo non contradicerent. Nunc autem omnes de[d] iure cleri volunt esse, sed non de religione. Quia vero[e] nec de sorte cleri sunt, nec de religione, iusto[f] iudicio nec a Deo nec ab hominibus reputantur. Quia cuius vita despicitur, restat ut[g] eius predicatio contempnatur[h]. Quos etiam[i] per psalmistam Dominus redarguit, dicens: *Quare tu enarras*

a) levantur 1*. b) et *addunt Ed.* c) messem *omisit* 1*. d) scandula 5; schandala 8. e) sancta *Ed.*; sanctam ecclesiam 8. f) sualescat 3. g) enim *deest* 5. h) ubi, rogo 3. 5. 7. 8. *Ed.* i) vel 7. k) apud 1*. l) sangwis sangwinem 8. m) non *deest* 5. 8. n) apud 1*. o) Esaiam 1*. *Ed.* p) sunt *deest* 1*. q) tepuerunt *Ed.* r) domini 1*. s) quare 1*. t) exp. per poenitentiam 1*. u) scilicet *Ed.* v) quare 1*. w) hieremias 5; heremias 8. x) est 5. y) mynistrorum 3. z) Dei *omisit* 5; Domini 1*. *) ipsi *add.* 3. 5. 7. 8. *Ed.* a) domini *saepius* 1*. b) mistica 3. 5. 7. 8. c) qui dicis *desunt Ed.* d) iam *deest Ed.*; tam 5. e) sed ap. uel 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) contemnas 1*. g) Scilicet *Ed.* h) ovium *deest Ed.* i) ille fur 3. 5. 7. 8. *Ed.* k) et ingredietur *desunt* 1*. *Ed.* l) in pascua moraris 1*. m) a *omisit* 1*. n) alienigenorum 3. 8. *Ed.*; alienorum 5. o) non *omisit* 8. p) et mactet 3. 5. 7. 8. *Ed.* q) perdet 1*. r) quare 1* *saepius*. s) oves *add.* 5. t) mactet 1*. u) *m. rec. in margine* 8 *haec adscripsit:* ad Corintios primo 15mo etc., menandri comici, qu auctoritate Ieronimi videlicet per Vincentium li. primo c. 8vo specalorum quonie. v) iam *omisit* 1*. w) et circumveniuntur *desunt* 1*. x) set 3. 5. 7. y) praesta 1*. z) dicunt *deest* 3. *) nunc 5. 8. *Ed.*; nam 7. a) Domini 1*. b) uerum *corr.* 3 c) quoniam R. d) omnes de *omisit* 1*. e) vere 1*. f) Dei *inser. Ed.* g) et *Ed.* h) contemnetur 1*. i) etiam *deest* 8. *Ed.*

58) Osea 4, 2. 59) Iesaia 3, 5. 60) Ep. Roman. 2, 4. 61) Ierem. 11, 15. 62) Ev. Ioh. 10, 1. 63) ibid. v. 7 et 9. 64) 1. Ep. Corinth. 15, 33. 65) Iesaia 61, 6. 66) Psalm. 105, 15.

*iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, et proiecisti sermones*[a] *meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas*, et cetera, que ibidem de perversis sacerdotibus commemorantur[67]. Ipsa tamen perversitas prelatorum occulto Dei[b] iudicio nonnunquam de peccatis[c] subditorum provenire[d] solet iuxta illud: *Qualis populus*[e], *talis et sacerdos*[68]. Et illud[f]: *Propter peccata populi regnare facit*[g] *Deus ypocritam*[69]. Et Dominus: *Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis*[h], *quia ex Deo non estis*[i, 70]. Et Ieremias[k]: *Vie tue et cogitationes tue fecerunt tibi hec*[71]. Et item: *Prophete prophetabant mendacium, et sacerdotes applaudebant manibus suis, et populus meus dilexit talia*[72]. Non ergo prelati a subditis temere reprehendantur, nec subditi mortaliter a prelatis diiudicentur[l], scientes quod tales prophete et sacerdotes, quos olim de templo Dominus eiecerat[m], destruxerunt muros Ierusalem[n], quia nisi tales perversis eam moribus[o] maculassent[p], nequaquam gentibus ludibrio habita fuisset[q]. Cuius excidium olim[r] Dominus defleverat. Sed illa, que tunc a Tyto Vespasiano[s] destructa est, occidit prophetas et lapidabat eos, qui ad eam missi erant[t], et in ipsum[u] Dominum manus[v] mittere non timuit[w]. Hec autem sanguine ipsius Domini fundata et morte et resurrectione eius confirmata, ipsa vivifica sacramenta minus reverendo, et loca sancta negligentius honorando confusionem maximam excepit[x], ita ut dicat[y] cum Ieremia[z]: *Dormiemus in*[*] *confusione nostra, et operiet nos ignominia nostra*[a], *quoniam*[b] *peccavimus Domino Deo nostro et nos et patres nostri ab adolescentia nostra usque ad hanc diem et non audivimus vocem Domini Dei nostri*[73]. Nunc[c] autem his finem faciamus et ad destructionem civitatis sancte stilum vertamus[d].

2.[e] *De excidio Ierosolimitano*[f]. Cum Baldewinus[g], Emelrici regis filius, rex Ierosolimorum[h] tam genere quam virtute preclarus, refrenatis circumquaque christiane[i] religionis hostibus, regnum suum in omni iustitia moderaretur, manu Domini tactus, qui quos diligit corripit[74], infirmitate lepre cepit deficere et de regni successore cogitare[75]. Ipse enim filium heredem non habebat, quia celibem agens vitam, in castitate perseverans, virgo in evum permansit. Habebat autem[k] sororem[l, 76], quam cuidam Wilhelmo, nobili et strennuo[m] viro, fratri Conradi marchionis[n] de Monte Ferreo[77], sociaverat, ex qua nepotem[o] parvulum suscipiens[p], nomen ei suum imposuerat[q]. Hunc, cum esset annorum quinque, sperans eum[r] a paterna felicitate non degenerare, consilio domni patriarche, simul[s] etiam consensu principum sive nobilium, Templariorum, Hospitalariorum, cum benivolentia cleri et devotione populi, in regem ungi preceperat[t]. Cui etiam tutorem cognatum suum comitem Trypolensem[u], Regimundum nomine, deputaverat, ut ad quintum decimum etatis annum vicem pueri ageret, sive idem puer duraret sive vita excederet[v, 78]. Hiis ita[w] dispo-
1185. Mart. 16. sitis rex infirmitatis molestia deficiens[x], beato fine migravit ad superos[79]. Puer autem rex anno etatis sue nono ipsum moriendo secutus est[80]. Qui cum honeste in sepulcro patrum suorum in Ierusalem sepultus fuisset[y], in ipsa octava depositionis sue accessit mater ad domnum patriarcham et sic ei locuta est: *Domine, tu scis, quod frater meus mortuus est,*

a) servos R. b) Domini 1*. c) perversis *ad superiora aberrante oculo librarii* 1*. d) pervenire 1*. e) apostolus 1*. f) Et illud *desunt* R. g) fecit *in marg. adiecto* deus 5. h) audistis 1*. i) est 1*. k) ieremyas 3; hieremias 5. l) praelatis Domini iudicemur 1*. m) deiecerat 1*. n) hierusalem 5. o) manibus R. p) Ierusalem — maculassent *omisit* 1*. q) habiti fuissent 1*. r) olim *deest* 1*. s) T. et V. 5. 7. 8; vespatiano 1*; vespasione R. t) fuerant 3. u) in id ipsum 3. 5. 8. v) manum *Ed.* w) timuerunt 1*. x) suscepit *corr.* excepit 7. y) dicant 1*. z) hieremia 5. *) cum 8. *Ed.* a) et — nostra *m. rec. in marg.* 8. b) quam 1*. c) hunc 1*. d) convertamus *Ed.* e) III. 23. *Ed.*; III. 24. 7. f) hierosolimitano 5; Ierusol. 1*; Item de eodem 3. g) Baldeuinus 1*. h) Ierusolimorum 1*. i) cristiane 8. k) enim 1*. l) uxorem *perperam* 1*. m) strennuo ‖ uiro *hic rursus incipit* 1. n) marchyonis 3. o) nopotem 3. p) susceperat 1*. q) inposuerat 8. r) cum 1. *Ed.* s) similiter *Ed. saepius.* t) perceperat 1*. u) tripolensem 5. 8. *Ed. saepius.* v) excederet — corona *adusto folii margine interiore periere quaedam in* 1. w) itaque 8. *Ed.* x) molestia deficiens *omisit* 3. y) esset 1*; qui c. ho. in sep. pa. suorum in Ierusalem positus fuisset et sepultus, in 7; qui c. ho. in urbem positus fuisset et sepultus 7*, *deceptus scripturae compendio in nomine* Ierusalem *adhibito.*

67) Psalm. 50, 16—18. 68) Iesai. 24, 2; Hos. 4, 9. 69) Hiob 34, 30. 70) Ev. Ioh. 8, 47. 71) Ierem. 4, 18. 72) ibid. 5, 31. 73) ibid. 3, 25. 74) Ep. Hebr. 12, 6. 75) Nostri narrationem rebus gestis minime respondere, ex eo ipso apparet, quod rex Balduinus IV, postquam 13 annos natus a. 1173 patri Amalrico successit, infirmitate continua tenebatur; v. Wilken III, 2. p. 155. 76) nomine Sibyllam. 77) Marchio Wilhelmus Longaspata Sidonem venit a. 1176. mense Oct., mortuus est a. 1177 mense Iunio; v. Wilken III. p. 171. 78) Balduinus puer a. 1183. Nov. 20. unctus et coronatus est; de institutione Raimundi cf. Wilken p. 243 sq.; discrepat noster a narratione Bernhardi Thesaurarii; ibid. p. 244. 79) a. 1185. Mart. 16. 80) a. 1186; v. Wilken III. p. 249 not. 6.

fuisset, ad ducatum promotus, non ut verus princeps proficiebat, sed ut superpositus degenerabat, et quasi pacificum se exhibens, in omnibus tardus et discinctus[a] erat. Unde nec[b] ab imperio[7] iuxta statum prioris est honoratus, nec[b] a principibus vel terre nobilioribus est reputatus. Circa dies illos comes Adolfus duxit[c] uxorem filiam comitis Ottonis de Dasle[d], agente Philippo Coloniensi archiepiscopo[e], cuius propinqua erat[8], per quem etiam multum prevalebat. Cumque obtinuisset omnem terram patris sui, eiecit omnes inimicos suos de terra, qui in diebus Heinrici ducis contra eum senserant, Marcradum videlicet prefectum Holzatorum — pro quo alium, Syricum[f] nomine substituit, qui tamen[g] virtute et honestate longe inferior fuit — et Hemeconem[h, 9], virum strennuum valde[i], et alios plures, quorum quidam transeuntes ad regem Dacie peregrinati sunt apud ipsum[k]. Alii vero apud comitem de Racesburg[l] tempus exilii sui peregerunt. Dux autem Bernardus cum fratre suo, Ottone marchione, veniens Ertheneburg, magnificum illic se exhibuit et nobiliores terre adesse precepit, ut, receptis[m] ab eo beneficiis suis, hominium ei facerent et fidelitatem ei per sacramenta confirmarent. Cumque ei se exhibuisset comes de Racesburg et comes de Dannenberch[n] et comes de Luchowe[o] et comes de Zwerin, expectabatur[l] etiam comes Adolfus, et non venit. Unde eum dux suspectum habere cepit, et exinde occasiones discordie inter eos exorte sunt. Dux autem Bernardus in ipso tempore cepit edificare Louenburch[p, 10] super litus Albie ad orientalem plagam Ertheneburg. Et[q] desolato hoc castro, murum quo cingebatur destruxit et ex lapidibus eius[r] castrum suum novum firmavit. Transitum etiam navium, qui ibi erat, apud Lowenburg[s] esse precepit. Sed viri Lubicenses coram imperatore conquesti sunt de mutatione[t] illa, quod propter longiorem et difficiliorem viam maximam haberent in transeundo difficultatem. Unde precepit imperator, ut apud Ertheneburg transirent[u] ut[v] prius. Dux ergo[w] Bernardus nominis sui extendere volens potentiam, novis quibusdam inductionibus[x, 11], et inauditis et[*] intolerabilibus, provinciales suos gravare cepit, et derelicto consilio senum et acquiescens consilio iuvenum, minimum digitum suum grossiorem dorso patris[a] faciens[12], aggravavit iugum eorum. Unde[b] principatus eius versus eis[c] in odium et gloria in nichilum[d]. Frater quoque eius Sifridus Bremensis archiepiscopus cometiam Thietmarsie[e] Adolfo comiti adimere conatus est et ad fratrem ducem[f] transferre. Quam Adolfus viribus et armis invito episcopo obtinuit et eam sui iuris esse affirmavit.

2. *Legacio imperatoris ad Kanutum regem*[g]. In tempore illo mortuus est rex Danorum[h] 1182. Mai. 12.
Waldemarus[13], et regnavit Kanutus filius eius pro eo. Ad quem misit imperator legatos honoratos, Syfridum videlicet archiepiscopum Bremensem cum aliis nobilibus, pro sorore ipsius, quam pater eius iam pridem filio eius desponsaverat, et ut partem pecunie persolveret, sicut determinatum[i] fuerat. Hec enim[k] pactio desponsationis fuerat[l] inter imperatorem et regem Dacie, ut quatuor milia marcarum cum filia persolveret, librata pondere publico quod Karolus[m] Magnus instituerat[14], et ut in ipso tempore, quo filiam representaret, partem pecunie, prout sibi visum fuisset[l], persolveret, et post sex annos desponsationis, dum nubilis etas advenisset — quia tunc puella septennis erat — sex hebdomadibus[n] prius pecunia tota ex integro solveretur[o]. Hec utrobique privilegiis[p] firmata erant, ut si quid horum negligeretur, hec pactio sive[q] desponsatio irrita haberetur. Venerunt igitur[r] ad Egdoram fluvium legati imperatoris cum quadringentis equis, quibus comes Adolfus per triduum

a) distinctus 8. *Ed.* b) nunc — nunc 1*. c) auxit 1* *male.* d) *ita et Kornerus ad a.* 1183, de Asle *tamen legendum est.* e) phylippo coloniense archyepiscopo 3. f) Cyriacum *Ed.* g) quantum 1*. h) Hirneconem 1*; heineconem 5. *Korn.* i) valde *deest* 1*. k) cum 1*. l) raceburg — exspectabatur *magnam partem deleta in* 3. m) receptus 1*. n) danenburg 5. o) Lychowe 1*; lowche 7; lowthe *Kornerus.* p) lunenburg 3; Lawenburg *Ed.* q) et *deest* 8. r) eius *deest* 7. s) lunenburg 3; louenburg 5. 7. 8; Lawenburg *Ed.* t) munitione 3. u) naves trans. 5. v) sicut *Ed.* w) igitur 5. 8. *Ed.* x) *haud scio an* indictionibus *Arnoldus scripserit.* *) ac 5. 7. *Ed.* a) grossiore d. partes 1*. b) unum 3. *saepius.* c) versus est eis 3; ei *emend. Heumann.* d) facta *addit* 1*. e) *ita infra* 1; Dythmarsiae 1*. f) suam 1*. g) Danorum *addit* 1; item de eodem 3. h) danorum *deest* 1*; datie 3. i) deter|| — fuisset *magnam partem deleta in* 3. k) autem 5. l) fuit 7. *Korn.* m) karulus 3. n) ebdomadibus 3. 8. o) soluantur 5. p) ubique praevilegiis 1*. q) seu *Ed.* r) ergo 1*. *Korn.*

7) *ab imperio* pro: *ab imperatore,* sicut Germanice: *von deme riche.* 8) Adelheidis, filia Ottonis de Assel, non Dassel, ex Salome, sorore Philippi archiepiscopi, nati de Heinsberg. 9) De Marcrado et Hemecone v. s. l. II. c. 16. 20. 21. — Syricus quidam dictus de Prato, idem fortasse seu filius eius, occurrit in chartis a. 1220 etc., v. Hamburg. U. B. l. c. 441, 486, 508, 516. 10) Lauenburg. 11) vernaculo sermone „Einführungen, Auflagen". Infra cap. 4. *novitates.* 12) 1. Reg. 12, 8. 10. 13) 1182, Mai. 12. 14) Memorabilis locus de *Karles lôt,* de quo v. Benecke ad Wigalois v. 9554. Cf. Glossarium ad Tristan ed. Hagen.

lescebat[a] tamen pars regis, ita[b] ut quique[c] nobiles ad ipsum[d] venirent, et susceptis ab eo beneficiis, hominium ei facerent. Aconite[e] vero, qui in parte comitis esse videbantur[f], mutata[g] voluntate ad regem se contulerunt[86]. Comes vero[h], quasi fuga elapsus, abiit Tyberiadem. Salladinus autem rex Damasci, cognita controversia que inter regem et comitem erat, letatus est[i] valde, et quia[k] terre sancte semper insidiabatur, tali occasione introitum se habere potuisse[l] arbitratus est. Quod et factum est[m]. Nam comiti per suos mandavit dicens: *Constans esto! Scio, quod[n] iniuste tecum agitur, tibi enim regnum ex dispensatione Baldewini regis iure debetur. Quod ut contra Widonem[o] vi obtinere valeas, ego tibi ad contrahendam militiam pecuniam dabo copiosam. Quod si hoc modo prevalere non poteris[p], ego per me ipsum in manu valida veniam, et eiectis hostibus tuis de terra, te super omnes regem constituam. Tu tantum iura mihi per legem Dei[q] tui, ut liberum mihi transitum per te[r] permittas, et tu cum tuis salvus consistas[s].* Comes igitur[u] sub iureiurando astrictus est Salladino, cuius auxilio multa contra regem molitus est. Salladinus vero[87], collecto exercitu non solum ex omnibus finibus regni sui, sed etiam de regnis finitimis contrahens auxilia, ad destructionem terre sancte paulatim se preparabat. Inter hec fuerunt, qui dicerent fratribus[v] de domo beati Iohannis: *Vos contra populum Dei inique agitis. Vos enim cum comite conspirationem fecistis, quia nisi ille de vobis confideret, nunquam contra regem tanta[w] ac talia presumeret[88].* His auditis magister eiusdem[x] domus, Radgerus nomine[89], vir prudens et religiosus, abiit ad comitem et sic ei locutus est: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate[y]? Quare contra populum Dei cogitasti consilia? Tu cum Iuda traditore portionem tuam posuisti, dum cupiditate regnandi seductus[z], contra ius et contra religionem Dei celi Saladino fidem fecisti. Sed nunc acquiesce consiliis meis[*], reconciliare Deo[a], quem abnegasti[b], reconciliare regi[c], quem offendisti, ne fiant novissima tua[d] peiora prioribus.* His exterritus[e] comes ita respondit, dicens: *Cur me sic accipis, serve Dei? nonne tu scis, quod[f] iniuste mecum agitur? Ego enim de his, que iuste possedi, violenter eiectus[g] sum. Recordare quam rationabili dispensatione regis Baldewini, quam prompta voluntate domni patriarche, consensu etiam omnium primatum, baronum[h], Templariorum, Hospitalariorum, tutelam pueri regis suscepi ad quatuordecim annos, sive idem puer duraret sive vita excederet nisi forte rex Anglie vel per se[i], vel per filium suum huic regno subvenire voluisset. Et cum luce clarius constet, me tibi vera[k] locutum, tamen ne tantorum malorum videar occasio et populi Dei[l] perditio, ecce acquiesco consiliis tuis et cum rege compositionem facio, si tamen ea que in negotiis regni expendi restituere spoponderit.* His auditis Radgerus[m] reversus[n] venit ad regem et ei hec[o] per ordinem exposuit. Et bonus visus est sermo in oculis eius. Rex autem non solum ea que expenderat reddere promisit, que tamen ille fideli testimonio assignare potuisset, verum etiam ad beneficium suum divitias et[p] honores addere spopondit[q]. Cumque reversurus[r] esset ad comitem, ut eum ad[s] presentiam regis conduceret, mandavit ei comes per suos, dicens: *Vide ne per viam, qua veneras ad me, revertaris, quia insidie ibi sunt.* Siquidem filius Salladini[90] latenter terram intraverat, comite tamen conscio, et cum decem milibus[t] consistebat in valle Canaan[u]. Quidam etiam canonicorum anhelo cursu venientes de Nazareth, affirmabant castra hostium esse prope eos, presidium flagitantes. His auditis Radgerus divertit ad magistrum Templi[91], qui non longe in[v] castello, nomine

a) inualescebat *a m. rec. adiecta margini cod.* 5. b) ita *deest* 3. 5. 8. c) quoque *Ed.*; cuique 1*. d) eum 1*. 3. e) a comite 1*; aeconite 3. 5. 8. f) erant 1*. g) mutate 3. h) vero *deest* 3. i) est *deest* 5. k) quare 1*. l) potuisse *omisit* 1*; posse *Ed.* m) regem — factum est *adusto imo folio in* 1. *maximam partem sunt deleta.* n) quidem 1*. o) Uidonem 1*. p) potueris 3. 5. 8. *Ed.* q) Domini 1*. r) per te *omisit* 1*. s) consistes *emendat Heumann.* u) ergo 3. v) fratribus *deest* 5. 8. *Kornero.* w) nunquam de nobis tanta 1*. x) eius 1*; cuiusdam *perperam* 7*. y) in iniquitate 3. 5. 8. *Ed.* z) subductus 1*. *) et *inser.* 8. *Ed.* a) Domino 1*. b) negasti 8. *Ed.* c) deo 1*. d) tua *omisit* 1*. e) quem — exter||ritus *maximam partem combusta in imo folio in* 1. f) quam *Ed.* g) abiectus 7. h) barionum 1; baryonum 3. 8. i) ipse 1*. k) me reuera 5. l) domini 1*. m) Ragderus 1. 1*. n) reversus *omisit* 1*. o) hec *deest* 3. *Ed.* p) et *omisit* 1*. q) potuisset 1*. r) reversus 3. 5. 8. *Ed.* s) in 1*. t) millibus terram intrauit et consistebat 1*. u) Chanaan 8. *Ed.* v) a 5.

86) Sane mirum est nostrum hoc memorare, quod fontes potiores non habent, quum in ceteris inaccuratius exponat. 87) Praetermisit noster indutias tunc inter Saladinum et Christianos in tres annos factas, quibus a Rainaldo principe de Chatillon violatis, ille bellum paravit; v. Wilken III. p. 263 sq.

88) Contrarium fere Wilken III, 263, fontes potiores secutus, narrat, scilicet de odio propter Widonis institutionem aliasque causas in Templarios verso. 89) Roger du Moulin. 90) Malek al Afda. 91) Gerhardum de Bedford.

Foba[a][92], cum quinquaginta militibus consistebat. Consilio autem habito, miserunt exploratores, qui reversi sunt dicentes, non nisi duo milia ibi esse. Illi enim[b] insidias in montibus ex[c] utraque parte tetenderant[d], et sic[e] exploratores delusi erant[f]. Milites autem Christi gavisi sunt, dicentes: *Tradidit eos Dominus in manus nostras*[93]. Cumque accederent[g] ad eos, illi fugam simulabant, donec insidie, que latebant, consurgerent, et sic[h] circumdantes 1187. Mai. 1. illos, omnes in ore gladii percusserunt[94].

4.[i] *De captivitate ligni Domini et occisione*[k] *populi Dei*[l]. Igitur militibus[m] Christi in confessione Domini occumbentibus, illi cum gaudio ad sua reversi sunt. Salladinus autem audiens Radgerum cecidisse, letatus est et ait: *Nunc conclusi sunt in manibus nostris, quia*[n] *periit consilium ab eis, quia mortuus est*[o] *ductor eorum.* Admoto igitur exercitu, cum multitudine gravi intravit terram per pontem Tyberiadis et iuxta Saffret[95] castra metatus est. Rex autem cum omnibus terre primatibus, inter quos erant[p] episcopi cum ligno Domini, occurrit[q] ei, et[r] e regione castra metatus est[s], et erant montana inter eos. Cumque per aliquot dies in excubiis fuissent et[t] utrobique ad invicem accedere timerent, Salladinus cum omni multitudine Tyberiadim[u] reversus est. Populus autem Domini credens, eum fugam inire, ascendit in[v] montana. Ille autem[w] cepit Tyberiadim[u] et succendit eam igni. Comes vero[x] Trypolensis[96] dissuasit militibus Christi[y] ascendere in montana[w], dicens: *Non ascendatis in montana, quia impetum Salladini ferre non potestis, set si ille terram exire disponit, victoriam maximam reputetis. Castrum, quod succensum videtis, meum est; non sit vobis cure*[z], *ego hanc libenter iacturam sustinebo.* Ille vero etsi fraudulenter[z], sapienter tamen locutus est. Set non est consilium contra Dominum, qui propter malitiam hominum[*] terribile super terram illam exercere volebat iudicium. Cumque omnino cum Salladino confligere decrevissent, ille subtractus ab eis cum suis intravit Surs[a][97], castrum firmissimum. Salladinus igitur cognoscens, populum Dei ascendisse[b] in montana et ibi per biduum siti exaruisse tam homines quam iumenta, dixit suis[c]: *Filii mortis sunt homines isti, quia*[d] *non solum siti defecerunt, sed cum sint pauci numero, effugium eis ipsa loci negavit angustia.* Appropiante igitur parte adversa, ordinata est acies christianorum[e], et rex erat in capite cum episcopis et victoriosissimo ligno dominice[f] crucis, quam sequebantur Templarii[g], Hospitalarii cum baronibus[h] ac[i] militibus et populo terre. Sicque desiderata congressione[k] facta confligunt Iul. 4. fideles cum infidelibus[98]. Sed nostrates, amore mortis animati, audacter irruerunt in eos et vi hostiles acies irrumpentes manus suas Domino consecraverunt, cecideruntque adversarii a dextris et a sinistris. Sed quia siti exaruerant[l], infirmati sunt, et prevaluit pars adversariorum, et captivatus est rex, trucidati episcopi et crux Domini a suis hostibus capta[m] est, omnesque fere aut occisi sunt gladio aut hostilibus manibus[n] comprehensi, ita ut pauci per fugam elapsi noscantur[o][99]. Fit igitur clamor gentilium ad celum, blasphemantium[p] nomen

a) Saba 5. 8. *Ed.* b) autem 1*. c) ex *omisit* 1*. d) extenderant 1*. e) sic *deest* R. f) sunt 1*. g) ascenderent 3. 5. 8. h) consurgentes et circ. *Ed.*; sic *omisit etiam* 7*. i) III. 25. 7; III. 24. *Ed.* k) occasione 5. l) de eodem 3. m) milites 8. n) quare 1*. o) quod m. sit *Ed.* p) erant *deest* 3. 5. 8. *Ed* q) occurrerunt 3. r) et *deest Ed.* s) est *deest* 5. 8. *Ed.* t) in utrob. 3; et in u. 1*. u) Tiberiadem *Ed.* v) ad *Ed.* w) ille autem — ascendit in mont. *omisit* 1*. x) autem 5. y) christi *deest* 3. z) cure — fraudu||lenter *in* 1. *adusto imo folii margine pauca verba periere.* *) hominis 1*. a) sursum 1*. b) Domini conscendisse 1* *perperam.* c) eis 1*. d) quare 1*. e) cristianorum 5. 8. f) dominici 1*. g) et *inser. Ed.* h) barionibus 1. 1*. 3. 8. i) mil. ac. b. 1*. k) congressatione 5. l) exaruerunt 1*. 3. 5. 8. *Ed.* m) captivata 1*. n) aut hostibus 5. o) cognoscantur *Ed.* p) blaspemantium 1*.

92) Sic noster pro *Faba*, la Fève, castrum firmissimum inter Sebaste et Nazareth situm; Wilken III. p. 231. 93) Iudic. 3, 28. 94) Proelium illud commissum est ad fluvium Kischon a. 1187. Mai. 1. 95) Circa fontem Sephoritanum non Turci, sed Christiani castra posuerunt; Iacob. de Vitr. c. 94, p. 1118. 96) Praetermisit noster, paulo post proelium illud regem et comitem inter se reconciliatos esse. 97) Alio nomine Tyrum. Aufugit autem Raimundus cum aliis nonnullis baronibus proelio iam inito; v. Wilken p. 286 not. 99) Facta est illa clades apud Kittin iuxta Tiberiadem 1187. Iul. 4. et 5. 99) Plurima huius narrationis verba suggesta esse videntur per bullam Gregorii VIII. papae, d. d. Tarentini Oct. 29, cuius fragmentum affert etiam Ansbertus in Historia de expeditione Friderici imperatoris. Confer haec verba: *Accessit Saladinus cum multitudine armatorum ad partes illas, et occurrente sibi rege, episcopis, Templariis, Hospitalariis et baronibus cum militibus et populo terrae et cruce dominica, quae* etc. *certum solebat esse tutamen et . . . defensio, facta est congressio contra eos, et superata parte nostrorum capta est crux dominica, trucidati episcopi, captus est rex, et universi fere aut occisi gladio aut hostilibus manibus deprehensi, ita ut paucissimi per fugam dicantur elapsi; episcopi quoque, Templarii et Hospitalarii in eius oculis decollati* etc.

Dei vivi et subsannantium[a] populo Dei. Filius autem iniquitatis prosperatus in via sua, et evanescens in cogitationibus suis dicens in corde suo: *Non est Deus*[b, 1], sequenti die inter[c] ipsa funera tronum glorie sue erexit[d] ponensque coram se crucem[e] Domini, circumstante multitudine procerum suorum, precepit adesse multitudinem captivorum, ponensque in celum os suum sic omnibus locutus est: *Vos estis infelices, illi cultores illius Nazareni, qui dicitur Ihesus, qui dudum in terra ista a Iudeis crucifixus est, quem vos vana superstitione delusi Deum esse creditis et mutato ritu sacrificiorum, qui ab antiquis patribus etiam*[f] *in lege Dei*[g] *ordinatus est, pro carnibus et sanguine hostiarum mille pauxillum panis et vini sub sacramento carnis et sanguinis illius*[h] *crucifixi offertis, et*[i] *hac presumptione diu terram meam et patrum meorum vobis usurpastis. Sed nunc, quid possit Deus vester, vidistis*[k], *immo*[l] *per virtutem dei mei Maumeth manum meam excelsam sensistis*[m]. *Nunc ergo unum e*[n] *duobus eligite, aut michi consentientes deum meum adorate, aut coram*[o] *cruce vestra sententiam decollationis accipite.* Cui milites Christi responderunt, dicentes[p]: *Vere cultores Ihesu Christi Nazareni*[q] *sumus, qui Deus est et Dei filius, qui opere Spiritus sancti de immaculata virgine conceptus et natus est, et pro peccatis omnium in se credentium in hac terra crucifixus, non solum de morte surrexit*[r], *verum etiam ad celos ascendit. Pro cuius nomine et amore*[s] *bonum certamen certavimus et cursum consummare felici perseverantia optamus. Hunc adoramus, hunc laudamus, hunc Deum et*[t] *dominum omnium confitemur. Illum vero Maumeth*[u], *filium perditionis, quem deum tuum dicis, irridentes, qui post semen bonum apostolorum in terra vestra*[v] *superseminavit zyzania, et prestigiis suis seduxit corda hominum, negamus, execramur, et simul te cum tuis terroribus*[w] *despicimus*[x]. His dictis, omnes de[y] conspectu suo eiecti sunt, et altera die Templarii[z], Hospitalarii decollati sunt, eo quod illos pre ceteris exosos[*] habuerit.

Moriatur anima mea morte iustorum, et fiant novissima mea horum similia! Gloria tibi Christe, quia[a] quamvis peccatores, devotos tamen etiam in diebus nostris habes confessores. O quanti sunt, qui sepe expugnati a iuventute sua in tali certamine victores existerent et sub tali optione[b] vitam et omnia vite[c] blandimenta promptissime[d] respuerent[e], prestante domino nostro Ihesu Christo, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum! Amen[f].

5.[g] *Quod*[h] *Salladinus obtinuit terram*[i]. Igitur occiso populo Dei[k], Salladinus totam obtinuit terram, depopulatisque omnibus, omnem civitatem munitam percussit in ore gladii. Omnia loca[l] sancta destructa sunt, religiose persone tam virorum quam mulierum aut trucidati[m] aut in captivitatem abducte sunt. Sed et[n] virgines Deo[o] dicate vim pertulerunt. Primo autem obtinuit Accon[p], deinde veniens Surs, que[q] alio nomine Tyrus dicitur, per[r] mensem oppugnavit[s] eam[3]. Quam cum capere non potuisset, abiit Sydon et cepit eam[t]. Deinde Iubeleth[u, 4], postea Baruth[v]. Quam cum obtinuisset, creavit sibi aliud nomen, quia[w] ibi est coronatus et Babilonie rex salutatus[5]. Inde via qua venerat reversus, venit[x] Ascalonem[y], quam fratres de Hospitali firmissime munierant, et obsedit[z] eam. Quam cum obtinere non posset, dixit regi captivo: *Persuade populo tuo, ut tradant michi civitatem hanc et alias, quas*[*] *tenent Templarii, et ego te a captivitate relaxabo*[a], *et triginta de nobilioribus tecum.* Qui letatus, misit ad Ascalonitas[b] et sic eis locutus est: *Rogo, ut faciatis*[c] *mecum*

a) subsannantium 5. b) Dominus *similia saepissime* 1*; Deus etc. *Ed.* c) in||ter ipsa fu||nera *deleta in* 1. d) rexit 5. e) coram se crucem *combusta in* 1. f) etiam *deest Ed.* g) Dei *omisit* 1*. h) illius *deest* 3. i) in *saepius* 1*. k) audistis 1*. l) imo 1*. 3; nunc 5. unde *Ed.* m) vidistis 7. *Korn.* n) ex 1*. o) in R. p) mi. Chri. respondentes 1*. q) Nareni 1*. r) resurrexit 7. s) per c. nomen et amorem 1*; p. c. n. et honore 8. *Ed.* t) Deum et *omisit* 1*. u) Mahumet 1*. v) nostra 3. w) tortoribus 5. 8. *Ed.* x) conspicimus 1*. y) e 1*. z) et *inser. Ed. Korn.* *) ex||osos — civitatem sanctam *folium periit in* 1. a) qui 1*. b) obiectione 1*. c) vite *deest* 5. d) promptissime *deest* R. e) responderent 1*. f) nostro — amen *desunt* 1*; amen *deest* 8. *Ed.* g) III. 27. 7; III. 26 *Ed.* h) quomodo 8. i) de eodem 3. k) Domini 1*. l) loca *deest* R. m) *ita et* 1*; *sed correxit m. rec.* trucidate, *quod praebet Ed.* n) et *deest* 5. o) Domino 1*. p) Acon 1*. q) qui 1*. r) et per *Ed. Kornerus.* s) expugnauit 5. t) quam — eam *desunt* R. u) Iubelet 1*. v) Barut 1*. w) alium nomen quare 1*; nomen novum quia 3. 5. 8. *Ed.* x) veniro 7. y) aschalonem 3. 5. 8. z) obsederat 8. *) quas *in* 5 *adiecit m. rec.* a) laxabo 1*. b) Ascolonitas 1*. c) facias 3.

1) Psalm. 14, 1. 3) De ea oppugnatione nihil constat; errare videtur noster. Traditae sunt urbes ab Accon usque ad Ascalon eodem mense Iulio; Iacob. de Vitr. c. 95. 4) i. e. Byblon. 5) De coronatione Saladini in regem Babyloniae vide infra l. V. cap. 27. Nugatur autem noster in hac narratione, v. Wilken V. p. 40 not. 71.

1187. *misericordiam, et*[a] *liberetis me a captivitate et viros qui mecum sunt, quia sic et sic Salladinus locutus est*[b]. Qui responderunt: *Tu quidem rex noster eras, sed nunc*[c] *nec te ipsum nec alios salvare potes, ideoque scias, quod civitatem Domini gentilibus non trademus. Scis*[d] *etiam, quia*[e] *omnia castra firmissima in manibus sunt Templariorum, et ideo parum ad nos de tua liberatione.* His auditis, Salladinus magis oppugnavit civitatem erexitque contra eam machinas multas et fregit munitiones et turres comminuit. Quod videntes qui intus erant, pro liberatione regis obtulerunt civitatem. Quam ille acceptare noluit[f] sub conditione priori[g]. Rex tamen cum paucis liberatus est[6], et qui in civitate erant[h] exierunt illesi, et Salladinus intravit civitatem[7]. Sept. 5.

Post hec convertit exercitum ad expugnandam[i] civitatem sanctam et obsedit eam. Quidam autem de melioribus, qui intus erant, animaverunt ceteros, dicentes: *Pugnemus viriliter et moriamur cum fratribus nostris. Nonne iste*[k] *est locus dominice passionis, in quo Christus pro nobis mortuus est? Nunc ergo eamus et nos, et l ti moriamur cum illo, ut simul conresurgamus*[l] *cum ipso*[m]. Alii autem qui nondum cupiebant dissolvi et esse cum Christo[8], non[n] acquieverunt sermonibus istis, sed pro sui liberatione legationem[o] miserunt Salladino. Qui propter frequentes[p] oblationes peregrinorum credens ipsam civitatem opulentissimam, infinitum aurum expetiit ab eis, ut quivis pro[q] suimet[r] liberatione daret[s] mille byzantios[t]. Sed cum multo[u] minus inventum fuisset, acceptavit centum. Sed nec hoc stare potuit. Tandem hoc[v] definitum[w] est, ut absque his qui maiores et ditiores[x] erant, quilibet masculus daret decem aureos, femina quinque, et illesi abirent. Qui vero[y] predictam pecuniam non haberent, pro redemptione vite servi essent et ancille. Cum autem obtinuissent civitatem Oct. 3. sanctam[z] inimici Christi[9], non pepercit oculus eorum sanctuario Dei, sed ipsum templum stabulum equorum facientes, destructo omni ornatu ad contumeliam christiane[*] religionis, scelera multa ibidem perpetraverunt[a]. Sepulcrum tamen Domini religiosis viris tali conditione deputatum est, ut tributum Salladino de oblationibus peregrinorum, qui ipsum[b] sepulchrum sub conditione pacis visitabant, ministrarent[c]. Siquidem Salladinus consulens questui avaritie sue[d], hoc statuerat, ut si quis christianorum[e] sepulchrum Domini visitare vellet, byzantium[f] auri pro suo conductu daret et liber iret et rediret, dummodo[g] nulla secum arma deferret. Sicque humiliata civitate sancta, renovatum est illud lamentationis carmen Ieremie[h]: *Quomodo sedet sola civitas, plena populo? facta est quasi vidua, domina gentium, princeps provintiarum, facta est sub tributo*[10]. Crucem etiam Domini a suis cultoribus[i] tractari precepit, dicens: *Crucem captivam, in qua habetis fiduciam, simul*[k] *concaptivi adorate, donec experiar virtutem Dei vestri, si vere possit eruere vos de manibus meis.*

6.[l] *De epistola domni pape*[m]. Anno verbi incarnati millesimo centesimo octuagesimo septimo, mense Iulio quarta[n] Non. eiusdem devastata est terra repromissionis[o], et capta est civitas sancta quarta Kal. Octobris a Salladino, rege Sarracenorum, Rome presidente Gregorio papa[11], qui successerat domno Urbano, regnante Fritherico[p] inperatore[q] Romanorum. Post discessum[r] vero Gregorii[12], qui[s] paucis sedit diebus, domnus Clemens in sedem apostolicam sublimatus est. Qui dolens de excidio ecclesie Iherosolimitane[t] in universum orbem Romanum epistolas direxit, scribens omnibus ecclesiis de tam impia traditione et occisione servorum Dei et de ceteris abhominationibus[u] a Sarracenis in terra sancta perpetratis, incitans omnes in zelum impiorum et ad[v] ultionem sanguinis sancti.

a) ut 5. b) quare Salladinus loc. est 1*. c) nunc *deest* 1*. d) scias 3. e) quare 1*. f) voluit 8. g) priore 3. 8. *Ed.* h) erunt 1*. i) expugnandum 8. *Ed.* k) id 1*. l) consurgamus 8. *Ed.* m) illo 1*. n) nec 1*. o) legatos 1*. p) frequentas 5. q) pro *deest* 3. r) sui 1*. s) daret *deest* 5. t) byzantinos 2; bizancios 8. *Ed. saepius quidem, sed non constanter*; bis mille aureorum R. u) multum 1*. v) hoc *omisit* 7. w) diffinitum 5 8. x) duriores 1*. y) autem 5. z) sanctam || inimici *hinc rursus integer* 1; inimici Christi — a Pharaone *apogr.* 1* *fasc.* H. *) cristiane *ut saepius* 5. a) perpetrauerant 7. b) ipsum *deest Ed.*; seipsum 8. c) mynistrarent 3. d) sue *deest* 5. 8. *Ed.* e) cristianorum 2. f) bizantum 5. g) dummodo illuc *Ed.*; dummodo illum 5. h) Ieremiae 1*; hieremie 5. i) apparitoribus 5. 8. B.; apparatoribus R. k) similiter *ut saepius Ed.* l) III. 28. 7; III. 27. *Ed.* m) item de eodem 3. n) quarta *deest* 7; quarto 3. 5. 8. o) promissionis *Ed.* p) friderico 1*. 5. 8; frederico 3. q) imparatore 5. r) decessum 1*. s) qui *in* 5 *adiecit m. rec.* t) hierosolimitane 5; Ierosolimitanae 1*. u) abominationibus 1*. *Ed.* v) ad *deest* 5.

6) Dimissus est tandem a. 1188. Maio. Promissio liberationis autem iam tunc facta est, v. Wilken III, 297. IV, 249. 7) Mense Augusto Ascalon obsideri coepta est, tradita est Sept. 5; v. Wilken II 296 sq. 8) Ep. Philipp. 1, 23. 9) Intravit Saladinus Ierusalem Octobr. 3. non ut infra noster dicit Sept. 28. 10) Ierem. Lam. 1, 1. 11) immo Urbano, qui obiit demum 1187. Oct. 19. 12) eod. a. Dec. 17.

Et pro liberatione ligni dominici et civitatis sancte remissionem omnium peccatorum apostolica auctoritate[a] pollicitus est. Hortatus est etiam unumquemque, discedere a via sua mala et[b] temperare a superfluitate ludorum et a[c] vestibus fluxis et irreligiosis[d], in quibus superbia vite et concupiscentia carnis et oculorum dinoscitur[e], ac si omnibus diceret: *Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditie et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc pro gloria sancte crucis, cuius cultores estis, exhibete vos servire iustitie in sanctificationem.* Ieiunia etiam quedam omnibus indixit et orationes publicas in canone in omnibus ecclesiis, monasteriis, parochiis celebrari constituit, psalmum videlicet: ***Deus venerunt gentes***[f. 14], qui omnes miserias in sancta terra perpetratas, simul et peccata quibus iram meruimus, prophetice commemorat.

7.[g] *De ordinatione peregrinationis*[h]. Omnes igitur[i] ecclesie filii in toto orbe terrarum diffusi, perspectis epistolis apostolici[k], timuerunt valde et[l] repleti sunt stupore[m] et exstasi[n] in eo quod significatum fuerat illis. Communis fuit meror omnium una voce plangentium: *Eheu, ut quid nati sumus videre contritionem populi Dei et terre sancte, in qua steterunt pedes Domini exercituum, qui venit in hunc mundum salus omnium? Nunc cecidit corona capitis nostri, versus*[o] *est in luctum chorus noster*[15]. *Sancta nostra prophanata sunt, templum Dei violatum*[p], *et coinquinaverunt illud gentes. Civitas sancta immunditiis repleta est, lignum dominicum inter alienigenas detinetur, quod a nobis utique suis cultoribus constanter requiretur. Nunc igitur*[q] *accingatur*[r] *unusquisque ense super femur suum et compatiendo fratribus nostris moriamur cum ipso, qui pro nobis mortuus est, quia sicut ipse pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere*[16]. *Ad vindictam igitur*[s] *zeli domus Dei et in ultionem sanguinis iusti egrediatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo*[17], *cessent dies letitie, canticum et tybia non audiatur in plateis,*

*Temperet ornari solito plebs*[t] *leta choreis.*

Huiuscemodi studiis incitati, omnes terre gloriosi, sub quibus curvatur orbis, nobilis[u] et ignobilis, simul in unum dives et pauper — ceciderat[v] enim super eos[w] timor et indignatio — unanimes ad expeditionem Iherosolimitanam[x] aspirabant. Et signati signo sancte crucis in remissionem peccatorum suorum, iter arripiunt. Precipuus autem et signifer erat domnus Frithericus[y] Romanorum imperator, qui honorem imperii[z] exaltare cupiens, ad expugnandos inimicos crucis[*] Christi[a] robur militie sue convertit, bonam consummationem certaminis sui existimans, quod tam pro Deo quam pro honore temporali certaverat, si[b] finem dierum suorum tali honore[c] conclusisset. Qui ut sapiens archivetator[d] ipsam expeditionem prudenter ordinavit, precipiens omnibus regni sui peregrinis, tam equestribus quam his[e] qui navigio ituri erant, ut post annum, adveniente Mayo[f], omnes parati essent.
1188. Mart. 27. Ipse[g] vero Moguntie[h. 18] per predicationem Erbipolensis[i] episcopi Godefridi et aliorum predicatorum cum multis nobilibus insignitus signaculo dominice passionis[k], apud Goslariam pro diversis regni negotiis curiam generalem indixit[19]. Ubi quosdam discordantes reconciliavit, quedam etiam castella propter latrocinia prohibenda dirui precepit, ut pacatis omnibus iter propositum tanto devotius, quanto liberius expleret. Ducem etiam Heinricum illuc[l] adesse precepit[m], ut, quia discordia non parva inter ipsum et Bernardum pro ducatu erat, pacem inter ipsos aliqua conditione iuxta decreta principum reformaret. Duci tamen Heinrico[n] trium optionem dedit, ut aut dispensationem in particulari quadam restitutione pristini honoris pateretur, aut secum peregrinatum in expensa imperatoria[o] iret, postea plenarie restituendus, aut terram per triennium tam pro se quam pro filio suo equivoco abiuraret. Dux tamen magis elegit terram abiurare[p], quam vel ire quo nollet[q], vel honore pristino ulla diminutione mutilari.

a) autoritate 1*. b) et *deest* 5. c) a *deest Ed* d) irreliosis 5. e) dignoscitur 1*. f) gentes *deest* 8. *Ed.* g) III. 29. 7; III. 28. *Ed.* h) peregrinorum 5. 7. 8; item de eodem 3. i) ergo *saepius* 5. k) apostolicis 5. l) et *deest* 5. m) timore 5. n) ecstasi 1*. *Ed.*; extasi 3. 5. o) reversus 5. 8. *Ed.* p) est *add.* 3. q) ergo 3. 5. 8. *Ed.* r) accingamur 5. s) ergo 8. *Ed.* t) pleps 1. u) et nobilis 8. *Ed.* v) ciciderat 1*. w) omnes *Ed.* x) Ierosolomitanam 1*. 5. y) fredericus 3. 5. 8. *Ed.*; Fridericus 1*. z) Romani imp. 8. *Ed.* *) crucis *deest Ed.* a) cristi 5. b) sed 5. 8. c) labore 3. 5. 8. *Ed.* d) archyuenator 3; archimetator *Ed.* e) is 5. 8; iis *Ed.* f) maio 8. *Ed.* g) ipso 5. h) mogontie 3. 5. i) erpiboleusis 3. 5. 8. k) sanctae crucis 5. 8. *Ed.* l) illic *Ed.* m) voluit 3. 5. 8. *Ed.* n) Henrico 1*. o) Imperatoris *Ed.* p) exire 3. 5. 8. *Ed.* q) vellet *postea adiecto* non 5; non vellet *Ed.*

14) Psalm. 79. 15) Thren. Ierem. 5, 15. 16) 1. Ep. Ioh. 3, 16. 17) Ioel 2, 16. 18) Curia Moguntina Mart. 27. a. 1188. celebrata est. 19) Diplomata ibi Iul. 25. et Aug. 8. data novimus; Böhmer Reg. 2706—2708. Cf. Ann. Stederb. SS. Tom. XVI, p. 221.

8.[a] *De peregrinatione imperatoris*[b]. Igitur arridente[c] veris tempore, domnus inperator 1189. iter peregrinationis arripuit. Postquam autem[d] Ratisbone[e] venerat[20], viso ibidem magno exercitus defectu, ab itineris propositi profectione desperare cepit. Causa autem defectus erat magnus omnigenarum[f] nationum populus, qui eum precesserat, quia peregrinationis amore omnes iter accelerabant. Consilio tamen habito, sciens eos propter difficultatem vie ipsum preterire non posse, abiit via qua ceperat. Procedens autem inde venit in Austriam, cui occurrit cum multo comitatu dux eiusdem provintie[21], magnifice eum et omnes suos[g] suscipiens cunctisque recipere volentibus donaria sua honorifice tribuens[h]. Morante autem eo in civitate, que maior[22] est in terra, nomine Wene, tanta per exercitum excrescere cepit inmunditia tantusque incestus, ut ex consilio sive[i] precepto imperatoris huiuscemodi[k] hominum fornicatorum et furum seu[l] aliorum inutilium quingenti viri redire coacti dicantur. Post hec iter faciens, circa pentecosten venit ad portam Ungarie[24], ibique dies festos[m] pentecostes celebrando quievit. Rex autem Ungarie[25] per nuncios suos ipsum Mai. 28. gratanter excipiens, introitum ei terre benigne aperuit, omniumque rerum venalium emptionem ad placitum promisit[n]. Ut autem in terram[o] ventum est[p], omnia invia in fluviis, in rivis, in paludibus[q] pontibus sterni precepit. Cum autem domnus imperator in civitatem venisset que Grane[r] dicitur, que Ungarorum[s] est metropolis, rex ei in propria persona cum mille militum comitatu sollempniter occurrit omnique devotione se non solum[t] hospitalem, sed etiam offitiosum exhibuit. Inperatore autem quatuor diebus ibidem[v] moram faciente[w], ex consilio principum propter nimiam tumultuantis exercitus insolentiam stabilis et firma pax in exercitu[x] sub iuramento firmata est[26]. Regina[27] autem dedit domno imperatori tentorium optimum et domum desupter[y] de scarlatto[z] et tapete iuxta latitudinem et longitudinem ipsius domus et lectum[*] culcitra et operimento precioso magnifice ornatum, sedemque eburneam cum cussino lecto prepositam, que quantis ornatibus exculta fuerint[a], presentis pagine depromere nequit[b] inopia. Et ne quid excogitatis deesset delitiis, albus et parvus venatorius super tapete discurrebat caniculus[c]. Post hec regina, horum auctrix munerum, aliquid a domno inperatore petitura processit, scilicet ut ipsius interventu frater regis, per quindecim annos ab ipso rege in captivitate detentus a captivitate liberaretur. Rex autem, qui tanta devotione domnum[d] inperatorem susceperat, in nullo volens eum contristari, non solum fratrem ad petitionem ipsius a captivitate laxavit, sed datis duobus milibus Ungarorum[e], ipsum ad preparandam sive ostendendam viam inperatorem[f] precedere fecit. Exinde rex inperatorem in castrum quod Grane dicitur recepit, transito flumine eiusdem nominis, a quo ipsa civitas, in qua[g] prius moratus fuerat et castrum ipsum nomen acceperat, ibique dedit rex inperatori duas domus plenas farine purissime. Imperator vero, quia farina opus non habebat, dedit eam populo pauperi. Ubi propter nimiam avaritiam tumultuantis populi[h] tres homines farina obruti sunt. Inde domnus inperator a rege deductus est in urbem Adtile[i] dictam[28], ubi domnus imperator[k] quatuor diebus venationi operam dedit[l]. Inde ventum est ad urbem Sclankemunt, ubi per quandam aquam que Eiza[m] dicitur[29] tribus diebus et tribus[n] noctibus transeuntes, tres ibidem milites submersos amiserunt. Ubi rex universo exercitui innumerabilem[o] victualium copiam dedisse dinoscitur. Post hec venerunt ad fluvium qui Sowa dicitur, ubi multitudo exercitus dinumerata

a) III. 30. 7; III. 29. *Ed.* b) item de eodem 3. c) accedente *Ed. Kornerus.* d) autem *omisit* 7. e) ratisbonam 3. *Ed.* f) omnigenigenarum 1*. 3. 5. 8; oñi . . genarū *cum rasura* 1. g) suos *deest* 8. *Ed.* h) distribuens 8. *Ed.* i) ex 5. k) huiusmodi 1*. l) sive 5. 8. *Ed.* m) festos *deest* 5. 8. *Ed.* n) permisit 3. 5. o) terra 3. p) venisset *correctum in* 1*, *sed* ventum est *scriptum erat.* q) in pontibus 5. r) Gran *Ed.* s) Ungariorum 5. 8. t) solum *omisit* 5. v) ibi *Ed.* w) fatiente 1. x) exercitus 1*. y) desubter 5; desuper 3. 8. *Ed.* z) scarlatico 8. *Ed.*; scarlato 3; scarlaco 7. *) et *addit* 5. a) fuerit *Ed.* b) nequid 3. 5. c) Et ne — caniculus *omisit* 7. d) domnum *deest Ed.*; *in* 1 *atramento deterso lacuna, in qua litterarum formae ad hanc vocem referendae dispiciuntur.* e) Ungariorum 5. f) viam imperatori imperatorem 5. g) quo 5. h) ubi — populi *desunt* 3. i) attile 3; actile 5. 8. k) a rege — imperator *desunt Ed.* l) dabat 5. m) erza 3; s. eriza 5; ériza 7. n) tribus *deest* 5. o) innumeralem 5.

20) Apr. 23. a. 1189. curiam celebrem ibi habuit. 21) scil. Liutpoldus V. 22) i. e. maxima, capitalis. 24) scil. in civitatem Pressburg, quam dicunt *initium Ungariae* etiam Ann. Col. max. p. 797. 25) Bela, cuius filiam Fridericus, dux Sueviae, filius imperatoris, anno praeterito duxerat uxorem. 26) Hoc iam Pressburgi factum esse apparet ex Ann. Col. max. p. 797 et Ansberto ed. Dobr. p. 26. 27. 27) Margaretha, soror regis Franciae. 28) Etzilburg prope Ofen. 29) Fluvium Eizam, cui fortasse ab urbe Esseg nomen inditum est, Dravam fuisse, patet ex Ansberto p. 27 28. De urbe Sclankemunt (Slankamen) et hic nostrum errasse v. Wiener Iahrbücher der Literatur T. 42, p. 27.

1189. est, et inventa sunt quinquaginta milia militum et centum milia armatorum ad bella valentium. Ex habundanti[a] autem[b] letitia, quam domnus inperator super tanta exercitus conceperat multitudine, militie ludum gaudens in propria persona ordinavit, et sexaginta iuvenes nobiles, qui armigeri nuncupantur, ad militarem habitum et cultum militie transtulit. Ubi[30] etiam sedens pro tribunali iudicia sua exercuit, ibique duo mercatorum[c] capite truncati sunt et quatuor servis manus amputate[d], quia pacem iuratam infregerant[e]. Eadem die quingenti servi pabularii[f] toxicatis sagittis ab hominibus illius regionis, qui Servi[g] nuncupantur, interfecti sunt. Altera autem die[31] venit dux eiusdem gentis[32] et fecit domno inperatori hominium, suscipiens ab ipso terram suam iure beneficiario. Profecti autem[h] inde, venerunt ad fluvium qui Marowa dicitur[33], ubi rex domno[i] inperatori plaustra multa misit farina onerata, et quodlibet plaustrum duobus tauris regebatur. In eodem loco rex imperatori valedicens discessit, dans ei quatuor camelos, preciosis muneribus oneratos, que ad quinque milia marcarum computata sunt. Domnus autem imperator multas regi gratias agens, dedit ei omnes naves, que eum de Ratisbona fuerant secute. Ipsa die venit dux Grecie[34] ad imperatorem, dans ei aureum vas, quod duabus ansis sublevari debuit, et tanta victualia, que[k] exercitui ad octo dies sufficerent.

Iun. 24. 9.[l] *De precedenti*[m] *opere*[n]. Igitur in nativitate beati Iohannis baptiste exierunt[o] Ungariam[p][35] et intraverunt Bulgariam. In qua per tres dies non invenientes aquam, aliquantulum[q] periclitati sunt. Omnes artas[r] vias dux Grecie[s] eis ampliari fecit, et ita in festo beati
Iul. 25. Iacobi tenuerunt castrum Ravenelle[t][36], quod in medio nemoris situm est. Post laborem
Aug. 15. vero nemoris in assumptione[u] beate Virginis[v] ac si paradisum[w] Dei[x] tenuerunt civitatem Listriz[y][37], que est in confinio Bulgarie et Grecie. Inde castra moventes venerunt Vinopolim[38], civitatem magnam, sed desertam, in qua cum omnis exercitus hospitatus fuisset, vix alterne domus inhabitate sunt, ibique decem et octo ebdomadas[z] morati sunt. Siquidem inter tot et tanta prospera non defuerunt adversa, quia nunquam fuit Abel, quem malitia[a] Cain[b] non exercuit. Dux etenim[c] de Brandiz[39], que est circa Ungariam et Bulgariam, invidens servis Christi, festinus precucurrit[d] ad regem Constantinopolitanum[40], dixitque ei: *Quid hoc facere voluisti, ut hominibus tam inpiis transitum per terram tuam preberes? Non parcit oculus eorum alicui*[e] *civitati vel urbi, set*[f] *omnia vastantes sue subiciunt*[g] *ditioni. Unde scias, si in terram tuam intraverint, te de solio tuo deiciunt*[h], *et inperium tuum obtinebunt.* His verbis nimis credulus et exterritus Constantinopolitanus nuntios[i] inperatoris, episcopum videlicet Monasteriensem[41] et Robertum comitem de Assowe[42] et Marquardum camerarium cum quingentis militibus comprehendi precepit. Sicque exterriti omnes habitatores terre[k], appropiantibus[l] peregrinis, tutiora loca querentes, civitates et oppida[m] deserta reliquerunt[n].

10.[o] *Unde supra*[p]. Imperatore itaque[q] in prefata civitate moram faciente, miratus est, quod non redirent hi quos ad regem pro bono pacis miserat, commonefaciens eum pactionis sive promissionis, qua spoponderat, ad ultionem zeli Dei et vindictam terre sancte et

a) abundanti 5. *Ed.* b) enim 5. c) mercatores 5. *Ed.* d) amputate sunt 5. 8. e) infregerunt 3. f) pabulatum exeuntes *Ed.* g) Servii *Ed.* h) enim 5. i) domno *deest* 5. k) qui *Ed.* l) III. 31. 7; III. 30. *Ed* m) precedente 1*. 8. n) de eodem 3 o) exiuerunt 8. *Ed.* p) Ungaria 1*. q) aliquantum *Ed.* r) arctas 1*. *Ed.* s) gretie 1 *saepius.* t) reuenelle 3. u) in assumtionem 1*. v) b. Marie virginis 7. w) paradysum 3; per parad. R. x) domini 5. y) listris 1*. 5. z) hebdomadas 1*. a) militia 1*. b) cayn 3. 5. 8. c) enim *Ed.* d) praecurrit *Ed.*; percurrit R. e) aliter R. f) nisi R. g) subiiciunt 1*. *Ed.*; obiiciunt 5. 7; obiciunt 8. h) eiciunt 5. i) *sic* 1. k) terra *Ed.* l) appropinquantibus 3. 5. 8. *Ed.* m) opida 1. 8. n) dereliquerunt 8. *Ed.* o) III. 32. 7; III. 31. *Ed.* p) Item de eodem 5. 7. 8; de eodem 3. q) namque 5. 8; enim *Ed.*

30) Haec apud urbem Belgrad ad Sowam acta esse ex Ann. Col. max. p. 797 apparet, ubi festum Petri et Pauli Iun. 29. egerunt; v. Ansbert. p. 28. 31) Sequentia demum exeunte mense Iulio, imperatore Nissae commorante, facta esse, nostrumque hic plane seriem temporis perturbasse patet ex Ansberto p. 31 sq. 32) Stephanus Neeman, magnus comes Serviae. 33) Morawa fluvius Serviae. Secessionem regis Ungariae factam apud Branitzowa ad Danubium Iul. 2. v. apud Ansbert. p. 28. 34) Alexius patruelis Isaaci Angeli occurrit imperatori Nissae. Ansb. p. 35. 35) Cf. Ansbertum p. 28: *Nativitatem S. Ioh. Bapt. in marchia, quae est inter Ungariam et fines Graeciae — celebravimus.* 36) v. supra l. I, c. 3. not. 36. 37) Secundum Ansbert. p. 59, Aug. 13. secundum Tagenonem in Chron. Magni Presbyt. T. XVII, p. 509 Aug. 11. pervenerunt ad oppidum Straliz, de quo ab antiquis Serdika, hodie a Bulgaris Sredetz, a Turcis et Graecis Sophia dicto v. Wiener Iahrb. T. 42, p. 42. 38) *Vinipopolin, quae et Philippis,* Ann. Col. max. T. XVII, p. 797. *Philippolim*, Ansb. p. 41 cf. s. l. I, c. 3. not. 43, ubi advenerunt Aug. 24. 39) V. supra l. I, c. 3, not. 34. 40) Isaacum Angelum. 41) Hermannum. 42) Nassau.

effusionis[a] iusti sanguinis servorum Dei in omnibus se obsecuturum exercitui peregrino, scilicet ut firmam in regno suo pacem haberent, et ipse eis omnia invia pervia faceret et emendi gratiam tam in victualibus quam in aliis necessariis preberet. Ipse etenim[b] imperator omnia que promissa fuerant ita fideliter custodivit, ut, sicut supra dictum est, nulli de exercitu nec per vim, nec per rapinam, nec per furtum aliquid[c] obtinere permiserit. Cumque diutius expectasset, et sui non essent reversi, indignatus omnem circa regionem[d] vastare cepit[e], ita ut aratris terram excoleret, quod tamen arte factum fuerat, ut maiorem habitatoribus terre timorem incuteret. Tantas igitur exercitus divitias in terra de spoliis collegerat in auro et argento, in vestibus preciosis, in armentis, ut aliquis pro lautioris cibi exquisitione octo boves pro gallina daret. Que tamen habundantia[f] ad tantam devenit inopiam, ut consumptis[g], immo magis perditis omnibus, omnis retro habundantia oblivioni tradita videretur. Transactis itaque decem et septem[h] ebdomadibus[i], castra moverunt de loco illo[k] et venerunt Andropolim[l, 43]. Ubi septem ebdomadas hospitantes, similia perpetraverunt. Ibique reversi sunt nuntii imperatoris cum obsidibus quinquaginta, firmam pacem et cetera que imperator expetierat ad voluntatem afferentes. Acceptis igitur obsidibus, in 1190. media quadragesima relicta Andropoli prospere procedentes, in pascha[m], quod eo anno in Mart. 25. annuntiatione Domini celebrabatur[n], venerunt ad brachium sancti Georii[o], ibique castra metantes[p], sanctum pascha Domini cum gaudio celebrabant[q]. Proxima die classem intrantes transierunt vadum. Quibus rex tantas naves providerat, ut omnis exercitus cum omnibus attinentiis suis tribus diebus transmearet[44].

11.[r] *De adversitate peregrinorum*[s]. Igitur post maris transitum populus Domini[t] exercituum, ac si post Pharaonis vinculum, confessionis Christi cecinit epitalamium[u]. Nam propter obsides, quos[v] secum traxerant, sperabant pacem. Et ecce turbatio et forum rerum venalium[45], et ecce famis et inedie tribulatio. Siquidem non post multos dies, cum adhuc in terra regis Grecorum essent, occurrerunt eis[w] Turci insidias tendentes, quos illi primo non attendebant, quia pauci erant, nec eos malum machinari cogitabant. Illi vero de die in diem multiplicabantur, ac si arena[x] maris, que pre[y] multitudine numerari non potest, et nocte et die erant circa ipsos[z]. Populus vero[*] Dei[a] psallebat: *Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me*[b], *multi surgunt*[c] *adversum me, multi dicunt anime mee, non est salus ipsi in Deo eius*[d]*; tu autem, Domine, susceptor meus es*[e, 46]. Cumque conclusi essent in manu hostili sicut oves in medio luporum, non tamen a cepto itinere cessabant, et cum castra moverent, simul hostium castra movebantur. Iam Rumeniam, terram desertam et inviam et inaquosam, intrabant[f], et defecerat panis in sitarciis[g] eorum, quia alimenta non habebant. Fuerunt tamen inter eos, qui panes mellitos, cum in habundantiis essent, sibi preparaverant et utcumque[h] sustentabantur[47]. Qui vero simile opus non fecerant, aut carnibus equinis et aqua sive radicibus pascebantur, aut fame usque ad mortem affligebantur. Cumque vires ad ambulandum non haberent, ceciderunt in facies[i] suas super terram, ut martirium[k] pro nomine Domini susciperent. Inimici vero, irruentes super eos, sine omni miseratione[l] in conspectu omnium eos trucidaverunt. Iamiam[m] defecerant[n] iumenta, tum quia

a) *ita et correctum in* 8; effusionem 5. 7. *Ed.* b) enim *Ed.* c) aliquit 1. d) omnes c. regiones *Ed.* e) precepit 5. f) abundantia *saepius* 1*. 5. 8. *Ed.* g) consumtis 1*. h) octo 3. 5. 8. *Ed.* i) hebdomadibus 1*. *Ed.* k) isto 5. l) andronopolim 3. m) pasca 8, *in quo margini a m. rec. adscripta leguntur haec:* Anno 1190, aureus numerus 13, litera G. n) celebratur 3. 5. 8. o) georgii 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) ibique castra metantes *desunt* 5. q) celebraverunt 3; celebrabatur 8. r) III. 33. 7; III. 32. *Ed.* s) item de eodem 3. t) Dei 8. *Ed.* u) epythalamium 3. 5. 8; epithalamium *Ed.* v) quo 5. w) eis *deest* 3; ei 5. 8. *Ed.* x) harena 3. y) pro 1. z) eos 3. *) autem 5. 8. *Ed.* a) domini 1*. b) me *punctis notatum in* 5. c) insurgunt 3. 5. 8. *Ed.* d) eius *deest Ed.* e) meus etc. *Ed.*; meus es etc. 8. f) narrabant 3. g) sistarcis 3; sistarciis 8. *Ed.* h) utrumque 3. i) faties 1. k) martyrium 1*. l) misericordia *Ed.* m) tamiam 7; iam 8. n) defecerunt 5. 8.

43) *Decem et octo* supra dixit. Nonis Novembr. recessit imperator ipse a Philippopoli, v. Ansbert. p. 56, Tagenonem, p. 510; intravit Adrianopolim Nov. 22, unde transactis 14 hebdomadibus Mart. 2, ad transitum maris profectus est, Ansbert. p. 57. 78. Alia pars exercitus exiit Philippopoli Ian. 15, venit Adrianopolim Febr. 6, exierunt omnes m. Martio ineunte, Tagenon. p. 512. 513. Quum igitur nostrum in definiendo itineris ordine neutri relationi congruere facile appareat, tamen paschale festum quiete transactum esse, proximis diebus transfretasse exercitum, omnes consentiunt; non autem cum gaudio, sed cum tristitia propter pluvias festum celebratum esse testes illi ocularii affirmant. 44) Non tribus diebus, sed sex (Mart. 23—28) omnes transmeasse affirmant Ansbertus p. 80. et Tageno 513. 45) Immo *forum rerum venalium nullum* legi debet, cf. Ansbert. p. 81 sq., neque enim nostri sententia diversa est. 46) Psalm. 3, 1 sq. 47) Neque Ansbertus neque Tageno in ceteris multo longiores hoc memorant.

1190. gramina non habebant, tum etiam, quia ad victum consumpta[a] erant, et laborabant in ambulando tota die multi viri nobiles et delicati et Deo[b] gratias agebant. Sic autem ordinabant acies[c] suas, ut pedites et infirmiores[d] medii essent, equestres vero propter insultum hostium a dextris et a[e] sinistris. Sepius etiam insultum in illos[f] facientes[g], prostraverunt quosdam ex eis, aliquando etiam ad quinque milia, et nichilominus[h] cessabant insequi eos. Sed quia *multe sunt tribulationes iustorum, et de omnibus his*[i] *liberabit eos Dominus*[k, 48], non invalida super eos erat manus Domini, in omnibus confortans eos. Laborabant siquidem ut castigati et non mortificati, quasi tristes[l], semper autem gaudentes. Imperator vero quamvis se circumventum non dubitaret, dimisit tamen obsides, quos tenebat, iuxta illud: *Michi vindictam, ego*[m] *retribuam, dicit Dominus*[49]. Post hec incurrerunt siccitatem
Mai. 13 maximam[n], ubi per biduum siti laborabant. Venerunt igitur in pentecosten[o] Yconium[p], que[q] capitalis est civitas Turcorum et castrametati sunt in orto venatorio prope civitatem[50], ubi[r] refecti sunt de herbis ortoru[s] qui circa civitatem erant, et visum est anime eorum ac si paradisi delicias[t] habuissent

12.[u] *De pugna imperatoris et soldani*[v]. Dum[w] igitur post longam famis maciem populus Dei utcumque refectus fuisset[x], sperans post diutinos labores quietis requiem, post bellorum turbines pacis serenitatem, ecce filius iniquitatis, filius Salhadini[y], gener soldani[51], imperatori mandavit dicens: *Si per terram meam securum vis habere transitum, de quolibet tuorum aureum*[z] *michi dabis Byzantium*[*]*; quod si non feceris, scias, quod in crastino bello te impetam et violenter et te et tuos aut gladio interficiam, aut in captivitatem redigam.* Cui imperator respondit: *Inauditum quidem est, ut*[a] *Romanorum imperator ulli*[b] *mortalium tributa persolvat, que*[c] *ipse magis exigere consuevit*[d] *quam solvere, accipere magis quam dare; tamen quia viribus exhausti sumus, ut cum pacis*[e] *quiete viam nostram tendamus, unum denarium, qui manlat*[f, 52] *dicitur, ei voluntarie persolvam. Quem si acceptare noluerit et magis bello nos inquietare voluerit*[g], *sciat, quod pro nomine Christi*[h] *libentissime cum eo congredi volumus, qui pro ipsius amore aut vincere aut vinci optamus.* Est autem manlat de viliori[i] nummismate[k], qui nec totus sit aureus, nec totus cupreus, sed quasi de confusa et vili constat materia. Nuntius itaque[l] reversus nuntiavit hec[m] domino suo. Imperator vero convocata saniori[n] parte, quod agebatur exposuit, ut[o] quid ageretur ex consilio inveniretur[p]. Ad hec illi uno ore responderunt, dicentes: *Bene*[q] *quidem et ut imperialem decet maiestatem tyranno respondistis, nos tamen sciatis*[r] *nullam pacis conditionem querere, quia nichil restat, nisi aut mori aut vivere*[s], *aut vinci aut vincere.* Placuit imperatori tanta virorum Dei constantia. Et lucescente aurora, ordinata acie[t], filius eius, dux Suevie, cum robustissimis in fronte constituitur, ipse vero cum reliquis hostes, qui a tergo insistebant, percussurus accingitur.
Mai. 18. Pugnabant igitur Christi milites animis quam viribus fortiores[53]. Sed qui olim roborabat martirum[u] tolerantiam, ipse horum etiam firmabat constantiam. Cadebant autem adversarii a dextris et a[v] sinistris, nec erat numerus interfectorum, quod testabatur maxima congeries cadaverum. Denique ipsum introitum civitatis precludebat multitudo interfectorum[w], sed alii occidebant[x] aliique occisos removebant. Sicque vi portas irrumpentes,

a) consumta 1*. b) Domino 1*; deo *deest* 5; ideo 3, *perperam soluto compendio.* c) aties 1. d) infirmi 5. 8. *Ed.* e) a *omisit* 1*. f) eos 3. g) fatientes 1. h) non cessabant 7; *omissum* non *in* 7*. i) his *deest* 5. k) deus 5. l) non tristes 8. m) et ego 5. n) maritimam 3. o) Pentecoste *Ed.* p) Iconium *Ed.* q) qui 5. 8. r) ibi 5. s) horto hortorum 1*. t) delitias 1; deliciis 5. u) III. 34. 7; III. 33. *Ed.* v) de eodem 3. w) cum 3. 5. 8. *Ed.* x) fuisset *deest* 7. y) Saladini *semper codd. praeter* 1. 1*. *et Ed.* z) tu mihi 8. *Ed.* *) byzantinum *Ed.*; bisantium 5. a) quod 3. 5. 8. *Ed.* b) ut ulli 5. c) que *deest* 5. d) assuevit *Ed.* e) paucis 3. f) maulat 5. *Kornerus saepius.* g) et magis — voluerit *desunt* R. h) cristi 8. i) viliorum *Ed.* k) numismate 1*. *Ed.* l) ita 5. m) hoc 8. *Ed.* n) saniorum R. o) et 3. p) inveniret R. q) bone 8; Bona R. r) scias 3. *Kornerus.* s) vincere 7. 8. R. t) atie 1. u) martyrum 1*. *Ed.* v) a *omisit* 1*. w) quod testabatur — interfectorum *desunt* 5. 7. 8. R.; quod testabatur — removebant *item desunt Kornero.* x) occidebantur R.

48) Psalm. 34, 20. 49) Ep. Roman. 12, 19. 50) Die pentecostes, Mai. 13, non pervenerunt Iconium, sed in itinere, fame maxime vexati, diem peregerunt; v. Ansbert. p. 90. In hortum illum prope Iconium venerunt Mai. 17, ibid. p. 94. 51) Immo filius Soldani et gener Saladini. Melik dicitur ab Ansberto p. 85; Wilken IV, p. 133 etc. filium Malekschah, patrem Kilidsch Arslan dicit. Facta est illa legatio, priusquam ad Iconium pervenirent, Idibus Maii; v. Ansbert. p. 93. Tagenon. p. 514. 52) Denarius Byzantinus, cui Manuelis imperatoris imago impressa erat. 53) Facta est pugna apud Iconium Mai. 18.

omnes qui in civitate erant, percusserunt in ore gladii. Reliqui vero in castrum, quod civi- 1190. tati coniunctum erat, se receperunt. Et ita humiliatis hostibus intus et foris, per triduum in ipsa civitate morati sunt[a]. Tunc soldanus legatos honoratos cum muneribus imperatori misit[b] dicens: *Bene quidem, domne imperator, in terram meam venisti, sed quod[c] iuxta placitum tuum et secundum tuam[d] magnificentiam susceptus non es, tibi quidem gloriosum, nobis vero est ignominiosum. Tibi enim de tanta victoria eternalis erit memoria, nobis autem rubor et ignominia. Ista tamen preter voluntatem meam acta certissime scias, quia in lecto[e] egritudinis decumbens nec mei nec aliorum conpos esse valeo. Nunc igitur rogo, ut misericordiam mecum facias[f] et pro conditione pacis obsides et quecunque volueris acceptes, ita ut civitatem egrediens iterum in orto castra reponas.* Quid plura? Imperator cum suis civitatem egreditur[57], tum quia que exigebat ad placitum offerebantur, tum quia nimia corruptio aeris propter interfectos eos exire cogebat. Firmata igitur pace, agoniste Christi gaudentes per viam suam ibant, nec ulterius adversarii eos insequebantur. Et ita transeuntes terram Armeniorum, venerunt ad fluvium Saleph[g], ubi castrum eiusdem nominis situm erat[58].

13.[h] *De morte imperatoris*[i]. Quo cum perventum fuisset, propter nimiam estus intemperiem pulverisque squalorem domnus imperator in eodem amne lavari[k] simul et refrigerari disposuit. Siquidem idem amnis non multum latus erat, cursum tamen velocem propter montium circumgirationes habebat. Aliis igitur ad vadum certum[l] transeuntibus, ipse multis invitis aquam ingreditur, et sperans se natando transmeare, fluminis arripitur inpetu, quo nollet trahitur, et priusquam subvenire potuissent qui circa ipsum erant, aquis preoccupatus[m] interiit[59]. Iun. 10. Fit igitur meror omnium una voce plangentium: *Quis nos consolabitur in hac peregrinatione nostra? quia cecidit propugnator[n] noster. Nunc[o] erimus sicut oves, errantes in medio luporum, nec eos[p] quisquam[q] a morsibus nostris[r] prohibebit.* Huiuscemodi[s] ploratu et ululatu[t] populus tabescebat[u]. Sed filius consolabatur eos, dicens: *Pater meus quidem mortuus est, sed vos constantes estote nec deficiatis in tribulationibus vestris[v] et videbitis auxilium Domini super vos.* Et quia idem in omnibus se prudenter gerebat, omnes mortuo patre principatui eius se subdiderunt. Qui recolligens qui remanserant — plurimi enim distracti erant — pervenit Anthiochiam[w. 60]. Quem princeps Anthiochie honorifice suscipiens, ipsam civitatem ei consignavit, ut de ipsa ordinaret quod[x] vellet. Plurimum enim ipsi civitati Sarraceni insistebant, ita ut ipsam tenere desperaret propter insultus eorum. Cum igitur ibidem ad pausandum aliquantulum moram faceret[61] et populus famelicus vino et ceteris deliciis[y] civitatis immoderatius infarciri cepisset, nimia mortalitas inter eos orta est, ita ut plures ex nimia repletione quam ex priori[z] exinanitione[a] morerentur. Multis autem de vulgaribus propter intemperantiam[b] ibidem occumbentibus, etiam nobiles et boni viri propter nimium estum interierunt. Inter quos domnus Godefridus Erbipolensis[c] episcopus, vir prudens et eloquens, qui eandem peregrinationem secundum datam sibi gratiam ex magna parte regebat, ex hoc incolatu celestem migravit ad patriam[62]. Dux vero, locatis ibidem[d] trecentis militibus, ipse cum reliquis pervenit Acon[e. 63] et invenit ibi manum validam christianorum, qui eandem civitatem obsederant[f]. Multum autem confortata est pars Teutonicorum in adventu ipsius, qui tamen non nisi cum mille viris venit ad eos. Eo autem ibi morante et cum hostibus confligere[g] disponente[h], inmatura morte preventus diem clausit extremum[i 64]. 1191. Ian. 20. Sicque expeditio illa terminata est, ut quasi fere adnichilata videretur.

a) sunt *deest* 5. b) misit *deest* 3. c) quod *deest* 3. d) tuam *deest* 5. e) loco R. f) fatis . . . s 1. g) Caleph 1*. h) III. 35. 7; III. 34. *Ed.* i) imp. frederici 5; item de eodem 3. k) lavare 8. *Ed.* l) circum 7. m) prefocatus 3. 5. 8. *Ed.* n) pugnator 5. o) nunc igitur 5; n. ergo 8. *Ed.* p) eas *Ed.* q) quisdam 1*. r) nostris *deest Ed.*; eorum 5. s) huiusmodi 1*. t) ullulatu 8. u) thabescebat 5. 8. v) nostris 8. *Ed.* w) antiochiam *saepius Ed.* x) quid 5. 8. *Ed.* y) delitiis 1; divitiis *Ed.* z) priore 5. a) inanitione *Ed.* b) intolerantiam 5. 7. 8. *Ed.* c) erbypolensis 3; Herbipolensis *Ed.* d) ibi 5. e) accon 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) dux — obsederant *desiderantur* R. g) affligere 8, *perperam scripturae compendio intellecto.* h) predisponente *Ed.*; proponente, *correctum* disponente 8. i) *in* 8 *margini adscripsit m. rec.* moritur dux, puto, non rex Hinricus filius Fr.

57) Exierunt Mai. 23. Ansbert. 99. Tageno 515. 58) Castrum plerumque Seleucium dicitur, et ipse fluvius Seleucius, v. Ansbert. p. 103, Graeco sermone Selefkieh, Saleph vel Saphet; Wilken IV, p. 137, not. 170. 59) 1190. Iun. 10. Proxima accedit nostri narratio ad accuratiores Ansberti et Anonymi Canisiani, Thesaurus ed. Basnage III, p. 526. 60) Pervenerunt eo Iun. 21. 61) *octo hebdomadarum*, Ann. Col. max. p. 800. 62) Qui fuit antea cancellarius imperatoris. Obiit a. 1190. Iul. 8. Magnus Reichersb. supra T. XVII, p. 516. 63) Oct. 8. v. Wilken IV, 288. 64) Obiit a. 1191. Ian. 20.

Unde nonnulli scandalum contra eam habuerunt, dicentes, eam non recte inchoatam[a] ideoque nec[b] bene consummatam. Sed qui[c] talia iudicas, vide ne lumen[d], quod in te est, tenebre sint, dicente Domino: *Lucerna corporis tui est oculus tuus*[65], profecto per oculum interiorem intentionem, per corpus vero exteriorem actionem volens interpretari. Sapientia vero dicit: *Homo videt in facie*[e], *Deus autem in corde*[66]. Si ergo lucerna corporis tui in corde, quam Deus solus videt, et si in facie[e] corpus exterius, quod videt homo, qua temeritate iudicium[f] Dei tibi usurpas, qui solus occulta novit, cum magis ea, que nescis, quo animo fiant, in meliorem partem debeas[g] interpretari? Manifesta tamen indicia[h] hic inveniuntur, que magis attendenda fuerunt, quod ewangelici viri illi[i] propter amorem Christi reliquerunt domos, fratres et sorores, patrem et matrem et uxores, filios et agros, et quod maius est omnibus, tradentes corpora sua laboribus et suppliciis. Quia plurimi eorum tali devotione sunt peregrinati, ut, quantum in ipsis erat, magis eligerent in confessione Domini occumbere quam ad sua remeare. Et ideo quamvis expeditio illa sive peregrinatio ad finem desiderati certaminis non pervenerit, non tamen eo minus credendum est, quod coronam desideratam non[k] perceperint, cum preciosa sit in conspectu Domini mors sanctorum eius, que quali fine claudenda sit, vel quomodo vel quando adinplenda, sicut[l] Dei solius est nosse, ita eius de singulorum meritis iudicare. Iustus enim, si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

14.[m] *De obsidione Accon*[n]. Inter hec autem civitas Accon expugnabatur a militibus Christi[o], qui ex omnibus gentibus, populis, tribubus[p] et linguis illic collecti erant. Quam primo Wido rex, a captivitate solutus, ut supra dictum est[67], a Tyro veniens cum ducentis milibus[q] obsederat. Sed post, Domino cooperante, obsidio in[r] inmensum excreverat. Ipsa siquidem Tyrus tunc[s] fere sola refugium erat christianorum, faciente[t] Conrado marchione[u], qui eam constantissime tenebat. Ipsum[v] namque Deus ad robur militie christiane[w] ad[x] presidium suorum fidelium direxerat, qui in ipso tempore desolationis terre sancte orationis gratia Iherosolimam[y] tendebat, cumque navigio veniret de Grecia[z] et applicare vellet Accon, cognovit quod Salhadinus totam obtinuisset terram et ipsa civitas ei tradita fuisset. Et fugiens[*] divertit ad Tyrum. Et nichilominus[a] homines Salhadini in ea erant, ut obsides de ipsa acciperent. Meliores autem civitatis cognoscentes de adventu ipsius, clam eum in civitatem receperunt, et facientes cum eo amicitias[b] principatum ei civitatis dederunt[68]. Qui eiectis ex ea hominibus Salhadini, confortabat animos virorum qui in ea erant, reparans[c] ruinas murorum et firmans presidia turrium[d]. Salhadinus vero in Accon constitutus, audiens quod factum erat, indignatus statim obsedit civitatem, erigens contra eam machinas septem, et confregit muros eius, ita ut iam suis pateret introitus. Marchio vero Conradus confortans suos, confidens de adiutorio Christi, qui[e] numquam deseruit sperantes in se, apertis portis audacter egressus est ad eos et fugavit Salhadinum et persecutus est eum ad montana, et ceciderunt de suis quinque milia[69]. Et reversus ditatus est de spoliis eorum[f], et de victualibus replevit civitatem, et satiata est anima eorum, qui iam fame defecerant. Nec adiecit ultra Salhadinus obsidere civitatem. Post etiam multo auro pacem a marchione mercatus est, quia continuis eruptionibus castra ipsius infestabat. Unde[g] quidam eum infidelitatis arguere conati sunt, quod munera infidelium acciperet. Sed ille exspolians[h] Egyptios[i], ditavit Hebreos[k, 70], quia quod ab infidelibus quoquo modo rapiebat, fidelibus fideliter erogabat.

a) incoatam 1*. b) ideo non *aut* imo non 5. c) quia 5. 8. *Ed.* d) lucis *Ed.* e) fatie 1. f) iuditium 1. g) debes 5. h) iudicia 1*. 3; inditia 1. i) illi autem 8. k) non *deest* 5. l) sunt 1. 1*; eius est *Heumann.* m) III. 36. 7; III. 35. *Ed.* n) d. o. a. sive acheron 5; item de eodem 3. o) cristi *similia saepius* 8. p) tribus 5. q) militibus 5; militibus 7. r) in *omisit* 1*. s) nunc 3. 5. 7. 8. *Ed.* t) faciendo 8. *Ed.* u) marchyone 3. v) ipsam 8. w) Christianorum *Ed.* x) et ad 3. 5. 8. *Ed.* y) Ierusolymam 1*; ierosolimam 8. z) de gretia 1; in greciam 5. *) fugientes 7. a) nichillominus 1. b) amititias 1. c) reparans *deest* 7. d) thurrium 3. e) quae 1*. f) suorum 8. g) dum 5. h) expolians 3. i) egiptios 5. k) ebreos 3.

65) Ev. Matth. 6, 22. 66) 1. Samuel. 16, 7. 67) c. 5. Acconem obsidere coepit rex a. 1189. Augusto. Cf. Wilken IV, p. 250 sq. 68) Conradus marchio, Wilhelmi marchionis de Monteferrato filius, postquam Theodoram filiam Isaaci Angeli in matrimonium duxit, Tyrum advenit a. 1187. mense Iulio vel Augusto, quum de ipsa deditione cogitaretur; v. Wilken IV, p. 217 sq. 69) Reportata est ea victoria a. 1188. exeunte mense Ianuario; ibid. p. 233 70) Respexit Exod. 12, 35.

15.[a] *De adventu Teutonicorum*[b]. Igitur cum Wido rex, ut dictum est, civitatem Accon obsideret cum militibus Teutonicis[c] et his[d] qui de Longobardia et Tuscia[e] apud Tyrum collecti erant, inter quos primates erant comes de Gelrem[f,72] et Heinricus comes de Aldenburch[g] et Widikyndus[h] advocatus de Rieden[i,73] et Adelbertus comes de Poppenburch[k,74] et alii quam plures[l] episcopi et nobiles, Salhadinus eos sine intermissione infestabat, ita ut se illic subsistere desperarent. Sed qui[m] gemitum filiorum Israel in Egypto olim audivit, cum affligerentur a Pharaone[n], nunc recordatus misericordiarum suarum[o], respiciens[p] de solio suo excelso, misit eis auxilium. Denique tertia[q] die obsidionis in Kalendis Septembris 1189. Sept. 1. apparuit multitudo navium de diversis Teutonicorum partibus venientium, quas Dominus per tediosissimas[r] circumgirationes[s] regionum per longissimos tractus marium[t] ita illesas gubernaverat, ut numquam secundus ventus eis defuerit et nulla earum vel hominem[u] vel instrumentum aliquod perdiderit. Fuerunt autem quinquaginta quinque naves Teutonicorum expansis velis applicantes. Quibus iunctus erat princeps quidam de Avense[v], nomine Iacobus[75], cum quinque magnis navibus, viris et armis honustatis[w], simul et victualibus. Salhadinus vero, qui cum innumerabili multitudine proxima die super milites Christi irruere[x] disposuerat, cognito adventu tante classis, primo quidem obstupuit et in amaritudine cordis, anima deficiente, totus contabuit, quia[y] quos a terra arcere non potuit, eos ad destructionem sui venisse non dubitavit. Cum igitur[z] portum tenuissent et egressi fuissent in manu valida, vallaverunt in gyrum civitatem nec[*] tamen inhibere[a] poterant, quin homines Salhadini, quotiens voluissent[b], cum camelis intrarent et exirent civitatem ad portam que vergebat ad orientem. Sicque multo labore et periculo fere per mensem in obsidione laboraverunt[c] et multum[d] exhausti erant continuis excubiis et vigiliis, quia Sarraceni sine intermissione sagittis et incursionibus eos inquietabant. Cogitabant autem confligere cum eis, si forte propitio Deo possent obtinere eos. Et miserunt Tyrum pro Conrado marchione et Lothewigo[e] provinciali[f] de Thuringia, qui[g] iam[h] nuper de terra sua gloriose venerat cum multa copia militum et victualium, rogantes ut presidio eis fierent. Marchio tamen sepius vocatus venit invitus propter simultationes[i] quasdam, quas contra regem habebat. Arguebat enim eum, quod pro sua tantum liberatione multas civitates munitas Salhadino tradidisset. Venerunt tamen in manu valida, et letati sunt in adventu eorum, maxime tamen de adventu lantgravii, qui tunc novus[k] venerat et quasi princeps militie illorum fuerat. Domnus etiam[l] patriarcha[m] in castra venerat, qui animos plurimorum confortabat. Ordinata igitur acie, omnis multitudo equestrium et sagittariorum et robustiorum[n] in campestribus erant; ceteri vero contra insultus eorum qui in civitate erant castra servabant Cumque congrederentur qui foris erant, irruerunt viri civitatis super eos qui castra servabant[o], et artabant eos vehementer. Sed fugata sunt castra Salhadini. Quod videntes hi[p] qui naves servabant, vociferati sunt, fugere Salhadinum, sicque liberati sunt hi[p] qui in castris erant. Porro campestres fugientem[q] Salhadinum persecuti sunt in montana et reversi sunt, timentes insidias. Cumque pedites in castris raperent spolia, orta est inter eos seditio de quodam mulo, qui rapiebatur ab omnibus, trahebatur ab omnibus, ita ut mutuo populus contra populum pararetur ad bellum. Quod cognoscentes Sarraceni, cum insidiis irruerunt super eos et prostraverunt ex eis plus quam mille viros, et ceteri fugerunt[r] ad castra[76]. Et facta est in populo Dei tristitia magna. Ex illo tempore statuerunt, ut vallo se circumdarent, ne hostibus subitanea preda fierent. Foderunt ergo duo magna fossata, unum versus

a) III. 37. 7; III. 36. *Ed.* b) d. introitu t. ad terram sanctam 5; item de eodem 3. c) teutunicis 5. d) iis 3. 5; is 8. e) tussya 7. f) Gelren *Ed.* g) Aldenburig 1*; Aldenburg 3. 5. 8. *Ed.* h) Widekindus *Ed.*; widekinus 3. 8; widikinus 5. i) reiden 5. k) Poppenburig 1*; poppenburg 3. 5. 8. *Ed.* l) complures *Ed.* m) quia 5. n) pha||raone nunc *hic tertius fragm. Brunnensis* (1); — Pharaone||nunc *hic fasciculus* 1 *apogr. Hafn.* (1*) *incipit.* o) suorum 5. p) respitiens 1. q) tercia 1. r) religiosissimas 8. *Ed.* s) circumgyrationes 3. t) maris 3. u) homines *Ed.* v) Anenso *Ed.* w) onustatis 5. 8. *Ed.* x) venire R. y) qui 1*. z) ergo 8. *Ed.* *) non 1*. a) inibere 1. 3; inybere 2. b) placuisset 3. 5. 8. *Ed.* c) laborabant 5. 7. d) multi 5. e) lodewico 3. 5. 8. f) comite pr. *Ed.*; provintiali 1. g) quae 1*. h) iam *deest Ed.* i) simultates *Ed.*; simulationes 3. k) nonus R. l) autem 5. m) patryarcha 3. n) robustiorum, i *littera fere deleta,* 1; robustorum 5. 8. *Ed.* o) Cumque — servabant *desunt* 7. p) hii *ut fere semper* 8. q) fugientes 3. r) fugierunt 5. 8.

72) Otto comes de Geldern. 73) Widikindus de Rheda in Westfalia, advocatus monasterii Freckenhorst, confundator monasterii Marienfelde dioecesis Monasteriensis, v. dipl. a. 1185 apud Erhard Cod. dipl. Westf. II, n. 451 et 452. 74) Poppenburg, nunc praefectura principatus Hildesheimensis iuxta fluvium Leine. 75) de Avesnes in Flandria. 76) Commissum est proelium a. 1189. Oct. 4, non autem fuit ultimum.

civitatem, aliud versus campestria, et hoc muniti presidio quietis vacabant otio, conclusis his qui in civitate erant, quibus libertas exeundi et redeundi subtracta erat. Agente autem[a] lantgravio et ceteris[b] nobilibus, multo labore et expensis plurimis[c] tres turres ligneas contra civitatem erexerunt. Et cum se eam tali instrumento optinere crederent, qui in civitate erant omnia edificia illa igne, qui dicitur Grecus ignis, concremaverunt. Quo facto, milites Christi meror occupavit et indignatio et quedam de hostium subsannatione confusio. Mortuus est etiam post dies illos lantgravius[77]. Inde quasi sine principe esse videbantur[d],

1191. Apr. 13. 16.[e] *Adventus regum Francie[f] et Anglie[g].* — cum[h] supervenit rex Francie[78], et in manu valida cepit vallare civitatem et erexit adversus eam machinas; siquidem rex Anglie in expugnatione Cypri occupatus erat. Cyprus est regio mari circumdata, regi Constantinopolitano subdita, persolvens ei annuatim septem auri pondera, que cyntenere[i] dicuntur. Invaluerat autem rex terre illius divitiis, et in superbiam elatus recessit a Constantinopolitano simul et a fide catholica[79]. Huius rei gratia eum Anglicus inpetebat, et obtinuit eum et terram ipsius, coniciens[k] eum in vincula apud civitatem que Meregart[l, 80] dicitur. Et quoniam hoc iuraverat, ne ferro eum compediret, catena[m] eum[n] vinxit argentea; ibique mortuus est. Accepit autem de terra eius thesauros[o] maximos. Ipsam etiam quasi sub titulo christianitatis consignavit in manu Widonis regis Iherosolimorum[p], qui[q] iam regno privatus erat, uxore mortua. Et regnum ipsius Conradus marchio cum sorore uxoris optinuerat[81]. Vastata igitur[r] Cypro, rex Anglie applicuit[s] Accon[t, 82], et iunctis viribus cum rege Francie arcebat civitatem. Siquidem milites Christi dantes se periculo, sine intermissione nocte et die suffoderunt muros eius et turres[u] precipitaverunt. Et necessitate coacti qui intus erant, de civitatis deditione[v] agere ceperunt. Miserunt autem occulte frequenter[w] Salhadino nuntios, ut eos ipse, sicut promiserat, liberaret. Quod cum non posset, tradiderunt civi-
Iul. 12. tatem[83]. Captivatis autem omnibus qui intus erant, pro sui liberatione promiserunt pecunias multas, insuper ligni dominici[x] restitutionem, datisque obsidibus acceperunt inducias unius mensis, et abeuntes ad Salhadinum de ligni dominici restitutione nichil quidem profecerunt, sed nec[x*] pecuniam persolvere potuerunt. Et ita reversi intraverunt civitatem, et trucidati sunt[y] quatuor[z] milia virorum gentilium in conspectu Salhadini. Carchas[*] vero et Mesthus[a] et alii nobiliores pecunia se liberaverunt[84]. Rex autem Francie, capta civitate, ingressus classem ad sua reversus est[85], tali[b] tamen conditione, ut ex omnibus spoliis civitatis dimidietatem optineret. Quod rex Anglie in presenti quidem promisit, sed minime persolvit. Post discessum vero regis Francie, convertit se ad Aschalonem, ut expugnaret eam. Quod videntes habitatores eius, succenderunt eam et fugerunt[c]. Ipse autem desolatam ingrediens[86], firmissime eam reedificavit, instaurans muros eius et turres.

1192. Apr. 28. Post dies illos occisus est Conradus rex Iherosolimorum, dolo ut dicitur regis Anglie et quorundam Templariorum[87]. Siquidem princeps de montanis, qui quadam excellentia[d] principatus dicitur senex, precio corruptus duos de suis misit, qui eum occiderent. Quiddam[e] ridiculosum de hoc sene dicturus sum, sed tamen assertione fidelium mihi attestatum[88]. Idem senex prestigiis suis ita circumvenit homines terre sue, ut nullum preter

a) ergo 5. b) aliis 3. c) multis 3. 5. 8. *Ed.* d) videbatur 7. e) III. 38. 7; III. 37. *Ed.* f) frantie 1 *saepe.* g) anglye 1 *saepe*; *s.* in terram sanctam 5; item de eodem 3. h) Verum *Ed.* i) cintenere 3. 8; centenere *Ed.* k) coniiciens 3. 5. *Ed.* l) meregard 8. *Ed.* m) cathena 3. 5. 8 n) cum *deest* 3. o) tesauros 8. p) Ierusolymorum 1*; ierosolimorum 8; hierosolimorum 5 *saepius.* q) quis R. r) ergo *Ed.* s) applicavit *Ed.* t) acon 1. 1*. u) thurres 3 *saepius.* v) ditione 7; dedicatione 3; declinatione 8. *Ed.* w) frequentes *Ed.* x) Domini 8. *Ed.* x*) ne 1*. y) ita 5. 8. *Ed.* z) quotuor 1*. *) Charcas 1*; carthas 5. a) meschus 5; Mesthius *Ed.* b) tali *deest* 5. 7; ea *Ed.* c) fugierunt 1. 1*. 5. 8. d) excellencia 1. e) quidam 8.

77) Landgravius propter infirmam valetudinem profectus obiit in insula Cypro a. 1190. mense Octobri. 78) scil. Philippus. Advenit in vigilia paschali, April. 13. a. 1191. 79) Regnum vel imperium insulae tenebat Isaacus, homo crudelissimus. Cf. Wilken IV, p. 200 sq. 80) *apud Margatum munitissimum castrum* Ansbert. p. 110. Margath sive Markab in parte septemtrionali comitatus Tripolis in Syria.* 81) Sibylla mortua, Conradus ducta Elisabeth violenter regnum sibi usurpavit, exeunte a. 1190. 82) pervenit eo Iun. 8. 83) a. 1191. Iul. 12. Cf. Wilken IV, p. 363 sq. 84) *Mustoch et Carcus admirandi* dicuntur in Ann. Colon. max., T. XVII, p. 802, Meschtub et Karakusch, vulgo dicti *Emire;* Wilken IV, p. 390. Haec facta sunt, postquam Philippus profectus est. 85) Accone profectus est a. 1191. exeunte mense Iulio. 86) Venit Ascalonem a. 1192. Ian. 20. Brevissime hic narrat Arnoldus. 87) Conradus marchio, rex Hierosolymorum electus, sed nondum coronatus, interfectus est a duobus assasinis in urbe sua Tyro 1192. April. 28. Cf. Wilken IV, p. 483. 487. 88) De assasinis confer infra l. VII, c. 8. *) De Margati castro vide supra apud Cafarum T. XVIII. p. 45. 46. P.

ipsum Deum[a] venerentur vel[b] credant. Qui etiam quandam spem et quedam gaudia eterne iocunditatis[c] monstruose eis pollicetur, ut optent magis mori quam vivere. Sepe enim multi eorum ad nutum vel imperium suum stantes in muro excelso se precipitaverunt, ita ut cervicibus fractis miserabili morte interirent[d]. Beatissimos autem eos affirmat qui humani sanguinis fusores ipsi pro tali ultione occumbant[e]. Cumque aliqui eorum talem elegerint[f] mortem, ut aliquem dolo occidant, pro cuius ultione ipsi beatius moriantur, ipse eis cultros quasi ad hoc negotium sacratos amministrat[g] et tunc poculo eos quodam, quo in extasim[h] vel amentiam rapiantur, inebriat, et eis magicis suis quedam sompnia in[i] fantastica[k], gaudiis et deliciis[l], immo nugis plena, ostendit, et hec[m] eternaliter pro tali opere eos habere contendit. Iste, ut dictum est, munere corruptus[n], de tali secta duos[o] ad occisionem marchionis his qui in mortem eius conspiraverant misit. Qui tamen eo occiso et ipsi occisi sunt, sed nescio[p] an et[q] deificati.

Mortuo igitur[r] marchione — quia hoc nomen usitatius ei erat — sive rege, facta est perturbatio[s] non modica in populo Dei, quia cecidit vir bonus et prudens, per quem sepe Dominus salutem operatus est in Israel. Post hec rex Anglie, volens ad loca sua reverti, pacem firmissimam cum Salhadino constituit tribus annis et quadraginta diebus, que tamen stare non potuit, nisi rex destrueret Aschalonem. Quam etiam necessitate compulsus destruxit, quia habitatores[t] non habuit, qui eam post discessum ipsius[u] inhabitarent[89]. Igitur navim ingrediens, applicuit[v] Bulgariam, homines vero eius abierunt Brandiz. Ipse vero cum paucis intrans galeidam[w], abiit Ungariam, nec reversus est via[x] qua venerat[90]. Timuerat enim regem Francie, quem offenderat, quia sororem ipsius, que ei desponsata fuerat et quam idem rex Francie obviam ei duxerat, non duxit uxorem, sed filiam regis Avernensis[91] sibi copulaverat, quam mater ipsius cum multa ambitione adduxerat. Cum ergo[y] sibi precavisset hunc laqueum, incidit in alium. Nam cum transisset Ungariam peregrino more — nam Templariorum[z] habitu se suosque induerat — captivatus est a duce Orientali sive Austrie[*], qui eum imperatori presentavit[92]. Sic[a] necdum[b] liberata est terra repromissionis propter peccata nostra. *Necdum enim completa sunt peccata Amorreorum*[c] [93], *sed adhuc*[d] *manus Domini est extenta*[e] [94].[f]

## LIBER QUINTUS[f].

1. *De reditu ducis de Anglia*[g]. Interea autem quando hec expeditio sive[h] peregrinatio celebrabatur, non defuerunt nova in Saxonia. Siquidem ipso anno, quo domnus imperator circa Mayum[i] exierat simul[k] cum his qui cum ipso[l] amore Dei peregrinati sunt — inter quos erat Adolphus[m] comes —, domnus Harthvigus[n] Bremensis archiepiscopus domnum ducem Heinricum una cum filio suo equivoco circa festum beati Mychahelis[o] de Anglia revertentem benigne suscepit. Et sperans, se per eum recuperare[p] pristinum statum, qui iam ab omnibus quasi despectus erat propter Thietmarcos[q] [95], quos a Waldemaro Sleswicense[r] requirere non valebat[s], et faciens cum eo amicitias[t], eum in Stadio collegit et cometiam in manu eius consignavit[96]. Quo audito meliores Holtsatorum[u], Sturmariorum ei[v] occurrerunt et pacifice eum salutantes introitum ei terre optulerunt. Qui gavisus est et[w] 1189. Sept. 29.

a) dominum, *corr.* Domini 1*. b) et 1*. c) iucunditatis 1*. d) interierint *Ed.* e) occubant *Ed.* f) elegerunt 5. 8. *Ed.* g) ammynistrat 3. h) ecstasin *Ed.*; exstasin 1*. i) in *deest Ed.* k) phantastica 8. *Ed.* l) leticiis 5. m) hoc 1*. 8. *Ed.* n) contemptus 3. o) vos 1*. p) nescio *m. rec. in marg.* 5. q) et *deest* 3. 5. 8. r) autem 8. *Ed.* s) conturbatio 5. t) inhabitatores *Ed.* u) ipsis 1*; eius 5. v) aplicuit 1. w) galeydam 3. x) via *deest* R. y) igitur 8. *Ed.* z) contemplariorum 5. *) orientalis austrie 8. *Ed.* a) Sicque 5. b) nondum 1*. c) amarrheorum 1. d) hue 1*. e) extensa 3. 5. 8. *Ed.* f) Incipit liber quartus 5; liber quartus 8. *Ed.*; incipit liber novus 7; *in* 3 *nullum hic novi libri indicium. Cf. prolegomena p.* 114. g) de Anglia *desunt* 7. 8; d. Heinrici d. A. 5; item de eodem 3. h) seu *Ed.* i) maium 1*. 5. *Ed.* k) una *Ed.* l) eo 8. *Ed.* m) adolfus 5. 8. *Ed.* *saepius*. n) hartwicus 5. 8. o) michahelis 1*; michaelis 8. *Ed.* p) rec. posse *Ed.* q) thetmarcos 8; thetmarsos 5; Thetmarchos *Ed.* r) Slesvicense *Ed.* s) volebat 1*. t) amititias 1. u) holzatorum 3. 8. v) duci Henrico *Ed.* w) in 1*.

89) Convenit pax a. 1192. Sept. 1. 90) Oct. 9. de terra sancta profectus est. 91) Berengariam de Navarra. 92) Captus est Richardus exeunte a. 1192, Heinrico traditus 1193. Mart. 23. 93) Genes. 15, 16. 94) Iesai. 5, 25. 95) De Thietmarcis v. s. l. III, c. 22. 96) *Qui* (dux Heinricus) *ab archiepiscopo Hartwico castrum et comitiam Stadensem cum omni feodo, quod aliquando dux a Bremensi ecclesia sibi collatum tenuerat, ab eo recepit.* Visiones Godescalci Novimonast. apud Langebek, SS. r. Dan. T. V, p. 364.

1189. eos exaltari[a] spopondit[b], si per eos introitum habere potuisset[c]. Qui statim occupaverunt loca comitis, Hammemburg[d], Plune, Etziho[e], et eiecerunt homines eius de terra. Quod videntes[f] Adolphus de Dasle, qui tunc in terra erat vice nepotis, et domna Mechtildis[g], mater comitis de Schowenburg, et uxor eius[97], domna Adelheidis, filia domni Burchardi[h] de Querenvorde[i], in civitatem Lyubeke[k] se receperunt.

2.[l] *De vastatione Bardewich*[m]. Dux autem contracto exercitu de Stadio et de terra Holtsatorum[n], Sturmariorum[o], Polaborum vallavit Bardewich[p], assistente sibi Bernardo comite de Racesburg[q][98] et Bernardo comite de Wilepe[r], Helmoldo comite de Zverin[s] et aliis amicis suis, et expugnare eam cepit. Rebellabant autem hi qui intus erant, nolentes tradere civitatem. Prevaluit autem dux adversus eam et devastata est civitas opulenta valde, nec pepercerunt viri bellatores ecclesiis vel cimiteriis[t], sed ablatis omnibus succenderunt eam igni[u]. Captivatis autem omnibus qui intus erant, inter quos erat Hermannus de Sturthe-nebuthle[v][99], et aliis militibus cum civibus civitatis, vix mulieres et parvuli captivitatem eva-
Nov. 11. serunt[1]. Dux igitur[w] prosperatus in via sua circa festum beati Martini secundam expeditionem instauravit[x], et ad obsidionem Lyubikanam[y] se preparavit[z]. Cumque iam appropiaret[*] civitati, territi qui intus erant, propter desolationem memorate civitatis, missis nunciis pacifice eum salutaverunt[a], tali tamen conditione, ut Adolphus comes de Dasle et mater comitis de Scowenburg[b], qui[c] tunc in peregrinatione erat, simul cum coniuge ipsius et hominibus eius cum omnibus que[d] ipsorum erant libere terram[e] exirent. Cumque dux obtinuisset civitatem et omnem terram Adolphi comitis, tunc peregrini, statim expugnavit[f] Lowenburg, castrum ducis Bernardi, quod[g] post mensem traditum est in manus[h] eius, hac tamen conditione, ut hi qui in castro erant[i] abirent illesi. Succedentibus igitur prosperitatibus, dux obsideri fecit castrum Sygeberg[k], quod solum homines adhuc comitis tenebant, per manum Walteri de Blandensile[l][2], quem adiuvabant Ho[illegible]ati[m], Sturmarii, sed tamen in dolo[3]. Siquidem penitentia ducti de facto priori[n], mutata voluntate alienati[o] sunt a duce, et liberatum est castrum auxilio Eggonis de Sture et amicorum suorum. Et captivatus est Walterus et in vincula coniectus, castrum, quod prius expugnabat, exul inhabitabat. Sic[p] rursus infirmata est pars ducis in partibus illis. Siquidem Adolphus de Dasle cum matre comitis peregrini et uxore eius reversus est, et inquietabat[q] civitatem Lyubekanam[r] in
1190. multis. Post, adveniente Maio[s], ulcisci volens dux de adversariis suis, ordinavit acies in terram Holtsatie[t] per manum Bernardi comitis de Racesburg[u], et per manum Helmoldi de Zverin et Iordanis dapiferi. Et exeuntes de civitate Lyubeka non longe, in fugam versi sunt, et captivatus est Helmoldus et Iordanis[v] dapifer cum aliis multis. Sed et multi in flumine Trabene submersi sunt. Comes vero de Racesburg[w] cum aliis fuga elapsus est. Helmoldus vero et Iordanis in castro Sigeberg[x] manicis ferreis astricti[y] sunt. Postea vero a captivitate soluti suut, Helmoldo persolvente trecentas marcas denariorum et Iordane[z], quia pecuniosus erat, sexcentas[*] marcas argenti.

3.[a] *De adventu regis*[b]. Rex autem iuvenis[c], audito de[d] reditu ducis Heinrici[e] et filii

a) exaltare *Ed.* b) spospondit 3. c) posset *Ed.* d) Hamburg 1*. e) et zyho 3; et siho 8. f) comes *add.* 5. 8. *Ed.* g) Methildis 1*; mechthildis 8. h) Buchardi 1*. i) querneuorde 3. 5. 8; Querenforde *Ed.* k) lyubek 1*; lubeke 3. 5. 8. *Ed.* l) IV. 2. *Ed.* m) d. u. bard. per heinricum ducem 5; de eodem 3; *omissa capituli inscriptio in* 8, *sed margini adscriptum a m. rec.* Bardewyc destruitur. n) holsatorum 5. *Ed.;* holzatorum 8 *saepius.* o) et *inser. Ed.* p) bardewig 3. *Ed.* q) raceburg 3; recesburg 8. r) welpe 3. *Ed.* s) zuerin 1*. 5; Suerin *Ed.* t) coemiteriis *Ed.* u) igne *Ed.* v) sturtenebuthle 3; sturtenebutele 5; Sturtenebuchle *Ed.* w) ergo 8. *Ed.* x) instaurat 8. *Ed.* y) lyobikanam *vel* lybbikanam 1; Lybbicanam *corr.* Lubbicanam 1*; lubikanam 3; Lubicanam 5. 8. *Ed. saepius.* z) praeparat *Ed.* *) appropinquaret 3. 5. *Ed.;* appropriaret 8. a) susceperunt 3. 5. 8. *Ed.* b) Schowenburg 1*. c) que 8. d) qui 1*. e) terra *Ed.* f) expugnabant 8. *Ed.* g) quod *deest* 8; et *Ed.* h) manibus 8. *Ed.* i) erant *deest* 7. k) sigeberg 5. 8. *Ed.* l) baldensile 5. 8. *Ed.* m) holsati 5; holzati 8. n) priore *Ed.* o) aligenati 1. 1*. p) et 5. q) inquietabant 5. r) lubicanam 5. 8. *Ed.* s) mayo 3. t) holsatie 3. 5. *Ed.;* holzatie 8. u) racesbug 1; raceburg 3. *Ed.;* raceburg 8. v) Iordanes *Ed. saepius.* w) raceburg 3. 8. *Ed.* x) sygeberg 3. y) constricti 5. *Ed.* z) iordano 3. *) quingentas 5. 8. *Ed.; in* 3 *loco numeri lacuna.* a) IV. 3. *Ed.* b) d. a. r. filii imperatoris 5; item de eodem 3; *in* 8 *deest capituli inscriptio.* c) Hinricus sextus *m. rec. in margine* 8. d) de *deest Ed.* e) Henrici 1*.

97) nempe secunda, priori synonyma, comitis Adolphi III. uxor. 98) scil. senioro. 99) Störtenbüttel vicus haud procul ab oppido Uelzen. 1) die Simonis et Iudae, Oct. 28. Ann. Stad. 2) Vel contra potiorum codicum auctoritatem vix dubium videtur hunc fuisse Walterum de Baldensele, qui occurrit in chartis a. 1198—1217. Baldensele esse videtur Gross-Bollensen parochiae Nettelcamp praefecturae Bodenteich in principatu Luneburgensi; v. Hodenberg, Calenberger Urkundenbuch I, p. 26. not. et Verdener Geschichtsquellen II, p. 288 sq. 3) i. e. dolose agebant.

eius, indignatus est[a], tum quia quasi despiciens[b] adolescentiam suam contra iusiurandum ante tempus redisset, tum quia terram Adolphi comitis[c] sibi usurpaverat, qui cum patre suo[4], ut dictum est[d], exulaverat[e]. Inpetu igitur quodam venit Bruneswich, volens vastare eam[5]. Quam cum propter instantem hiemem obtinere non potuisset, abiit Linbere[f 6] ad castrum Conradi de Rothe, volens obtinere illud. Sed cum nec ibi profecisset, amaro animo reversus est in[g] locum suum. Archiepiscopum tamen Bremensem Hartwigum, qui huius perturbationis causa fuit, querimonia Bremensium de sede sua disturbavit[h]. Ille vero, iram regis ferre non valens, in Angliam profectus, per annum ibidem deguit[i]. Post reversus ad ducem se contulit. Dux tamen, mediante Conrado archiepiscopo Moguntino[k] et Philippo Coloniense, pro gratia regis laborare cepit[7]. Qui prefigens ei curiam in Vulda, ita eum in gratiam recepit, ut muros Bruneswich in quatuor partibus deponeret[l], castrum Louenburg dirueret, Lyubekam vero civitatem dono regis dimidiam haberet, dimidietatem vero[m] comes Adolphus cum omni terra sua quiete[n] possideret[8]. Ut autem ista pacis reformatio rata permaneret, filium ipsius[o] Ludgerum[p] obsidem accepit, qui postea in civitate Augusta mortuus est[9]. Heinricus vero, filius ipsius senior, cum eo Romam simul[q] et in Appuliam cum quinquaginta militibus ivit. Dux tamen nec Lowenburch[r] destruxit nec dimidietatem civitatis, sicut promiserat, Adolpho, qui adhuc peregrinabatur, restituit, nec terram ipsius infestare cessavit. 1190.

4.[s] *De consecratione inperatoris*[t]. His autem ita[u] dispositis, rex in[v] manu valida Italiam[w] intravit cum Philippo Coloniense[x] et Ottone duce Boemie[y] et aliis multis[10]. Cumque appropiaret[z] Rome, suscepturus apostolicam benedictionem, domnus apostolicus Clemens mortuus est[11]. Pro quo domnus Celestinus in sedem[a] est sublimatus[b]. Qui videns regem 1191.
cum multa iactantia venisse, ad protelandam eius consecrationem suam distulit. Sed Romani exeuntes ad regem, sic ei locuti sunt: *Fac nobiscum amicitias et honora nos et Urbem iure nostro, quod exhibuerunt reges, qui ante*[c] *te fuerunt. Insuper fac nobis iustitiam de castellanis tuis, qui*[d] *sunt in Tusculano, qui*[e] *sine intermissione nos inquietare non cessant, et erimus pro te ad domnum papam, ut coronam imperii super capud*[f] *tuum ponat.* Qui in omnibus ad voluntatem Romanorum promptum se exhibuit. Insuper castrum vel civitatem, de qua conquesti sunt, dirui precepit. Romani vero accedentes ad domnum papam adhuc latente consilio dixerunt: *Domine, oves tue sumus, tu pastor ovium et pater filiorum. Ideoque*[g] *rogamus clementiam tuam, ut parcas nobis, qui non parum afflicti sumus. Tu enim, ut melius nosti, cum magistro gentium teneris flere cum flentibus et gaudere cum gaudentibus*[12]. *Rex iste cum infinita multitudine terram occupavit et devastat segetes nostras, vineta et oliveta*[h]. *Quapropter rogamus, ut in hoc nobis subvenias, ne consecrationem ipsius ulterius differas, ut non consumatur terra inopia. Ipse etiam se pacificum venire affirmat et in omnibus urbem nostram honorare, simul et paternitati tue obedire desiderat.* His precibus[i] consensum prebuit apostolicus[k], et[l] cum summo tripudio[m] rex Urbem ingreditur, sicque domnus papa in die
pasche[n] sollempniter consecratur et proxima secunda feria cum summa pacis tranquillitate Apr. 14. 15.
domnus imperator una cum imperatrice benedicitur et coronatur.

5.[o] *De profectione inperatoris in Apuliam*[p]. Igitur domnus imperator, percepta bene-

a) est *deest* R. b) despitiens 1. c) comitis *deest* 5. d) est *deest Ed.* e) exultaverat 1*. f) Limberg *Ed.*, lvnbere 1; lunbere 1*. g) ad 5. h) disturbat *Ed.* i) degit 1* *in rasura, et Ed.* k) mogontino 3. l) disponeret 3. m) alteram *Ed.* n) comes — quiete *omissa in* 8 *m. rec. in margini adscripsit.* o) ipsius *deest* R; eius 3. 5. 8. B. p) luggerum 5. 8. *Ed.* q) similiter *Ed.* r) louenburg 1*. 5; lovemburg 3; louemburg 8; Lawenburg *Ed.* s) IV. 4. *Ed.* t) item de eodem 3. *Hic 4tus octo foliorum fragmenti Brunnensis* (1) *et apographi Hafniensis fasciculus* K *incipiunt.* u) ita *deest Ed.*; tamen ita 3. v) cum 8. *Ed.* w) Ytaliam 3. 5. 8. x) Coloniensi 1*. y) bohemie 8; Bojemiae *Ed.* z) appropinquaret 3. 5. 8. *Ed.* a) sede *Ed.* b) 3[us] *et* . . 1189 *m. rec. in margine* 8. c) antea 1*. d) castellis t. qui (quae) 8. *Ed.* e) quia *Ed.* f) caput 1*. 5. 8. *Ed.* g) ideo *Ed.* h) olyueta 3. i) ubi *add. Ed.* k) Clemens 3[us] *m. rec. in marg.* 8. l) et *deest* 8. *Ed.* m) trypudio 3. n) pasce 8. o) IV. 5. *Ed.* *In* 5 *librarius c.* 5*i et* 6*i ordinem inter se mutavit.* p) domini imp. 7; item de eodem 3.

4) scil. Friderico imperatore. 5) A. 1189. mense Novembri; cf. Ann. Stederburg. p. 221 sq. 6) Limmer infra Hanoveram ad Leinam fluvium; v. ibid. p. 222 7) Ducem una cum Philippo Coloniensi testem diplomatis Conradi Maguntini d. d. Nörten 1190. Mart. 11. invenimus, v. Stumpf, Act. Magunt. saec. XII, n. 111. 8) Facta est pax a. 1190. ineunte mense Iulio. 9) a. 1190. Oct. 15; v. Necrolog. August. in Monument. Boic. XXXV, 1. p. 98. 10) exeunte anno 1190. 11) Obiit a. 1191. Mart. 20. 12) Ep. Roman. 12, 15.

1191. dictione, profectus est in Apuliam, accepturus totam terram Willehelmi[a] Siculi, que eum cum imperatrice, uxore sua[13], contingebat. De qua tamen profectione animum domni pape non parum offenderat, quia alius rex, Tancradus nomine[14], a sede apostolica iam ibi[b] ordinatus fuerat. Qui quidem rebellare parabat, sed impetum imperatoris ferre non valebat. Siquidem imperatore adveniente, territi habitatores terre illius omnes civitates munitas et castra firmissima in manu[c] eius tradiderunt. Veniens autem ad Montem Cassinum, ubi[d] beatus requiescit Benedictus, cum summa benivolentia ibidem[e] susceptus est. Ibi cum esset apud Sanctum Germanum in radice montis, filius ducis Heinrici eo insalutato[f] discedens Romam reversus est. Ubi a quibusdam Romanis acceptis navibus per aquas evasit. Imperator vero dissimulata iniuria abiit via qua ceperat, et ita prospere venit Neapolim[g] et invenit ibi manum validam et obstinatos animos eorum qui intus erant. Imperator vero devastans omnem terram, succidens[h] vineta[i] eorum et oliveta[k], obsidione maxima vallavit civitatem[16]. Quod non multum attendebant qui intus erant, quia per maritima intrandi et exeundi copiam habebant. Ipse vero de Pisa[l] et aliis civitatibus cogitabat contrahere naves plurimas et artare civitatem terra marique. Inter hec autem appropiabant[m] dies caniculares et morsus continuos[n] in exercitu faciebant.

6.[o] *De morte Coloniensis et reditu imperatoris*[p]. Tunc temporis mortuus est illic Philippus[q] Coloniensis[17], cuius corpus Colonie[r] translatum est et ibi cum honore condigno tumulatum, et Otto dux Boemie[18], in quibus maximum robur consistebat, et alii multi tam de nobilibus[s] quam de vulgaribus. Imperator etiam propter nimiam caloris intemperiem[t] cepit egrotare infirmitate maxima, ita ut hostes, credentes eum mortuum esse, imperatricem, que ulterius processerat, captivarent. Sicque obsidio illa soluta est. Imperator vero, necdum perfecte recepta sanitate, ad sua revertitur[19]. Postea tamen imperatrix cum honore ad eum revertitur[u]. Sicque loca, que imperator optinuerat, ab hostibus recipiuntur.

7.[v] *De reditu Adolphi comitis*[w]. Inter hec autem comes Adolphus, in peregrinatione constitutus, veniens Tyrum[x], cognovit, terram suam a duce Heinrico occupatam. Et consilio multorum religiosorum dimissa peregrinatione, reversus est Scowenburch[y]. Cum tamen in reditu esset, venit ad imperatorem, qui tunc in Suevia[z] erat[20]. Qui spem bonam de restitutione terre sue ei quidem in presenti fecit, in omnibus promittens adiutorium, insuper ditans eum omni ope suorum munerum. Cum igitur venisset Scowenburch, vidit ex omni parte preclusum sibi introitum Holtsatie[*], quia dux omnia circa Albiam[a] loca tenebat, videlicet Stadium, Lowenburch[b], Boyceneburch[c], Zverin. Nec per Sclaviam[d] intrare poterat, quia Burwinus[e], gener ducis, ei ibi insidias tetenderat. Abiit igitur[f] ad Bernardum ducem et ad Ottonem marchionem de Brandenburch, qui in manu valida eum Ertheneburch[g] deduxerunt. Ubi occursans ei Adolphus, nepos eius[h], de Dasle cum multitudine Holtsatorum[i], Sturmariorum, simul etiam cum matre et uxore ipsius, excepit illum gaudens. Bernardus quoque iunior, filius comitis Bernardi de Racesburch[k], quem dux per dispensationem domni apostolici de clericatu ad militiam transtulerat, quia patri unicus fuerat, timens perdere terram suam, veniens ad ducem Bernardum et ad marchionem sub nomine imperatoris ad eos se transtulit, et sic[l] alienatus a duce[m] cepit Adolpho comiti in omnibus assistere. Pater vero ad ducem Heinricum divertens, apud eum mansit diebus multis. Postea tamen infirmitate tactus, ad Racesburch[n] claustrum, non castrum, reducitur.

a) Vilbelmi 1*; Wilhelmi 5. 8. *Ed.* b) sibi 7. c) manum 7. d) ibi 5, *sed m. rec. correxit* ubi. e) ibi *Ed.* f) consulato 8; non salutato *Ed.* g) neapolym 3; Neapolin *Ed.* h) succidensque *Ed.* i) vineo 5 *sed* vineta *corr. m. rec.* k) olyueta 3. l) pysa 3. m) appropinquabant 3. 5. 8. *Ed.* n) continuas 1*. o) IV. 6. *Ed.* p) item de eodem 3. q) phylippus *semper* 3; episcopus 8 *addito ipso nomine a m. rec. in margine.* r) Coloniam *Ed.* s) nobilitate 3. *Ed.* t) imtemperiem 1. u) Postea — revertitur *desunt* R. v) IV. 7. *Ed.* w) item de eodem 3. x) tirum 5. y) scowenburg 3; schowenburg 5. 8. z) sweuia 8. *) holsacie 1; holsatie 3. *Ed.*; holzatie 8. a) albyam 3. b) lovenburg 3. 5; Lawenburg *Ed.* c) bolceneburg 3. d) slaviam 3. 5. 8. *Ed.* e) Buruinus 1*; borwinus 3. 8; bozwinus 5. f) ergo 1*. 3. 5. 8. *Ed.* g) ertheneburg 8. *Ed.*; erthteneburg 3; erthnenburg 5. h) ipsius 3. 5. 8. *Ed.* i) holsatorum 1*. 5; holzatorum 3. 8. *Ed.* k) raceburg 3. 5. 8. *Ed.* l) sic *deest Ed.* m) duce heinrico 3. 5. 8. *Ed.* n) raceburg 3. 5. 8. *Ed.*

13) V. s. l. III. c. 15. 14) comes de Lecce, filius Rogerii ducis Calabriae, filii Rogerii regis. 16) Obsidio inde ab exeunte mense Maio usque ad exeuntem mensem Augustum acta est. 17) Obiit a. 1191. Aug. 13, v. Ann. Col. max. 18) Conradus Otto, dux Bohemiae, obiit eodem anno Sept. 9. 19) Mense Septembri profectus est et circa Idus Decemb. in Germaniam pervenit. 20) exeunte a. 1190, ante nativitatem Domini, v. diploma Hamburgensibus ab eo confirmatum, Hamburg. Urkb. I, n. 292.

Ubi filio simul et uxore curam agente ipsius, per aliquod[a] tempus[b] egrotans, exilii sui finem faciens diem clausit extremum[20]. Nec moveat lectorem, si quedam premittuntur, que postea repetuntur, quia alius est ordo naturalis, alius artificialis. Unde[c] etiam poeta doctorem[d] monet,

*Ut iam nunc dicat, iam nunc debentia[e] dici*
*Pleraque differat et presens in tempus omittat*[21].

Nec[f] obliviscendum, immo memorie commendandum, quod idem Bernardus[g] patrem habuit nobilem et illustrem virum Heinricum comitem de Bodwide[h], qui tempore Conradi regis terram intravit, adhuc vivente Heinrico duce Saxonie atque[i] Bauwarie[k], tunc temporis existente puero filio ipsius Heinrico duce[l][22]. Qui deficiente Heinrico[m], patre Heinrici ducis, terram suscepit de filio ipsius Heinrico[m] adhuc tenello. Erat tamen werra[n] inter ipsum comitem Heinricum et Adolfum[o] seniorem de Scowenburch[p], qui et ipse tunc in terra erat Contra quem Heinricus[q] comes Wagrien[r] optinere volens, multum laborabat. Prevaluit tamen Adolfus Wagrien[r] optinendo. Heinricus autem Racesburch cum[s] terra Polaborum stabili beneficio a duce tenuit. Dux autem adultus[t] et magnificatus tunc temporis ecclesias Transalbinas fundare cepit, et Evermodum prepositum in Magdeburch ad parrochiam Racesburgensem[u] auctoritate archiepiscopi[v] eiusdem loci[w] promovere studuit[23]. Cui omnimodis cooperabatur comes predictus, et cooperante gratia Dei, ecclesia illa tunc valde tenella et rebus et personis invaluit. Idem etiam comes filium habuit Bernardum nomine, qui et ipse, patre defuncto, strennue se gerebat et Sclavorum impetus non sine magna difficultate sepius sustinebat. Ipse tamen eiectis Sclavis de die in diem in terra proficiebat[x]. Qui Bernardus uxorem nobilem duxit de Sclavia, Margaretam nomine, filiam Ratibor[y] principis Pomeranorum[z] Hoc[*] matrimonio terra confederata[a] in pace duravit. Genuit autem ex ea filios Volradum, Heinricum, Bernardum, qui adulti facti sunt strennui nec a paterna felicitate degeneraverunt. Volradus autem et Heinricus militari[a*] collegio applicati sunt, Bernardus vero[b] ad clericatum promotus in Magdeburch stipendium optinuit in ecclesia maiori[c]. Igitur Volradus quodam tempore adversus Sclavos bellum suscipiens, peremptus est et ad Racesburch deductus cum suis consanguineis[d] sepulturam[e] optinens, tali epytaphio[f] laudari meruit:

*Dum premis[g] hostiles cuneos, fortissime miles,*
*Heu, Volrade, ruis flenda ruina tuis.*
*Tu de morte patris[h], ultor patrie quasi matris*
*Et defensor eras, premia nunc referas.*

Frater autem eius Heinricus in pace vitam finivit. Sicque deficiente patre Bernardo, ut dictum est, Bernardus filius, relicto clericatu, dispensatorie[i] tamen, miles factus, uxorem duxit nobilem Adelheidem filiam comitisse de Alremund[k][*]. Ex qua filium suscepit, suum ei inponens nomen. Qui postea molestia corporis tactus, in Racesburch diem clausit extremum. Quem post aliquot annos infans secutus inmatura morte vitam finivit[24]. Adelheidis[l] vero mater et vidua Adolfo[m] comiti de Dasle nupsit. Sicque generatio illa terminata[n] est.

8.[o] *De obsidione secunda civitatis*[p]. Dux igitur Bernardus cum restituisset Adolfum, simul cum nepote suo marchione[q] ad sua revertitur. Victualia tamen que secum adduxerat[r], comiti Adolfo simul[s] et Bernardo[25] tribuit. Comes igitur[t] Adolfus et Bernardus statim

a) aliquot 1*. 3. 5. 8. *Ed.* b) dies 8. *Ed.* c) et inde 8. *Ed.* d) scriptorem 3. 5. 7. 8. *Ed.* e) debencia 1. 8. f) et ideo non obl. 3. 5. 8. *in quibus hic novum incipit caput, cui in codd. inscriptum* De progenie eiusdem, *in* 3 item de eodem. g) idem igitur bernardus *hic novum caput incipit in* 7. h) Badwide *Ed.* i) ac 5. k) bawarie 3. 5. 8; Bauariae *Ed.* l) duce *omisere* 3. 5. 8. *Ed.* m) Henrico *similia fere semper* 1*. n) verra 1*. o) ad. comitem 8. *Ed.*; adolfum *deest* 5. p) scowenburg 8. q) hinricus 5. r) Vagriensis *corr.* Vagrien 1*; wagriam 3. 5. 8; Wagiram *Ed.* s) in B. t) henricus adultus 2; dux autem adulfus 8. d. aut. Heinricus mag. *Ed.* u) raceburgensem 3. 8. *Ed.* v) episcopi *Ed.* w) Wichmanni *add.* 3. 5. 7. 8. *Ed.*. x) ipse — proficiebat *in* 5 *postmodum adiecta in margine inferiore a m. rec.* y) ratebur 3; ratibur 5. 8. *Ed.* z) pome||ranorum *finis nominis in* 1 *scriptus in spatio interlineari.* *) sicque hoc 3. 5. 8. *Ed.* a) considerata *Ed.* a*) millitari 8. b) vero *deest* 5. c) maiore *Ed.* d) consanguinibus 5 e) sepultururam 3. f) epitaphio 1*. 8. *Ed.* g) premit 7. 8. h) patres 1*. i) dispensatione *Ed.* k) alremunt 3. 8; halremunt 5. l) adelheydis 3. m) adolpho 3. n) tradita 8. *Ed.* o) IV. 8 *Ed.* p) c. lubeke 5; d. o. c. lubeka 8; de eodem 3. q) marchyone 3. r) tulerat 5. s) simul *deest Ed.* t) ergo *Ed.*

20) Mortuus esse videtur ineunte a. 1195. 21) Horatii Artis poeticae v. 43. 44. 22) V. Helmold. I, c. 54 fin. 56. 23) V. ibid. c. 77. 24) Haud ita multum ante a. 1201, quo anno Adolfus comes de Dasle cometiam Raceburgensem tenuit, v. Usinger l. c. p. 93. 25) scil. iuniori, comitis de Raceburg filio. *) Hallermund castrum olim ad os Hallerae in montanis Deister situm. P.

circumdederunt civitatem Lubeke[a], vallantes eam obsidione maxima, uterque consistens in terra sua. Quam homines ducis Heinrici constantissime tenebant, cui etiam dux prefecerat Liuthardum[b] quendam, filium Walteri[c] de Berge, virum strennuum valde, qui in ipsa obsidione[d] cum constanter ageret, ipsam moriendo[e] usque in hodiernum diem servavit[f]. Adolfus igitur videns civitatem non multum reputare obsidionem, quia liberam intrandi et exeundi per Travenam[g] facultatem habebat, multo labore sudibus sive trabibus maximis ipsum fluvium obstrui fecit, sicque artata est civitas valde. In ipsa autem obsidione[h] abiit ad Kanutum regem Dacie[i], salutans eum, simul[k] et gratias agens maximas, quod tempore peregrinationis sue[l] terra ipsius per eum pacem firmissimam habuisset. Quod tamen absque causa non fuerat, quia frater regis, dux Waldemarus[m], simul cum episcopo Waldemaro[n] Sleswicense post exitum comitis in manu valida fines eius[o] intraverant. Et a nepote ipsius, Adolfo de Dasle, ipso tamen renitente nec valente[p], obsides acceperat[q], ea tamen occasione, ne Thietmarcos[r], qui tunc sub ipsis consistebant, impeterent[s], nec aliud contra regnum Kanuti regis facerent[s]. Salutato igitur rege, comes ad sua reversus est.

9.[t] *De captivitate militum ducis*[u]. Inter hec autem dux Heinricus compatiens[v] civibus inclusis, contracto exercitu, direxit eum ad civitatem per manus[w] Conradi de Rothen[x] [26], qui tunc a duce Stadium tenebat, simul et Bernardi supra dicti[27]. Cumque clanculo transissent[y] Albiam versus Lowenburch, venerunt prope Racesburch et exterruerunt homines comitis Bernardi, qui prope civitatem excubias servabant in loco qui dicitur Herenburch[z] [28]. Qui fugientes in Racesburch se receperunt. Sicque soluta obsidione in partibus illis, cives egressi de civitate rapuerunt spolia[*] vel victualia, que illic inventa[a] erant[b], sicque ingressi[c] sunt civitatem cum letitia magna. Postera autem die, surgente aurora, assumptis armis egressi sunt de civitate, precedente comite Bernardo et Conrado de Rodhen[d], pugnaturi cum adversariis in medio terre eorum. Illi autem licet impari[e] numero occurrerunt eis non longe a civitate et occupaverunt vadum, quem[f] transituri erant, ad amnem qui Zwartowe[g] [29] dicitur, ibique fortiter dimicantes statim eos in fugam verterunt. Illi vero in civitatem se receperunt. Bernardus autem iunior reversus de[h] Racesburch cum omnibus quos[h*] habuerat, simul etiam cum Holzatis[i], in ipsa vespera castra metatus est prope civitatem ad meridianam plagam, mane cum eis, si illic egrederentur, dimicaturus. Quod[k] presentientes homines ducis, qui in civitate erant, per noctem egressi ad septemtrionem, per alteram viam ad sua reverti cogitabant. Et erat fluvius qui Wokenize[l] dicitur inter eos, sicque ad invicem[m] accedere non valebant. Bernardus autem magis ac magis contracto exercitu insecutus est eos. Adolfus autem comes[n] in castro Sygeberch[o] infirmitate detentus erat. Cumque essent prope Boyceneburch[p] iuxta litus Albie, commissum est inter eos prelium, et cesi sunt homines ducis, plures tamen in captivitatem tracti sunt, ceteri vero fugierunt[q]. Adolphus autem audito tam leto nuncio, quasi ex infirmitate[r] convaluit, et cepit cogitare, si forte propicio Deo Stadium posset occupare. Nam plurimi ex cometia[s] Stadiensi[t] captivati erant, quos in sua potestate tenebat. Nam eos, prudenti usus consilio[u], a militibus, qui eos ceperant, dato precio liberaverat. Hi spem bonam ei fecerant, ut si eum placatum invenissent, potius[v] ei quam duci parati essent. Insuper in omnibus se subservire promittebant, ut eorum consilio simul et auxilio Stadium optinere potuisset[w]

10.[x] *Quomodo comes cepit*[y] *Stadium.* Comes igitur animatus vel potius instructus

a) Lubeck 1*. b) luthardum 3. 5; luchardum 8. *Ed.* c) Valteri 1*. d) obsidio 1. e) muniendo *male Heumann.* f) servat 3. 5. 8. *Ed.* g) trabenam 3. 5. 8. *Ed.* h) in obs. autem 5. i) Danorum 8. *Ed.* k) similiter *ut fere semper Ed.* l) sue *deest* 3. 5. 8. *Ed.* m) Valdemarus *bis* 1*. n) simul — Waldemaro *desunt* 7. o) eius *deest* 1. 1*. p) volente *Ed.* q) acceperant *Ed.* r) Thiermarcos 1*; thetmarcos 3. 5. 8; Thetmarchos *Ed.* s) impeteret *et* faceret *Ed.* t) IV. 9. *Ed.* u) d. heinrici 5; de eodem 3. v) conpatiens 5. w) manum 3. *Ed.* x) rothe 3. 5. 8. *Ed.* y) pertransissent 5. z) herneburg 5; hernenburgh 8; heruenburg 3; Hernenburg *Ed.* *) spolia *deest* 3. a) inuenti 1*. b) fuerant 5. 8. *Ed.* c) regressi 5 *sed m. rec. correxit* ingressi. d) rothen 3. 8. *Ed.* e) pauci et impari 7. f) quod 3. *Ed.* g) svartowe 3. 8; swartowe 5. *Ed.* h) de *omisit* 7; ad 8. *Ed.*; est 5. h*) quae *Ed.* i) holsatis 5. *Ed.* k) quo 8. l) wochniza 3; wochnisa 5; wochnica 8; Wochnize *Ed.* m) que ad inuicem *in* 8 *m. rec. adi. marg.* n) comes *deest* 3. 5. 8. o) Sygeborch 1*; sigenberg 5; sygeberg 3; Sigeberg *Ed.* p) boyceneburg 3. 8. *Ed.*; boytzeneburg 5. q) fugerunt *Ed.* r) infirmita 3. s) comecia 1. 8. t) stadigensi 3; Stadensi *Ed.* u) consilio *margini* 5 *adiecit m. rec.* v) pocius 1. 8. w) potuissent 3; posset *Ed.* x) IV. 10. *Ed.* y) cepisset 5.

26) Cf. mentionem Conradi de Rode factam in diplomate Heinrici VI. dato Geilenhusen a. 1195. Oct. 25, Hamb. Urkundenb. n. 307. 27) scil. senioris, de Raceburg comitis. 28) Herrenbürg, inter Lübeck et Ratzeburg situm. 29) Schwartau.

eorum verbis, contracto exercitu in Hammemburch[a], invasit insulam vicinam[b] que Gorieswerther[c] dicitur[30]. Qui timentes adventum ipsius, venerunt ad ipsum et cum eo fedus amicitie statuerunt. Congregatis autem navibus, que tunc inveniri poterant, comes cum omni multitudine navigabat Stadium et cepit exurere quasdam villulas[d] in ulteriori ripa fluminis. Et

Rumor in excelsa iam dudum perstrepit aula[31],

venire comitem in manu valida, et timuerunt timore magno. Nondum enim consolationem de mortuis vel captivis, quos perdiderant, receperant. Et dixit vir proximo suo: *Melius est, ut serviamus comiti, per quem recipiamus captivos nostros, quam duci, propter[e] quem talia passi sumus*[f]. Conradus autem, videns quod futurum erat, timens seditionem populi qui exacerbatus fuerat, stratis equis quasi pro quodam negotio se iturum simulans, et exhortans populum et quasi regratians, quod pro domino suo duce bene laborassent, relicta illic uxore et omni[g] suppellectili, non reversurus celeriter abripitur. Tunc qui in castro erant, pacifice venerunt ad comitem[h], se ipsos ei[i] et castrum offerentes. Cumque optinuisset castrum[k], uxorem Conradi cum omnibus, que ipsius erant, in iumentis et plaustris deduci precepit, in tanta liberalitate magna, ut dicunt, delusus astutia, quia mulieres in plaustris pro loricis virorum in saccis deferebant cumulos thesaurorum. Luneburgenses[l] tamen[m] acerrime ei insistebant et eruptiones sepius facientes, depredationes, latrocinia[n] in cometia Stadensi continue faciebant.

11.[o] *De episcopo Lubicensi.* Inter hec etiam[p] domnum episcopum Lubicensem Thidericum[q] non parum gravabant, prepositura̋mque[r] in Kevena continue vastabant. Siquidem Hartwigus[s] Bremensis archiepiscopus, qui tunc a Bremensibus eiectus ducem sequebatur, episcopo molestus erat. Quia[t] idem episcopus Bremensibus propter fidem imperii familiaritate astrictus fuerat[u], de Brema etiam oriundus, in ipsa civitate fratres et cognatos multos habebat, ipsumque archiepiscopum ex linea consanguinitatis[v] contingebat[32]. Archiepiscopus tamen, consanguinitatis immemor, ei non parcebat, volens a statu suo canonica eum iustitia[w] deicere, nec poterat. In Luneburch[x] tamen positus, frequenter eum quasi ad audientiam per epistolas citavit[y]. Quo cum ille extra terminos episcopales inter homines adverse partis venire non auderet, peremptorie[z] eum citavit[y], sed non iudiciario ordine, quia prius citatus[y], cum inducias ad determinatam diem ab eo accepisset, ipsum terminum archiepiscopi citatio[y] prevenit, et cum non venisset, in colloquio Mindensi, quod inter ipsum et Bremenses celebrabatur, excommunicatum eum furiose[*] pronunciavit. Quam sententiam Bremenses aridam et exanguem[a] clamaverunt, cum nec[b] episcopus excommunicationem meruerit, et ipse quasi sui impos magis iudicari quam iudicare venerit. Postea tamen per domnum Cynthium[c] cardinalem, qui delegatus in Daciam et inde reversus Bremam venerat, ipsa sententia evacuata est[33]. Posthec Heinricus[d] dux iunior, Heinrici[e] ducis filius, cometiam[f] Stadii cum expeditione intravit, in cuius comitatu archiepiscopus erat. Qui veniens ad ipsam civitatem, nescio qua fiducia[g] introitum se habere arbitratus est. Sed cum eum Stadienses[h] non recepissent, primo quidem ipsam curiam episcopi[i] que prope civitatem erat, que Horst[k] dicitur[34], vastari precepit, deinde veniens Kevena[l], omnia fere mobilia sive pecora, que homines eiusdem loci quasi ad domum refugii illuc adduxerant, auctoritate archiepiscopi auferri precepit, ita ut ancille Christi, que ibi[m] clause sponso suo celesti

a) hammenburg 3. *Ed.*; hamenburg 5; hammemburg 8; hamburg 7. b) uicinam *in* 1 *marg. adscriptum.* c) gorieswerder 3. 8. *Ed.*; gorrieswerder 5. d) villas 8. *Ed.*; insulas 3. e) per *Ed.* f) sumus *deest* 7. g) omni sua 3. 5. *Ed.*; omnia sua 8. h) castrum 7. i) ei *deest* 7. k) et *addunt* 8. *Ed.* l) Luneburgenses 1*. m) autem 5. n) et latrocinia *Ed.* o) IV. 11. *Ed.* p) etiam *deest* R.; et 8. B. q) teodericum 3; theodericum 8; Theodoricum *Ed.* r) pr. eius 3. 5. 8. *Ed.* s) Hartungus 1*. t) qui 5. u) erat 1*. v) consanguitatis 5. w) iustici 8. x) Luneburg 5. *Ed.*; lunenburg 8. y) scitauit, scitatus, scitacio 1. z) peremtorie 1*. *) sinere se R. a) exsanguem 3. 8. b) vero 1*. c) cynchium 8. *Ed.* d) Henricus *similia saepius* 1*. e) Hinrici 5. f) comeciam 1. g) c. quadam fiducia 3. 5. 8. *Ed.*; *in* 8 *signaculum a correctore adiectum, sed vitium non correctum.* h) Stadenses 5. *Ed.*, stadigenses 3. i) archiepiscopi 7. k) hurst 3. 5. 8. *Ed.* l) Keuenam *Ed.*; kavena 3. m) ibidem 3. 5. 8. *Ed.*

30) Insulae in Albi fluvio sitae quondam latissimae, nunc in plures divisae, inter Finkenwerder et Ochsenwerder, nomen adhuc apparet in voce Griesenwerder; v. quae scripsi in Die Elbkarte des Melchior Lorichs v. I. 1568, p. 41 sq. 31) Statii Achilleidos l. II. v. 76: *Rumor in arcana iamdudum perstrepit aula* paulisper immutatus. 32) Natus erat Thidericus ex Hartwici sorore Mechthildi; v. stemma Ann. Stadens. additum cum explanatione. 33) Confer de Centio, titulo S. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, Coelestini papae diploma dat. 1195. Mart. 3. Hamb. Urkundenb. n. 306. 34) villa parochialis in praefectura Himmelpforten.

die noctuque laudum resonant vota, nimia[a] diu laboraverint inedia. Alio etiam tempore cum adhuc Conradus de Rothe[b] castrum teneret, eruperunt[c] Bremenses in cometia[d] depredationes facturi, et inter cetera que rapuerunt contigit, ut etiam homines episcopi spoliarent. Ipso autem[e] complente missarum solempnia[f], venit qui diceret, homines suos a Bremensibus exspoliatos, ipsosque predones cum preda iam longius elongatos. Quid faceret vir Dei, quo se verteret, ignorabat. Nam preter illa que extrinsecus erant instantia, fuit illi[g] cottidiana[h] sollicitudo omnium afflictorum, meritoque plus suorum, iuxta illud: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur*[i], *et ego non uror?*[35] Depositis ergo[k] sacerdotalibus ecclesiam egreditur, et iter arripiens predones insequitur, et ad miliare fere[l] unum anhelus cucurrit, illos comprehendit[m], predam tenuit, nec prius inde recessit, quam suis sua restituit. Terrentur omnes eius adventu, se peccasse numerant[n], et inter compassionem[o] et constantiam magnanimitatem viri considerant, caniciem pulvere squalentem venerantur et sacras manus cornua taurorum trahentes perhorrescunt, nec aliquid habebant contradictionis, quos terrebat auctoritas tanti presulis. O virum misericordie[p] visceribus plenum, compassionis affectibus deditum, cui pietas preripuit moram, ut non eques sed pedes sequeretur raptorem. Fuit etiam ad interveniendum strennuus, ad discordantium compositionem humillimus, ita ut nonnunquam cum pontificalibus ipsorum provolveretur[q] pedibus, quos ad reconciliandum[r] acclamantium prohibebat animus. Beatius credebat dare quam accipere[36]. Unde in consecrationibus ecclesiarum magis omnes de propriis sumptibus accurate[s] studebat procurare, quam sua iocunditate[t] alios inportune gravare. In ordinibus vero clericorum tanto plus gaudebat, quanto magis ordinatorum numerositate domum suam inpletam esse videbat. Hospes enim erat domi largissimus, hospes foris verecundissimus, pauperum procurator diligentissimus et cum ipsis in mensa propria conviva[u] iocundissimus. Nichil huic pontifici virtutis deesse credimus, ut plenissime de ipso dicere possimus:

*Qui*[v] *pius*[w], *prudens, humilis, pudicus,*
*Sobrius, castus fuit et quietus,*
*Vita dum presens*[x] *vegetavit eius*
*Corporis artus*[37].

Adversitates enim supradictas tanta vicit patientia, ut nunquam eum[y] aliquis viderit irascentem, audierit clamantem, nec malum pro malo reddentem, sed cogitatum suum[z] iactans in Domino[*][38], dicebat cum apostolo[a]: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?*[39] Sed hec hactenus[b].

12.[c] *De deditione civitatis Lubikane*[d]. Quia vero longius a civitate digressi sumus, nunc ad ipsam redeamus. Inter hec cives nostri, diutina inclusione laborantes, audierunt de mutatione que in Stadio facta est. Et turbati valde ceperunt de civitatis deditione[e] cogitare. Facta est autem dissensio[f] inter eos. Quidam enim dixerunt: *Tradamus civitatem regi Danorum, ut gratiam ipsius inveniamus, qui ab omni nos infestatione eripiet, insuper negotiari nos in terra sua permittet*[g]. *Et quis est, qui nos inquietare poterit, si ipsum habuerimus protectorem?* Alii autem dicebant: *Non sic, quia civitas nostra sub ditione Romani imperii sita est, a quo si alienata fuerit, proscriptione domni imperatoris multabimur*[h] *et sic odibiles omnibus erimus. Sed si placet, tradamus eam Ottoni marchioni, ut*[i] *ipse*[k] *eam quasi sub nomine imperatoris accipiat, sicque liberabimur a tyrannide istius comitis, ne regnet super nos.* Adolfus autem[l] hoc cognoscens magis artabat[m] civitatem. Unde territi cives, civitatem ei aperiunt, conditione tamen interposita, ut homines ducis abirent illesi. Capta autem civi-

a) nimia *deest* 7. b) rothen 3. c) erupuerunt 1*. d) cometiam 1*. 3. 5. *Ed.*; comecia 1. e) tamen 5. f) solemnia 1*; sollemnia 8. g) illa 7. h) quotidiana 5. i) scandalisatur 5. 8. k) igitur 3. 5. 8. l) fere *in* 1 *margini adscriptum.* m) compredit 5; deprehendit 7. n) *ita codd. omnes*; commemorant *Ed.*; *fortasse* memorant. o) compositionem 3. p) misericordem 5. q) volveretur 3. 5. 7. 8; advolueretur *Ed.* r) reconsiliandum 5. 8. s) accurare 8. t) iucunditate 8. *Ed.* u) conuiuis 5 v) quando R. w) prius 8. x) spiritus R. y) eum *deest* 1*. z) suum *deest* 3. 5. 8. *Ed.* *) Dominum *Ed.* a) Domino 5. b) actenus 3. 5; attenus etc. 8. c) IV 12. *Ed.* d) Lubecane 1*; de dedicatione c. I. 3; *deest capituli inscriptio* 8. e) dedicatione 3. f) discensio 8. g) promittet 5. h) mulctabimur *Ed.* i) et 8. *Ed.* k) ipsi 5. l) autem comes 5. 8. *Ed.* m) arctabat 1*. *Ed.*

35) 2. Ep. Corinth. 11, 29. 36) Actor. 20, 35. 37) Ex hymno stropha sapphica composito in festum b. Nicolai episcopi. V. Breviarium Benedictinum. 38) Psalm. 55, 23. 39) Ep. Roman. 8, 31.

tate, Adolphus ad imperatorem profectus est[40], qui pro labore suo omnes reditus[a] civitatis liberalissime ei permisit. Bernardum etiam comitem suis muneribus sepius honoravit.

13.[b] *Confessio scriptoris.* Miserationum Domini recordabor[41]. Cur inter hec, que ad posteritatis memoriam scribo, opera misericordie Dei nostri, que diebus nostris innotuerunt, non recolo? Eius memoriam omnibus preferam[c], quia recordatus est mei[42], et factus est michi in salutem[43]. Quia vero pater meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me[44]. In omnibus[d] enim tribulationibus meis et angustiis respiciens eram ad auxilium, et non erat. Sed ipse miserator et misericors factus est michi[e] adiutor[f, 45]. Nemo umquam principum, nemo magnatorum[g] patrocinatus est mihi, ac si inter angustias mihi diceret: *Iacta tuum cor in*[h] *Domino*[46], *quia sufficit tibi gratia mea*[47], *nec*[i] *sperabis in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est*[k] *salus*[48]. Quid enim mihi cum principibus? cui[l] magis dicere expedit[m]: *Ego autem sum vermis et non homo, obprobrium hominum et abiectio plebis*[49]. Ego autem cum hominibus positus, que[n] infirmitatis mee sunt, potero gloriari[50]. Nichil autem[o] quod homines mirentur, in me inveniunt, quia non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super[p] me[q, 51]. Illi autem que fortia sunt complectuntur, et que infirma sunt et contemptibilia[r] huius mundi despiciunt, que tu, Deus meus, magis eligis, ut confundas fortia[52]. Neque enim eges[s] fortium, cum tu Deus sis fortis, ideoque[t] magis infirmos eligis, ut fortes facias, ut dum perfecte[u] cognoverint[v], quia sine te nichil possunt facere, nomini[w] tuo[x] victoria[53]. Qui vero absque te se potentem gloriatur et fortem, dicam illi: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es*[y] *iniquitate*[54]. De quibus ergo homines me reprobant, tu magis approbas. Illi me peccatorem despiciunt, sed quia tu pius es, ad te conversus[z] dico: *Deus*[*], *propicius esto mihi peccatori*[55], et tu remisisti[a] impietatem peccati mei[56]. Illi a me sapientiam querunt, sed tu scis insipientiam meam[57]. Illi me secularia negotia detestantem detestantur, sed mihi adherere tibi Domino, Deo meo[b], bonum est[58]. Illi me personam nullam habentem fugiunt, sed tu, Deus meus, personarum acceptor non es[59]. Libenter igitur[c] gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus tua. Non enim qui se ipsum commendat, ille[d] probatus est, sed quem tu, Deus meus, commendas[60]. Merito igitur[e] miserationum tuarum recordabor, ut qui tua me preventum[e] gratia non ambigo, preveniar etiam in benedictionibus dulcedinis tue, in quibus epulantur iusti, Deus meus, in conspectu tuo. O pie, o misericors, o suavissime, o amantissime, quas pro tuis miserationibus gratiarum actiones tibi[f] referam? Quid retribuam tibi pro omnibus que retribuisti mihi[61], que laudes tibi sufficiant, cui celum et terra non sufficiunt[g] et maria? Set quia in te cantatio mea vite[h] semper[62], immo[i] laus mea tu es, sufficiat tibi, Deus meus, qualiscunque laus mea, que tu es, et vota nostra, que tu ipse et nemo alius preveniendo aspiras, etiam adiuvando prosequere. Quid de mutatione dicam, quam operata[k] in me dextera Excelsi?[63] Vertit impium, et non erat. Ego enim[l] aliquando sub lege preter legem vixi, auditor[m] legis, non factor[64]. Sub religione eram, sed totus pene irreligiosus; sub libertate ordinis libere peccabam in ordine. Nam quod quasi de[n] pietate indultum mihi erat, abutebar[o] magis quam utebar. Et quia nec[p] certum tempus lectionis vel laboris vel[q] orationis servabam, semper vagus, semper incertus nunquam in eodem statu permanebam. Nec regulariter abstinebam, nec regulariter ieiunabam. Et cum ista mihi essent pro gratia, crevit exinde tamen superfluitas maxima, ita

a) redditus 1*. 5. 8, *quod correxit m. rec.* 1. b) IV. 13. *Ed.* c) praefero *Ed.* d) omnibus *deest* 5. e) est *deest Ed.*; michi *deest* 3. 5. 8. *Ed.* f) meus *addunt* 3. 5. 3. *Ed.* g) magnatum *Ed.* h) *ita* 1 *in rasura*; i. tuum cogitatum 3. 5. 8. *Ed.* i) non 1*. k) est *deest* 5. l) cum R. m) expediat R. n) positus, inter homines nonnisi, que 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) enim *Ed.* p) supra 1*. q) meum neque etc. illi autem 8; neque e. in magnis etc. Illi autem *Ed.*; neque e. s. o. mei *desunt* 3. r) contemtibilia 1*. s) eges *deest* 1. 1*. t) que *in* 5 *adiecit m. rec.* u) forte perfecte 3. 5. v) cognouerunt 5. *Ed.* w) nomine 1*. x) asscribatur *add.* 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) in *addit* 5, *in* 1* *postmodum adiectum.* z) deus meus, dico 3. 5. 7. 8. *Ed.* *) meus *in rasura* 1. *erat additum.* a) remissisti 1. b) meo *deest* 3 c) ergo 8. *Ed.* d) ille *deest Ed.* e) peruentum 1*. f) tibi *deest* 5. g) sufficiant *Ed.* h) vite *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* i) ymmo 8. k) est *add.* 3. 5. 7. 8. *Ed.* l) non 1*. m) adiutor 8. *Ed.*; *ita et* 5 *sed correctum a m. rec.* n) de *deest* 7. o) eo abutebar *Ed.* p) non 5. q) aut 5. 7. 8. *Ed.*

40) Adolfum comitem de Scowenburc inter testes chartae ab imperatore Henrico VI. datae Wormatiae 1193. Iun. 28. invenimus, v. Lacomblet Urkundenb. I, 377. 41) Iesai. 63, 7. 42) Daniel 14. 37. Vulg. 43) 2. Mos. 15, 2. 44) Psalm. 27, 10. 45) Psalm. 86, 15. 46) Cf. Psalm. 55, 23. 47) 2. Corinth. 12, 9. 48) Psalm. 145, 3. 49) Psalm. 22, 7. 50) 2. Corinth. 11, 30. 51) Psalm. 130, 1. 52) 1. Corinth. 1, 27. 28. 53) 2. Reg. 12, 28. 54) Psalm. 52, 3. 55) Ev. Luc. 18, 13. 56) Psalm. 31, 5. 57) Psalm. 69, 6. 58) Psalm. 72, 28. 59) Act. 10, 34. 60) 2. Ep. Corinth. 10, 18. 61) Psalm. 115, 12. 62) Psalm. 70, 6. 63) Psalm. 76, 11. 64) Ep. Iacob. 1, 23.

ut iam non quid liceret, sed quid liberet instanter cogitarem[a]. Otium reputavi ordinem, intemperantiam abstinentiam, gulam sobrietatem, musitationem[b] taciturnitatem, a verbositate vel nocte[c] temperare penam maximam. Quid ergo? dampno[d], reprehendo ordinem? non ordinem, sed ordinis superfluitatem[e], que ex illo tempore ceperunt, ex quo facta est mutatio ordinis, non quod illi patres sancti et iusti non fuerint, sed ut verbis utar poete

*— — libertas in vitium excidit — —*
*— — — — — — chorusque*
*Turpiter obticuit, sublato iure nocendi*[65].

Nam quod illis dispensatio, nobis mutationis est remissio. Ordo enim de die in diem per plurimorum mutationes, qui[f] non pro ordine, sed contra ordinem dispensant, vergit ad occasum, ita ut nunc in hoc tempore fere nemo sciat, quid sit ordo, sed ordinis prevaricatio. Ego autem[g] cum essem parvulus, loquebar ut parvulus[h], sapiebam ut parvulus[i], cogitabam ut parvulus. Cum autem tua gratia, Deus meus[k], factus sum vir, evacuavi que erant parvuli[66]. Et cum audirem regulam, quam non sequebar, errare me intelligebam. Per quem? Per spiritum timoris tui. Ille me initiavit[l], per suam me veritatem docens omnem veritatem. Et intellexi, quod in his observationibus, que[m] prius multipliciter observabam, labor est maximus et afflictio spiritus, nec stare potest ordo in talibus. Ordo enim simplex est, a te, simplicissimo[n] Deo, sanctis patribus inspiratus, a quibus eum beatissimus pater noster Benedictus accepit et in scriptum redegit. Cuius michi precepta super mel et favum dulciora[67]. Ibi enim est, quod fortes cupiant et infirmi non refugiant. Ideo, Deus meus, cantabiles mihi sunt iustificationes tue, ita ut cantem in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini. Pro[o] his beneficiis tuis[p] miserationum tuarum recordabor, ita ut te laudans, omnibus te laudabilem predicem, commemorans opera misericordie tue, que diebus nostris facta sunt, ut habeant et[q] presentes et futuri, unde glorificent nomen tuum, quod est benedictum in secula[r]. Amen.

14.[s] *Miraculum de sanguine Domini*[t]. Puellula[u] quedam in partibus Thuringie prope civitatem Erpisphordiam[v] egrotabat. Quam dum sacerdos ex more visitaret, dans ei viaticum, ablutionem[w] digitorum fecit in bycario[x] mundo, ipsam aquam ad bibendum ei tradens, sicque discessit. Illa vero bene sue mentis compos, dixit his qui circa ipsam erant: *Diligentissime ipsam aquam operite, quia de digitis sacerdotis vidi portiunculam eucharistie*[y] *in eam decidere*[z]. Quo facto cum ipsa aqua ei postea ad bibendum fuisset allata[*], tota mutata fuit[a] in sanguinem, ipsaque[b] portiuncula, licet minimi formam acceperat[c] digituli[d], versa in cruentam carnem. His visis terrentur omnes, fit clamor muliercularum accurrentium, clamantium, mirantium, stupentium et de se tam inaudita sic et sic loquentium. Mittitur, sacerdos vocatur[e], qui magis stupebat, qui suam in his negligentiam metuebat. Qui etiam timens officii suspensionem[f], celare rem voluit, hortans tanti sacramenti exustionem. Sed celari non potuit, quod Deus miraculose manifestari voluit. Communicatur res pluribus, fit conventus sacerdotum, qui in perturbatione non habentes consilium, adierunt archidiaconum. Qui super his timens aliquid dispensare[g], que gesta fuerant[h] per epistolam significavit domno Moguntino[i]. Interea vero[k] ipsum bycarium cum vivifico sanguine[l] opertum corporali super altari[m] ponitur, et videntibus cunctis qui aderant columba venit, super labium bycarii diutius[n] sedit, non sine ammiratione cunctorum, quod corporis sui pondere ipsum vasculum[o] non everterit. In partibus enim illis bycaria quasi ductilia in[p] inferioribus sunt angusta, in superioribus vero ampliora. Unde, qui viderant, non corporalem sed spiritalem[q] columbam arbitrati sunt. Cum ergo hec circa festum beati Vincentii martiris facta
Ian. 22. fuissent, in festo annuntiationis venit domnus archiepiscopus in partes illas. Ipsam enim
Mart. 25.

a) nec regulariter — cogitarem *desunt* 1. 1*. b) inusitationem 5. 8; invisitationem *Ed.* c) voce 7. d) damno 1*. e) superfluitates 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) quae 1*. *Ed.* g) vero 3. 8. *Ed.* h) loqu. ut parv. *desunt Ed.* i) sap. ut parv. *desunt* 7 *Ed.* k) meus *deest Ed.* l) inicianit 1. 3; incitauit 8. *Ed.* m) qui 5; quas 1*. *Ed.* n) simplicissimus 5, *quod correxit m. rec.* o) porro 7. p) tuis *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* q) et *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* r) secula seculorum 8. *Ed.* s) IV. 14. *Ed.* t) m. de corpore dominico 5; m. de c. Christi 3. u) puella 3. 5. 7. 8. *Ed.* v) erphysphordiam 3. w) absolutionem 3. x) biccario *Ed. semper.* y) eucharystie 3; eukaristie 5. 8. z) descidere *codd.* *) et *add. Ed.* a) fuit *deest* 5; fuisset 8. *Ed.* b) ipsa quoque 5. 7. 8. *Ed.* c) accipiat R. d) digiti 5. e) sacerdotem vocaturus 1*. f) suspensationem 8. *Ed.* g) qui — dispensare *in* 8 *adscr. m. rec.* h) fuerunt 5. 7. 8; erant 3. *Ed.* i) mogontino 3. k) vero *deest* 5. 8. *Ed.* l) corpore et sang. 5. 7. 8. *Ed.*; et sanguine 3. m) altare 3. n) et diu *Ed.* o) bycarium *in* 1 *primo erat scriptum, sed inductum atque in margine additum* uasculum. p) vi 1*. q) spiritualem 1*. 8. *Ed.*

65) Horatii Artis poet. v. 282—284. 66) 1. Ep. Corinth. 13, 11. 67) Psalm. 18, 11.

diem prefixerat omnibus prelatis suis cum omni clero simul et populo[a], ut omnibus in unum positis, quid super eodem negotio ageret, omnium consilio uteretur. Omnibus igitur convenientibus ad villam, ubi ipsum sacramentum repositum erat, ordinata processione, prelatis portantibus sanguinem Domini, cum supplicatione letanie[b] et populi devotissima prece, omnes discalciatis[c] pedibus ad civitatem supradictam veniunt et primam in monte beati Cyriaci[d] stationem faciunt. Quibus cum nimia[e] humilitate occursant[f] sanctimoniales eiusdem loci cum genuflexione intima devotissime cantantes[g]: *Iesu nostra redemptio* etc. Ubi cum missarum sollempnia[h] pro instanti articulo celebrata fuissent, procedunt ad montem beati Petri, ubi magnus et religiosus ab antiquo institutus est monachorum conventus. Ubi simul cum devotissime missarum sollempnia celebrata fuissent, ventum est ad ecclesiam beate Dei genitricis[i] Marie. Ubi domnus[k] archiepiscopus pontificalibus indutus, inter divina populum ad lacrimas et orationes est adhortatus, ut divina clementia semper humano generi amica, que ad evacuandum errorem infidelium sive ad fidem corroborandam suorum fidelium, sacramentum, quod sub specie panis et vini benedicitur, sanctificatur, sumitur, vere suam carnem et sanguinem evidentissimis indiciis demonstrasset ad laudem et gloriam nominis sui, simul etiam ad iocunditatem[l] et exultationem[m] ecclesie sue sancte, ut confiteamur[n] nomini sancto suo et gloriemur[o] in laude sua, rursus in priorem substantiam panis et vini transformare dignetur; ut sicuti ipse vere est panis vite et vinum, quod spiritaliter[p] letificat cor hominis, ita vere sacramentum, quod ecclesie sub specie panis et vini usitandum[q] dederat, in formam notam verteretur[r]. Cumque diu oratum fuisset et sanguis[s] et caro in formam priorem non rediisset, pontifex de novis lapidibus novum altare construi precepit, ut in eo idem sanguis cum carne dominica reverenter conderetur. Verum cum inter ipsas orationes et exhortationes sepius misisset, et transformatio facta non fuisset, venit subito qui diceret, Dominum preces et gemitus filiorum Israel audisse, et priorem illam substantiam plenissime rediisse. His auditis domnus archiepiscopus multis suffusus lacrimis, omnes ad gratiarum actiones hortari cepit, ipse vero cum sermone exhortationis in laudes Domini nostri Iesu Christi prorumpens, sic omnibus locutus est: *A Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. O redemptor*[t]*, quis umquam mortalium facta pietatis tue dignis efferat laudum preconiis? qui semper cogitas cogitationes pacis et non afflictionis. Et quia proprium*[u] *tibi misereri semper et parcere, cuius natura bonitas, voluntas potentia, opus misericordia*[v]*, tu facis quod tuum est, nos vero*[w] *quod nostrum est. Tu, antequam te*[x] *invocemus, paratus es misereri; nos proni ad malum sumus a diebus adolescentie nostre. Nos ingrati sumus tante pietatis*[y] *munificentie; tu vero nec ingratis beneficia subtrahis, qui solem tuum oriri facis super bonos et malos et pluis super iustos et iniustos*[68]*. Sed qui de terra est, de terra loquitur; tu vero*[z]*, qui de celo*[*] *descendisti, super omnes es, quia tu solus scis, unde venias aut quo vadas, qui ad firmandam plebis tue fidem sacramentum hoc vertisti in cruentam carnem. Qui vere te panem vivum, qui de celo descendit, homini ne deficiat in via huius peregrinationis, comedere*[a] *dedisti, quem sine fastidio continue manducat angelus in celo. Quem tamen ille manducat deliciosum, iste interim manducat ad remedium. Uterque vere, sed non uterque plene. Apostolus enim*[b] *dicit: „Probet se ipsum*[c] *homo et sic de pane illo edat*[69]*!“ Aliud quippe est sumere sacramentum, aliud rem sacramenti. Unum*[d] *est visibilis forma, aliud invisibilis*[e] *gratia. In his duobus duo comedendi sunt modi, unus sacramentalis, alius spiritalis. Secundum unum comedunt universi*[f]*, secundum aliud*[g] *tantum boni. Ibi multi vocati, hic pauci electi*[70]*. Ideo dixi „uterque vere*[h]*, sed non uterque plene“, quia alius tantum sumit sacramentum, alius autem et sacramentum et rem sacramenti. Alius enim devotus et dignus cum sacramento visibili invisibilem percipit gratiam*[i]*. Alius autem indignus sumens*[k] *sacramentum, reus efficitur corporis et sanguinis Domini*[71]*, quia iudicium sibi manducat et bibit,*

a) universo populo 3. 5. 7. 8. *Ed.* b) litanie 1*. c) discalceatis *Ed.* d) ciriaci 5. 8. e) in una 7. f) ocursant 1. g) int. cant. devotione 5. h) solemnia 1* *saepius.* i) semper virginisque m. 3; semperquo virg. m. 5. 8. *Ed.* k) *hic ipsa vox* domnus *perscripta in* 1. l) iucunditatem 1*. *Ed.* m) exaltationem *Ed.* n) confiteatur 1. 1*. o) glorietur 1. 1*; glorificetur 3. p) spiritualiter 5. 7. 8. *Ed.* q) usurpandum *Ed.* r) reverteretur 5. s) sangwis 8. t) redemtor 1*. u) est *add.* 3. 5. 7. 8. *Ed.* v) misericordiae 1*. w) autem 3. 5. 7. 8. *Ed.* x) te *deest* 8. y) pietatis *deest* 1*, *in* 1 *margini adscriptum.* z) quoque 8. *Ed.* *) celis 7. 8. *Ed.* a) comedendum *Ed.* b) cum 7; enim *deest* 8. c) autem se ipsum 7; enim se ipsum 8. d) vinum *Ed.* e) inuibilis 3. f) alius — universi *desunt* 3. g) alium 3. 5. 7. 8. *Ed.* h) versus 8. i) et gratiam 3. 5. 7. 8. *Ed.* k) summens 1*.

68) Ev. Matth. 5, 45. 69) 1. Ep. Corinth. 11, 28. 70) Ev. Matth. 20, 16. 71) 1. Ep. Corinth. 11, 27.

*non diiudicans corpus Domini*[a, 72]. *Nunc igitur, dilectissimi*[b], *ut condignas persolvamus gratiarum actiones domino*[c] *Ihesu Christo, qui in hoc facto nos et terreri voluit et consolari, hoc suademus, precipimus, statuimus omnibus sub nostra iuridicione*[d] *consistentibus, ut omnes a minimo usque ad maximum, a iuvene usque ad senem, pueri*[e] *et puelle, incurvati*[f] *adorent, laudent, magnificent dominum nostrum Ihesum Christum, cui omne genu flectitur celestium, terrestrium et infernorum*[73], *ut sic*[g] *honoremus almiflua eius sacramenta, ut non solum sacramentum, sed et rem sacramenti fideliter percipiamus per gratiam ipsius, qui secundum ordinem Melchisedech*[h] *sacerdos est*[74], *et sacrificium, qui*[i] *nos sibi faciat populum peculiarem, sectatorem*[k] *bonorum operum*[75]. Cumque omnes respondissent: *Amen*, domnus archiepiscopus ipsam aquam retranssubstantiatam[l] in vasculo precioso ad posteritatis memoriam in ipsa ecclesia honorifice reposuit, bycharium[m] vero secum Moguntiam[n] detulit[o], ubi usque hodie honore maximo veneratur. Omnes autem, qui in omni dyocesi[p] sua constituti erant, ita devote ad laudem Christi incurvati sunt, ut etiam infantuli, qui in cunabulis iacebant, incurvati gratias agerent, iuxta illud: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem*[76].

15.[q] *Aliud miraculum*[r]. Aliud etiam beneficium[s] Salvatoris nostri narrabo, quod tempore Philippi[t] archiepiscopi[u] Colonie celebratum est. In sabbato[v] quippe[w] sancto pasche[x], cum parvuli iuxta morem ecclesie baptizarentur[y], quidam Iudeus eiusdem civitatis quasi pro curiositate[z] cum aliis spectatoribus huic se negotio ingessit. Et cum infra[*] actionem sacrum crisma[a] capiti cuiusdam infantuli a pontifice poneretur[b], aperti sunt oculi eius et vidit Spiritum sanctum in specie columbe super ipsum infantulum descendentem. Territus ille de tanta visione et mente consternatus discessit, et illuminationem quandam mentis concipiens, divinum illud esse[c] mysterium[d] nec perfecte credidit nec perfecte dubitavit. Audierat sepius[e] magnum esse christianitatis[f] sacramentum, sed Iudaica[g] repugnante perfidia, quicquid inde mente concipere poterat, dubie recipiebat. Conservabat tamen omnia hec, conferens in corde suo. Sic totus revolvitur annus, cum iterum in parasceue, quod est ante sabbatum, in sinagoga[h] constitutus visitationem piissimi sensit Salvatoris. Siquidem Iudeis quedam est detestabilis consuetudo, ut inplentes mensuram patrum suorum[77] quovis anno ad contumeliam Salvatoris ymaginem ceream[i] crucifigant. Quam dum more suo contumeliis afficerent et cetera, que in passione eius leguntur, flagellando, colaphizando[k], conspuendo inplessent et clavis manus et pedes perforassent, tandem lancea latus eius perfoderunt, et continuo exivit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit, et scimus, quia[l] verum est testimonium eius. Nam idem Iudeus divinitus illuminatus hec[m] vidit et credidit[n]. Relicta enim synagoga, statim ad archiepiscopum cucurrit, que gesta sunt[o] nunciavit, et abrenuncians infidelitati synagoge[p] in sabbato sancto lavacrum regenerationis accepit et non solum angelis Dei, sed et hominibus de sua conversione gaudium fecit. Gaudeamus[q] et nos, carissimi[r], de benignissima gratia Redemptoris[s], ita ut etiam[t] malis[u] bene utentes ipsam nobis nequitiam Iudeorum vertamus in arma salutis, et quasi per eorum[v] illuminati excecationem[w] nostram ad Iesum excitemus[x] devotionem. Videamus, quid illis faciat sua malitia, et vere credamus, quod ipsum apud Ihesum[y] faciat devocio[z] nostra. Illi inplentes mensuram patrum suorum[77], qui sibi suisque inprecantes dixerunt: *Sanguis eius super nos et super filios nostros*[78], ipsum sub ymagine sua contumeliis affectum crucifigentes, vere crucifigunt, non verbum vite sicut patres eorum manibus nefariis contrectantes, sed odiendo, execrando, malitie illum manibus contingentes. Christus[*] enim resurgens a mortuis, iam non moritur, mors illi ultra[a] non dominabitur. Ipse tamen per ymaginem

a) corporis Dei 1*. b) dilectissimi *deest* R. c) nostro *add.* 1*. *Ed.* d) iurisdictione 1*. 8. *Ed.* e) et pueri 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) ni civitatem 1*. g) inf. et honoremus *Ed.* h) melchysedech 3. i) quo *Ed.* k) spectatorem *Ed.* l) transsubstantiatam *Ed.*; *ita et* 8 *ubi corr. m. rec.* m) bicarium *Ed.* n) mogontiam 3. 5. o) moguntiam | detulit. *Hic in* 1 *quintus octo foll. fasciculus, in* 1* *fasciculus* L *littera signatus incipit.* p) diocesi 5. 8; diocesi *Ed.* q) IV. 15. *Ed.* r) aliut m. 1; mir. de corpore dominico 5; de eodem 3. s) beneficium *in margine* 1. 1*; miraculum sive beneficium 5. 8. t) phylippi 3. u) archiepiscopo 8. v) sabbatho 8. *Ed.* w) quippe *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* x) pasce 8. y) baptisarentur 1*. z) per curiositatem *Ed.* *) intra 7. a) crysma 3. b) inponeretur 8. *Ed.* c) esse *deest* 7. d) misterium 8. e) sepe 5. f) cristianitatis 8. g) iudayca 3. h) synagoga 3. i) aeream *corr.* aeneam 1*. k) collaphyzando 3; colaphisando 5. l) quod *Ed.* m) hoc 8. *Ed.* n) quae vidit etiam credidit R. o) essent *Ed.* p) sinagoge 5. q) Gaudemus 8. *Ed.* r) carissimi *deest Ed.* s) redemptoris nostri 3. 5. 7. 8. *Ed.* t) etiam *deest* 3. 8. *Ed.* u) in malis 8. v) eorum *m. rec. in marg.* 5. w) execrationem 3. x) exuscitemus *Ed.* y) christum 3. z) fides 3. 5. 7. 8 *Ed.* *) cristus 5. 8. a) ultra *deest* 3.

72) 1. Ep. Corinth. 11, 29. 73) Ep. Philipp. 2, 10. 74) Psalm. 109, 4. 75) Ep. Tit. 2, 14. 76) Psalm. 8, 3. Ev. Matth. 21, 16. 77) Ev. Matth. 23, 32. 78) Ev. Matth. 27, 25.

crucifigi potuit, qui ante passionem tempore legis per agnum immolari[a] potuit. Sed dicis: *Illud in figura*[b] *factum est*. Assentio[c]. Illos tamen, qui huic sententie diffidunt, ad auctoritatem illius[d] scripti mittimus, ubi a Iudeis in ymagine Domini simile quiddam[e] perpetratum est, ubi invenitur, quod de latere eius exivit sanguis et aqua, unde[f] multi ceci fuerant illuminati et[g] claudi curati, leprosi mundati et demones effugati. Veraciter igitur credamus, quia quod illis ipsorum malitia, nobis faciat fides[h] nostra. Annon qui devota mente recolit[80] passionis[i] dominice, ita ut ad lacrimas compungatur, non[k] vere compatitur Christo[l], cuius membrum est, cum gloriosissima matre[m] eius Maria, cuius animam doloris pertransivit gladius[81], et cum pudicissimo filio et ministro suo[m'] Iohanne, quamvis ille mortem non viderit, donec placidam sue carnis absolutionem, Domino se visitante, percepit, calicem[n] dominice bibat[o] passionis? annon vere cum mulieribus plorat, que sedentes ad monumentum lamentabantur, flentes Dominum? annon qui in commemoratione talium in omnibus se devotos et compunctuosos[p] exhibent, non[q] vere cum Nychodemo[r] et Ioseph aromatibus eum condiunt et linteo[s] mundo involvunt? Vere tales, quia[t] flent cum flentibus, gaudebunt cum gaudentibus[82], quia[u] sicut vere Christo compatimur morienti, sic vere conregnabimus resurgenti[v][83].

16.[w] *De obsidione et liberatione Lovenburg*[x]. Bernhardus autem[y] dux videns, quod Adolphus comes prosperatus in via sua Liubekam[z] optinuisset et Stadium, sperans per eum plurimum prevalere in terra et nominis sui extendere potentiam, veniens in manu valida cum uxore etiam et omni suppellectili circa cathedram beati Petri[84] obsidione maxima vallavit[*] Lowenburch[a]. 1193. Febr. 23. Quem constanter iuverunt Adolphus comes et Bernardus. Cumque diutina obsidione artasset castrum, ita ut iam fame deficerent qui in ipso erant, et dux quasi securus distracto exercitu[b] solus excubias servaret, venerunt amici ducis Heinrici, Bernhardus comes[c] de Wilepe[d] et Helmoldus[e] de Zverin[f] cum hiis quos contraxerant, aut victualia esurientibus laturi, si possent, si vero[g] non possent, ipsos de obsidione liberaturi. Cum vero transirent[h] aquas, dux quidem primo eos non attendebat, sed cum multiplicati fuissent, inibere[i] eos volebat, nec poterat. Illi autem confortati viribus et armis cum his qui in castro erant, dimicaturi cum hostibus campum petunt. Dux quid faceret nesciebat, exercitus, ut dictum est, distractus erat, Adolphus aberat, et Bernardus comes Barsith[k] castrum[85] cum suis expugnabat. Ipse tamen constanter agens arma corripuit[l], viriliter pugnavit, sed victoriam non optinuit. Siquidem omnibus suis captivatis, ipse vix captivitatem evasit. Uxor vero ipsius, relicta omni suppellectili, abiit Racesburch[m]. Sicque preter spem liberata est Lowenburch, vel quia[n] ducem Bernardum fortuna ceca deseruit, vel quia duci Heinrico ullas[o] reliquias Transalbinas Deus reservare voluit. Qui tamen ultionem de inimicis expetens, nunc a Sclavis[p], nunc a Danis auxilium querebat, et non erat.

17.[q] *De expeditione*[r] *regis Danorum in Holsatiam*[s] *et captivitate Waldemari episcopi*. Rex tamen Danorum Kanutus, exacerbatus a comite Adolpho, fines ipsius in manu valida intravit, 1194. terram eius incendiis et depredationibus vastaturus. Siquidem Waldemarus Sleswicensis[t] episcopus, Kanuti regis filius, contra Kanutum regem[u] inimicitias pro regno susceperat[86] et auxilium regum Northwegie[v] et Suecie[w] sibi contraxerat, cui ex altera parte

a) ymmolari 3. b) fugura 8. c) assentior 1*. *Ed.* d) ipsius 8. *Ed.* e) quidam 3; quoddam 8. *Ed.* f) ubi 8. *Ed.* g) et *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* h) devotio 3. 5. 7. 8. *Ed.* i) memoriam passionis *Ed.* k) non *deest Ed.* l) cristo 8. m) mater 5. m') suo *deest* 5. n) calicem annon R. o) bibit 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) coupunctuosos 3. q) non *deest Ed.* r) Nicodemo 1*; nichodemo 5. s) lyntheo 3. 8. t) qui *correctum in* 1*; atque 3. 5. 7. 8. *Ed.* u) quod 1*. v) resurgendo 3. w) IV. 16. *Ed.* x) louenburch 1*; louenburg 3. 7. 8; louenborg 5. y) autem *deest* 3. 5. 8. *Ed.* z) Lubecam 1*. *Ed.*; lubikam 8; lubicam 5. *) vallat *Ed.* a) louenburg 5. 8; Lawenburg *Ed.* b) excercitu 5. c) comes *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* d) willepe 3; wolpe 7; Welpe *Ed.* e) Helmuldus 1*. f) Swerin 5. g) aut si *Ed.* h) transissent 3 i) inhibere 1*. 5. *Ed.* k) barsich 5. 7; borsich 8. *Ed.* l) arripuit 5 *male intellecto scripturae compendio.* m) raceburg *ut saepe* 3. 5. 8. *Ed.* n) quod 1*. o) aliquas *Ed.* p) Slauis 3. 5. 7. 8. *Ed.* q) IV. 17. *Ed.* r) obsidione 1*, *id quod primum etiam miniator in* 1 *scripserat.* s) holtzatiam 8. t) Slesuicensis 1*; sleswicensis 3. 8; slesewicensis 5. u) regem *deest* 5. 7. 8. *Ed.* v) norweie 3. 5. 8; Norvegiae *Ed.* w) swecie 1.

80) *recolit mente* scil. recordatur, reminiscitur. 81) secundum Psalm. 105, 18. Cf. verba cantus ecclesiastici, qui vocatur *Stabat mater: cuius animam gementem, contristantem ac dolentem pertransivit gladius.* 82) Ep. Roman. 12, 15. 83) Respicit ad Ep. Roman. 8, 17. 84) anni ut videtur 1193. 85) Sive in Gamme sive in Sadelbande, ut videtur, quondam positum. Fortasse Borist s. Börsk s. Börse in parrochia Gülzow (v. Arndt, das Zehntenregister des Bisth. Razeburg im 13. Iahrh. p. 37.) aut Basthorst, praedium equestre et villa parrochialis. 86) Magnum levavit contra Canutum, adiutus a rege Sueciae, ineunte a. 1193, captus est mense Iulio vel Decembri.

favebant amici imperatoris Otto marchio[a] et Adolphus comes et Bernhardus comes[b] de Racesburch. Cum igitur[c] Waldemarus contra Kanutum produceret[d] exercitum, ipso tempore Adolphus comes cum multitudine gravi transiens Egdoram fluvium, omnem terram regis vastavit usque[e] Scleswic[f], ibique accepto sinistro nuncio, ad sua cum preda multa reversus est. Waldemaro namque[g] a quibusdam amicis suis[h] insidiose persuasum fuerat, ut memor consanguinitatis et pristine[i] familiaritatis ad gratiam regis veniret, quem ille procul dubio omni amicitia dignum honoribus et divitiis ampliaret. Talibus ille[k] consiliis acquiescens, volubilitatem fortune expertus, non solum compedibus, sed et manicis[l] ferreis fortissime astrictus[m] est.

Pro tali commotione, ut dictum est, sive, ut quibusdam placuit, ad subveniendum duci Heinrico rex fines comitis cum armorum vasis intravit. Cui comes, licet impari numero, occurrit. Adventum namque regis diu comes presenserat, unde non solum[n] marchionem[o], sed et[p] militum manum validam contraxerat. Sed moram rege faciente, marchio cum multis abierat, cum subito rex venit et comes exivit obviam ei. Computans tamen, quod ex equo illi occurrere non posset, legatione missa, rogat ea que pacis sunt[87]. Sicque mille quadringentis denariorum marcis gratiam regis optinuit, et ille in locum suum reversus est.

1201. 18.[q] *De morte Absalonis Lundensis archiepiscopi*[r]. Hoc dierum curriculo[s] ex hac vita subtractus est domnus Absolon[t] Lundensis archiepiscopus, vir religiosus et magni consilii, summe[u] discretionis et precipue honestatis[88]. Huius industria omnes ecclesie totius Danie prius discordantes uniformes[v] in officiis divinis facte sunt. In cathedrali[w] sede crucifixum super[x] affigi[y] fecit[z], ut abscedentibus[*] et recedentibus reverentia crucifixo magis quam sibi fieri videretur. Preterea large sua ecclesiis et monasteriis conferens, maxime[a] cathedralem ecclesiam beati Laurentii martiris Lundis ditare et ornare studebat coronis preciosis et campanis maximis, ut nunc cernitur, et diversis ornamentis. Et quia erat, ut dictum est, vir religionis amator, monasterium Cysterciensium[b] monachorum in Sòra[89] edificare et ditare[c] satagebat, ubi etiam circa finem dierum suorum molestia corporis tactus[d] egrotabat.
Mart. 20. Ordinatis autem ecclesie sue rebus, in die beati Benedicti abbatis diem clausit extremum. Cuius mortem[e] omnis Dania non parum indoluit, et quia multos discordantes ad pacem in vita sua reformaverat, ipsius exitum Ihesu Christo, pacis auctori, commendabat. Cui successit domnus Andreas, regalis aule cancellarius, vir litteratissimus, nec minori[f] gratia preditus. Erat enim[g] primo iuventutis sue tempore studiis deditus et morum gravitate ornatus. Et cum esset in negotiis regiis continue occupatus, magna tamen abstinentia se constringebat. A qua nec in Romana curia negotiis deditus temperabat, ut omni sexta feria nil[h] gustans crucis dominice baiulus existeret. Ordinatus autem ipsam morum gravitatem non deseruit, humilis et quietus et pudicus[90] et abstinens permansit. Unde emulatione sua plurimos provocavit. Doctrina[i] etiam adeo insistebat, ut nonnullos tam clericos quam laicos[k] divini amoris flamma succenderet, et ipse es candens[l] existens scyntillas[m] verbi Dei ubique spargeret. Avaritiam quoque, que est ydolorum servitus[91], omnino detestans, nil per vim rapere curabat, sed suis contentus, beatius dare quam accipere[92] docebat.

19.[n] *Epistola Conradi cancellarii.* Nec[o] piguit ad[p] edificationem aliorum hic ponere epistolam Conradi cancellarii[93], quam scripsit nobis de statu Apulie et[q] de operibus vel artibus Virgilii:

a) marchyo 3. b) B. comes *desunt* 5. c) ergo 1*. d) perduceret 1*. e) usque ad *Ed.* f) Slesuich 1*; Slesvich *Ed.*; sleswich 3. 5. 8. g) enim *Ed.* h) suis *deest* 3. 8. *Ed.* i) prystine 3. k) ille *deest* 5. 8. *Ed.* l) manibus 3. m) abstrictus *Ed.* n) solum ottonem 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) marchyonem 3. p) et *deest* R. q) IV. 18. *Ed.* r) item de eodem 3. s) circulo 5. t) absalon 1*. 3. 5. 7. 8. u) siue 8. *Ed.* v) uniiformes 3. w) kathedrali 5 *similia.* x) super *deest* 7. y) offigi 8; crucifigi 1*. z) precepit 5. 8. *Ed.* *) ut ab accedentibus *correxit m. perquam recens in* 5; ut accedentibus *Ed.* a) et maxime 5. b) cyrsiencium 3. 8. c) cepit *redundat* 7. d) tractus 8. *Ed.* e) morte 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) minore 5. 7. 8. *Ed.* g) autem 5. 7. 8. *Ed.* h) nihil *Ed.* i) doctrinae 1*. k) laycos 3. l) candes 3; eis candele R. m) cyntillas 1; cintillas 3. n) IV. 19. *Ed.* o) me 5. p) ad *deest* 1*. q) et *deest* 5.

87) Eadem verba in Ev. Luc. c. 14. v. 32. 88) Obiit a. 1201. Mart. 20, itaque Arnoldus hoc capitulum non suo loco inseruisse videtur (quod manus recens perquam margini adscripsit cod. 1). Factus est episcopus Roskildensis a. 1158, archiepiscopus Lundensis a. 1178. 89) Soroe in Selandia. 90) Eadem epitheta vide in versibus c. 11 additis. 91) Ep. Ephes. 5, 5. 92) Act. 20, 35. 93) De quo v. infra c. 25. 26. l. VII, c. 2. Epistola circa annum 1195, quo Conradum in Apulia moratum esse infra c. 25 narratur, scripta esse videtur.

*Conradus Dei gratia Hildensemensis*[a] *electus, imperialis aule et regni Sicilie legatus, dilecto suo*[b] *Hartberto*[c. 93] *Hildensemensis*[d] *preposito ecclesie salutem et dilectionem quam intimam. Quoniam*[e] *virtuosa Domini dextra serenissimi domini nostri Heinrici*[f], *gloriosissimi Romanorum imperatoris semper augusti et regis Sicilie, imperium usque adeo in ore*[g] *gladii dilatavit, ut ea que olim apud vos*[h] *in scolis positi in enigmate quasi in speculo auretenus percepimus*[94], *facie ad faciem*[95] *oculata*[i] *nunc fide cognovimus*[k], *vobis de his scribere non duximus superfluum, ut omnem*[l] *de his que vobis frivola forte vel incredibilia videntur de corde vestro dubietatis scrupulum auferentes, ad ea videnda que auditis, vestrum accendamus desiderium, ut ea que nunc demissa tantum per aurem vobis sunt dubia, fide plena constent et pateant oculata*[m. 96]. *Nec id vobis videatur difficile, terminos imperii non oportet egredi, Teutonici orbem dominii non est*[n] *transeundum, ut ea videatis, circa que poete multa consumpserunt tempora*[o].

*Inter hec autem Alpium nivibus laborioso cursu superatis primum occurrit nobis*[p]

Mantua, ve[q] misere nimium vicina Cremone[97].

*Quas civitates celeri cursu pretereuntes*

— — Mutineque labores[98],

*non sine ammiratione*

— astitimus parvi Rubiconis ad undam[r. 98].

*Cuius parvitatem stupido intuentes obtuitu*[s], *disertissimi illius poete Lucani ammirati sumus facundiam, qui de re tam humili tam grandiloquo intumuit eloquio. Nec minus ammirati fuissemus, quod tam minimus non fluvius, sed rivulus tanti ducis, Iulii scilicet Cesaris, animo*[t] *nullis unquam*[u] *fracto periculis timorem incutere potuit vel transitus prebere difficultatem, nisi*[v] *indigenarum didicissemus assertione, eundem Rubiconem instar perhennis fluminis ymbrium et torrentium auxiliis sepe*[w] *sepius intumescere mendicatis. Quo sine difficultate transiit*[x. 99], *quod Iulio contingere non potuit. Transeuntes Pesaurium*[y. 1], *quod a pensando*[z] *aurum ab antiquis dictum est, eo quod Romanis militibus, ad debellationem exterarum*[*] *nationum proficiscentibus, ibi aurum ponderaretur et distribuerentur*[a], *solidi scilicet, civitatem*[b] *Fanum*[2] *accessimus, ubi milites proficiscentes apud fana ydolorum, quorum vestigia adhuc ibi sunt, oraverunt et votivas pro salubri reditu diis fecerunt promissiones, quas a debellatis victoriosi redeuntes hostibus ibidem cum gratiarum actionibus persolverunt. Deinde montem non sine difficultate calcantes Apenninum*[c], *Sulmonem*[d. 3] *ad illius Ovidii patriam pervenimus, magis ex tanti*[e] *poete natione quam de sue ubertatis laude famosum, cum ipsum nullis divitiis adeo copiosum quam gelidis invenimus undis. Unde idem Ovidius*[f]:

Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus[g] undis[4].

*Nec nos ipsum, ut verum fateamur, gelidis minus invenimus nivibus copiosum. Occurrerunt circiter eundem locum nobis*[h] *arbores miraculose, de quibus ut*[i] *aiunt si quis ramum decerpit*[k], *aut eodem anno in fata concedit aut longe et acutissime febris non evadit insultum. In quas asserunt — si credere dignum est — sorores Phetontis*[l] *post lacrimosas fratris*[m] *exequias mise-*

a) hyldensemmensis 3; hildesemmensis 5; Hildesemensis *Ed.* b) suo *deest* R. c) H. *cett. codd.*; henrico 7; N. *Ed.* d) hildesemensi 7. e) Quomodo *Ed.* f) Henrici sexti *m. rec. in marg.* 8. g) adeo more 1*. h) nos 1. 1*. 3. 5. 7. i) occultata 3; occulta R. k) cognoverimus 3. 5. 7. 8. *Ed.* l) omnibus 8. m) occulta 8. *Ed.* n) ducatis *Ed.* o) scribendo tempora 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) *vocem* nobis *in* 5 *sequitur* Versus *minio insignitum, sequens versus linea minio ducta insignitus est.* q) quae *corr. in* 1*. r) undas *Ed.* s) obtutu 3. 5. 7. 8. *Ed.* t) animo *deest* 3. u) umquam 3. v) non 1*. w) sepe *deest* 8. *Ed.* x) transito 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) pensaurium 8; Pisaurum *Ed.* z) pesando 7. *) exturrarum 1*. a) distribueretur *Ed.* b) sc. ciuitatem 1 *in spatio interlineari.* c) apennitum 7. d) tum Sulmonem 5. 8. e) tanta 3. f) *adiectum in margine* 5. versus *minio scriptum, ipse versus linea, minio infra ducta, insignitus est.* g) vberrimis 7. h) ad *redundat* 7. i) ut *deest* 7. k) deserpit 5. l) Phaetontis *Ed. et corr.* 1*. m) febris 3.

93) Herbordus sive Hartbertus de Dalem, primo cantor, deinde praepositus maioris ecclesiae, postea Conrado in episcopatu Hildesheimensi successit, anno 1199; v. Chron. Hildesheim., SS. T. VII, p. 858 sq. 94) Hinc Conradus adiisse scholam Hildensemensem putandus est, videturque esse discipulus Bernonis praedecessoris, qui ex magistro scholarum decanus, deinde a. 1190 episcopus factus est; Chron. Hild. p. 858. Itaque in Chron. Hildesheim. l. c. Conradus cancellarius *frater noster* dicitur; cf. Abel l. l. p. 357. 95) 1. Corinth. 13, 12. 96) *demissa per aurem* imitatur Horat. Epist. II, 3, v. 180. 97) Vergilii Eclog. IX. v. 28. 98) Lucani Pharsal. l. I. v. 41. et 213. 99) sc. imperator. 1) Romanis dictum Pisaurum, hodie Pesaro, in delegatione papali Urbino. 2) Fano in delegatione papali Ancona. 3) Sulmona in provincia Abruzzo. 4) Ovidii Tristium l. IV. el. 10. v. 3.

*ratione superum transformatas. Deinde Thetim*[a] *civitatem*[5], *ubi Thetis, mater Achillis*[b], *habitabat, pretereuntes, civitatem*[c] *Nympham a dextris reliquimus, ubi pro fontium amenitate nymphe fingebantur esse et ibidem colebantur. Cannas*[6] *etiam aspeximus, ubi tot nobilium Romanorum milia ab Hannibale interfecta*[d] *sunt, ut anulis*[e] *occisorum duo modii inplerentur, cum anulis tunc temporis tantum nobiles uterentur. Preterivimus*[f] *Iovinianum*[g] *civitatem, que quasi Iovis natio*[7] *nuncupatur, eo quod Iupiter ibi natus fuerit*[h]. *Sub silentio etiam transire nolumus*[i], *quod Pegaseum fontem*[8] *Musarum preterivimus domicilium, de quo nunc sine precio*[k] *potare possetis et haurire, si vobis placeret, ad cuius gustum poete longis quondam studiis et laboribus pervenerunt. Nunc ergo ad illum fontem gustandum ultra Sauromatas aut*[l] *ad extremos Indos*[8*] *non oportet peregrinari, fons iste est in nostro imperio. Ibidem non longe Parnasus*[m] *mons occurrit, in quo Deucalion cum sua coniuge*[n] *dampnum humani generis iactu lapidis*[o] *post diluvium reparavit*[9]. *Ibidem est Olimpus mons, tante celsitudinis, ut ceteros montes sublimes quidem sub pede longe relinquere videatur. Ibidem Kaianum*[p. 10], *que casa Iani*[q] *fuit et ideo Caianum dicitur, preterivimus et locum, qui capud*[r] *Minerve vocatur*[s. 11], *eo quod ibi Minerva coleretur, litus maris scopulosum*[t] *pretereuntes, quod Palinurus dicitur, eo quod ibidem*

Nudus in externa iacuit Palinurus[u] harena[v. 12],

*Enee adhuc refricans*[w] *infamiam, quod ibidem emeritum peregrinis*[x] *demersit*[y] *in fluctibus Palinurum*[z]. *Vidimus etiam operosum opus Virgilii*[*. 13] *Neapolim, de qua nobis mirabiliter Parcarum pensa dispensaverunt, ut muros civitatis eiusdem, quos tantus*[a] *fundavit et erexit philosophus*[b], *imperialis iussionis mandato destruere deberemus. Non profuit civibus illis*[c] *civitatis eiusdem ymago, in ampulla vitrea magica*[d] *arte ab eodem Virgilio inclusa, artissimum habente orificium, in cuius integritate tantam habebant fiduciam, ut eadem ampulla integra permanente nullum posset pati civitas detrimentum. Quam ampullam sicut et civitatem in nostra habemus potestate et muros destruximus*[14], *ampulla*[e] *integra permanente. Sed forte, quia ampulla*[f] *modicum fissa*[g] *est, civitati nocuit. In eadem civitate est equus ereus, magicis incantationibus a Virgilio sic compositus, ut, ipso integro permanente, nullus equus posset*[h] *redorsari, cum tamen de vitio naturali sit illi terre proprium, ut ante equi illius compositionem et post eiusdem equi quantulamcunque corruptionem nullus equus sine dorsi fractura possit equitem aliquamdiu vehere*[i. 15]. *Ibidem est porta firmissima ad*[k] *instar castelli edificata, valvas habens ereas, quas nunc satellites tenent imperiales, in qua constituerat Virgilius muscam eream, qua integra manente*[l], *nec una musca civitatem potuit introire. Sunt ibidem in castro vicino in supercilio civitatis undique mari incluso ossa Virgilii, que si libertati exponuntur aeris, totius facies aeris obscuratur, mare funditus evertitur et tumidis estuat procellis insperateque consurgit strepitus*[m] *tempestatis, quod nos vidimus et probavimus.*

*Sunt in vicino loco Baie*[n], *quarum meminerunt auctores, apud quas sunt balnea Virgilii, singulis passionibus corporis utilia*[o]. *Inter que balnea*[p] *unum est*[q] *principale et maximum, in quo sunt ymagines, hodierno tempore vetustate consumpte, singulas singularum partium corporis passiones demonstrantes. Sunt et alie ymagines gypsee*[r] *singule singula balnea demon-*

a) thetin 8. *Ed.*; Thelym *et* Thetys 1*. b) achyllis 3. c) civitatem *deest* R. d) interfecti *Ed.* e) *sic* 1. 5. f) pr. etiam 5; pr. deinde *Ed.* g) iovianum 3. 5. 8. *Ed.* h) fuit 1*. i) noluimus *Ed.*; uolumus 5. k) precio *deest* 5. 7. 8; difficultate *Ed.* l) et *Ed.*; aut *omisit* 3. m) Parnassus *Ed.* n) *hic m. rec. marg.* 8 *adscripsit* Pirra, set Virgilius iuxta Georgicorum: Deukalion vacuum lapides iactavit in orbem — Unde homines nati, durum genus en ego terre etc. o) lapidum *Ed.* p) caianum 1*. 8. *Ed.*; cayanum 3. q) iam 1*. *Ed.* r) caput 5. 7. 8. *Ed.* s) min. dicitur 1. 1* *adiectum margini* vel vocatur. t) scopulosi *Ed.* u) palynurus 3. 8. v) arena 1*. 5. *Ed.* w) refricas 7. x) peregrinus 5. y) dimersit 1. z) palynurum 8. *) Vergilii *semper* 1*. a) cantus R.; tantos 7. b) phylosophus 3; philosophos 5. 8; philosophorum R. c) illius 7. d) magica *deest* 7. e) *in margine* 8 *m. rec. adiecit* ouo minor | nouo non etc. || f) permanente — ampulla *m. rec. in marg.* 8. g) fixa 1. 1*. h) posset *deest* 5. 7. 8; possit *Ed.* i) vehi *codd. male.* k) ad *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* l) permanente 8. *Ed.* m) strepidus 3. n) baye 3; Haiae 1*. o) balneae — utiles *Ed.* p) quas balneas *Ed.* q) est *deest* 3. r) egypsee 5.

5) Theti sive Chieti, olim Teate, in provincia Abruzzo, ad fluvium Pescara situm. 6) Canne in terra di Bari prope Ofante fluvium. 7) Giovenazzo in terra di Bari. 8) Pescara fluvius in Abruzzo an intelligendus sit incertum. 8*) cf. Catull. 11. 2. 9) Cf. Vergilii Georgicon l. I. v. 62. 63 margini cod. 8 adscriptos. 10) Caietanum, Caieta, hodie Gaeta. 11) nunc Punta di Campanella dictum, haud procul a Surrento e regione insulae Capri situm. 12) Vergilii Aen. l. V. v. 871 *Nudus in ignota, Palinure, iacebis arena* paulisper mutavit auctor epistolae. Locus in Lucania nunc Capo Palinuro vocatur. 13) De Virgilio mago cf. Gervasium Tilburiensem nostri coaevum. 14) Muri urbis Neapolis a. 1194 Heinrico deditae sequenti anno sunt destructi. 15) Equus Virgilianus usque ad annum 1322. Neapoli stetit.

*strantes singulis passionibus profutura. Ibidem est palatium Sybille*[a]*, operosis constructum edificiis, in quo est balneum, quod hodiernis diebus balneum Sybille nuncupatur. Est ibidem palatium, de quo Helena a Paride*[b] *rapta perhibetur. Preterivimus etiam Chiros*[c.16] *insulam, in qua Thetis filium suum Achillem*[d] *deposuit, dum fatorum minas et*[e] *Grecorum insidias formidaret. Demum asperrima Calabrie invia cum labore transeuntes, Siciliam adituri Scillam et Caribdim*[f] *non sine timore magno*[g] *transivimus, quem numquam alicui contigit sani corporis homini sine formidine locum pertransire.*

*In principio igitur*[h] *Sicilie vidimus domum Dedali, in vertice montis constructam, in qua*[i] *Minotaurus*[k] *inclusus matris infamiam vite tenebris redemit. Unde adhuc locus Taurominum*[l.17] *vocatur, a Minotauro, vel quasi tauri menia*[m]*, a cuius semine Pasiphe*[n] *genuit Minotaurum, ubi radices et reliquie murorum domus illius intricate vestigia reliquerunt plurimum*[o]*, ut vidimus, intricata. Unde mare*[p] *adiacens Ycareum*[q] *mare*[18] *nuncupatur, eo quod Ycarus*[r] *ibidem alarum remigio aereas contra naturam hominis carpens vias*[19]*, neglecto patris mandato, vite sue diem lacrimabiliter consummaverit*[s] *extremum. Accessimus demum ad*[t] *Ethnam montem, in quo Iovis faber Vulcanus cum suis conservis Gygantibus Iovis fulmina fabricavit. In eodem siquidem ingentissimi caminus*[u] *ignis*[v] *exalans*[w]*, horrendissimus, pro scintillis saxa veniunt*[y] *ingentissima in*[z] *modum scorie*[*] *ferri ambusta, que*[a] *hodierna die totam*[b] *faciem terre ad diete longitudinem circumquaque tegunt, ut tota illa provincia nedum*[c] *cultoribus*[d] *sit idonea*[e]*, sed sua multitudine predicta saxa viatoribus transitum penitus negaverunt. Talibus siquidem eguit durus ille fulminum faber carbonibus, qui inmanibus non possent follium de facili flatibus exsufflari. Est in latere predicte Ethne locus munitus et amenus, cui dea Ceres de unica prole sollicita unicam non sine lacrimis filiam Proserpinam commendavit. Est ibidem scissura terre non minima, quam horrendarum occupat obscuritas*[f] *tenebrarum. Ubi Pluto rapturus Proserpinam fingitur erupisse. Predictus autem caminus Ethne usque ad tempora Agathe virginis duravit*[20]*, et dum solito fortius erumperet, ut universe terre faciem occuparet et multa hominum milia violentia flammarum interimerentur, Sarraceni, qui multa miracula viderant que Dominus per merita beate Agathe*[g] *operari dignatus est, velum eiusdem virginis predictis flammis opposuerunt, et ipsa flamma tamquam ventorum impetum fugiens in terre visceribus*[h] *se recepit nec ultra in Sicilia comparuit, sed ipse ignis se ad quendam scopulum in mari positum transtulit, ubi hodiernis temporibus indesinenter glomeratus flammarum et cineris turbo exalat*[i]*. Unde idem scopulus vulgo Vulcanus appellatur, eo quod faber Iovis Vulcanus credatur a simplicibus se ab Ethna ad eundem scopulum*[k] *contulisse. Est circiter eundem locum Syragia*[l] *civitas, de qua dicit Virgilius*[m.21]*.*

Prima Syracusio dignata est[n] ludere versu
Musa, *etc.*

*Iuxta hanc civitatem oritur in litore maris fons Arethusa, que primo raptum Proserpine matri*[o] *sollicite per ordinem reseravit. Ad hunc fontem Arethusam*[p] *vicinus preterlabitur*[q] *Alpheus, surgens in Arabia*[r] *et per medium maris usque in*[s] *Siciliam defluit et ibidem aquis Arethuse*[t] *nititur inmisceri, pristinum*[u] *servans amorem, et quam vivam dilexerat, eiusdem aquis admisceri*[v] *nititur post eiusdem transformationem. Vidimus ibidem termas, quarum sepius meminerunt auctores, vidimus Pelorum, Pachinnum et Lilibeum, tria promuntoria Sicilie.*

a) sibille 5; Sibyllae *Ed. saepius.* b) paryde 3. c) Scyron *Ed.* d) achyllem 3. e) et *deest* 5. f) caribdym 1*; Scyllam et Charybdin *Ed.* g) navigio 3. 5. 7. 8. *Ed.* h) ergo 8. *Ed.*; enim 5. i) quo *Ed.* k) inuocaturus 5. l) Taurominium *Ed.* m) teurimenia 8. n) Pasyphe 3; Pasiphae *Ed.* o) plurima *Ed.* p) et mare *Ed.* q) icarium 5. 8. *Ed.* r) icarus 5. 8. *Ed.* s) consummauit *Ed.* t) ad *deest* 8. *Ed.* u) caminus ingentissimus *Ed.* v) ignisque 5. 8. *Ed.* w) exhalans *Ed.* x) punicis (l. pumicis) *in marg.* 8. y) vomunt 3. 5. 7. *Ed.* z) ad 7. *) scrorie 5. a) arbusta, que *codd.*, quae arbusta *Ed.* b) et totam *Ed.* c) necdum *Ed.* d) non, *quod habent codd., recte omissum in Ed.* e) ydonea 3. f) obschuritas 8. g) agathes 3; virginis *add.* 8. *Edd.* h) viscera *Ed.* i) ita et 1*. *sed. corr.* exhalat, *quod praebent Ed.* k) schopulum 3. l) Syragia *supra script.* cusa 8; Syracusae *Ed.* m) uirgiliusuersus *ut supra* 5. n) est *deest* 1. o) mater 1*. p) arthusam 5. 8. q) predabitur 5. r) Arcadia *Ed.* s) ad 8. *Ed.* t) arthuse 8. u) prystinum 3. v) ammisceri 3. 8.

16) Sirenusas insulas haud procul a Capri sitas noster vidit, quas confudit cum insula sporadica Scyro. 17) Taormina. 18) Constat mare Aegeum a veteribus Icarium dictum esse, non vero mare Siculum, ut noster nugatur. 19) Cf. Ovidii Artem amandi II, 44: *Quis crederet unquam Aerias hominem carpere posse vias.* 20) Conf. Acta. S. Agathae virg. martyr. 5. die Februarii ap. Bolland. Acta sanctorum T. III, p. 618. 620. 647 sq. 21) Vergilii Eclog. VI. v. 1. 2. epistolae auctor tamen pro *Nostra* posuit *Musa* etc.

*Vidimus ibi*[a] *Sarracenos, qui solo sputo venenosa interficiunt animalia, que virtus, quomodo ipsis sit insita, breviter tangemus. Paulus apostolus, naufragium passus, apud Capream*[b] *insulam applicuit, que in actibus apostolorum Mitilena nuncupatur*[22], *et cum multis aliis evadens, ab indigenis terre benigne tractatus*[c] *est. Et cum predictis naufragis ignis de sarmentis*[d] *strueretur, serpens, qui in sarmentis latuerat, ignis*[e] *calorem fugiens, exiliit, et manum Pauli morsu vulnerans venenoso radicatis*[f] *adhesit dentibus. Quod videntes dicebant indigene:* Vere hic homo peccator est[g] et facinorosus[h] nec vita dignus, quem de naufragii periculo vix extractum Deus in gravioris mortis pena[i] posuit. *Paulus autem intrepidus manum excussit, et continuo manus sanata est. Quod ammirantes Sarraceni Paulum venerari ceperunt. Unde*[k] *Pauli meritis in humanitatis sue*[l] *premium hospiti Pauli et suis filiis et nepotibus usque nunc collatum est, ut solo sputo venenosa interficiant animalia. Et quemcunque locum solo ambitu giraverint*[m], *animal*[n] *de cetero non introit venenosum, nec*[o] *aliquis serpens eos audet tangere. Unde cum generat*[p] *aliquis filium, ipsum solum cum serpente ponit in naviculam*[q] *et sic diu naviculam permittit*[r] *fluctuare. Quodsi postea puerum receperit*[s] *illesum, se patrem esse cognoscit et puerum paterne*[t] *dilectionis visceribus amplexatur. Si autem ipsum invenerit vulneratum, continuo per membra frustatim*[u] *discindit et uxorem suam adulterii pena condempnat.*

*Ad*[v] *mentem reducimus, quod apud Neapolim est quedam porta, que ferrea nuncupatur, in qua Virgilius omnes serpentes illius regionis inclusit, qui propter edificia subterranea et cryptas*[w], *que ibi plurime sunt, habundant, quam solam inter ceteras portas plurimas*[x] *timebamus*[y], *ne*[z] *serpentes inclusi de carcere egredientes terram et indigenas molestarent. Est in eadem civitate macellum sic a Virgilio constructum, ut caro animalis occisi in ipso per sex ebdomadas maneat recens et incorrupta, si exportetur, feteat*[*] *et appareat*[a] *putrida.*

*Est ante civitatem Veseus mons, ex quo ignis, multos involvens cineres fetidos*[b], *infra*[c] *decennium semel solet exalare. Cui Virgilius opposuerat hominem ereum, tenentem balistam tensam*[d] *et sagittam nervo applicatam. Quem quidam rusticus ammirans*[e], *eo quod semper balista minans*[f] *nunquam percuteret, impulit nervum. Sagitta*[g] *vero*[h] *prosiliens percussit os montis et continuo flamma prosiliit, nec adhuc certis vicibus cohibetur.*

*Est ante civitatem eandem insula, que vulgo Iscla*[i] *dicitur, in qua ignis cum fumo sulphureo evomitur continuus, ita ut quoddam castrum adiacens, ita paulatim etiam ipsa saxa et*[k] *ipsum scopulum consumpserit, ut ibi vestigia castri non appareant. Ibi firmissime asseritur os esse inferni et ibi esse loca penalia referuntur. Ibi etiam Eneas fingitur ad inferna*[l] *descendisse. Videntur circiter*[m] *eundem locum qualibet die sabati circa horam nonam volucres in quadam valle nigre et sulphureo fumo deturpate*[n], *que ibi quiescunt per totum diem dominicum et in vespere cum maximo dolore et planctu recedunt*[o] *nunquam nisi*[p] *in sequenti sabato reversure, et descendunt in lacum ferventem. Quas quidam*[q] *afflictas arbitrantur animas vel demones.*

*Est ibidem mons Barbarus*[r, 23], *ad quem per viam subterraneam per medium maximi montis accessimus per tenebras infernales, tamquam ad inferos descensuri. In quo monte in ipsis*[s] *montis visceribus maxima sunt palatia*[t] *et vici, quasi maxime civitatis*[u], *subterranei et fluvii ferventis*[v] *aque subterranei, quos quidam ex nostris viderunt et sub terra quasi per spatium duorum miliarium processerunt. Ibidem thesauri*[w] *septem regum asseruntur repositi, quos demones custodiunt in ereis ymaginibus inclusi, diversas terribiles ymagines pretendentes, quidam arcu tenso, quidam gladiis, quidam aliis comminantes. Hec et alia plura vidimus, quorum non possumus per singula meminisse.*

a) ibidem 3. 5. 7. 8. *Ed.* b) Capreas *Ed.* c) acceptatus *Ed., quod et in* 8 *primo scriptum erat.* d) ab indigenis *addunt* 3. 5. 7. 8. *Ed.* e) ignis *deest* 5. f) radicatu R. g) est *deest* 3. h) fascinorosus 3. i) poenam *Ed.* k) unde id 5. l) humilitatis suum 5. m) girauerunt 5. n) animal *in* 1 *marg. adscriptum;* eum *Ed.* o) non 1*. p) generatur R. q) navicula 3. 5. 7. 8. *Ed.* r) mittit 7. s) recepit 8. *Ed.*; recipit 3. 5. t) pravae R. u) frustratim 3. *Ed.* v) Ceterum ad *Ed.* w) criptas 1*. 3. 5. 8. x) plurimas *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) destruere timebamus 3. 5. 7. 8. *Ed.* z) ut 3. *) fetet *codd. et* R. a) apparet R. b) fitidos 3. c) intra 8. *Ed.* d) tensam *deest* 3. e) admirans 1*. 5. 7. 8. f) tensa *Ed.*; tensa minans 3. 5. 7. 8. g) sigitta 8. h) vero *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* i) isla 1; istla 3; Ischya *Ed.* k) ut 5. l) inferos 3. 5. 7. 8. *Ed.* m) circa *Ed.* n) deturpare 3; deturpato 8. o) redeunt 5. p) nisi *omisit* 1*. q) quidem *Ed.* r) *in* 8 *m. rec. adscripsit margini* speculum historiarum libro 25 c. 99, *quod referendum ad Vincentii Bellovacensis Spec. historiale l.* 24 *c.* 99. 100. s) ipsius 8. *Ed.* t) pallacia 5. u) ciuitates 8. *Ed.* v) fluentis R. w) thesaur 3.

22) Act. 28, 1 sq. insulae Melite, Malta, mentio fit, quam scriptor cum insula Capri confundit, insuper falsum nomen Mitylenes, civitatis Lesbi insulae, ei attribuens. 23) Monte Barbaro prope Puzzuoli.

20.[a] *De nuptiis Heinrici*[b] *ducis et secunda expeditione imperatoris in Apuliam.* Dux autem Heinricus adhuc expetens auxilium regis[24], filium suum equivocum de Bruneswich[c] ad ipsum misit, ut a suo latere non recederet, quousque per eum omnem terram Transalbinam optinuisset. Cui bonam quidem[d] spem rex fecerat, non tamen eam que non confundit. Nam eadem de die in diem evanescens nil firmitatis propter negotia regis habere visa est. Unde isdem[e] ducis filius quasi desperatus discedens alia via usus est, qua ad gratiam imperatoris, non tamen ad restitutionem paterni veniret honoris. Nam quia[f] erat preclarus genere, nobilis virtute, speciosus forma, validus corpore, notus opinione[25], filiam palatini de Reno sortitus est uxorem. Qui quoniam patruus imperatoris erat, imperator eum pro huiusmodi copula vehementer arguebat. Qui preter[g] se[26] hec acta affirmans, imperatoris animum blanda calliditate lenire studebat. Sed quia legitimus contractus dissolvi non poterat, paulatim mediante genero[h, 27] iuvenis palatinus gratie[i] imperatoris appropiabat. Tunc denique temporis imperator secundam in Apuliam[k] expeditionem ordinavit, 1194. et quia in ipsa profectione idem ducis filius in omnibus ad placitum ei deservivit, non tantum imperatoris gratiam, sed et omnem dignitatem generi[l] sui de manu imperatoris suscepit iure beneficiario. Tunc nova lux in Saxonia orta est[28], pacis videlicet iocunditas, quia ex illo tempore tanta familiaritate[29] imperatori[m] adhesit, ut nil de cetero contra ipsum moliri decrevisset[n]. Sicque ex omni parte terra marique cessaverunt depredationes, furta, latrocinia, et ingemuerunt latrones et viri sanguinum, quia periit maledictus fructus eorum. Benedicte he[o] nuptie et eadem femina benedicta[p] inter mulieres et benedictus fructus ventris[q] eius, quia in ipsius copula terris sociata est pax et letitia et diu clause tunc patuerunt porte civitatum et castrorum, cessaverunt excubie, et hactenus inimici ad se mutuo accedebant[r], negotiatores et ruricole[s] liberrime[t] deambulabant. Dux autem senior variis negotiis deditus, his videlicet que ad ornatum domus Dei pertinerent, vel etiam aule proprie in Bruneswich, residuum vite sue tempus quietus exegit. Imperator autem in Apuliam profectus, prosperatus[u] est in via sua, quia mortuo Dangchrado[v, 30] adversario suo, omne regnum Willehelmi ad voluntatem optinuit. Cuius aulam ingressus, lectos et sedilia, mensas ex argento et vasa earum[w] ex[x] auro invenit purissimo. Reperit etiam thesauros absconditos et omnem lapidum preciosorum et gemmarum gloriam, ita ut oneratis ce tum quinquaginta somariis auro et argento, lapidibus preciosis et vestibus sericis, gloriose ad terram suam rediret[y]. Cum autem terras Teutonie attigisset, insecutus est eum celeri cursu imperatricis nuncius, que[z] in Apulia remanserat, nuncians, inventos esse omnes thesauros Rothgeri[*] regis. Vetula enim quedam apud imperatricem erat, que de obsequio Rotgeri[a] fuerat. Hec gazophilacium[b] regis de paucissimis noverat, quod in muro antiquissimo contutatum[c] diligentissime linito[d] pariete et superducta pictura omnibus indagabile[31] videbatur. Cum igitur[e] per ipsam proditum imperatori manifestatum[f] fuisset, ille imperatrici mandavit, dicens: *De ipsis thesauris quod tibi videtur facito, me autem scias hoc tempore Apuliam non repetere.* Ipse siquidem imperator liberalissimus erat. Quem Deus ampliare volens[g] dedit ei thesauros absconditos[h], quos infatigabiliter, non tamen prodige omnibus erogabat, non tantum melioribus[i] vel nobilioribus, sed militaribus sive vulgaribus. Pauperum vero non segnis provisor erat, qui se in[k] omnibus non solum prudenter, sed et religiose cum gravitate gerebat.

21.[l] *De reditu Harthwici*[m] *Bremensis*[n] *in sedem suam*[o]. Eodem tempore domnus Hartwigus Bremensis archiepiscopus, a Bremensibus eiectus[32], in sedem suam reversus est

a) IV. 20. *Ed.* b) Henrici *saepe* 1*. c) brunswich 5. 8. d) quidam 7. e) eiusdem *corr. in* 1*; idem *Ed.* f) namque 1*. g) propter R. h) genere 1*; generi 7*; virtute et generositate *Kornerus*; socero *Ed.* i) genere 1*. k) appuliam 3. l) generis *Kornerus*; soceri *Ed.* m) imperatori *deest* 7. n) decreverit Ed. o) heo 5. 8. p) honorata 7. q) uentris *adiectum in marg.* 1; nuptiarum 7. r) accesserunt 3. s) ruricole 3. t) uberrime 1*. u) prosperatus *deest* 8. *Ed.* v) Dangthrado 1*; thancrado 3. 5. 8; Tancrado *Ed.* w) eorum 5. x) argento — ex *desunt Ed.* y) redierit *Ed.* z) imperatoris n. qui 3. R. *) roggeri 3. 5. 7. 8; Rogerii *Ed.* a) ruggeri 3; roggeri 5. 8; Rogerii *Ed.* b) gazophylanum 3. c) conseruatum *Ed.* d) linita *omnes codd.* e) ergo 1*. f) manifestum 8. g) voluit 8; voluit ideoque *Ed.* h) abschonditos 8. i) maioribus 3. 8. *Ed.* k) in *deest* 5. l) IV. 21. *Ed.* m) harwici 3; hartwici 5. 8. n) br. archiepiscopi 5. o) suam *deest* 8.

24) scil. Danorum. 25) i. e. fama. Duxit Agnetem, filiam Conradi a. 1194. v. Ann. Stadens. Cf. Ann. Stederburg. p. 227. 26) i. e. se inscio. 27) sic pro *socero* ut etiam alibi; v. ad l. I, c. 11. not. 87. 28) Cf. Helmold. I. c. 41 de primordiis Vicelini: *coepitque oriri nova lux, non tam in Saxoniae finibus* etc. Item infra l. VII, c. 15. 29) i. e. fide. 30) a. 1194. Febr. 20. 31) immo: *non indagabile.* 32) Cf. supra c. 3. 11.

cum coniventia[a] cleri et ministerialium[b] quorundam astipulatione. Multum enim contra episcopum[c] in curia Romana laboratum fuerat pro causis supra dictis, simul et apud imperatorem, ut et ab officio arceretur et beneficio. Sed cum[d] adversarii casso labore deficerent[e], eo quod domnus apostolicus Celestinus[f] eum manu teneret[g], sopita commotione[h] ad pacem rediit ecclesie. In tantum siquidem contra ipsum excreverat indignatio, ut imperatoris assensu tota ecclesia in personam domni Scleswicensis[i] Waldemari convenisset[33], cuius electioni in tantum consenserat, ut sub ipsius nomine quedam negotia Bremenses ordinarent et in monetis ipsius imaginem et superscriptionem[k] representarent. Ipse tamen[l] Waldemarus pro tali electione Kanuto regi et amicis eius suspectus habitus est. Nam quia Kanutus ab imperatore dissentiebat, propterea episcopum imperatoris archipresulatum[m] malignandi causa arrogare cogitabat. Et quia omne regnum divisum desolabitur[34], ideo Waldemari regnum stare non potuit, quia cum rege de pace non sensit. Cives tamen domnum Hartwigum non libenter aspiciebant, quia ipsum non per imperatorem, cuius animum offenderat, reversum dicebant. Unde ei reditus[n] civitatis, quos imperator[o] in manibus eorum posuerat, inpedire studebant. Ille autem non propria deliberatione, set imperatoris[p] voluntate se intrasse affirmabat et plenarie gratiam ipsius invenisse. Ad argumentum huius assertionis domnum[q] Coloniensem Adolfum ad medium deducebat, qui favens parti ipsius, hec[r] scriptis et nunciis ita esse astruebat. Cives vero, qui mandatum cesaris[35] habebant, hec immutari[s] non posse sine veris litteris et nunciis ipsius evidentibus contendebant.

22.[t] *De excommunicatione archiepiscopi pro reditibus*[u]. Adolphus igitur comes, audito ingressu domni Hartwici, venit Bremam congratulans de adventu ipsius simul et certificari volens si vere[v] per imperatorem vel aliunde intraverit[w]. Ipse enim, cum idem Hartwigus[x] exularet, omnibus modis per imperatorem et[y] per ipsam ecclesiam Bremensem laboraverat, ut ad statum pristini[z] honoris rediret. Ideoque nunc magis exultabat[*] et pro hac vicissitudine[a] aliquid gratie[b] expectabat. Veniens ergo[c] Bremam, auditis hinc inde partibus, displicuit quod non per ostium intraverit[36]. Ideoque sic ordinatum est ab ipso et a[d] civibus et aliis amicis domni imperatoris, ut cum domnus archiepiscopus aliqua in civitate ordinare voluisset de ecclesiasticis tantum[e] causis, non nisi[f] una die vel ad[g] maius duobus toleraretur; de reditibus[h] tamen[i], qui sub interdicto positi[k] erant, non uteretur, donec ista cesari insinuassent et ipsius voluntatem cognovissent.

Hec autem ordinatio domno Hartwigo et suis valde displicuit, qui iam libere se reditus episcopales invadere putavit. Adolphum tamen comitem, qui non tantum cometiam Stadii, set et[l] alias res episcopii[m] de mandato imperatoris ex magna parte tenebat[37], graviter arguere cepit eumque[n] quasi invasorem ecclesie denotavit. Adolphus autem videns, se quasi ecclesiastica censura iniuste gravari, sedem apostolicam appellavit. Exinde domnus archiepiscopus, collecto concilio[o] ecclesiastico, usus est[p] consilio, quod super his expediret, vel quid[q] agendum ecclesia iudicaret. Sicque accepto responso, excommunicatis adversariis, non tantum in cathedrali[r] sede, set et[s] in omni[t] sua diocesi suspendit divina, et ita non tantum gravata est ecclesia, sed et[u] adversariorum adversus eum gravius efferbuit ira[v]. Nam quia[w] filii huius seculi prudentiores sunt[x] filiis lucis in generatione sua[38], ipsum Hartwigum[y] sua sententia gravare conati sunt. Adolphus namque[z] veniens Bremam, absente

a) conuenientia 1*. b) mynisterialium 3. c) ipsum 3. 5. 7. 8. *Ed.* d) eum 8. *Ed.* e) reliquerunt *Ed.* f) 3us qui 1194 *in margine et spatio interlineari adiecit m. rec. cod.* 8. g) et *add. Ed.* h) contentione *Ed.* i) sleswicensis 3. 5. 7. 8; Sleuvicensis *Ed.* k) supscriptionem 3; subscriptionem 7; inscriptionem *Ed.* l) vero 5. m) archypresulatum 3. n) redditus 1 1*. o) Hinricus sextus *m. rec. in marg.* 8. p) set ‖ imperatoris *hic sextus octo foll. fasciculus fragm. Brunnensis* (1) *et apographi Hafniensis* 1* *fasc. littera* M *notatus incipiunt.* q) domnum *perscriptum in* 1. r) hoc *Ed.* s) imutari 3. t) IV. 22. *Ed.* u) redditibus 3. 5. 8. v) siue 5; an vel *Ed.* w) intravit 1*. x) hartwigus 8. *Ed.* y) etiam 3. z) pristini *deest* 3. *) exulabat 3. a) viciscitudine 3. b) generatione *corr.* gerere 1*. c) igitur 5. 8. *Ed.* d) a *deest* 8. *Ed.* e) tamen 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) enim 1*. g) ac 3. h) redditibus *saepius* 1*. 5. i) tantum 1*. 3. k) que — posite 5. 7. *corr. in* 8. l) se 1*. m) epischopii 1; episcopi 1*; epyscopi 3. n) que *deest* 3. 5. 7. 8. o) consilio 5. 8. p) est *deest* 3. q) quod 7. r) kathedrali 5. s) et *deest* 1*; etiam 3. t) omni *deest* 3. u) et *omisit* 1*. v) ira *m. rec. in marg.* 5. w) qui 3. x) pru. sunt fil. l. in g. sua 5. *Ed.* y) harwigum 3. z) enim *Ed.*

33) Confer de electione Waldemari a. 1191 s. 1192. facta Usinger p. 48 sq. 34) Ev. Luc. 11, 17. 35) De quo v. Hamburg. Urkb. I, p. 261 et c. 22. 36) Ev. Iohann. 10, 1. 37) Confer diploma imperatoris a. 1196. Mart. 28. datum apud v. Hodenberg Verdener Geschichtsquellen II. p. 60. 38) Ev. Luc. 16, 8.

tamen archiepiscopo, post appellationem legitime interpositam, iniuste se excommunicatum clamavit[a], nec ideo se a reditibus[b] ecclesie abstinere dixit, quos[c] ipso[d] adhuc in peregrinatione posito[e] domnus imperator sub interdicto posuisset et post reditum ipsius in manum[f] eius consignasset[g], nisi iterum sua hoc auctoritate[h] domnus imperator inmutasset. Se etiam[i] gratiam potius quam iram meruisse dicebat, qui non modo domno[k] archiepiscopo, sed toti[l] ecclesie semper fidelis et devotus exstitisset, et per eius laborem beatus Petrus non tantum Stadium, sed et Thietmarcos[m], qui[n] ad regnum Danorum se[o] transtulerant[p], recepisset[q. 39].

His altercationibus non mediocriter turbata est ecclesia propter partes adulantium, hinc inde placere volentium. Nam qui de consilio comitis erant, dicebant excommunicationem illam nil habere virium propter appellationis remedium; hi[r] qui de parte archiepiscopi[s] erant contradicere non poterant, pro aliis tamen causis comitem dicebant excommunicatum[40]. Ille autem affirmabat, pro appellatis[t] se tantum excommunicatum[u]. Cum igitur civitas Bremensis hac pestilentia diutius laboraret et corruptio cadaverum que inhumata in cimiteriis iacebant homines plurimum lederet[v], temperata est sententia, ut in maiori ecclesia divina fierent et civitas illuc conflueret, comes tamen cum[w] advocato civitatis et quidam de fortioribus qui reditus[x] colligebant in banno perseverarent, et nullus eis presentibus divina celebraret. Nec hoc sine[y] scandalo stare[z] potuit. Nam cum hi in sua sententia perseverantes se excommunicatos[*] negarent, comiti quidem sui[a] non solum in Hammenburch[b], sed et in omnibus parrochiis et castris communicaverunt[c]. Alii vero in Brema in forensi ecclesia populum[d] detinentes, quia bursa vacabat[e], in facie archipresulis[f] et canonicorum divina peregerunt, et factus est novissimus error peior priore[41]. Quid de ipsis canonicis dixerim? qui de propriis domibus fugati, non nisi[g] in ecclesia et officinis[h] claustralibus permittebantur, propter eos qui dicebant: *Vos contra imperatorem sentitis[i]; civitatem tradere vultis, ideo vos in civitate non patiemur.* Hec omnia propter absentiam imperatoris fiebant, quia tunc in Apuliam ierat[k]. Quo reverso[l] domnus archiepiscopus 600[tis] marcis gratiam eius meruit, et comes cometiam Stadii in beneficio suscepit cum tertia parte redituum[m. 42]. Et omnis excommunicatio plenarie relaxata est.

23.[n] *De translatione Berenwardi[o] Hildensemensis episcopi.* Hoc dierum curriculo[p] domnus Thidericus[q], abbas beati Michaelis archangeli in Hildensem[r], abiit Romam ad limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli, omni devotione ipsorum adorans memoriam, simul etiam humillimis exposcens supplicationibus, ut per ipsorum vicarium, domnum papam Celestinum, et per auctoritatem sancte Romane ecclesie Berenwardus[s], Hildensemensis ecclesie quondam episcopus, cenobii vero beati Michaelis archangeli primus fundator, nunc autem patronus apud Deum[t] venerandus[u], in cathalogum transiret sanctorum, ut[v], cuius sanctitatem iam dudum in sepulchro iacentis testati sunt[w] demones effugati, ceci illuminati, claudi curati, nichilominus[x] eius sacrum corpus tota ecclesia veneretur et adoret de pulvere translatum. Cuius devotioni, immo[y] iuste petitioni sancta Romana[z] concurrens[a] ecclesia, que omnibus rationabilia postulantibus pium prebet assensum[b], ipsum antistitem non iam propter abbatis devotissimam supplicationem, sed etiam propter domni cardinalis

a) clamat 3. 8. *Ed.* b) redditibus *saepius* 1*. 3. 5. c) quas *corr.* quos 1; quas 1*. 3. 5. 7. 8. d) ipse 3. 5. 8. e) positus *corr.* posito 5. f) manu 3. 5. 7. 8. *Ed.* g) cogsignasset 1*. h) autoritate 1* *saepius.* i) enim 3. 5. 7. 8. *Ed.* k) domno *adiectum marg.* 1 *om.* 1*. l) et toti 5. m) *ita* 1. 1*. n) quos 1*. o) se *om.* 1*. p) transtulerunt 1*. 3. 5. 7. 8. *Ed.* q) recepissent *codd.* r) hec *cett. codd.*; et 8. *Ed.* s) episcopi *Ed.* t) *ita et m. rec.* 5 *ut videtur;* appellatione *Ed.* u) Ille — excommunicatum *in* 5 *margini adiecta a m. rec., desunt* R. v) lederent 5. w) comes tantum 3; sed cum comes cum *Ed.* x) redditus 1*. 8. y) sine *deest* 3. z) fieri R. *) excommunitos 1*. a) comitem 5, *quod corr. m. rec.* comici quidem sunt 1*. b) *ita* 1. 1*. c) excommunicaverunt 7. d) exemplum 1*. e) quod bursa vocabat 1*. f) archypresulis 3; archiepiscopi *Ed.* g) enim 1*. h) officiis R. i) vos *add. Ed.* k) in Apulia erat R. l) quo reversus 8; quoad rursus *Ed.* m) reddituum 5. n) IV. 23. *Ed.* o) sancti *add.* 3. 5. 7. 8. p) circulo 5 8. *Ed.* q) theodoricus 5. *Ed.*; teodericus 3. r) hyldensem 3 *saepius.* s) Berenuardus 1*. t) Dominum 1*. *Ed.* u) venerandus *deest* R. v) utpote 3. *Ed.* w) siat 8. *Ed.* x) ut hac de causa *Ed.* y) omne 7. z) romona 5. a) occurrens *scripturae compendio male intellecto* 5. *correctum in* 3. b) ascensum 3.

39) Thietmarciam ab Adolfo comite recuperatam esse, ex his tantum verbis discimus; ante Iul. 3. a 1194. factum esse statuit Usinger p. 48 not. 1. 40) De appellatione ad papam facta v. diploma Coelestini III. a. 1195. Mart. 3. datum, in quo controversia tota exponitur; Hamburg. Urkb. I, n. 306. 41) Ev. Matth. 27, 64. 42) Reversus imperator mense Iulio diplomate d. d. Oct. 25. Geilenhusen infeodationem Adolfi comitis ab Hartwico factam confirmavit, v. Hamburger Urkb. I, n. 307. In charta Rudolfi, episcopi Verdensis, a. 1197. Adolfus audit comes Stadensis, v. Vaterländ. Archiv T. IX, p. 336.

Cyncii[a] intercessionem canonizari[b] precepit, ut eius corpus de sepulchro levatum inter memorias veneretur sanctorum ipsumque[c] sacrosancta kategorizet[d] ecclesia, cuius apud Deum[e] sibi patrocinari non ambigat merita. Idem namque[f] cardinalis pro quibusdam arduis negotiis delegatus in Daniam[43], cum peracto negotio ad sua[g] remearet, divertit ad ipsam ecclesiam beati Michaelis[h] archangeli[i]. Et cum ibi a memorato abbate et fratribus eiusdem loci humanissime tractaretur[k], cognovit sepius ipsorum devotionem de translatione corporis venerandi. Sicque ipsius consilio et auxilio diu exoptatum adepti sunt desiderium. Cum igitur cardinalis ipsum abbatem cum sua ecclesia plurimum apud domnum papam[l] commendaret, non solum de translatione pontificis[m] quod voluit optinuit, sed etiam quadam prerogativa a domno papa honorari meruit[n]. Denique mytram et anulum pontificalem, quo in sollempnitatibus uteretur, ab eo accepit et privilegia liberalissima ecclesie sue de omnibus que desideraverat optinuit[44]. Taliter honoratus a summo pontifice, accepta epistola[o] de translatione memorati sancti, post multas itineris difficultates[p] ad sua tandem cum gaudio remeavit. Veniens igitur[q] in presentiam domni Bernonis episcopi et totius capituli, epistolam domni pape in medium produxit. Que cum recitata fuisset, laudabatur ab omnibus, placuit universis non tantum pro tanti thesauri revelatione sed et pro viri devotione et pro gloriosissime Dei[r] genitricis[s] Marie civitatis glorificatione. Coadunata igitur ecclesia, de translatione reliquiarum agitur et tali negotio dies certa prefigitur. Sed omnium bonorum invidus, ne preteriret innocuus ad sue dampnationis cumulum, hoc impedire conatus est negotium. Nam cum domnus episcopus[t] cum sanioribus[u] hoc decrevisset, ut mane aperto sepulchro, tumultum populi preveniens, reliquias decenter colligerent, ut processionis tempore sine impedimento procederet[v], mutato consilio ante auroram cum abbate et admodum paucis[w] monachis clam ad tumbam accessit, memoriam[45] reseravit, ossa virtutis plena in lintheo[x] mundo collegit sicque sub custodia relinquens ad sua recessit. Mane quod factum fuerat innotuit, unde commoti fratres maioris capituli dixerunt: *Non est nobis pars in reliquiis istis, que nocturno silencio[y] ossibus mortuorum corrupte sunt.* Et dixit vir amico suo: *Quis me certificabit, ne pro veris reliquiis capud vel scapulas seu[z] tibias[*] alicuius lecatoris[a] aut cuiuslibet peccatoris[b] accipiam? Nihil nobis cum sollempnitate ista, revertamur ad nostra.* Ad episcopum autem: *Quia defuistis,* aiunt, *nobis in facto isto, et nos deerimus vobis hodie in facto[c] vestro.* Huiusmodi contradictionibus protelabatur[d] translatio, et populus[e], qui de longe venerat, gravabatur tedio, ita ut quidam[f] desperati[g] discederent, alii vero non sine scandalo remanerent. Hec tamen anticipatio tali, ut reor[i], ex causa exstitit. Fuerunt aliquando in eodem monasterio quidam[k] simpliciores fratres, qui virtutes beati pontificis scientes, quas[l] tam in vita quam post mortem patraverat, ipsius memoriam in magna veneratione habebant, unde[m] ipsum transferri dignissime iudicabant et eius reliquiis ditari super aurum et topazion[n] ardentissime cupiebant. Unde consilio habito cum custodibus ecclesie clam sepulchrum aperiunt, reliquias auferunt, et eas in suis loculis contutantes[o], psalmodiis, missis seu aliis oratiunculis venerantur, honorant, adorant. Ubi vero talis veneratio percrebruit[p], pluribus innotuit[q], cognita displicuit, nec iam devotio sed gravissima iudicatur presumptio. Terrentur reliquiarum cultores, et quod factum fuerat non iam factum sed omnino mutatum esse volentes, thesaurum, quem absconditum habuerant, abscondite et diligentissime reposuerunt. Hec scientes monachi cum sollempnitate reliquias adire timuerunt, ideoque cum solo episcopo hec peregerunt. Ipsum tamen cum eorum lateret intentio, simpliciter quod fecit operatus est, ut transferentium vitaretur oppressio.

a) *ita* 1. 1*. b) canonisari 5. c) ipsum quoque 5. d) kathegorizet 3. e) dominum 1*. f) enim *Ed.* g) ad sua *desunt* 3. 5. 7. 8. *Ed.* h) mychaelis 3 *saepius.* i) archangeli *deest* 3. 5. 8. *Ed.* k) traderetur 1*. l) papam *deest* 7. m) antistitis 3. 5. 7. 8. *Ed.* n) h. precepit meruit 7. 8; h. precepi meruit 5 *in rasura, sed scriptum erat* precepit. o) exempla 1*. p) facultates 5. 7. 8. q) igitur *deest* 5. r) Domini 1*. s) genetricis 1*. *Ed.* t) episcopus *deest* 3. 5. 8. u) senioribus 1*. *Ed.* v) procederent *Ed.* w) cum paucis 7. x) luteo 1*. y) tempore 3. 5. 8. *Ed.* z) vel *Ed.* *) tybias 8. a) liccatoris 1*; potatoris 3. 7. 8. *Ed.* b) peccatorum *Ed.*; aut c. peccatoris *desunt* 5. c) sancto 8. *Ed.*; et nos — sancto vestro *in marg.* 5 *m. rec., quae* uestro, *quod scriptum erat, adiectis omissis, mutavit in* isto. d) protelebatur 5; profetabatur *superscr.* proferebatur 1*. e) populis 1*. f) ut quasi quidam 7. g) desperantes *Ed.* i) reorum 1*. k) quidam *om.* 3. l) quam 3. 5. 7. 8. m) indeque *Ed.* n) topazium *Ed.* o) condentes *Ed.* p) *unus* 3; percrebuit 1. 1*. 5. *Ed.* q) innotuit et 8; pluribus innotuit *deest* R.

43) Confer de eo supra l. V, c. 11. 44) Cf. Chron. coenobii S. Michael. in Hildesheim, ap. Leibniz SS. R. Br. II, p. 400: *Sub eius regimine S. Bernwardus a papa Coelestino III, elaborante hoc Bernone episcopo Hildes. et Theodorico abbate, canonizatur; qui etiam obtinuit infulam et sandalia cum aliis libertatibus, privilegiis et multis indulgentiis.* 45) i. e. arcam.

Tali machinatione, ut dictum est, commentor fraudum[a] translationem sanctarum reliquiarum pene impedierat, quod ante aliquot[b] dies per energuminum[c] quendam se facturum iactitaverat[d]. Sed religiosis viris, quorum illic[e] multitudo confluxerat, mediantibus, concordia, mater virtutum, in suis optinuit dominatum[f], episcopo sacramentaliter confirmante, non nisi pro quiete ecclesie se[g] quod factum erat[h] fecisse, monachis quoque iurantibus non nisi veras reliquias protulisse[i]. Prolato igitur thesauro beati corporis, commune fit tripudium[k], resonat concentus populorum, certatim dona ferentium et tanti patroni suffragium postulantium. Deferuntur presulis reliquie in sanctam ecclesiam beate virginis Marie, in qua[l] idem presulatus sui tempore ipsam reginam glorie divino iubilo glorificaverat creberrime. Et quia ipsam, ut decuit, glorificavit, ipsa eum in ecclesia Dei[m] magnificavit. Peractis igitur Dei laudibus, cum gloria capud et dextrum brachium in scriniis eiusdem ecclesie est repositum, et caput[n] quidem exquisitissimo opere gemmis preciosis et auro fulvo nimis[o] adornatum, corpus vero reliquum ad ecclesiam beati Michaelis[p] archangeli fuit relatum. Facta[q] est hec[r] translatio non sine virtute signorum, a domno Bernone episcopo, anno presulatus[s] eius[t] sexto[u, 46], anno vero[v] verbi incarnati 1194[w], Rome presidente domno papa Celestino, pontificatus eius[x] anno quarto[47], regnante[y] Heinrico pio[z] imperatore, anno regni eiusdem a morte patris, qui in peregrinatione Hierosolimitana[*] gloriose obierat, septimo, imperii vero quarto, anno quoque depositionis sancti memorati 188.[48] Et laudatur et glorificatur nomen domini nostri Ihesu Christi a populis omnium nationum, qui ita in sanctis suis nostris in temporibus magnificari voluit. Cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

24.[a] *De morte Bernonis episcopi et Heinrici[b] ducis[c].* Hoc dierum curriculo[d] mortuus est domnus Berno Zverinensis[e] episcopus, primus eiusdem tituli antistes[49]. Qui enim nunc est Zverinensis[e], olim tempore Ottonum dicebatur Magnopolitanus. Unde eadem sedes propter timorem Sclavorum[f] translata est, a quibus idem[g] antistes sepius contumeliatus. Qui a duce Heinrico[h] episcopus eis prefectus[50], primus nostris in temporibus doctor illis exstitit catholicus[i], alapas, colaphos ab eis pertulit, ita ut frequenter[k] ludibrio habitus ad sacrificia[l] demonum artaretur. Ille tamen per Christum confortatus, culturas[51] demonum eliminavit, lucos succidit et pro Gutdracco[m] Godehardum episcopum venerari[n] constituit, ideoque bono fine cursum certaminis terminasse fidelibus placuit. Post cuius decessum[o] domnus Brunwardus[p], eiusdem ecclesie decanus, pontificali honore sublimatus est.

Circa[q] ipsos dies mortuus est famosus ille dux Heinricus in Bruneswich[52], et cum 1195.
Salemone[r] de universo suo labore, quo laboravit sub sole[53], nichil est consecutus[s] nisi Aug. 6.
memorabilem satis sepulturam una cum coniuge sua domna[t] Mechtilde[u] in ecclesia beati[v] Blasii episcopi et martyris. Unus enim, ut idem[w] Salomon[x] testatur, interitus est omnium, et idem occasus sapientis et stulti, et moritur doctus simul ut[y] indoctus[54]. In omnibus autem et super omnia benedictus Deus excelsus, quia ante solem permanet nomen[z] eius[a, 55].

*Princeps laudande, iam letus ad ethera scande,*
*Cultor pacis eras, nunc divitias tibi[b] veras*
*Reddat rex regum, qui solus regnat in evum.*
*Enituit late virtus tua[c] cum pietate,*

a) fraudium 1. 3. b) aliquod 1. c) energumenum *Ed.* d) iactauerat *Ed.* e) hic 5. f) domino tamen R. g) se *deest* 7. 8. h) faceret R. i) se protulisse *Ed.*; pertulisse 5. k) trypudium 3. l) qua *m. rec. in marg.* 5. m) dei *deest* 5. n) *ita* 1. o) nimis *deest Ed.* p) mychaelis 3. q) autem *add.* 8. *Ed.* r) ista 3. s) autem — presu|| *m. rec. in marg.* 8. t) eius *omisit* 5. u) septimo *Ed.* v) *deest* anno 5. 7. 8, *deest* uero *Ed.* w) MCLXXXXIV. 3. 5. 8 *in verborum continuitate, 7 in margine, item in 8 m. rec.*; MCLXXXX°VII°. 1. 1*. x) ipsius 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) regnante *deest* R. z) vero R. *) Iherosolimitana 3. 8. a) IV. 24. *Ed.* b) Henrici *saepius* 1*. c) item de eodem 3. d) circulo 5. 8. *Ed.* e) swerinensis 8. f) slauorum 5. 7. 8. *Ed.* g) eadem 5. h) hinrico 5. i) katholicus 5. k) frequenti 8. l) sacrificia 8. m) gutdrauo 1*; guddracco 3. 5. 8; griddracco 7; genedracto *Ed. Kornerus*; *v. de nominis forma Lisch Ib. f. Mecklenb. Gesch. VI*, 70; *XIII*, 242. n) venerare 8. o) descessum 1; dissessum 5; discessum *cett. et Ed.* p) Brunuardus 1*; brunrdus 3. 5. 7; Bernhardus 8. *Ed.* q) cura 1*. r) salomone 1*. 5. 7. 8. *Ed.* s) *in verborum collocatione secutus sum* 1. 1*. 3. *codd.* t) domna *deest Ed.* u) mechilde 5. 8. v) sancti 5. w) diem 8. x) salemon 3. y) et 3. z) nomen *deest* 3. a) versus *addit* 5; versus 7; *ipsi versus in 5 in linea continua sed infra minio ducta scripti.* b) tu 1*. c) tua *deest* 5.

46) Berno a. 1190. ad episcopatum promotus est. 47) Papa factus est a. 1191. 48) Quem numerum non esse congruum apparet, quoniam Bernwardus a. 1022. decessit; ita etiam in aliis erravit. 49) Obiit, ut videtur, a. 1190 seu 1191. Ian. 27; v. Wigger in Iahrbücher des Vereins für Mecklenburg. Geschichte XXVIII, 278. 50) V. Helmold. l. I. c. 87, de institutione eius. 51) V. ad Helmold. l. I, c. 83. not. 94. 52) Obiit a. 1195. Aug. 6. 53) Ecclesiast. 2, 18. 54) Ecclesiast. 2, 14. 16. 55) Psalm. 72, 17.

*Nobilitas morum cum flore decoris*[a] *eorum.*
*Ad cultum Christi tu Sclavos perdomuisti,*
*Qui per doctores Sathane sprevere furores*
*Adque*[b] *Dei cultum satagunt attollere vultum*[c].
*Structor multarum sic crederis ecclesiarum.*
*Non est gens, que te non miretur, bona de te*
*Dum recolit rite. Te noverat ultima Thyle*[d],
*Que sua donavit; te Grecia magnificavit;*
*Hierusalem*[e], *tota tua conspiciens pia vota,*
*Te colit e contra cum rege suo patriarcha.*
*Non aberat tristis livor virtutibus istis:*
*Set pro pressuris seclis potiere*[f] *futuris.*
*Coniuge coniuncta maneat merces tibi multa,*
*Que Christo gratum pia deprompsit*[g] *famulatum.*
*Excelsi donis durat benedictio prolis,*
*Et nutu Christi regnant modo, quos genuisti*[h].

25.[i] *De peregrinatione secunda*[k]. In omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta[55*]. Siquidem propter peccata nostra, que cotidie[l] accrescunt super nos, nondum venit tempus miserendi. Nam Syon[m] captivata et adhuc a gentibus est conculcata. Sed tu exurgens[n], Domine, misereberis Syon, et utinam coram te veniat tempus miserendi eius. Presumendum est tamen de tua misericordia, piissime pater, quod cito veniat tempus miserendi[o]. Quanti enim filii tui, Domine, in priori peregrinatione pro Syon redimenda devoti fuerunt, quanti reges, principes gloriosique et sublimes, sua seque dedentes[p], exilium et mortem propter te sustinuerunt? et licet non omnes pari devotione perseveraverant[q], invenisti tamen de tuis, quos elegeras[r], holocausta gratuita. Quid de ordine gloriosorum pontificum dixerim? qui omni devotione in hac peregrinatione desudarunt[s] et multis exemplum facti, tam predicatione quam operatione eos animaverunt[t]. Sacerdotes quoque suis ministeriis[u] et exhortationibus salutares offerentes hostias, cum numerositate canonicorum populum Dei plurimum roboraverunt. Placeat tibi, Christe, devotio sponse tue, sancte videlicet ecclesie, placeant tui fideles[v], in quibus, etsi minus perfecta sunt opera, invenisti tamen fidem in Israel. Nos enim[w] alium Deum[x] nescimus[y] preter te, Domine, in quem speramus, quia[z] etsi[*] iuste ad tempus irasceris[a], propter temet ipsum tamen[b] propitius eris nec in ira tua misericordias tuas continebis. Nunc ergo quique terrigene et filii hominum, simul in unum dives et pauper, placate Dominum, sumite armaturam Dei, signum videlicet victoriosissime crucis ad expugnandos ipsius hostes, tam visibiles quam invisibiles! Audite psalmigraphum exhortantem: *Hodie si vocem*[c] *Domini audieritis, nolite obdurare corda*[d] *vestra*[56]. Hanc vocem, ut speramus, audivit pius imperator Heinricus. Qui licet publice cruce signatus non[e] fuerit[f], per viscera misericordie spiritaliter[g] tamen fuisse signatum non ambigimus[57]. Nam sicut pater eius[h] priorem, ita ipse secundam devotus ordinavit[i] peregrinationem. Qui
1195. apud Argentinam in curiali colloquio acceptis epistolis domni pape Celestini a venerabili cardinali Gregorio[58], omni devotione huic peregrinationi se obsecuturum affirmavit. Ordinavit etiam[k] legatos honoratos in Appuliam[l] ad domnum Conradum cancellarium, qui tunc ibi erat negotiis imperialibus detentus, mandans omni studio inpensas preparari peregrinationi, que sequenti[m] anno futura erat, in auro, frumento et[n] vino et navibus plurimis. Cuius

a) decorus R. b) atque 3. 7. c) multum 1*. 5. 7. *Korn.* d) thile 5. 7. 8. e) Iherusalem 3. 8. f) pociere *in rasura* 1. g) depromsit 1*. h) amen *addit* 5. i) V. 1. 7 *et Ed.* k) Incipit liber quintus de p. sec. in terram sanctam 5; de peregr. liber 5tus 8; de per. sec. liber quintus 7; *in* 3 *littera* I *initialis quidem aliquanto maior, sed nullum novi libri indicium.* l) cottidie 5. m) sion 5. *Ed.* n) exsurgens 8. o) miserandi 8. p) deducentes 3. q) perseuerauerunt *Ed.* r) elegeris 5. s) desudauerunt 3. 5. 7. 8. *Ed.* t) animadverterunt 3. 5. 7. 8; animaveruntur 1*. u) myniateriis 3. v) pl. tibi fideles tui 5. 7. w) autem 5. 7. 8. *Ed.* x) dominum 1*. 8. *Ed.*; non hab. Dominum 3. y) non habemus 3. 5. 7. 8. *Ed.* z) quare 1*. *) si 7. a) irasceris 3. b) tamen *deest* 3. c) si vocem *desunt* 3. d) *in* 1 *inter voces* obdurare *et* corda *spatium quoddam vacuum relictum a librario postmodum ut videtur aliquid addituro.* e) non *in marg.* 1. f) fuit 1*. g) spiritualiter *Ed.*; sporaliter 1*. h) Fridericus primus *m. rec. in marg.* 8. i) ordinabit 5. k) etiam *deest* 7. l) *ita* 1. 1*. m) prosequenti 3. n) et *deest* 3. 7. 8. *Ed.*

55*) Iesai. 5. 25, v. i. l. VI, c. 1 init. 56) Psalm. 94, 8. 57) Cf. Ann. Marbac. a. 1195 et epistolam Heinrici ex Apulia principibus missam, in Ann. Col. max. 58) Litteras papae d. d. Laterani April. 27. v. apud Magnum Reichersb., ex quibus apparet Gratianum et Petrum cardinales in Germaniam missos esse, non, ut vult noster, Gregorium.

zelo plurimi accensi tam magnates quam militares signum dominice passionis in remissione[a] peccatorum suorum tunc temporis susceperunt, Heinricus videlicet palatinus de Reno et Otto marchio de Brandenburch, qui tamen ipsam peregrinationem non peregit, sed per domnum papam dispensatorie[b] eam dimisit, dux Heinricus Brabantie, Hermannus lantgravius de Thuringia, Walraven[c] comes de Lymborch[d], Adolphus comes de Scowenburch[59], dux de Osterike[e, 60], Hartwigus[f] quoque archiepiscopus Bremensis et[g] Rodulfus[h] Verdensis et alii quam plures. Multi etiam acceptis litteris exhortatoriis domni pape a cardinali memorato, in civitates et parrochias plurimas eas detulerunt. Quibus perspectis nonnulli celitus inflammati pro defensione terre sancte triumphale[i] signum dominice passionis et ipsi susceperunt. Inter quos in civitate Lubeka[k] de valentioribus circa quadringentos viros signati sunt. Fervente itaque zelo christiane devotionis, omnes in unum, dives et pauper, ad peregrinationem future estatis se preparabant. Ipse quoque imperator in propria persona eandem peregrinationem ordinaturus Appuliam[l] properavit, tanto devotior, quanto adventantibus peregrinis esset[m] paratior[61]. Sed perplexitate testiculorum Leviathan[n, 62] hoc impedire conante, intolerabilis[o] werra ibidem exorta est. Nam uxore imperatoris ab ipso dissidente, grandis conspiratio a primoribus terre, a consanguineis etiam ipsius imperatricis[p] contra eum exorta est[63]. Quam ex ordine prosequi non possumus, quia ad alia tendimus, id hystoriographis censentes[q] relinquendum.

26.[r] *De processu peregrinorum*[s]. Igitur adveniente tempore, quo solent reges ad bella 1197.
procedere[64], gens sancta, videlicet christianorum[t], genus regium, regale sacerdotium contra legionem Sathane[u] expeditionem seu peregrinationem devote suscepit, alii quidem navali, alii terrestri pergentes itinere. Navales quidem divina favente clementia secundo vento[v] fruebantur, terrestres autem[w] regia via prospere ferebantur[x]. Venientes autem[y] Ytaliam[z] et ad regionem Beneventanam, nonnullam gratiam apud habitatores regionis illius invenerunt, qui[*] rerum[a] forum venalium et cetera commoda large quidem eis prestabant, clanculo eis tamen derogare non cessabant. Quidam etiam eis[b] in faciem exprobrabant, dicentes: *Superstitiosa et Deo odibilis est via, qua[c] pergitis, qui facie quidem vos peregrinos et religionis cultores ostenditis, re autem vera intus lupi rapaces estis. Non enim pro imperatore celesti sed pro[d] terreno militatis et una cum ipso omnem Appuliam et Siciliam[e] spoliare venitis.* Quid facerent[f] Christi milites, an procederent[g] seu redirent, dubitabant. Talibus enim verbis dissolvebatur cor multorum ut cera que fluit a facie ignis[65]. Timebant sane traditiones, ne, si procederent, vita simul et rebus spoliarentur.

*Ars temptatoris[h] minime[i] tamen obfuit[k] illis[l].*

Nam pius Dominus suis[m] non defuit, sed in suo proposito constantiam ipsorum roboravit. Eodem, ut dictum est, tempore in Appulia erat imperator, variis adversitatibus et preliis detentus. Nam de traditione imperatricis[n] et aliorum nobilium illius terre ei constabat. Quapropter infinitum in stipem[o] militie erogans aurum, omnem virum fortem et validum sibi sociavit[p]. Contigit tamen[q], ut[r] ipsos adversarios suos comprehenderet et dignam de[s] eis ultionem caperet. Et illi quidem, quem contra se regem creaverant[66], dyademate inposito clavis acutissimis cum ipso dyademate capud transfixit, alios[t] autem[u] aut suspendio aut incendio aut diversis[v] dampnavit suppliciis. Post hec generalem curiam in Palerma[w] civitate regia edixit, et procedens in concionem omnibus locutus est: *Scimus quidem,*

a) remissionem 1*. 3. 5. 7. 8. *Ed.* b) dispensatione 7. *Ed.* c) wolraven 7. d) limburg 8. *Ed.* e) Osterreich *Ed.* f) harwicus 3; hartwicus 5. 7. 8. g) et *deest* 8. h) rodolphus 3; rodolfus 8. i) tryumphale 3. k) Lubecha 1*. l) in Apuliam *Ed.* m) esse 1*. n) Leuyathan 3. o) intollerabilis 3. 8. p) imperatoris R. q) censentes, *quod erat scriptum in* 5, *corr. m. rec.* r) V. 2. 7 *et Ed.* s) item de eodem 3. t) cristianorum 8. u) Satane 1*. v) ventu 1. 3. 5. 8. w) vero 3. x) ferebant 7. y) igitur 3. 8. *Ed.* z) in It. *Ed.* *) quia *Ed.* a) rerum *in marg.* 1, *deest* 3. 8. *Ed.* b) eis *deest* 7. c) quam *Ed.* d) pro *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* e) Ciciliam 3 *saepius.* f) facere 3. g) precederent 8. *Ed.*, *ita et* 7*. h) tentatoris 1*. i) non tamen numen R. k) offuit 3; abfuit *Ed.* l) eis 5. m) servis R. n) imperatoris R. o) stypem 3. p) sociabat 1*, *ita et* 1. *sed corr. m. antiqua* sociauit. q) autem 3. r) ut *deest* 8. s) et 7. t) filios R. u) quidem 3. v) aliis *Ed.* w) Palernia 1*.

59) Comes Adolfus cum rege Heinrico fuit Wirzburgi 1196. Mart. 28; v. supra c. 22, not. 37. 60) Fridericus. Iidem principes et alii cum rege Wormatiae 1195. Dec. 6; v. Ann. Marbac. 61) a. 1196. exeunte mense Iunio. 62) secundum Hiob 40, 12. 63) *scil.* a. 1197, Heinrico in Sicilia existente, v. Ann. Marbac. 64) sc. ver anni 1197. 65) Psalm. 68, 3. 66) scil. Iordano de Sicilia, v. Ann. Stadens. a. 1196. Ann. Col. max. p. 804. Confer Ann. Marbac. p. 168: *regem — — coronam clavis ferreis capiti eius affigi iussit, et alios igne cremari, quosdam in mare mergi iussit.* Quae inde sequuntur discrepant a nostro.

1197. *omnibus vobis constare de nostra impia traditione; sed quia annuente Deo ipsos erroris capitaneos, qui nostram circumvenerant clementiam, comprehendimus, convicimus, convictos ut*[a] *maiestatis reos dampnavimus*[b], *suggerit animo imperialis serenitas hec*[c] *nobis*[d] *sufficere, nec ullam ulterius ultionem super hoc capere. Remittimus igitur*[e] *ex animo in commune toti regno consensum prave conspirationis, quam in nos feceratis, regem contra nos suscitando et anime nostre insidiando. Tantum de cetero filii pacis sitis, et vobiscum sit Deus pacis.* Talibus alloquiis multam gratiam illius regni invenit, et de cetero terra quievit. Infirmitatem tamen nimis gravem tolerabat, que eum usque ad mortem vexabat.

Inter hec exercitus peregrinorum[f] appropiabat et comes Adolphus cum melioribus eum salutare veniebat. De quorum adventu nimis letatus, iocundissime eos suscepit et humanissime tractavit. In ipso temporis articulo classis peregrinorum, quam Dominus per tediosissimam viam et longissimos tractus maris illesam conservaverat[g], prosperis ventis et plenis velis cum quadraginta quatuor navibus ad Messinam[h] Sicilie civitatem cum gaudio applicuit. Quorum adventus tam imperatori quam omnibus Teutonicis, qui illuc[i] pro instanti werra confluxerant, habundantiorem fecit letitiam. Imperator sane ad ultionem inimicorum suorum infinitum contraxerat exercitum de Suevia, Bauwaria[k], Franconia et aliis nationibus usque ad sexaginta milia. E quibus omnes meliores et ipsa imperatoris familia[68] tota cum domno Conrado cancellario devotissimum illud peregrinationis iter unanimes susceperunt. Qui quoniam in Appulia diutius erat, ad ipsum iter summo apparatu se preparaverat. Nam preter aliam suam suppellectilem et thesauros amplissimos, quos large postea erogavit, in mensa cottidiana[l] vasa aurea et argentea, quibus cibi et pocula inferebantur, ad mille marcas sunt appreciata. Ipse vero cancellarius in eadem profectione ordinatus sacerdos et episcopus[69], alacri animo profectus est, multas gazas[m] portans secum
Sept. 1. tyronibus ab imperatore deputatas, qui prelia Domini viriliter exercerent. Circa festum
Sept. 22. igitur[n] beati Egidii[o] de Messina[p] civitate profecti, ad portum[q] Accon in festo beati Mauricii cum summa tranquillitate et salute integroque navium[r] numero applicuerunt. Cancellarius tamen cum[s] comite Adolpho aliisque amicis apud Cyprum adlitavit[t, 70], regem[71] eiusdem insule coronaturus diademate a domno imperatore transmisso. Sane idem rex sub ditione Constantinopolitani[u] imperatoris prius subsistens, ad maiorem sue glorie dignitatem a gloriosissimo Romanorum augusto coronari desiderantissime expetiit. Illuc itaque gloriose veniens[72] gloriosius suscipitur, lautissime detinetur, expletisque instantis negotii rebus, exquisitissimis ditatus[v] muneribus, omnibusque suis, prout cuiusque exigebat magnificentia, repedatis[w] navibus Accon prospere velificabat[x].

Ibi tamen adhuc consistens tristi percussus[y] est nuncio de morte Heinrici comitis Campanie, regis vero Hierosolime[73], qui paucis ante diebus subita et inopinata morte decessit[z]. Siquidem Sarraceni, eruptione facta, civitatem Ioppen[*] vallaverant. Quo audito predictus rex arma subito corripuit, ut presidio fieret civitati. Christiani[a] autem qui intus erant, plus in sua animositate quam in Domino confidentes, apertis portis hostes cedere ceperunt. Quibus illi acrius insistentes, ad fugam eos compulerunt. Cumque in civitatem se recipere voluissent, qui intus erant, hostium timentes impetum, valvas concluserunt et innumeram fratrum suorum iacturam pertulerunt. Illis cadentibus, Sarraceni civitati insistentes ipsam ceperunt et omnes qui intus erant Teutonicos tantum[b] trucidaverunt. Sicque factum est, ut et intus et foris Teutonici tantum cecidissent[c]; traditione, ut dicunt[d], factum illorum, qui ibi erant de Ytalia vel Anglia, Deo dignam ultionem eis reddente, quia etsi peccatores ad vitam servati sunt, possessionibus tamen[e] et rebus sunt privati, illi autem in sua morte victores sunt reputati. Videns autem rex tantorum neglectam salutem, Accon[f] revertitur, domum propriam ingreditur, et dum[g] solus cum solo super exedras[74] pro

a) et R. b) damnauimus 1*. c) hoc *Ed.* d) vobis R. e) ergo 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) christianorum 8. *Ed.* g) conseruauerit 5. h) Messanam *Ed. semper.* i) illic 8. *Ed.* k) Bauuaria 1*; bawaria 3. 5. 7. 8. *Ed.* l) cotidiana 3. 8. *Ed.* m) gasas 5. n) igitur *deest* 5. o) egydii 3. p) Messana *Ed.* q) portam 8. *Ed.* r) integro nauiumque 8. s) cum *deest* 3. t) adlytauit 8. u) constantynopolitani 3. v) ditatus est 3. w) repedatis *corr.* reperatis 1*. x) velificabant 5. y) perculsus 3. 5. 8. *Ed.* z) excessit 3. 8. *Ed.*; discessit 7. *) iopen 3. a) cristiani 8. b) tantum *deest* R. tamen 3. 8. c) caderent *Ed.* d) Quod tr., ut aiunt *Ed.* e) tamen *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) acon *saepius* 1. g) cum 5.

68) i. e. ministeriales. 69) Wirceburgensis. 70) i. e. naves appulit. 71) Amalricum, Widonis quondam regis Hierosolymitani fratrem. Cf. de Cypro s. l. IV, c. [illegible]. 72) sc. Conradus cancellarius. 73) Factus rex post mortem Conradi marchionis, cuius duxerat viduam, a. 1192. mense Maio. 74) Intelligenda

captando aere staret, subito cecidit et fracta cervice exspiravit[a]. Dicunt tamen quidam, 1197.
eum a Deo plagatum, eo quod de adventu Teutonicorum doluerit et eis liberationem terre sancte, si sic Domino complacuisset[b], inviderit. Sub eodem igitur tempore peregrini applicantes Accon, audita perditione fratrum, arma corripiunt, si forte Christo[c] mediante hostes fundere vel predam excutere potuissent[d]. Illi autem destructa civitate cum captivis et preda multa ad[e] sua repedarunt[f], nec minus isti Accon sunt reversi.

27.[g] *De prosperitate peregrinorum*[h]. Congregatis itaque navibus et convenientibus Dei filiis in unum, factum est gaudium non modicum de coadunatione et[i] devotione tante ecclesie, ibidem in Christo congregate. Audivit enim Syon et letata est, et exultaverunt filie Iude[75]. Non tamen Syon terrena, quam adhuc captivabat misera Babylonis filia, set Acconite et Tyrii, non quondam Dei populus, nunc autem Christi coheredes et Dei filii in ymnis[m] et confessionibus benedicebant Dominum, orantes et deprecantes, ut accepta ipsorum[n] devotio et de inimicis crucis digna fieret ultio. Econtra hostes timore turbabantur non modico, timentes, ne ipsorum deiectio[o] terre sancte fieret liberatio. Unde[p] etiam multa loca munita, que fiducialiter inhabitabant, audito istorum[q] introitu deserta relinquentes ad tutiora commigrabant. Coadunato igitur[r] exercitu, ut dictum est, omnes pariter abierunt[s] Tyrum. Ibi contemplatis viribus suis et armis, ordinaverunt acies adversus Sydonem. Equestres quidem terrestri via usi sunt[t], ceteri vero navali itinere perrexerunt. Venientes itaque ad Sydonem, sine habitatore et rebus eam invenerunt. Videres[u] illic[v] domos lapideas et cedrinas, diversis ornatibus cultas, quas inhabitare gloria, destruere vero erat miseria[w]. Quanti illic erant, qui de lignis cedrinis aut equos stabulabant aut ex eis cibaria decoquebant? Destructa igitur[x] Sydone, ad Sareptam Sydoniorum iter convertunt[76] Ubi similibus perpetratis, ad Fontem Ortorum perveniunt, inde ad Baruth[77] facies[y] convertunt. Cuius habitatores civitatem quidem[z] neglectam reliquerunt, castrum vero nobilissimum civitati contiguum viris fortissimis munierunt, repositis illic cibariis et armorum vasis plurimis. Videntes igitur castellani[*] terrestrem contra se venire exercitum, navali adhuc latente, apertis portis omnes eis obviam procedunt. Hoc viso[a], nostrates auxilium de celo invocantes[b], contra illos se animaverunt. Factis igitur discursibus modo hac modo illac volubilis se fortuna trahebat. Comes autem Adolphus cum quodam nobili Bernardo de Horstmere[c. 78] latenter insidias tetenderat[d], donec exitum rei animadverteret. Vidit igitur principem ipsius castri[79] in fervido equo, quem dextrarium[e] dicunt, eminus venientem et gloriosum gloriose multorum interitum[f] minitantem. Explorata igitur oportunitate, cominus venientem de latebris consurgens impetu valido in transversum[g] facto tam equum quam sessorem[h] ad terram deiecit. Illo subito cadente, subito extra se rapitur et mentis impos circumspexit[i], et non[k] fuit auxiliator. Tandem ad se reversus, vires[l] resumere conatur et nichilominus impetu valido equinis pedibus ad terram conculcatur. Quod cum tertio fieret, resumptis animis et viribus ipsum equum brachiis[m] detinere conatur. Ille autem tertio casu supinatus circa umbilicum lorica nudatur, nec mora imminens hostis vibrata hasta valide illum transegit[n], nec[o] secundum vulnus apposuit. Inter hec fit tumultus hostium auxilium ferre certantium[p]. Quibus dum[q] comes cum suis viriliter resisteret, captivati sunt de ipsis adversariis duo insignes, et cessaverunt ab eis[80]. Magnificatus est autem comes Adolphus,

a) expirauit 1*. *Ed.* b) placuisset 5. c) cristo 8. d) possent *Ed.* e) ad *deest* 3. 5. 7. 8. f) repedaverunt 3. g) V. 3. 7 *et Ed.* h) item de eodem 3. i) et *suprascriptum* ac 8. m) hymnis 1*. *Ed.*; himnis 5. n) eorum 5. o) et *add.* 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) Dum 5. q) ipsorum *Ed.* r) vero 5. s) adierunt 5. *Ed.*; adyerunt 8. *In* 1. *pag. ultima in hoc ipso verbo incipiens ex parte ambusta est atque igne adeo obfuscata ut non omnia potuerint legi.* t) usi sunt *desunt* 7. u) videntes 3. v) illuc B. w) misera 3. x) itaque 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) faties 1. z) quidem *deest* 3. *) videntes ig. cast. *iteratum in* 7. a) videntes 5. b) invocaverunt et 5. c) horstemere 3. 5. 7. 8. d) tetenderet 7. e) dextralium 8. *Ed.* f) exercitum 5. g) transuerso 7; transuorsum 1*. h) cessorem 5. i) mentis impos circumspexit || *hic deficit fragm. Brunnense (1.) et incipit apogr. Hafniensis (1*) fasc.* N. k) non *deest* 5. l) virus 7. m) brachiis et viribus *Ed.* n) transadigit *Ed.* o) nec *corr.* et 1*. p) certantium *omisit* 7. q) cum 3. 5. 7. 8. *Ed.*

est fenestra; cf. Ann Stadens. p 353: *de fenestra cadens.* Obiit a. 1197. ineunte m. Septembri, ut videtur, confer Wilken V, p. 26 sq. not. 48, qui Heinricum Ptolemaidem reliquisse a nostro falso statutum esse dicit. 75) Psalm. 96, 8. 76) Sita est civitas inter Sydonem et Tyrum; errare hic nostrum de serie rerum facile apparet. v. Wilken V, p. 35, not. 62. 77) vulgo Berytus dicta, Beyruth. 78) Horstmar in praefectura Steinhorst, districtu Münster. Bernhardus de Horstmar una cum Adolfo comite occurrit inter testes in pluribus diplomatis, v. Hamburger Urkb. I, n. 316, dat. 1199; n. 432, dat. 1219. 79) Fuit Emir Assamah. 80) Commissum est proelium a. 1197. Oct. 23; confer de loco atque

1197. Domino auxilium ferente ipsoque periculo se submittente. Cum hec agerentur, navalis exercitus prospere velificando urbi desolate appropiabat, in qua tantum[a] captivi christiani remanserant. Qui videntes vela quadrangula[b], christiana intellexerunt agmina. Unus autem ex eis accedens ad turrim[c], que ceteris excelsior erat et fortior, instrumento quodam hostium reseravit[d] clanculo et suspensis vestigiis repressoque halitu[e] ascendens, custodes carceris pausantes invenit; irruensque super quietos repentino interitu soporem illorum morti[f] sociavit[g]. Arreptoque signo, nutu quo poterat navales ad subversionem urbis invitabat. Quod videntes Dei miraculum intelligebant, et celerius applicantes certatim litus apprehenderunt[h]. Cancellarius vero, quia[i] cum ipsis erat, quantocius ipsum castrum apprehendebat. Hostes ergo territi sinistro omine, quod maxima spes illorum perisset in casu[k] principis et in perditione turris, fortitudinis omni fiducia perdita, per loca deserta et invia[l] fugere ceperunt, nullum vite presidium nisi[m] montes et scopulos et petrarum fissuras opinantes. Servi autem Christi[n] civitatem et castrum gaudentes intraverunt. Et castrum quidem omnibus divitiis repletum invenerunt. Vinum autem et triticum et cetera[p] que ad victum pertinent, abundantissime[q] repererunt[r] illic, que[s] ad tres annos habitatoribus illis sufficere potuissent. Telorum[t] autem, balistarum et arcuum tanta illic fuit superabundantia[u], ut due naves magne ex his onerari potuissent[v]. Est enim Baruth nobilissima civitatum et fortissimum presidium illius regionis. Que quia[w] in optimo portu maris sita est, omnibus prebet introitum et exitum, nec ulla ibi potest navis aut galea preterlabi, quin sponte aut invita ipsa[x] portui[y] addatur. Unde factum est, ut ab ipso Syrie excidio[81] usque tunc decem et novem milia captivorum christianorum[z] de eodem castro Saladini curie sint presentata. Habet etiam talem prerogativam eadem civitas, ut omnes reges illius terre ibi coronentur. Unde Salhadinus[*] cum eam cepisset, ibi coronatus est[a] et rex Ierosolyme[b] sive Babylonie[c] salutatus[82].

Moram autem ibi exercitu faciente et muros civitatis destructe suscitante, sinistra fama de morte imperatoris illuc pervenit[83]. Que non parvam populo Dei tristitiam fecit. Dissolvebantur enim manus virorum fortium, quia, sicut in tali mutatione fieri solet, alius cogitabat[d] perdere dignitatem suam, alius beneficium, alter patrimonium, sicque fluctuabant cogitationes fere omnium. Alteri forte sua dictabat conscientia, si domi esset, sibi provenire[e] imperium. Alius timebat principatum sibi contrarium et, quod[f] maior erat destructio[g], plus dissensionem sperabat quam pacis unionem, ut factis partibus suis quoquo modo prospiceret eventibus. Inter has fluctuationes non defuit suis[h] spiritus consilii, qui colligationes impietatis in eis[i] dissolveret et in suo proposito constantes faceret. Nam principes celebrato colloquio hoc statuerunt, ut omnes regni primores ibi presentes[k] sacramentaliter fidem facerent imperatoris filio. Et sic[l] quievit[m] commotio.

Aliud quoque ibi habuere consilium, quis regno Iherosolymitano digne prospiceret, quia, ut dictum est, rex vita decesserat[n]. Visum est ergo[o] omnibus regem Tyri[84] ad talem sufficere[p] principatum. Qui vocatus, ad eos honorifice venit, ibique sociata sibi[q] regina vidua[85], rex Iherosolymorum ab omnibus est declaratus. His omnibus devote cooperabatur princeps Antiochie[86], qui cum multis copiis de finibus suis eo venerat et bene prosperatus iamiam[r] reditum maturabat. Volens autem suos prescire quod factum erat[s], dimisit columbam.

Hic quiddam[t] dicturus sum[u] non ridiculum, sed ridiculose[v] a gentilibus[w] tractum, qui

a) tamen R. b) quadrangularia *corr.* quadrangula 3. c) thurrim 3. d) cl. reserabat 3. 5. 7. 8. *Ed.* e) hitu 5; habitu 3. 7. 8. *Ed.* f) morte *Ed.* g) sociat *Ed.* h) apprehendunt 3. 5. 7. 8. *Ed.* i) qui 7. k) manu *Ed.* l) in inuia 3. m) in 1*. n) cristi 8. p) et cetera *desunt* 7. q) habundantissime 3. r) reperierunt 3. s) ut R. t) hic (*corr.* hinc) telorum 1*. u) superhabundantia 3. v) telorum — potuissent *omisit* R.; *ita hic etiam* 5, *ubi post* illius regionis *sunt inserta.* w) que baruth quia 5. x) ipso 5. 7. 8; ipso *corr.* ipsi 1*. 3. y) portu 5. z) cristianorum 8. *) Saladinus 1*. a) est *deest* 1*. 7. 8. *in Ed. post* salutatus. b) ierosolime 8; hierosolime 5. c) babilonie 8. d) cogitat 5. e) pervenire R. f) quo *Ed.* g) destructo R. h) sui 3. i) in eis *desunt* 3. k) presentes *deest* 7. l) sic *deest* R. m) conquieuit *Ed.* n) discesserat 5. 7. 8. *Ed.* o) igitur 3. 5. 7. *Ed.* p) dignitatem siue princ. 5. q) sibi *deest* 5. r) iamiam Genuam *Bang. Leibnitius;* Genuam R. s) esset *Ed.* t) quidem 5. u) sim 5. v) ridiculo *Ed.* w) gentili 7; gentibus *Ed.*

de serie temporis Wilken V, 35 sq. not. 64 et 66, qui nostri narrationem minus accuratam esse ostendit. 81) Intelligit expugnationem Hierosolymorum aliarumque civitatum a. 1187. factam, v. supra l. IV, c. 4. 82) Confer de hoc nostri errore supra l. IV. cap. 5. not. 83) Mortuus est Sept. 28. De tempore, quo nuncius in Syriam pervenerit, cf. Wilken V, p. 43 not. 80. 84) immo regem Cypri Amalricum, de quo v. s. cap. 26. Regis electionem iam antea, statim post regis Heinrici mortem factam esse, errare igitur hic nostrum statuit Wilken V, p. 29. 85) scil. Elisabeth, quae tunc quartum iniit matrimonium. 86) Boemundus III.

quoniam[a] sapientiores[b] filiis lucis in generatione sua[87] sunt, multa excogitant, que nostrates non noverunt, nisi forte ab eis didicerint. Solent enim exeuntes ad quelibet negotia secum asportare[c] columbas, que domi aut ova aut pullos noviter habent creatos, et si in via forte accelerare volunt nuncium, scriptas litteras sub umbilico columbe subtiliter ponunt et eam avolare permittunt. Que cum ad suos fetus properat, celeriter amicis desideratum nuncium apportat. Hac arte usus princeps memoratus quod factum erat, celerrime per columbam suis nunciavit. Qui cognoscentes Sydonem[d] destructam et Berith[e] captam, eruptione facta attemptare volebant, si et ipsi hostibus dominari potuissent[f]. Cum igitur principibus salutatis ad sua princeps Antiochie[g] remearet et expansis velis Lystris[h, 88] propiaret, celitus exterriti habitatores civitatis[i] arrepta fuga montes camposque petierunt. Princeps vero eam intravit, collocatisque ibi militibus, christianorum[k] presidium fecit. Habitatores autem Gybel[l, 89], cognito adventu Anthiochenorum[m], simili stuporis genere confusi relictis suis sedibus fuga elapsi sunt. Princeps vero superveniens[n] ipsam civitatem terminis addidit christianorum[o]. 1197.

28.[p] *De obsidione Thoruti*[q]. Igitur Domino populum suum confortante et sermonem confirmante, quem suis per prophetam dixerat: *Sicut mater*[r] *consolatur filios suos, ita consolabor vos*[90], servi Dei in magna fuerunt exultatione et[s] spiritali[t] congratulatione[u]. Siquidem illud propheticum vere in illis fuit completum, quia omnia illis in bonum cooperabantur[91], ideoque tota terra libere fruebantur. Nam quia[v] omnia tenebat[w] maritima, non fuit locus, quo non discurreret exercitus in tota Syria, maximaque fuit spes omnibus, in proximo[x] se habituros civitatem sanctam[92]. Sed longe secus venit, et hoc peccatis nostris prepedientibus. Quod quidem meminisse piget. Sed ad[y] executionem ordinis ipsa ratio perurget. Restaurata[z] igitur[*] civitate Berith vel, ut aliis placet, Baruth ordinatisque eius habitatoribus, Domini exercitus via qua venerat reversus est Tyrum[93]. Ubi transacto aliquo[a] tempore, consilio sive precepto principum conversa est tota expeditio ad castrum nomine Thorutum[b, 94], quod quidem non longe erat, sed quasi itinere diei unius a Tyro distabat. Illuc itaque venientes, maxima obsidione vallaverunt[c] ipsum castrum. Et quia locus ipse[d] preruptus erat nimis et quasi inaccessibilis[e], novum genus expugnandi, hostibus vero omnino[f] incognitum, sunt aggressi. Fuerunt sane ibi nonnulli de Saxonia, quibus erat notum, qua arte excavatur mons argentarius, qui apud Goslariam multis est cognitus[95]. Multo igitur labore expensaque plurima opus illud aggressum est, prefectis[g] quidem operis vigilantius insistentibus, cooperatoribus vero per castrorum gyrum[h] reciproca vice sese alternantibus. Cumque tali arte montem cavarent appositoque igne, prout libuit, muros cadere facerent, hostes exterriti nesciebant, quid agerent, dum castrum subrui quasi sine tormento murorum viderent. Ipsi tamen simili arte fodere ceperunt, sed laborantes nichil profecerunt. Cumque per mensem opus instanter urgeretur, hostibus vero nulla ars obviandi[i] inveniretur, consternati mutuo dicebant: *Viri fratres, quid faciemus? hoc genus mortis qualiter effugiemus? Taliter fratres et consanguinei nostri in Accon perierunt, quando una die sub oculis nostris quatuor milia sententiam decollationis acceperunt*[96]. *Provideamus igitur*[k] *nobis et parvulis nostris. Nam genus hominum hoc nimis est pertinax et iracundum et nostri sanguinis avidissimum. Consultum igitur nobis*[l] *videatur*[m], *ut dextras petamus, si aliqua conditione vite nostre prospicere valeamus.* Cumque turbati in consiliis suis sepius ista revolverent, una[n] dierum stantes in muro loquebantur e regione iis[p] qui excubias servabant: *Rogamus, ut sub pacis*

a) quo R. b) sap. suat 5. c) apportare 7. d) Sydonem *corr.* Sidonem 1*. e) Baruth 1*; berith siue baruth quod idem est 5 *secutus sq. cap. verba prima.* f) possent *Ed.* g) antiochye 3; anthiochie 7; anthichie 5. h) listris 7. i) ciuitatis *deest* 7. k) cristianorum 8. l) Gebal *Ed.* m) antyocenorum 3; anthyocenorum 7; anthiocenorum 5. n) superuenit 5. o) cristianorum 5. p) V. 4. 7 *et Ed.* q) choruti 3. 7; chorutum 8. r) vir R. s) et de R. t) spirituali 8. *Ed., ita etiam corr. in* 1*. u) gratulatione 5. v) quia *adiecit m. rec. in* 5. w) tenebant 1*. 3. x) in proximo *desunt* 7. y) ad *deest* 3. z) instaurata *Ed.* *) ergo 1*. a) aliquot 1*. b) chorutum 8. c) ualauerunt 1*. d) ille 8. *Ed.* e) inaccessibilis 1*. f) omnino *omisit* 5. g) perfectis 5. h) vero castr. in gyrum *Ed.* i) euadendi 3. 5. 7. 8. *Ed.* k) ergo 1*. l) ergo vobis 1*; igitur uobis 3. m) videtur *Ed.* n) uno *Ed.* o) e regione *desunt* 5. 7. 8. *Ed.* p) hiis 3. 5. 7. 8; his *Ed.*

87) Ev Luc. 10, 8. 88) Laodicea. 89) Dschabala. 90) Iesai. 66, 13. 91) Ep. Rom. 8, 28. 92) Eandem spem se habere Heinricus dux Brabantiae in epistola ad Coloniensem archiepiscopum missa exponit, Ann. Col. max. p. 805. 93) scilicet quia Malek al Adel frater Saladini contra eam profectus est. 94) Toron castrum, milliaribus quinque a Tyro distans, a. 1197. Dec. 11. obsideri coeptum est; v. Wilken V, p. 42. 95) *dictus Rammesberg* addit ipse Korner apud Eccard. p. 811. Turcis autem obsidendi hoc genus non erat incognitum, ut noster putat, v. Wilken V, p. 45 not. 84. 96) V. supra l. IV, c. 16.

1197. *conditione copiam nobis detis loquendi vobiscum*[a]. Quod cum factum fuisset, dixerunt: *Obsecramus ut nobis dicatis, que sine simulatione querimus. Quisnam est dominus vester*[b] *aut cuius sunt hec*[c] *castra, que opposita habemus?* Qui responderunt: *Castra, que videtis, sunt Heinrici*[d] *palatini de Reno, filii Heinrici ducis*[e], *nominatissimi principis, et nos servi illius.* Ad hec illi: *Vellemus*, aiunt, *si fieri posset, loqui domino vestro. Quid*, inquiunt, *cum domino nostro loqui velletis, cum pacis disturbatores*[f] *sitis et circumventores veritatis.* At illi: *De veritate quidem loqui volumus et de*[g] *pacis unione.* Quid plura? ad petitionem illorum palatinus venit, dextras dedit et accepit. Ad quem illi: *Coartamur nimis*[h] *in hac obsidione ideoque rogamus te, princeps gloriose, ut tuo conductu in cetum principum veniamus, ut de castri deditione*[i] *et de*[k] *nostra salute cum eis disponamus.*

Illis responsum paucis ita reddidit heros[97]:

*Presumimus quidem de gratia principum, quod sine livore ducatu*[l] *nostro ad presentiam ipsorum venire possitis, sed quia sapientis est, omnia consulte facere, communicato eis hoc verbo, quantocius ad vos revertar.* His dictis abiit[m] et equivoco suo, duci videlicet Brabantie[n], qui ab omnibus princeps super exercitum ordinatus fuerat, voluntatem illorum aperuit[o]. Cum ergo cognovissent illorum propositum et eis constaret, quod de castri deditione agere voluissent[p], data fide principes[q] ipsius castri septem secum in castra deduxerunt, convocatisque principibus[r], ut pro se loquerentur copiam eis dederunt[s]: *Rogamus*, aiunt, *clementiam vestram, ut patientiam in nos habeatis et christiane religionis memores, que, ut dicitis, omnem exercet pietatem, ipsam, ut decet religiosos, in nobis*[t] *quoque manifestetis. Nos enim, licet christiani non simus, non tamen sine religione vivimus*[u], *nam, ut speramus, Abrahei*[v] *sumus ideoque a Sara uxore ipsius Saraceni*[w] *dicti sumus*[x.98]. *Si vero credendum est, quod Christus vester*[y] *verus Deus et homo in cruce vos liberaverit*[z], *ideoque formam crucis vos*[z*] *habere gloriemini, ipsam quoque in nobis*[*] *advertere potestis. Unde constat, etsi dispar sit religio, unum nos habere factorem, unum patrem, ideoque constat nos fratres esse non professione, sed humanitate. Quapropter patrem*[a] *attendite, fratribus parcite, omnia nostra sint*[b] *vestra, dummodo vivendi vobiscum sit nobis copia. Iam nichil est, quod nobis arrogare possimus, de statu tamen nostro, qualis huc usque fuerit, vobis aperimus*[c]: *in castro, quod videtis, principatum habuimus*[d], *quia inter nostros de meliore prosapia fuimus*[e]. *Unde placeat vobis, ut captivi vestri simus, quia pro*[f] *nostra liberatione non iam thesauros plurimos, sed et christianos infinitos recipere potestis captivos. De iis*[g] *autem qui in castro sunt, si placet, talis fiat conditio, ut relictis omnibus suis egrediantur, nil preter simplicem vestitum et ipsum tenuissimum secum portantes. Quodsi inventus fuerit quisquam aurum vel gemmas aut vestes preciosas*[h] *vel*[i] *aliud quid ferens preter id, quod determinatum est, sine omni mora capite plectatur. Hec vobis gratanter offerimus, quia*[k] *nil nisi vivere querimus. Istius castri vestra sit possessio, dummodo nobis sola contingat evasio.* Placuit principibus[l] talis oblatio, hoc apud se tractantes, quod in unius castri deditione duo quoque collateralia facilius obtinere potuissent[m], quorum unum Baufort[n] gallice[o], latine vero[p] bella fortitudo, aliud vero[q] .... Firmataque est pax inter ipsos et castrum, ut res cepta meliorem haberet processum. Missum tamen fuit pro domno cancellario[s], ut suo complacito[t] hec firmaretur ordinatio. Ille autem[u] propter corporis debilitatem excusatum se haberi petiit, et nec minus pacis indictio[v] rata permansit. Fuerunt tamen qui huic dispensationi contradicerent et hostes vi se[w] obtinere proponerent: *Si istos*, inquientes, *violenter expugnaverimus, nullos de cetero adversarios habebimus, quia firmissimi castri deiectio maximi timoris erit incussio, ita ut tinniant*[x] *aures*

a) Deus (*l.* detis) lo. uobiscum faciat 1*, *sed* faciat *supplevit m. recentior.* b) noster 1*. c) hec *deest Ed.* d) Hinrici 5. e) duci 5. f) distributores 5. g) de *omisit* 5. h) intus 5. i) ditione 3. k) de *deest* 3. l) ductu *Ed.* m) abit 8. *Ed.* n) brauantie 5. o) apperuit 1*. p) vellent *Ed.* q) princeps 8; principis *corr.* 1*. r) hi *addunt Ed.* s) fecerunt *Ed.* t) manibus 8, *sed emendatum in margine.* u) non uiuimus 5 8. v) Habrahei 3; Abrahe 5. w) sarraceni 5. 7. 8. *Ed.* x) dicimur 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) vester *deest* 7. z) liberavit 1*. z*) vos *deest* 7. *) vobis 8. a) patres R. b) sunt 5. 8. *Ed.* c) hoc aperimus *Ed.* d) habemus 8. *Ed.* e) sumus *Ed. Kornerus.* f) pro *deest* R. g) hiis 3. 5. 7. 8; his *Ed.* h) vestem preciosam 3. 5. 7. 8. *Ed.* i) aut 5. *Kornerus.* k) quae 1*. l) principus 5 *sed corr. m. rec.* m) possent *Ed.* n) Beaufort 1*. o) Gallyce 3. p) vero *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* q) quoque 1*; *lacuna in codd. praeter 7 et apogr. Hafniensi, nomine non perscripto.* s) ad dominum cancellarium *Ed.*; a domino cancellario 8. t) placito 3. u) tamen 5. 7. 8. *Ed.* v) dictio 1*. w) se *deest Ed.* x) tynniant 5.

97) Vergilii Aen. VI. v. 672: *Atque huic responsum paucis ita reddidit heros* paulisper mutatus. 98) Aliorum medii aevi scriptorum erat opinio, pro Saracenis melius Agarenos dicendos esse, ab Hagar, Abrahae ancilla oriundos.

*omnium nobis resistere volentium.* Sic quidam dicebant. Plures tamen de bono pacis exultabant. Laborabat tamen pacis unitas, quia in omnibus non regnabat karitas. Inter hec autem comes Adolphus terrere volens[a] animos adversariorum, ipsos, qui hec inter principes loquebantur[1], ad fossata deducebat[b], ut plenarie perspicerent[c], quam[d] parata eis supplicia imminerent. Cum hec fierent et sic abinvicem dissentirent, fuerunt qui ad arma convolarent[e] et balistis et machinis castellanos impeterent. Qui se ledi videntes, nichilo minus et ipsi iactis lapidibus et sagittis quosdam vulneraverunt, alios vero necaverunt[f]. Sic aliis pugnantibus, aliis vero paci vacantibus, isti flebant cum flentibus et illi[g] gaudebant cum gaudentibus[2]. Rursus tamen pax invaluit et seva commotio quievit. Cumque per aliquot dies hec[h] tractarentur, firmata est pacis conditio, hoc dispensante[i] cancellario, ut obsides darent, quousque promissa persolverent, et sic[k] ad sua remearent.

29.[l] *Unde supra*[m]. His itaque[n] dispositis, cum illi suis hanc seriem[o] exponerent, displicuit talis conditio, et gravis inter eos facta est altercatio. Alii dicebant, ista se persolvere non posse, alii vero alios animabant, dicentes: *Nonne castrum firmissimum tenemus, munitum viris fortibus et armis? stemus simul, ut vim vi repellere*[p] *possimus.* Scientes etiam discordiam, que versabatur inter principes, non parum sunt roborati, ut promissa immutarent nec promisse pactioni starent. Evacuata igitur pace, arma corripiunt nec ad persolvendum, sed ad dimicandum se erigunt. E contra nostrates ad resistendum se preparant, ad machinas ceteraque bellica instrumenta convolantes. Castellani vero neglectis obsidibus, ex[q] illo die omni se virtute defendere nitebantur. Nostrates autem[r] minus prospere agebant, hostes vero magis ac magis contra eos invalescebant. Nimia enim callentes[s] astutia ipsum fossatum, de quo plurimum confidebant, destruxerunt et plures in eo aut succenderunt[t] aut gladio necaverunt. Quosdam etiam vivos extrahentes, ablatis capitibus de muro precipitaverunt.

— — — En quo discordia cives
Perduxit miseros[3]. — — —

Illi enim unanimes perseverabant, isti autem dissidentes partim pugnabant, partim diversis negotiis vacabant. Et quia caritate[u] refrigescente[4] mente reversi sunt in Egyptum[5], ideo Egyptios, id est tenebrarum filios, contra se sentiebant erectos. Nam propositum, secundum quod vocati sunt sancti, plures reliquerant ideoque vitiis insidiantibus enerviter iacebant. Quanti[v] enim fuerunt, qui pro Christo legitimas suas reliquerant, qui ibi meretriculis adherebant? Quas[w] enim ad sua ministeria[x] sub specie religionis quasi ex necessitate admittebant, postea Moabitas[y] sentiebant, que olim peccare fecerunt Israel, quando irato Domino coram hostibus cadebant[6]. Quanti illic specie recti decipiebantur, qui, navium suarum precio ditati, plus avaritie quam Christi[z] militie studebant? Quid de talibus dixerim, qui arrogantie dediti, suis consimilibus in vana gloria se preferebant et, quos domi consortes habuerant, eis parificari[*] in peregrinatione nolebant. Et cum Dominus dicat: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde*[7], quomodo per tales vincere posset, qui spiritum timoris non habentes, spiritu superbie pleni plus se hostibus Christi quam suo discipulatui[a] conformarent? Sed veniam peto; non enim, ut quemquam confundam, hec scribo, sed dilectos[b] in Christo moneo. Nunc ordinem prosequamur[c].

Deficiebant inter ista populo Dei cibaria, et necesse habebant Tyrum mittere pro victualibus comparandis. Propter timorem tamen hostium non paucorum fuit ista legatio, sed plurimorum. Dimidiabant ergo exercitum, ut[d] alii irent, qui caruani[8] dicebantur, alii vero in excubiis remanerent. Tunc itaque temporis exierant, nec erat parva exspectatio de illorum reditu, quia alii cibis indigebant, alii vero de periculo suorum[e] metuebant. Auditum sane fuerat in castris, Saffadinum[f, 9] eis imminere cum infinita multitudine de Persya et

a) volens *omisit* 1*. b) deducebant 8. c) prospicerent 5. 7. d) quae *Ed.* e) conuolauerunt 5. f) et alios vero necaverunt *m. rec. in margine* 5. g) isti 5. h) hic 1*. i) disponente 5. k) sic *deest Ed.* l) V, 5. 7. *Ed.* m) Unde ut supra 3; u. s. de eodem 5. n) *ita* 5. 7. 8. *Ed.* o) seriam 3. p) replere 3. q) ex *deest* 7. *Kornero.* r) vero *Ed.* s) pollentes *Ed.* t) succendunt 3. 5. 7. 8. u) charitate 1*; karitate 5; caecitate R. v) quantum 1* w) has *Ed* x) mynisteria 3. y) moabytas 3. z) domini 1*. *) pacificari *Ed.* a) disciplinatui 7; condiscipulatui *Ed.* b) dilectores 7. c) persequamur *Ed.* d) cum *Ed.* e) eorum 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) saphatinum 3. 5. 7. 8. *Ed.*

1) scil. legatos Turcorum. 2) Ep. Rom. 12, 15. 3) Vergilii Bucol. I, v. 71 et 72 sicut infra L. VI, c. 6. 4) Respicit ad Matth. 24, 12. 5) Respicit ad 4. Mos. 14, 2—4. 6) Respicit ad 4. Mos. 25, 1 sq. 7) Ev. Matth. 11, 29. 8) Cf. vocem *Caravane.* 9) Saifeddin Abubekr Mohammed Malek al Adel, frater Saladini.

1198. Medya[a] et Damasco, ut ipsos destrueret et castrum liberaret. Inter has autem fluctuationes personuerunt bucine in castris cancellarii, nunciantes venisse caruanos. Tum vero gaudebant omnes, excipientes suos cum gaudio. Scientes ergo principes imminere sibi hostes, Febr. 1. consilio habito in vigilia purificationis beate Virginis, enunciari fecerunt in castris, ut omnes mane parati essent confligere cum hostibus. Fit[b] igitur omnibus gaudium[c], commune tripudium, mutuis sermonibus se[d] exhortantium, pro Christo aut vinci aut vincere volentium. Cumque omnes crastinam salutem[e] sperarent et ad certandum se devote prepararent, subito sermo exivit inter fratres, quod tota familia cancellarii et aliorum principum, omnibus rebus suis iumentis impositis, versus Tyrum iter arriperet. Qua novitate omnes exterriti, ceperunt et ipsi properanter sua colligere, iumentis imponere, certatim post ipsos equitando vel peditando properare. Fiunt igitur tumultuationes fugientium, de tali mutatione merentium et rerum suarum distractione dolentium. Quanti illic relicti sunt egroti? quanti vulnerati? qui hostibus ludibrio facti celestibus sunt annumerati[f]. Nec minus tamen istorum fuga exterriti fugiebant et ipsi. Utrobique timor et pusillanimitas: hi spiritum fortitudinis perdiderant, illos[g] vero sua cecitas per devia trahebat[h]. Istis fugientibus Dominus parcere volebat, illos vero ipsius indignatio exagitabat. Nec inter ista defuit spiritus procelle, tonitruis et coruscationibus[i] et pluviarum inundationibus et grandinis[k] de celo[l] fugientes infestando. Cum ergo[m] soluta obsidione apud[n] Tyrum et Accon se recepissent, propter rumorem[o], qui eos de morte imperatoris terruerat[p], ceperunt de reditu disponere et de statu eorum qui remanere disponebant ordinare et victualia vel arma, que sibi superabundabant[q], indigentibus erogare. Igitur adveniente Martio, ascensis navibus, favente zephiro[r], omnes fere principes cum melioribus populi ad sua redierunt. Remansit tamen domnus Moguntinus[s, 10] et domnus Verdensis[11] et quidam de melioribus[t] cum populo Dei, misericordiam ipsius et consolationem exspectantes[u]. Moguntinus[s] tamen aberat tunc, in Armenia constitutus pro coronando rege eiusdem terre[12], ad quod tamen negotium cancellarius deputatus fuerat, qui, ut dictum est, in Cypro similia perpetraverat. Sed cum esset apud Baruth, visum est principibus, ut remanente cancellario Moguntinus[s] vicem eius suppleret et ipsum regem diademate imposito ad[v] titulum[w] Romani imperii coronaret. Ipse enim rex omnibus modis[x] hoc affectans, audita fama virtutis populi Dei et quia Dominus ad ipsorum[y] introitum omnes inimicos eorum terruisset, et quia gloriose multa loca munita optinuissent, missis nunciis honoratis cum muneribus non paucis ipsos principes devote salutavit et, quanto desiderio ipsorum adventum exspectaverit, per scripta simul et verba amplissima intimavit, paratissimum se dicens Romano subdi imperio, si[z] coronam diu desideratam ab ipsius mereretur suscipere nuncio. Glorietur ecclesia Romana, que non solum in spiritalibus[*], sed etiam favente Christo dilatatur in temporalibus[a], ut etiam reges transmarini hoc[b] titulo[c] affectent[d] insigniri. Viderint tamen illi, qui hac dignitate neglecta[e] plus diminutionem quam Romani orbis attendunt dilatationem. Moguntinus igitur, ut diximus, gloriose expleto hoc[f] negotio, ipsum regem Armenie et principem Antiochie[g] ad pacis concordiam reformavit, quorum dissensione non modicum ecclesia Dei in partibus illis diu[h] turbata fuerat.

30.[i] *De conversione Livonie*[k]. Oportunum[l] arbitror, memorie fidelium[m] commendare nec silentio preterire devotionem et laborem[n] multorum religiosorum, quo apud gentiles, qui Livones dicuntur, desudatum est, qui verbi[o] Dei[p] semina spargentes ipsum populum ab idolatria[q] cessare laboraverunt. Vidimus sane propter eorum instantiam multos cooperatores existere, alios peregrinando, alios sua conferendo, ut seges Christi fructuosa consur-

a) methia 5. b) fuit 1*. c) commune gaudium 5. 7. 8. *Ed.* d) sese 1*. e) lucem B. f) adunati *Ed.* g) illi 3. 5. 7. 8. *Ed.* h) cecitas p. d. trahebant 5. 7. 8; cecitate p. d. trahebantur *Ed.* i) choruscationibus 3. k) grandine *Ed.* l) de celo *m. rec. in marg.* 8. m) autem 5. n) aput 7 *saepius.* o) rumores 3. 5. 7. 8. *Ed.*, in 1* s *dubitanter adiectum.* p) terruerant 8. *Ed.* q) superhabundabant 7. r) *ita et* 1*, *sed corr.* zephyro. s) mogontinus 3. 5. 8. t) nobilioribus 3. 5. 8. *Ed.* u) expectantes 3. *similia saepius.* v) et 5. w) tytulum *similia saepius* 3. x) omnimodis 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) episcoporum 3. z) si *adiectum in margine* 5 *a. m. rec.* *) spiritualibus 1*. *Ed.* a) intemperalibus 1*. b) etiam *addit* 8. c) titulo *m. rec. in marg.* 8. d) affectant 1*. e) neglecti 3. f) hoc *deest* 5. g) antyochie 3; anthiochie 5. 7. h) diu *omisit* B. i) VII, 8. 7. *Ed.; ita et* 5. 8, *quanquam numerus ibi non adiectus. In* 3 *caput hoc in duo divisum (ut in ceteris codd. et Edd. praeter* 1*), *subiectum est l. VII[a] c. penultimo* c. 19. (21 *Bang.*). *Cf. Prolegomena* p. 114. k) *deest inscriptio capitis in* 8. l) opportunum *corr. in* 1*. m) f. etiam 1*. n) in *addit* 8. o) ibi B. p) Domini 5. 8. q) ydolatria 3. 7. 8; idololatria *Ed.*

10) Conradus. 11) Rudolfus. 12) scilicet Leone.

geret et multa messe diaboli sizania suffocaret[a]. Fuit autem princeps[b] huius institutionis auctor domnus Meinardus[c] Sygebergensis[d] canonicus, quem eloquium Domini inflammavit, ut eidem populo infideli pacem Domini nunciaret et ipsum paulatim calore fidei scintillaret[e]. Cumque vir bonus per aliquot annos cum negotiatoribus illuc iret et suis negotiis devotus insisteret, sensit manum Domini non invalidam et auditorum suorum devotionem plurimam. Accedens igitur ad Bremensem ecclesiam, quam tunc domnus Hartvicus[f] archiepiscopus[13] regebat, suam intentionem suorumque auditorum devotionem ipsi archiepiscopo simul[g] et capitulo maiori exposuit, ut non sine auctoritate vel consilio cepto labori insisteret. Qui sperantes ipsum plantando et rigando incrementum Domini percipere, ipsum ad predicandum gentibus miserunt, simul etiam pontificali honore sublimantes maiori[h] auctoritate roboraverunt. Ipse igitur[i] humilis et devotus suis auditoribus verbi[k] spargens semina, arguendo, obsecrando, magis tamen obsecrando, duritiam[l] gentilium frangens, ipsorum corda non minus muneribus[14] quam exhortationibus paulatim ad quod volebat, Deo annuente, perducebat.

Anno[m] igitur verbi incarnati 1186.[15] fundata est sedes episcopalis in Livonia a vene- 1186.
rabili viro Meinnardo[n], intitulata[o] patrocinio beate Dei genitricis Marie, in loco qui Riga dicitur[16]. Et quia idem locus beneficio terre multis bonis exuberat, nunquam ibi defuerunt Christi cultores, et novelle ecclesie plantatores. Est enim eadem terra fertilis agris, abundans[p] pascuis[q], irrigua fluviis[17], satis etiam piscosa[r] et arboribus nemorosa. Domnus quoque Bertoldus[s], abbas in Lucka[18], relicta prelatione et ipse verbi semina gentilibus spargere studens, huic[t] labori non impiger se ingerebat. Unde gratia Dei cooperante, non parum gentilibus quibusdam acceptus erat. Considerabant sane in viro gratiam conversationis, temperantiam sobrietatis, modestiam patientie, virtutem quoque[u] abstinentie, instantiam predicationis, iocunditatem[v] affabilitatis.

Unde post decessum domni Meinnardi[19], qui, ut premissum est, bonum certamen certavit, 1196.
cursum quoque* felicem consummavit[20], quia omnibus tam clero quam populo conversatio[w] domni Bertoldi innotuerat, ipsum unanimi consensu locum defuncti sortiri exoptabant. Qui veniens Bremam, episcopus consecratur. Cui etiam ad supplementum laboris redditus[x] annuales in eadem ecclesia ad viginti marcas deputantur[y]. Cuius predicationis instantia nonnulli sublimes et nobiles signaculo sancte crucis insigniti, ad deprimendas[z] gentilium vires, vel potius ad* cultum Christi perdomandas, iter peregrinationis arripiunt[a]. Nec defuerunt sacerdotes et litterati, suis exhortationibus eos[b] confortantes et ad terram promissionis felici perseverantia eos pertingere promittentes. Et quia profectio sive peregrinatio Iherosolimitana[c] tunc vacare videbatur, ad supplementum huius laboris domnus papa Celestinus indulserat, ut quicunque peregrinationi memorate se vovissent, huic itineri, si tamen ipsis complacuisset, se sociarent, nec minorem peccatorum remissionem a Deo perciperent[21]. Fit igitur de tota Saxonia, Westfalia vel[d] Frisia[e] prelatorum[f], clericorum, militum,

a) suffocaren...˜ 3; suffocarentur *Ed.* b) primus 3. 5. 7. 8. *Ed.* c) meinnardus 3. 8; meynardus 5. 7. d) syebergensis 3; sigebergensis 7. *Ed.* e) cintillaret 5. 7. 8, *ita et* 1* *sed corr.* scintillaret. f) hartwicus 3. 7. g) similiter *Ed.* h) maiore *Ed.* i) ergo 8. *Ed.* k) verbi dei 5. l) duriciam 1*. *quod quadrat in scribendi rationem fragmenti Brunnensis.* m) *hic litteram initialem minio tinctam adhibent* 5. 8; VII, 9. de fundacione episcopatus in liuonia 7; VII, 9. *Edd.*; De eodem 3. n) meynardo 5. 7 *saepius*; meynnardo 8; Meinardo *Ed.* o) intytulata 8. p) habundans 8. q) paschuis 7. r) pischosa 7. s) Bartoldus 1* *saepius.* t) et huic 5. u) que *Ed.* v) iucunditatem 1*. *Ed.* w) conseruatio 1*. x) reditus *Ed.* y) disputantur 1*. z) depremendas 1*. *) ad *deest* 7.
a) ar||ripiunt. *Hic in cod.* 3 *folii ultimi parte exteriore, cum minora quaedam, tum maius foramen ortum incipiens a prima folii linea. Ita fit ut perierit scriptura dimidiam fere partem in folio adverso usque ad verba* lucra||tus brauia *in folio averso inde a verbis* gratiam apud|| — prepositus (*linea* 16*ma*). b) eos *deest* 7. c) hierosolimitana 5; ierosolimitana 7. 8. d) ac 7. e) frysia 3. f) prelatorum *omisit* 1*.

13) scil. annis 1184—1207. 14) Hoc etiam de successore Meinardi tradunt Gesta Bertoldi episc. Livon. a. 1197. §. 2. 15) Idem annus legitur in Auct. Aquicinct. ed. Miraeus p. 241. 16) Immo primum fuit sedes episcopalis in Uexküll, v. bullas, quibus Clemens III. papa novum episcopatum Ikescolanensem a. 1188. archiepiscopo Bremensi confirmat, in Hamb. Urkb. I, n. 278 et 280. Rigam Albertus episcopus demum a. 1201. aedificavit, eodemque anno sedem episcopalem eo transtulit, v. Gesta Alberti c. 3, §. 1 et c. 4, §. 4. 17) *Rigam appellant — eo quod sit pascuis, pratis et aquis valde irrigua.* Gesta Alb. c 2, §. 5. 18) Loccum. Profectus est in Livoniam a. 1194, v. Albericum h. a. 19) Obiit Octobr. 11, Necrolog. Luneburg., anni, ut videtur, 1196, v. Gesta Bertoldi a. 1198. §. 6. Econtra a. 1195 Bertholdum episcopum consecratum esse referunt Ann. Stadenses. 20) 2. Ep. Timoth, c. 4, v. 7. 21) Cf. Gesta Alberti c. 1, §. 5.

negotiatorum, pauperum et divitum[a] conventus plurimus, qui in Liubeka[b] comparatis navibus[c], armis et victualibus Livoniam usque pervenerunt. Cumque presul beatus exercitum produceret contra infideles Christi cultoribus insidiantes, in manus impiorum cum paucis[d], 1198. Iul. 24. duobus tantum, devolvitur, occiditur[23] et, ut speramus, gloria et honore coronatur; erat enim flagrans mortis desiderio.

Qui sicut prime lucratur[e] bravia[24] sortis[f],
Sic ipsi prime fuerat data copia mortis.

Denique die secunda cum requirerentur corpora occisorum, inventum est corpus episcopi intactum et incorruptum, ceteris corporibus, quia estus erat, muscis et vermibus repletis. Quod cum planctu nimio et exequiis sollempnibus[g] in civitate Riga[h, 25] tumulatum est.

Post hec dominus Albertus, Bremensis canonicus, in sedem defuncti sublimatus est[26]. Qui cum adhuc iuvenili floreret etate, magna morum pollebat maturitate. Et quia vir parentatus erat[27], ornatus fratribus et amicis, in vinea Domini cooperatores habebat plurimos. Nec facile exprimere potero, quantam invenerit[i] gratiam apud reges et magnates, qui ei cooperabantur pecuniis, armis, navibus, victualibus. Inter[k] quos domnus Andreas, archiepiscopus Lundensis[28], Bernardus Pathelburnensis[l 29], Yso quoque Verdensis[30] manus suas Domino consecraverunt[k, 31]. Optinuerat etiam a sede apostolica, ut, si quos invenisset viros[m] religiosos et verbi Dei erogatores sive de ordine monachorum, sive regularium[n] canonicorum vel aliorum religiosorum, ipsos suo labori cooperatores efficeret[32]. Unde ipsum sequebatur multitudo maxima et militum manus copiosa. Cumque frequenter estivo tempore exercitum produceret[o] contra crucis Christi inimicos, non solum Livones, verum etiam alias[p] barbaras nationes ita sibi subiecerat, ut ab eis obsides acciperet et pacis conditiones cum eo[q] facerent[33]. Crevit igitur ecclesia Dei in Livonia[r] per venerabilem virum Albertum, bene disposita prepositis, parrochiis, cenobiis. Multi etiam[s] continentias[t] voventes, et soli Deo militare cupientes, forma quadam Templariorum omnibus renunciantes, Christi militie[u] se reddiderunt[v], et professionis sue signum in forma gladii, quo pro[w] Deo certabant, in suis vestibus preferebant[34]. Qui confortati et animo et numero, inimicis Dei terrore non parvo formidabiles effecti sunt. Nec defuit divina miseratio fidem suorum inconcussam roborando[x], et hoc[y] indiciis veritatis[z] demonstrando. Nam cum quidam neophytorum[*] ab inimicis sue gentis comprehensi fuissent, muneribus[a], blandimentis ad pristinum errorem eos reinvitare[b] satagebant. Quibus cum nulla ratione consentirent, sed suscepte fidei sacramenta[c] inviolabiliter constantissime observare decrevissent, incredibili tormentorum genere eos trucidabant. Qui sua confessione multos confortabant, quia per eos plurimi Deum[d] glorificabant. Verum inter hec prospera non defuerunt adversa. Siquidem rex Rucie de Plosceke[e, 35] de ipsis Livonibus quandoque tributum colligere consueverat[36], quod ei episcopus negabat. Unde sepius graves insultus ipsi terre et civitati sepe dicte faciebat[37]. Sed Deus adiutor in oportunitatibus suos semper protegebat. Orta tamen fuit inter domnum episcopum et fratres supra dictos, qui Dei milites dicuntur, quedam intestina simultas[f] et mirabilis quedam[g] altercatio. Dicebant sane fratres, ipsorum iuris esse tertiam partem

a) pauperum et divitum 5. 7. 8. R. b) lubeke 5. 7. 8. *Ed.* c) manibus 1*. d) paucis *deest Ed.* e) lucratus 3. f) fortis 5. 8. *Ed.* g) solennibus 1*. h) ryga 3. i) inveniret 1*. k) inter quos — consecraverunt *desunt* 1*. l) padelburnensis 7; Padelburensis 7*; pathelburyensis 3; pathelburgensis 8. *Ed.* m) viros *deest* R. n) regalium 8. o) duceret 8. *Ed.* p) alias *deest* 7. q) eo *deest* 5. r) in Livonia *desunt* 3. 5. 7. 8. *Ed.* s) etenim 1*. t) continentius 1*; continentiam 3. u) milites christi in liuonia *m. rec. in margine* 8. v) dediderunt *Ed.* w) pro *omisit* 5. x) servando et roborando 5; laborando 7. y) hic 7; his R. z) veritatem R. *) neophitum 8. a) et *addunt Ed.* b) immutare *Ed.* c) fidei sacra‖(menta) *hic deficit cod.* 3. d) dominum 1*. e) plostowe 7; ploscove 7*. f) simultatio 1*. g) intestina — quedam *desunt* 5. 7. 8. R.

23) a. 1198. Iul. 24, v. Gesta Bert. §. 6. 24) i. e. brabea. 25) immo in ecclesia Ixcolanensi, v. Gesta Alberti c. 8, §. 6. 26) Consecratum Albertum a. 1199. ineunte m. Martio et exinde ordinem gestorum suorum constituendum esse statuit Bonnell, Russisch-Liwländ. Chronographie. 27) V. stemma genealogicum Ann. Stadensibus adiunctum, T. XVI, p. 374. 28) Sedit a. 1201—1228. Rigam profectus est a. 1206, v. Gesta Alberti c. 8, §. 13. 29) Qui fuit annis 1203—1223. 30) Qui fuit annis 1205—1231. 31) Bernhardus et Yso episcopi a. 1210. se in Livoniam transituros esse promiserunt, transierunt anno sequenti simul cum Philippo episcopo Racesburgensi, v. Gesta Alberti c. 12, §. 4. c. 13, §. 2. 32) V. bullam Innocentii III. papae a. 1204. Oct. 12. datam. Hamburg. Urkundenb. I, n. 347. 33) velut a. 1201. cum Curonibus et cum Lettonibus, 1203 cum Semigallis, v. Gest. Alb. 3, §. 3. 4. c. 4, §. 7. 34) Ordo gladiferorum institutus a. 1201. 35) Polozk, castrum iuxta Dünam. 36) De quo v. Gesta Meinardi ep. Liv. §. 3. 37) V. Gesta Alberti ep. Liv. c. 5 et 8.

totius[a] gentilitatis, quam domnus episcopus vel verbo predicationis vel violentia expeditionis optinere potuisset. Quod cum episcopus omnino eis negaret, facta est inter eos gravis discordia, ita ut multum contra ipsum in curia Romana[b] laborarent, nec minus domnus episcopus[c] suam sententiam confirmaret[38].

## LIBER SEXTUS.

1. *De electione Ottonis regis*[d]. In omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta[39]. Denique principibus de peregrinatione reversis, Syon quidem, peccatis nostris prepedientibus, captiva remanebat, nec minus[e] ecclesia in occiduis partibus bellis intestinis laborabat. Deficiente sane glorioso imperatore Heinrico[f], per quem Deus terminos imperii, ut dictum est, multum dilataverat, neglecta fide sive[g] electione in filium ipsius[h] facta, duo soles, id est reges, exorti sunt, qui radiis invicem discordantibus Romani imperii fines non modice perturbabant. Siquidem Colonia Agrippina[i] in regnis inclita, colloquio celebrato cum regni primatibus de electione novi regis tractare cepit. Huic colloquio intererat Adolphus Coloniensis archiepiscopus; Conradus Moguntinus[k], qui quidem[l] presentialiter aberat, transmarinis negotiis, ut predictum est, occupatus, cuius vicem in omnibus negotiis ordinandis ipse Coloniensis tenebat, nec minus domnus Treverensis[40] talibus se negotiis non absentabat. Intererat quoque palatinus de Reno Heinricus[m. 41] cum multis nobilibus, qui omnes unanimi consensu Ottonem, Heinrici nobilissimi principis et ducis filium, in Pictavia[n] adhuc constitutum, in regem et Romani imperii principem elegerunt, 1198. Apr.
missisque legatis eum cum summo honore Coloniam usque perduxerunt[42]. Nec defuit inter ista benevolentia[o] avunculi sui Riczhardi[p] regis Anglie, cum maximis copiis thesaurorum ad[q] tantam vocationem eum amplissime promovendo. Confirmataque electione regis Ottonis, ipse collecto robore militum, aspirantibus suis electoribus, obsidione maxima Aquisgrani[r] vallavit, que contra eum[s], fidem adhuc servans imperatori mortuo sive ipsius fratri Philippo[t], nimis obstinata erat. Quam tamen non sine difficultate et[u] expensis plurimis[43], septuaginta videlicet marcarum milibus, violenter optinuit, unctusque in[v] regem ab Adolpho memorato archiepiscopo in sedem imperii sublimatus et Romanorum augustus est salutatus[44]. Talis igitur electio sive regis ordinatio per legatos honoratos a domno Coloniensi sive[w] ab aliis archiepiscopis[x], principibus, primoribus, domno Innocentio, Romane sedis summo[y] pontifici, insinuata est[z], omnibus obnixe postulantibus, ut electionem sive ordinationem regis Ottonis approbaret ipsamque sua auctoritate confirmaret. Qui nimis gavisus est et non solum ipsius electionem approbavit, sed ipsum Ottonem imperio dignissimum iudicavit[*], eumque filium suum dilectum declaravit[a], missisque epistolis omnibus prelatis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus regalia tenentibus obtentu obedientie, ut regi electo subservirent[b], mandavit[45].

2. *De electione Philippi regis*[c]. Inter hec Philippus, qui imperialia tenebat, fratri succedere aspirabat. Quem multorum copia iuvabat Saxonum, Franconum[d], Suevorum, Bawarorum[e], utpote qui omnia loca munita, civitates, castra[f] tenebat, et, cum sola Colonia et pars quedam Westfalie[g] Ottoni faveret, totum robur imperii Philippo[h] adherebat. Coadunata igitur multitudine prelatorum et principum de Franconia, Saxonia, Suevia, Bawaria[i], Thuringia apud Moguntiam[k], consensu et favore omnium in regem eligitur[l], et a domno Tarentino[46] archiepiscopo consensu cleri et conniventia capituli maioris[m] sine preiudicio

a) totius *deest* 7. b) Romana | laborabant *hic fasciculus* O *in apographo Hafniensi incipit.* c) ipse *corr.* episcopus 1*. d) De el. o. r. liber 6tus 1*. 3. 7. 8; Incipit liber sextus de el. O. r. 5. e) in *addit* 5. f) henrico *saepius* 7. g) sine 3. h) eius 5. i) agryppina 3. k) mogontinus 3. 5. 8 l) tamen *Ed.* m) h. frater regis 5. n) Pictavio *Ed.* o) beniuolentia 3. 5. 7. p) rischardi 3; *ita m. rec. corr. in* 5; rischardi 8; richardi 7. *Ed.* q) ad *deest* 3. r) Aquisgranum *Ed.* s) que tamen contra 3. t) phylippo 3. u) et *deest* 5. v) ni 1*; in *deest* 3. w) siue *deest* 7. x) et *addunt Ed.* y) summo *deest* 3. z) 1206 otto coronatur *m. rec. in marg.* 8. *) Innocentius 3us *m. rec. in margine* 8. a) declamauit 5. b) seruirent *Ed.* c) *omisit cap. inscriptionem miniator in* 3. d) Francorum *Ed.* e) Bavarorum *Ed.*; baurorum 3. 5. 7. 8. f) et castra 1*. g) westualie 3. h) phylippo *semper* 3. i) bawaria 7; Bavarie *Ed* k) mogontiam 5. 8 *similia.* l) est electus 5. 7. 8. *Ed.* m) maiores 1*.

38) Quod factum est ab Innocentio III. per bullam datam a. 1210. Oct. 20. V. von Bunge, Liv-, Esth- und Curl. Urk. B. I, n. 16. 39) Conf. s. l. IV, c. 25. init. 40) scil. Iohannes. 41) Heinricum palatinum tunc temporis nondum de terra sancta rediisse constat. 42) Electus est ineunte mense Aprili a. 1198. advenit Coloniam medio Maio. 43) Cf. verba Ann. Colon. max. p. 807: *multis expensis et gravi labore consumpto.* 44) A. 1198. Iul. 12. accepit coronam. 45) Haec demum a. 1201. facta sunt. 46) Non Tarentinum, sed Tarentasiensem archiepiscopum eum consecrasse constat, cf. Innocentii III. registrum de neg. imp. ep. 21.

1198. domni Moguntini Conradi, qui ut sepe dictum est tunc aberat, cum magna sollempnitate rex consecratur et Romanorum augustus salutatur[a] [47]. Ibi quoque regina[48] regio diademate[b] non tamen coronata, sed circulata processit[c], que de Grecia oriunda Philippo nupserat et eius dignitatem non modice in suis partibus auxerat. Boemo etiam maior dignitas accessit, ut, cum antea ducatum teneret, tytulo[d] regio a Philippo sublimatus ibi et ipse procederet coronatus et gladii regis[e] baiulus[49]. His regibus non conregnantibus[f] sed invicem[g] discordantibus, turbatur ecclesia, oriuntur scismata, dissensiones[h], partes adulantium, hinc inde placere volentium. Apostolicus autem[i] Ottonem constanter firmabat, prelatos sua auctoritate ei subdebat, archiepiscoporum nullum pallio pontificali induebat, nisi Ottonem omni fidelitate devotionis honoraret. Sicque fit, ut clerus, ex magna parte pastoris timens sententiam, Ottoni faveret, Philippus autem seculari fastu sublimatus in temporalibus magis prevaleret[k], quamvis nonnulli pontificum, neglecto mandato apostolici, quibusdam tergiversationibus servire Ottoni dissimularent, quidam vero palam ei contradicentes usque in finem vite inobedientes[l] perseverare non timerent. Philippus igitur percepta[m] benedictione cum iisdem copiis, Boemo[n] comitante, per divexa[o] Reni et Moselle partibus Colonie appropiare cepit[50]. Cui Otto cum suis animosus obvius erat. Qui quoniam[p] potens erat viribus, audax animo, rugiens ut catulus leonis[51], suscitatus ad predam, ad bella paratus, aut vincere aut vinci affectabat. Philippus vero, cui plus roboris erat, astutia magis quam congressionibus vincere studebat. Cum igitur exercitus Philippi[q] Mosellam transire pararet, qui de parte Ottonis erant ei violenter resistebant, et sic[r] facta[s] strage ex utraque parte non pauci cecidere. Sicque Philippo redeunte, Boemus ad sua reversus est.

1200. Oct. 27. 3. *De morte Conradi Moguntini*[t]. Circa dies illos Moguntinus[u] Conradus vita excessit[52], et statim in tam nobili sede scisma non defuit. Fautores siquidem Philippi[v] Lippoldum[w] ecclesie Moguntine preficiunt, ecclesiastici vero viri sententiam apostolici[x] timentes ad tantam dignitatem Syfridum[y] eligunt[z] [53]. Ille imperialia a Philippo tenens, in[*] civitatibus et castris militari manu longe lateque prevalebat, iste spiritalibus[a] confirmatus, sibi subditos quietus[b] regebat.

1205. Aug. 16. 4. *De morte Ludolfi Magdeburgensis archiepiscopi*[c]. Tunc temporis Ludolphus[d] Magdeburgensis[e] archiepiscopus vita excessit[54], et domnus Albertus, eiusdem ecclesie maior[f] prepositus, in sedem sublimatus est. Qui quoniam in electione sua quosdam emulos habuit, per semet ipsum ad domnum apostolicum accedens[g], sicut in prepositura ita et in episcopatu ab ipso confirmatus cum honore ad sua reversus est, ita ut Ottoni regi faveret et eius principatui non contradiceret.

1200. Exinde Philippus de multis copiis presumens, Ottonem iterato inpetiit[h] et contracto exercitu veniens, Brunesvich[i] civitatem artare cepit[55]. Tunc temporis Otto rex defuit, sed frater eius Heinricus palatinus civitatem constanter tenuit. Adversarii tamen ipsam civitatem circa monasterium beati Egidii[k] intrantes et pontem occupantes[56], ipsam fere civitatem irruperant. Quod cognoscentes qui intus erant in alio latere civitatis occupati, ubi cum maiore[l] robore Philippus rex esse videbatur, subito ad resistendum conversi, hostes in fugam convertunt[m] ipsosque balistarum iaculis longe[n] repellunt. Interea quidam latrunculi domum beati Egidii, que contigua erat, irrumpunt[o] et quadam barbarica ferocitate mona-

a) consecratus — salutatus 1*. b) dyademate 3. c) processit 1*. d) *ita et* 1*, *sed corr.* titulo. e) regii *Ed.* f) congregantibus 3. g) invicem *deest Ed.* h) et dissensiones 1*. i) autem *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.*; Innocentius 3us *m. rec. in marg.* 8. k) praevalebat *Ed.* l) obedientes 7. m) accepta 5. 7. 8. *Ed.* n) boemis 5. 7. 8. o) deversa *Ed.* p) cum 1*. q) ph. regis 5. 7. 8. *Ed.* r) sic *deest Ed.* s) fracta 8. t) maguntini 8; maguntini 3; de m. mogont. archiepiscopi 5. u) mogontinus 3. 5. 8 *similia saepius.* v) Philippi *deest* 8. *Ed.* w) lyppoldum 3; *ita et* 1*, *sed corr.* luppoldum. x) domini ap. 5. y) siffridum 3. 5. 7. z) elegerunt 3. 5. 7. 8. *Ed.* *) in *deest Ed.* a) spiritualibus *Ed.*, *ita corr.* in 1*. b) quiete *Ed.* c) episcopi 5; Item de eodem 3. d) Ludevicus R. e) magdeborgensis 3. f) maior *deest* 5. g) excedens 8. *Ed.* h) inpecilt 1* *sed. corr.* impetiit. i) bruneswich 3. 7. 8 *saepius*; brunswich 5; Brunschwig *Ed.* k) egydii *saepius* 3. l) maiore *deest* 7. m) converterunt 5. 7. n) longe *deest Ed.* o) erant irruperunt 5.

47) Electus in civitate Thuringiae Arnstadt Mart. 6. coronatur Moguntiae Sept. 8. 48) Irene, filia Isaaci Angeli imperatoris Constantinopolitani, quondam sponsa Wilhelmi, filii Tancredi. 49) scil. Ottocarus I. 50) Circa initium Octobris, Ann. Col. max. 51) Forte noster alludit ad nomen Welf, quod catulum significat. 52) a. 1200. Oct 27. 53) Liutpoldum de Schönfeld, tunc episcopum Wormatiensem, et Sifridum de Eppstein. 54) Obiit a. 1205. Aug. 16. Cur Arnoldus seriem temporis hic omiserit certo mirum videatur; cf. supra l. V. c. 18. 55) scil. aestate a. 1200. Cf. Chron. rythm. Brunswicense cap. 51. 56) scil. Ockerae fluvio impositum; *dhe langhen brucke* ibid. p. 99.

chos invadunt, vestibus exuunt, officinas claustrales, dormitorium, coquinam[a] utensilibus 1200. suis privaverunt, ita ut ipsi oratorio non parcentes, securibus[b] hostia[c] succidentes, ornamenta ecclesie diripere conarentur. Que tamen tutante Deo quorundam monachorum industria conservata sunt, qui hostium[d] sacrarii quibusdam instrumentis astute celaverunt, ita ut paries solidus videretur. Et sicut in diebus Rachelis[e] sollicitudo querentis delusa est[57]. Cancellarius tamen Conradus audita direptione ecclesie cum multitudine supervenit, et seditione[f] sedata raptores iniustos procul abegit. Nec defuit vindicta Dei. Nam sequenti die unus illorum, qui pre ceteris violentior fuerat, in amentiam raptus coram omnibus misere vitam finivit. Nec mirum. Quante enim virtutes ab antiquis diebus in eadem domo per misericordiam Dei orationibus beati Egidii celebrate sunt? quanti demones ab obsessis[g] corporibus fugati, ceci illuminati, claudi et[h] paralytici[i] curati et de diversis laqueis et compedibus sive carceribus diversis in locis afflicti liberati? qui ad ipsam domum beati Egidii cum ymnis et laudibus Dei confluentes liberationis sue memorias, ut nunc videri potest, cum gaudio ibi[k] reliquerunt. Non tamen aliquibus in[l] scandalum veniat, si forte peccatis latentibus ipsa domus tantarum virtutum a[m] filiis[n] Belial[o], Deo permittente, ad tempus afflicta est, cum ipse Dominus virtutum et rex glorie in nostra redemptione positus a manibus impiorum se teneri et crucifigi passus est[p]. Crevit tamen civitatis obsidio per aliquot dies[q], sed qui intus erant confortabantur, exteriores vero affligebantur. Interiores ciborum affluentiis[r] fruebantur[s], exteriores vero fame et inedia torquebantur. Homines sane Ottonis[58], qui exteriores excubias servabant, in rupibus et vallibus et silvis latitantes plaustra cum victualibus de diversis locis et civitatibus venientia impetu[t] valido prepedientes, hominibus occisis, quibusdam vero captivatis, rebus et equis ablatis, ipsa victualia in dispersionem dederunt. Videres illic fluitantes[u] rivos cerevisie[v] sive vini, qui destructis vasis cum inundatione vehementi terram irrigabant. Taliter hostes afflicti magis abesse quam adesse volebant. Conditione tamen quadam pacis interposita obsidio soluta est, et illi sine honore discesserunt nec ultra civitatem inpetere[w] adiecerunt[59]. Est enim non parva spes civitati illi de suffragiis beati Auctoris archiepiscopi Treverensis, cuius corpus ibi requiescit. Quod Gerthrudis marchionissa[x], Egberti[y] marchionis coniunx[z, 60], cum tempore viduitatis sue ipsum monasterium fundasset, a Treverensibus multis supplicationibus optinuit et in eodem monasterio cum aliis corporibus Thebeorum[*] martirum[a], ut nunc cernitur, in sarcophago honorifice collocavit. Et quia idem pontifex, cum terra sua ab Hunis[b] vastaretur, qui sanctas virgines Colonie trucidaverunt, civitatem Treverorum, quam tunc regebat, orationibus suis illesam protegebat, ipsam adhuc virtutem apud Deum[c] habere creditur, ut civitatem, in qua nunc requiescit, suis orationibus ab hostium incursu protegat et defendat. Unde mos inolevit Brunesvicensibus[d], ut cum timore obsidionis artantur, reliquias memoratas circa ambitum sue civitatis cum letaniis[e] et Dei laudibus et elemosinarum largitionibus devote circumferant, et infra ipsum ambitum nullos hostium incursus perferant. Res est probata et in liberatione eorum sepius experta[61].

5. *De expeditione Ottonis*[f] *regis in Thuringiam*[g]. Sequenti anno Odackerus Boemus legitimam suam repudians, aliam de Ungaria duxit uxorem[62]. Unde commotus frater repudiate, Theodoricus[h] marchio Misnensis, una cum duce Bernardo, qui Philippi regis fami-

a) culinam *Ed.* b) securibusque 3. 5. 7. 8. *Ed.* c) ostia 3. 5. 7. *Ed.* d) ostium *corr.* 1*; *ita et* 3. 5. 7. *Ed.* e) rachalis *corr.* Rachelis 1*; Racheelis 7. f) sedicione *corr.* seditione 1*. g) obsessis 5. h) et *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* i) paralitici 3. 7. k) ibi *deest* 8. l) etiam 3. m) et 8. n) filiabus 3. 5. 8; filialibus 7. o) belyal 3. p) sit *Ed.* q) obsidetur brunswic partis ottonis *m. rec. in marg.* 8. r) affluencia *corr.* affluentiis 1*. s) exteriores — fruebantur *desunt* 5 *aberrante librarii oculo.* t) impetu 3. u) fluctuantes 3. 5. 7. 8. *Ed.* v) cervisie 3. 5. 7; cervisie 8. w) inpetere 1* *sed corr.* inpetere. x) marchyonissa 3. y) Egeberti (egberti?) 1*. z) coniux *Ed.* *) tebeorum 3. a) matrum *corr.* matrum 1*. b) Hunnis 1*. c) dominum 1*. *Ed.* d) brunswicensibus 3; brunswicensibus 5. 7. 8; Brunswicensibus *Ed.* e) letaniis *corr.* litaniis 1*. *Ed.* f) ottonis *deest* 8. g) Item de eodem 3. h) tedericus 3; theodericus 8.

57) Genes. 31, 35. 58) Advenerat ipse interea de partibus Rheni. 59) Induciae tantum ad 7 septimanas factae sunt in castro Horneburg ultra Wolfenbüttel; v. Chron. rythmicum Brunswic. cap. 52 fin. 60) Immo fuit Gertrudis soror Egberti Brunswicensis, marchionis Misniae, coniux Heinrici Crassi de Northeim, socrus Lotharii III. imperatoris. Transtulit b. Auctorem in monasterium S. Aegidii a. 1115, v. Transl. S. Auctoris T. XII, p. 315. 61) S. Auctoris auxilio tunc civitatem esse liberatam, Chron. rythm. cap. 52 et Transl. S. Auctoris p. 316 narrant; in somno enim apparuisse cum archiepiscopo Trevirensi. 62) *Sequenti anno* non recte dicit. Repudiata Adela, filia Ottonis marchionis, duxit Constantiam, Emmerici regis sororem, non diu post coronationem a. 1198. factam; v. Abel p. 165. 359.

liares fuerunt, hoc apud ipsum obtinuerunt, ut regnum sive ducatum Boemie Odackero[a] adultero auferret et ad Theobaldum[b] puerum, qui tunc Magdeburch[c] studebat, Theobaldi filium, transferret. Quod et factum est. Unde commotus Boemus[d], a Philippo alienatus, lantgravio Thuringie Hermanno confederatus est. Qui contra Philippum sentientes, multa contra eum machinari ceperunt[63]. Hermannus igitur, qui filius sororis Fritherici[e] imperatoris[f] fuerat, immemor consanguinitatis et iurisiurandi ad Ottonem regem se transtulit[64], ita ut Northhusen[g, 65] et Mulenhusen[h] ab ipso in beneficio susciperet et cum eo, adiuncto Boemo, exercitum contra Philippum produceret et propriam terram hac occasione irrecuperabiliter[i] vastaret. Philippus enim cum manu gravi, Lippoldo[k] Moguntino[l] auxilium ferente, et aliis 1203. multis copiis Thuringiam intravit et Erpisfordia[m] consistens totam terram in circuitu vastabat[66]. Nec minus qui de foris erant provinciam vastabant. Sunt enim Boemi natura pravi, actu scelerati et nunquam expeditionem suscipere volunt, nisi liberam habeant potestatem vastandi sancta cum non sanctis. Nec defuit ibi illud perditissimum[n] hominum[o] genus, qui Valwen[p, 67] dicuntur, crudelitates suas et nequitias exercentes, de quibus loqui non est edificatio sed miseria. Cum igitur adversarii cum Philippo congredi timerent, ut dictum est, omnia pervagantes rebus multis Thuringiam spoliaverunt. Sedecim sane ecclesie conventuales religiosorum tam virorum quam mulierum cum parrochiis 350 a Boemis destructe sunt, et cum ceteris mobilibus[q] ipsa ornamenta ecclesiarum a sceleratis inquinata sunt. Videres illic pessimum quemque, quod dictu nefas[r] est, pro camisia indutum alba, accinctum stola, alium pro tunica uti dalmatica, tertium pro clamide[s] amictum casula. Alterius cuiuslibet scelerati equus palla altaris discurrebat opertus. Et quod sine lacrimis et gemitu vix dici potest, religiosas et nobiles Deo dicatas feminas, ad strepas equorum ligatas, quasi captivas trahebant et[t] templa Dei non manu facta libidinose polluebant. Inter quas nonnulle hoc genere tormenti ad mortem usque[u] vexate sunt. Quid istas nisi[v] inter martires[w] deputare possumus? Absit enim a Christi fidelibus, ut eas sponte a tam turpibus, ut ita dicam, canibus credant velle[x] inquinari. Cum igitur caro vim sit[y] passa, hoc volumus et[z] procul dubio speramus, ut[*], spiritu[a] reluctante, anima Deo dicata permanserit inviolata. Nonne in primitiva ecclesia, quando persecutio instabat martirum, hoc genus mortis sanctis et nominatis virginibus, ut in passione[b] earum legimus, ab impiis[c] iudicibus sive tortoribus sepius intentatum est? Sed si a pio sponso earum, Ihesu[d] Christo, qui idolatras[e] illos in his[f] prevalere nolebat, ab omnibus his[g] misericorditer et miraculose sunt liberate, non minus istas in consortio[h] illarum sperandas credimus, que tempore ecclesie a fidei professoribus non cultoribus talia sustinuerunt, in castitatis professione perseverantes. Nonne huic simile invenitur de sancta virgine et martyre[i] Hyrene? que pessimo iudici scortum sibi minanti sic respondit: *Non reputo quam crudeli, quam turpi mortis genere corpus deficiat, dum spiritus tormentis non cedens nec carnis illecebris consentiens intactus et illibatus Deo permaneat. Numquid[k] polluti sunt sancti[l] martyres de sacrificiis idolorum[m], quibus tu sanguinem demonibus immolatum[n] violenter ore aperto infundi iussisti? Non sunt polluti, immo pro his et aliis irrogatis sibi penis et iniuriis eternaliter sunt coronati.* His et aliis exemplis instructi credimus et has coronatas, que castitatem veraciter professe, nolentes, non[o] consentientes hoc genere mortis defecerunt.

a) Odacgero 1*. b) thebaldum 3 *semel*, 5. 7. 8. c) magdeburg 3. 7. 8; Magdeburgi *Ed.* d) bohemus 5. 8 *in marg. m. rec.* e) friderici 5. *Ed*; frederici 3. 7. 8. f) inperatoris 3. g) *correxi e* Northhen 1*, northem 3. 5. 7; Northen *Ed.* h) molenhusen 7. 8; molenhusem 3; mollenhusen 5; Mulenhausen *Ed.* i) irrecuparabiliter 1*, *sed corr.* irrecuperabiliter. k) luppoldo 3. l) mogontino 3. 5. 8. m) erpisvordia 3; Erpisfordiae *Ed.* n) perdidissimum 5. o) hominum *deest* 5. p) waluwen 2; ualue 3. 5. q) monialibus 5. r) nephas 3. 7. 8. s) clamide *corr.* chlamyde 1*. t) et *deest Ed.* u) usque *deest* 3. v) nisi *deest* 1*. w) matres, matrum 1* *saepius.* x) voluisse *Ed.* y) sit *deest* 3. z) hoc volumus et *desunt* R; cum — volu(mus) *in margine* 8 *adiecit m. rec.* *) quod *Ed.* a) spiritu *adiectum in marg.* 5 *a m. rec.* b) passionibus *Ed.* c) inpiis 8. d) Iesu 1*, e) ydolatras 3. 7. 8. f) hiis *adiecit m. rec. margini* 5. g) hiis 3; his *deest* 5. 7. 8. *Ed.* h) consorcio *corr.* consortio 1*. i) matre 1*. 8. *Ed.* k) numquit 3; nunquid 1*. *Ed.* l) sancti *deest* 8. *Ed.* m) ydolorum 3. 7. 8. n) ymmolatum 7. e) et non 3.

63) Arnoldum hic seriem rerum confudisse, ostendit Abel p. 166. 359 not. 5. Philippus enim regnum Bohemiae Theobaldo transtulit, postquam Ottakar defecit a. 1202. 64) Hermannus landgravius primo Ottonis, deinde Philippi partes secutus a. 1203. denuo hunc deseruit. 65) *Northusen* legi debet, quam lantgravius ab Ottone accepisse constat ex Innoc. reg. imp. ep. 27. 66) anno sc. 1203. 67) Intelligendae sunt copiae Emmerici regis de Ungaria, natione Cumani et Petschenegae. De vocabulo ex voce Planci corrupto v. Abel p. 360.

Boemus autem usque Hallis[a] procedens[b], enormia perpetrans[c] per terram marchionis[68], ut de eo vindictam expeteret, ad sua reversus est non sine gravi iactura suorum, qui stragem non parvam diversis in locis perpessi sunt, Deo eis retribuente[d] secundum nequitias[e] operum suorum. Rex autem Otto reversus ad sua, nondum dimisso exercitu, edificavit castrum firmissimum Harlungenberch[f, 69]. Unde Goslarienses nimis afflicti sunt, ita ut, multis de civitate exeuntibus, ipsa civitas ex magna parte desolata videretur. Siquidem ipsa civitas inedia et fame laborabat, in oriente quidem oppositum habens castrum novum, in occidente vero castrum Lichtenberch[g]. Nec permittebantur intrare civitatem plaustra[h] seu vehicula, que civibus inclusis necessaria afferrent. Medio tamen tempore Lichtenberch ab Hermanno comite de Hartesburch[i] insidiose capta est, et civitas de tanta obsidione partim soluta est. Postea tamen occasione eiusdem[k] castri Goslaria desolata est.

6. *De discessu palatini a fratre.* Aliquantulum temporis fluxerat et rursum Philippus 1204.
cum militum manu partibus Ottonis appropiabat[70]. Qui cum Brunesvich[l] consisteret, collecta multitudine militum vel etiam civium, qui propter continuas bellorum exercitationes gladiis et sagittis et lanceis non parum prevalent, obviam ei processit prope Goslariam castra metanti[m]. In comitatu eius erat palatinus[n] frater ipsius cum copiis non parvis, quas de Aldenburch[o] et de Stadio et ministerialium[p] suorum numero contraxerat. Cumque fratres vallati tantis exercitibus prope villam que Burchtorp[q, 71] dicitur consisterent, repente quedam[r] inopinata discordia emersit, que semper suos cives miseros facit iuxta illud poete:

*— — — En quo discordia cives*
*Perduxit miseros*[s, 72]. — — —

Et sic[t] illa congregatio in stuporem et merorem versa infecto negotio soluta est. Palatinus sane, qui partes fratris instanter iuvabat, continuas minas a Philippo audiebat, quod dignitatem palatii quam circa Renum habebat, perderet[u] nisi[v] a fratre recederet. Dicebat enim, se nolle tollerare, quod rebus palatii gravaretur, quas ipse et non[w] alius dispensare videretur. Durum ergo visum est palatino, utrobique dispendium pati, in fratris servitio sua[x] expendere[y] et, neglecto Philippo, palatii dignitatem perdere. In ipso igitur congressionis articulo, fratri[z] regi[*] ita locutus est clanculo: *Frater, ego quidem tibi servire dupliciter teneor et iure consanguinitatis et fide regie maiestatis. Ut igitur tibi plenarie possim*[a] *assistere, equum est, ut aliquid emolumenti a te debeam accipere. Dimittas ergo michi si placet*[b] *civitatem Bruneswich et castrum Lichtenberg*[c]*, ut his munitionibus roboratus, omnibus adversariis tuis circumquaque resistere sim paratus.* His auditis frater rex non sine dedignatione[d] respondit: *Non sic, frater mi*[e]*! magis expedit, me primo*[f] *regni gubernacula potenter possidere, et sic*[g] *omnia que volueris*[h] *una mecum equaliter tenere. Nolo, ut quadam formidine territus, aliqua modo facere videar, que forte in posterum quasi penitens mutare compellar.* Quid plura? sive deliberatione sive[i] necessitate palatinus, relicto fratre, multis mirantibus vel etiam lacrimantibus, ad Philippum transiit, et Otto in Brunesvich rediit. Inter hec tamen Goslarienses a Brunesvicensibus continuas oppressiones seu dilapidationes tollerabant[k], quia[l] eos frequenter foris negotiantes vel captivabant, vel casulis eorum[m] argentariis[n] destructis, supra modum dampnificabant.

7. *De captivitate Goslarie*[o]. Post hec Guncelinus[73], dapifer regis Ottonis, ipso rege in Colonia commorante[p], cum castrum Lichtenberg[q] requirere vellet, quia Brunesvicenses de eodem castro multas infestationes patiebantur, convocatis amicis castrum obsidere cepit[r].

a) Halam *Ed.* b) praecedens 1*. c) *ita et* 5 *in rasura.* d) reddente 3, 5. 7. 8. e) nequ. suas et 5. 7. 8. f) harlungenberg 3. 5. 7. 8 *Ed.* g) lychthenberg 3; lichthenberg 5; lichtenberg 7. 8. *Ed.* h) plaustra *deest* 1*. i) hertesburg 3; hartesberg 7; hartesburg 5. 8. *Ed.* k) eiusdem *deest* 3. l) bruneswich 3; brunswich 5. 7. 8; Brunschwig *Ed.* m) metati 7. n) fr. eius p. 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) aldenburg 3. 5. 7. *Ed.*; aldenburgh 8. p) mynisterialium 3. q) burchtorph 3; bruchtorp 7; bruchtorph 8, *sed m. rec in* 8, *ut Ed.*, borchtorp. r) quedam *deest* 7. s) miseros etc. *Ed.* t) sic *deest Ed.* u) perderet *deest* 3. v) nec 1*. w) non *deest* 3. x) suo 8. y) dispendere 5. z) frater *Ed.* *) regis 8. *Ed.* a) possum 8. b) si placet *desunt* 7. 8. *Ed.* c) Lichtenberge 1*; lychthenberg 3; lichthenberg 5. d) indignatione *Ed.* e) my 8. f) primum *Ed.* g) te R. h) volumus *Ed.* i) sine del. sine 5 7. R. *Korn.* k) tolerabant 1*. l) qui 3. m) suis 5. n) argumentariis 1*. o) de obsidione lichtenburg 3. 5; de o. lichtenberg 7; de o. lichtenbergh 8. p) morante 3. 5. 7. 8. *Ed.* q) Lichtenberge 1*; lichthenberg 3. 5. r) obsedit *Ed.*

68) Misnensis scil. 69) postea Harlingsberg dictum, prope monasterium Woeltingerode; cuius vestigia hodie non apparent. 70) Ineunte anno 1204. Philippus, ut Harlungenberg expugnaret, profectus est, v. Ann. Col. max. 71) Burgdorf villa inter Goslar et Wolfenbüttel sita. 72) Vergilii Ecl. I, 71. 72. sicut supra l. V, c. 29. 73) de Wolfenbüttel.

1206. Sed quia nimis[a] erat munitum, casso labore in obsidione defecerunt. Consilio igitur[b] habito, Goslariam divertunt[c] et impetu[d] valido ipsam inpugnare[e] ceperunt. Et quia, ut dictum est, ex magna parte desolata erat nec militum manu munita, subito hostibus[f] capitur et direptionem maximam patitur. Presidio tamen erat Hermannus cum paucis de Hartesburch[g], qui quoniam[h] resistere non valebat, irruentibus hostibus fugiens cum suis evasit. Depopulata est igitur civitas opulenta valde, ita ut captivatis civibus et plaustris innumeris de diversis locis adductis, per octo dies spolia deferrentur civitatis. Inter que[i] tanta erat copia piperis[k] et aromatum, ut[l] modiis ea et acervis maximis dividerent. Et quia ipsa civitas diu contra Ottonem steterat, alii ipsam[m] igne supposito succendere volebant, alii ecclesias destruere parabant. Quidam etiam ecclesiam beati Matthie armati intrantes, coronas aureas et cetera ornamenta innumera, a regibus large[n] collata, deferre parabant[o]. Sed divinitus hac voluntate mutata, obsides civium accipiunt et civitatem usque ad adventum regis illesam[p] relinquunt. Placuit hoc regi, et cum eam securius possedisset, quedam ablata civibus reddidit et ipsam de cetero subiectam tenuit[q. 74].

1204. 8. *De secunda[r] expeditione Philippi regis.* Post hec[75] Philippus[s] rex expeditionem secundam in Thuringiam ordinavit et obsidione maxima vallavit civitatem Wiscense[t], que in medio terre lantgravii sita erat[76]. Cumque per aliquod[u] tempus crevisset obsidio, Hermannus lantgravius nimis afflictus erat, qui regi resistere non valebat. Venit tamen confederatus suus Boemus, auxilium amico laturus. Qui cum esset circa Horlemunde[v. 77], intelligens virtutem[w] Philippi expavit, et qualiter evaderet[x], animo tractare cepit. Contulit tamen dolose cum Conrado marchione Landesbergensi, qualiter ad gratiam regis ipso mediante venire potuisset[y]. Cumque marchio id se agere fideliter spopondisset[z], dicebat Boemus: *Quia nunc[*] tempus instat[a] prandii, vos ad castra revertamini; sciatis tamen, me finaliter ad gratiam Philippi regis velle venire, et nullo modo hinc recedam, nisi per vos faciem eius videam.* Cum igitur marcravius ad castra remeasset, ilico Boemus relictis omnibus suis cum castris, excepta ferula, qua Boemi uti solent, ascensis caballis fugam iniit. Quem cum quadringentis viris palatinus Otto de Witilisbach[b] persecutus est usque ad silvam[c] que Boemerwald[d] dicitur. Quod videns lantgravius magis timuit et nullum videns[e] subterfugium, nulla prorsus conditione interposita, ad pedes Philippi supplex venit[78]. Qui cum diutius in terra iaceret, et eum rex de perfidia et stultitia nimis[f] argueret, tandem circumstantium[g] alloquiis admonitus eum a terra levavit et in osculo recepit. Odackerus[h] autem a Philippo in tantum est humiliatus, ut dimidietatem ducatus vix optineret, reliquam partem Theobaldus supra dictus possideret[79]. Nunc hiis omissis[i] ad nostra revertamur.

9. *De expeditione Kanuti regis[k] contra marchionem[l].* Interea non defuerunt nova in Dania et Nordalbingia. Siquidem Otto marcravius[m] de Brandenburch[n] infestabat Kanutum regem, subiciens sibi quosdam Sclavos[80] quos rex sue ditionis esse dicebat. Unde com-
1198. motus rex expeditionem contra eum ordinavit et classe terram suam intravit per aquam que Odera[o] dicitur, que in mari descensum[p] habet. Cui occurrerunt Rugiani[q] sive Rani cum Polabis et Obotritis. Rex tamen in insula Mone consistebat, Petro cancellario[81] exercitum ducente. Cumque eis[r] marchio occurrisset in multitudine militum et Sclavorum, ex utraque parte vulnerati ceciderunt. Inter alios frater episcopi Durbernus cecidit et cancellarius vulneratus in captivitatem ivit[82]. Sicque expeditio illa soluta est. Episcopus autem in gravi custodia ab Ottone tenebatur, sperans[s] se per eum multos captivos recipere vel mul-

a) minus 1*. b) ergo 8. *Ed.* c) se convertunt *Ed.* d) inpetu 3. e) *ita et* 1* *sed corr.* impugnare. f) ab hostibus *Ed.* g) hartesburg 3. 5. 7. 8. *Ed.* h) cum 1*. i) interque 3. k) pyperis 3. l) in *addit* 7. m) eam 5. n) large *deest* 7. o) quidam — parabant *postmodum adiecta in* 5. p) illesam *deest* 5. 7. 8. *Ed.* q) tenuit etc. 8. r) secunda *deest* 7. s) phylippus *semper* 3. t) Wircensae 1*; wittense 5; witzenze 7 u) aliquot 8. v) harlemunde 5; Orlemunde *Ed.* w) verticem 1*. x) evaderet *in marg.* 5 *m. rec.* y) posset *Ed.* z) spospondisset 3. *) tunc *Ed.* a) instabant 5. 7. 8. *Ed.* b) Wittelsbach 1*. *Ed.* c) syluam 1*. d) Boemerualt 1*; boemerwalde 3; boemerwalch 8; Behemerwald *Ed.* e) videns *m. rec. in marg.* 8. f) mentis R. g) circumstancium 1*. h) odekerus 3. i) obmisuis 5. 7. 8. k) regis *deest* 5. 7. l) marchiones 3; de e. marchionis, *quae in cett. codd. est sequentis cap. inscriptio, hic habet* 8. m) mantgravius 1*. n) brandenburg 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) hodera 3; wernowe 2; Wernoue 1*. p) discensum *corr.* decensum 1*. q) ruyani 3. r) is *corr.* eis 1*. s) sperante *Ed.*

74) Facta est haec expugnatio a. 1206. Iun. 9.
75) Hic redit ad c. 6, expeditionem a. 1204. factam.
76) Weissensee inter fluvios Helbe et Unstruth.
77) Orlamünd iuxta Salam situm.
78) in monasterio Ichtershausen prope Erfurt; Sept. 17.
79) eo ipso anno 1204.
80) scil. Pomeranos.
81) scil. episcopo Roskildensi.
82) Facta est expeditio aestate a. 1198.

tam partem Sclavie possidere. Aliquantulum temporis fluxerat, et episcopus in custodia tenebatur. Cumque de vulnere accepto egrotaret, ipse callidus et astutus maiorem infirmitatem de se simulabat, ut quasi se ipsum desperaret. Marchio igitur quadam humanitate ductus, timens etiam infamiam, ne episcopus in custodia nimis dura deficeret, eum indulgentius habere cepit, deputato sibi custode quodam Ludolfo[a] nomine. Episcopus igitur nacta oportunitate[b] cum suo custode de sua liberatione tractare cepit. Et quid plura? Custode consentiente[c] et cooperante episcopus de custodia eripitur et ad sua revertitur, et Ludolfus non parva mercede remuneratur.

10. *De expeditione marchionis*[d]. Proxima vero hieme, que fluvios et paludes durius constrinxerat, Otto marchio coadunato exercitu, Adolfo[e] comite auxilium ferente, totam Sclaviam vastavit nec terre[f] Ieromari[g], que Tribuses[h, 83] dicitur, pepercit, ita ut ipsam Rugiam[i] vastasset, si glacies stagni, quod terras dividit, soluta non fuisset. Unde Adolfus[k] gravem regis indignationem pertulit et de cetero gratie[l] ipsius[m] alienus exstitit[n]. Sepius enim regem offenderat, tum quia Sclavos sepius impetebat, tum quia cum Waldemaro episcopo contra eum quandoque senserat[84].

11. *De expeditione Kanuti*[o] *ad Egdoram.* Instante igitur estate[85], Kanutus[p] rex contra 1199.
Adolfum[q] exercitum perduxit[r] ad Egdoram in loco qui Reinoldesburch[s, 86] dicitur. Cui comes occurrit cum innumera militum multitudine, auxilium ferente Ottone marchione cum armatorum multitudine. Aderat ibi Symon[t] comes de Tekeneburch[u], Bernardus de Wilipia[v], Mauricius de Aldenburch[w] et alii multi. Domnus quoque Hartwigus[x], Bremensis archiepiscopus, huic collegio non defuit. Hos omnes comes de suis sumptibus[y] copiose[z] procuravit diebus non paucis, non sine[*] ammiratione multorum, quod tantis expensis comes sufficere potuisset. Cum igitur aqua eos abinvicem divideret, et rex ad istos transire simularet[a], nec isti eum impetere auderent[b], rex tandem castra movens ad sua reversus est. Et[c] ita expeditio illa sine pacis conditione soluta est[d].

12. *De edificatione Reinoldesburch*[e]. Transacta hyeme statim Adolfus comes castrum Reinoldesburch[f] antiquum reedificare cepit, sperans, se hac munitione impetum[g] regis evadere. Sed rex non immemor suarum iniuriarum, adveniente Maio[h] coadunato exercitu 1200.
cum multitudine gravi ad Egdoram venit, nec minus comes cum suis affuit. Qui cum impetum regis ferre non valeret, conditione pacis interposita, sic ad gratiam regis venit, ut ipsum castrum regi cederet et comes sua quietus[i] possideret. Rex autem ampliando ipsum castrum[k] firmiter edificavit, collocatis illic viris et armis plurimis pontemque latissimum super Egdoram sterni fecit et exinde liberum introitum et exitum in terram comitis habuit, sicque paulatim simultationes[l] et occasiones contra comitem exorte sunt[m]. Comes tamen una[n] cum equivoco suo Adolfo[o] comite de Dasle Louenburch[p, 87] obsidere cepit, edificato castro Haddenberge[q, 88], per quod ipsum castrum nimis artabat, ita ut castellani nec introitum nec exitum habere potuissent[r]. Crevit igitur obsidio, quia comes copiam navium de Hammenburch[s] adduxerat, quas viris et armis et machinis optime munierat[t]. Cumque castrum et[u] per aquas et per[v] terras artaretur et dux Heinricus, qui et palatinus[w], illud liberare non potuisset[x], deficientibus iam victualibus viri castellani de deditione castri agere ceperunt. Missis igitur clanculo legatis ad Kanutum regem, ei castrum offerunt resignandum. Qui gavisus est, et gratias agens castellanis misit ad eos Radulfum[y] quendam, virum illustrem

a) ludolpho 3. b) *ita et* 1*, *sed corr.* opportunitate; nactus opportunitatem *emendarunt Ed.* c) consciente 8. *Ed.* d) marchionum 3; de expeditione Kanuti regis contra marchionem brandenburgensem ottonem 8. e) adolpho 3. f) terre *deest* 7. g) lermari 1*. h) trybuses 3. i) ruyam 3. k) adolphus 3 *semper.* l) genere 1*. m) illius 8. *Ed.* n) extitit 8. *Ed.*; fuit 1*. o) k. regis 3. 5. 7. 8. p) Canutus *semper* 8. q) ad. comitem 5. r) produxit 5. s) reinoldesburg 3. 5. 8. *Ed.*; reynoldesburg 7. t) Simon 1*. *Ed.* u) tekeneburg 3. 5. 7. 8. v) wilippia 1*; wilpia 3. w) Aldenburg 3. 5. 7. 8. *Ed.* x) Hartuicus 1*. y) simplicibus 8. z) et copiose 5. *) sine *deest* 3. a) dissimularet 5. 8. *Ed.* b) audebant 8 *Ed.* c) et *deest* 5. d) soluta est *adiecit m. rec.* 1*. e) castri reinoldesburg 3; c. reynoldesburg 7; c. reinoldesberg 5. 8. f) reynoldesberg 5; reynoldesburg 7; reinoldesburg 3. 8. *Ed.* g) inpetum 3. h) mayo 3. i) quietius *Ed.* k) castrum *deest* 3. l) simultates *Ed.* m) sunt *deest* 3. n) uno 8. o) adolpho 8. p) louenburg 3. 5. 7. 8; louenborg 7; Lauenburg *Ed.* q) *sic* 1*; hardenburg *rell. codd.*; Hardenburg *Ed.* r) possent *Ed.* s) hammemburg 3. 5. 8; Hammenburg *Ed.*; Hamburg 7. t) munuerat 5. u) et *deest* 5. v) per *deest* 5. 7. w) ille idem fuit filius heinrici et frater ottonis regis *addit* 5. x) posset *Ed.* y) Rudolfum *Ed.*

83) Tribsees iuxta fluvium Trebel. 84) V. supra l. V, c. 17. 85) anni sc. 1199. 86) hodie Rendsburg. 87) quod solum de castris a. 1190. expugnatis Heinrico Leoni et filiis remanserat; v. supra l. V. c. 16.

1200. de Holsacia[a. 89], ut ipsi castrum loco suo[b] resignarent et vexillo regio sibi illud intitularent, promittens se in[c] brevi venturum et castrum de hostibus redempturum. Quod intelligentes nepotes[90], ipsum castrum artius impugnare ceperunt. Et quia victualia defecerant[d], ipsum sibi citius potenter subiugaverunt. Hoc audiens rex et callide dissimulans, ipsos comites amplius exosos habere cepit. Postea tamen mediantibus amicis, comes Adolfus[e] ad gratiam palatini venit et facti sunt amicissimi, ita ut dux patrimonio suo, quod circa fluvium qui Gamme[f] dicitur[91] habebat, eum inbeneficiaret et comes septingentas[g] marcas ei persolveret.

13. *De expeditione Sclavorum in terram*[h] *Racesburg*[i]. Inter hec Heinricus, qui et Borvinus[k], et Nicolaus[l] nepos ipsius, qui et Niclotus[m], de voluntate regis Kanuti expeditionem in terram comitis Adolfi de Dasle ordinaverunt[92]. Quibus idem comes cum suis[n] occurrit ad locum qui Warsikowe[o] dicitur[93]. Cumque acies ordinassent, Nicolaus prior ins ltum in hostes faciens interfectus est[94], vir bonus et prudens, cuius ruina tota Sclavia in merorem est versa[p], ita ut in ultionem ipsius[q] multi perirent. Nam cognito casu tanti viri, hostes acrius[r] insistunt et innumera strage Teutonicos prosternunt, ut vix comite cum quibusdam militibus evadente[s], exceptis captivis[t] septingenti viri gladio interirent[u].

Heu[v], heu, quot vidue gemitus lacrimasque dedere!

Deficientibus sane viris terra spatiosa[w] quasi inculta manebat et spinas et tribulos germinans nec aratra nec iuga boum sentiebat. Exinde autem[x] comes predictus minus gratus terre sue fuit, utpote qui tante ruine auctor exstitit. Ipse enim cum nepote suo Adolfo Thietmarciam[y], que regi subdita videbatur, intraverat[z], quam spoliatam[*] non parva cede affecerat[95]. Non minus comes autem Adolphus insidias suorum tolerabat[a] propter quosdam, quos pecunia multaverat[b], videlicet Heinricum cognomine[c] Busche[c*. 96], quem etiam captivatum in vincula coniecerat, Egconem[d] de Sturgia[97], Brunonem de Tralowe[e. 98]. Is[f] congaudentes illi[g], quos comes de terra eiecerat et apud[h] ducem Waldemarum in Iutia exulabant[i], videlicet Scacco[k] et fratres eius Widagus et Radulfus, Ubbo, Thymmo[l] cum fratre Marquardo, omnes consanguinei Marcradi[m] prefecti, qui a comite prefato de terra eiectus[99], ibidem in[n] exilio cum uxore sua[o], Ida[p] nomine, defecerat — hi cotidie per se ipsos et per internuncios continue zizania discordie in terra comitis prefati seminare non cessabant, ita ut iam instante gwerra[q], quosdam in suam partem allicere temptarent, videlicet Emmekonem[r] de Viszowe[s] et Vergotum de Sybrandestorp[t. 1]. Qui ad emulos comitis transeuntes manifestas inimicitias adversus comitem[u] iam tunc exercere iussi[v] sunt. Quidam etiam promissionibus beneficiorum in partem regis et fratris Waldemari ducis[w] sunt inclinati, quidam etiam pecuniarum muneribus invitati[x]. Cum igitur omnes meliores in partem regis et fratris ducis inclinati fuissent, circa tempus piscationis, que in Sconia[y] fieri solet, quam cives nostri frequentant — ubi etiam ipso tempore cum navibus suis et rebus sunt detenti, ita etiam ut quidam eorum in captivitatem irent — circa exaltationem sancte crucis Waldemarus dux
Sept. 14. cum expeditione gravi terram comitis intravit. Cui comes cum suis occurrit ad locum qui Stilnowe[2] dicitur. Congressione autem facta, pars comitis infirmata est, ita ut multi gladio perirent, alii vero captivitatem subirent. Comes autem fuga elapsus in Hammenburch[*]

a) holzatia 8. b) loco sui 5. c) in *deest Ed.* d) defecerunt 7. e) adolphus 3. 5 *saepius.* f) Camine R. g) septingentas 1* *sed* LXX *suprascriptum.* h) inter 3. i) raceburg 3. 7. 8. k) borwinus 3. 7. 8; buruinus 5. l) nycolaus 3. m) nyclotus 3. n) cum suis *desunt* R. o) Warskoue 1*; Warskowe *Ed.* p) versa *deest* 5; conuersa 3 *sed corr. ipse librarius.* q) eius 1*. r) armis *Ed.* s) euadere 8. t) exceptis captivis *desunt* R. u) interierunt 5. v) ita 1* *sed corr.* Eheu; he heu 3. 7. 8. w) spaciosa 1*. x) tamen 5. y) thetmarciam 3. 5. 7. *Ed.*; thethmarciam 8. z) intrauerat‖quam *hic incipit fasc.* P *in apogr. Hafn.* *) spoliatam *deest* R. a) tollerabat 3. 7. b) mulctaverat *Ed.* c) cognomine *deest* 5. c*) Busch 1*. d) eggonem 3. 5. 7. 8. *Ed.*; quoque *add.* 3. 5. 7. 8. *Ed.* e) traloue 1*. f) His *Ed.* g) illi erant *Ed.* h) aput *semper* 7. i) exultabant 3. k) sacco 3. l) timmò 5; thimmo 8. m) Marchradi 1*; marcradi 3. n) in *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) sua *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) yda 3. 7. q) werra 3. 5. 7. 8. r) Emmiconem 1*. s) Viscowe 5. 7. 8; Viscow *Ed.* t) sibrandesdorp 3. *Ed.*; sibrandestorp 5. 7. 8. u) co. Adolfum *Ed.* v) uisi 3. 7; nisi 5. 8. *Ed.* w) fr. sui W. sunt 3. 5. 7. 8. *Ed.* x) sunt inuitati 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) scania 3. 5. 7. 8. *Ed.* z) gladii 8; gladiis *Ed.* *) hammenburg 3. 5. 8. *Ed.*; hamburg 7.

89) qui apud ducem Waldemarum in Iutia exulabat, v. c. 13. 90) i. e. comites Adolfi. 91) fluvius circa villam Alten-Gamme, qui olim in ibim mergebatur. 92) scil. in comitatum Ratzeburgensem, quem Adolfus cum uxore Adelheidi, Bernhardi vidua, susceperat, v. Usinger p. 93 sq. 93) hodie Waschow parochiae Wittenburg. 94) Maio 25. a. 1200, v. Meklenb. Urkb. I, n. 166. 95) Id ineunte anno 1201 factum esse, contendit Usinger p. 94. 96) Heinricus Busche occurrit in charta Alberti comitis Holsatiae a. 1209, Hamb. Urkb. I, n. 372. 97) Eggo de Sture audit nomen l. V. c. 2. 98) Tralau in parochia Oldesloe. 99) V. supra l. III. c. 1. Marcradum mortuum esse ante annum 1190 patet ex Godescalci Visionibus c. 20. 1) sic dictos a villis Fissau et Sibberstorf in parochia Eutin. 2) hodie Stellau, villa parochialis in dominio Breitenburg, prope Kellinghusen.

se recepit. Ipso tempore dux Etzeho[a] obtinuit, Sygeberch[b] et Travenemunde[c] obsideri fecit, 1201.
Plune quoque, quod magnum presidium videbatur, a suis hominibus capta est. Videns autem dux, quod fortuna favente introitus terre sibi pateret, circa festum Symonis et Iude rursum Oct. 28.
instaurato exercitu, una cum Petro Roskildensi[d] episcopo, prudenti[e] et magni consilii viro, terram intravit. Et quia predictus comes iam terram exierat, venit Hammenburch[f]. Ubi occurrentibus provincialibus honorifice susceptus est a clero et ab omni populo. Sequenti vero die castra movens, venit Bergherstorp[g, 3], et altera die processit Louenburch[h]. Comes autem de Dasle, cognita virtute ducis, timensque[i] traditionem propter causas supra dictas nec minus et ipse terram exierat. Qui autem remanserant, timentes impetum ducis, accepto consilio, duci apud Louenburch obviam venerunt et ei castrum Racesburg[k] et introitum terre obtulerunt. Dux autem videns, quod Louenburch[h] capere non posset, reedificato Haddenberch[l, 4], relictisque[m] ibi militibus et armis cum victualibus plurimis, processit Racesburch. Sicque potito hoc castro, de[n] Wittenburch[o] et Godebusz[p] et ipsi dextras dederunt. Dux igitur prospere agens, applicuit ad civitatem famosam Lubeke[q], sciens nomen suum dilatari, si tante[r] civitati dominaretur. Cives autem propter captivos suos supradictos et propter naves in Sconia[s] detentas, animadvertentes quoque, quod ex omni parte tota terra in conspectu ducis parata esset, ita ut nullum introitum vel exitum nec[t] per terram nec per mare habere potuissent[u], necessitate compulsi. consilio habito, nominatiores duci, cum apud Bredenvelde[v, 5] esset, occurrerunt et civitatem ei tradiderunt[w] sicque suos captivos cum navibus et omnibus ablatis receperunt. Dux igitur, acceptis obsidibus tam de civitate Lubeca[x] quam de aliis civitatibus et castris, ad sua cum gaudio reversus est, preficiens castro Sygebergensi advocatum Thymmonem[y], quod tamen per ipsum adhuc in obsidione laborabat. Fratrem quoque eius[6] deputavit Travenemunde[z], quod adhuc homines comitis tenebant. Scacconem[*] etiam comitem Thietmarcie[a] declaravit, et fratrem eius Widagum[b] Plune prefecit. Radulfum quoque in Hammenburch[c] locavit, ut, qui propter ipsum exulaverant[d], per eum maiora reciperent.

14. *De captivitate comitis Adolphi.* Post hec comes Adolphus de Schouenburch[e], dolens de perditione terre sue, circa festum beati Andree contractis navibus et copiis de Stadio, Nov. 30.
quod adhuc tenebat, occupavit Hammenburch. Unde territi homines regis sive ducis, cum Radulfo[f] advocato fugam inierunt. Comes vero sperans, se prospere agere propter castra, Louenburch videlicet et Sigeberg[g] et Travenemunde[h], que adhuc[i] cum ipso[k] sentiebant, et propter quosdam provinciales, qui spem bonam, in dolo tamen, ei faciebant, in[l] ipsa civitate usque ad nativitatem Domini, sinistro tamen omine, perduravit[7]. Siquidem Waldemarus dux, audito introitu Adolphi comitis, impiger[m] ad expeditionem se preparans, evocatis omnibus amicis suis[n] de Nordalbingia[o], Sclavia[p], Thietmarcia[q] ad obsidionem eiusdem civitatis properavit. Nec defuit comes Guncelinus[r] cum Heinrico Borwino[s], auxilium devote ferentes. Comes autem seductus a referentibus, qui eum fraudulenter certum reddiderant[t], nullatenus ducem venturum propter festum nativitatis, quod Dani festivis potationibus honorare solent[8], hac fiducia[u] seductus, repente circa vigiliam nativitatis Domini[v] ducem cum Dec. 24.
infinitis sensit adesse. Sed tunc effugium non patebat, quia horrore hyemis tota Albia[w] et Halstera[9] constricta erat. Comes igitur in arto positus, quid faceret, quo se verteret, ignorabat, quia ex omni parte inimicorum rabies eum urgebat. Tractabat cum suis, si forte

a) *ita cum diplom. a.* 1256. *(Hamb. Ukb.)* 5. 7. 8. *Ed.*; Et zhiêho 1*. b) sygenberg 3; sigeberg 5. 7. 8. *Ed.* *saepius.* c) trauenemuende 1*. 7. d) roskyldensi 3. e) prudente *Ed.* f) hammenburg 3. 5. 8. *Ed.*; hamburg 7. g) bergerstop 3; bergerdorp 7; Berierstorp 1*. h) louenburg 3. 5. 7. 8 *Ed.* i) que *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* k) raceburg 5. 7. 8. *Ed. semper.* l) haddenberg 3; haddenburg 5. 8. *Ed.* m) que *deest* 3 5 7. 8. *Ed.* n) illi de w. *Kornerus.* o) wittenburg 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) godebusk 8; Godebusch *Ed.* q) Lubecao 1*. r) tanti 3. s) scania 3. 7. 8. *Ed.*; scanea 5. t) neque — neque 1*. u) possent *Ed.* v) Bredeuelde 5. w) reddiderunt 3. 5. 7. 8; dediderunt *Ed.* x) Lubeca *deest* 3. 5. 7. 8; de hac civ. *Ed.* y) tymmonem 3. 8; timmonem 5 z) treuenemunde 3. 8; trauemunde 5; trauenemûnde 7. *) sacconem 3. a) thetmarcie 3. 5. 8. *Ed*; thetmarchie 7. b) wydagum 3; widdagum *Ed.* c) hammenburg 3. 5. 8. *Ed.*; hamburg 7 *semper.* d) exulauerat 3. e) scowenburg 3. 5. 7. 8; Schowenburg *Ed.* f) radolfo 5. g) sigenberg 3; Zigheberg 5. h) treuenemunde 3. 8; trauemunde 5; trauenemûnde 7. i) ad 7. k) eo 5. l) et 3. m) inpiger 3. n) suis *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) nordalburgia 1*. 7. p) slauis 7. q) thetmarcia 3. 5. 7. 8. *Ed.* r) guncellinus 5; Gunzelinus 3 *saepius.* s) borwino 5. t) reddiderunt 2; certum fecerunt 3. 5. 7. 8. B; circumvenerunt R. u) hac inquam fid. *Ed.* v) Domini *deest* 3. 7. 8; Dominice 5, *sed deletum.* w) albya 3.

3) Bergedorf. 4) Destructum illud esse praetermisit noster. 5) Breitenfelde, villa parochialis in advocatia Mölln. 6) scil. Marquardum. 7) V. diploma eodem anno 1201. Hammenburg datum, Hamb. Urkb. n 329. 8) *sub vulgari nomine Iuel* addit Korner. 9) die Alster prope Hamburg.

1201. nocturno tempore, aliis quiescentibus, ad arma convolans [a], violenter exire potuisset [b]. Set nec hoc stare potuit [c] propter maximas excubias [d], que undique per circuitum ordinate erant. Cumque Dec. 26. dies beati Stephani advenisset, sic ordinatum erat, ut comes Lowenburch duci redderet et ipse cum suis liber [e] abiret. Ad hoc negotium deputatus est Guncelinus comes de Zverin, qui comitem sub pacis conditione Lowenburch conduceret, ut promissum comes fideliter persolveret. Cum autem cognovissent Thietmarci [f], comitem de civitate egressum in castris Gunzelini consistere, sive ex [g] deliberatione [h] propria, sive instinctu [i] aliorum in unum conglobati, rupto pacis federe comitem occidere conati sunt. Facto igitur [k] tumultu [l], Guncelinus cum suis fortiter resistebat. Sicque supervenientes principes ducis, Adolphum comitem [m] de occisione liberaverunt, qui tamen artius custodiebatur. Dux igitur castra movens, cum Adolpho venit Lowenburch, ut promissum persolveret. Qui cum castellanis suppliciter satis loqueretur, ut sui miserentes castrum pro sua liberatione redderent, illi nulla ratione acquieverunt. Et exinde comes compedibus et vinculis constrictus est. Sicque non sine contumelia per omnia loca quibus antea dominabatur deductus, Daniam captivus intravit. Dani autem cognita [n] captivitate sui inimici, in omnibus civitatibus et vicis, ut tempore Saul Phylistei fecerunt, omnibus ad plausum et exultationem hoc nunciaverunt. Inter hec autem [o] Lowenburgenses [p] sepius erumpentes, terram satis inquietabant.

1202. 15. *De nuptiis domni Wilhelmi* [q]. Non autem obliviscendum, quod domnus Kanutus rex in beneplacito fratris sui [r] Waldemari, sororem suam domnam [s] Helenam [t] cum magna sollempnitate [u] domno Willehelmo [v], filio ducis Heinrici, sociavit [10]. Unde letati sunt omnes amici ducis, et omnis terra Holsatorum [w] Sturmariorum, sperantes, eum cum sorore domni regis totam terram habiturum. Sed fefellit opinio. Ipse tamen gener regis sepius a rege et fratre duce in multis honoratus, dignitatem sui nominis multis preferebat. Proxima estate [x] domnus rex [y] Kanutus venit Lubeke [z] et gloriose susceptus est a clero et ab omni populo. Ad cuius introitum redditum [*] est castrum Travenemunde [a], quod regi non parvam fecit letitiam. Provinciales quoque occurrentes [b], omni alacritate obsequio regis se exhibuerunt [c]. Rex igitur procedens Molne [d] et acceptis obsidibus prius neglectis ad sua revertitur, fratre duce procedente Louenburch. Quod cum capere non posset [e], reedificato castro Haddenberch [f], quod Louenburgenses destruxerant, firmatisque presidiis ad propria revertitur.

16. *De castro Sigebergensi* [g]. His ita [h] gestis dux videns, quod sui in obsidione Sygebergensi [i] deficerent, eo quod castellani propter munitionem loci sepius villanis boves vel quelibet animalia [k] que ad victum pertinent violenter auferrent, nonnullos etiam resistentes sepius graviter vulnerarent [l], ipse per semet ipsum impatiens ocii castrum vallavit et, omni eruptione ablata, graviter illud artavit [m]. Cumque pro diutina obsidione victualia castellanis deessent, nimis artati, sperantes liberationem, longa famis inedia castrum viriliter tenebant. Et cum nichil esurientibus superesset, ipsi tamen non minus instrumentis ferreis molares cedebant, ut crederent adversarii, farina et panibus eos abundare [n]. Tandem [o] pertesi tanti laboris et obsidentes et esurientes, castrum redditum [p] est ea conditione, ut [q] castellani patrimonia sua sive beneficia [r] ut ante possiderent et cum omni pace omnem supellectilem [s], vel quicquid in castro possederant [t], libere deferrent. Cumque dux castrum suis locasset et ad sua cum gaudio remearet, repente sinistrum [u] accepit nuncium, videlicet fratrem regem mortuum [11]. Unde exterritus [v] velocius [w] accelerat reditum, utpote fratris accepturus regnum. Dec. 25. Cumque multa concordia regnum adeptus fuisset, in nativitate Domini percepta benedictione regali a venerabili Lundensi archiepiscopo Andrea in ipsa civitate in sedem regni gloriose sublimatus est.

a) conuolens 5. b) posset *Ed.* c) poterat 3. 5. 7. 8; haec — poterant *Ed.* d) excubias *deest* 5. 7. 8; m. copias *Ed.* e) libere 8. *Ed.* f) thetmarci 3. 5. 7. 8 *Ed.* g) ex *omisit* 3. h) liberatione 8. i) ex instinctu 5. 7. k) ergo 1*. l) tumulto 3. m) comitem *omisit* 1*. n) cognita *deest* 1*. o) autem *deest* 8. *Ed.* p) loueinburgenses 3. q) W. ducis 5. r) sui *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed* s) domnam *deest Ed.* t) Alheidam 1*. 2. u) solennitate 1*. v) Wilhelmo 1*. 5. 7. 8. *Ed.* w) *ita et* 1* *sed corr.* Holzatorum; holzatorum 8. x) igitur *addit* 1*. y) rex *deest* 7. z) lubeka 5. 8; Lubecae 1*. *) deditum *Ed.* a) treuenemunde 3. 8; trauenemünde 7. b) accurrentes 8. *Ed.* c) exibuerunt 3. d) mulne 3. 8; Molnae 1*. e) potuisset 3. f) haddenberg 3. 7; haddenburg 5. 8. *Ed.* g) sygeberch 3; sigenbergo 5. 7; sigeberge 8. h) itaque 5. i) sigebergensi 5. 7. 8. *Ed.* k) porcos uel boues uel qu. alia 3. 5. 7. 8. *Ed.* l) uulnerauerunt 3 *sed corr.* uulnerarent. m) graviter inarctavit *Ed.* n) habundare 3. o) tamen 3. 8. *Ed.* p) deditum *Ed.* q) ut *deest* 5. r) benificia 3. s) suppellectilem 8. t) possiderant 1*; possiderent 8. *Ed.* u) synistrum 3. v) exercitus 1*. 5. w) uolocius 3.

10) anno videlicet 1202 ineunte. 11) Obiit 1202. Nov. 12.

1203. Aug.

17.[a] *De obsidione Louenburch et liberatione comitis*[b] *Adolphi.* His ordinatis circa Augustum rex Waldemarus cum magna gloria et infinita multitudine venit Lubekam, ibique cum multa[c] iocunditate rex Danorum et Sclavorum et Nordalbingie[d] dominus salutatur[12]. Sicque prosequente[e] archiepiscopo Lundensi et fratre ipsius Petro Roskildensi[f], cum ceteris episcopis, prepositis, primoribus Nordalbingis[g], Thietmarcis[h], Sclavis, Rugianis, maxima virtute vallavit[i] castrum Louenburch. Cumque castrametatus fuisset, erexit machinas[k] multas sive alia castrorum tormenta. Viri quoque balistarii[l] et sagittarii[m] continue castellanos inquietabant, et vicissim vulnera dabant et accipiebant, nec deerant inter has altercationes[n] funera morientium. Cumque diutius hec fierent et rex castro dominari non posset, eo quod castellani viri fortes et[o] bellatores essent et castrum nimis munitum fuisset, tandem conditione pacis interposita colloquium regis castellani exposcebant, in quo de liberatione comitis tractatum est. Et sic, mediante archiepiscopo et fratre eius cancellario ceterisque episcopis et primoribus, definitum[p] est, ut castellani castrum redderent[q], et comes datis obsidibus a captivitate solveretur. Dedit igitur comes duos filios suos et filium cognati sui Ludolfi[r] de Dasle[13] et filium comitis Heinrici de Dannenberghe[s], preterea octo pueros ministerialium[t] suorum. Et iureiurando firmatum est, ut obsides post decem annos liberi essent. Si vero rex infra[u] hos annos vita excederet, obsides redderentur, si autem comes[v] deficeret, non minus hoc fieret. Sic castrum redditur, e comes gaudens Scowenburch[w] revertitur.

18.[x] *De liberatione Waldemari episcopi*[y]. Interea tamen concaptivus eius Waldemarus episcopus in vinculis perdurabat. Sed pietate domni Andree archiepiscopi et aliorum, qui pro ipso[z] movebantur, a captivitate tandem hoc modo liberatus est. Quia enim idem Waldemarus vir nobilis erat, regis Kanuti filius, magni patrimonii heres, et contra Kanutum regem et fratrem eius[a] Waldemarum, tunc ducem, nunc autem regem, senserat, suspecta eius[b] liberatio multis videbatur. Unde consilio habito, ipsum negotium communicatum est domno apostolico. Ipso ergo[c] per suos nuncios mediante[14], domnus Waldemarus tali modo liberatus est, ut nunquam in tali vicinia esset, ubi regi Waldemaro cognato et equivoco importunus[d] existeret[15]. Et hoc ab ipso Waldemaro episcopo sacramentaliter firmatum est. Rex igitur[e] datis expensis ad domnum papam eum misit, ut apud ipsum consisteret, quousque eum episcopio[f] excellenti sublimaret. Waldemarus tamen hec[g] ex parte non persolvit, quia[h] medio tempore Philippo[i] regi se coniunxit et se iniuriatum[k] Waldemaro rege conquestus est[16]. Unde quidam eum peierasse contendunt.

19.[l] *De subactione Grecie*[m]. Nunc[n] his[o] omissis ad Greciam transire cogimur, ut nova et[p] mirabilia, que illic Domino operante[q] seu permittente facta sunt, et presentibus et posteris, prout nobis de veritate constat, insinuemus. Magna quidem et preclara et relatu digna ibi a Latinis gesta sunt. Sed utrum Dei facta sint[r] an hominum, necdum dignus finis declarat. Ideoque Deo permittente, ut[s] premissum[t] est, quia[u] sepe videntur aliqua fieri in ecclesia magis ex Dei permissione quam operatione, licet ipsa Dei permissio recte ipsius etiam[v] intelligi possit operatio. Ipse enim, Sathana[w] expetente, Iob affligi permisit, licet[x] ipsius afflictio Sathane fuerit[y] deiectio et viri sancti glorificatio. Operante enim Deo, quasi[z] ipsius permissione temptatus[*] est Iob, ut virtus patientie, Deo soli cognita, electis proficeret in morum doctrina. Quod bene intelligens vir sanctus post dampna rerum, post occisionem pignorum sic ait: *Dominus dedit, Dominus*[a] *abstulit* etc.[b][17]. Diabolus[c] enim ex quo veri-

a) VI. 15. 7. b) a. comitis 5; comitis *deest* 8. c) magna 7. d) nordalburgie 7. e) procedente 7. f) roskyldensi 3; roschildensi 1*. *Ed.*; roskeldensi 5. 7. 8. g) nordalbingiis 5. 8; nordalburgis 7. h) tethmarciis 3; thetmarciis 7; thetmarcis 8. *Ed.*; thetmariis 5. i) vallat 8. *Ed.* k) machynas 3. l) balystarii 3. m) et sagittarii *desunt Ed.* n) alternationes 3. 5. 7. 8. *Ed.* o) fortes et *desunt* 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) diffinitum 3. q) dederent *Ed.* r) Lyudolfi 1*; ludolphi 3. s) dannenberg 3. 5. 7. 8. *Ed.*; hinr. c. de Dannenberga *m. rec. in marg.* 8. t) mynisterialium 3. u) intra *Ed.* v) vita — comes *desunt* R. w) scowenburg 3. 5. 7. 8; Schowenburg *Ed.* x) VI. 16. 7. y) item de eodem 3. z) se 7. *) vix 3. a) eius *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* b) eis 7; mult. e. v. lib. 3. c) igitur 5. 7. d) inportunus 3. 7. e) ergo 1*. f) epyscopio 3 g) hoc *Ed.* h) et 5. 7. 8. *Ed.* i) phylippo *semper* 3. k) sic iniur. 8; et iniur. se *Ed* l) VI. 17. 7. m) de eodem 3. n) Tunc 3. o) hiis omnibus 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) et *deest* 7. q) cooperante 3. 5. r) sunt 5. 8. s) ut *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* t) permissum 5. u) quod 1*. v) ipsius quoque 3. w) Satana 1; Satanae 1*. x) haec 1*. y) fuerat *corr.* fuit 1*. z) quia 1*. *) temperatus *corr.* tentatus 1*. a) Deus d. deus 5. b) etc. *deletum in* 5. c) dyabolus 3. 7

12) V. privilegium tum, ut videtur, Lubicensibus a rege datum, Urkb. d. Stadt Lübeck I, n. 11. 13) fratris Adolfi comitis de Razeburg. 14) V. epistolas Innocentii papae dat. a. 1203. Dec. 5. et 1206. Ian. 20. 15) anno videlicet 1206. 16) Hoc in itinere factum esse videtur; v. infra l. VII. c. 10. 17) Hiob 1, v. 21.

1203. tatem deseruit et a Deo et angelorum consortio, quibus prelatus erat, se elongavit, sicut nichil habet proprietatis preter malitiam propriam, ita per se nichil habet potestatis. Cum ergo[a] aliqua permissus facit, ipse quidem agit quasi vastator. Deus autem quasi miserator, cuius voluntati dum quasi ex malitia subditur[b], ipso nolente quod Deus vult perpetratur. Nos tamen hac serie postposita, veniamus ad promissa.

Circa tempora dierum illorum talis epistola de partibus Grecie domno Ottoni regi fuit directa[18]:

*Excellentissimo[c] domno Ottoni, Dei gratia Romanorum regi et semper augusto, Balduinus[d] comes[e] Flandrensis et Henegovensis[f], Lodewicus[g] Blezensis[h], et Clarumontensis[i, 19] et Hugo[k] Sancti Pauli comites, ceterique barones et milites exercitus signatorum in stolio[20] Venetorum cum amoris plenitudine et honoris paratum semper obsequium[21]. Quanta fecerit nobis Dominus[l], immo[m] non nobis, sed nomini suo quantam gloriam dederit his diebus, quanta possumus brevitate perstringamus, ipso prenotantes initio, quod, ex quo urbem transgressionis exivimus — sic enim Iaderam[22] nominamus — cuius excidium vidimus dolentes quidem et necessitate compulsi, nichil inter nos ordinatum esse meminimus, quod communiter ad utilitatem pertineret exercitus, quin illud in melius providentia divina mutaverit, sibique[n] totum vendicans stultam fecerit[o] sapientiam nostram. Hinc est, quod eorum, que facta sunt apud nos[p] gloriose, omnem a nobis gloriam iure repellimus, quippe qui operis adhibuimus parum, consilii nichil. Unde necesse est, ut si quis ex nobis voluerit gloriari, in Domino glorietur, non in se vel in altero.*

*Federe igitur Iadere confirmato cum illustri Constantinopolitano[q], quondam imperatoris Ysachii filio, Alexio[r, 23], cum victualibus omnibus et rebus egentes terre sancte videremur gravamen potius illaturi[s] sicut alii ex nobis, qui nos precesserant, quam levamen aliquod allaturi[t], nec terre Sarracenorum in tanta nos egestate crederemus applicare posse, verissimilibus[u] quidem[v] omnino rumoribus et argumentis inducti, quod dicti Alexii suspiraret adventum regie pars potior civitatis et pondus imperii, quem electione concordi cum sollempnitate[w] debita imperiali diademate[x] sublimasset; contra consuetum[y] ordinem temporis, aura[z] favente, obedientibus Domino ventis et mari[24], ad urbem regiam preter omnem spem prospere applicuimus et in brevi[*, 25]. Sed nec adventavimus improvisi[a], qui usque ad sexaginta milia equitum preter pedites in urbe reperimus. Et transilientes loca tutissima, pontes, turres[b] et flumina sine dampno nostrorum, terra et mari[c] obsedimus civitatem et tyrannum[d, 26] pariter, qui commisso in fratrem parricidio fasces imperii diutina incubatione polluerat. Preter[e] omnium igitur[f] opinionem universorum civium mentes contra nos invenimus obfirmatas nec aliter contra dominum suum civitatem muris et machinis obseratam, quam si adventasset populus infidelis, qui loca sancta polluere[g] et religionem proponeret inexorabiliter evellere Christianam. Imperii siquidem crudelissimus incubator[h], domini sui et fratris proditor et orbator, quique eundem carcere perpetuo sine crimine condempnasset, idem filio eius illustri facturus Alexio[i], si[k] non eundem a manibus eius felix eripuisset exilium, prehabita in[l] populo detestabili concione[m],*

a) igitur 8. *Ed.* b) sudditur 3. c) *sequenti epistolae in* 1* *inscriptum* Epistola, *in* 3 *praefixa paragraphi nota.* d) B. 3. 5. 7. 8; Baldeuin 1*. e) comes *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) haiñ 3. 5. 7. 8. g) L. *codd. deest* 1*. h) blesenensis 5. i) Clarum. 3. 5. 7. 8; Clari 1*; Claremontis *Martène; leg.* Carnotensis 3. k) H. *codd.*; Henricus *Ed.*; honorati 1*. l) Deus 5. m) ymmo 8. n) sibi quoque 8. o) fecit R. p) nos *deest* 5. q) constantynopolitano 3. r) allexio 5. s) allaturi 8. *Ed.*; iuvamen all. *Mart*, *G. Innoc.* t) all. ergo 1*. u) verisimilibus *Ed.* v) quidem *deest* R. w) electione 1*. x) dyademate 3. y) conswetum 8. z) aura ergo 1*. *) et in brevi *desunt* R. a) inprouisi 3. 5. b) thurres 3. c) terra marique *ut infra Ed., ita hic* 5. d) tirannum 8. e) Contra *Ed.* f) ergo 8. *Ed.* g) pollueret 1*. h) maculator R. i) allexio 5. k) set 8. l) ergo in 1*, *sed adiecit m. rec.* m) conditione 5. 7. 8.

18) Eandem epistolam a crucesignatis ad omnes Christi fideles directam ex Mscr. Elnonensi dederunt nostro textu ampliorem Martene et Durand in Thes nov. anecdotor. T. I, p. 788, ex quo opere vitiis nonnullis emendatis repetita est in Recueil des Historiens T. XVIII, p. 515. Legitur quoque inter epistolas Innocentii III. papae ed. Bréquigny et du Theil l. VI, n. 211. T. I, p. 410. et in Gestis eiusdem pontificis n. 90, sed eâ in fine decurtata; desinit enim ibi verbis: *pro viribus inclinare.* 19) Ludevicus comes de Blois et Chartres. 20) i. e. classe, a voce Graeca στόλος. 21) De rebus gestis, quas haec Balduini epistola narrat, confer epistolam, quam comes de S. Paulo duci Brabantiae misit, Ann. Colon. max. insertam, T. XVII. p. 812, accuratius de singulis rebus exponentem. 22) Zara in litore Dalmatiae. Exivit exercitus ex hac urbe a. 1203. mense Aprili. V. Wilken T. V, p. 192 23) imperatore postea IV. 24) Respicit ad Ev. Marci c. 4. v. 41. 25) Advenerunt in portum Scutarium Iun. 26. 26) Alexium imperatorem III. scilicet, cuius dolo Isaak II. imperator, frater eius, a. 1195. excaecatus et depositus est.

*potentes simul et plebem sermonibus adeo infecerat venenatis*[a], *ut ad subversionem libertatis antique Latinos assereret adventare, qui Romano pontifici locum et gentem restituere properarent et Latinorum legibus imperium subiugare. Hec profecto res sic omnes contra nos animavit pariter et armavit, ut contra nos et exulem nostrum viderentur omnes pariter coniurasse. Sepius ergo per nuncios, immo per ipsum*[b] *exulem nostrum*[c] *et barones nostros seu etiam nosmet ipsos a civibus postulantes audiri, nec adventus nostri causam nec petitionis modum potuimus explicare, sed quotiens terra vel mari stantibus in muro sermones obtulimus, totiens*[d] *pro verbis retulimus tela. Considerantes igitur*[e], *quod preter spem nostram cuncta*[f] *contingerent, in*[g] *eum statum necessitatis impacti, ut statim necesse haberemus aut perire aut vincere, cum obsidionem ipsam*[h] *nulla ratione in quindecim dies protelare possemus, quos*[i] *victualium omnium incredibilis urgeret angustia, non ex desperatione quidem, sed insperata quadam securitate divinitus suspirare cepimus ad bella, promptissimi periculis nos audacter opponere et*[k] *incredibiliter in omnibus optinere. Ad conflictum etiam campestrem sepius ordinati, inestimabilem multitudinem fuga in urbem ignominiosa conclusimus. Aptatis igitur interim terra et mari bellicis instrumentis, die obsidionis octava violenter civitas introitur*[27]. *Grassatur incendium, disponit in campo contra nos aciem*[l] *imperator, et paratis nobis excipere venientes, constantiam nostram cum paucitate miratus ignominiose frena reflectit*[m]. *In urbem retrogressus ardentem, ipsa nocte fugam cum paucis aggreditur suamque in urbe relinquit*[n] *uxorem et parvulam prolem. Ea re comperta*[o], *nescientibus nobis*[p], *Grecorum proceres in palatio congregantur et exulis nostri solempnis celebratur electio seu potius restitutio declaratur, insperatamque letitiam copiosa in palatio luminaria protestantur. Mane facto prodit*[r] *in castra inermis Grecorum procerum multitudo suumque cum gaudio querit electum, restitutam civitati asserit libertatem et regredienti*[s] *filio ad fasces imperii cum gaudio inestimabili sublevatum de carcere caput patris Ysaachii, quondam imperatoris, ostendunt*[28]. *Preordinatis itaque que necessaria videbantur, ad ecclesiam sancte Sophie*[t] *novus imperator cum sollempni processione deducitur, et exuli nostro sine contradictione imperiale restituitur diadema*[u] *cum plenitudine potestatis.*

*His peractis ad solutionem promissorum prosiliit*[v] *imperator et promissa rebus*[w] *accumulat, victualia servitio Domini profutura nobis omnibus prebet in annum, ducenta marcarum milia nobis solvere pergit et Venetis, sumptibusque*[x] *suis stolium nobis prolongat*[y] *in annum, seque*[z] *iuramento constringit*[*], *quod exire*[a] *nobiscum debeat regale vexillum et in passagio Martii nobiscum ad servitium Domini proficisci*[b] *cum quantis potuerit milibus armatorum, et sub eadem promissione concludit, quod eam reverentiam prestare*[c] *debeat Romano pontifici, quam antecessores*[d] *sui imperatores*[e] *catholici*[f] *predecessoribus suis*[g] *pontificibus pridem*[h] *impendisse noscuntur, et ecclesiam orientalem ad hoc idem pro viribus inclinare. Tantis igitur utilitatibus provocati*[29], *ne salutem, quam dederat Dominus in manibus nostris, spernere videremur et vertere in obprobrium sempiternum, quod ad honorem nobis incomparabilem cessisse*[i] *videbatur, prompta devotione consensimus et ibidem hyemem, Deo dante, facturi, ad partes Egypti*[k] *proximo passagio transmeare tam certo proposito quam irrevocabili quantum in nobis est, prompta voluntate sumus astricti.*

*Et nunc, si quid ex his que acta sunt vel agenda meriti vel gratie vel etiam glorie prestolamur, serenitatem vestram*[l] *in Domino desideramus esse participem, immo*[m] *principem. Nos interim soldano Babilonie*[n], *terre sancte impio*[o] *detentori, premisimus nuncios*[p] *nostros, qui ex parte regis summi Iesu Christi Nazareni et servorum eius, dicti videlicet imperatoris, et*

a) ueniatis 3. b) ipsum *omisit* R. c) videremur — nostrum *desunt Martène.* d) quoties — toties 1*. *Ed.* e) ergo 1*; autem 5. f) cunta 5. g) et 3. h) istam 3. i) quorum 5. k) ei 5. l) acies 1*. m) terga reflectit *Mart., G. Innoc.*; t. refl. et *Ed.* n) relinquid 3. 7. 8; reliquit *Ed.* o) recomperta 5. p) nescientes 8; nobis *deest* 5. 7; nescientibus *deest* 3; nobis nesc. *desunt Ed.* r) procedit *Ed.* s) regredientem 3. t) sophye 3. u) dyadema 3. 7. v) prosilit 3. 8. *Ed.* w) rectus 3. x) que *deest* 1*; suisque sumptibus *Ed.* y) prolongat *deest* 5. 7. 8. *Ed.* z) deque 1*. *) obstringit *Ed.* a) erigere *Martène, G. Innoc.* b) proficissi 3. c) prare 5. d) predecessores 5. e) imperatores *deest* 7. f) katholici 8. g) suis *deest* 5. h) quidem 5. 7. 8. *Ed.* i) cescisse 5 *in rasura.* k) Egypti *omisit* 3. l) nostram 1*. m) ymmo 7; et *addunt* 3. 5. 7. 8. *Ed.* n) Babylonise 1*. *Ed* o) impio *corr. in* 8. p) nuntios *corr.* nuncios 1*.

27) Iul. 17. Discrepat noster in singulis sicut comitis S. Pauli epistola a fontibus praecipuis, v. Wilken V, p. 226 sq. 28) Obscurius ita significat, Isaakum ex carcere liberatum esse, qui filium Alexium, Aug. 1. coronatum, collegam imperii assumpsit. 29) Eadem fere verba: *tot et tantis utilitatibus provocati*, in epistola illa comitis de S. Paulo in conclusione, breviori tamen, legi certe notandum est. Ibidem denominatio inusitatior: *soltanus Babyloniae* occurrit. Nescio igitur an eidem scribae epistolae tribuendae sint.

1203. *nostra regaliter debeant intimare, quod devotionem populi christiani incredule genti sue, Deo donante, in proximo propinamus ostendere, et ad contritionem infidelitatis de celo nos expectare virtutem. Hec autem fecimus de vestra[a] potius sub Domino[b] et aliorum christiani nominis zelatorum, quam de nostra virtute confisi, qui conservos nostros eo devotius ac vehementius nobis desideramus adiungi, quo meliores et plures regis nostri ministros[c] nobiscum viderimus decertare, ne Iudeis[d] pridem traditus[e], sed iam assumptus in gloria illudendus de cetero gentibus relinquatur.*

20.[f] *Unde supra*[g]. Hec de primo introitu Latinorum in Greciam cognovimus per epistolam, quam audistis, regi directam. Nunc de acquisitione terre et principatu Baldewini[h] imperatoris Constantinopolitani, quam potenter sibi terram subiecerat[i] et thesauros absconditos et[k] arcana[l] secretorum, que Deus illi ostenderat, quanta largitate ea[m] distribuerit, per subiectam epistolam[30] cognoscere potestis.

*Baldewinus[n], Dei gratia fidelissimus[o] imperator Constantinopolitanus, a Deo coronatus, Romanus[p] moderator et semper augustus, Flandrensis et Henegovensis[q] comes, universis Christi fidelibus, archiepiscopis, episcopis et[r] abbatibus, prioribus[s], prepositis, decanis ceterisque ecclesiarum prelatis ecclesiasticisque personis, baronibus, militibus, sariantis[t] omnique[u] populo christiano, ad quos presens pagina pervenerit, in vero salutari gratiam et salutem. Audite, qui longe estis et qui prope, ammiramini[v] et laudate Dominum, quoniam[w] magnifice fecit[31], qui antiqua miracula nostris dignatus est renovare temporibus, et non nobis quidem, sed nomini suo dedit gloriam omnibus seculis ammirandam[x]. Mirabilibus[y] eius circa nos semper mirabiliora succedunt, ut[z] etiam infidelibus dubium esse non debeat, quin manus Domini operetur hec omnia, cum nichil[*] a nobis speratum aut provisum ante contigerit[a], sed tunc demum nova nobis Dominus procuravit auxilia, cum nichil humani videretur superesse consilii. Et quidem, si bene meminimus, per litteras universitati vestre[b] transmissas nostri progressus et status narrationem eo usque deduximus, ut urbe populosa[c] capta violenter a paucis, tyranno fugato et[d] Alexio coronato, mora nostra promissa fuit[e] et ordinata per hiemem, ut potenter obtinerentur, si qui resistere vellent[f] Alexio[g]. Sed nos, ne[h] discordie inter nos et Grecos fomitem ministraret moribus nostris adversa barbaries, de civitate exeuntes ex adverso civitatis, interiacente[i] Ponto[k], ad preces imperatoris[l] castra posuimus[m] [32].*

*Verum sicut non hominum opera fuerunt, sed Dei, que Grecis intulimus, ita non hominum, sed demonum, que[n] cum imperatore novo Grecia nobis ex perfidia consueta retribuit. Imperator[o] siquidem ex insperato Grecorum seductus perfidia a nobis recessit animo, cui tanta beneficia contuleramus, et in omnibus cum patre, patriarcha et mole nobilium nobis promissis[p] periurus et mendax tot incurrit periuria[q], quot nobis prestitit sacramenta[r]. Unde nostro tandem destitutus auxilio, prelia contra nos meditatur incassum et navigii, quod ipsum[s] adduxerat et sublimaverat ad coronam, procurat incendia. Sed voto tam crudeli fraudatur, Domino nos protegente, fit pars sua[t] per cuncta deterior et hominum suorum cedes, incendia et rapine[u]. Imminente foris pugna intus timoribus coartatur. Emulum ei elevant Greci imperatorem[v] [33],*

a) nostro 1*. b) dominio *corr. in* 1*. c) mynistros 3. d) iudei 3. e) traditur 1*. f) VI. 18. 7. g) De eodem 3; *in* 8 *littera maior initialis, minio tincta, sed deest capitulum.* h) Balduini 1*. *Ed.*; balwini 8; baldwini 7. i) subiecerit *Ed.* k) ab 5. l) archana 3. 7. m) ea *deest Ed.* n) Balduinus 1*; baldwinus 5. *Hic codd. novum videntur incipere caput* — de eodem *enim in* 1*. 3, Item de eodem *in* 5. 7. 8. *inscriptum.* o) f. in Christo *Mir.* p) Romanorum *M.* q) Hennegoviensis *Ed.*; henegrouensis 5. 6; honegrouensis 7; Flandriae et Hannoniae *M.* r) et *deest* 5. 7. s) primoribus *R.*; p. et prep. 5. t) serjantis *M.*; sarziantis 3. 5. 7. 8. *Ed.* u) omni denique *M.* v) admiramini 1*. *Ed.* w) qui *R.*; quam *M.* x) admirandam 1*. *Ed.* y) nam mir. *Ed.* z) cum *M.* *) haec omnia sperata est. Nihil *M.* a) contingerit 1*; promissum antea contigit *M.* b) nostrae *R.* c) Constantinopoli *m. rec. in margine* 8. d) filio Isacii *addunt G. M.* e) fuerit *Ed.*; foret *G.*; permissa foret *M.* f) ualent 3. 5. 7. 8; ualerent *Ed.*; viderentur *M*; videbantur *G.* g) allexio 5; et nunc breviter narranda suscipimus, quae postea circa nos contigerunt, eo praenotato, quod sicut opera hominum non fuere sed Dei, quae Graecis intulimus, ita non hominum opera sed daemonum fuere, quae cum imperatore novo Graecorum per omnia Graecia nobis ex perfidia consueta retribuit *hic addunt G. et M.* h) Nos siquidem ne *G. M.* i) interiacentia 7. k) portu *G. M.* l) inperatoriis 8. m) posuimus. Et ex insperata, seu innata malitia seu Graecorum seductus perfidia animo recedit a nobis, cui tanta contulimus beneficia, imperator. Ipse enim in omnibus etc. *G. M.* n) demonum, qui 3. o) Alexius *m. rec. in margine* 8. p) promissis *omisit* 7. q) perfidia 1*. r) iuramenta *G. M.* s) in navigium, quod eum *M.* t) pars sua *desunt M.* u) caedes et rapinae proveniunt *G. M.* v) Imperatorem et aemulum parantibus Graecis *G. M.*

30) Haec Balduini epistola, Innocentio papae inscripta, legitur intra epistolarum eius librum III. Eandem, quasi Coloniensi archiepiscopo missam, inseruerunt Ann. Col. max. p. 815 sq. 31) Iesai. 12, 5. 32) Pars quaedam exercitus cum Alexio iuvene contra imperatorem fugatum profecta est, alia remansit in castro Pera; v. Wilken V, p. 246. Brevius hic epistola narrat. 33) scil. Nicolaum Canabum, qui a. 1204. Ian. 27. electus est.

*ea occasione captata, quia ad auxilium nostrum tunc nullum sanguine sibi propinquum possit habere[a] refugium. Cumque[b] unica spes evadendi restaret in nobis, iuratum sibi quendam Murzulphum nomine[c], de[34] quo super alios omnes pr impensis[d] ei[e] beneficiis confidebat, mittit[f] ad exercitum nostrum, quia[g] imperiale palatium, Blacherne dictum, nobis sub imperatoris et suo iuramento promittit in obsidium, donec cuncta nobis promissa reddantur. Accedit ad accipiendum[h] palatium nobilis[i] marchio[k] Montisferran[l, 35] cum militibus nostris. Sed Greci[m] nostris illudunt et[n] quos super[o] hoc iam nobis promisso dederant sumptis[p] obsidibus, consueta periuria non verentur. Nocte insecuta Murzulphus, domino suo et nobis periurus, reddendi[q] nobis palatii revelat[36] arcana[r] et ex hoc perpetuam[s] ipsis eripi libertatem et contra hoc veniendum modis omnibus esse declarat, si[t] deiciatur Alexius. Huius itaque proditionis merito a Grecis imperator attollitur[u]. In dominum igitur suum dormientem et rei nescium sacrilegas mittit manus et in carcerem una cum Nicolao[v] quodam[37], quem inscium apud Sanctam Sophiam[w] populus in imperatorem erexerat[x], proditione traditum[y] simul deiecit sibique coronam imperialem usurpavit[z]. Modicumque[*] post hec[a] domnus Ysachius, pater Alexii[b], diem clausit extremum, qui animum filii sui a nobis pre omnibus, ut dicebatur, averterat.* 1204.

*Grecis autem sanguinem nostrum tantum sitientibus, acclamante precipue clero et populo universo, ut de terra in brevi tolleremur[c], prelia contra nos proditor iam dictus instaurat, urbem machinis in[d] propugnaculis munit, quorum similia nemo unquam vidit. Cumque murus mire latitudinis[e], in altum valde consurgens, turres haberet[f] amplissimas, pedibus circiter quinquagenis paulo plus[g] minusve distantes, inter quaslibet duas ex parte maris, qua noster timebatur assultus, turris lignea erigitur super murum stationibus tribus aut quatuor, multitudinem continens armatorum. Nichilo[h] minus inter duas turres quaslibet[i] seu[k] petraria[l] seu magnellus[m, 38] erigitur Turribus autem supereriguntur lignee turres altissime stationum sex, superque supremam stationem adversum nos porriguntur scale[n], appoditiones[39] ex utraque parte et propugnacula continentes, paulo minus et[o] excelsis scalarum capitibus, quantum iacere possit in altum arcus a terra. Murum etiam ipsum murus circumcingit inferior duplexque[p] fossatum, ne muris ulla applicare possint[q] ingenia[40], sub quibus possint[r] latitare fossores. Interim terra marique nos[s] temptat perfidus imperator, Domino nos semper protegente suosque frustrante conatus. Nam preter ordinationem nostram ad predam victualium procul exeuntibus nostris usque ad mille animas pugnatorum[41], imperator occurrit in multitudine gravi[t], primoque[u] congressu dissipatur omnino, cesis captisque non paucis sine dampno nostrorum; fuga[v] ignominiosa consulens sibi clipeum abicit, arma deponit et vexillum imperiale dimittit, nobilemque[w] quam[x] sibi preferri faciebat yconiam[y], quam Cysterciensium ordini nostri[z] dedicavere victores. Post hec naves nostras iterato[*] flammis[a] aggreditur[b], intempesteque[c] noctis silentio sedecim[d] naves suas incensas[e] velis[f] in altum colligatis et inferius ad proram, flante fortiter austro, nostras mittit in naves. Sed Domino faciente[g] cum multo labore nostrorum custodimur indempnes et ardentibus navibus clavis infixis catenis[h] habentibus nostrorum remi-*

a) nullum habere deberet *G. M.* b) ei *G. M.* c) murzulfum 3. 5. 8; muzulfum 7; Murzuflum *Ed.*; nobis, quondam Murculphum nomine, sanguine sibi propinquum *M.* d) inpensis 3. e) ei *deest M.*; sibi *G.* f) mittitur igitur 1*. g) quia *deest Ed.*; qui *G. M.*; quod 3. h) recipiendum *G. M.* i) nobis 8. *Ed.* k) marchyo 3. l) montisferan 1*; montiferrani 5. 7. 8; Montisferrati *Ed.* m) grecia 3. 5. 7. 8. n) marchio. Illudit Alexius marchioni et *G. M.* o) sub 7. p) spretis *G. M.* q) Graecis *addunt Col., G. M.* r) archana 3. 5. 7, *ita* 1* *sed correctum.* s) in perpetuum *G. M.* *Iam satis apparere putantes, summa inter diversa huius epistolae exemplaria discrepantia, in quibus continuatur, ea tantum ex Ann. Col. max., Gest. Innocentii, Miraei exemplaribus commemoravimus, quibus in crisi factitanda uti poteramus.* t) nisi *malo Col.*; ut *G. Inn.*; noster *M.* u) acclamatur *R.* v) nycolao 3. w) Sophyam 3. x) erexerat *deest* 5. 7. 8. y) tradita 1*; quem inscium, proditione imperatorem traditum vi populus apud S. Sophiam *R.* z) mittit manus eumque carcere tetro includens (ac conducens *G. Innoc.*) iterum (tertium *Col.*) Nicolaum quendam qui apud S. Sophiam imperiales infulas noviter usurpaverat traditum sibi a Graecis, qui eum creaverant, proditione rursum incarceravit *Col., G. Innoc., Mir.* *) que *deest* 7. a) hoc 3. b) alexii 5. 8. c) tolleremur 8. *M.* d) et 3. 5. e) latitudinis, lapidibus minutis caementoque tenacitatis et firmitatis antiquae constructus, in *G. aliique.* f) habet 1*. 5. g) plus *deest R.* h) nec *R.* i) qualibet 8. *R.* k) seu *deest* 1*. 7. l) petreria 3; peteria 8; petorca *R.* m) mangonellus *Col.* n) scale *deest* 7. o) et *omisit Ed.* p) duxque 8; duxitque *R.* q) possent *Ed.* r) possunt 3. s) muros *M.* t) Graecorum *M.* u) primo 3. 5. 7. 8; Sed primo *Ed.* v) et fuga *Ed.* w) simulque nobilem *Ed.* x) quem 3. 5. 7. 8. y) iconem *Ed.* z) nostro 7; nostri *deest Ed.* *) *ita Col. et G. Innoc.*; in tanto 1*. 3. 5. 7. 8; *desunt Ed.* a) flaminis 1*. b) egreditur 8. c) intempestatoque 3. 8. d) sexdecim *Col., Mir., G. Innoc.*; quindecim 8. *Ed.* e) incensis 8. *Ed.* f) suis *addunt* 8. *Ed.* g) favente *M.* h) catenas *Ed.*

34) Alexium Ducam videlicet, cognomine Murzuflum. 35) scil. Bonifacius. 36) scil. Graecis, ut eos contra Alexium sollicitaret. 37) scil. Canabo. 38) Petrariae (gallice *perrière*) et magnelli, ballistarum genera, v. Bangert h. l. 39) i. e. adminicula. 40) i. e. machinae, *engines.* 41) Expeditionem fecerunt praedandi causa ad Phileam in litore Ponti; proelium commissum est Febr. 2.

1204. *gio trahuntur in pelagus, et sic ab imminenti[a] mortis periculo a Domino liberamur. Nos quoque terrestrem eum provocamus ad pugnam, et ponte atque amne transmisso, qui exercitum nostrum separabat a Grecis, cuneis ordinatis ante portam diu stetimus regie civitatis[b], precedente cruce vivifica[c], in nomine Domini agminum Israel parati ad prelium Grecos excipere, si eis placuisset exire. Sed unus tantum miles[d] quidam[e] nobilis pro militie exercitio egressus est, quem nostri pedites membratim dilaniaverunt, sicque in castra reversi sunt. Terra marique sepius provocamur, sed dante Domino semper triumphaliter[f] obtinemus.*

*Mittit igitur ad nos pacis ficte legatos perfidus incubator[g] imperii, postulat et optinet cum duce Venetorum[42] colloquium. Cumque eidem dux obiecisset, quia nulla cum eo possit esse pacis securitas, qui dominum suum carcere conclusisset, postposita iurisiurandi religione et fidei ac federis inter quemlibet[h] et inter fideles[i] firmiter obtinentis[k], et ipsi[l] preripuisset imperium, ei[m] bona fide consuleret, ut dominum suum restitueret et humiliter veniam postularet, nostras etiam pro se promittens[n] preces et quia[o], cum eodem domino suo misericordiam si vellet agere, deberemus, ac[p] quicquid egerat contra nos venenose, si redirent[q] ad animum, imputare vellemus[r] etati lapsuive consilii; ille vana verba subintulit, quia, que responderet rationabiliter, non habuit. Obedientiam Romani pontificis et subventionem terre sancte, quam iuramento et scripto confirmabat[s] Alexius imperiali, adeo refutavit[s], ut vitam amittere preeligeret Greciamque[t] subverti, quam quod Latinis pontificibus orientalis ecclesia subderetur. Nocte igitur insequenti dominum suum latenter suffocat in carcere, cum quo ipsa die prandium sumpserat[u]. Inde et clava ferrea, quam tenebat in manu, latera morientis et costas inaudita crudelitate confringit, casuque vitam, quam laqueo extorserat, confingit[v] exemptam[w] ac imperiali sepultura concessa[x], propalatum omnibus scelus funeris honore dissimulat.*

*Sic nobis hiems[y] tota perficitur, donec navibus[z] nostris scalis[*] aptatis et instrumentis*
Apr. 9 *bellicis preparatis, nos et nostra recipientes in navibus, 5. Idus[a] Aprilis, hoc est sexta feria ante passionem Domini[43], unanimiter pro honore sancte Romane ecclesie, et subventione[b] terre sancte, navali prelio invadimus civitatem. Et eo[c] die, sine multo tamen nostrorum sanguine, tanta fuimus[d] perpessi, ut inimicis nostris in obprobrium verteremur, quorum ea die pars fuit per cuncta deterior, adeo ut tracta in terram Grecis[e] compelleremur bellica nostra machinamenta relinquere et[f] infecto negotio ad ripam cogeremur redire adversam, ea die, ut videbatur, inutiliter fatigati. Conturbati ergo[g] plurimum et conterriti[h] et demum in Domino roborati[i],*
Apr. 12. *definito consilio rursum instauramur ad pugnam et quarto die, pridie Idus[k] Aprilis, hoc est feria secunda post passionem Domini, flante borea rursum applicamur ad muros, et[l] scalis navium scalis turrium applicatis, cum multo labore nostrorum et permultum resistentibus Grecis. Sed ex[m] quo cominus gladios sensere nostrorum, non diu[n] belli duravit[o] anceps eventus. Due siquidem naves colligate pariter, que[p] nostros episcopos, Suessionensem ac Trecensem[q], deferebant, quarum erant insignia paradysus et peregrina, prime scalis scalas turrium[r] attigerunt et felici auspicio peregrinos pro paradiso certantes hostibus admoverunt. Prima muros optinent vexilla pontificum, ministrisque[s] celestium secretorum prima conceditur de celo victoria. Irruentibus igitur nostris cedit Domino iubente multitudo infinita perpaucis et[t], propugnacula relinquentibus Grecis, nostri audacter militibus portas aperiunt. Quorum cum imperator, qui non procul a muris in tentoriis stabat armatus, conspicaretur ingressum, statim tentoria dereliquit[u] et fugit. Nostri[v] cedibus[w] occupantur, civitas capitur populosa, recipiuntur in palatiis[x] imperialibus, qui nostrorum enses effugierunt[y]. multaque cede facta Grecorum, nostri sese*

a) imminentis 3. 5. 7. 8. *Ed.* b) ci. et imperialis palatii, quod Blachernae nuncupatur *add. Col.* c) dominica 1*. d) miles *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* e) quispiam *Ed.* f) tryumphaliter 3. g) incupator 5. 7. 8; occupator *Ed.* h) quamlibet 3. 5. 7. 8. i) inter quantumlibet infideles *Mtr.*; *omnino desunt Col.* k) inter — obtinentis *desunt R.* l) ipse 7. m) et *Ed.* n) mittens 8. *Ed.*; promitteret *Col.*, *G. Inn.* o) quod 5. 7. 8. *Ed.* p) et 8. *Ed.* q) rediret *Ed.* r) vel lenius 5. s) confirmarat — refutat *Ed.* t) gratiamque 1*. *sic infra* gratis 1*. u) sumpserat *deest* 5. 7. 8. v) confringit 5. 7. 8. *R.* w) ereptam *Col. etc.* x) ac — concessa *desunt* 5. 7. 8. *R.* y) hyemps 3. 7; hyems || tota *hic fasc.* Q. *apographi Hafniensis* (1*) *incipit.* z) *ita Col. etc.*; manibus 1*. 3. 5. 7. 8. *Ed.* *) stabiliter *R.* a) ydus 3. 7. b) sub veneratione 3. 5. 7. 8. *Ed.* c) ea 5. 7. d) sumus ta. 5. 8. *Ed.* e) gratis 1*. f) ut 5. 7. 8. g) autem 5; igitur 1*. h) contriti *Ed.* i) corroborati *Ed.* k) ydus 3. 7. l) et *deest Ed.* m) rex quo 1*. n) non diu *restituimus ex Col. etc.*; *desunt* 1 5. 7. 8. o) durat *Ed.* p) quae pariter *Ed.* q) Tretensem 1*; cretensem 3. r) trium *R.* s) mynistrisque 3. t) etiam 5. u) dereliquit *omisit* 7. v) nostris 3. 5. 7. 8. w) sedibus 8. x) palaciis *corr.* palatiis 1*. y) fugierunt 3; effugerunt 1*. *Ed.*

42) Heinrico Dandolo. 43) i. e. ante dominicam Iudica, quae dominica passionis vocatur et h. a. in diem Aprilis 11. incidit.

recolligunt, advesperascente iam die, arma fessi deponunt, de assultu[a] crastino tractaturi[b]. 1204.
Suos recolligit imperator et crastinam hortatur ad pugnam asserens, quod[c] nostros in potestate nunc habeat intra murorum septa conclusos[d]. Sed nocte[e] latenter dat terga devictus.

Quo comperto, Grecorum plebs attonita de substituendo imperatore pertractat. Et dum mane facto ad nominationem[f] cuiusdam Constantini[44] procedunt, pedites nostri non exspectata deliberatione maiorum ad arma prosiliunt, et terga dantibus Grecis fortissima et munitissima relinquuntur[g] palatia[h], totaque in momento[i] civitas obtinetur, diripitur innumera equorum multitudo, auri, argenti, sericorum[k] preciosarumque vestium atque gemmarum et omnium eorum, que ab hominibus inter divitias[l] computantur, tam inestimabilis abundantia reperitur, ut tantum tota Latinitas[m] non videretur possidere. Et qui pauca ante negaverant, cuncta[n] nobis divino iudicio reliquerunt, ut secure dicamus, quia[o] maiora his mirabilia circa bellorum casus nulla unquam narret[p] historia[q], ut impleta prophetia[r] manifeste videatur in nobis, que dicit: Persequetur unus ex[s] vobis centum alienos[45], quia si inter singulos victoriam partiamur, quilibet ex nostris non pauciores quam centum obsedit et vicit. Nunc autem non nobis[t] victoriam usurpamus, quia super omnia mirabilia salvavit sibi[u] dextera Domini, et brachium virtutis eius[v] revelatum est in nobis[46]. A Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris[46*].

Ordinatis igitur diligenter, que[w] disponendarum[x] rerum poscebat eventus, ad electionem imperatoris unanimiter et devote procedimus et, omni ambitione seclusa, cum sex baronibus Venetorum venerabiles viros, episcopos nostros Suessionensem, Halverstadensem[y][47], domnum quoque[z] Betlehemitanum[*], qui a partibus transmarinis auctoritate apostolica nobis fuerat delegatus, Acconensem[a] electum, abbatemque Lucedii[b][48] imperatoris nostri sub Domino[c] con-
stituimus electores. Qui oratione premissa, ut decuit, dominica Misericordia[d] Domini personam Mai. 9.
nostram, quod a[e] nostris meritis erat procul, unanimiter ac sollempniter elegerunt, divinis lau-
dibus clero et[f] populo acclamante. Sequentique dominica, qua Iubilate[g] cantatur, precipiente Mai. 16.
Petro apostolo, regem honorificari eique obediri[h][49], et euangelio annunciante[i], quod gaudium vestrum[k] nemo tollet a vobis[50], cum ingenti honore atque tripudio[l], more etiam[m] suo applaudentibus Grecis, ad honorem Dei sancteque Romane ecclesie[n] gloriose ad imperii fastigia et coronam[o] Deo et hominibus amabiles patres, memorati pontifices, cum universorum applausu et piis lacrymis[p] sublimarunt. Aderant incole terre sancte, ecclesiastice militaresque persone[q], quorum pre omnibus inestimabilis erat et[r] gratulabunda letitia. Exhibitumque Deo gratius officium asserebant, quam si civitas sancta christianis[s] cultibus esset[t] restituta, cum ad confusionem perpetuam inimicorum crucis, sancte Romane ecclesie terreque sancte Iherosolimitane[u] sese regia civitas devoveret, que tam diu, tam potenter adversaria stetit et contradixit utrique[v]. Hec est, que[w] spurcissima[x] gentilium, pro fraterna societate sanguinibus[y] alternis[z] ebibitis, cum infidelibus est ausa sepius amicitias firmare ferales et easdem mamma[*] diu lactavit uberrima et extulit in superbiam seculorum[a], arma, naves et victualia ministrando, que[b] econtrario fecerunt peregrinis, magis edocere sufficiunt in omni Latinorum gente exempla quam verba. Hec est enim que in odium summi pontificis apostolorum principis nomen audire vix poterat, nec unam eidem inter tot Grecas ecclesiam concedebat, qui omnium ecclesiarum accepit ab ipso Domino principatum, et sicut eorum recens memoria recolit qui viderunt, legatum apostolicum morte tam turpissima condempnavit, ut nec inter martires legatur ulla consimilis, licet penas eorum incredibiles invenerit ingeniosa crudelitas. Hec est, que Christum didicerat solis honorare picturis et inter ritus nefandos, quos sibi, spreta scripturarum auctoritate, con

a) vero *addit* 1*. b) tractaturos *Ed.* c) que 3. 5. 7. 8. d) inclusos 1*. e) noctu *Ed.* f) denominationem *Ed.* g) relinquitur 1*. h) palacia *corr.* palatia 1*. i) monumento 1*. k) sericarum *Ed.* l) diuicias 1*. m) tuto latitans *R.* n) cunta 5, *id quod bis scriptum in* 8. o) quod *Ed.* p) narrat 5. q) hystoria 3. r) prophecia 1*. s) ex *deest* 3. t) vobis 1*. u) saluati sumus *Ed.* v) dext. eius et b. v. Domini 1*. w) qui 5. x) disponenda *Col. etc.* y) Trecensem *addunt Col. etc.* z) que 1*. *) bethlehemitanum 3; bethlemitanum 5. 7. *Ed.*; bethlemitanum 8. a) ac honensem 1*. b) Lucidii 1*. c) dominio 1*. d) Misericordia, *superscriptis signis musicis* 3; misericordias *Ed.* e) quodam 3. 5. 8. f) ac 5. 7. 8. *Ed.* g) Iubilate *superscr. signis musicis* 3. h) oboedire *Ed.*; ob. quasi praecellenti et *Col.* i) nunciante 3. 5. 7. 8. *Ed.* k) nostrum 1*. l) trypudio 3. m) et 5. n) eccl. ac subiectionem terrae sanctae *Col. etc.* o) ad i. fast. coronant 3. 5. 7. 8; gl. coronatum ad i. fast. *Col. etc.* p) nec *addit R.* q) persone *deest* 3. r) et *deest* 5. s) cristianis *ut fere semper* 8. t) esse 1*. u) Hierosolymitanae *corr.* 1*; *deest R.* v) uterque 5. 7. w) que *deest* 3. x) spurtissima 5. y) sanguinibus *deest* 5. 7. 8. *Ed.* z) alterius 7. *ita et corr.* 1*. *) manima 1* a) sanctorum 1*. b) que *corr. Ed*; qui 1*. 3. 5. 7. 8.

44) immo Theodori Lascaris. 45) Iosua 23, 10. 46) Psalm. 97, 1. 46*) Psalm. 117, 23. 47) scil. Conradum. 48) Ogierum abbatem Lucedii in marchionatu Montferrat sitae. 49) 1. Ep. Petr. 2, 17. 50) Ev. Ioh. 16. 22.

1204 *finxerat*[a], *etiam lavacri salutaris plerumque facere presumebat iterando iacturam. Hec est, que Latinos omnes non hominum nomine dignabatur sed canum, quorum sanguinem effundere pene inter merita reputabant*[b], *nec ulla penitentie satisfactione satisfaciebant laici*[c] *monachi, penes quos, sacerdotibus spretis*[d], *tota ligandi atque solvendi consistebat auctoritas. Hec et huiusmodi*[e] *deliramenta, que epistolaris non valet explicare angustia, impletis iniquitatibus eorum, que*[f] *Christum Dominum ad nauseam*[g] *provocabant, divina iustitia nostro ministerio*[h] *digna ultione*[i] *percussit et, expulsis hominibus Deum*[k] *odientibus, amantibus sese terram nobis dedit omnium bonorum copiis affluentem, frumento, vino et oleo stabilitam, fructibus opulentam, nemoribus, aquis et pascuis speciosam*[l], *spatiosam*[m] *ad manendum, et cui similem non continet*[n] *orbis, aere*[o] *temperatam.*

*Sed nec in his desideria nostra subsistunt*[p], *nec ab humeris sustinebimus vexillum regale deponi, donec terra incolatu*[q] *stabilita*[r] *nostrorum, partes debemus invisere*[s] *transmarinas et Deo donante propositum peregrinationis explere*[s]. *Speramus enim in Domino Ihesu quia, qui*[t] *cepit in nobis opus bonum, ad laudem et gloriam nominis sui, inimicorum crucis*[u] *depressionem perpetuam perficiet, confirmabit solidabitque. Universitatem igitur vestram propensius exoramus*[v] *in Domino, ut glorie huius atque victorie et spei preoptate*[w], *cuius hostium*[x] *nobis magnum apertum est, dignemini esse participes, quia vobis absque ulla dubitatione continget, si nobiles et ignobiles, cuiuslibet conditionis aut sexus, eisdem desideriis accensi, ad veras immensasque divitias capessendas*[y], *temporales*[z] *pariter et eternas unanimiter acquiratis. Universis enim Deo donante sufficimus, quos nobis christiane religionis zelus adduxerit, universos volumus simul et possumus secundum status suos varietatemque natalium et augere divitiis*[*] *et honoribus ampliare. Spiritaliter*[a] *autem Deo amabiles ecclesiasticos viros cuiusque religionis aut ritus in Domino postulamus, ut ad idem populum suum potentibus verbis accendant*[b], *et exemplis edoceant, catervatimque et ipsi venire festinent, in locis amenissimis et uberrimis non iam in sanguine, sed cum multa libertate et pace, omniumque bonorum affluentia ecclesiam plantaturi, salva semper, ut decet, obedientia prelatorum.*

## LIBER SEPTIMUS.

1. *Quomodo Adolphus Coloniensis defecerit*[c] *ab Ottone rege*[d]. Hec de statu Latinorum et de[e] subactione[f] Grecie nobis comperta studiis legentium communicamus. Sed quia de fine huius[g] historie certificare eos nondum possumus, nunc ad prosequendam[h] regum narrationem convertamur.

Cum igitur rex Otto[i] Coloniam, ut dictum est[51], potenter optinuisset et amplior ei prosperitas arridere videretur, repente inopinata adversitas contra eum exorta est. Siquidem comes de Gulike[k][52] contra eum[l] insidias moliri cepit, ita ut Philippo[m] regi litteras et nuncios occulte dirigeret, hoc demandans, si[n] ipsum divitiis et honoribus ampliare vellet[o], non solum omnes principes, fautores Ottonis regis, sed et ipsum archiepiscopum Coloniensem in suam partem adducere vellet. Qui gavisus est, hoc[p] remandans, ut super hoc negotio ad locum determinatum sibi occurrere vellet. Quod et factum est. Philippus[q] igitur eum sibi sub iuramento artius astringens, curiam quandam[r] 600 marcas persolventem ei in beneficio concessit, et ditatum auro et argento, vestibus preciosis et equis ad sua remisit omnesque ei obsequentes bene induit. Willehelmus[s] igitur comes ipsum archiepiscopum et omnes nobiliores ita prestigiis suis circumvenit, ut omnes Ottoni renunciarent[t] et in

a) confixerat 3. 5. 7. 8. b) reputabatur *Ed.* c) layci 3. d) sumptis 3. 5. 7. 8; summotis *Ed.* e) huiuscemodi 5. 7. 8. *Ed.* f) qui *Ed.* g) nausiam 3. h) mynisterio 3. i) ulcione 1*, *sed corr.* ultione. k) Dominū 1*. l) et *addit* 1*. m) paschuis speciosam ad man. 8. *Mtr.*; p. spatiosam, ad m. speciosam *Ed.* n) non cont. *m. rec. in rasura* 5. o) aere *deest* 7. p) discordia n. subsistit 3. q) incolatur 1*. r) stabilitate 1*. 3. 5. 7. 8. s) inviserimus — expleamus *Ed.* t) qui quod *Ed.* u) videlicet crucis *Ed.* v) oramus *Ed.* w) preoptare 8; *deest R.* x) ostium 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) compessandas 5. 7. 8. z) temporaliter 5. *) diuicias 5. 7. 8. a) spiritualiter 1*; specialiter 5. b) accedant 3. 5. 7. 8. c) defecit 5. 7. 8. d) Quomodo — rege liber VII. 3. 7 *et* 8, *in quo, quod minio scriptum est* 6tus *atramento est correctum. In* 1* *deest libri* VII[i] *nota.* e) de *deest* 5. f) subiectione 5. g) huius *deest* 1*. h) prosequendum 5; persequendam *Ed.* i) otto *deest* 7. k) Gulikae 1*; gulyke 3; guleke 5. l) ut dictum est *addit* 7. m) phylippo *semper* 3. n) se 5. o) quod *addunt Ed.* p) hoc *deest* 5. q) Phillippus 1*. r) quadam 5. s) wilhelmus 5. *Ed* t) renunciaverint *Ed.*

51) Utrum redeat Arnoldus his verbis ad l. VI. c. 7, quo breviter narrationi inseruit: *ipso rege in Colonia commorante*, an errorem commiserit, incertum; hoc verisimilius est. 52) Wilhelmus.

partem Philippi se inclinarent[a]. Quid plura? prevalente conspiratione, Philippus Aquisgrani[b] potenter adducitur[c], ab Adolpho archiepiscopo rex consecratur et in sedem imperialem collocatur[53]. 1205 Displicuit tamen verbum istud[54] Coloniensibus, qui fidem Ottoni servabant, arguentes super hoc archiepiscopum, quod eis inconsultis tantam novitatem presumpsisset. Multisque supplicationibus ei insistebant, ut factum suum retractare voluisset[d], revocantes ei ad memoriam factum domni pape, qui ad ipsius petitionem regem Ottonem confirmasset et nulli nisi ipsi manum imponere decrevisset. Cumque archiepiscopus nec animum nec factum mutare voluisset, directe sunt littere ad domnum papam tam regis quam capituli maioris et civium civitatis quod factum fuerat ei[e] flebiliter insinuantes. Unde commotus per apostolica scripta archiepiscopo[f] mandavit, ut infra sex septimanas apostolice[g] sedi se exhiberet et de obiectis se expurgaret.

2. *De mutilatione decani et nece cancellarii.* Interim non obliviscendum, quod bone memorie Heinricus, decanus Magdeburgensis maior[55], cum pro[h] negotiis[i] suis Philippum regem adire voluisset, frater burgravii[56] Gerardus[k], suspectum eum[l] habens, quod contra cancellarium Conradum, fratrem suum, aliqua[m] moliri voluisset, insecutus est eum cum suis et presumptuose manus in eum mittens, in terra supinatum exoculavit, virum bonum et pium et ad decus sue ecclesie valde nominatum[57]. Que presumptio hoc modo multata est, ut mille marcas argenti iniuriato persolveret et de pheodo[n] suo ad centum marcas argenti[o] ecclesie maiori resignaret et cum multis nobilibus hominium ei faceret et cum quingentis militibus militarem penam ei persolveret, id est ut singuli milites de loco perpetrati sceleris usque ad fores maioris ecclesie caniculum deferrent[p].

Hoc quoque addendum, quod idem cancellarius Conradus, resignato episcopatu Hildensemensi[q], cum ad episcopatum Erbipolensem[r] sublimatus fuisset, quia erat vir[s] zelator iustitie, cum pro ecclesia sua conflictum[t] cum ministerialibus[u] suis[v] haberet, qui quadam presumptione res[w] ecclesie invaserant, conditione pacis interposita, ut ipsum negotium mediante iustitia terminaretur, ab ipsis contradictoribus suis in ipsa civitate Erbipolensi dolose[x] occisus est[58]. Unde a fidelibus in ipso loco occisionis sue crux operosa erecta est, et ibi[y] tale epitaphium[z] exaratum est[*]:

*Hic procumbo solo, sceleri[a] dum parcere nolo,*
*Vulnera facta dolo dent habitare polo.*

Hec est vox occisi, cum sanguine Abel iusti ad Deum[b] clamantis. Dicunt etiam quidam, eum occisum in cilicio inventum et eum viventem curam pauperum habuisse et in eorum elemosina[c] fertonem auri omni septimana expendisse. Novit Dominus, qui sunt[d] eius. Quis virum tam delicatum[e], sericis ornatum, cilicio crederet indutum? Sed nonnunquam sub forma seculari latet animus spiritalis[f], et e converso sub forma spiritali occultatur, heu[g]! animus carnalis.

3. *De depositione Coloniensis et[h] substitutione Brunonis.* Archiepiscopus tamen, neglecto mandato apostolici[i], eius presentie se non exhibuit. Unde dati sunt iudices Heinricus canonicus ad Sanctum Gereonem, Anselmus[k] et Christianus[l] parrochiani, qui eum legitime citatum[m] monerent[n], ut errori suo renunciaret, quod si noluisset[o], ipsum excommunicatum deicerent et[p] alium idoneum[q] ecclesie sancte[r] preficerent. Quod et factum est. Cum enim acquiescere nollet salutaribus monitis, sub interdicto positus est, et Bruno Bunnensis[s] prepositus ei est substitutus[59]. Ad quod tamen negotium sollempnius exequendum a domno papa[t] maiores persone sunt delegate, ut subiecta declarat[u] epistola:

a) inclinarint *Ed.* b) Aquisgranum *Ed.* c) inducitur 1*. d) vellet *Ed.* e) et fl ins. 5; ei fl. ei ins. 7. f) archiepiscopo *deest* 7. g) apostolici 7. h) prae 1*. i) negociis 1*. k) Gerhardus 1*. l) eum *deest* 5. m) aliquid 5. n) pheodo *corr.* feudo 1*; feudo *Ed.* o) argenti *deest* 3. p) deferret 3 5. 7. 8. q) hyldensemensi 3. r) erpybolensem *ut saepius* 3; erpibolensem 5. 8 *saepius.* s) vir *postmodum adiecit m. rec. in* 5. t) conflictus 7. u) mynisterialibus 3. v) suis *deest R.* w) presumciores 7. x) dolose *deest* R. y) in 8; in ea *Ed.* z) epytaphium 8. *) est *deest Ed.* a) celeri 3. b) Dominum *Ed.* c) elemosina *corr.* elemosyna 1*. d) sint 8. *Ed.* e) dedicatum 7. f) spiritualis 1*. g) heu heu 5. h) et de 3. i) apostolico 5. k) ancelmus 5; anschelmus 7. l) cristianus 5. 8. m) scitatum *corr.* citatum 1*. n) monuerunt *R.* o) nollet eum *Ed.* p) ac 5. q) ydoneum 3. 8. r) sue 5. 7. 8. *Ed.* s) Bonnensis *Ed.* t) 3[o] Innocentius, qui 1196 coronatur manetque in sede annis 18 etc. *m. rec. in marg.* 8. u) narrat 5.

53) a. 1205. Ian. 6. 54) i. e. haec res, biblice v. 2. Sam. 11, 27. 55) Heinricus de Glinden, qui, ut cancellarii dignitatem sibi acquireret, ad regem proficiscebatur. 56) scil. Magdeburgensis, Burchardi de Querfurt. 57) Hoc facinus a. 1202. Aug. 14. perpetratum est. 58) Interfectus est a. 1202. Dec. 6. a Bothone et Henrico de Ravensburg militibus. 59) Adolfus depositus est 1205. Iun. 19.

*Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopo Moguntino[a] et episcopo Cameracensi, et dilecto filio scolastico[b] Sancti Gereonis, salutem et apostolicam benedictionem. Ut Adolphus Coloniensis archiepiscopus incidat in foveam, quam paravit[c], et intret impius gladius in cor eius, pertinax ipsius inobedientia, periurium iteratum et proditio vulgata deposcunt. Ipse etenim[d] nec Deum timens, nec reveritus hominem, nec Coloniensis[e] ecclesie dignitatem attendens, in offensam Dei, ecclesie[f] Romane contemptum et sue sedis[g] dispendium a se iugum obedientie excussit, iuramentum semel et[h] iterum prestitum violavit, et eum prodidit, quem crearat. Sane cum olim carissimum[i] in Christo filium nostrum, illustrem Ottonem[k], in Romanorum imperatorem electum, coronasset in regem et fidelitatis ei prestitisset iuramentum, apud nos multipliciter institit[l], ut eidem regi favorem apostolicum impendentes, ratum quod ipse fecerat haberemus[m]. Cumque multiplicatis intercessionibus obtinuisset a nobis, ut in favore[n] ipsius regis deferremus[o] honori ecclesie Coloniensis, cepit in eiusdem[p] devotione tepescere, ac manum suam ab aratro retrahens occasiones frivolas invenire a nobis[q], ne quod plantaverat[r] irrigaret, quatinus cito aresceret planta eius, cum sollicitudinem[s] suam[t] manus subtraheret plantatoris. Verum quia[u] neque qui[v] plantat neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus[60], invaluit nichilominus per gratiam Dei novus palmes, et cum[w] extenderet iam ramos suos et[x] pullularet, vidit plantator invidus et invidit et non potuit diutius occultare virus[y] suum, quia nequam mentem iniqua[z] operatio revelavit et arbor agnita est in[*] fructu. Commonitus igitur et conventus iterum prestitit iuramentum, quod eundem regem numquam desereret nec in partem alteram declinaret. Sed iuramentum stabilire non potuit mentem illam, que innate levitatis vitio fluctuabat. Nos autem licet non[a] de facili crederemus, quod vir tanta preditus dignitate sic esset adversarius[b] sibi ipsi[c], et quod fecerat intenderet annullare[d], ne quid tamen sollicitudini nostre deesset, ad constantiam eum excitare volentes, et monitis et minis institimus apud ipsum[e] et sub quanta potuimus ei districtione precepimus[f], ut eidem regi assisteret et ad promotionem eius efficaciter aspiraret, cavens sollicite, ne maledictionem pro benedictione reciperet, si illusisse nobis tam turpiter probaretur[f]. Ipse vero non attendens, quod sicut obedientia victimis antefertur, sic inobedientia idolatrie[g] comparatur[h], lora[i] dirumpens[k] in vitium inobedientie incidit, et contra preceptum nostrum et proprium iuramentum, corruptus pecunia sicut fertur, dominum suum temerarius prodidit, et conversus in arcum perversum[l], nobili viro Philippo duci Suevie contra eum inpudenter[m] adhesit. Ne[n] quid eius presumptioni deesset et[o] ne culpa eius aliquo velamine posset palliari, nuper Aquisgrani, ubi prefatum regem sollempniter coronaverat, memoratum ducem publice coronavit, quamvis[p] excommunicationis sententiam incurrisset[q], quam in ecclesia beati Petri Colonie coram multitudine copiosa, ipso presente ac gerente stolam sacerdotalem in collo et candelam accensam in manu tenente, frater noster, G. Remensis[r] archiepiscopus, tunc episcopus Prenestinus, apostolice sedis legatus, promulgavit in eos qui a prefato rege recederent et parti alteri adhererent[s]. Ut igitur Colonienses, qui noluerunt in malo caput[t] languidum imitari, sed in eiusdem regis fidelitate perstiterunt firmius et persistunt, expurgato fermento veteri quod voluit totam massam corrumpere, sint nova conspersio[u], sicut sunt azimi, nichil corruptionis habentes, cum iuxta canonicas sanctiones[v] accusatione non egeat[w] manifesta, unde nos eius exemplo, qui absens corpore, presens autem spiritu Corinthium[x] dampnarat absentem, potuissemus sententiam in eum promulgare, ad maiorem tamen cautelam, consilio fratrum nostrorum et[y] tam episcoporum quam prelatorum aliorum plurium[z], discretioni vestre per apostolica scripta[*] mandamus[a], districte precipientes, quatinus[b] cum apud nos[c] sint ista[d] luce clarius manifesta, dictum archiepiscopum pulsatis campanis et accensis candelis singulis dominicis diebus et festivis excommunica-*

a) mogontino 5. 8. b) Scholastico 1*. *Ed.* c) parat 1*. d) enim *Ed.* e) colonie 5. f) attendens — ecclesie *desunt R.* g) cędis 1*. h) atque *Ed.* i) karissimum 5. 8; *deest* 3. k) O. 3. 8. l) instituit 8. m) ratum — haberemus *desunt* 7. n) fenore 5. 8. *Ed.* o) deserviremus *R.* p) iisdem 1*. q) a nobis *desunt Ed.* r) plantarat 1*. s) solitudinem *Ed.* t) suam *deest* 5. u) que 3. 5. 7. 8; Etsi *Ed.* v) qui *deest* 1*. w) tam 7. x) ut 5. y) virum 5. 8. z) iniqua *deest R.* *) de 5. a) non *deest* 5. b) adversativus *R.* c) superiori 8. *Ed.* d) adnullare 1*. e) eum *Ed.* f) precipimus 8; precepimus — probaretur *in his perforato folio in cod.* 3 *periere quaedam.* g) ydolatria 3. 8; idololatria *Ed.* h) comprobatur 3. 5. 7. 8. *Ed.* i) lora *om.* 8. *Ed.* k) disrumpens 3. l) arcum prauum et peruersum 7. m) imprudenter 5. 7. n) Et ne *Ed.* o) et *deest Ed.* p) quare *Ed.* q) excurrisset 8; incurrit *Ed.* r) Gremensis 1*; Bremensis 5; Brundusinus *R.* s) cohererent 5. 7. 8. t) capite 1*; apud 5. u) aspersio 8. v) sanziones 5. w) egeant 3. x) chorintium 3. 7. 8; corinticum 5. y) et *deest R.* z) plurimorum *Ed.* *) scriptura 1*. a) discretioni — mandantes *desunt* 3. 5. 7. 8. b) praecipimus ut *R.* c) vos 8. *Ed.* d) ita *Ed.*

60) 1. Ep. Corinth. 3,

*tum publice nuncietis, et faciatis per omnes ecclesias Colonienses et vicinas dioceses*[a] *sub sollempnitate simili nunciari, suffraganeos et omnes fasallos*[b] *Coloniensis ecclesie tam clericos*[c] *quam laicos*[d] *absolutos ab eius obedientia nunciantes. Quia vero, si tantum scelus remaneret inultum, quivis de cetero posset impune inobedientie vitium*[e]*, periurii crimen et proditionis facinus perpetrare, sub eadem districtione vobis*[f] *precipimus, quatinus*[g] *cum hec in illo possint apud nos*[h] *tergiversatione celari, vos eum, auctoritate nostra*[i] *suffulti, a pontificali officio, sublato*[l*] *cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, deponatis, nisi forsan infra*[k] *mensem post factam denunciationem a vobis ad sedem apostolicam accesserit iudicandus, his, ad quos ius electionis noveritis*[l] *pertinere, apostolica auctoritate iniungentes, ut personam idoneam*[m]*, que*[n] *tanto congruat oneri et*[o] *honori, sibi eligant in pastorem. Quod si electionem contigerit aliqua fotte, quod absit, occasione differri, ne bona ecclesie Coloniensis possint interim deperire, alicui persone honeste*[p] *et*[q] *provide ac potenti committatis amministrationem*[r] *ipsius. Quia vero eiusdem ecclesie tanto amplius zelamur*[s] *honorem, quanto clerum et populum eius devotiores et firmiores sumus experti, ne unitatem*[t] *eius aliqua scissura corrumpat, si forsitan*[u] *hi, ad quos electio spectat, non potuerunt*[v] *convenire, precipiatis eisdem, ut in aliquos viros idoneos*[w] *conferant vota sua, ad sedem apostolicam accedentes cum consilio nostro, qui ad eorum concordiam, faciente Domino, dabimus operam efficacem, ut*[x] *personam idoneam sibi eligant in prelatum*[61].

Taliter[y], ut meruit, Adolphus de dignitate sua est deiectus[z], et Bruno memoratus in locum ipsius est sublimatus. Quique[z*] a domno apostolico insignia archiepiscopatus suscipiens[*], et cum Ottone que pacis sunt sentiens, in civitate quidem subditis suis preerat, Adolphus vero, utpote vir parentatus[*], que foris erant violenter infestare non cessabat.

4. *De constantia domni apostolici*[a]. In omnibus his apostolicus ut columpna immobilis a[b] suo proposito non cessabat, et hunc inobedientem ecclesiastica censura infirmare et Ottonis partes constanter confirmare. Nec defuerunt qui suggestionibus sive muneribus seu promissionibus temptaverint[c] animum ipsius immutare. Ille vero nec prece, nec precio, nec etiam[d] minis aliquomodo que fecerat nolebat retractare[62], sed suum electum semper in omnibus studebat et confortare et informare[e]. Hec luce clarius nobis comperta presentis scripti testimonio possumus comprobare:

*Innocentius episcopus, servus servorum Dei, carissimo*[f] *in Christo filio, illustri regi Ottoni, in Romanum*[g] *imperatorem electo, salutem et apostolicam benedictionem. Sincere intentionis affectum, quem circa promotionem regiam habuimus hactenus*[h] *et habemus, explicare nos litteris non oportet, cum plenius hunc*[i] *exponat effectus et fidelius interpretentur mentem nostram opera quam scripture. Sane preter opinionem plurium et multorum consilia suscepimus ab initio causam tuam, de cuius promotione omnes pene penitus*[k] *desperabant, et studuimus efficaciter promovere. Nec te in articulo illo reliquimus, quo per obitum inclite*[l] *recordationis Ryzhardi*[m] *regis Anglorum, avunculi tui, videbaris ab omnibus derelictus. Licet enim non defuerint*[n]*, qui multipliciter nos temptarent et muneribus et promissis nos vellent a favoris tui proposito revocare, nec prece tamen nec precio nec minis nec monitis potuerunt aliquatenus*[o] *flectere mentem nostram, quin de die in diem amplius in tua*[p] *dilectione ferveret et ad exaltationem tuam propensius aspiraret. Quamvis autem neque qui plantat neque qui rigat sit aliquid, sed qui incrementum dat, Deus*[q][63]*, gaudemus tamen in eo, qui dat omnibus*[r] *affluenter*[64]*, quia ei quod plantavimus et rigavimus incrementum benignus indulsit, ita ut sicut*[s] *granum synapis, quod mulier in orto*[t] *suo legitur seminasse, planta nostra in arborem magnam iam*

a) dyoceses 3. 7. b) vasallos 7. *ita et* 1* *sed correctum.* c) clero 5; clericos 7. d) laycos 3. 8. e) vicium 1*. f) nobis 5. g) quatinus *corr.* quatenus 1*. h) vos *R.* i) vestra 8. *Ed.* l*) *correxi ex* sublatum. k) intra *Ed.* l) noristis *Ed.* m) ydoneam 8. n) qui 3. 5. 7. o) oneri et *desunt* 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) et honeste 5. q) ac 5. r) *ita et* 1* *sed* administrationem *correctum.* s) zelamus 5. 8. *Ed.* t) eius deuotiores — unitatem *desunt* 3. 5. 7. 8. *R.* u) forsan 5. 8. *Ed.*; forte 7. v) potuerint *Ed. ita et corr.* 1*. w) ydoneos *similia* 3. 7. 8. x) ut *in rasura m. rec.* 5. y) ¶ Taliter 3. z) eiectus 1*. z*) qui *Ed.* *) suscipiens — parentatus *perforato* 3 *ex parte periere.*
a) *deest capituli inscriptio in* 1*. b) in 7. c) temptauerunt 3. 5. 7. 8. *Ed.* d) et 1*. e) confirmare 3. 5. 7. 8 *Ed.* f) clarissimo 5. g) Romanorum *Ed.* h) attenus 8. i) hoc 7. *R.* k) penitus *deest* 5. l) per probrum inditae 1*. m) rizchardi 3. 5. 7; rischardi 8; Richardi *Ed.* n) defuerunt *corr.* defuerint 1*. o) alequatenus 5. p) in tua *iteratum in* 3. q) Ad corintios primo 3° *m. rec. in marg.* 8. r) omnibus — mulier in *perforato folio, ex parte periere in* 3. s) sicut *in* 5 *marg. adscripsit m. rec., deest* 7. t) *ita et* 1*, *sed corr.* horto.

61) Data est haec Innocentii epistola Romae a. 1205. Mart. 13. V. Registrum Innocentii III. de negotio imperii. 62) Cf. ipsa Innocentii in epistola verba. 63) 1. Ep. Corinth. 3, 7. 64) Ep. Iacob. 1, 5.

*crevit*[a], *et in cuius ramis volucres celi*[65], *dante Domino*[b], *in brevi sedebunt, et sub cuius umbra bestie terre quiescent*[c]. *Cum igitur Dominus dirigat gressus tuos et firmet de die in diem amplius regnum tuum, monemus serenitatem*[d] *regiam et exhortamur in Domino, quatinus*[e] *cum tempus iam acceperis oportunum, oportune*[f] *ac*[g] *importune, vigilanter*[h] *et incessanter insistas, ut bonum principium finis optimus subsequatur et optatum commune desiderium nostrum sortiatur*[i] *effectum, foveas in dilectione ac devotione*[k] *principes, qui te fovent, ut alios melius ad tue serenitatis favorem inducas, et dum principum favor tibi arridet, ad tue promotionis perfectionem*[l] *intendas, nec negligas in aliquo factum*[m] *tuum, sed omni diligentia studeas promovere. Sane speramus in eo, qui est in se sperantium fortitudo, quod si denuo profeceris, sicut*[n] *hoc anno*[o] *diceris profecisse, non erit, qui tuo profectui se opponat, vel divine disposi-*
1203. *tioni*[p] *resistat. Data*[q] *Anagnie*[r] *17. Kal. Ianuarii, pontificatus nostri anno sexto.*
Dec. 16. Hec de constantia domni apostolici circa regem Ottonem dicta sufficiant.

5. *De strage Coloniensium et captivitate Brunonis archiepiscopi*[s]. Philippus[t] autem Coloniam infestare non cessabat. Qui etiam muneribus datis ita omnes sibi, ut dictum est[u], astrinxerat, ut ipsum ducem de Lintburch[v][66] in suam quoque partem inclinaret. Ipse enim post defectum Adolphi archiepiscopi[w] curam civitatis acceperat, ita ut omnes et omnia ad
1206. ipsius nutum regerentur. Quodam igitur tempore[67] Philippo Coloniam impetente, iste cives
Sept. insidiose eduxerat et eos ab hostium impetu securos fecerat, cum repente irruentibus hostibus super quietos, ad quadringentos[x] viros strage facta, ceteri omnes vix paucis evadentibus in captivitatem ducti sunt. Rex[68] tamen evadens cum episcopo Brunone et filio ducis, cui nomen Walraven, venit ad castrum Wassenberch[y][69], sperans se illic refugium habiturum. Timens[z] tamen traditionem, per occultum quendam aditum[*] cum eodem Walraven per noctem evasit. Hostes vero subsecuti, sperantes se regem conclusisse, cum ipsum frustrati non invenissent, episcopum latitantem comprehendunt et Philippo regi tradunt. Qui sperans, se multum hac captivitate profecisse, eum in vincula coniecit et aliquamdiu in captivitate tenuit. Cumque ignominiose satis ad multa loca duceretur[a], Erbipolin[b] tandem deductus est ibique diutinam, remissius tamen[c], sustinuit captivitatem.

1207 6. *Unde et superius*[d]. Post hec[70] ad bonum compositionis[e] domnus apostolicus duos cardinales delegavit — nomen unius Hugo episcopus, et alterius Leo[71] — ut Philippum ab excommunicatione solverent[f], si forte per dispensationem bonorum et religiosorum patrum sive consilio principum unitas pacis inter eos reformari potuisset[g], ea tamen conditione, ut Bruno captivus liberrimus ab omni captivitate laxaretur. Venientes igitur legati domni apostolici ad Philippum, ipsi legationis ordinem, qua fungebantur, exposuerunt. Cui in his que audierat bene complacuit[h], sed archiepiscopum absolvendum omnino negavit. Dicebat enim in absolutione archiepiscopi nimiam se incursurum offensam, Adolphi videlicet et omnium[i] quorum gratia ad fastigium imperii per secundam consecrationem erat sublimatus. Cardinales igitur cecitate percussi, immemores mandatorum domni pape propter munera Philippi, qui eos auro et argento ditabat et bene indutos lautissime procurabat, Philippum quidem[k] absolverunt, sed archiepiscopum vinctum reliquerunt[72]. Dixerunt igitur[l] Ottoni regi: *Nos emulum tuum absolvimus, ut cum eo, sicut iussit*[m] *apostolicus, si fieri potest, ad pacis concordiam tendas.* Quibus rex: *Si fecistis*, inquit[n], *mandatum domni pape, istas perspiciatis litteras.* Miserat enim apostolicus Ottoni regi litteras clanculo[o] de absolutione Philippi et liberatione Brunonis archiepiscopi, eundem tenorem continentes. Cumque solutis

a) creverit 1*. b) Deo dante *Ed.* c) requiescent 8. *Ed.* d) seneritatem 1*. e) quatenus 8. *Ed.* f) *ita et* 1* *sed bis corr.* opp. g) et *Ed.* h) violanter 8. i) sociatur 1*. k) tua *addit* 1*. l) profectum 5. 7. 8. *Ed.* m) sanctum *R.* n) s[d] 5. o) anno *deest* 7. p) dispensationi 3. q) Dant 7. r) Anagise 1*, *sed scriptum erat* anno a virgine. s) quomodo philippus obtinuit coloniam 5. 7. 8; Item de eodem 3. t) phylippus *ut semper* 3. u) est *deest Ed.* v) lintburg 3. 5. 7. 8; Limburg *Ed.* w) archyepiscopi *similia* 3. x) *signa numero suprascripta in* 1*. y) wassenberg 3. 7. 8; wassenburg 5. *Ed.* z) sentiens *R.* *) habitum 3; adhibitum 8. *Ed.* a) deduceretur *Ed.* b) erpybolis 3; erbipolin 5. 7; Herbipolin *Ed.* c) tamen *deest* 3. d) vnde supra 5. 7. 8; Item de eodem 3. e) bonam compositionem 7. f) solveret *R.* g) posset *Ed.* h) placuit *Ed.* i) o. illorum 3. 5. 7. 8. *Ed.* k) quidem *deest* 5. l) ergo 8. *Ed.* m) mandauit 3. 5. 7. 8. *Ed.* n) inquid 3. o) miserat — c(lanculo) *in margine* 5 *adiecta a m. rec.*

65) Ev. Luc. 13, 19, ubi tamen hominem non feminam seminasse legitur. 66) scil. Heinricum. 67) a. 1206. mense Septembri. 68) scil. Otto. 69) Haud procul a fluvio Roer, in praefectura Heinsberg, districtu Aachen. 70) scilicet a. 1207. 71) Hugolinus, episcopus Ostiensis et Velletrensis, et Leo tituli S. Crucis in Ierusalem presbyter cardinalis, v. Otton. Sanblas. c. 48. 72) Absolutio Philippi mense Augusto facta est.

litteris tenorem earum[a] perspexissent[b], exterriti sunt valde. Quibus Otto minas terribiles intulit, a quibus[c] tamen pro reverentia summi pastoris abstinuit. Illi autem ad Philippum reversi, se errasse confessi[d] sunt, dicentes sine liberatione Brunonis archiepiscopi eius absolutionem stare non posse. Qui necessitate compulsus, Brunonem bene tractatum a captivitate solvit, ipse vero ad colloquium regis Ottonis se preparavit. Cumque Philippus consisteret Quidelinburch[e], et Otto in Harluncberghe[f], ad colloquium reges[g] cum cardinalibus et admodum paucis convenerunt[73]. Sed in nulla forma pacis ab invicem discesserunt[h]. 1207

7. *De liberatione Brunonis archiepiscopi*[i]. Philippus tamen placere volens Adolpho archiepiscopo et ceteris amicis, necdum se a captivitate Brunonis abstinuit, sed eum comprehensum misit ad[l] castrum firmissimum Rodenburch[m][74], ibique[n] eum in captivitate tenuit. Quod cum[o] significatum fuisset domno pape, denuo ei litteras misit, districte precipiens, ut archiepiscopum Brunonem a[p] captivitate solutum cum honore ipsum ad eum transmitteret, quod si non faceret, sciret[q] se excommunicationi[r] velut[s] transgressorem subiacere. Philippus igitur rex timens sententiam excommunicationis, archiepiscopum cum honore ad domnum papam transmisit[75]. Ibique tam diu[t] stetit, quousque omnem dignitatem suam[u], Adolpho humiliato, cum plenitudine potestatis perciperet. Denique de Adolpho dispensatum fuerat, ut 200[v] marcas de theloneo[w] Ducensi[76] perciperet et totidem de Coloniensi et octo[x] stipendia[y] in ipsa civitate, et his contentus Brunonem archiepiscopum non inquietaret.

8.[z] *De statu Egypti vel Babylonie.* Quia

Aut prodesse volunt aut delectare poete[77],

nos paululum dimissa historia regum ad alia nobis comperta et utilitati legentium profutura[*], ad Egyptum[a] et[b] partes Libie[c] transeamus.

Anno dominice incarnationis 1175.[d] domnus Frithericus[e] Romanorum imperator et augustus misit domnum Gerardum Argentinensem vicedominum in Egyptum ad Salahadinum[f] regem Babylonie[g][78]. Nunc igitur ipsius personam loquentem attendatis: 1175.

*Quecunque ibi, michi commissa*[h] *legatione, vidi vel*[i] *veraciter percepi, que habitabili nostre terre*[k] *rara vel extranea*[l] *videbantur per mare et per terram, scripto commendavi.*

*Apud Ianuam*[m] *mare ascendi* 8. *Idus*[n] *Septembris. Inde vero navigans inter duas insulas, scilicet Corsicam et Sardiniam, transivi. Harum insularum una distat ab alia*[o] *per quatuor miliaria, utraque vero*[p] *satis pulcra*[q], *per planum et montana disposita, superabundans*[r] *omni* Sept. 6.

a) eorum 7. *R.* b) aspexiassent 1*. c) aequius *R.* d) confisi 3. e) quidelingenburg 3. 5. 8; quedelingburg 7; Quedelingenburg *Ed.* f) harlingenberg 3. 5. 8; Harlingenburg 7. *Ed.* g) regis 5. h) discesserunt etc. 8. i) coloniensis *addit* 5; Item de eodem 8. k) abstituit 7. l) in 5. m) Wdenburch 1*; rodenburg 3. 5. 7. 8. *Ed.*; Rodenborg *in marg.* 8. *m. rec.* n) ibi 3. o) dum 5. p) de 8. *Ed.* q) scire 5. 7. 8. r) excommunicatum 7. s) uelud 8; vere *R.* t) qui tam diu ibi *Ed.* u) suam *deest* 3. v) *signa numerorum numero suprascripta in* 1*. w) theolonio 8; telonio *Ed.* x) otto 8; Otho *Ed.* y) stypendia 3. z) VII, 10 *in* 7. *Ed.*, *ubi, sicut in codd.* 5 *et* 8 *post l. VII c.* 7 *insertum est l. VI c.* 30, *in duo divisum.* *) videlicet *addit Ed.* a) egiptum 5. 7. 8. b) ad 7. c) lybye 3; *ita et corr. in* 1*; lybie 7. d) M . . . LXXV, *numero denario novam lineam incipiente* 5. e) fridericus 5 *et* 8, *ubi in margine adiectum* fridericus primus 1175 *a m. rec.*; fredericus 3. 7. f) saladinum 2. 3. 5. 7; salutandum 8. *Ed.* g) babilonie 5. 8. h) ibi in co. 1* *sed correctum* mihi; q. in commissa *Ed.* i) velut 1*. k) terre *deest* 3. 5. 7. 9; orbi nostro *Ed.* l) terrae *m. rec.* 1* *addidit.* m) iamniam 5. 7; camniam 7*; ianiam 3; genuam *Ed.* n) ydus 3. 7; Id est 6 sept. *m. rec. in margine* 8. o) altera *Ed.* p) vero *deest* 5. q) pulchra 3. 8. r) superhabundans 3.

73) De iis colloquiis mens. Augusto et Septembri factis cf. Abel p. 220. 379. not. 1. 2. 74) Rotenburg ad fluvium Tauber. 75) Plenaria liberatio Brunonis facta est exeunte mense Novembri. 76) scil. apud oppidum Deutz. 77) Horatii Artis Poeticae v. 333. 78) Legationem eo tempore ab imperatore ad Saladinum missam esse, respicienti, quae tradunt Ann. Colon. max. a. 1173, a vero non abhorrere videatur. Legatum autem non fuisse Gerardum, cuius nominis vicedominus Argentinensis eo tempore fuit nullus, sed Burchardum, nunc iam satis constat. V. Laurent in Serapeum, Zeitschrift für Bibliothekwissenschaft 1858 n. 10 p. 145 sq. et 1859 n. 11 p. 174 sq. — Burchardus vicedominus in diplomatis occurrit a. 1182—1194 et fuit antea notarius imperatoris, cui epistolae plures debentur; cf. Wattenbach Deutschlands Geschichtsquellen p. 360 sq. Laurent l. l. — Huius autem Burchardi epistolae partem quandam receptam esse videmus in libellum de Mag. Thietmari peregrinatione a. 1227. facta, quem postremum edidit Laurent ad fidem codicis Hamburgensis, Hamburg. 1857. Maiorem etiam partem inseruerunt illi libelli codices, quos ediderunt Tobler a. 1851, I. de Saint-Genois in Mémoires de l'académie royale de Belgique T. XXV. p. 1 sq. Postea ex nostra et Thietmari narratione orta est illa epistola dicta Burchardi, quam protulerunt Saint-Genois l. l., Laurent in Serapeum l. l., de qua Laurent ibidem, negans eam posterius Thietmaro scriptam esse, aperte falsum statuit; et quae sub nomine Iacobi de Vitriaco leguntur in libro dicto tertio, aliaque plura. Rebus a Burchardo expositis auctoritatem non ita magnam tribuendam esse apparet; cf. Robinson, Palaestina. Halle 1841. I, p. XX.

1175. *dono terre. In Corsica vero sunt homines utriusque sexus compositi, curiales, habiles, hospitales, viri militares et bellicosi. In Sardinia autem e contrario sunt homines incompositi, rusticani, silvani*[a]*, tenaces, viri effeminati et deformes. In Sardinia lupi*[b] *non habitant. Mare Sardinie inter cetera maria ferocissimum est et magis periculosum. Tenet etiam Sardinia in longum et in latum ex omni latere sex dietas et est terra*[c] *infirmissima*[79]. *Tenet autem*[d] *Corsica in longum et in latum tres dietas et est*[e] *terra satis sana, nisi quod per eam defluit amnis infirmissimus, quem si gustaverit anima viva, morietur, et aves si prope transvolant eum*[f] *morientur.*

*Per has duas insulas transiens Siciliam*[g] *veni. Hec*[h] *insula est terra sanissima*[i]*, omni terrena fecunditate opulenta, plana, montanis, vineis*[k]*, pratis, pascuis, fontibus vivis*[l]*, fluminibus iocundissimis, diversis*[m] *generibus fructuum et herbarum perornata, excipiens transitum maris in modum crucis, mercatoribus aptissima. Sed paucis inhabitatur hominibus. Tenet enim in longitudine et latitudine*[n] *ex omni latere sex dietas et plures continet civitates. Iuxta vero hanc insulam ex uno latere opposita est quedam insula nomine Maltha*[o]*, distans a Sicilia per viginti miliaria, a*[p] *Sarracenis*[q] *inhabitata, et est sub dominio regis*[r] *Sicilie*[s]. *Verum*[t] *non longe a Maltha*[o] *est alia insula Panteleon*[80]*, quam Sarraceni*[u] *inhabitant. Nulli dominio*[v] *subiciuntur, homines enim inculti sunt et silvani*[w]*, habitantes in cavernis terre, quibus*[x] *si forte magnus exercitus supervenerit, cum omni suppellectili*[y] *sua*[z] *terre cavernas intrant, ut qui pugnando*[*] *se defendere non valent saltem*[a] *fugiendo evadant. Hoc genus hominum magis vivit de peculiali*[b, 81] *quam de fructibus terre, quia granum non colit nisi paucum*[c].

*Inde procedens per sex*[d] *dies veni ad terram barbaricam ab Arabitis*[e] *inhabitatam; quod genus hominum sine domibus degit sub divo, ubicunque habitet terrarum. Dicunt enim, quod pro tam brevi spatio vite sue domos edificare vel in eis habitare intuitu divine remunerationis obmittant*[f]. *Terram parum*[g] *colunt, sed de solo peculiali*[h] *vivunt. Viri et mulieres fere nudi incedunt, nisi quod vili panno sola pudibunda*[i] *cooperiunt. Gens ea miserrima est et omni bono privata, inermis et nuda, nigra, deformis et inde debilis*[k]. *In mari vero*[l] *quadraginta septem diebus navigando diversa genera piscium vidi. Vidi enim piscem*[m] *magnum, ut conicere potui, habentem in longitudine* 340 *ulnas. Vidi et pisces super mare volare ad tractum*[n] *unius arcus vel baliste.*

*Tandem portum Alexandrie*[o] *intravi, in quo portu*[p] *turris altissima de lapidibus erecta est, ut navigantibus portum indicet, quia Egyptus terra plana*[q] *est; et tota nocte ignis in ea ardet, ut appropinquantibus, ne pereant, portum*[r] *significet. Alexandria*[s] *est civitas egregia, edificiis, pomeriis et immensa multitudine perornata*[t]*, a*[u] *Sarracenis, Iudeis et christianis*[v] *inhabitata, sub dominio*[w] *regis Babylonie constituta. Huius civitatis prima constitutio, sicut in eius apparet vestigiis, maxima fuit. Extendebatur enim in longum per*[x] *quatuor miliaria, in latum*[y] *vero per unum miliare. Hanc*[z] *brachium ex Eufrate deductum in uno tangebat latere et mare magnum firmabat in alio latere. Nunc eadem civitas ad mare contracta exstat per magnum campum a brachio predicto Nili*[*]. *Sciendum enim est*[a]*, quod Eufrates et Nilus*[b] *una et eadem aqua est*[c]. *In Alexandria omne genus hominum legem*[82] *suam libere colit. Hec civitas valde sana est, plurimos etiam centenarios et*[d] *senes in ea repperi. Civitas hec vili*[e] *muro absque*[f] *fossatis munitur. Sciendum etiam*[g]*, quod predictus portus solvit annuatim de pedagio quinquaginta*[h] *milia aureorum, qui faciunt plus quam octo milia marcas*[i] *puri argenti. Hanc civitatem diversum genus hominum frequentat cum suis mercationibus*[k]. *Aquam dulcem hec civitas non habet, nisi quam*[l] *per aqueductum supradicti Nili uno tempore anni in cisternis*

a) syluani *corr.* siluani 3. b) etiam lupi 5. c) terra *deest* 5. d) autem *deest* 5. e) est *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* f) eum *deest* 5; eam 1*. 3. 7. 8. *Ed.* g) siliciam 3. 8 *saepius*; in Siciliam *Ed.* h) hac in 3. i) suavissima 8. *Ed.* k) vinis 8. l) rivis *Ed., ita corr. in* 5. m) et diu. 5. n) in latum et longum 5. o) Malcha 1*. p) et 8. *Ed.* q) Saracenis 1*. r) regis *deest* 8. *Ed.* s) silitie 3; sycilie 8. t) verumptamen 3. 5. 7. 8. *Ed.* u) etiam sarr. 5. v) domino 5. 7. 8. *fortasse* nullius; nec ulli d. *Ed.* w) syluani 1*. x) quos *Ed.* y) suppellectile 1*. z) sua *deest R.* *) propugnando 3. a) saltim 3. 5. 7. 8. b) pecuaria *Ed.* c) pecuali — paucum *des. R.* d) septem 3. 5. 7. 8. *Ed.* e) arabicis 8; Arabibus *Ed.* f) omittant 3. 5. 7. 8. *Ed.* g) parum *bis scriptum in* 3. h) s. pecuali 3; sola pecuaria *Ed.* i) pudi‖bunda *hic incipit in apographo Hafniensi fasc.* R. k) indebilis 8. *Ed.* l) quoque 8. *Ed.* m) genere piscem 5. 7. 8. *Ed.* n) iactum 5. 7. 8. *Ed.* o) allexandrie *similia* 5. p) portu — appropinquantibus *folio perforato ex parte periere in* 3. q) plena 8. r) portum *deest* 3 s) Alexandria *m. rec. in marg.* 8. t) multitudine portarum *G.* u) et 8. *Ed.* v) cristianis 8. w) domino 1*. x) per *deest Ed.* y) altum 8. z) Habet 5. *) Eufrates Nylus *m. rec. in margine* 8. a) Sc. est 8; Sc est autem 5. *Ed.* b) nylus 3. c) sit *Ed.* d) et *deest Ed.* e) nili 1*. 3. 7. f) atque 7. g) est 8. *Ed.* h) IIII^or 7. i) marcarum *Ed.* k) mercatoribus 1*. l) quam *deest* 5; quod *R.*

79) i. e. insaluberrima. 80) Pantellaria. 81) i. e. de re pecuali, pecuaria. 82) i. e. religionem.

*suis colligit. In eadem urbe sunt plures ecclesie christianorum. Inter quas est[a] ecclesia beati* 1175. *Marci euangeliste, extra muros nove urbis supra mare sita. In qua vidi septemdecim[b] monumenta, ossibus[c] et sanguine martirum plena, sed nomina eorum sunt ignota. Vidi etiam capellam, in qua idem euangelista ewangelium conscripsit et ubi martyrium[d] excepit[e] et locum sepulture sue, unde a[f] Venetis furatus fuit. In illa ecclesia patriarcha eligitur, consecratur et mortuus sepelitur. Habet enim[g] illa christianitas patriarcham, obedientem Grecorum ecclesie. Erat in eadem civitate aliquando palatium Pharaonis maximum, inmensis columpnis marmoreis[h] elevatum, cuius nunc vestigia apparent. Vidi iuxta Alexandriam, ubi[i] Nilus[k] per parvum spatium[l] terre a proprio alveo educebatur in campum, et ibi sine omni labore vel ingenio[m] humano stans per aliquot[n] tempus in sal purissimum et optimum convertebatur[83]. Solet enim[o] Nilus[k] annuatim excrescere, et totam Egyptum[p] irrigare et fecundare, quia rara ibi est pluvia. Incipit autem excrescere in medio Iunio usque ad festum sancte crucis[84] et[q] exinde decrescere usque ad epiphaniam[r] Domini. Nota, quam[s] cito aqua in decrescendo transit, ubicunque terra apparet, ibi statim[t] rusticus aratrum figit et semen mittit. In Martio frumentum[u] metunt[v]. Terra illa non[w] parit aliud frumentum nisi triticum et ordeum[x] pulcerrimum[y]. Omne genus leguminis a festo sancti Martini usque ad Martium recens colligitur, similiter et fructus hortorum[z] et herbarum. Oves et capre terre illius bis pariunt in anno, et ad minus[*] geminum fetum proferunt. Audivi etiam, quod asine[a] ibi ab equis conciperent. Per totam Egyptum christiani[b] habitant in civitatibus et in villis, regi Babylonie solventes certum tributum. Et fere quelibet villa habet ecclesiam christianorum. Ipsum autem genus hominum miserrimum est et misere vivit.*

*Nota, ab Alexandria usque ad novam[c] Babyloniam tres[d] esse dietas per terram, per aquam septem dietas in ascendendo. Sciendum est[e] tres esse Babylonias, unam scilicet super fluvium Chobar[f, 85], ubi regnabat Nabuchodonosor[g], in qua fuit turris Babel. Et hec dicitur deserta et antiqua, distans a nova Babylonia[h] ultra triginta dietas. Fuit[i] et alia Babylonia in Egypto supra Nilum sita in pede montis iuxta desertum, in qua regnabat Pharao, distans ab ista nova Babylonia per sex miliaria. Et hec quoque destructa est. Nova vero Babylonia super[k] Nilum sita est in plano, et fuit aliquando maxima civitas et adhuc satis egregia et[l] populosa, omni bono terre fecunda, a solis mercatoribus inhabitata, ad quam naves, onerate[m] speciebus de India, passim[n] veniunt per Nilum et inde in Alexandriam ducuntur. Granum et legumen per vicos et plateas ubique servatur. A nova Babylonia usque ad miliare unum in deserto sunt duo montes lapidibus marmoreis maximis et aliis quadratis artificio erecti, opus[o] ammirabile, distantes ab invicem per tractum unius arcus, quadrati, eiusdem quantitatis, scilicet latitudinis et altitudinis. Extenditur enim uterque in latitudinem ad tractum fortissimi arcus et[p] in[q] altum ad duos tractus. Item iuxta novam Babyloniam ad tertiam partem miliaris est alia civitas egregia, Chayr[r] nuncupata, in qua nunc est sedes regalis, palatia regis et principum et militum cohabitatio. Hec civitas militaris[s] est prope Nilum sita, cuius edificia non minus ammiranda quam sumptuosa, muro clausa, pulcerrimis pomeriis circumsepta. In qua habitant Sarraceni, Iudei et[t] christiani. Quelibet natio suam legem colit. In ea sunt plures ecclesie christianorum.*

*Ab hac civitate ad miliare unum est ortus balsami, habens[u] in quantitate fere dimidium mansum, et est lignum balsami[u] ut lignum vitis[v] triennis[w], folium vero tanquam trifolium parvum. Tempore autem maturitatis circa finem Maii[x] finditur[y] cortex ligni, secundum quod*

a) est *deest* 3. b) quatuordecim *R.* c) osibus 1*. d) martirium 8. e) accepit 8. *Ed. T. G.* f) a *deest* 8. g) enim *deest* 7. h) marmoreis *deest* 7. i) quod *Ed.* k) nylus 3 *similia.* l) spacium 1*. m) ingenuo 3. n) aliquod 8. *Ed.* o) etiam 3. 5. 7. 8. *Ed.* p) egiptum 7. 8. q) et *deest* 5. r) epyphaniam 3. 8. s) quidem 1*. t) ubicunque — statim *desunt* 7. u) sementum *corr.* sementem 1*; semen suum *T. G.* v) In Martio semel metunt *m. rec. in* 5 *adiecit margini.* w) enim 1*. x) *ita et* 1* *sed corr.* hordeum, *Ed.* y) pulcherrimum 8. *Ed.* z) ortorum 3. 5. 7. 8. *) minimum *Ed.* a) azine 5. b) cristiani 8. c) nova 3. d) circiter tres 8. e) etiam *addit Ed.*; est scilicet 8. f) cobar 3; thobar 5. 8. *Ed.* g) nabugodonosor 3. h) Babilonia 1*; ab ista n. B. 3. i) Item fuit 5. k) etiam supra 5; supra 3. 7. 8. *Ed.* l) ac 8. *Ed.*; et *deest* 3. 5. m) honerate 3; honorate 8; onerare 5. n) spissim 3. 5. 7. 8. *Ed.*; *deest T. G.* o) opus enim 1*. p) et *deest Ed.*; fortissimi arcus ‖ — et nomine *deest folium in* 5. q) in *deest* 3. 7; ad 8. r) chair 7; Hare *T. G.* s) miliaris 1*. t) et *deest R.* u) habens — balsami *in margine adiecta in* 1*, *desunt* 3. 7. 8; ortus balsami *m. rec. in marg.* 8. v) vitis *deest* 3. 7. 8. w) tryennis 3. x) meyi 3. y) fingitur 3.

83) Constat ita gigni alumen, carbonatum calcis et magnesiae, quibus humus optime stercoratur. 84) Sept. 14. 85) Chaboras, hodie Khabur fluvius, in Euphratem infunditur, quem a nostro intelligi apparet; idem pro Euphrate nominari videtur Ezechiel c. 1 etc.

1175. *notum est operariis. Vinee illius guttatim gummi distillant, quod[a] in vasis vitreis colligitur, et per sex menses in stercore columbe[b] reconditur et decoquitur et defecatur, postea liquor a fece separatur. Hic hortus habet fontem[86] unde irrigatur, quia ab alia aqua non potest irrigari. Nota, quod nusquam terrarum nisi in hoc loco balsamum crescit. Ad hunc fontem beata Virgo cum Salvatore nostro Herodis persecutionem[c] fugiens[d] confugerat[e], et ibi per aliquot tempus[f] latitabat, lavans ad fontem illum pannos pueri, ut natura hominis requirebat. Quapropter usque in hodiernum diem fons ille a Sarracenis in veneratione habetur, deferentes[g] illuc cereos et incensum, quando se ibi lavant. In epyphania vero maxima multitudo illuc confluit[h] de omni confinio et lavat[i] se cum aqua predicta. Credunt autem[k] Sarraceni, beatam Virginem per angelum concepisse Iesum Christum, peperisse et post partum virginem permansisse. Hunc[l] filium virginis sanctum prophetam fuisse dicunt et a Deo mirabiliter cum anima et corpore in celum assumptum, celebrantes et eius nativitatem. Sed negant eum esse filium Dei et baptizatum, crucifixum, mortuum et sepultum. Certant etiam se habere legem Christi et apostolorum, quia circumcisi sunt, nos vero minime. Credunt etiam apostolos[m] prophetas fuisse et plures martyres et confessores in veneratione habent.*

*Item apud Chayr est arbor palme[n] antiquissima et altissima, que se beate Virgini inclinavit, quando cum Salvatore nostro illo transivit, et ab ea dactila[o] collegit, et iterum erigebatur. Hoc tunc temporis Sarraceni videntes beate Virgini invidebant et arborem in duobus locis membratim succidebant. Nocte vero proxima[p] arbor solidata fuit et erecta, et usque in hodiernum diem vulnera succisionis apparent. Hanc quoque arborem Sarraceni in veneratione habent, et candelis omni nocte illuminatur[q]. Sunt alia loca diversa, ubi beata Virgo habitabat, in Egypto a christianis et Sarracenis[r] venerata.*

*Nilus vel Eufrates est aqua maior Rheno, de paradiso exiens, cuius ortus ab hominibus[s] ignoratur[t], nisi quantum scriptis didicimus, planum habens decursum aqua turbulenta, piscibus superabundans, sed non multum valent. Nutrit equos indomitos sub aqua latitantes[u] et sepe foras[v] egredientes[w]. Nutrit etiam crocodilos[x] infinitos, quod genus animalium[y] ad modum lacerte formatum est, quatuor habens pedes, curta crura et grossa. Caput[z] eius quasi caput scrofe[*]. Et animal[a] illud[b] crescit in longum et in latum, maximos habet[c] dentes. Ad solem egreditur et animalia vel pueros, si invenerit, occidit.*

*Item in Egypto est quedam[d] ecclesia christianorum, iuxta quam est puteus toto anno[e] siccus, nisi in anniquiali[f] festo illius ecclesie. Tunc tribus diebus crescit aqua ad summum, ita quod[g] omnes christiani ad festum venientes aquam sufficienter inveniant. Finito vero festo, aqua ut ante[h] evanescit.*

*Item a Babylonia nova ad sex dietas in deserto[i] alumen, tinctura[k] fullonum, de quibusdam montanis[l] exciditur et in usum regis colligitur. Item color Indicus in Egypto[m] conficitur. Item plurimum genus avium in Egypto superabundat. Item per totam Egyptum neque aurum neque argentum neque[n] aliquod genus metalli colligitur, et tamen auro terra superabundat[o]. Item Egyptus satis bonos nutrit equos.*

*Item in Egypto psitaci abundant, qui veniunt de Nubia. Distat autem Nubia a Babylonia per viginti dietas, et est terra christiana, habens regem, sed populus eius incultus est et terra silvestris[p]. Item in Egypto nutriuntur pulli mille vel duo milia simul in furno per ignem absque gallina, et usus iste regis est. Egyptus est terra calidissima, raram habens pluviam. Item mons Synai[q] distat a Babylonia per septem dietas in deserto.*

*Item credunt Sarraceni, se habere paradisum in terra, in quem[r] post hanc vitam sint transituri, in quo credunt esse quatuor flumina, unum scilicet de vino, secundum de lacte, ter-*

a) gummam d. que 3. 7. b) columbe *deest* 7. c) persecutionis 3. d) fugiens *deest* 3. 7. 8. *Ed.* e) effugerat *Ed.* f) tempora 8. *Ed.* g) deferentibus *Ed.* h) confugit 8. *Ed.* i) lavant *G.* k) enim 3. 7. 8. *Ed.* l) Et hunc *Ed.* m) et *add. Ed.* n) palma *Ed.* o) dactilos *Ed.* p) prima 1*. q) illuminant *Ed.* r) a christianis et sarra|(cenis) — (pro) missas *duo periere in 3 folia.* s) omnibus 3. 7. 8. *Ed.*; omnibus hominibus *G. T.* t) honoratur 7. 8; ignoratur vide ouidii metamorphoseos li. 2°. *man. rec. in marg.* 8. u) latentes *Ed.* v) foris 7. w) regredientes 8. x) cocodrillos 1*. 8. y) animalis 5. 7. 8; *deest R.* z) capud 1* 8. *) scorphe 8. a) animal *deest R.* b) istud 1*; id *G.* c) habens 7. 8. *Ed.* d) quidem 1*. e) per totum annum 7. 8. *Ed.* f) anniversali *Ed.*; annuali *G. T.* g) ut *Ed.* h) antea 7. 8. *Ed.* i) deserta 7. k) alumine tinctura 1*; a lumine tinctatur 7. l) de quibus ex montanis 1*; de quibus m. 7. 8. m) in egypto *desunt* 7. n) nec 7. 8. *Ed.* o) credis hoc *dubitanter adiectum marg.* 8 *a m. rec.* p) siluestris *deest* 7. q) sinai *Ed.* r) quem *corr.* quam 1*.

86) De horto balsamorum et fonte prope Cairo civitatem in pluribus itinerariis legitur, v. Brocard. apud Canis. Monum. T. IV, p. 26. Guilelmum de Baldensel ibid. p. 342. Balsamus in ea regione non iam extat; cf. Robinson, Palaestina II, p. 537 sq.

tium de melle, et quartum de aqua, et omne genus fructuum ibidem dicunt nasci, et[a] ibi pro 1175.
velle comedent et bibent[b]; unusquisque eorum omni die pro voluptatis explemento[c] nove virgini commiscetur, et si quis in[d] prelio a christiano moritur, cottidie in paradiso decem virginibus utitur[e]. Cumque requirerem, quid de mulieribus istis contingat, que nunc sunt, vel quo deveniant virgines, que cottidie[e*] secundum eos corrumperentur[f], mihi respondere ignorabant.

Item Egyptus diverso genere avium abundat et diversis fructibus terre. Parum vini[g] propter legis sue religionem, sed natura terre multum vini[h] produceret, si coleretur.

De Babylonia transivi in Damascum per desertum, et feci in deserto viginti[i] dietas, quia non inveni terram cultam. Est autem desertum terra sabulosa, per planum et montana disposita, nil prorsus germinans nisi humilia arbusta, in paucis tamen locis. Et terra illa[k] est plurimum distemperata, in hieme nimis frigida, et in estate nimis calida. Transitus terre illius[l] difficilimus et incognitus est, quia flantibus ventis strata sabulo ita infunditur[m], ut vix a quoquam sciatur, nisi a Bodovinis[n], qui sepius illuc transeunt, et alios transeuntes ducunt, sicut nauclearii navigantes in mari. Nota[o], desertum nutrit leones, strutiones, porcos, boves silvestres, onagros, scilicet[p] asinos silvestres, et lepores. Aqua rarissima invenitur, nisi de quarto die in quartum et[q] quintum diem. Item mare Indicum ex uno latere tangit desertum. Item mare rubrum ex uno latere tangit desertum, iuxta quod duabus[r] noctibus fui. Item vidi septuaginta duas[s] palmas, ubi Moyses[t] percusso silice aquas eduxit. Item a monte Sinai[u] per duas dietas transivi. Nota, amplitudinem et terminos deserti nemo hominum umquam cognovit, quia ad modum maris impervium est. Item postquam exivi desertum, inveni terram planam, aliquando a christianis inhabitatam, sed modo[v] vastatam et raro cultam, quia in marchia christianorum et Sarracenorum sita est. In qua terra inveni antiquam civitatem[w], nomine Bussentinum[86], aliquando a christianis inhabitatam, maximam, marmore excisam[x], decoratam, et[y] ut in eius vestigiis apparet, aliquando pulcherrima[z] et plurimum deliciosa[*]. Sed nunc a Sarracenis inhabitatur, in angustum redacta, ita quod quasi castrum solum remanserit in ea, quod valde munitum est. Inde tribus diebus usque Damascum perveni per terram cultam ex magna parte a christianis[a], domino Damasci tributum persolventibus.

Damascus est civitas nobilissima, duplici muro et plurimis turribus[b] optime munita, aquis decurrentibus, fontibus et[c] aqueductibus extra et interius per varia loca per domus[d] decorata et elegantissime[e] edificiis constructa, populosa, viridariis sive[f] pomeriis ex omni latere longe lateque circumsepta et deliciosissime perornata. Habet enim irriguum intra[g] et extra pro voluntate hominum quasi ad modum paradisi terreni. Et sunt in ea plures ecclesie christianorum, et christiani et multi Iudei. Et in confinio Damasci optimum crescit vinum. Et nota, quod[h] Damascus sanissima est civitas, multos senes nutrit homines. Damascus distat a Iherusalem[i] per quinque dietas parvas et ab Accaron per[k] quatuor dietas.

Item a Damasco ad tria miliaria est locus quidam in montibus situs, qui[l] Saydaneia[m] vocatur[87] et a christianis inhabitatur, et est ibi ecclesia in rure sita et in honore gloriose Virginis dedicata, in qua moniales virgines duodecim et monachi octo assidue Deo serviunt et beate Virgini. In qua ecclesia vidi tabulam ligneam ad mensuram unius ulne longam et latam ad modum dimidie ulne, retro altare in muro sanctuarii in fenestra[n] positam, et ferro laqueariter cancellatim firmatam. In qua tabula effigies beate Virginis aliquando depicta fuit, sed nunc, quod dictu mirabile est, pictura super lignum est incarnata et oleum odoriferum super odorem balsami incessanter ex ea manat. De quo oleo multi christiani, Sarraceni et Iudei de

a) quodque *Ed.* b) et quod *addunt Ed.* c) expletione *Ed.* d) in *deest* 7. 8. *Ed.* e) abutitur 7. 8. *Ed.* e*) quotidie 1*. f) corrumpentur 1*. g) habet *add. Ed.* h) vinum 8; *deest G.* i) viginti et septem *B. G.* k) ista 7. 8. *Ed.* l) illus 1*; eius 8. *Ed.* m) infundit *R.* n) bodewinis 2; ab odewinis 7. 8. *Ed.* o) nota quod *Ed.* p) siluestres 7. 8. *Ed.* q) uel in 7. 8. *Ed.* r) quinque *errore satis frequenti B. G.* s) duas *deest* 8. *Ed.* t) Moises 1*. u) synay 8. v) nunc 1*. w) civitatem || nomine *hic finis lacunae in* 5. x) et *addit Ed.* y) et *deest B. G.* z) pulcherrimam *Ed.* *) deliciosam *Ed.* a) cristianis 5. b) et t. pulcherrimis 5. 7. 8. *Ed.* c) et *deest* 5. d) domos 7. *Ed.* e) elegantissima 5. 7. 8; elegantissimis *Ed.* f) et 5. 7. 8. *Ed.* g) infra 5. 7. 8. *Ed.* h) *ita et* 1* *sed* quia *corr.*; quia 7. 8; *deest* 5. i) hierusalem 1*. 5; ierusalem 7. 8. *Ed.* k) per *deest* 5. l) que *Ed.* m) saydaneyde (a) 5. 8; sardaneyde 7; Saydaneida *Ed.* n) fenestro 5.

86) *Est autem Bostrum civitas antiquissima primae Arabiae, quae hodie vulgari appellatione Bussereth dicitur,* Iacob. de Vitr. c. 47. Nunc dicitur el Busaireh, v. Robinson Palaestina III. p. 125 sq. 87) Monasterium, quod nunc dicitur Saidanâja esse videtur, v. Robinson l. l. III, p. 741. 749. Idem Sardany nominat Guilelmus de Baldensel, ap. Canis. IV, p. 356; qui profectus a. 1333 (v. Zeitschr. des hist. Vereins für Niedersachsen 1852. p. 231.) narrat de eadem tabula, in qua imago gloriosae Virginis olim depicta fuisse assereretur. Miraculum ipsum ei est ludibrio.

1175. diversis languoribus sepe liberantur. Nota[a], quia[b] oleum illud nunquam minuitur[c], quantumcunque inde accipiatur. Nec predicta tabula a quoquam tangi audetur, videri autem omnibus nominibus conceditur. Oleum vero illud a christiano religiose conservatur, augmentabitur[d], et pro quacunque re cum devotione et fide sincera sumptum fuerit, pro honore sancte Virginis cum misseque[e] solempnitatibus indubitanter inpetrabitur. Ad hunc[f] locum in assumptione gloriose Virginis et in festo[g] nativitatis sue omnes Sarraceni illius provincie una cum christianis causa orandi confluunt, et Sarraceni ceremonialia sua illuc[h] offerunt cum maxima devotione. Nota, hec tabula Constantinopoli primo facta et depicta fuit in honore[i] beate Virginis, et inde a quodam patriarcha Ierosolymam[k] perducta fuit. Tunc temporis quedam abbatissa supra dicti loci causa orationis Ierusalem[l] descenderat, et impetrata tabula a patriarcha Ierosolymitano[m], eam secum ad ecclesiam sibi commissam transportavit. Fuit autem hoc incarnationis anno 870. Sed postea per multa tempora cepit oleum sacrum ex ea manare.

Nota, in terminis Damasci, Anthyochie et Alapie[88] est quoddam genus Sarracenorum in montanis, quod eorum vulgari[n] Heyssessini[o] vocatur[p] et in Romano segnors de montana[q]. Hoc genus hominum sine lege vivit, carne quoque porcina vescitur contra legem Sarracenorum et omni muliere abutitur indifferenter, scilicet matre et[r] sorore. In montibus habitant, et sunt quasi inexpugnabiles, quia in munitissimis castris recipiuntur et terra eorum non multum est fertilis, nisi quod de peculio vivit. Habent etiam inter se dominum, qui omnibus Sarracenis principibus prope et longe positis[s], nec non christianis vicinis et magnatibus timorem maximum[t] infert, quoniam eos miro modo[u] occidere solet. Qua vero arte hoc fiat, sic accipe. Princeps ille plura et pulcherrima in montanis habet palatia, altissimis muris inclusa, ita quod[v] non nisi parvum per ostium et diligentissime servatum pateat introitus. In quibus palatiis filios rusticorum suorum plurimos a cunabulis enutriri facit et diversis linguis imbui, scilicet Latino, Greco, Romano, Sarraceno[w] et aliis quam plurimis. Quibus a magistris suis a primevá etate usque ad perfectionem virilem[x] hoc predicatur, ut domino terre illius obediant[y] in omnibus verbis et preceptis suis; quod si fecerint, gaudia paradisi eis dabit tanquam potestatem habens super Deos vivos. Instruuntur itaque, non posse[z] salvari, si in aliquo voluntati principis terre resistant. Nota[*], quod[a] ex quo a cunabulis palatiis[b] includuntur, preter doctores et magistros suos neminem hominum unquam videbunt, nec aliam disciplinam capiunt, quousque ad presentiam principis evocentur[c] ad interficiendum aliquem. Tunc in presentia principis constituti, querit ab eis, si[d] preceptis suis velint obedire, ut eis conferat[e] paradisum[f]. Qui ut instructi sunt, omni contradictione et[g] ambiguitate remota, pedibus suis provoluti ferventi animo respondent, se fore obedientes in omnibus, que preceperit[h] eis. Tunc princeps dat unicuique cultellum aureum[i], et quod[k] voluerit, ad quemcunque principem interficiendum transmittit.

Item a Damasco per Tyberiam usque Accaron ivi[l], et inde usque Ierosolymis[m], ab Ierosolymis[n] vero usque Aschalonam[n]. Hec civitas supra mare sita est parva, muris et fossis valde munita est[o] et satis sana. Inde[p] vero per desertum octo dierum in Babyloniam reversus fui. In qua via[q] stratam per miliare magnum sale gummeo[r] coopertam inveni et plurimos vidi onagros et boves silvestres[s]. Nota, apud Ahir[t, 89] publicum prostibulum meretricum[u] est. Mulieres Sarracenorum linteaminibus[v] velate et cooperte incedunt, nunquam templa eorum ingrediuntur. In maxima custodia eunuchorum mulieres habentur[w], ita quod[x] maiores domine nunquam domicilia sua egrediantur, nisi per preceptum maritorum suorum. Nota[y], quod non frater, non alius quantumcunque propinquus viri vel mulieris sine consensu viri ad mulierem

a) Et nota 5. 7. 8. *Ed.* b) quod *Ed.* c) imminuitur 5. 7. 8. *Ed.* d) augmentatur *Ed.*; *deest B.* e) *ita emendandum duce Iacobo de Vitriaco*; commisseque *corr.* commissisque 1*, *ita et Ed.*; commissaque 5. 7. 8. f) hunc *deest* 5. 7. 8. *Ed.* g) *ita B.*; virginis et in festo *desunt* 1*. 5. 7. 8. *Ed.* h) illic *Ed.* i) in honore — fuit *desunt* 5. 7. 8. *R.* k) Ierosolymis 1* l) hierusalem 5. m) hierosolimitano *similia* 5. n) lingua vulgari *Ed.* o) heissessini 8. *Ed.*; heisessini 7; heissessinii 5. p) vocantur *in rasura* 5. q) degens de montana (um) 1*. 2; *pro* degens *lacuna in* 5. 7. 8; et — montana *desunt Ed. Conferenda cum nostris Iacobi de Vitriaco* et alio nomine veteres montani vocantur. *Siquidem* in Romano *apud Arnoldum ad linguam Francogallicam sive Italicam licet referre, in scriptura* 1* *et* 2 *latitare poterit ipsum quod Iac. de Vitriaco refert nomen* seguors de montana (*i. e.* veteres, seniores montani). r) et *deest* 5. 7. 8. s) propositis 8. t) magnum 5. u) uno momento *R.* v) ut *Ed.* w) Latina, Graeca, Romana, Sarracenica *Ed.* x) viri 5. 7. 8. *Ed.* y) obediunt 7. 8. z) quod non possint *Ed.* *) et nota 5. 7. 8. *Ed.* a) quod *deest* 5. b) pallaciis 1*. c) euocantur *Ed.* d) an *Ed.* e) conferant 7. f) paradysum 1*. g) et *deest* 5. 7. 8. h) praecepit *R.* i) acutum *Iacobus de Vitr.* k) quo *Ed.* l) iui *deest* 5; IIIIor 7; quatuor 8, *perperam vocis litteris in numerum mutatis.* m) hierosolymis 1*. n) Ascalonem 1*. o) est *deest Ed.* p) abinde *B.* q) viam 5. 8. *Ed.* r) gemmam 1*. 5. 7. 8; gemma *Ed.* s) syluestres 1*. t) Abyr 1*. u) sodomitarum 5. 7. 8. *Ed.* v) lintheaminibus 5. 7. w) habent *Ed.* x) ut *Ed.* y) Et nota 5. 7.

88) Aleppo. — De assassinis cf. supra l. IV. c. 16. 89) El Arisch.

*audet ingredi*[a]. *Viri quoque quinque vicibus infra*[b] *diem et noctem ad templum vadunt orare et loco campanarum precone utuntur, ad cuius vocationem sollempniter convenire*[c] *solent. Et nota, quod religiosi Sarraceni ad quamlibet horam se solent lavare cum aqua, incipientes a facie et a capite, lavantes manus, brachia, crura, pedes, pudibunda*[d] *et anum, et postea vadunt orare, et nunquam orant sine venia. Credunt enim Dominum creatorem omnium, Maumeth*[e] *prophetam dicunt esse sanctissimum et eorum legis auctorem, quem etiam frequentare solent prope et longe positi Sarraceni cum maxima veneratione in peregrinationibus suis. Habent et alios quosdam sue legis auctores in veneratione. Unicuique Sarraceno licet ducere septem uxores legitime simul*[f], *et unicuique illarum divisim*[g] *expensas condictas et promissas*[h] *a*[i] *contractu nuptiarum providet. Insuper quotquot habuerit slavas*[k] *vel*[l] *servas, cum illis licenter peccat, quasi non inde habeat peccatum. Quarum ancillarum si aliqua conceperit, statim a dominio domini libera erit. Et quemcunque filiorum suorum, sive de libera sive de ancilla, Sarracenus*[m] *heredem suum constituere poterit secundum velle suum. Multi tamen*[n] *sunt Sarraceni adeo religiosi, quod*[o] *non nisi unam habent*[p] *uxorem. Infra septem uxores licet habere, sed non ultra ascendere*[q], *nisi in concubinis, ut dictum est.*

*Quid inter ista considerandum nisi*[r] *immensa clementia Redemptoris, que nec iustum, nec impium dono sue pietatis patitur esse expertem. Iustum quidem, humilem et quietum, et trementem sermones suos*[s], *premium vite eterne concedens, summo bono, quod ipse est*[t], *et aspectu sue claritatis beatificat. Impium autem quandoque*[u] *in hac mortali vita temporalibus bonis eternaliter dampnandum exuberare permittit. Inde est, quod ipsi reprobi optimas regiones tenentes, frumento, vino et oleo abundent*[v], *auro*[w], *argento, gemmis, vestibus quoque*[x] *sericis exultent, aromatibusque*[y] *pigmentis et balsamis luxurient, et nichil, quod oculis*[z] *concupiscant*[*], *intemptatum relinquant. Impletur enim in*[a] *illis prophetia Ysaac, qui cum Iacob speciali*[b] *dono benedixisset, dixit Esau:* In pinguedine[c] terre et in[d] rore celi desuper erit benedictio tua[90]. *Hec de verbis Domini probare possumus, dicentis:* Diligite inimicos vestros[e], benefacite his, qui oderunt vos, ut sitis filii patris vestri, qui in celis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos[91]. *Et David:* Ecce, *inquit,* ipsi peccatores et abundantes[f] in seculo optinuerunt divitias[92]. *Cum tamen hoc loco per terram et rorem terrenas divitias accipiamus*[g], *per rorem alibi gratia*[h] *Spiritus sancti intelligitur, ut idem David*[i] *dicit:* Descendet sicut[k] pluvia in vellus[93], *factum plane Gedeonis*[94] *exprimens, ubi per rorem gratia Spiritus sancti, et per vellus intemerata*[l] *virgo Maria accipitur, que concipiendo seu gignendo Dei filium, mater et virgo permansit. Terra etiam dedit fructum suum, quando eadem virgo benedictum fructum ventris sui, Christum, mundi salvatorem, benedicta generavit.*

Hec de statu gentilium sive ecclesie, quam inter ipsos mirabiliter Deus conservare dignatur, dicta sufficiant. Nunc ad ordinem historie[m] prosequendum[n] revertamur.

9.[o] *De morte Ysfridi*[p] *et substitutione Philippi.* In tempore illo[95] mortuus est beate 1204.
memorie Ysfridus[q] Racesburgensis[r] episcopus, vir magne patientie, summe abstinentie et totus religionis[s] cultibus deditus. Facta est autem dissensio inter canonicos de electione, episcopo nondum funerato. Pars enim convenerat in personam domni Heinrici[t], eiusdem loci prepositi, viri discreti et omni honore dignissimi. Ipse sane preposituram suam multum ampliaverat et[u] rebus et[v] personis et edificiis et, quod plus est, religionis honestate. Pars autem altera personam domni Philippi, capellani episcopi defuncti, sibi in prelatum expetebant[w]. Facta autem[x] controversia, tandem ipsa hoc ordine quievit commotio[y], ut partes tam electorum quam eligentium arbitrio comitis Adelberti[96] se committerent. Et ille accepta

a) intrare 5. b) intra *Ed.* c) venire 5. 7. 8. *Ed.* d) pudenda *Ed.* e) Maumeth *corr.* Mahometh 1*. f) similiter 5. g) divisim *deest Ed.* h) pro || missas *hic finis lacunae in* 3. i) a *deest Ed.*; et 8. k) slauos *Ed.* l) seruos uel *addunt* 5. 7. 8. *Ed.* m) *paulisper confusa verborum collocatio in* 1* *et* 3. n) tantum 1*. o) ut *Ed.* p) habeant *Ed.* q) asc. licet *Ed.* r) Nota, quod i. i. consideranda venit *Ed.* s) meos 5. 7. 8. *Ed.* t) est *deest* 5. u) quando 8; quemque 5; *deest Ed.* v) habundent 3; abundant 1*. w) et *addunt* 8. *Ed.* x) que *Ed.* y) quod 1*. z) oculus *Ed.* *) concupiscat *Ed.* a) in *deest* 1*. b) spirali (spicali) *corr.* spirituali 1*; spirituali *Ed.* c) pingwedine 8. d) in *deest Ed.* e) nostros 1*. f) habundantes 3. g) sed *add. Ed.* h) gratiam 1*. i) item idem 1*. k) descendat sicud 5. l) intemerata *in* 1* *induxit m. rec.* m) hystorie 3. n) persequendum *Ed.* o) VII, 11. 7. *Ed.* p) yffridi 1*. 5; sifridi 8. q) iffridus 1*. r) raceburgensis 3. 5. 7. s) religiosis *R.* t) hinrici 5. u) et *deest Ed.* v) et *deest* 8. *Ed.* w) expetebat 5. *Ed.* x) itaque 3. 5. 7. 8. *Ed.* y) comocio 1*.

90) Genes. 27, 39. 40. 91) Ev. Matth. 5, 44. 45. 92) Psalm. 73, 12. 93) Psalm. 72, 6. 94) Iudic. 6, 36 sq. 95) scil. a. 1204. Iun. 14. vel 15, v. Ann. Stad. h. a. 96) comitis Nordalbingiae sive Holsatiae sub ditione Danica, qui fuit filius Sifridi comitis de Orlamunde.

deliberatione, Philippum ecclesie censuit preponendum[a]. Hec autem ideo facta sunt, quia domnus Waldemarus rex in Suecia bellis occupatus erat. Quid plura? Philippus investitus Bremam se transtulit et a domno Harthvico[b] archiepiscopo benedictionem pontificalem accepit. Sicque consecratis ecclesiis et ordinatis quibusdam causis in sua diocesi[c], ad episcopum Traiectensem[1] se contulit, ibique per annum consistens, domno regi Waldemaro se non exhibuit. Unde suspectus factus est regi et tandem comite mediante vix gratiam ipsius[d] invenit.

10.[e] *De morte Hartvici*[e*] *et*[f] *electione Waldemari.* Post aliquot annos domnus Harth-
1207 wicus[g], supra memoratus[h] Bremensis archiepiscopus, vita excessit[2]. Et cum eo[i] adhuc vivente ecclesia illa satis concussa fuerit, nunc maiores et graviores commotiones exorte sunt. Siquidem eadem ecclesia colloquio celebrato domnum Waldemarum, Sclesvicensem[k] episcopum, qui tunc a captivitate supradicta solutus erat[3] et in Bolonia[l] consistebat, unanimi consensu et pari[m] coniventia[n] cleri et populi episcopali honore[o] sibi decrevit preferendum. Fuerunt tamen qui huic electioni non libenter interErant, ideoque non reclamando sed elongando se[p] absentaverunt, Burchardus videlicet maior[q] prepositus cum quibusdam suis fautoribus. Hammemburgenses[r] autem canonici propter regem Waldemarum, qui ipsam civitatem tenebat, suspecti in hac electione fuerant, ideoque preter eos celebrata est. Qui videntes se despectos[s], graviter huic electioni contradicebant, dicentes, suam ecclesiam matrem ecclesiarum quandoque fuisse, et ideo potissimum primam vocem in electione se[t] habituros[4]. Bremenses tamen, missis legatis honoratis tam de clero quam de ministerialibus[u], domno Waldemaro Bolonie[v] constituto ipsam electionem canonice factam insinuaverunt. Qui acceptis sociis, cum eisdem[w] suis electoribus et testimonio Bremensis ecclesie domno apostolico se exhibuit. Qui gavisus est, et electum Bremensem cum gaudio suscepit, simul etiam congratulans, quod post multas inportunitates ad hunc apicem[x] eum Dominus promovere sit dignatus. Nec tamen ad presens eius promotionem executus est, donec verius ipsius agnosceret[y] electionem. Ipso igitur in curia morante, venerunt legati Hammenburgensium[z], electionem[*] Waldemari reclamantes et ipsam minus canonicam probantes[a]. Venit etiam legatus Waldemari regis, Petrus videlicet Roskildensis[b] prepositus, sine instrumentis tamen, que[c] sibi in via[d] violenter ablata affirmabat, electionem predictam omnino evacuans, commonefaciens[e] domnum apostolicum iurisiurandi[f] Waldemaro prestiti[g], quod nunquam in tali loco obligaretur, ubi Waldemaro regi gravis esse putaretur. His igitur auditis, domnus apostolicus Waldemarum per aliquot dies detinuit, quousque deliberaret, quid de ipso cardinalium consilio ordinaret. Waldemarus autem[h], videns se in arto positum, non licentiatus abscedens, ad Philippum regem se transtulit, quem ille cum honore Bremam misit. Qui exultantes et tripudiantes[i] eum honestissime susceperunt. Apostolicus autem, missis epistolis ad omnes ecclesias Germanie et Gallie[k], Waldemarum inobedientem districte excommunicavit[5]. Bremenses tamen hoc[l] ad tempus ignorabant, quia litteras apostolici nemo eis porrigere presumebat, donec in quadam missa publica a quodam, quasi cum ceteris offerente, in altari posite sunt.

11.[m] *De expeditione Waldemari regis*[n]. Rex autem Waldemarus audito introitu cognati sui[o] Waldemari episcopi, cum multitudine gravi terram intravit, exercitu videlicet equestri et navali, impedire eum volens vel, si posset, alium ei substituere. Werram quoque habens contra Guncelinum, comitem de Zverin[p], et fratrem eius Heinricum[q], qui eum offenderant — eiecto de terra Iohanne qui cognominatur[r] Gans[s], cuius castrum Grabove[t] violenter ab-

a) proponendum 1*. b) Hartiuico *corr.* Hartuico 1*; harthwigo 5. 8; hartwico 7. c) dyocesi 3. d) ipsius *deest Ed.*; suam 5. e) VII, 12. 7. *Ed.* e*) hartwici 3; hardewici 8. f) et de 3. g) Henrichus 1*; hartwicus 5. 7. *Ed.* h) memoratur 1*. i) eo *deest* 5. k) scleswicensem 3. 5. 7. *Ed.* l) bolonya 3; polonia 5; Bononia *Ed.* m) pari *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* n) comiuentia 5; convenientia 7. 8. *Ed.* o) honorem 1*. p) se *deest* 1*. q) maior *deest Ed.* r) Hammburgenses 1*; hamburgenses 3. s) suspectos *Ed.* t) hab. se 1*; se *deest* 7. u) mynisterialibus 3. v) polonie 5. w) iisdem *Ed.* x) apycem 3. y) cognosceret 8. *Ed.* z) hamburgensium 1*. 3. *) electioni *Ed.* a) perhibentes probantes 7. b) roskyldensis 3; Roschildensis 7; roskeldensis 5. 8. c) quia *Ed.* d) omnia *R.* e) commonere faciens 8. *Ed.* f) a *addit Ed.*; per Waldemarum *Korn.* g) prestito 1*. 3. 5. 7. 8. h) autem *deest* 5. i) trypudiantes 3. k) gallye 3. l) hec 3. m) VII, 13. 7. *Ed.* n) regis *deest* 8. o) sui *deest* 5. 7. 8. *Ed.* p) szuerin 3. q) Henrichum 1*. r) connominatur 5. s) gansz 1*. t) grabowe 5. 7; grabbowe 3. 8; Grabbow *Ed.*

1) Theodericum. 2) Obiit a. 1207. Nov. 5. 3) V. supra l. VI. c. 18. 4) Protocollum protestationis, quod capitulum Hamburgense contemptum fuerit in electione Bremensis archiepiscopi, deperditum esse dolemus, v. Hamb. Urkb. n. 364. 5) Diplomata Innocentii v. in Hamb. Urkb. p. 321 sq.

stulerant — misso exercitu per manus Alberti comitis Nordalbingie[a], quem terre prefecerat, 1208. primo Boyceneburg, castrum ipsorum, dirui fecit, deinde omnem terram Zverinensem[b] irrecuperabiliter vastavit. Waldemarus vero episcopus impetere terminos regis disposuit. Cumque bellum inter eos parturiret, ipsius propositum occasionibus variis impeditum est. Burchardus sane maior prepositus ad archiepiscopatum aspirans, quosdam habens electores[c] de Hamenburg[d] vel etiam de Brema[e], ad regem venit et ab eo investituram pontificalem accepit. Cumque potitus fuisset Hamburg[f], per quosdam amicos regis Stadium occupavit. Ad quod[g] veniens Waldemarus Bremensis[h], adhuc latentibus insidiis, illud intrare volebat[g]; sed pars adversa firmatis portis non recipiebat eum. Quod intelligens, convocatis amicis de episcopatu Bremensi[i], civitatem obsedit et ipsam violenter obtinens, omnia[k] que intus erant suis exercitibus consignavit. Qui preda maxima omnia vastantes, ipsam quasi vacuam dimiserunt[l,7]. Rursus tamen pars Burchardi electi invaluit, et capto Stadio, illuc[m] liberius habitare cepit. Porro[n] rex Waldemarus pontem ultra[o] Albiam[p] sterni fecit, ita ut plaustra et equites libere transirent. Et infusus partibus Bremensium per suos, tamen[q] ad supplementum sui electi, castrum Horneburch[r,8] firmissime edificavit.

12.[s] *De expeditione vel[t] morte Philippi*[u]. Interea Philippus rex contra Ottonem regem vel etiam Waldemarum regem venire disposuit. Et contracto innumero exercitu de omni imperio, ubi aderant innumeri de Ungrorum[v] finibus, contrahens secum auxilia pessimorum qui Valve[w,9] dicuntur, cum innumera virtute balistarum et omni genere armorum, consistebat in Bavenberch[x], coadunationes exercituum[y] exspectans. Hec[z] intelligens rex Otto, quem tante machinationes non latebant, cepit innumeris victualibus et armis communire civitates et castra et contra tantos insultus velut[*] inperterritus se preparare. Nec defuit rex Waldemarus, in manu militari vel etiam inpensis thesaurorum ei subveniendo, sciens si contritum fuisset cornu dextrum, ipsum procul dubio excipere[a] sinistrum[b,10]. Sed Deus miserator et misericors[c], motus de diutina[d] concussione ecclesie, quam peccatis exigentibus exceperat, vel etiam tactus suspiriis et precibus suorum fidelium[e], tandem his cladibus finem facere dignatus est hoc modo.

Cum Philippus, ut premissum est, quietus consisteret in Bavenberch[f], exspectans coadunationes[g] expeditorum, repente[h] miserabilis et inopinata commotio inter ipsum et palatinum Ottonem de Widelungesbach[i] exorta est, quam minime silentio pretereundam putamus. Sane Philippus rex filiam suam[11] Ottoni, utpote nobili viro, desponsare decreverat. Sed quia idem Otto nimis crudelis erat et inhumanus[k], mutata voluntate propositum desponsationis mutaverat. Quod intelligens Otto palatinus, pro filia ducis Heinrici[l] Polonie[12] laborabat, dixitque Philippo regi: *Domine, meminisse volumus clementiam vestram, quam devotus vobis semper*[m] *fuerim et quanta in servitio vestro in presenti werra expenderim et quanto apparatu nunc vobiscum contra vestros adversarios procedere decreverim. Ideo peto, ut nunc in modico pro me sitis et litteras commendaticias domno duci Polonie dirigatis, ut ceptum bene inchoatum, pactum videlicet desponsationis, vestra mediante maiestate melius consummetur.* Cui rex: *Id quam devotus faciam.* Et ille gavisus obtulit litteras de instanti negotio ordinatas. Et rex: *Vade,* ait, *et post modicum revertere et invenies litteras bullatas.* Illo abeunte, mutate sunt littere[n] in contrarium[o] et signate bulla regia. Cumque palatinus

a) nordalbiggie 3. b) czuerinensem 3; szuerinensem 5. c) delectores *corr.* 1*. d) Hamburg 8. e) Bremma 1*. f) hamburch 3; hammemburg 5. g) quod *deest* 5; quod — volebat *ex parte deleta in* 3. h) Bremmensis 1*. i) Bremmensi 1*. k) et omnia 1*. l) reliquerunt 5. 7. 8. *Ed.* m) illic *Ed.* n) parro 8. o) ultro 5. p) albyam 3. q) tantum 1*; tamen *deest Ed.* r) Horenburch 1*; horneburg 7. *Ed.*, hor(nn)uueburg 3. 5. 8; hereburg *ann. Ryenses.* s) VII, 14. 7. *Ed.* t) et 5. u) regis *addunt* 3. 5. 7. 8. v) vngarorum 5. w) valuen 3. x) bauenberg 5. 7. 8. *Ed.* y) exercitum 1*. z) hoc *Ed.* *) velud 8; vere *Ed.* a) exspectare *Ed.* b) synistrum 3. c) ille *addunt* 5. 7. 8. *Ed.* d) diuina 1*. e) susp. suorum et prec. fid. 5. f) bauenberg 3. *Ed.* g) coadunationem *Ed.* h) repente — exorta *perforato folio ex parte deleta in* 3. i) widelung . . . . ch 3; widechingesbach 1*; Widelingesbach *Ed.* k) inhumanis 3. l) Henrici *saepius* 1*. m) semper *deest* 1*. n) et *addit* 5. o) in contrarium *desunt* 7.

7) 1208, Aug. 3. v. Ann. Stad. 8) Id castrum in Hist. gent. Dan. a. 1208. Horeburgh dictum, Harburg fuisse vix dubium. 9) V. s. l. VI, c. 5. 10) Otto rex tunc Waldemarum in castro Boyzenburg existentem ipse auxilium rogaturus adiit, v. Chron. Dan. a. 1208. 11) Beatricem, inter quatuor regis filias maximam natu. 12) Gertrud, filia Heinrici ducis Silesiae et Hedwigis de Merania. Nostrum unicum chronistarum Germanicorum esse, qui mentionem faciat huius rei, quae Polonicis fontibus approbatur, adnotat Abel p. 234.

1208 litteras accepisset, perspexit in scedula[a] maculam quandam exteriorem sicque concepit[b] suspicionem, veniensque ad suum quendam familiarem: *Aperi*, inquit, *michi*[c] *litteras, ut earum sciam tenorem.* Qui perspectis litteris expavit, dicens: *Rogo, ut Dei intuitu litteras me vobis exponere non artetis, quia nichil aliud nisi mortem michi imminere video, si eas exposuero.* Sicque acceptis litteris palatinus alteri nimis importune insistebat et ita tenorem ipsarum cognoscebat. Unde graviter efferatus, nichil nisi mortem regis animo versabat[d]. Dissimulata tamen ira, ad Philippum quasi iocundans et congratulans intrabat. Una igitur dierum Philippo secretius in cubiculo consistente, quia medianam in utroque brachio inciderat, palatinus[e] nudo gladio in atrio regali quasi ludens incedebat. Sicque accedens ad cubiculum[f] regis, ostium[g] clanculo pulsabat et ingressus simili modo coram rege se gerebat. Cui rex: *Depone*, ait, *gladium, quia non est his*[h] *locus modo*[i]. Et ille: *Immo est locus, ut tu perfidiam tuam luas.* Et statim uno ictu cervicem eius tetigit, nec secundum vulnus apposuit. Cumque qui aderant, eum impetere voluissent[k], ille aperto ostio violenter exiliens, fugam dedit. Philippus tamen non sine ratione litteras mutaverat, quia puella, quam Otto desponsare cupiebat, consanguinitate Philippum ex matre contingebat[13], ideoque regi displicebat, ut vir[l] tam crudelis et impius et impudens[m] tam nobili virgini iungeretur. Idem quoque palatinus crudelitate[n] nimia quendam de melioribus terre, Wulf[o] nomine, occiderat, unde graviter Philippum offenderat.

Ipsius tamen regnum cessavit tali facta consummatione. Quam consummationem cuidam spiritali[p] viro in Racesburch[q] per visionem manifestare Deus dignatus fuit his verbis: *Anno* 1208. *erit consummatio.* Que quidem consummatio ignota fuit, sed circa festum beati
Iun 24. Iohannis baptiste ipso anno tali modo inpleta est[14]. Fuere tamen quidam viri nominati qui de tali facto nimis suspecti sunt habiti, episcopus videlicet ipsius civitatis cum aliis multis, quibus traditio regis inposita est[15].

Ceciditque vir nobilis et potens, multis adornatus virtutibus. Erat enim vir mansuetus et humilis et admodum affabilis. Et quia litteratus erat, divina devotus valde frequentabat. Et cum in ecclesia inter alios lectiones vel responsoria recitaret, clericos sive scolares[r] pauperes[s] a se non removebat, sed quasi conscolasticos[t] eos habebat[u]. De cuius tamen morte turbata est terra, fit meror omnium, una voce plangentium: *Heheu*[v] *cecidit princeps noster, cessavit gloria nostra, versus est in luctum chorus noster, imperium a nobis translatum est, et regnum alterius gentis factum est*[16]. Coadunatis tamen principibus sive nobilibus, funus regium solempnibus exsequiis et fastu nimio in civitate Bavenberch[w] tumulatum est. Regina autem audito tam tristi nuncio contabuit, et quia pregnans erat, gemino dolore ad mortem usque afflicta est[17].

Morte viri pressa, nimioque gravamine torta
Prolis, sicque duo vita privantur in uno.

Sed dum his intendo, repente de incertitudine huius vite ad memoriam venit illud poete[18]:

*Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,*
*Et subito casu, que valuere, ruunt.*

*Nam qui dispensat labentia secula, pensat*
*Humanos*[x] *mores, qui pravi, qui meliores;*
*Exaltans humiles, ponit de sede potentes*[19],
*Usu ne vili solio dominentur herili.*
*An non audisti, quid*[y] *ait sapientia Christi?*
*Tu qui terrarum regis orbem, dilige rectum*[20].

a) cedula 3. 5. 7. 8; schedula *Ed.* b) suscepit 7. c) michi *deest* 1*. d) versabatur 5. e) palatinus || nudo *hic in apographo Hajmensi incipit fasciculus* 8; palatinus *hinc usque ad prima verba c.* 15 *lacuna in* 3, *duo enim folia desiderantur.* f) cubilum 5. g) hostium 5. h) his *deest* 5. i) modo *inductum in* 1*. k) vellent *Ed.* l) vir *deest* 5. m) imprudens *Ed.* n) crudelitate || *hic exciso folio in* 7 *lacuna usque ad verba cap.* 15 rege francie. o) wulff 5. p) spirituali *corr.* 1*, *ita Ed.* q) raceburg 5. 8. r) scholares 8. *Ed.* s) pauperes *in* 5 *marg. adiecit m. rec.* t) conscholasticos 1*. u) haberet 1*; sed — habebat *desunt* 5. v) eheu *corr.* 1*, *ita* 5; heuheu *Ed.* w) banenberg 5. 8. *Ed.* x) virtutum 5. 8. *Ed.* y) quod 5. 8. *Ed.*

13) De hoc loco, consanguinitate scilicet Philippi et Heinrici ducis Silesiae, vide quae Abel exposuit p. 385. 14) Interfectus est Philippus Iun. 21. 15) Egbertus episcopus et Heinricus comes de Andechs, fratres Ottonis ducis de Merania, cui rex eodem die neptem suam uxorem tradiderat. 16) Lamentat. Ierem. 5, 15. 16. 17) scil. Irene vel Graeca Maria, obiit Aug. 28. 18) Ovid. Pont. IV. ep. 3. v. 35 sq. 19) Luc. 1, 52. 20) Lib. Sapient. 1, 1.

*En vir tantarum possessor divitiarum* 1208.
*Est subito raptus, tenui vix vulnere tactus,*
*Et mox maiestas cessat, genus atque potestas,*
*Et munus horrenda, virtus etiam metuenda.*
*Quam bene psalmista sensit, qui precinit ista*[21]*:*
*Vana salus hominis; non ergo sit tibi finis*
*Spes thesaurorum, quia nullus fructus eorum*
*Pervigili cura celestia premia cura,*
*Que Christus gratis tribuet dono pietatis.*

13.[a] *De plenaria electione Ottonis regis*[b]. Igitur mortuo rege Philippo, omnes qui per eum stare videbantur, infirmati sunt[c]. Unde contigit Waldemarum Bremensem electum minus a suis acceptum. Timebant sane offensam futuri principis, vel excommunicationem apostolici, que eis tunc innotuerat. Rex autem Otto videns datam[d] oportunitatem, quosdam de suis[e] emulis bello impetere cogitabat. Ad quem accedens archiepiscopus Magdeburgensis[22] una cum duce Bernardo, sic ei locuti[f] sunt: *Non suademus, ut aliquem impetum presumptuose faciatis, ne aliqua commotio contra vos fiat, sed magis ex dispensatione principum curiale colloquium statuamus*[g]*, ut ibi de electione regis unanimiter tractetur. Si complacuerit Domino in vestra*[h] *persona, gratum habebimus; sin aliud, et hoc audiemus.* Quod cum complacuisset[i], indicta est curia satis famosa[k] in Halverstad[23], ubi convenerat maxima pars prelatorum et principum Saxonie et Thuringie, nec[l] defuit Erbipolensis electus[m] Otto. Omnes igitur principes qui convenerant, ac si divinitus inspirati, pari voto et unanimi consensu Ottonem in Romanum principem et semper augustum elegerunt in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, archiepiscopo[24], qui primam vocem habere videbatur, inchoante[n], prosequente vero Bernardo duce cum marchione Misnense[o] et lantgravio[p] Thuringie cum aliis ad quos electio regis pertinere videbatur. Cum autem perventum fuisset ad electum memoratum, conqueri cepit in conspectu principum, ecclesiam suam dampnificatam a Philippo rege et eius predecessore Heinrico[q] imperatore quovis anno ad mille marcas, pro qua etiam iniuria Conradus, ipsius predecessor, dolose occisus est, et nisi eadem iniuria mutaretur, ut ecclesia indempnis maneret, ipse huic electioni se consensum non prebere affirmabat. Cumque hinc inde multa allegarentur, ipse de collegio exiens discessit. Altera[r] tamen die revocatus electioni principum acquievit, quorum una cum rege ordinatione ecclesia sua[s] recepit.

14.[t] *De curia in Frankenevorde*[u]. Exinde alia curia magis famosa indicta est[v] Frankenevorde in festo beati[w] Martini. Nov. 11 Ubi cum magna sollempnitate et ingenti numerositate occurrerunt domno regi principes Frankonie, Bauwarie, Suevie. Aderat ibi Beatrix, filia Philippi regis, cum suis submittens se gratie domni regis. Quam produxit domnus Spirensis[25]. Que elevata voce cum gemitu et suspiriis et lacrimis multis conquesta est domno regi et principibus presentibus et in commune toto[x] orbi Romano de impia morte patris sui et de impia conspiratione Ottonis palatini, qui eum insidiose, nil tale suspicantem, in propria domo occidit. Cum hec dicerentur, facta est pressura magna coram rege condolentium querimoniis regine, qui omnes obortis[y] lacrimis tantam miseriam deflebant et iustitiam regine fieri postulabant. Clamabant sane: si scelus perpetratum inultum maneret[z], neque rex neque quilibet principum secure vivere posset. Ad voluntatem igitur[*] omnium domnus rex proscriptione publica dampnavit homicidam illum, quem tamen[a] postea Heinricus[b] Kaladinus[c, 26] cum filio Wulf[d] supra memorati, quem idem occiderat, occidit, caputque resectum in Danubium proiecit. Rex igitur reginam adolescentulam in sua procuratione suscepit, quam etiam ad petitionem principum pro bono pacis, si tamen id pro linea consanguinitatis fieri

a) VII, 15. *Ed.* b) *deest inscriptio* 8. c) ceciderunt 5. 8. *Ed.* d) claram 1*. e) quosdam de suis *addit m. rec.* 8. f) elocuti 1*. *corr.* g) statuatis *Ed.* h) nostra *Ed.* i) placuisset 5. k) satis famosa *desunt Ed.* l) ne 5. m) electus *deest R.* n) incoante 1*. o) mysnensi *Ed.* p) langravio 1*. q) Henrico 1*. r) altero *Ed.* s) ecclesiam suam *Ed.*; *suppl.* bona. t) VII, 16. *Ed.* u) Franckeneuorde 1*; frankeuordo 5 *saepius.* v) in *add. Ed.* w) beati *deest* 5. x) *ita et* 8, *sed corr.* toti, *quod praebet Ed.* y) abortis 8. z) quod *add. Ed.* *) ergo 1*. a) tamen *deest R.* b) Henricus *saepius* 1*. c) kaledinus 5. 8. *Ed.* d) wulff 5.

21) Psalm. 60, 13. 108, 13. 22) Albertus. V. diploma ei tunc ab Ottone datum, Böhmer Reg. n. 31. 23) Habita est Sept. 22. Cf. Böhmer Reg. p 39. 24) scil. Magdeburgensi. 25) Conradus. Cf. quae hoc loco habet Chron. rythmicum Brunswicense p. 114 sq., cuius versus nostro mirum quam respondeant. 26) Heinricus de Kalintin, marschalcus Philippi. Occisus est Otto a. 1209. mense Februario.

posset, uxorem ducere spopondit. Suscepit igitur eam cum patrimoniis et divitiis multis et trecentis quinquaginta castris. Ibi etiam representata sunt domno regi omnia[a] imperialia cum plenitudine potestatis et honoris et benevolentia[b] favoris.

15.[c] *De eodem*[d]. Orta est autem nova lux in orbe Romano, iocunditas[e] pacis[27] et securitas quietis, et cessavit subsannatio et insultatio multorum qui Ottonem affirmabant nunquam regnaturum. Quid dixerim de nobili rege Francie? qui nec cum aliis a subsannatione temperavit. Cum enim Otto a principibus de Pictavia[f] ad regalem electionem vocaretur[28], et conductu regis memorati Franciam transiret, ipse eum transeuntem vidit et salutavit, et inter collationes, quibus se mutuo salutabant, rex Francie in hec verba prorupit: *Intelleximus,* ait, *quod ad imperium Romanum vocemini.* Ad hec ille: *Verum est,* ait, *quod audistis, sed in Deo sit iter meum.* Cui rex: *Non credatis, quod tanta proveniat vobis dignitas. Quod si vel sola Saxonia in personam vestram consenserit, detis michi nunc dextrarium, quem peto, et cum creatus fueritis, dabo vobis tres civitates meliores regni mei*[g]*, Parisium, Stampis*[h, 29]*, Aurelianum.* Habebat sane rex Otto munera multa regis Anglie, avunculi sui Riczhardi[i] et centum quinquaginta milia marcarum, que in somariis ferebant quinquaginta dextrarii. Inter quos erat unus nominatior, quem rex petebat. Domnus igitur Otto dato dextrario ibat via qua ceperat. Nunc igitur non sit iniuria domnum imperatorem repetere sua.

1209. 16.[k] *De sollempnitate regis in Bruneswich.* Sequenti anno indicta est curia in Aldenburch[m], que alio nomine Plisne nuncupatur[30], ubi etiam ingens patrimonium imperator possidet[n] comitis Rabbodonis cum castro Lisnic[o] et Coldiz[p], quod imperator Fritherīcus[q] quingentis marcis a comite memorato comparavit[31]. Illuc convenerunt Misnenses et Cisnenses[32], Poloni quoque et[r] Boemi[s] et Ungari. Ibique multis negotiis determinatis et pace iurata[t], que in omnibus curiis precedentibus firmata est, domnus rex faciem suam convertit Brunes-
Mai. 17. wich, ubi festum pentecosten sollempniter celebravit. Ad quod rex amicos tantum familiares adesse voluit, archiepiscopum[u] Magdeburgensem[v], Halverstadensem electum[33], Hildensemensem[w] episcopum[34], Mersburgensem[x] episcopum[35], Havelbergensem[y] episcopum[36], Corbiensem abbatem[37], Wertinensem abbatem[38] Aderat quoque[z] totus festivus[*] dux Bernardus, lantgravius[39], palatinus comes Reni, Misnensis[a] marchio[40], Conradus marchio[41], Willehelmus[b] dux Luneburgensis[c], qui erat frater regis Ottonis[d], marchio de Brandenburch[e]. Comitum vero non erat numerus[42], militum plurima multitudo, quibus omnibus honestissime et abundantissime[f] de impensa regia administratum est[43]. In sancto[g] vero die missa inchoata[h], domnus archiepiscopus Magdeburgensis Misnensem marchionem pro nota excommunicationis divinis interesse noluit[i]. Quem cum domnus[k] rex a suo proposito nullo modo revocare potuisset, marchionis consulens verecundie, cum ipso ecclesiam exivit. Sequenti vero die consilio principum satisfactione a marchione promissa, controversia illa sopita est[l].

Nec peccasse puto, dum misceo seria ludo[44],

quia

Non satis[m] est pulcra[n] esse poemata, dulcia[o] sunto[p, 45].

a) et omnia 1*. b) beniuolentia 5. 8. c) VII, 17. *Ed.* d) Item 3; *deest inscriptio capitis in* 1*. e) iocunditas — dixerim *perforato cod. folio periere quaedam in* 3. f) Pictavio *Ed.* g) scilicet *addit* 5. h) stanpis 5. 7. 8; stampes *Ed.* i) ritzhardi 3. 8; Richardi *corr.* Rizhardi 1*; Richardi *Ed.* k) VII, 18. 7. *Ed.* m) aldenburg 3. 5. 7. 8. *Ed.* n) possedit 3. *Ed.* o) lysnic 3; lisini 2; lisine 7; Lisine 7*; Leisnick *Ed.* p) coldis 8. q) fridericus 8. *Ed.*; fredericus 3. 5. 7. r) et *deest* 3. 5. 7. 8. *Ed.* s) bohemi 7; quoque boemi || *hic deficit cod.* 8. t) durata 3. 5. u) videlicet *add. Ed.* v) Maddeburgensem 3 *et* 1*, *sed hic corr.* Magdeb. w) hyldensemensem 3 *saepius similia.* x) mer . . : em 3; merseburgensem 5. 7. *Ed.* y) Haluerbergensem 1*. z) aderatque 5. *) festinus *Ed.* a) mysnensis 3. b) Wilhelmus 1*. 5. 7. *Ed.* c) lunenburgensis 3. d) qui — ottonis *desunt* 1*. 3. 7. e) brandenborg 3; brandenburg 5. 7. *Ed.* f) habundantissime 3. g) sancta 1*. *Ed.* h) incoata 1*. i) voluit 1*. 3. k) domnus *deest* 7. l) unde versus *male add.* 5. *Ed.* m) est *deest* 5. n) pulchra 3. 7. o) dulcia *deest* 7. p) sumpto 3. 7.

27) Iisdem verbis utitur de Saxonia supra l. V. c. 20, secundum Helmoldum, v. ibid. not. 28. 28) V. s. l. VI, c. 1. 29) Etampes. 30) Altenburg iuxta fluvium Pleisse. Curia facta esse videtur mense Maio, Böhmer Reg. n. 60. 31) Confer Böhmer Reg. n. 2384, diploma a. 1158. Ian. 1. datum, quo Leisnig et Coldiz imperio deferuntur. 32) de Ziza, Zeiz. 33) Fridericum II. 34) Harthertum. 35) Thidericum. 36) Sibothonem. 37) Hugoldum. 38) Heribertum. 39) sc. Thuringiae Hermannus. 40) Thidericus. 41) Landsbergensis. 42) *non erat numerus,* sicut supra l. IV, c. 12. 43) Confer testium nomina in diplomate ibi dato, v. Böhmer Reg. n. 62. 44) Cf. Horatii Epistolarum I, 14, 36. Sermonum I, 1, 27. 45) Horatii Artis Poeticae v. 99.

Cum igitur omnium letitia abundaret[a], Bernardus dux intuitus leonem fusilem, qui a duce Heinrico ibi sublimatus est[45], ait: *Quousque hiatum[b] vertis ad orientem? Desine, iam habes quod voluisti, convertere nunc ad aquilonem.* His verbis omnes in risum convertit, non[c] sine admiratione[d] multorum, qui hoc dictum altius intelligebant. 1209.

17.[e] *De legitimatione sive desponsatione[f] filie regis[g] Philippi.* Finita autem festivitate rex abiit Goslariam, et ordinatis[h] ibi quibusdam negotiis, processit Walkenrede, ubi invenit[i] abbatem de Morimunde[46] cum aliis quinquaginta duobus abbatibus sui ordinis, qui eum omnes[k] sue fraternitatis socium et orationis fecerunt et sic regem secuti sunt, ab ipso large[l] procurati[m], usque Erbipolim, ubi cum maxima sollempnitate susceptus[n] est dominica Domine Mai. 24. in tua misericordia cum himnis[o] et laudibus Dei. Cantus autem hic erat: *Advenisti desiderabilis.* Aderant ibi legati domni apostolici, Hugo Hostiensis cardinalis et episcopus, Leo Sabinensis cardinalis et episcopus[p] cum maxima copia prelatorum et principum, sacerdotum et clericorum. Inter quos erat archiepiscopus Moguntinus[q] Syffridus, Coloniensis Thidericus[r], Treverensis Iohannes, Salceburgensis Everhardus[s], Argentinus Heinricus, Augustinensis Syffridus, Constantiensis[47], de Frisugge[t] episcopus Otto, Pataviensis Managoldus[u], Ratisponensis[v] Heinricus, Basiliensis[w] Ludolphus, Hildensemensis Hartbertus, Verdensis Yso, Halverstadensis[x], Havelbergensis[y], abbas Cono Elevangensis, abbas Vuldensis[z, 48], Hersveldensis[49], Corbeiensis[*], Prumensis[a], Wisceburgensis[b, 50]. Hos sequuntur nomina regum sive principum: Odackerus[c] rex Boemie, marchio de Mereren[d, 51], Luppoldus[e] dux Austrie, dux Saxonie Bernardus, Ludovicus[f] dux Bavarie[g], dux Bertoldus de Ceringe, dux de Lutringe[52], dux Brabantie[53], marchio Misnensis[h, 54], Conradus marchio de Landesberch[i], marchio Adelbertus de Brandenburch[k] et alii quam plures. Ordinatis igitur ibi multis negotiis et firmata pace, sicut in omnibus curiis supradictis, domnus rex pro speciali negocio assumptis tantum[l] cardinalibus, prelatis et principibus, sacerdotibus cum litteratis et legis peritis de legitimanda[55] ei filia Philippi regis, sic omnibus generaliter exorsus est: *Rogamus omnes vos in Domino, primo cardinales, qui de auctoritate sive consilio domni apostolici adestis, summos etiam archiepiscopos, episcopos, abbates et alios, quos ecclesiasticus ordo diversis gradibus distinguit, excellentiam[m] quoque regum, ducum, principum, ut verba nostra attendatis. Deus celi post multas[m] adversitates cum beneplacito omnium regnum[n] nobis donavit, ita ut non immerito cum gratiarum actione ei dicere possimus[o]:* Lapidem, quem reprobaverunt edificantes, hic factus est[p] in caput anguli[56]. *A Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Quod cum luce clarius constet omnibus, et optio nobis non desit de illustrissimis feminis, quas[q] habet orbis Romanus, e quibus sponsam sive coniugem eligere possimus, tamen quia tam celebris conventus pendet de articulo filie Philippi ducis Suevie, quam nostram consanguineam nemo dubitat, vestro nos submittimus arbitrio sive[r] consilio, ut iuxta salutem animarum vestrarum sincere deliberetis, omni scrupulo postposito favoris sive timoris, quid nobis super hoc sit faciendum. Si enim sex milibus annorum victuri essemus, magis omni[s] tempore celibem eligeremus ducere vitam, quam cum anime periculo sortiri uxorem. Nemo gloriam, generositatem, divitias, castra huius virginis attendat, que omnia saluti anime equiparari[t] non possunt. Hec enim omnia nobiscum sunt. Si vero ipsa castra* 350.[u] *distribuantur sororibus, quas hec contingit hereditas, parum est quod restat. Nunc[v] igitur, ut[w] dictum est, super hoc[x] deliberetis, ut congruum nobis responsum reddatis.* Omnibus igitur ad colloquium locum dantibus[y], rex ait fratri Heinrico palatino, qui a dextris eius erat: *Volumus ut*

a) habundaret 3. b) hyatum 7. c) tamen *addunt* 5. *Ed.* d) emmiratione 3. e) VII, 19. 7. *Ed.* f) disponsatione *corr.* desp. 1*; dispensatione 3. g) regis *deest* 3. h) ordinatus 1*. i) inuenit *m. rec. adiecit in* 5. k) omnis 1*. l) largiter *Ed.* m) sunt *addit* 5. n) sollempn(itate) — (sus)cep(tus) *perforato folio ex parte periere in* 3. o) ymnis 3. p) leo — episcopus *omisit* 1*. q) maguntinus 3; mogontinus 5. r) thydericus 3. s) euchardus 3. t) Wernerus, de Frisinge *Ed.*; frysuggé 3. u) manogoldus 7; Magnagoldus 1*. v) ratisponensis 3. w) basylensis 3. x) Halberst. Fridericus *Ed.* y) Haluerburgensis 1*; Ha. Sibotho *Ed.* z) voldensis 3. 5. 7. *) Corbeigensis 1*; corbiensis 3. 5. a) Prumiensis *Ed.* b) Wricenburgensis 1*; Wircenburgensis *Ed.* c) odacgerus 3. 7; odaggerus 5. d) merern 7. e) lippoldus 5. 7. f) ludowicus 3; lodewicus 5. 7. *Ed.* g) bauuarie 3; bawarie 1. 7. h) mysnensis 3. i) Landesberge 1*. *Ed.*, lantdesberch 3; lantdesberg 5. k) brandenburg 3. 5. 7. 8. *Ed.* l) tamen 3. m) excellentiam — multas *perforato fol. in 3 periere ex parte.* n) regnandi 3. o) possumus 5. p) est nobis *Ed.* q) quos 5. r) seu 1*. s) omni *addit m. rec. in margine.* t) equiperari 3. u) quatuor 1*. 3. 7. IIIc 5. v) sed nunc 5. w) ut *deest* 1*. x) haec 1*. y) dantibus *deest* 7.

45) anno videlicet 1166, v. Ann. Stad. 46) abbatia ordinis Cisterciensis, dioecesis Lingonensis. 47) Conradus II. 48) Henricus III. 49) Iohannes. 50) Wolframus. 51) Wladislavus Henricus. 52) Fridericus II. 53) Henricus I. 54) Theodericus. 55) i. e. legitime sponsanda. 56) Ev. Matth. 21, 42.

1209. *sedeas*[a], *ne quem tua presentia de ulla suspicione terreat.* Facta igitur longa deliberatione tandem ad domnum regem reversi sunt. Posuerant[b] autem verba[c] in ore Luppoldi[d] ducis Austrie, viri facundissimi et litterati, qui sic coram rege locutus est: *Domne rex, placet ut audiatis responsum cardinalium, prelatorum et principum?* Ad hec rex: *Audio*[e]. Et ille: *Noverit*[f] *sublimitas vestra, quod iste tam celebris conventus cardinalium, auctoritatem*[g] *domni pape preferentium, summorum prelatorum et principum et omnium litteratorum omnino vobis*[h] *expedire decrevit, pro bono pacis et statu Romani orbis, ut virginem, de qua mentio*[i] *habetur, uxorem ducatis, hoc addentes, ut omnis auferatur trepidatio, duas congregationes monachorum preclaras liberrime construatis*[k]. *Nos quoque vobis non deerimus facultates et elemosinas large erogando, sacerdotes etiam, sive alii inferioris*[l] *ordinis in missis et orationibus subveniendo.* Ad hec rex: *Nos consilium sanum et*[m] *bonum tante auctoritatis non refragantes, vestris acquiescimus*[n] *dictis. Igitur vocetur puella.* Que cum a pontificibus sive principibus gloriose adducta fuisset, rex consurgens[o] de throno suo eam cum inclinatione recepit. Qua reinclinante[p] proferens[q] annulum eam coram omnibus subarravit et in osculo recepit, et ipsam inter cardinales, quorum kathedra e regione coram facie regis erat, residere precipiens, sic omnibus ait: *Ecce reginam habetis; ipsam, ut decet, honorate.* Ordinatis etiam legatis honoratis honestissime eam[r] una cum sorore usque Bruneswich[s] deduci precepit. Ipse vero in terra remansit[t], et peragratis illis partibus[u] de consecratione imperiali tractare cepit.

Iun. 24. 18.[v] *De profectione domni regis.* Igitur post festum beati Iohannis baptiste curiam indixit celebrem[w] in civitate Augusta[56], ubi convenerunt omnes illius terre principes, cum quibus habuit mysterium[x] consilii sui, ut ipsis cooperantibus honorifice cum gloria et honore Teutonicorum imperialem perciperet[y] benedictionem. Ad quod negotium deputati sunt plurimi tam prelati quam principes, seu omnes qui regalia tenebant, archiepiscopus Treverensis, Magdeburgensis[57], Erbipolensis[z, 58], Argentinus, Spirensis[*, 59], qui et cancellarius, Wormatiensis[60], Basilensis[a], Constantiensis, Pataviensis, episcopus de Chuore[61], de Augusta, de Eusteth[b, 62], de Praga[63], de Olmoth[64], abbates de Augya, de Sancto Gallo[65], de Kempte[66], de Wiscenburch[c], de Selse[d], de Prume, de Efpterna[d*] Quibus adiuncti sunt principes, dux Bavarie[e], dux de Lutringe, dux de Ceringe, dux de Karintia[f, 67], dux de Mereren[68], marchiones[g] et comites[h] plurimi. Ceteri qui remanserunt, thesauris innumeris in

Aug. 15. ipsa profectione regi subservierunt. Sicque circa assumptionem beate Virginis Alpium iuga scandere cepit, relictaque civitate, que ex aque nomine naturaliter t' Ynsbrugge[i, 69] dicitur, prospere tenuit Brixiam[k], ubi Athasis[l] fluvius occurrit, per cuius divexum[m] descendens venit[n] Tarentum[o, 70]. Quo relicto venit ad transitum artum montibus preclusum, qui Veronensium Clusa dicitur, ubi castrum est firmissimum, quod ex longa antiquitate urbs[p] Hildebrandi[q] dicitur. Illuc robur erat fortium propter amplitudinem ipsius castri, qui contra Veronenses werram diutinam habentes eos non[r] parum infestabant[s]. Adveniente igitur rege ipsum castrum ei[t] offerunt, per quod plurimum toti terre fuerat dominatus. Veronenses tamen adhuc ipsos castellanos infestare non timebant, sicque offensam regis incurrerunt. Postea tamen datis multis milibus marcarum in gratiam recepti[u] sunt. Domnus igitur rex procedens magnifice receptus est a Mantuanis et Cremonensibus, unde poeta:

*Mantua ve misere nimium vicina Cremone*[71].

Verum post transitum Padi Parmonenses et Pontremulenses regem cum gaudio suscepe-

a) cedeas 5; cedas 2. *Ed.* b) posuerunt 5. c) uerba *om.* 3. d) lippoldi 5. 7. e) audeo 5. f) novit 1*. g) aut bonitatem *Lind.* h) nobis 5. *Lind.* i) mensio 5. k) faciatis 3. 5. 7. l) iufirmioris 1*. m) etiam 5. 7. n) acquiescamus 5. o) resurgens 3. p) reclinante 5. q) preferens 3. 5; produceus *Korn.* r) eam *deest* 7. s) Brunsuich 1*. t) permansit 5. 7. *Ed.* u) patribus 1*. v) VII, 20. 7. *Ed.* w) celebrem *in marg.* 5. *add. m. rec.* x) misterium 5. y) percipere 1*; perciperent 3. z) Erbypolensis 1*; Herbipolensis *Ed.* *) epirensis 5. a) basiliensis 5. *Ed.* b) Eisteth *Ed.* c) wiscenburg 3. 5. 7; Wrcenburch 1*; Wurzeburg *Ed.* d) Zelse 7. d*) cepterna 1*. 5; Ebsterna *Ed.* e) ba . . warie 3. f) karinthia 1*. g) marchyones 3. h) comiti 5. i) ci(y)nsbrugge 1*. 3. 7. k) Brixam 3. 5. 7. l) atasis 3; atthagis 1*. m) deuexum 1*. *Ed.* n) invenit 3. 5. 7. o) tadentum 5. p) urbis *Lind.* q) hyldebrandi 3. r) habebant et eos non 3. 5. 7: habebant et non *Ed.* s) inf. eos *Ed.* t) regi 3. 5. 7. u) regis rec. *Ed.*

56) Habita est curia medio mense Iulio, v. Böhmer Reg. p. 45. 57) Albertus. 58) Otto. 59) Conradus. 60) Lupoldus. 61) Reinerus. 62) Hartwicus. 63) Daniel II. Milicius. 64) Robertus. 65) Udalricus. 66) Rudolfus. 67) Bernhardus. 68) Intelligendus esse videtur marchio de Moravia, v. supra c. 17 not. 51, neque vero Otto dux de Meran. 69) Innsbruck. 70) Intelligit Tridentum. 71) Vergilii Eclog. IX, 28.

runt. Nec defuerunt Mediolanenses[a], Genuenses, Lucenses, cum aliis civitatibus, civitates suas tripudiando offerentes et gazis innumeris et muneribus eum honorantes. Ubi cum per tempus stetisset et in civitatibus illis multa ordinasset, transita civitate magna, que lingua eorum Synis[b, 72] vocatur, ubi per dies aliquot steterat, venit ad civitatem[73], ubi passa est beata Christina[c], que de nomine eius stagnum sancte Christine vocatur. Inde[d] procedens cum omni comitatu suo venit Bytervus[e, 74], ubi cum magna sollempnitate et multo comitatu tam cleri quam populi occurrit ei domnus apostolicus Innocentius. Quanto autem gaudio et cordis exultatione se mutuo receperint, ex multis complexibus et osculis vel etiam profusis eorum lacrimis, quas abundantia[f] leticie produxerat, presentis scripti depromere nequit inopia. 1209.

19.[g] *De consecratione imperatoris*[h]. Igitur[i] sexta feria, que fuit post festum beati Michaelis[k], quod tunc feria tertia celebratum est, venit domnus rex ad limina beati Petri cum magna devotione adorare sanctos Dei apostolos, simul etiam urbem regiam omnibus modis honorare. Habuit etiam[l] in comitatu suo sex milia loricarum, exceptis balistariis et innumera militia prelatorum et principum. Dominica igitur die, ut dictum est, post festum beati[m] Michaelis cum processio fieret ad atrium beati Petri, facta est pressura nimia advenientium et occursantium ad gradus monasterii beati Petri et omnis negabatur via processioni, sed larga manus regis cum maxima copia spargebat argenteos, et tandem vix optinetur ascensus. Nec defuerunt ministri[n] cum lanceis et fustibus reprimere tumultus. Sicque in dominica Da pacem Domine[75], domnus imperator cum magna pace et tranquillitate et iocunditate consecratur et coronatur, omnibus magnifice letantibus et cantantibus: *Fiat pax in virtute tua!* Et quia ipse summo studio semper paci studebat, speramus ipsum officium pacis et unitatis ecclesie Dei, que diu concussa fuit, a Deo[o] optinere solatium. Finito officio domnus papa imperatorem[p] devote vocat ad convivium, quem domnus imperator precibus instantissimis optinet venire secum. Cum igitur ventum fuisset ad equos, imperator non immemor apostolice reverentie, que exhibenda est ipsorum vicario fideli et reverendo pape Innocentio, strepam ipsius devote[q] apprehendit. Sicque ad locum convivii venitur, ubi de imperatoris magnificentia simul in unum dives et pauper large procuratur. Oct. 2. Oct. 4.

Nec pretereundum, quod Waldemarus Bremensis electus, pauper et exul, per intercessores, quos optinere potuit, vel per se ipsum limina apostolice pietatis, que claudit et nemo aperit, aperit et nemo[r] claudit, et septuagies septies errata dimittere consuevit[76], omni sollicitudine et devotione pulsare non cessavit, omnem reatum inobedientie penitens cum omni satisfactione emendare promittens. Verum quia idem casus multipliciter erat perplexus, nichil super his fuit determinatum, nisi ut in pontificalibus celebraret, non tamen in Bremensi ecclesia[s].

20.[t] *Satisfactio*[77] *scriptoris.* Veniam legentium peto, ne quis presumptionis vel temeritatis arguere me velit, quia ista dictaverim, sciens quod multi[u] gesta[v] regum vel pontificum scripserint[w], sed, sicut ab initio dictum est, non temeritate, sed caritate ista prosecutus sum, volens continuare hoc dictamen operi[x] Helmoldi sacerdotis, qui de statu terre nostre et[y] regibus sive principibus multa premiserat, precipue vero de vocatione vel[z] subactione Sclavorum, que per nobilem ducem Heinricum facta est, memorie fidelium[*] perennare[a]. Neque enim ista oblivioni tradenda puto, cum omnes oculata[b] fide perspiciant gloriam ecclesiarum, devotionem fidelium, fidei[c] et religionis incrementum in his borealibus regionibus, ubi sedes erat Sathane, nunc vero[d] flatus austri, videlicet Spiritus sancti

a) medyolanenses 3. b) senis 2. 5. *Ed.* c) Cristina 1*. 5; Cristine 5. d) Unde *Ed.* e) bytermis 1*. 7; biteruis 5; Byternis *Ed.* f) habundantia 3. g) VII, 21. 7. *Ed.* h) consecratio imp. 7; consecratio imp. ottonis 5. i) in *Ed.* k) mychaelis 3. l) enim 5. *Ed.* m) beati *deest* 5. n) mynistri 3. o) adeo 1*. p) imp. novum 3. 5. 7. *Ed.* q) deuotus 3. 5. 7. r) nemo *deest* 5. s) *huic capiti in* 3 *subiectum est l. V. c.* 30, *in duo capita divisum.* t) VII, 22. 7. *Ed.*, *in* 3 *periit cum ultima l. V. c.* 30 *ex parte.* u) multa 5. v) facta *Lind.* w) scripserunt *Ed.* x) operis 1*, *sed s postmodum videtur esse adiecta.* y) de *add.* 5. 7. *Ed.* z) et *Ed.* *) intendo *addunt* 5. 7. *Ed.* a) perhennare 5. b) occulta 5, *conf. supra Helmoldi l. I. prooem.* c) et fidei 5. 7. *Ed.* d) autem 5.

72) Siena. 73) Volsinium seu Bolsena. 74) Viterbo. 75) Nostrum coronationis diem, quem prius recte Oct. 4 dixit, in irritum vertere, v. Böhmer Reg. p. 47. Dominica Da pacem hoc anno dies 20. Sept erat. 76) Ev. Matth. 18, 21. 22. 77) i. e. excusatio.

gratia, que fugato aquilone perflatis[a] hortis fidelium, innumera virtutum fluere facit aromata. Nec offendat quemquam, si secundum ordinem historie modo leta[b] sive prospera, vel etiam ponam adversa, quia ista oportuit in noticiam venire et illa non omittere[c] [78]. Deus enim quandoque ad salutem suorum fidelium, quibus omnia cooperantur in bonum[79], nunc promittit[d] prospera, nunc flagella. Si vero aliquid occurrerit, non ex toto suo ordine prosecutum[80], ipsum deputet assertori, non dictatori[81]. Hoc ipsum tamen emendationi fidelium devotus relinquo, multum gaudens, quod de bono principio letum finem teneo.

a) proflatis 5. b) siue leta 7. c) obmittere 5. d) permittit 1*. e) teneo etc. 7; teneo, pro quo sit laus et gloria Christo. amen 5. *Ed.*

78) scil. me. 79) Ep. Roman. 8, 28. 80) sensu passivo. 81) sc. lector.

# CHRONICON HOLTZATIAE
## AUCTORE
## PRESBYTERO BREMENSIS DIOECESIS.
### RECENSUIT B. M. V. ILL. I. M. LAPPENBERG.

*Chronicon Holtzatiae, quod ante hos triginta annos beatae memoriae sodalis noster vir clarissimus Lappenberg edendum susceperat, postmodo vero Pertzio connivente a.* 1862 *tomo primo collectionis historicae societatis Sleswico-Holsato-Lauenburgensis praelo dedit, hoc loco post Arnoldum, Helmoldi primum continuatorem, typis exprimendum putavimus, quia auctor eius Helmoldum continuandum sibi proposuisse confitetur. Sane cum rei aptum nobis videretur, in textu constituendo editionem Lappenbergii integram repetere, in praefatione et adnotationibus tamen prolixitatem, qua usus est editor, non adhibendam esse existimavimus, quoniam alia est ratio eius qui fontes historiam provincialem scripturis enucleat, alia nostra. Verbis igitur b. m. sodalis nostri usi modo ea praemonebimus et adnotabimus, quae ad nostros usus pertinent. Plura chronicon nostrum illustrantia scire cupientes adeant Lappenbergii uberrimas adnotationes.*

*Chronicon Holtzatiae auctorem habuit presbyterum Bremensis dioecesis, ad quam maior, scilicet occidentalis, pars Holtzatiae pertinebat,* scribam huius patriae, *sc. Holtzatiae, quem se ipse vocat capite* 15, *clericum, ut ex barbara latinitate qua utitur, ex totius operis compositione elucescit, inferioris conditionis. Opus in duas partes adeo seiungitur, ut dubitare liceat, an ab uno auctore sint scriptae. Ineunte capite* 15. *verba:* In nomine Domini amen *partem posteriorem et quasi novum opus indicare videntur, quod auctor ad continuandum Helmoldi chronicon se suscepisse testatur. Attamen nullum dubium est, quin uni eidemque scriptori, cui prior, sit et posterior pars attribuenda, cum, in quo offendimus, dicendi genus, barbarum sane et rusticum, auctoris proprium, in utraque parte aeque inveniatur. Chronicon, ut ex c.* 15 *patet, a.* 1448 *scriptum, auctor tantum ad a.* 1428, *nescimus qua causa, deduxit, quamvis compluribus locis rerum post a.* 1428 *gestarum mentionem faciat, quod ubicumque fit suo loco adnotabimus.*

*Quod ad fontes, quibus usus est auctor noster, in priore parte praeter Helmoldum complurium vestigia invenimus, praecipue S. Augustini, Bedae, Vincentii Bellovacensis, Chronici Repgawiensis, quas tamen nostro ex antiquiore quadam compilatione tantum cognitas fuisse, pro certo tenemus. In posteriorem partem componendam certe mirandum est, quod auctori perpauca de rebus Holsaticis scripta usui fuerunt, quod nec Annales Stadenses, nec Arnoldus Lubecensis ei innotuerunt. Quo factum est, ut in narrandis rebus ante suum tempus gestis, praesertim in genealogia comitum Holsaticorum illustranda, saepius perversa tradat, cum ex ore coaevorum suorum, falsa cum veris miscente, hausisse neque*

*rumores, quales de praeterita aetate a populo fingi solent, aspernatus esse videatur. Multa etiam, quae ex documentis desumpsisse videtur, tam inaccurate et confuse memoriae tradidit, ut non documenta ipsa sed potius eorum manca registra ei prae oculis fuisse censendum sit. Econtra facere non possumus quin confiteamur, auctorem in narrando quae extremo saeculo gesta sint haud parvi esse momenti, quippe qui acta publica, epistolas, quaeque a testibus oculatis audierit, huic parti operis sui substraverit.*

*Presbyter Bremensis, qui magno temporis spatio quasi solus res in patria sua gestas scripto mandaverit, multis rerum Holsaticarum scriptoribus auctor fuit, quos hic enumerare supersedemus, quippe qui nullius sint momenti ad cognoscendam medii aevi historiam Germanicam. Quos qui scire vult adeat praefationem Lappenbergii.*

*Codices manu scripti Latini, quos Lappenbergius editioni adhibuit et iam in Archiv T. VI, postmodum in praefatione sua prolixius descripsit, hi sunt:*

1) *Codex membranaceus bibliothecae regiae Havniensis, signatus Collectionis novae Nr.* 909, *formae quae dicitur in folio, adhuc saeculo XV exaratus, quem tamen archetypum non esse, et plerisque vitiis incuria librarii ortis maculatum, facile perspicitur. Specimen scripturae dari procuravimus.*

2) *Codex chartaceus in folio, Hannoverae asservatus, signatus in catal. biblioth. antiquiori Hist. Meibom. Nr.* 36[1], *manu saeculi XVI scriptus, maximam partem convenit cum Havniensi.*

3) *Codex chartaceus Hamburgensis, signatus folio Nr.* 22, *de quo conferas Archiv T. VI, p.* 901 *et* 236—238. *Chronicon nostrum ipsius Erpoldi Lindenbrogii, cuius erat olim codex, manu exaratum, paginis* 229—354 *continetur. Textus convenit in lacunis et plurimis lectionibus cum textu a Westphalenio dato, qui codicem hunc in suos usus vertit. Lectiones dat ex maiore parte deteriores iis quas exhibent codd.* 1 *et* 2, *interdum tamen meliores.*

4) *Textum quem typis expressit Westphalenius compositum esse praefatio testatur e quinque codicibus, quorum tres et nobis noti sunt et a nobis sub Nr.* 1. 3. 6 *signantur; porro e duobus apographis sc. codicum* 1 *et* 3[2]). *Lectiones igitur ab* 1. 3. 6 *discrepantes ad codices nobis ignotos revocandas adnotavimus. Quae desiderantur in omnibus codicibus in fine c.* 40[1] *Westphalenius, vernaculo textu in Latinum verso, suo Marte supplevit.*

5) *Apographon codicis Lambecciani chartaceum ineunte saec. XVIII exaratum, Hamburgi asservatum et signatum folio Nr.* 46[b], *de quo vide Archiv T. VI, p.* 902 *sub Nr.* 7. *Codicis* 3 *aut consimilis id esse apographon ut probemus, varias lectiones usque ad c.* 18. *adnotavimus.*

6) *Quem exhibent Leibnizii Accessiones historicae textum praefatio dicit manasse ex apographo codicis Lambecciani, alius certe ac qui archetypus est apographi Hamburgensis* (5), *quia modo deteriores isto modo meliores praebet lectiones. Ad quod probandum varias lectiones capitibus* 1—18 *addidimus, ceteris, quippe quae sunt nullius pretii suppressis.*

*Ceterorum codicum, quorum mentionem facit Archiv T. VI, p.* 900—903 *sub Nr.* 2. 3. 8—10, *pars inveniri non potuit, omnes denique apographorum notam prae se ferentes recte negligendos esse censuit editor.*

*Codices Germanicos quinque enumerat editor, quos tamen hic iterum describere supervacaneum ducimus, quia b. m. sodalis noster iam ante hos tri-*

1) nunc XXI, No. 1284; cf. E. Bodemann, Die Handschr. d. Königl. öffentl. Bibl. z. Hannover, p. 267.
2) Cf. Archiv T. VI, p. 900. 902. 903.

*ginta annos in Archivi T. VI, et novissime in praefatione sua victoriose evicit, textum Latinum genuinum esse, textumque Germanicum nonnisi versionem illius, eamque inaccuratam. Cuius lectiones tunc tantum in textu constituendo (sub signo* d) *adhibitae sunt, cum omnes codices Latini errassent. Maximi pretii vero erat versio Germanica ad restituendam magnam partem capituli* 40[1], *quae in omnibus codicibus Latinis desideratur, absciso sane in archetypo folio uno In supplenda hac lacuna secutus est editor textum Germanicum Westphalenii, emendata orthographia et adnotatis quibusdam variis lectionibus e codice Havniensi* (K).

*Editiones nostram praecedentes modo duae sunt. Textum enim Latinum primus a* 1698 *Leibnizius in T. I. Accessionum historicarum praelo dedit, secundo eum Westphalenius a.* 1734 *T. III. Monumentorum ineditorum una cum textu Germanico, quem genuinum esse censuit, typis excudit. Quas editiones post longum temporis intervallum a.* 1862 *secuta est editio Lappenbergii quam diligentius et non sine fructu iterum recognitam hoc loco praebemus.*

*Capitum distinctiones a Leibnizio seu a codice quem excudit Lambecciano originem ducunt, quippe quas e libris manuscriptis solus codex* 5 *tantum usque ad c.* 18 *exhibet. Quas quamvis absurdas, tamen b. m. sodalem nostrum secuti neque immutandas neque omittendas esse rati sumus, ne a priorum consuetudine longius quam par est recederemus.*

*Berolini Idibus Aprilis* 1868.

*L. WEILAND.*

1. In principio creavit Deus celum et terram, in celo spirituales angelos cives, in terra terrenos peregrinos[1], in celum transferendos, hominem ad ymaginem et similitudinem[a] suam rectum et intelligentem. Atque ei, ut subdito, mandatum dederat, cui si obediret, civis[b] fieret; sin autem, proiceretur et extra celestem civitatem[d] et civium numerum[e] remaneret in terra. Hic primus[f] homo Adam, mandatum Dei non custodiens, eiectus est e[g] paradiso terrestri atque celesti, et incola terre in sudore vultus sui vescebatur pane et genuit filios et filias in erumpna multa[2]. Duos autem genuit nominatos[h] Cayn et Abel, Cayn primogenitum in peccatorem. Qui ut in terra dominaretur, condidit civitatem nomine filii sui Enoch[3]. Hic invidens fratri suo Abel, qui in terra civitatem non condidit[4], sed celestem civitatem diligens[5], Deum super omnia colens, de pinguibus animalibus obtulit[6] Deo sacrificium et Cayn de minutis frugibus[7] terre, ad cuius munera Deus non aspexit. Ideo Abel fratrem suum interfecit[8]; malus, bono propter bonum invidens, secum inhabitare terrenam civitatem non sinebat. Loco cuius iusti primi sacerdotis, spiritualis persone, Deus excitavit[i] celestis civitatis inhabitatorem spiritualem hominem[k] Seth, de quo Christus carnem sumere volens[l] ad redimendum hominem, quem creavit. Hic Seth genuit filios, a quibus Deus et superna[m] civitas diligebatur, usque ad diluvium aquarum tocius orbis. Et a primo homine Adam usque Noe, cuius tempore diluvium inundavit, fuerunt octo persone intermedie[9]; sic quod in decimo homine iusto, nato ab Adam, fuit diluvium, purgans a peccatis universum mundum. Nam primogenitus Cayn et sui filii fuerunt peccatores coram Deo. Et illo tempore fuerunt gygantes in terra et filii Dei, nati a iusto Seth, concubuerunt cum filiabus Cayn et ab ipsis perversi facti[10]. Ideo Deus per diluvium purgavit universum mundum, prefigurans, peccatores per baptismum in aqua gratia Christi esse purgandos. Et a principio mundi usque ad diluvium fuerunt anni 1666.

2. Mundo per aquam purgato Deus dedit preceptum non interficere et effundere sanguinem[11]. Iustus vero Noe patriarcha tres habuit filios Sem, Cham et Iaphet. A Sem, primogenito filio, exorti sunt filii et cives celestis civitatis[n]), a quibus Christus carnem suscepit, rectores[o] et iudices spirituales.

a) et similitudinem *deest* 2. b) cives 1. d) citatem 5. e) et extra — numerum *desunt* 2. f primo 1. 3. 4. g) a 1. 2; ex 5. h) nominatos genuit 1. 3. i) Deus excitavit *des. codd. a Westphalen suppleta secundum* d: erweckede God. k) hominem *deest* 2. l) *lege* voluit. m) suprema 5. n) coelestis civitatis cives 5. o) peccatores 3—6.

1) Haec Bedam imitari videntur, quem noster etiam in distinctione aetatum mundi secutus est. 2) Genesis c. 3. v. 16. 19. 3) Genes. c. 4. v. 17. 4) Cfr. Augustinum de civit. Dei XV, 1. 5) Cfr. Vincent. Bellovac. Specul. hist. I, 57. 6) Vinc. Bellov. Specul. hist. I, 56: *de pinguioribus gregis obtulit.* 7) *minutae fruges* Cicero Verr. II, 3, 7; *spicae contritae* Vinc. Bellov. l. l. 8) Genes. c. 4. v. 3—8. 9) Genes. c. 5. Cfr. Augustin. XV, 20. 10) Cfr. Chron. Repgav. p. 12. 11) Genes. c. 9. v. 6.

Sem genuit Arfaxat, qui genuit Sale, hic genuit Heber[a], a quo Hebrei nominati sunt[12]. Nam filius eius Phalech in confusione linguarum[13] retinuit linguam patris sui Heber, unde Hebraica lingua dicta est[14]. A quibus Hebreis prophete, iudices, reges, sacerdotes et tandem Christus et apostoli exorti sunt. Secundogenitus filius Noe Cham, qui cum vidit patrem suum nudum iacentem et verecundiam patris fratribus demonstrans, qui tamen eam videre nolentes[b], sed vestibus cooperuerunt. Ideo pater evigilans dicti filii filium Chanaan maledixit, dicens[c]: ***Maledictus Chanaan**[d]**, servus servorum erit fratribus suis***[15]. In hoc maledicto nomine prima servitus esse cepit. Qui eciam Cham genuit Chus[e], qui genuit Nemrotht gygantem[16], qui fuit robustus venator et primam civitatem post diluvium condidit, Babylon inclitam[17] et nobilissimam civitatem et turrim in ea, cuius altitudo attingebat celos[18]. Et hec turris a filiis Noe, nepotibus et pronepotibus septuaginta duobus fuit constructa[19]. Et ab illis septuaginta duobus 72[f] sunt exorta linguagia, remanente in filio Heber prima lingua[20], ab inicio cum homine a Deo data. Et ab hiis septuaginta duobus universus mundus in linguis suis est divisus[21]. Hic[g] Nemrotht venator contra dominum[h] Deum, edificata prima civitate Babilon, post diluvium primum domineum[22] in populo gerebat. A Sem, iusto primogenito Noe, usque ad Abraham, patriarcham electum a Deo, fuerunt decem generationes. Et terminabatur secunda etas, habens annos 292.

3. Ab hiis tribus filiis Noe mundus divisus est in tres partes Asiam, Affricam et Europam. A primogenito Sem maior pars terre scilicet Asia nominata, que habet in se regna Indiam, Persiam[i], Medos, Chaldeam, Mesopothameam et regnum Assiriorum. Et hec Asia habet quasi medietatem[k] tocius orbis a[l] meridie per orientem ad aquilonem. A secundo filio Noe Cham secunda pars terre, scilicet Affrica, possessa est, que tendit a meridie ad occidens[m] et habet in se regnum Egiptum, Ethiopiam, Carthaginem[n] et terram[o] Chanaan, in qua Iherusalem et promissionis terra[p] sita est[q]. Ab ultimo filio Noe, scilicet Iaphet, et semine[r] eius Europa[s], tercia pars terre, dicitur[t] possideri, que tendit[u] ab occidente ad aquilonem et habet in se regna Greciam, Scitiam, Seciliam, Italiam, Hispaniam, Franciam, Almaniam et Germaniam. De hiis tribus[v] filiis Noe patriarcha predixit futura dicens: ***Maledictus Chanaan, filius Cham, servus servorum erit fratribus suis, et benedictus**[w]** Dominus Deus Sem, sit**[x]** Chanaan servus eius. Dilatet Deus Iaphet et habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan servus eius***[23]. Hec prophecia impleta fuit per Alexandrum Magnum, de Grecia natum. Ascendens in terram Chaldeorum, Persarum et Medorum, que fuit pars Sem, et inhabitabat ibi, ac[y] regna illa regno Grecie adiciens[z]. Et super omnia in Romanis fuit tota[*] impleta. Nam Roma, que est caput Europe, vicit et subiugavit omnia regna mundi et terram Chanaan, que prius a filiis Sem, scilicet Iudeis, fuit devicta et per eos possessa, a Romanis principibus Thyto et Vespasiano fuit in servitutem redacta.

4. Abraham a Sem, benedicto filio Noe, descendens et habitans in Chaldea, cum homines a cultu veri Dei declinabant, Thare, pater Abraham, solus cum filiis suis unum[a] verum Deum adorabat, quapropter odio habitus, Deus[b] illum monebat, ut terram illorum perversorum exiret. Et mortuo Thare Deus Abraham de Ur Chaldeorum eduxit in[c] terram Chanaan[24], quam sibi et heredibus suis hereditariam terram, id est promissionis, iusserat possideri. Cui Abrahe Deus benedixit et promisit, quod in semine[d] eius, id est in Christo, benedicerentur omnes tribus terre[25]. Qui duos habuit filios, primogenitum Hismahel ab ancilla[26] secundum carnem natum[27], a quo reges et duces terre processerunt. Alium filium dedit sibi Deus ex legittima uxore sterili, ipso sene existente, natum, Ysaac vocatum, a quo Israel, id est viri videntes Deum[28], ad spiritualem vitam, celestem pertinentes ortum deduxerunt. Hinc Abraham tempore olim regis Nini[e] fuit natus et non longe post constructionem magne terrene civitatis Babylon et ultra mille annos ante alterius magne terrene[f] civitatis Rome, in[g] Europa site, ortus[29]. In civitate terrena habitacionem nullam habuit, sed hic peregrinus in terra, in tentoriis degens, ad celestem civitatem inscribi pocius eligebat. In hoc Abraham habuit principium tercia etas, que duravit usque ad tempus regum[h], scilicet David et Salamonis, et fluxerunt anni 942.[30]

a) Hiber 4. 5. b) *lege* noluerunt. c) maledicens dixit 2. d) Maledictus Chanaan *desunt* 2. e) Thus 1. 2. f) 72 *deest* 3—6. g) *deest* 6. h) verum dominum 2; verum 6. i) Persam 1. k) mediante 3—6. l) in 3—6. m) *ita pro* occidentem. n) Cathaginem 1. o) tertiam 3. 6. p) terra promissionis 4—6. q) in qua — est *desunt* 5. r) semen 2. s) *deest* 4—6. t) dicitur terrae 5. u) tenditur 3—6. v) tribus his 5. w) benedicens 1. 2. x) sitque 4. 6. y) et 5. z) *ita pro* adiciebat. *) *deest* 5. a) *deest* 4. b) Deum 5. c) et 1—6; fôrde — in dat lant d. d) semen 2. e) Niuive 1—3. 5. 6. f) *deest* 3—6. g) *deest* 1. h) regni 3—6.

12) Cfr. Augustin. XVI, 3. 13) Genes. c. 10. v. 25 modo: *nomen uni Phaleg, eo quod in diebus eius divisa sit terra.* Chron. Repgav. p. 18: *Falech, bi des tiden de sprake gewandelet worden.* 14) Cfr. Chron. Repg. p. 17. 15) Genes. c. 9. v. 21—25. 16) Cfr. Chron. Repgav. p. 17. 17) Genes. c. 10. v. 6—10. 18) Genes. c. 11. v. 4. 19) Chron. Repgav. p. 16. 17. 20) Bedae quaestiones super Genesim: *in sola domo Heber, quae antea fuit, lingua remansit.* 21) Chron. Repgav. p. 17. 22) Cfr. Genes. c. 10. v. 10. Bedae quaestiones super Genesim: *Primus autem post diluvium inter homines Nemroth nova imperii cupiditate tyrannidem arripuit.* 23) Genes. c. 9. v. 26. 27. 24) Genes. c. 11. v. 31. 25) Genes. c. 12. v. 1—4; c. 13. v. 14—17. 26) Genes. c. 14. v. 15. 27) Augustin. XV, 3: *natus est ergo Ismael secundum carnem.* 28) Genes. c. 32. v. 30. 29) Noster sicut Chron. Repgav. p. 21 natum Abraham cum regno Nini et Romae aedificatione coniunxit. 30) Chron. Repgav. p. 33: *ab Abraham usque ad David fluxerunt 939 anni.*

5. Quarta etas mundi incepit[a] a David[b] rege usque ad transmigracionem filiorum Israel per regem Chaldeorum[c] Nabogodonosor in terram suam, in qua septuaginta annis captivati permanserunt. Et fluxerunt anni 473 a David usque ad transmigracionem. Nam usque ad illud tempus reges fuerunt in populo Dei. David rex, eximius prophetarum, qui librum psalmorum Deo in cythara decantabat et cultum divinum maxime decorabat. Filius eius Salomon, rex et sapientissimus hominum, templum Dei miro modo edificans, proverbiorum[32], cantica canticorum et ecclesiasten inspirata prophecia[d] exarabat[e]. Horum regum tempore in populo, unius veri Dei cultore, in Italia Roma nondum erat incepta[f], sed in ea Latini dominabantur, exorti ab Enea rege, Troiana[g] civitate a Grecis destructa. Et postmodum tempore Roboam[h], filii regis Salamonis, Roma in Italia a Romulo et Remo, duobus fratribus illegitime natis, condita est; altera Babylon[33], civitas terrena magna[i], a qua totus orbis subiugatus est, secundum propheciam Danielis[34]. Rex Nabogodonosor videns magnam statuam, cuius caput erat aureum, pectus et brachia argentea, venter et femora ex ere, tibie autem ferree, pedum autem quedam[k] pars ferrea, quedam fictilis[l]. Et abscissus[m] est de monte lapis sine manibus et percussit statuam in pedibus eius et comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa[n], es[o], argentum et aurum et redacta quasi in favillam estive[p] aree, que rapta sunt vento, nullusque locus inventus est in eis. Lapis autem, qui percussit statuam, factus est mons magnus.

Hec visio sic declaratur. Nam statua sive ymago ex auro, argento, ere, ferro et testa fuerunt regna mundi. Nam maius regnum, in toto orbe nobilissimum ac ditissimum, fuit regnum Chaldeorum, auro comparatum tempore regis Nabogodonosor, et post eum suscitatum fuit regnum minus, ut argentum. Quando civitas Babylon destructa, reges Medorum regnabant toti orbi[i]. Post hec Allexander Magnus de Grecia consurgens velut es, regnans minus argento, omnem terram subiugavit. Demum Romani reges velut ferrum comminuerunt omnia regna mundi. Tunc scilicet illis Romanis regnantibus abscissus est lapis de monte sine manibus[q]. Cristus firmus[r] ut lapis de monte, patre superno[s], sine manibus abscissus de virgine, sine commixione virili natus[t] in terra[35], omnia regna superiora destruens, per se ipsum docendo homines non hanc terram et terrena caduca deligere, sed se humiliare sub manu omnipotentis Dei et per humilitatem ascendere ad supernam celestem[u] civitatem, cuius regni non erit finis. Hic terminatur in Christo quinta etas mundi, que continet annos 575[36].

6. Christus Ihesus, dominus noster, rex et sacerdos utrumque habens[v] gladium, celestem et temporalem, celesti impios puniens in eternum, temporali autem filios, quos diligit, corripit[37], quo gladio ementes et vendentes eiecit de templo. Hunc gladium temporalem[w] tempore sue passionis postulavit dicens: *Qui habet tunicam, vendat eam et emat sibi gladium*[38]. Ubi tunc Petrus apostolus[x], successor eius in regno[y], respondit dicens: *Domine, ecce*[z] *duo gladii!* Cui Dominus: *Petre*[*], *sufficit.* Hoc est duo gladii, unus spiritualis spiritualibus[a] personis et alter gladius secularis secularibus committatur. Hos duos gladios ferunt sacerdotes et reges. Reges[b] et seculares principes eciam habent gladium, quamvis temporalem a Deo sibi commissum: quia omnis potestas a Deo est[39]. Et dominus Ihesus dixit Pylato: *Non est tibi potestas in me, nisi desuper esset tibi data*[40]. De quo gladio Dominus tempore passionis sue dixit, spiritualibus personis prohibens eo uti: *Mitte gladium tuum in vaginam. Nam qui gladio pugnant, gladio peribunt*[41]. Hanc potestatem temporalis gladii illi duo conditores Rome simul in ea pacifice nequiverunt possidere. Nam Romulus, ut unicus rector et dominus illius nove civitatis remaneret, fratrem suum Remum occidit. Et sic origo Romane civitatis terrene incepit[c] in[d] Romulo. Qui natus illegittime, ut regnaret, fratrem proprium occidit. Illegittimus fratricida origo imperatorum![42] Petrus apostolus, piscator pauper, illitteratus, spiritu sancto illustratus, voluntarie pauper propter regnum celorum, hic in terra nichil habere volens, piscator animarum ad celestem civitatem, caput ecclesie. Ab hiis duobus capitibus christiana membra gubernantur, quibus dolentibus dolent et[e] membra sua. Nam in primitiva ecclesia post ascensionem Domini Petrus et coapostoli sui ubique terrarum in paupertate altissima et virtutum operibus[f] regnum sibi commissum et[g] ecclesiam sanctam, congregacionem fidelium in hac terra peregrinantem, ut ad celestem civitatem perveniret, fideliter gubernabat. Et e contra principes Romanorum, caput terrene civitatis, suasu dyabolico se ipsos et quoscunque poterant, ne ad regnum celeste pervenirent, instigabant. Ac doctores celestis vite et eis per fidem adherentes diversis[h] tormentis trucidabant et christianum ritum et cultum unius veri Dei probibebant. Quamvis multos et

a) coepit 3—6. b) Davide 5. c) Chaldeorum regem 3—6. d) prophetice 1. 2. e) exorabat 1. f) coepta 6. g) e Troiana 6. h) Robeam 5. 6. i) magna terrena 6. k) pars quedam 6. l) terrea ... futilis 3—6. m) abcissus 6; abcisus 1—3 *et infra.* n) et testa 5. o) et 3—6. p) istius 3—6. q) *in* 5. 6. *hoc loco verba supra posita* et percussit — fuerunt regna mundi *iterum leguntur, testante nota marginali codicis 5 in eius archetypo etiam verba:* Nam maius — manibus. r) fit mus 5. s) supero 5. t) nato 1. 3—5. u) celestem supernam 3; celestem supernatum 5. 6. v) hunc 3—6. w) celesti — temporalem *desunt* 3—6. x) apostolus Petrus 6. y) eius in regno successor 5. z) ecce, Domine 3—6. *) Bene 3—6. a) unus spiritualis ^libus^ 5. b) *deest* 3—6. c) coepit 5. d) a 3—6. e) *deest* 5. f) opibus 3—6. g) *deest* 3—6. h) divisis 3. 5.

32) sc. librum. 33) Augustin. de civit. Dei XVIII, 22: *condita est Roma velut altera Babylon.* 34) Daniel c. 2. v. 31 sq. 35) Cfr. Beda de sex dierum creatione. 36) In personis, quibus aetates distinguuntur, noster plane cum Beda de sex aetatibus, in numeris paene concordat. Ab Hieronymi praef., ab Ekkehardo, a Chronico Repgav. p. 16. 21. 33. 109 magis discrepat. 37) Proverb. 3, 12. 38) Ev. Lucae 22, 36. 38. 39) Rom. 13, 1. 40) Ev. Iohann. 19, 11. 41) Ev. Matth. 26, 52. Iohann. 18, 11. 42) Cfr. Augustin. de civit. Dei l. XV. c. 5.

infinitos Deos coluerunt, tamen Christum, filium Dei vivi, coli non volebant[a]; et hoc instigatione spiritus maligni probibentis et invidentis salutem humani generis. Quia ante tempora Christi tantus erat error hominum, quod unum verum Deum, creatorem celi et terre, quasi totus mundus ignorabat, ac Christum filium Dei esse et crucifixum et tercia die resurrexisse ac humanum genus sic redemisse[b], pauci credere voluerunt, et qui crediderunt[c], cum[d] diversis penis dilaniarentur. Ita alii fidem christianorum recipere[e] formidabant. Sed omnipotens Deus[f] ita dedit graciam suis predicatoribus per signa et miracula, ut quando unus per tormenta urgebatur Christum negare, visis signis et miraculis ibidem factis aliquando decem milia ad fidem pervenerunt, et non tot poterant interfici propter Christum, quin mille milia plures crediderunt. Et hec rabies destruendi fidem[g] christianorum a principibus[h] Romanis et[i] in urbe Roma plus facta est et plures martyres Rome truncati sunt, quam in universo orbe. Et a tempore sancti Petri, vicarii Christi, qui primus in Roma, ubi erat[k] caput superbie et cultus simulachrorum, fuit pontifex[l] et caput ecclesie usque ad tempus sancti Silvestri pape, inter quos fuerunt successive[m] 30 apostolici. Et a Nerone imperatore usque ad Constantinum, qui sanctos Petrum et Paulum martirisavit, rexerunt imperium 28 imperatores, qui quasi omnes christianum nomen extinguere molientes[n]. Et a passione Domini usque ad idem tempus fluxerunt circiter 320 anni.

7. Hic Constantinus[43] imperator eciam christianum[o] persequens et ob vindictam percussus a Deo, leprosus effectus est[44], ita quod nullus medicorum eum a tali infirmitate poterat sanare. Et quando Deo placuit ecclesiam suam sanctam pacare et in tranquillitate presentis vite vivere, hunc leprosum[p] imperatorem Constantinum, sequenti nocte sanctis apostolis Petro et Paulo sibi apparentibus[45], ad Silvestrum, virum apostolicum, Romanum pontificem, in montibus et cavernis latitantem[46], misit sanandum. Quo primum baptizato et postea sanato a lepra, intelligens virtutem divinam, qua a lepra mundatus erat, et quod durum erat sibi amplius christianum nomen impugnare, eo quod Christum sicut Paulus in baptismate vidit, virtute Spiritus sancti statim in alium virum, a terreno in celestem, a pagano in christianum vere mutatus est. Hec mutatio dextre excelsi![47] Hic Constantinus, tocius orbis unicus et prepotens princeps et rector, dedit mandatum Romanis, quod Christus solum verus Deus adoraretur[q] et coleretur. Secundo, quod nemo nomen Christi blasphemaret[r]. Tercio, quod nemo[s] christiano presumeret iniuriari sub pena bonorum suorum. Quarto, sicut ipse fuerat caput principum secularium, ita papa Romanus omnium clericorum diceretur princeps. Quinto, quicunque[t] ad ecclesias fugeret, deberet immunis remanere. Sexto, quod nemo aliquam ecclesiam auderet construere[u], nisi de episcopi sui licentia. Septimo, quod edificacioni[v] ecclesiarum decime regalium possessionum tribuantur. Postmodum idem imperator Constantinus pro edificacione ecclesiarum sanctorum Petri et Pauli ipse primus duodecim cophinos plenos terra de fundamento ipsarum[w] exstructa in suis scapulis portans foras eiecit. Et Romane ecclesie dedit urbem Romanam[x] cum tota Ytalia in possessionem et suum palacium in Laterano infra Urbem constitutum in honorem sancti Iohannis baptiste dedit in ecclesiam consecrandum, sicut et hodie[y] consecratum est.

Ab isto igitur tempore ecclesia crevit in possessionibus multis ubique terrarum usque in hodiernum diem et vita[z] tranquilla. Et per amplius[*] apostolici et ecclesiastici viri ditati sunt multum nimis. Attamen dyabolus, ecclesiam Dei persequi non cessans, hereses inter christianos veros et falsos multas induxit[a], per quas ab ovili veri pastoris Christi Dei quamplures oves aberrare[b] instigavit. Et sicut[c] per martirium ante Christi nomen negari mandavit[d], ita per hereses et minas[e] principum idem facere conabatur. Sed omnipotens Deus Christus Ihesus, caput ecclesie, membra sua non deserens usque ad finem mundi dedit[f] contra hereticos et heresim remedium, viros illuminatos, doctores ecclesie sanctos, Augustinum, Nicolaum, Martinum, Ambrosium, Ieronimum, Iohannem Crisostomum, Gregorium, Benedictum et quamplures tales[g], dyabolo et hereticis suis membris resistentes, vita sancta et doctrina casta, monasteria instituentes et vitam celibem in terra deducentes, nullum proprium in singulari possidentes, sed omnia communia secundum regulam et vitam apostolicam, solum in communi[h] ad usum suum possidentes ac soli Deo famulantes. Et per istos monasticos viros et[i] feminas dyabolus per universum orbem totaliter[k] fuit suffocatus, et successive a superioribus partibus mundi ad inferiores partes fides katholica per religiosos viros Deum diligentes est deducta. Nam sanctus Petrus apostolus, eo adhuc vivente et in urbe Romana[l] existente, habens eciam curam occidentalis plage, scilicet Germanie, misit duos de discipulis suis ad Treverensem civitatem ad predicandum ibi verbum Dei[48]. Et[m] sic prope Renum inhabitantes

a) coeli non colebant 6. b) redimisse 1. c) crediderant 1. d) *deest* 6. e) recipere fidem chr. 5. f) Dominus 3—6. g) fidem destruendi 3—6. h) principus 5. i) *deest* 5. k) erat pontifex 5. l) pontifex *deest* 5. m) succesive fuerunt 6. n) *ita pro* moliti sunt. o) *legendum* christianos *secundum* d: de christen, *aut* christianum nomen *ut infra.* p) lapsum 3—6. q) adoretur 1. 2; adoreretur 3. r) blasphemaretur 1. 2. s) nomen — nemo *desunt* 5. 6. t) quacunque 5. u) struere 5. v) edificatione 6. w) ipsorum 6. x) Romanorum 5. y) hoc 5. z) ultra 3—6. *) amplium 5. a) reduxit 3. 5. b) oberrare 1. 2. c) sic 5. d) mandari negavit 5. e) ruinas 6. f) *deest* 3—6. g) alios 5. h) genere 5; genere ut 3. 4. 6. i) ac 5. k) totaliter *deest* 6. l) Roma 5. m) *deest* 5.

43) Narratio de sancto et converso Constantino saepe ad verbum cum versione Latina Chron. Repgav. p. 172—176 concordat. 44) Chron. Repgav. p. 172: *percussus est a Domino elephantie lepra.* 45) ibid. p. 173. 174: *In ipsa igitur nocte apparuerunt imperatori apostoli Petrus et Paulus.* 46) *ad Silvestrum papam, qui — in montibus et speluncis cum clericis suis latitat* ibid. p. 174. 47) Psalm. 77. v. 11. 48) Duos modo discipulos a S. Petro Treverim missos esse, solus Gotefridus Viterbiensis (Pistorius Script. rer. Germ. I. p. 343) dicit, ceteri scriptores trium mentionem faciunt.

Germaniam cicius ad fidem katholicam quam Saxones et Westphali devenerunt, quia ante tempora imperatoris Karoli Magni, qui regnavit anno Domini octingentesimo, nullus predicatorum legitur de Saxo- 800.
nibus, Westphalis et Fresonibus aliquem ad fidem Christi convertisse. Quia Saxones, duri et pertinaces quasi[a] saxum, ideo Saxones[b] nuncupati[50], ad fidem verbis predicatorum flecti non poterant, ideo Karolus Magnus eos gladio ad fidem coegit[51]. Nam legitur, quod illo tempore Karolus propter fidem sepius contra Saxones dimicavit, tandem collecto excercitu magno in Martis urbe, vulgariter Merseborg[c], castra metatus fuit. Contra Saxones, Westphali et[d] Frisones[e] ibidem sibi obviantes et in campo bellum expectantes, ante aciem exercitus Karoli Saxones viderunt in aere[f] equites ignitos ignea tela contra se mittentes[52]. Tunc inter se dixerunt: *Dii in celis et homines in terris sunt contra nos! Quid amplius poterimus, nisi ut credamus? Et[g] erimus subditi preceptis Christi, qui pugnat contra nos.* Et sic Saxones fidem sumpserunt[h], in ea semper manentes. Sed Westphali a fide sepius declinaverunt; ideo idem Karolus eos in servitutem redegit[i] et plures principes ac episcopos in Westphalia mancipavit.

8. Saxones unde dicuntur venisse, repperi in quadam chronica[53]; quod[k] tempore ante Christi incarnationem, quo Alexander Magnus in Grecia de Macedonia exiens et[l] in Asiam, Mediam et Persas[m] veniens, eos suo imperio subiugare volens, sicut ex permissione[n] divina eciam perfecit, per Armeniam, ubi archa Noe requievit[54], transiens, repperit in ea quandam gentem robustam, audacem et virilem, que gens Petrita a[o] petra dura propter animositatem vocata est. Hanc gentem, ubicunque ierat[p], secum ducebat. Et propter gentis huius bellicositatem mutavit eis nomen petra in saxum; propter duriciam[q] eandem gentem Saxones vocitavit. Hec gens prope mare inhabitare[r] consuevit[s]; et Allexandro mortuo, qui nisi duodecim annis regnavit, dicti Saxones, quod[t] propter Allexandrum multos offendissent, non audebant in[u] sua propria[v] remanere[55], sed cum omni suppellectili, uxoribus et filiis[w] trecentas naves galeas[x] onustabant et se mari occidentali tradiderunt[y], querendo locum et terram habitacionis faciende. Hee naves vento flante preter triginta omnes in mari perierunt, de quibus viginti naves venerunt in Pruciam eam subiugando. Alique eciam in flumen Danubium magnum, et partem Ungarie possidebant; alique eciam in flumen Albeam[z], et in utroque littore circa ripas Albie inhabitantes vexabant, usque ad montes Harticos in Thuringiam expellentes et ipsorum terram occupantes. Una tamen navis ex dictis navibus maior et precipua, in qua nobiliores[*] inerant, applicuit ad Egdoram vel Storam flumen et ibidem anchoram fixit et tentorium in terra prope navim erexit, et Thuringos vicinos circumcirca undique[a] de navi vexabant, quod[b] inhabitantes ibidem illis diebus adhuc erant sine municionibus et armis. Et illi de tali navi maxime[c] fuerunt in armis periti et navim pro castro retinebant. Quare vicinis videbatur bonum cum illis hominibus bellicosis pacem habere et eis pocius aliquid donandum, quam pugnandum. Saxones autem considerantes se semper in sumptibus et victualibus deficere, unus ex illis, iuvenis et animosus, dixit consodalibus suis: *Cum istis hominibus nobis vicinis vivere pacifice erit ultimatim defectio et mors nostra. Nam ipsi in frugibus et animalibus augmentantur, nos autem de die in diem deficimus in eisdem. Propterea audite consilium meum; vadam ad vicinos nostros, rediens, quid volo et fecerim, dicam vobis.* Ipse vero omnem preciosam margaritam, aurum et argentum, quantum portare[d] poterat, ad collum suum posuit. Thuringi vicini videntes hunc iuvenem cum auro et argento incedentem, dixerunt sibi[e] invicem: *Quid hoc[f] ingens aurum et argentum in collo huius famelici?* Et appropinquantes Thuringi dixerunt: *Vis vendere hoc aurum et argentum?* Ipse respondens dixit: *Copiam auri et argenti et gemmarum magnam habemus, et ideo huiusmodi vendere volo, sed non nisi maioribus terre.* Cui unus de maioribus dixit: *Quid tibi pro hoc dabo?* Saxo respondit[g]: *Dixi vobis prius; magnam huius copiam habemus, ideo pro nichilo[h] reputamus. Date michi eciam exile, quodcunque volueritis.* Cui Thuringi responderunt: *Si placet tibi, dabimus tibi arenam, quantum ferre[i] poteris, pro hoc auro et argento.* Saxo respondit[g]: *Sum contentus,* et sic tradidit illis aurum et argentum pro tanta arena quam ferre poterat. Quam assumens in sacculum[56] reversus fuit ad suos dicens: *Nunc habemus propriam terram emptam ab hominibus nobis vicinis, illam spargere volo in terram ipsorum, et sic erit communis nobis cum illis. Et causam habemus, si pecora sua mittant in terram nostram, pignorare ea. Quia pax nobis[k] diuturna non valet propter famem quam diu passi sumus.* Et idem iuvenis Saxo prope dictum flumen et ripas et paludes uberes dictam arenam in diversis[l] locis sparsit et postmodum Thuringis intimavit, quod arenam pro auro et argento ab ipsis emptam, in ipsorum terram sparsit et quod per amplius iumenta sua, equos, oves et boves et cetera pecora sua custodirent, ut[m] in terram suam emptam[n] non venirent, alias pigno-

a) sicut 5. b) ideo Saxones *desunt* 6. c) werseborg 1; *legendum* Meresburg *seu* Eresburg. d) *deest* 5. e) Fresones 6. f) iaiiere 5. g) credamus. Et *desunt* 5. h) susceperunt 3—6. i) rediit 1. k) quae 3—6. l) *deest* 5. m) persos 1. n) tolatinge d; promissione 3; promissione 1. 2. 4. o) ac 5. 6. p) erat 6. q) duritiem 6. r) habitare 5. s) Hec — consuevit *desunt* 2. t) quod *deest codd.*; cum dicti S. 6; *in margine* 5 S. quod; de Saxen umme den willen dat se d. u) in *deest* 5. v) propria (patria) 6. w) liberis 2. x) galeis 2; gales 1. 3—5; gales (galeas) 6. y) tradebant 6. z) magnum — Albeam *desunt* 3—6. *) nobiliones 1. a) *deest* 6. b) qui 2. c) maximi 3. 5. 6. d) *deest* 6. e) *deest* 3—6. f) hic 1—3. 5. g) respondet 3. 4. 6. h) nihil 6. i) portare 3—6. k) vobis 6. l) diuisis 3. 5. 6. m) et 3—6 n) emptam suam 3—6.

50) Cf. narrationes apud Massmann Kaiserchronik III, p. 485 sq. 51) Cfr. Helmold. l. I. c. 3. 52) Cfr. Regino a. 776. 53) Multa discrepantia in sequenti narratione comprobant, eam neque ex Widukindo, neque ex Ann. Stad. ad a. 917 haustam esse. 54) Cfr. Genes. c. 8. v. 4. 55) Haec conveniunt cum narratione Speculi Saxonici l. III, art. 3, 44; cf. ed. Homeyer I. p. 217. 56) In saccum etiam apud Gotefrid. Viterb. (Pistorius II, p. 362) arenam Saxo recepit, non in sinum, ut volunt Widukindus, Ekkehardus, Ann. Stad.

rare ea vellent. Ita deinceps semper inimicicie fuerunt inter eos. Ad extremum Thuringi videntes quod non poterant contra predictos prevalere, consilium[a] inierunt, Saxones dolo in placitis interficere velle. Quod consilium innotuit dicto iuveni, qui suos avisavit, ut arma abscondita ad locum placiti secum apportarent, dans eis signum[b]: *Quando dixero: „Nemet juwe saxen!“ tunc, si vitam et terram retinere velitis pro animabus*[c] *vestris, filiis et uxoribus, neminem ex eis vivere permittentes, viriliter pugnate.* Et ita factum fuit[d], Thuringis multis pluribus ad locum placiti venientibus et Saxonibus paucis, sed latenter armatis. Et cum dictus capitaneus hoc verbum pro intersigno protulerat: *Nemet juwe saxen!* statim in Thuringos irruperunt occidentes, et ita terram Holtzacie, Ditmarcie et Stormarie[57] per amplius fugatis Thuringis r tinebant in sortem suam.

9. Hic Karolus, rex Francie, regis Pippini filius, primus de domo et regno Francie imperator postulatus a Romanis et a papa Leone in adiutorium ecclesie sancte, antequam in imperatorem fuit electus, consensit eisdem et in Longobardia apud Papiam obsessam cepit regem Desiderium nomine et secum duxit captivum, quia bona ecclesie vexabat. Nam imperium a tempore Constantini Magni, qui pape Silvestro et suis successoribus dederat Romam et Ytaliam in possessionem, mansit in residencia apud Grecos, et fuerunt imperatores iuvare ecclesiam valde difficiles de tam remotis partibus. Ideo translatum fuit imperium de Grecis ad Francos per Karolum Magnum[58], et aliquamdiu mansit apud Gallicos imperium, scilicet per quinquaginta annos usque ad tempus Lodewici secundi. Demum Gallici cum essent desides in adiuvando ecclesiam, imperium translatum est ad Berengarium regem Ytalie, et mansit eciam apud eos quasi quinquaginta annos. Hii ecclesiam impugnabant, quam defendere debebant, et ab eis regimen imperiale demptum et translatum ad Theutunicos[59], de quibus primus imperator Otto, vir nobilis et bonus; item secundus Otto et tercius Otto. Et hii fuerunt defendentes ecclesiam, et mansit imperium apud Germanos usque in presentem diem. Et electores imperatoris sunt tres archiepiscopi: Coloniensis, Treverensis et Maguntinus, et tres principes seculares: dux Saxonic marschalkus, dux Bavarie et marchio Brandenburgensis. Et quando hii concordant vel maior pars ex eis in aliquem, talis erit imperator. Si autem tres eligant unum et tres alium, tunc[e] rex Bohemie cum qua parte se adiunxerit, talis est electus[60]. Et antequam a papa coronatus est, non scribitur neque dicitur imperator, sed rex[f] Romanorum appellatur. Duces autem de Louenborg[g] non dicuntur proprie duces Saxonum neque electores imperii, quamvis aliquando hoc privilegium habebant[61]. Tamen quando ultimi duces Saxonum[h] obierunt tempore Sigismundi regis Romanorum, tunc Fredericus marchio Mysenensis, datis centenis milibus florenis pro ducatu Wittenberg, in feudum eciam adeptus est nomen dignitatis ducis Saxonie ipse cum progenie sua[62]. Et sic a Saxonibus hec dignitas est avulsa, qui tamen ab antiquo tempore nobiliores principes tocius[i] Theutunice fuerunt, quando de domo Brunswiccensi[k, 63] duces Saxoniam habebant[l]; sed postmodum, quando ipsi in imperium fuerant[m] sublimati, titulus ducatus Saxonie successive decrevit propter divisionem ipsius ducatus in plures et multos episcopatus in Saxonia, per imperatores de novo creatos et erectos.

10. Supradictus Karolus imperator[n] Saxones, Westphalos et Frisones cum gladio, sicut supra narratum est, fidei subiciens, episcopos in eis, multos viros sanctos ad seminandum et predicandum[o] rudi populo verbum Dei de monasteriis extrahens in dyocesibus, per ipsum divisis et dotatis, instituit et[p] presertim in Bremensi civitate sanctum Wilhadum, de monasterio assumptum, episcopum promovit. Et in Hamborgensi[q] civitate trans flumen Albeam Heridagum, sanctum virum, episcopum designavit, proponens eandem Hamburgensem ecclesiam cunctis Slavorum Danorumque gentibus metropolim elevare[64]. Post cuius Karoli, christianissimi imperatorum, obitum filius eius Lodewicus successit in regnum, qui paternis votis erga Dei cultum per omnia concordabat[r] et in ecclesia Hamburgensi viduata sanctum virum Anscharium de Korveyg[s] in archiepiscopum fecit consecrari, statuens eandem civitatem metropolim Slavorum, Danorum atque[t] Sueonum[u]. Et ab illa ecclesia eciam seminatum fuit verbum Dei in boriales partes. Tamen post obitum dicti Lodewici imperatoris propter multa bella in regno Francie exurgencia, cum non erat princeps imperii diligens et exequens cultum Dei, eciam seminatio verbi Dei ad tempora multa exinde cessavit[65]. Hic sanctus Anscharius Bremensem ecclesiam et Hamburgensem simul rexit et prope Idzehoe in terra Holtzacie in Welna[66] parvum oratorium in honorem sancti Sixti, cuius caput semper secum deferebat[67], consecravit. Ubi cum aliquibus monachis aliquando propter securitatem loci ad con-

a) concilium 1. b) *supplendum* ait *sive* dixit *videtur*. c) animalibus 3—6. d) factum fuit ita 3—6. e) tum 3—6. f) *deest* 1—3. g) Lonenburg 5. h) electores *addit* 6. i) *supplendum* terre. k) Brunswigensis 5; Bruswigensis 3. l) habebantur 1—3. m) fuerunt 2—6. n) imperator Carolus 5. o) predicandum et seminandum 1. p) *deest* 6. q) Hamborgensis 3. r) concordabant 5. s) Korneyg 1; Corueig 2; Corveie 3—6. t) *deest* 3—6. u) Succonum 5; Succorum 6.

57) Glossa Speculi Saxonici ad articulum modo laudatum similiter addit, quae apud ceteros desiderantur: *van den sunt komen di Stormere und de Ditmerschen und Holsten und Hedelere.* 58) Cfr. Helmold. I. c. 3. fin. 59) Cfr. Chron. Repgow. p. 259. 60) Similiter glossa Speculi Saxonici l. III, art. 57 regem Boemiae mediatorem, *middelman*, dicit. 61) Alberto I. a. 1260. mortuo, Albertum II. filium iuniorem cum Wittenberg etiam dignitatem electoralem accepisse verisimile est, cum Ioanni I. seniori Lauenburg in sortem veniret. Attamen bulla aurea demum a. 1356. Lauenburgensibus dignitatem istam finaliter abiudicavit. 62) Facta sunt haec a. 1423. Ian. 6, Alberto III. ultimo duce Wittenbergensi a. 1422. mortuo. 63) i. e. Ludolfingorum. 64) Ex Helmoldi l. I. c. 3. 65) Ex Helmoldi l. I. c. 4. 66) Ab Itzehoe orientem versus. 67) Cfr. Chron. Rastedense apud Meibom. Script. rer. German. T. II. p. 94.

templandum solebat residere. Et legitur in legenda sua, quod cum communiter in pane et aqua solebat carnem subicere, ibidem una dierum aqua fuit[a] in vinum conversa et fons, ubi illa aqua extracta fuit, hodierne[b] dicitur fons sanctus. Illis diebus Dani barbari de terra sua exeuntes totam Saxoniam vastaverunt, Fresiam depopulantes, ac eciam navibus Coloniam, Traiectum et Treveros incendebant[c]. Necnon in Franciam intrantes eciam Parisium obsidebant et in ea[d] magnam partem obtinentes, quam Normanniam vocitabant ex nomine patrie sue. Attamen Deus miraculose centum milia Danorum a christianis interimi[e] fecit. Post obitum sancti Anscharii successit sanctus Reymbertus. Post hunc Allegarius[f], deinde Hoyerus. Demum Reynwardus archiepiscopus[g, 68] Bremensis et Hamburgensis simul; ex hoc Unni archiepiscopus[h], qui iterum in Daniam et Gottiam verbum Dei de novo seminavit[i] et obiit anno Domini nonningentesimo[k] tricesimo sexto[69]. 936.

11. Illo tempore Conradus dux Theutunicorum ad imperium fuit sublimatus. Nam stirps Karoli tunc fuit[l] finita[70]. Demum Hinricus, filius dicti Conradi[m], est sublimatus[71]. Cuius filius Otto, primus hoc nomine imperator, qui Ungaris simul ut arena maris pre multitudine[72] collectis, ante Magdeborgensem civitatem[73] interfectis[n] in die sancti Mauricii, et ob honorem eius ecclesiam illam cathedralem et archiepiscopalem erexit[o] et magnis diviciis decoravit. Tunc in Hamburgensi ecclesia archiepiscopus fuit Adaldagus[p], qui episcopos in Dania consecravit et Danorum regem Aroldum[q] cum uxore baptizavit, quia dictus Otto imperator dictum Aroldum regem, in bello captum, ad baptizandum constrinxit, et sic tota Dania fidem Christi recepit[r]. Demum hic gloriosus Otto se ad Slavos cum exercitu suo convertit, eciam ad suscipiendam fidem katholicam eos subiugavit[74] et predictam ecclesiam Magdeburgensem ipsis Slavis metropolim sublimavit[75]. Ecclesiam Oldenburgensem in terra Wayrorum[s], nunc Lubicensem, eciam erexit et populum ad fidem gladio convertit. Huic ecclesie dedit episcopum Marconem, sanctum[t] virum, cui eciam Sleswicensem civitatem, que alio nomine Hadebu[u] dicta fuit, ad regendum in spiritualibus delegavit. Que civitas illis diebus ditissima fuit et Romano imperio subiecta cum provincia sua a[v] lacu Slye usque ad Egdoram flumen, habens terram fertilem sed desertam[76]. Statim tamen post obitum dicti imperatoris Ottonis tam Dani quam Slavi recesserunt omnes a fide Christi, circa annum Domini millesimum. 1000. Et Dani, fide deposita, cum rege suo Swen cum navibus flumen Albeam intrantes omnem Saxoniam desolabant, et ante Stadium castrum fortissimum castra metantes, sed tamen nutu Dei ex eis viginti milia hominum interfecti fuerunt[w, 77]. Circa idem tempus dictus Otto, primus imperator, qui in absencia sua voluit eciam Saxoniam gubernari. Nam a tempore Karoli Magni non fuit princeps et dux in Saxonia propter rebellionem eius, et ideo imperio fuit solum subiecta, quapropter eam cuidam provido viro, nomine Hermanno, tamquam ducatum concessit in titulum[78], cui successit filius eius Benno. Huic Bennoni mortuo successit dux Bernardus, filius eius. Hic Hinrico imperatori rebellare ausus fuit et ecclesias defendere non curavit. Et reperto, quod ausus fuit imperatori contradicere, Slavi, capta oportunitate, omnes ecclesias in terris suis igne succendebant et presbiteros martirio trucidabant, et in Oldenburgensi[x] civitate et ecclesia, postmodum in Lubicensem translata, fuerunt sexaginta presbiteri martirio coronati, isto modo, quod cutis capitis in modum crucis aperta et cerebro extracto emiserunt spiritum. Et apud Hamburgenses[y] similiter multi de clericis et civibus propter fidem torti, cesi et occisi[79]. Et tunc in Aldenburgensi ecclesia episcopus fuit Eziko[z], quo defuncto, Volquardus successit ibidem. Post quem Reymbertus. In Hamburgensi ecclesia rexit tunc Adolgagus[*], cui successit Libencius, vir sanctitate preclarus. Post hunc Unwanus, de genere nobilium ortus. Qui Hamburgensem ecclesiam novam construxit et duodecim canonicos regulares in ea instituit. Et in Aldenburgensi ecclesia, mortuo Reymberto, Bennonem de fratribus Hamburgensis ecclesie episcopum ordinavit[80]. Huic successit Meynerus[a], qui a Libencio secundo accepit benedictionem[81].

Illis diebus quidam Godscalcus, Slavus natus, ultra modum crudelis, totam terram Nordawingorum[b], scilicet Holtzatorum, Ditmarsorum[c] et Stormerorum, strage percussit, ita ut in omnibus finibus nihil indireptum[d] remansit preter illa notissima presidia Idzeho[e] et Bokelenborg[f, 82]. Iste idem Gotschalcus postmodum, Deo dante, christianissimus princeps factus est et mille milia hominum ad fidem convertit[83]. Hic habuit duos filios, Hinricum et Butue[g]. Iterum post dicti Gotschalci mortem ecclesia Hamburgensis funditus a Slavis est destructa, et quasi omnes Holtzati vel occisi vel capti[84] propter fidem christianam. Sed Slavi huius Gotschalci filios noluerunt[h] habere regentes, sed quendam Crito nomine sublimabant

a) fuerit 5. b) hodierno 3—5; hodierno tempore 6. c) incedebant 3—6. d) eam 3. 5. e) interemi 1. 2; interim 5. f) *sic pro* Adelgarius. g) archiepiscopi 3. 5. h) *sic* 6; uniti archiepiscopo 2; viui archiepiscopo 1. 3. 4. 5. i) seminabat 6. k) nongentesimo 5. l) fuerat 4—6. m) Caroli 5. n) interfectus 3. o) evexit 5 p) Adolgagus 1. 2; Adalgagus 5. 6. q) Arnoldum 5. r) accepit 6. s) Wayrorum 5; Waynorum (Wagriorum) 6. t) secundum 3—5. u) Haddebu 3. 4; Haddeby 5. 6. v) et 5. w) sunt 5; fuere 6. x) Aldenburgensi 6. y) Hamburgensem 3—6. z) Brico 5. *) *sic hic omn. codd.* a) Meisnerus 5. b) Nordalvingorum 4; Nordalwingorum 6. c) Ditmartorum 1. d) *sic correxi ex* indirectum 1—6. *Cfr. Helm. I,* 19: quae direptioni superfuerant. e) Itzehoe 2; Idzehoe 5. 6. f) Rokelenborg 6; Coclenberg 2; Kokelenborg 1. 3; Rodenborg 5. g) Butue' 1. 2. 5 *saepius, mox etiam* 3. h) voluerunt 3. 4.

68) *Illis — archiepiscopus* secundum Helm. l. I, c. 7. 69) Cfr. Helmold l. I. c. 8. 70) Helmold l. I. c. 7 fin. 71) Contraria refert c. 9. 72) Cfr. 1 Reg 4. v. 20. 73) *Magdeborgensem* pro *Merseburgensem civitatem*, apud quam Liudprandus Heinricum I. Ungaros a. 933. vicisse dicit. 74) Secundum Helmoldi l. I. c. 9. 75) Indidem l. I. c. 11. 76) Indidem l. I. c. 12. 77) Indidem l. I. c. 15. 78) Indidem l. I. c. 10. 79) Secundum Helmoldi l. I. c. 16. 80) Helmold. l. I. c. 17. 81) Helmold. l. I. c. 18 fin. 82) *Illis — Bokelenborg* ex Helm. l. I. c. 19. 83) Helmold. l. I. c. 20. 84) Helmold. l. I. c. 24.

in principem. Ideo filii Gotschalci appositi[a] sunt Saxonibus, querentes ab eis defendi et in[b] patris possessionem deduci. Et tunc in Saxonia fuit dux, Magnus nominatus, qui filio seniori Gotschalci, Butue, in auxilium Holtzatos et Ditmarsos[c] et Stormaros dedit. Et dictus Butue castrum Critonis fortissimum Plone[d] vacuum inventum, cum sexcentis robustissimis in possessionem cepit. Cui mulier una Theutunica dixit: *Recede cito, undique laquei sunt tibi[e] positi et, nisi statim recesseris, morieris tu et tui;* et tamen dictus princeps Butue hec non curans ibidem pernoctabat. De mane crastina die[f] dictus Crito et Slavorum paganorum innumerabilis multitudo Plone castrum reobsedit, nec evadendi spes fuit, sed omnes oportuit in castro fame perire[g]. Et cum diucius sustinere famem non possent, dederunt se ad manus Critonis, inimici Christi, qui omnes istos in ore gladii consumpsit[84]. Iunior filius nobilis viri Gotschalci, dictus Hiricus, demum de Dacia rediens cum magna potencia et Critonem post multa certamina interfecit prope Plone et uxorem eius in matrimonium sibi copulavit, cum qua castrum Plone et terram Wayrorum[h] in dotem recipiens, Slavinam baptizari fecit et sic totam terram pacifice possedit[85].

12. Mortuo Magno duce Saxonie, filios heredes non habens, sed duas filias, quarum una data est duci Bavarie, a qua Henricus Leo, postmodum dux Bavarie et Saxonie, genitus fuit. Interim imperator ducatum Saxonie dedit comiti Ludero, qui suo tempore satis bene rexit. In illis diebus contigit, quod Slavi de Aldenborg ante civitatem Hamburgensem iumenta depredati[i] sunt, quos Godfridus, comes Holtzacie, de Hamborg cum paucis insequebatur, quo capto et capite eius a Slavis illis paganis absciso[k] et secum deducto, vacabat comecia talis etc.[86]

Tunc dictus Luderus dux Saxonie comeciam[l] Holtzacie ac Stormarie nobili viro Adolpho comiti
1110. Schouwenborg concessit in feudum[87] circa annum Domini millesimum centesimum[m] decimum. Et sic deinceps semper de illo sanguine et domo Ursinorum[n] referuntur habuisse et remansisse tempore Iulii Cesaris, qui castrum Schouwenborg fundavit. Et visa est hic in patria Holtzacie missiva a nobilissimo
1420. et solempni cardinali Ursinensi[o], que data millesimo 400 vicesimo, ultimo Hinrico comiti Holtzacie directa, in qua consanguinium eius ipsum commendavit[88]. Dictus Adolphus adeptus comeciam, ut vir prudens habuit cum vicinis pacem et presertim cum Henrico principe Slavorum[89] in Wagria, qui primo fundavit civitatem et castrum Lubeke in loco Swartouw et eciam munivit castrum Plone et castrum Oldenborg cum civitate illa populosa[90]. Ac eciam demum, diversis victoriis a Slavis potitus et ipsis attritis, propter potenciam magnam et sepissimam victoriam dicebatur hic princeps Hinricus rex Slavorum[91].

13. Circa idem tempus sanctus Vicelinus, qui fuit in ecclesia Bremensi scolasticus[92] et in theologia disertus, qui multas habuit divinas revelationes tempore iuventutis sue[93], hic semper estuabat barbaris Slavis, prope Holtzaciam demorantibus, fidem Christi predicare. Nam illis diebus tota terra Wayrorum, scilicet Plone, Oldenborg, Luttekemborg et prope a flumine Egdora et a flumine Sale[94], quod per villam Nigenmunster transit usque ad mare, in Lubeke, in Kyl et usque in finem mundi versus aquilonem fides Christi in partibus illis nullibi habebatur. Et si aliquando habita fuerat, tamen quasi per octoginta annos omnes a fide Christi declinabant. Hic sanctus Vicelinus vestem religiosam, quam canonici Bremenses cum regula sancti Augustini abiciebant[p], derelinquere nolens[q], cum sancto viro Thetmaro, cantore Bremensis ecclesie[95], partes Holtzacie adiit, de iussu et mandato reverendissimi viri, domni Adeweronis[q*] archiepiscopi Bremensis et Hamborgensis[96], villam Wippendorp alias Faldere, in qua capella lignea constructa fuit et per longa tempora deserta[97], in possessionem recepit ac ibidem monasterium construi fecit, a quo Niemunster per amplius vocitatum fuit. Ista capella quasi[r] prima fuit in tota Holtzacia. Et ibidem, quamvis christiani esse dicebantur, tamen lucorum et fontium error ac ydololatria multiplex habebatur et eo strictius sanctus Vicelinus Deo[s], die noctuque vigilando, orando et predicando verbum Dei, serviebat sub veste religiosa et regula sancta. Et dedit Deus sibi[t] graciam in consp ctu populi terre, ut, audita resurrectione mortuorum et[u] vita eterna post hanc vitam, subito mutati sunt[v], omnem ydololatriam abicientes et soli uni vero Deo per amplius devoventes. Et[w] infinita plebis multitudo de Wagria, Plone, Oldemborg et de Holtzacia, Stormaria[x] et Ditmercia ad audiendum novum predicatorem verbi Dei, vite eterne, illac[y] advenit, recipiendo penitenciam peccatorum. Et eciam multi venerabiles viri ecclesiastici et clerici sancto Vicelino in ordine, regula et habitu et sancta vita se copulabant[98]. Acta

a) oppositi 3—6. b) *deest* 1. 2. 3. 5. c) Ditmaros 4. d) plane 6. e) tibi sunt 6; tibi laquei sunt 5. f) *deest* 5. g) periri 1. h) Wayororum 1. 3; Wayorum 5; Wagrorum 6 *saepius*. i) praedati 3—6. k) abscisso 3—6. l) comecia 6. m) undecentesimum 5. 6. n) Vrcinorum 1. o) Vrcinensi 1. p) adiiciebant 5. q) volens 6. q*) *sic pro* Adalberonis. r) igitur 6. s) de 3. 4; *deest* 5. 6. t) *sic pro* ei. u) *deest* 6. v) sint 6. w) ut 6. x) Wagria, Stormaria 5. y) illic 2.

84) Helmold. l. I. c. 25 et 26. 85) Helm. l. c. 34 additis suo Marte: *cum qua — fecit.* 86) Helmold. l. I. c. 35. 87) Helm. l. I. c. 36. 88) Martinum V. papam a. 1420. epistolam ad Iohannem VII. episcopum Lubicensem, ut conciliaret Ericum regem Daniae cum Heinrico duci Sleswicensi, direxisse, ex Detmari chronico novimus. Fortasse epistola Heinrico comiti missa eiusdem tenoris erat, cuius scriptor quin fuerit Iordanus Ursinus, a. 1405. creatus cardinalis, haud dubium est. Idem a. 1426. ab eodem papa nuntius in Germaniam missus est ad praedicandam expeditionem contra Hussitas. 89) Helmold. l. I. c. 36. 90) Haec in Helmoldo non leguntur. 91) Cfr. Helmold. l. I. c. 36 fin. 92) Cfr. Helmold. l. I. c. 44. 93) Cfr. Helmold. l. I. c. 42. 94) i. e. Schwale fluv. 95) Thetmarus alias semper decanus audit in Versibus de S. Vicelino, in Sydonis scripto de Vicelino, in Helmoldo atque in chartis. Ceterum eum post a. 1137. demum Falderam venisse, ex Helmoldi l. I. c. 58 novimus. Quae de canonicis Bremensibus hic noster narrat, prorsus auctoritate carent. 96) Cfr. Helmold. l. I. c. 46. 97) Haec in Helmoldo desiderantur. 98) Cfr. Helmold. l. I. c. 47.

sunt hec circa annum Domini millesimum centesimum vicesimum quintum, regnante imperatore Lodero, 1125.
qui dux fuit Saxonum et mutato nomine dictus fuit Lotharius, pius et iustus. Et ducatum Saxonie ob-
tinuit Henricus Leo dux Bavarie. Sanctus autem Vicelinus, cui non solum fuit cure, suam propriam
parochiam Niemunster et terram prope existentem Holtzaciam, sed eciam terram Slavorum, Wagriam,
Oldenborg, Lutkemborg, Lubeke, Plone et circumadiacentes partes ad fidem Christi convertere, primum
in antiquam Lubike, in Swartow sitam, verbum Dei seminando, per se ipsum eciam illac sacerdotes de
suo monasterio, in Faldere erecto[a], constituit sanctos viros Ludolphum et Wolchardum, qui salutem
populi procurarent. Tamen ob barbarorum furiam, non diu post urbem antiquam Lubeke cum castro
destruentes[b], antedicti sacerdotes Dei Faldere, Novum monasterium reviserunt[1]. Nam quociens sanctus
Vicelinus quasi per 30 annos verbum Dei barbaris Slavis predicare cepit, et aliquando per unum annum,
aliquando per duos vel tres in Wagria, in[c] Lubeke, Oldenborg et circumiacentem terram[d] fides pullu-
lavit, tamen tociens a fide cepta Slavi apostatarunt[e]. Et aliquando eciam Novum monasterium in Fal-
dera desolabant[f]. Quorum furorem sanctus Vicelinus cum suis declinare volens ad reservandum personas
notabiliores et ornamenta ecclesie et libros, habuit ecclesiam Bisborst in palude Haseldorp in refu-
gium[2]. Ubi eciam oratorium habebat ad exorandum auxilium divinum.

14. Circa idem tempus Adolphus comes obiit circa annum Domini millesimum centesimum tricesimum 1131.
primum, relinquens post se heredem filium, eciam Adolphum nomine, virum litteratum, prudentem et
strennuum, qui Theutonice, Latine et Slavice linguarum fuit peritus[3]. Hic per tempora sua optime
gubernavit terram Holtzacie et Stormarorum. Demum sanctus Vicelinus, videns nichil posse proficere in
spiritualibus, nisi barbarorum Slavorum populus valida manu per vim principum secularium deprime-
retur, adiit cesarem Lotharium, virum cultum[g] Dei diligentem, in Bardewyck ibique sibi[h] revelavit, esse
in terra Wayrorum montem preexcelsum[i], in[k] quem si castrum fundaretur, quod exinde Slavi ad fidem
compelli possent. Et imperator illac[l] accedens et ita[m] inveniens, castrum desuper construi fecit satis
forte anno Domini millesimo centesimo tricesimo quarto. Quod Slavi videntes dixerunt ad[n] invicem: 1134.
*Quis proditor huius montis apud cesarem fuit?* Et unus ex eis dixit, quod parvus homo et despectus
Vicelinus propter verbum Dei hoc procurasset. Et cesar huic monti ob victoriam nominis christiani
dedit nomen Victorialis mons, vulgariter Segeberch. Ac[o] eciam ad inductionem sancti Vicelini sub
monte ecclesiam et monasterium fundavit, cui sex villas contulit, fratribus in stipendium, de prope adia-
centes[4]. Ac[p] sanctus Vicelinus de Novo monasterio fratres ibidem ad serviendum Deo, ad plantandam[q]
ecclesiam in Wagria[r], collocavit cum ornamentis, libris et clenodiis necessariis pro usu suo. Et Dit-
marum, cantorem ecclesie Bremensis, suum constudentem, illis preposuit ad regendum[5]. Atque in
Lubeke iterum Ludolphum, Brunonem ac Hermannum ad verbum Dei predicandum destinavit. Impe-
rator vero Lotharius in profectione Ytalica immatura[s] morte circa annum Domini millesimum cente- 1137.
simum tricesimum septimum preventus est eiusque corpus deductum fuit in Saxoniam, in Lutteram, ex
nomine suo monasterium prope Brunszwyg, fuit tumulatum[6]. Quo mortuo, iterum Slavi in Lubeke, a
via veritatis declinantes, suburbium ante castrum Segeberg cum novo oratorio igne consumebant. Ite-
rum[t] sacerdotes Dei de Lubeke et Segeberg ad Falderam, quod[u] Novum monasterium, iam sepius
emissum incrementum, satore dyabolo, habere non poterat, gravi mesticia confecti sunt ideoque fidelius
Deo se commendabant in ieiuniis et orationibus, die noctuque orare pro novella ecclesia non cessantes.
Nam tanta fuit in Falderensi monasterio virtuosa vita fratrum, quod verbo explicari non potest. Infirmi
illac[v] devenientes sanabantur, demones ab obsessis[w] eiciebantur, clamantes igne virorum sanctorum uri[7].

Adolphus vero comes secundus circa annum Domini millesimum centesimum tricesimum nonum 1139.
castrum Segeberg muro circumcinxit[x] ac suburbium et oratorium de novo construi fecit, iterum remissis
de Faldera presbiteris ac clenodiis pro usu cultus Dei necessariis[8]. Ac eciam misit legatos ad Flan-
driam, Hollandiam[y], Traiectum, Westphaliam et Frisiam, faciens proclamari, quod quicunque agrorum
penuria arctarentur, venirent in terram suam spaciosam et fertilem, in terra Wayrorum[z], olim Slavorum
exinde expulsorum. Et precipue Holtzatis atque Stormaris dixit, quod ipsi in eligendo quamcumque
partem habere vellent, eo quod sanguine parentum suorum eam mercati fuissent, preferri deberent. Et
dedit Holtzatis terram a Bornehovede usque Segeberg et Plonenzee[*]. Westphalis dedit solum Dargar-
dense[a]. Hollandrinis Utbinensem et Fresis dedit Susle. Aldemborg, Lutkemborg et circa mare terras
adiacentes dedit Slavis, faciens eos sibi per amplius tributarios fieri usque in istum diem[9].

15. In[b] nomine Domini Amen. Ad complementum cronice, quam pie recordacionis
frater Helmoldus, divinorum rector in Bosouw[c], sancti Vicelini discipulus, tempore suo de

a) eiecto 1—5. b) *sic pro* destruentium. c) *deest* 6. d) *sic pro* circumiacente terra. e) apostatauerunt 4. 6; apostatauenerunt 3; apostata venerunt 5. f) devastabant 3—6. g) cultus 3—6 h) *sic pro* ei. i) perexcelsum 3—6. k) super 3—6. l) illuc 6. m) etiam 3—6. n) ad se 6. o) At 3—6. p) Ac *deest* 6. q) placandam 1—3. 5. r) Wagaria 1—3; Walgaria 5. s) in matura 1. t) *verbum* reversi *hic deesse videtur*. u) *deest* 1—3. 5. 6. v) illuc 6. w) obcessis 1. x) cinxit 3—6. y) Hollandriam 1. z) Wagrorum 5. 6. *) Polonenzee 3. 5. 6. a) Dargardensem 1—6 *pro* Dargunensem. b) Incipit continuatio Helmoldi, ab anno Domini CIↃ CLXIV usque ad annum CIↃ CCCCXLVIII *inserunt* 4—6. c) Bosow 2; Bosoaw 3. 4. 6; Boscau 5.

1) Cfr. Helmold. l. I. c. 48. 2) Hanc ecclesiam Vicelino datam esse charta a. 1142. in Hamburg. U. B. Nr. 166 evincit. Post a. 1463, quo charta quaedam eius mentionem facit, Albiae fluctibus deleta est. 3) Cfr. Helmold. l. I. c. 49. 4) Secundum Helmold. l. I. c. 53. 5) Cfr. Helmold. l. I. c. 58. 6) Cfr. Helmold. l. I. c. 54. 7) Cfr. Helmold. l. I. c. 55. 8) *ac suburbium — necessariis* suo Marte addit noster narrationi Helmoldi. 9) Helmold. l. I. c. 57.

Holtzatorum principibus et vicinis eorum fideliter composuerat[a], quidam enim presbiter Bremensis dyocesis[b], huius patrie scriba, ex relacione veridica[c] que sibi occurrebant
1164. dignum duxit apponendum. Nam ab anno Domini millesimo centesimo sexagesimo quarto, quando tercius Adolphus[10], comes Holtzacie de Schouwemborch, propter fidem christianam a paganis Slavis prope[d] Demmyn in bello interfectus fuit[11], scriptores cronicarum propter desidiam et torporem scribere debencium[12] usque ad tempora presencia, videlicet annum[e]
1448. Domini millesimum quadringentesimum quadragesimum octavum, perpauca demonstrantur. Nam ut idem frater Helmoldus circa finem cronice sue[13] narrat, quod post obitum et martirium felicis Adolphi, comitis tercii, uxor eius vidua cum tenello filio suo comeciam Holtzatie, Sturmarie et Wagrie retinuit gubernandam. Cui tamen Henricus dux, Leo[f] cognominatus, Bavarie et Saxonie ducatus[g] gubernator, a quo comecia Holtzacie[h] illis diebus concedebatur in feudum, ad regendam dictam comeciam quendam Hinricum comitem de Thuringia, nobilem virum et bellicosum, dicti pueri avunculum, prefecit tutorem. A quibus, scilicet Henrico duce Saxonie et Henrico comite Thuringie, multi postmodum comites Holtzacie Hinricus sunt vocati.

Illis diebus[14] Ditmartii[i] principem suum proprium, domnum Rodolphum[k] marchionem, comitem in castro Bokelemborg, in Ditmercia interfecerunt ac[l] uxorem eius Wawurgem[m, 15], abscisis[n] nare et auriculis, in flumen[16] prope castrum proiecerunt, quod flumen ab eius nomine Wawurgesouw nuncupatur. Ob[o] cuius principis[p] necem[q] dictus Henricus Leo, dux Saxonie et Bavarie, terram Ditmarticorum armata manu intravit et subiugavit, ita eciam quod fecit eos censuales ad dandum singulis annis triticum, siliginem, oves et similia. Quem censum illi de Suderherstede[r], Sudervelle et Norderherstede[s, 17] et precipue habitantes[t] in sicca terra[18] dederunt ad longa tempora ad castrum Hanrouwe[19] ultra ducentos annos usque ad tempus, quo[u] dux Gerardus comes Holtzacie cum multis Ditmarcie[v] in Suderhamme[w] fuit interfectus[20]. Idem eciam princeps Hinricus Leo, dux Saxonie et Bavarie[21], dedit abbacie beate Marie virginis in Stadis extra murum villam Lenderen[22] apud Tellingsteden[x], Bokwolde[y] et silvam Borchholte[23] et antiquum Herpe apud Meldorpe. Sed Ditmarci, abbate dicti monasterii ab eis interfecto, istis villis aliis nominibus nominatis[24], recesserunt a censu prenotato, eciam solvere nolentes. Facta autem hec fuerunt circa
1161. annum Domini millesimum centesimum sexagesimum primum. Idem eciam dux Saxonie post triumphum totam terram Ditmarcie[z], his demptis, archiepiscopo Bremensi, cui abstulerat et[*] eciam Stadium castrum, cessit vice versa[25]. Unde Ditmarcii ab illo tempore alium dominum temporalem quam archiepiscopum Bremensem non habere[a] volebant. Nam anno
1420. Domini millesimo quadringentesimo vicesimo Sigismundus Romanorum rex ab ipsis Ditmarciis, tamquam imperio subditis, censum postulabat; sed archiepiscopus Bremensis

a) composuerunt 3. 5. b) dioecis 3. c) vendica 5. d) propter 5. e) ad annum 6. f) Leo dux 3—6. g) *deest* 3—6. h) Holsatia 6. i) Ditmarsii 2; Dithmarsi 3. 4. 6; Diethmarsi 5 *similiaque ab* 1 *discrepantia saepius.* k) Radolphum 1. l) et 3—6. m) Warwurgem 4; Wamurgem 5. n) abscissis 3—6. o) O[b] 1; a 3—6. p) principe 3. 5. q) nece 3—6. r) Suderhorstede 5. 6. s) Noderherstede 1. 2; Norderhorstede 5. t) habitationes 3—6. u) quod 3—6. v) Dithmaricis 4. 6; Dithmarice 3; Diethmatice 5. w) Suderhammen 3—6. x) Tollingsteden 3. 5; Tollensteden 4; Sallingsteden 6. y) Bockwolde 2—6. z) Ditmarhiae 5. *) *deest* 3—6. a) habere non 4. 6.

10) immo Adolfus II. 11) Cfr. Helmold. l. II. c. 4. 12) pro *scribi debencium* i. e. *eorum, quae scribi debuissent.* 13) Cfr. Helmold. l. II. c. 7. 14) Rudolfus II. comes occisus est a. 1144. Mart. 15. 15) In Ann. Stad. ad a. 1144 Elisabetha audit. Cfr. Dahlmann ad Neocorum I, 577. 16) Iam in chartis a. 1139 et 1141. hoc flumen Waltburgou appellatur, v. Hamburg. U. B. Nr. 159 et 163. 17) Süderhastedt, Siedenfeld sive Südenfeld, parochiae Eddelake, Norderhastedt. 18) *sicca terra*, quam proprie dicimus *die Geest.* 19) situm in confiniis Ditmarsiae prope Hademarschen. 20) V. infra c. 31. 21) Non Leo, sed Heinricus palatinus Leonis filius, a. 1214. hanc donationem Christophoro, tertio abbati, fecit. Sed neque is neque quisquam antecessorum sive successorum eius a Ditmarsis occisus est. Cfr. Lappenberg, Geschichtsquellen Bremens, p. 189. 190. 22) hodie Lindern parochiae Tellingstedt. 23) Sita fuit in parochia Burg, v. Neocorum I, p. 265. 24) Charta Iohannis abbatis Stadensis, qua a. 1496. omnia iura quae erant monasterii in Ditmarsia resignavit, pro Bokwolde et antiquo Herpe nominat Richtewalde et Herstede. V. Michelsen, U. B. von Ditmarschen Nr. 53. At Neocorus I. p. 334 contendit Bokwolde adhuc sub eodem nomine exstare, nomen Oldenerpe autem, situm olim inter Meldorp et Wintbergen superstes esse in marca, quam communia rusticorum in Elpersbüttel emerit. Cfr. Schröder et Biernatzky, Topographie von Holstein I. p. 363. 25) Hoc prorsus falsum. A. 1228. demum Albertus I. dux Saxoniae resignavit omne ius super Ditmarsiam et cometiam Stadensem Gerhardo II. archiepiscopo Bremensi, v. Hamburg. U. B. Nr. 491.

Iohannes Slamerstorp[a] pro eis regi Romanorum, tanquam pro suis subditis et sibi, tanquam vero domino, annuum[b] censum solventibus, et quod in terra eorum suos iudices advocatos semper haberet, litteris suis intimabat. Quare dictus rex Romanorum[c] ab huiusmodi census peticione cessabat[27]. Attamen Ditmarcii archiepiscopum Bremensem ut verum dominum non cognoscunt[d], sed quod tunc in subsidium[e] suum, ad fugandam[f] imperatoris iram, cognoscebant, cautelose[g] fecerunt et archiepiscopo omnia iura sua in terra ipsorum existencia restituere promiserunt. De quibus nichil fuit[h] prosecutum. Nam navigium[i] passus[28] de[k] terra ipsorum trans Albeam, item trans Egdoram, item in insulam Totel[29] in Albea iacentem, unde multum fenum annuatim procurant, item stagnum Cuddenzee[l, 30] et silvam Borgolte cum quinque advocatis[m, 31] et[n] iurisdictione illorum, et quicquit ex[o] illis annuatim posset devenire, et se ipsos peramplius ecclesie Bremensi, a qua recesserant, obedientes in omnibus procul dubio restituere promiserunt. Tamen habita voluntate sua nichil postea servaverunt.

Dictusque Henricus Leo, dux Saxonie et Bavarie, post multiplicem victoriam contra Slavos, quos gladio et frequenti pugna katholice fidei subiecit — nam Slavi tunc increduli, infideles, quociens a fide katholica apostatantes[p], tociens per principes Saxonie ad fidem sunt gladio subiugati; quibus et terris eorum subiectis, pax facta est firma in omni terra, tam in Dacia[q], Slavia et Holtzacia — nam idem dux Hinricus Woldemarum regem Dacie[q] reduxit in regnum suum. Ideo inter regem et ducem fuit magna fiducia exorta, ita quod dux dedit filiam suam filio regis Dacie in perpetue federacionis signum[32]. Propterea, viventibus rege et duce et subiugatis Slavis, fuit undique pax tam in terra, quam in mari, et Slavi non audebant vires resumere[r] rebellandi. Quorum[s] terra latissima[t] quondam erat. Nam a flumine Egdora, que est finis regni Dacie, erat inicium Slavie; Nygemunster, Kyl, Lutkemborg, Segebergh, Oldemborg, Imbria[33], Lubeke, Sweryn et sic ad orientem ascendendo usque ad Prutziam et per marchiam Brandemborg, Mytzen[u], Bohemiam, Moravos et Polonos Slavia antiquitus[v] extensa fuit. Et tres nationes, scilicet Sturmaria, Ditmarcia et Holtzacia, Nordawingi[w], ultra Albeam[x] Saxones, fuerant[y] vocitati[34]. Que naciones tocius longe[35] ante Slaviam a sancto Ansgario archiepiscopo Hamburgensi receperunt verbum Dei et sub fide katholica, quamvis non bene fundata, totali doctrina usque ad tempora sancti Vicellini. Qui postquam ecclesiam Novum monasterium in Faldera sive[z] Vorpendorpe[*] fundaverat in finibus Slavie et Holtzacie, idem sanctus Vicellinus primo suos totaliter ad fidem convertit; demum operam dedit, Domino operante, Slavos vicinos ad fidem convertendo, in Lubeke[a] primam ecclesiam fundando sancti Iohannis in arena et ibidem verbum Dei et circumquaque predicando[36]. Post cuius obitum dictus Hinricus Leo, dux Saxonie et Brunszwiccensium[b], cathedralem ecclesiam de Oldemborg transtulit in Lubicensem civitatem, eo quod hanc civitatem ab Adolpho comite Holtzacie, qui eam primo construxerat, et castrum, quod nunc Borch, monasterium fratrum Predicatorum, dicitur, pro municione civitatis erexerat, prece et vi retinuerat[37]. Dicte[c] civitatis incolis ius municipale a Speculo Saxonum extractum, quod eciam adhuc habent, et libertatem navigantibus contulerat[d] copiose[38].

16. Post cuius nobilis principis ducis obitum circa annum Domini millesimum centesimum 1174.

a) Slamestorp 3—6. b) annum 5. 6. c) manorum 3. d) cognoscebant 3—6. e) subdium 6. f) fugiendam 3—6. g) cautulose 1. h) tuerit 5. i) nauigium 3 (naufra); naufragium 4—6; schepinge d. k) ac 5. 6. l) Cuddensa 5. m) *correctum in* 1 *in* advocatio; advocatiis 3—5. n) in 2. o) *deest* 3—6. p) apostotantes 1. q) Daniae 6. r) sumere 2. s) quoniam 3—6. t) *deest* 5. u) Schützen 5. v) antiquus 5. w) Nordalwingi 4. 6. x) Albim 2. y) fuerunt 3—5. z) sibi 5. *) *sic pro* Wippendorpe, *quod supra c.* 13. a) Luke 3—6. b) Brunswicensis 3—6. c) Dicta 5. d) dederat 3—5; dedit 6.

27) Haec cessatio Sigismundi data est 1420. Dec. 6, eodemque die archiepiscopum Iohannem regalibus investivit, eiusque privilegia confirmat. Cfr. Aschbach, Gesch. Kaiser Sigismunds III. p. 436. 28) *navigium passus* i. e. passagium, *die Fähre.* 29) Tötel insula olim sita erat prope Büsum in oceano, non in Albia. Hodie vadum tantum, iam Neocori tempore fuit parva et habitatoribus destituta. Cfr. Neocorum I. p. 221. 30) Kudensee in Süderdithmarschen, prope villam parochialem Eddelake. 31) Nempe Ditmarsia distincta fuit in quinque advocatias. 32) Cfr. Helmold. l. II. c. 14, quem etiam imitatus est noster in describenda Slavia, cfr. l. I. c. 1. 2. 33) Fehmern insula. 34) Cfr. Helmold. l. I. c. 47. 35) *tocius longe,* Germanismus pro *longissime,* in vetustiore idiomate: *alles* (gen.) *lange.* 36) Hanc ecclesiam Geroldum episcopum, attamen Vicelinum primam capellam Lubecae condidisse Helmoldus l. I. c. 94. 69 auctor est. 37) Cfr. Helmold. l. I. c. 85. 38) Cfr. Helmold. l. I. c. 85.

1174. septuagesimum quartum[40], qui eciam dux erat et propugnator terre Holtzacie, dicti Woldemari[a] regis Dacie filius[41], eo quod pater suus in terra Slavorum armata manu terram Rugianorum obtinuerat, pretendebat eciam confinia regni Dacie, videlicet civitatem Lubeke et terram Holtzacie, subiugare, eo quod Adolphus adolescens, tenellus filius Adolphi comitis interfecti, heres terre Holtzacie erat.

Illis diebus mortuo rege, quedam mulier, dicta nigra Margareta[b], regina Dacie, sceptrum et dyadema, regum[c] opera viriliter[d] agens, suscepit, terram Holtzacie hostiliter invadendo castrum Gottorpe munivit et ante illud magnum fossatum muratum[e], Denewerck[f] vocitatum, fieri procuravit, incipiens a flumine Slige, usque ad Fresiam procedendo, miro et ineffabili opere terram Dacie ab Almanis[g] concludendo[42].

Hec regina cum filio suo rege Kanuto obsedit Hamborg navigio et aquam Albeam[h] longis palis ex utràque parte rype constringens, in medio fluminis profundi kathenam longam pro clausura[i] affixit[43].

Dicitur eciam, quando ante castrum Idzeho et opidum cum magno excercitu castra metata fuit et sequenti die nativitatis Marie virginis[k], flumen Store ponte facto et aggere, intrare castrum et trans torrentem[l] flumen ire in paludem pretendens, una et eadem die contra naturalem cursum dictum flumen Store bis ultra solitum ascendendo effluxit, ita quod pons et agger per flumen sunt effracti et sic opus eius et inceptum derelictum. Et tunc ymago beate Virginis visa est super castrum. Quare incole dicti opidi et castellani sequentem diem nativitatis beate Virginis ob memoriam huius et liberacionem suam devoverunt continue singulis annis solemniter celebrare. Et obinde nomen huius diei eciam hodie dicitur civium dies, vulgariter borgerdach

Eciam castrum Segeberghe obsedit et ante illud parvos colliculos et desuper municiones, sicut hodie apparet, fieri fecit et tandem castrum pro sua voluntate retinebat. In quo castro suum posuit advocatum et capitaneum terre Holtzacie, quam sibi subegerat usque ad castrum Idzehoe et flumen Store et paludem ab alia parte iacentem, in qua palude multi de Holtzatis nobilibus propter tutum locum, timentes Danorum potenciam neque Danis subici volentes, se locavere. Volebant enim Dani, sicut ceperant, totam terram Holtzacie subicere sibi et legibus suis, ita ut lex[m] Holtzatorum in ius vulgare extingueretur in toto et quod deinceps secundum legem et librum Danorum Loffboek[n] deberet iudicari. Super quo Holtzatenses Danis subiecti sunt multum conquesti, quod legibus suis solitis ab antiquo deberent privari et nova incognita uti, ita eciam quod remurmurare contra capitaneum, in castro Segeberge positum, inceperunt, quando aliam legem et aliud ius quam suum solitum imponere nisus fuit, dicentes uti lege sua velle Holtzatensi. Ad quos idem capitaneus respondit: *Ostendatis michi ius vestrum et ego secundum illud diiudicabo vos.* Nam dixit: *Ex proprio capite fingitis ius vestrum. Nostrum autem Danorum est ius scriptum[o]; secundum scripturas scio vos et me regere, vestrum ius nescio, quia non[p] scriptum est; divinare non valeo. Oportet ut canem adducam, qui ius vestrum latrabit[44]. Deliberetis ergo[q], quale[r] ius habere volueritis et michi certa die ius vestrum edicatis.* Illis diebus non erat princeps in terra[45] Holtzacie, sed dicitur quod fuit quedam nobilis domina in palude Crempis iuxta Idzehoe in castro Kellingdorpe, nomine domna Deestz[s] de Kellingdorpe[46]. Hec transtulit[t] se

a) Waldemari 3—6. b) Margarita 3—6 *et infra.* c) *correxi ex* regnum. d) fideliter 3—6; bedref menlike geschefte d. e) murtatum 5. f) Dennewerk 3—6. g) Almarnia 5. h) Albis 2. i) clausula 5. k) *supplendum* super. l) *sic pro* torrens. m) ius 4. n) Loebock 3—6. o) praescriptum 3—6. p) *deest* 1. 3. 5. q) igitur 3—6. r) quare 2. s) Deescz 1. t) trastulit 1.

40) immo 1195. 41) Kanutus, ut recte notatur in margine cod. 1. 42) Nigra Margaretha erat vidua Christophori I. Daniae regis a. 1259. mortui. Attamen rerum ordo comprobat, presbyterum eam fuisse viduam Waldemari I. a. 1182. mortui putasse, qui filio Kanuto VI. iamiam puberi regnum reliquit. Nigram Margaretham murum, quem in vallo Danewerk Waldemarus I. exstruxerat, restaurasse et ampliasse, partique valli nomen Margarethenwall dedisse constat. 43) Nec nigra Margaretha nec quisquam alia Danorum regina unquam Hamburgum obsedit. Albiam unquam palis et catenis clausam fuisse nobis non innotuit. Fortasse noster hic pontem, quem Waldemarus II. super Albiam sterni fecit a. 1208. (v. Arnold. VII, 11), cum clusione Travenae per eundem regem a. 1234. facta (v. Detmarum) perverse coniunxit. 44) Similia leguntur apud Saxonem Grammat. ed. Müller I. p. 352. Cfr. Annales Ryenses SS. T. XVI. p. 393. Dahlmann Forschungen p. 294. 45) Iudic. 17, 6. 18, 1. 46) Kellingthorpe vicus situs erat in parochia Neuenkirchen; v. chartam a. 1430. in Noodt, Beiträge zur Gesch. Holsteins I. p. 344. Milites de Kellingthorpe primo a. 1220. inveniuntur, v. Hamburg. U. B. Nr. 441.

ad dominum comitem Scouwenburgensem et peciit ab eo sibi et terre Holtzacie dare unum ex filiis suis ad gubernandum et principandum eis. Et tradidit illi adolescentem filium suum Adolphum, quem dicta domina Deestz[a] secum ad patriam ut dominum terre Holtzacie[b] et heredem cum gaudio magno reportavit. In cuius adventu[c] Holtzatis, in palude[d] Idzehoe et eciam sub dominio Danorum positis, exultacio et leticia exorta est. Tunc Holtzati conglobati hincinde reversi et capitaneum et advocatum prope Segeberghe petentes iterum ius sibi Holtzatense miniştrari, respondens eis dixit: *Quale ius eligitis*[e] *habere in patria vestra?* Tunc ex primis et maioribus[f] nobilibus Holtzatenses, extracto gladio vibrante, imperterrita voce clamabant: *Ius nostrum solitum ab antiquo retinere volumus et gladio tueri.* A quo facto vulgare verbum postmodum in Holtzacia dicebatur et hodie adhuc dicitur: *Ius nostrum gladio defendimus.* Unde dictus capitaneus, videns Holtzatorum tam presumptam audaciam insolitam, nesciens quod aliud caput, novum dominum[g] et principem super se statuerunt[h], timens in fugam se vertit[i]. Et ipsi Holtzatenses ipsum interfecerunt subsequentes.

Exinde Holtzati, erecto capite et educto domino suo Adolpho comite de Scouwemborch in publicum, adhuc adolescente, se et patriam suam, resumptis pristinis viribus, adiutorio divino subsecuto et gladio magnanimiter defendebant, Danos successive de finibus suis expellentes. Nam omnipotens et misericors Deus non sinit afflictum semper affligi, sed aliquando dat respiramen[k]. Ita et illis diebus Holtzatis per Danos tribulatis dedit consolacionem et suscitavit propugnatorem dictum comitem Adolphum, alterum[l] Iudam Machabeum. Nam ut Iudas[m], divino fultus subsidio, superbum regem Anthiochum, legem Iudaicam destruentem, devicit, ita et hic comes Adolphus Kanutum regem Dacie, ius Holtzatense vi supprimere nitentem, enervavit. Dictusque Kanutus[46] rex Dacie, post obitum matris sue, nigre Margarite, magnam partem Holtzacie terre vi detinens, civitatem Hamborg a longo tempore obsedit. E converso dictus comes Adolphus contra prepotentem regem Dacie pro victoria obtinenda Deum celi supplex exorabat[n]. Et regem Hamborch obsidentem accessit eumque cum suis exinde in fugam convertit, multis de Danis interfectis, nobilem et antiquam civitatem in pristinam duxit libertatem. Hoc inicium victorie dedit sibi Deus celi anno Domini millesimo centesimo nonagesimo nono. Attamen dictus Kanuthus rex cum 1199.
Danis a persecutione non cessans, non solum terram Holtzacie sed eciam civitatem Lubeke vexabat terra marique. Nam ut ante dictum est, dictam civitatem Lubek primo Adolphus comes, postmodum illustris dux Henricus Saxonie et Bavarie fundaverunt[p]. Post quorum obitum rex Dacie Kanuthus, non contentus regno suo, hanc civitatem, Holtzaciam et Hamborg cum Ditmarciis simul habere volebat. Nam de regno suo, cuius limes fuit in Egdora, ante Rendesborg nunc nominatum, per Fresiam, que tota spectabat[q] ad regnum, intravit Ditmarciam[r]. Quibus evictis, cum ipsis Ditmarciis ivit[s] per Holtzaciam usque in Bornehovede, in via omnia subiugando. Ubi dictus comes Adolphus cum Holtzatis et Lubicensibus[t] dicto regi occurrens, hincinde castris ordinatis et vexillis erectis, Ditmarticorum in fine exercitus regis existencium clipeis subversis Holtzatis in subsidium, magno fuso sanguine ex utraque parte et Danis quam plurimis interfectis, Deus celi dicto Adolpho dedit triumphum. Et regem vicit et cepit anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo[47], pro 1212.
quo triumpho sit Deus semper benedictus! Amen.

17. Narratur supra de Ditmarticorum clipeis subversis vel conversis. Dicitur communiter, quod quando Ditmarcii a dicto rege fuerant subiugati, quod miserunt certos suos nuncios ad Adolphum comitem, nunciantes sibi, quod rex fuit propositi, sicut illorum[u] terram et ipsos suppeditasset et tributarios regni Dacie fecisset, ita vellet et Holtzatos eorumque hereditatem possidere, attamen intellexissent, quod comes vellet, quando posset, se[v] tueri. Unde si ita contingeret, quod ad bellum simul convenirent[w] rex et comes, ipsi Ditmarcii, cum essent in extremitate castrorum regis positi et[48] congressu belli ipsi a tergo regem et Danos vellent fortiter percutere, cum Holtzati ab acie castrorum bellum inciperent peragere. Et hoc pro intersigno, si simul contra Holtzatos inopinate venirent, quod eorum clipei in-

a) Deescz 1. b) dare unum — Holtzacie *desunt* 3—6. c) ad ventum 3—6. d) paludem 6. e) elegistis 6. f) et *add.* 3—6. g) domini 3—6. h) *lege* statuerant. i) convertit 2. k) respirationem 5. l) alternum 6. m) Iudaei 3—5. n) orabat 3—6. p) fundaverant 6. q) expectabat 1. r) Ditmarosam 5. s) init 5. 6. t) Lubecensis 5. u) illarum 3—6. v) se *corr.* eos *in* 2. w) venirent 2.

46) Kanutus hic et infra pro Waldemaro II. positus est. 47) immo 1227. Iul. 22. 48) supplendum *in*.

venirentur retroversi, scilicet quod acutum clipeorum eorum, inferius ponendum secundum communem modum, ordine e converso superius ponere vellent. Hac tamen condicione apposita, si comes Adolphus et Holtzati victores fuerint, ipsi Ditmarcii pristina vellent frui libertate. Et ita comes Adolphus spopondit et servavit.

Dictusque Adolphus comes ob victoriam obtinendam Deo vovit, quod si daret sibi contra regem triumphum, ordinem sancti Francisci[a] fratrum Minorum intrare vellet, condicione apposita, datis sibi heredibus a Deo et ipsis terram regere volentibus[b], votum suum
1206. perficere vellet. Nam circa idem tempus, scilicet[c] millesimo ducentesimo sexto, hi duo ordines, scilicet fratrum Predicatorum et fratrum Minorum, in ecclesia Dei originem inceperunt[d. 49]. Nam ecclesia Dei illis diebus ab hereticis multipliciter vexabatur et cultus divinus per Italiam diminutus erat; ideo Deus hos ordines contra hereticos et ad augendum cultum suum ordinavit. Et habitis et datis sibi a Deo duobus filiis et heredibus, scilicet comitibus Iohanne et Gerardo, ipsisque[e] adultis et terram gubernare[f] potentibus[g], dictus comes Adolphus, Deo celi votum suum adimplendo, ordinem fratrum Minorum in monasterio civitatis Hamburgensis, ab ipso[h] fundato, cum duobus suis militibus, dictis de Gykow, humiliter et devote Deo sub regula et obediencia intravit serviturus. Factus autem frater Minor, curiam apostolicam ad videndum domnum papam et ad secum dispensandum solerter intravit, ubi tunc domnus papa ad recipiendum ordines sacros et presbiteratum secum misericorditer dispensavit et unum ordinem sacrum[50] a dicto domno papa met[i] recepit. Ac in eadem via ad sanctum Franciscum fundatorem ordinis ad videndum et[k] colloquendum et consiliandum tam ad sanctum virum se transtulit multum devote[51]. A quo sine dubio[l] sancto viro benigne est receptus, in caritate firmatus, verba consolatoria secum
1244. sine fallo reportando. Et anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto in civitate Hammenburgensi[m] suam primam missam decantavit[52]. O mutacio dextre Excelsi! Qui primo miles terrenus fuit, regem Dacie Kanuthum, magnum tyrannum[n], de suo territorio vim vi repellendo expulit, nunc miles super celestis regem infernorum[o], tyrannum[p] maximum, dyabolum pedibus propriis substravit et evicit non gladio, sed lacrimis et humilitate. Nam dicitur de eo, quod pro[q] questu elemosinarum, pro butiro et lacte cum amphora ut alter frater de conventu ire solebat. Et contingebat, quod in opido Kylone, ubi eciam monasterium fundaverat, ipso existente in platea cum amphora plena lacte in manu tenente et filiis suis comitibus cum magna sequela per dictum opidum et plateam equitantibus, ipse obviam filiis veniens amphoram cum lacte tegere pre verecundia vellet. Sed spiritu fortitudinis roboratus, per racionem sensualitatem vincens, lac de amphora super suum caput effudit per totum, dicens intra se: *Misera caro, voluisti[r] portare lac in amphora, nisi verecundabaris; nunc porta super caput, ut confundaris, memor dicti apostoli dicentis: „Nos spectaculum facti sumus Deo et hominibus“*[53]. Et vixit in ordine annis quatuordecim et anno
1261. Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo obiit in Domino feliciter, in[s] conventu fratrum in Kylone in humo sepultus.

Hic comes Adolphus fundavit ecclesiam Nygenkerke in terra Oldenborg in honorem sancti Anthonii, sui ordinis[t] fratris Minoris, non illius magni Anthonii sancti, quamvis putant plures[u] illum esse patronum et eciam eius ymaginem in ecclesia predicta habent. Sed non est ita et debet ymago eius esse fratris Minoris. Idem[v] hic Adolphus visitavit una cum aliis prelatis fratres in Monasterio Novo super sororibus reiciendis a se. Hic eciam dedit opidanis in Idzeho privilegium habendi ius Lubicense et liberavit illud opidum in
1238. pascuis et silvis anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo[54]. Et est verisimiliter

a) Francissi 1. b) valentibus 6. *supplendum* quod. c) *desideratur* anno Domini. d) ceperunt 3—6. e) ipsis 5. f) tergubernare 5. g) valentibus 6. h) episcopo 1—4: ipso episcopo 5; dat he sülven gestiftet d. i) *sic pro* ipsomet. k) ad 3—6. l) dubie 6. m) *sic* 1; Hamburgensi 3—6. n) tyrannum magnum 5. o) inferorum 3—6. p) tyrannorum 5. q) pio 3—6. r) noluisti 6. s) et 5. 6. t) qui ordines 5. u) plures putant 3—6. v) Item 5.

49) A. 1206 Annales Stadenses sanctum Franciscum habitum laicalem deposuisse, a. 1209 utrumque ordinem conditum esse dicunt, quamvis ordo Praedicatorum a. 1216 demum ab Honorio III. papa confirmatus sit. 50) sc. primum, subdiaconatum. 51) Adolfum a. 1244. Romam peregrinasse Ann. Stad. testantur; S. Franciscus autem iam a. 1226 mortuus est. 52) Albertus Stadensis coaevus missam ab Adolfo Hamburgi celebratam (a. 1245. Mart. 12) secundam, Detmarus ad a. 1244 neque ac noster primam fuisse dicit. 53) 1. Corinth. 4. v. 9. 54) V. chartam apud Westphalen, Mon. ined. T. IV. p. 3209.

credendum, quod castrum in Kyl et opidum construi fecit et opidanos[a] per terram Holtzacie, scilicet in Plone[55], Oldenborg[56] et in[b] Kylone[57], libertasse[c] a iure Holtzatorum[d] et favisse eis ius Lubicense, eo ut eorum opida cicius munirentur propter libertatem fori. Et consimiliter filii[e] dicti Adolphi, scilicet Iohannes et Gherardus, eadem privilegia opidanis in Idzehoe, Kylone et ceteris data rata habentes, confirmarunt anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo[f, 58]. 1260.

18. Hii duo comites Iohannes et Gherardus in Loheyde[g] contra Danos[h] commiserunt bellum magnum in die Panthaleonis et vicerunt Danos auxilio divino anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo. 1261. Iul. 28. Hii duo comites Iohannes et Gerardus diviserunt terram et hereditatem paternam. Nam senior Iohannes comes recepit in partem suam Wagrie[i], scilicet Kyl, Lutkemborg, Oldemborg, Nigestad, Plone, Oldeslo, Trittowe[k] et Segheberghe ac partem in palude Crempis[l] usque ad Albeam. Alter autem frater comes Gherardus ut iunior minorem partem recepit, scilicet terram Holtzacie, Idzeho, paludem[m] Wilstrie, Hanrouwe[n], Rendesborg et attinencia illorum[60]. Propter hanc indiscretam divisionem, quia senior quasi duplum recepit, fuerunt hi fratres facti inimici. Et Gherardus contra fratrem suum Iohannem ante opidum Kyl castra metatus fuit cum adiutorio Alberti ducis Brunswicensis et civitatis Lubicensis, in modico proficientes[o]. Et ideo dictus comes Kylonensibus[p] dedit multa privilegia et libertatem in foro, in[q] terra et in aquis[61].

Comes Iohannes genuit multos[r] filios, qui post obitum patris in parte hereditatis sue diviserunt terram Wagrie. Nam alius in Kyl[62], alius in Segeberghe[63], alius in Oldeslo, alius in Bramhorst domicilium habebat. Et habuit eciam in uxorem reginam Dacie, que mater fuit regis Christopheri. A qua genuit Iohannem filium, largum comitem[64], comes autem Gherardus genuit Hinricum comitem, filium suum. Qui Hinricus imposuit Hamburgensibus telonium[s] solvendum sibi et heredibus suis[65]. Hic eciam Hinricus fundavit in Welna[66] vicariam pro confraternitate Kalendarum, bis in anno congreganda, anno Domini millesimo 1303. tricentesimo tercio. Hic Hinricus habuit heredes filios[t], Ghiselbertum[u] archiepiscopum Bremensem, qui turrim rotundam in Rendesborg fratri dedit, item magnum Gherardum comitem et Iohannem[v] fratrem eius[67]. Hic eciam filiam dedit duci Sleszwiccensi[68]. A qua

a) oppidanis 5. b) *deest* 5. c) liberasse 4. 6. d) Holtzatiorum 3—6. e) Et filii 4. 6; et consilii 3. 5 f) anno Dom. 1290. 5. g) leoheide 1; in contra *cum verbis* in Leoheide *in margine* 3; ideo in L. in c. 5; in L. etiam 6. h) dantes 5. i) *lege* Wagriam *sive* terram Wagrie; Wagerlandt d. k) Trettow 5? l) *deest* 3—6. m) paludum 5. n) Hanrowe 3. 4. 6; Hanrowei 5. o) proficientis 3. 4; Lubicensis, sed nihil ibi proficientes sine fructu revertuntur 5. 6; und beschaffede doch weinich d. p) Kyloniensibus 5. q) in *deest* 5. r) multos genuit 5. s) theolonium 1. t) habuit filios her. 3—5; filios habuit her. 6. u) Gisbertum 2. 4—6; Gisbertum Christophorum 3. v) *deest* 2.

55) V. privilegium a. 1236 in Hamburg. U. B. Nr. 502. 56) V. privilegium a. 1235 ibid Nr. 500. 57) V. chartam fictam a. 1232 in Schleswig-Holst. Urkundensamml. I. p. 476 et quae ibidem disseruit Waitzius. 58) Confirmationis chartam a. 1260 v. apud Noodt, Beyträge zur Schlesw.-Holst. Gesch. II. p. 405. 60) A. 1272 primam factam esse divisionem terrae Holsatiae contendit Michelsen, Erste Landestheilung. Attamen exstat testimonium aliud prioris in charta Gerhardi I. comitis a. 1266 data, dicens: *tria quartalia Stormarie, que ad nos pertinent*. Hamburg. U. B. Nr. 702. Cfr. infra c. 27. 61) V. chartam a. 1242 in Schlesw.-Holst. U. S. I, 475, nisi forte noster hoc privilegium cum illis, quae dedit Iohannes II. a. 1286. 1317. 1318 confundit, quorum unam mentionem facit dampnorum Kilonensibus a comite Gerhardo de Rendsburg illatorum. 62) Iohannes II. † a. 1321. 63) Adolfus V. † a. 1308. 64) Hic noster in complures errores incidit. Nam Iohannes I. duxit Elisabetham filiam Alberti ducis Saxoniae, quae eum supervixit. Quorum filius Iohannes II. duxit Margaretham filiam Christophori I. regis Daniae. Econtra Iohannis III. largi comitis, pater Gerhardus II, filius Gerhardi I, duxit Agnetem, viduam Erici IV. regis, matrem Erici V. et Christophori II. regum. 65) Hoc teloneum tempus Heinrici I. comitis a. 1304 mortui antecedere, probatur compluribus rotulis in Hamburg. U. B. Nr. 665 sq. 66) Talis fundatio Heinrici comitis non innotuit; cognoscitur potius charta Hedwigis viduae comitis, filiae Florentii de Brunkhorst, quae patronatum Welnae confraternitati Calendarum tradidit, v. Westphalen, Mon. ined. III, p. 549 et Archiv für Staats- u. Kirchengesch. v. Schles.-Holst. II, p. 33. 67) Giselbertus, filius Heinrici I. comitis, qui a. 1324 a papa creatus est episcopus Halberstadensis et obiit a. 1345 canonicus Bremensis, confunditur cum avunculo suo Giselberto de Brunkhorst, archiepiscopo Bremensi a 1273—1306. Heinrico I. comiti tertium filium Iohannem fuisse, solus noster refert, tacentibus chartis et Detmaro ad a. 1304 duos modo filios Gerhardum et Giselbertum eum reliquisse testante. Quare Biernatzky in Nordalbing. Studien III. p. 185 sq. eum omnino vixisse in dubium trahit et nostrum cum Iohanne II. aut III. eum confudisse contendit. 68) Agnes nupsit Erico II. duci Sleswicensi, cfr. Nordalbing. Studien III, p. 184.

filia natus fuit dux Woldemarus, postea nominatus rex Dacie, qui castrum Gottorpe Gerardo comiti, suo avunculo, inpignoravit postmodum[69].

Inter hunc magnum Gherardum comitem ex una parte et comites Wagrie fuit magna controversia mota, quoniam in terra Wagrie multi fuerunt comites, et pre multitudine[a] non poterant sine rapina et iniuria subditorum vitam suam sine penuria deducere cum[b] pace. Nam Adolphus comes in Segheberghe[c, 70] misit una dierum suos triturantes ad curiam cuiusdam de progenie Spliit ad triturandum[d] avenam et alia frumenta et sibi ad castrum granum apportando. Quorum triturancium per patremfamilias domus de progenie Spliit[71] pedibus obtruncatis, eosdem triturantes cum pedibus abscisis in carra remisit in Segheberghe comiti Adolpho, suorum domino. Consimiliter et alii comites suis subditis fieri demandarunt.

Eciam illis diebus progenies magna, de Ditmarcia exorta[e], dicta de Reventlo, a dicto comite Adolpho fuit iniuriata et lesa enormiter, ita quod capitaneus de progenie tali, dictus Hartwicus[f] Reventlo, miles se[g] Gerardo comiti adiunxit. Nam dictus comes Adolphus erat in culpa multa[h], quod ad destructionem patruelium[72] suorum adhuc iuvenum, Gherardi et Iohannis comitum, filiorum comitis Heinrici, adiunxit et confederavit se cum marchione[i], qui erat inimicus[k] capitalis dictorum Gherardi et Iohannis[l, 73]. Item conspiravit cum Cristofero rege Dacie[74] contra dictum suum patruum[m, 75]. Ideo Gherardus dictus comes Hartwicum Reventlo misit nocte ad castrum Segheberge ad capiendum comitem Adolphum. Tunc dictus Hartwicus, excedens mandatum, volens[n] interfecit comitem Adolphum in castro Segheberghe. Et dictus Gherardus comes, statim assistens, castrum recepit in suam possessionem. Ac etiam dicti Adolphi patrem Iohannem in Bramhorst captivari fecit. Ac eiusdem filius, Cristofferus ex nomine regis Dacie, eodem anno de cenaculo castri Kyl[76] cadens expiravit.

Et sic tota terra Wagrie et hereditas multorum comitum redibat in unum, scilicet in[o] Iohannem comitem, fratrem Cristopheri regis Dacie[77]. Et hic comes Iohannes ob magnam prodigalitatem multa donavit et pocius, si phas dici est, dilapidavit bona comecie. Nam Lubicensibus donavit turrim lapideam, positam ante ostium portus in ostio Travemunde[78]. Item ibidem uni civium donavit gurgustum piscium in Traveam supra Lubek, in quo erat captura esocum[p] vel salmonum[q, 79]. Et non solum hec quasi pro nichilo concesserat, sed eciam consimiliter multis aliis plura largitus est sine causa. Hic confederavit se regi[r] Danorum Cristophero contra comitem Gerardum et fratrem eius Iohannem[80].

[Als greve Gerdt der drüdde in Stormarn sach, dat it sinen vedderen gref Iohann in Wagria und sinen kinderen so övel ginc, toch he in Lübeck und starf a. 1320[s, 81].]

Item Adolphus comes de Schouwemborg[82] volens vindicare[t] patruum suum Adolphum

a) rapina 5. b) in 5. c) Segerge 5. d) triturandam 2. e) orta 3—6. f) Hartwicus de 3. 6. g) misos de 3. 5; missos de 4. 6; ritter sik . . fogede d. h) magna culpa 2. i) secum marchionem 3—6; sik mit dem markgreven d. k) inimus 5. l) Iohannis comitum 6. m) vedder *rectius* d. n) unvorwandes d. o) *deest* 3—6. p) esocium 2. q) psalmorum 1; salmorum 2—6. r) rege 1. s) *haec leguntur loco:* Hic confederavit — Iohannem *in a. exceptis codd. dan. et Gossel.* t) vindicax 4.

69) V. infra c. 19. 70) Ex sequentibus apparet, hunc fuisse filium iuniorem Iohannis II. comitis, a. 1315 mortuum. 71) Otto et Heinricus Split milites a. 1309—1323 inveniuntur in comitatu Iohannis II. comitis. 72) patruelis nomine hic et infra ratione haud stricta usus est noster. 73) Ann. Lubic. testantur a. 1315 Adolfum cum Waldemaro marchione Brandenburgensi contra Ericum V. regem adiutum a Gerhardo III. et Iohanne III. dimicasse. 74) Intelligendus est Christophorus dux a fratre Erico V. rege expulsus, cui successit in regno a. 1319 demum. 75) Quis iste patruus? Ex Detmaro ad a. 1315 concludere licet, nostrum intellexisse Ericum V. regem, cuius tamen antea non fit mentio, quique patruelis potius quam patruus erat Adolfi, cuius mater soror fuit Erici IV. patris Erici V. regis. 76) Cfr. Ann. Lubicens. 1315. 77) Falsum hoc. Nam Wagria, capto Iohanne II, inter Iohannem III. et Gerhardum III. Magnum, nepotes Gerhardi I, a. 1316 divisa est. V. Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 34. 78) a. 1320. Dec. 22. V. chartam in U. B. der Stadt Lübeck II. Nr. 396. 79) Gurgustum sive gurgustium, idem ac gurges, eine Fischwehr. 80) Iohannes III. a. 1319 Christophorum regnum Daniae anhelantem adiuvabat contra Ericum ducem Sleswicensem, qui *plures et potentiores principes et nobiles Theotoniae habuit adiutores*, inter quos et Gerhardum atque Iohannem fratres intelligendos esse verisimile est. V. Ann. Lubic. et Detmarum. 81) Respiciunt haec ad Gerhardum IV. comitem, fratrem seniorem Iohannis III, qui a. 1316, vendito fratri suo dominio, Lubecam venit, ibique a. 1323 demum obiit. 82) Adolfus VII. nepos Gerhardi I. per filium medium Adolfum VI, mortuus a. 1353. Patruus Adolfi occisi hic minus stricte appellatur.

interfectum, armata manu cum magna potencia intravit terram Holtzacie et venit cum excercitu in Bramstede, ubi comes Gherardus et frater eius cum paucis militibus, cum Holtzatis, rusticis de palude Wilstria, de parrochiis Hademerschen[a], Scheneveldе[b], Nortorpe, Kellinghusen, Westede, Bramstede et Koldenkerken, cum his obviam venit dicto[c] comiti Adolpho in die decollacionis sancti Iohannis baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo 1317. Aug. 29. decimo septimo, et divina favente clemencia dictum Adolphum, victoria belli prehabita, cum centum et viginti viris captivavit, reliquos[d] in congressu belli interfecit.

Illis eciam diebus Ditmarcii ex sua terra exierunt in adiutorium Iohanni comiti[83] contra dictos Gerardum et Iohannem. Et dicti Ditmarcii in exitu suo transierunt per parrochias Scheneveldе[e], Nortorpe, Nigemunster, quas incendio et rapina destruxerunt, et venerunt in Kyl opidum, ubi Kylonenses Ditmarticorum timentes perfidiam, dictos Ditmarticos subtili ingenio extra opidum cum cantu et fistula corisando deduxerunt ad vaccarum montem[84]. Quibus sic eductis et suis rehabitis, Ditmarticos extra opidum dimiserunt remanere. Et quare fuit? Nam capto comite de Schouwemborg, Gerardus comes animosior factus est et Iohannes comes[85] pusillanimis. Ideo Ditmarticos sine honore remisit. Quibus ad patriam redeuntibus, in via de Kylone transierunt per aliam partem terre Holtzacie destruendam, videlicet per parrochiam Bornehovede, ubi aliqui[f] ex illis in dolio[g] nove cerevisie balneaverunt, et redeuntes[h] ad flumen Buntzing[i, 86], in merica per noctem quiescentes[k]. Mane comes Gerardus et Iohannes cum suis ponte trans flumen Buntzing, quilibet de Holtzatis habens ante se ramum virentem cum foliis, ita ut silva appareret totus excercitus, appropinquabat, et Ditmartici esse silvam estimantes improvisi, contra eos venit bellum[l] inopinatum, ita ut omnes nutu Dei in fugam versi sunt[87]. Multi ex eis, flumen volentes pertransire[m], sunt submersi, alii sunt interfecti ad quingentos viros. Et fuit hec pugna contra Ditmarticos valde magna, ita quod perpauci redierunt ad terram suam. Et hic triumphus factus est anno Domini millesimo tricentesimo decimo nono in die Allexii sancti[88]. 1319. Iul. 17.

Post hec sequenti anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo idem comes Gerardus, 1320. convocato magno excercitu principum vicinorum suorum, scilicet archiepiscopi Bremensis Gyselberti, fratris sui, Hinrici ducis Magnopolensis[n], comitum de Wunstorp et Gutzecowe[o], Iohannis ducis Saxonie, comitis de Ruppin[p] et aliorum multorum in numero[q] quatuordecim principum, in vigilia nativitatis Marie virginis intravit terram Ditmarcie per viam Suderhamme Sept. 7. et per vadum Hemminghstede[r] venit cum toto excercitu ad paludem Norderstrand[s], ad cor terre Ditmarice et commisit cum eis bellum. Et bis victor factus[t] fuit, una et eadem die interficiendo ex Ditmarciis mille et septingentos viros, ubi tunc multi fugam capientes ecclesiam Oldenworden[u] intraverunt. Quam ecclesiam pars excercitus obsedit et ignem apponentes[v] comburere voluerunt. Ditmarcii ab[w] intra pecierunt graciam sibi dari, promittentes se subditos comitis Gherardi fieri et tributarios fideles. Sed comes Gherardus non confidebat eis, sed plus ignem applicari fecit et, igne fortiter incenso, et tectum ecclesie, quod erat de plumbo resolutum, guttatim cadens super Ditmarticos inclusos, vi ianuam aperientes ecclesiam exierunt. Et cum excercitus totus non erat simul ante ecclesiam, sed erant partes exercitus hincinde in villis et edibus spoliantes cistas et capsas, Ditmarcii, resumptis viribus, de locis absonditis, de foveis[x] in agro[y] exeuntes, totum excercitum, unum post alium[z] successive, cum de vespere ad castra vellent redire, et omnes principes preter Hinricum ducem Magnopolensem et Gerardum comitem, qui castra et tentoria sua habue-

a) Hademarschen 3. 4. 6; Hademarchen 5. b) Schweneveldе 2; Sweneveldе 1. 3. 4. 6; Siveneveldе 5. c) *deest* 3—6. d) reliqua 5. 6. e) Steneveldе 3—6. f) aliquis 3. 5. g) doleo 1. h) *sic pro* redierunt. i) Bruntzingh 5. k) *sic pro* quieverunt. l) bellum venit 6. m) transire volentes 6. n) Magnipolensis 2; Megapolensis 3. 5. 6; Megalopolensis 4, *sic saepius.* o) Busrouw 1. 2; Busrow 3. 4. 6; Bursow 5; *Westphalen:* el. Gustrow, rectius Gutzkow. *Cfr. annal. Lubic. ad a.* 1319. p) *sic legendum pro* Reppin. q) uno 3—6; in tale d. r) Hemmigstede 5. s) Noderstrand 1—5. t) factus victor 5. u) Olderwarden 6. v) apponere 1. 2. w) ad 1—6. x) focis 6. y) agris 6. z) alterum 6.

83) sc. Iohanni II. comiti Kiloniensi, qui captivitatem evaserat et Kilone degebat. 84) Kuhberg. 85) i. e. Iohannes II. 86) Bünzerau rivus praeterfluit vicum Bünzen, parochiae Nortorf, et sub nomine Sarlau in Störam influit. Cfr. Müllenhoff, Sagen von Schleswig-Holstein not. ad p. 13. 14. 87) Econtra Detmarus et Ann. Lubic. ad a. 1317 referunt, Ditmarsos victoria potitos esse, et certe rectius. 88) Hic noster annum incursus a comitibus in Ditmarsiam facti, sc. 1319, cum a. 1317 confundit, quo Ditmarsi a Kilone se receperunt. Econtra quae revera a. 1319 facta sunt in a. 1320 transfert.

runt in villa Hemmyngstede, crudeliter necaverunt[a], quasi ad duo milia hominum. Et ita Ditmarcii illa vice sunt salvati.

19. Rex Dacie Christopherus, qui erat frater comitis Iohannis ex parte matris, concessit fratri suo comiti Iohanni terram Fimbrie[b] in feudum[c] perpetuis temporibus retinendam[88]. Hic eciam rex annuebat ob preces fratris sui, comitis Iohannis, qui Kylonensibus erat graciosus, quod forum, quod[d, 89] per navigium venire consueverat in Lubeke, ad tempus deveniret in Kylonensem portum[90] et vice versa de Albea per Egdoram usque Vlemmehude[91]. Et illis diebus ob dictum forum opidum Kylonense erat domibus et lapidibus fulcitum valde pulchre, quia divicie crescebant et ex consequenti affectus civium in domos pulcras. Hic eciam comes Iohannes dedit Kylonensibus privilegia multa, quia opidum Kylonense[e] plus dilexit aliis.

Eciam dictus rex Cristofferus, anhelans regni sui dilatacionem, Woldemarum ducem Iutzie exterminare cupiebat et fraudulenter castrum Sunderborg[f] ab eo tamquam ad fideles manus receperat. Quo habito, non contentus quod castrum restituere nolebat, sed eciam castrum Gottorpe et alia castra ducatus habere satagebat. Quare dictus dux[g] Woldemarus comitem magnum Gherardum, avunculum suum, contra regis tyrannidem assumpsit adiutorem[92]. Et aliquamdiu hincinde conflictibus habitis, rex cum magna potencia ante castrum Gottorpe se in Hestebergh[h] montem collocavit, ubi comes Gherardus cum auxilio fratris sui Gisewerti[i] archiepiscopi Bremensis et Westphalencium ac cum Holtzatis occurrens regi, castrum Gottorpe et ducem desuper obsidenti[k], regem cum suis de campo fugavit, multis de Danis interfectis et captis. Et pro hac victoria et pro sumptibus dictus dux Wolmarus[l] castrum Gottorpe comiti Gherardo, suo avunculo, primo in pignus pro magna summa pecuniarum argentearum collocavit. Et facta fuit hec victoria anno Domini
1329. millesimo tricentesimo vicesimo nono.

Et dicitur, quod illa die quando comes Gherardus bellare voluit, quod ymaginem beate Virginis de Idzeho in humeris suis habuit et flexis genibus ter[m] orando dominum Deum, trina vice hunc versum decantavit: *Nos hac die tibi congregatos*[n] *serva, Virgo, in lucem mundi, qua* etc. Quidam stantes super montem Hestebergh[o], cum curribus[p] onerosis circumamicti, clamabant derisorie: *Mulieres venient contra nos!* cum Holtzatorum exterior vestis semper alba esset, et videbantur Danis esse mulieres. Sed unus de Holtzatis, qui affuit in servicio apud Danos, dixit: *Videbitis hodie non esse mulieres, quia video signa et clenodia galearum, virorum et non mulierum.* Et quando bellum urgebat, unus Holtzatorum clamabat: *Dani fugiunt, Dani fugiunt!* et sic omnes fugam ceperunt. Et[q] prefertur, quod dictus Gherardus comes habuit in usu[r], quod quando bellum intrare deberet, quod ymaginem parvam beate virginis Marie de claustro monialium in Idzeho, ubi sepulturam habebat, in collo suo portare consuevit et reginam celi semper in auxilium suum precibus invocabat, quod tunc in illo bello tali ymagini fuerat a Danis ex casu una manus abscisa[s], quam manum artifices pictores postmodum restaurare volentes, et quando una die apposuerunt, altera die invenerunt semper abiectam. Et talis imago adhuc hodie in memoriale signum caret manu tali. Et Deus omnipotens ob merita beate Virginis miracula voventibus se ymagini tali multa operatur in illa. Unde ab illo tempore usque ad tempora presencia inolevit, quod principes[t] Holtzacie talem ymaginem semper in collo portare consueverant[u], quando bellum intrare volebant, quia beata virgo Maria terre Holtzacie est advocata et adiutrix. Quare in eius laudem maiores ecclesie terre Holtzacie a principibus sunt fundate, videlicet in Hamburgensi civitate[v] principalis et summa ecclesia canonicorum nunc secularium. Sed antiquitus erat regularium sub habitu, sicut multe ecclesie cathedrales institute

a) in villa — necaverunt *desunt* 5. 6. *Abhinc varias lectiones* 5. 6 *adnotare supersedemus.* b) Frimbrie 1. c) fouedum 1. d) quod *deest in codd.* e) erat domibus — Kylonense *desunt* 2. f) Sundenborg 1. 2. g) *deest* 2; rex 4. h) Hesterberg 3. 4. i) Sisewarti 3. 4. k) obsedenti 1. l) Volmarus 3. m) *deest* 2. n) gregatos 1. o) Heschebergh 1. p) turribus 3. 4; wagen d. q) Ut 1. 3. 4. r) usum 3. 4. s) abscissa 4. t) princepes 3. u) consueverunt 2. v) ciuitate et 3. 4.

88) A. 1328. Nov. 30, v. Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 144. Iam a. 1326 Iohanni Fimbria in feudum concessa erat a Waldemaro, duce Sleswicensi antirege Daniae, v. Detmarum. 89) forum i. e. merces. 90) Tale privilegium a duce Sleswicensi potius dandum non innotuit. 91) Flembude in praepositura Kiloniensi ad lacum Flembudanum, olim, ut dicitur, statio Flamlandorum. 92) A. 1326. Mai. 3. Christophorus II. rex se confoederavit cum Heinrico de Meklenburg contra Gerbardum III. et Iohannem III. comites. V. Schleswig-Holst. U. S. II, Nr. 139.

erant: Bremensis, Monasteriensis, Mindensis, Verdensis et Lubicensis. Ab ista ecclesia maiori Hamburgensi fides katholica pullulavit. Nam in ea multi martires propter fidem sanguinem suum fuderunt. Hac erat sedes eque principalis, sicut Bremensis archiepiscopalis[a], multorum archiepiscoporum. Et tota Dania, Swecia et Norwegia originaliter per sanctum Anscharium fidem receperunt.

Monasterium in villa Wippendorpe vel Faldera, secundum Slavicam linguam antiquitus dicta, nunc Nigemunster vocitata, et translatum[b] per Adeweronem archiepiscopum Bremensem in insulam Bardesholm[93], fundatum[c] post ecclesiam Hamborgensem per primum Adolphum comitem, cum[d] primum fides christiana in terra Wagrie, tunc Slavie, Holtzacie per sanctum virum Vicelinum incrementum cepit anno Domini millesimo cente- 1110.
simo decimo[94]. Hec ecclesia, Novum Monasterium in ecclesiis in honorem beate Marie virginis[e] fundatum est.

Ab eodem comite Adolpho fundatum eciam fuit monasterium Reynevelde[95]. Nam ipse comes cum fuerat de domo Schouwemborgensi, et in finibus terre illius est monasterium Locken[96] situatum Cisterciensis[f] ordinis. De quo monasterio monachos recepit et in Reynevelde statuit permanendos. Quare adhuc illi monachi in Locken habent visitare in Reynevelde et hodie[g] eorum sunt superiores. In hoc monasterio primus Iohannes comes est sepultus[97] et alii eciam de illa progenie Iohannis comitis, alii eciam in Hamburg, videlicet duo Adolphi et presertim ultimi.

Et[h] post Adolphus comes, frater Minor factus, monasterium in Kyl in honorem beate virginis Marie fecit dedicari circa annum Domini millesimum ducentesimum sextum[98]. 1260.
Exinde huius Adolphi filius, comes Gherardus, monasterium monialium, quod prius positum fuerat in palude Crempis, prope Storam et Albeam in villa Iuvlete[i. 99], transtulit ante[k] nobile et invincibile[l] antiquum castrum Idzeho, in honorem beate Marie virginis consecrari fecit et dotavit secundum ordinem et regulam sancti Benedicti abbatis ad serviendum domino Deo in evum[1]. In quo idem primus Gherardus comes suam elegit sepulturam et ab illo tempore usque in presens omnes de illa progenie Gherardi comitis descendentes, scilicet Henricus eius filius, magnus Gherardus comes, huius Henrici filius, et frater eius Iohannes.

Huius Gerardi Magni comitis filii fuerunt Hinricus ferreus, Nicolaus et Iohannes et una[2] soror claustralis, in Elten[3] abbatissa, prius copulata regi Swecie[4] et in mari prohibita[5]. Et loco eius rex Dacie dedit filiam suam[6], ob quam causam hec virgo permansit[7]. Iohannes domicellus non diu supervixit, vulneratus in ingwibus a Danis obiit[8]. Comes Nicolaus sine filiis masculis plenus dierum bonorum et omni gloria dignus vitam in Idzeho finiit[9]. Comes Hinricus ferreus, frater eius, ante eum obiit[10]. Hic habuit tres filios, Gerardum, primum ducem Sleszwiccensem manifeste cum solempnitate creatum, a Ditmarciis interfectum[m], et Albertum et Hinricum, comites remanentes[11]. Hii omnes in Idzehoe sunt sepulti.

a) archiepiscopus al 3. 4. b) translatam 1. 3. c) fundatam 1—4. d) tum 3. 4; alse d. e) virginis Marie 3. 4 *saepius*. f) Cistarciensis 1. g) hodie et 3. 4. h) Ex 1. i) jn Vlete 1. 2; Ulete 3. 4; Iwflete d. k) et ante 3. 4. l) invicibile 3. m) interfectum *deest* 3. 4; den de Ditmarschen dot slogen anno 1405 d.

93) Translatio monasterii in insulam in lacu Bordesholmensi sitam saec. XIV. ineunte demum coepta et a. 1332, ecclesia consecrata, finita est. 94) rectius 1126. 95) Monasterium Reinfeld ab Adolfo III. comite a. 1186 fundatum est, v. Ann. Stad. 96) Lockum principatus Calenbergensis. 97) Probatur hoc Annal. Hamburg. ad a. 1263. 98) legendum 1260 sive 1246. Cfr. historiam de inchoatione ordinis fratrum Min. in Dania apud Langebek Script. rer. Dan. T. V p. 513. Istud monasterium fratrum Minorum ante a. 1246 inceptum a. 1260 finitum est. 99) Iwlethe haec villa in transsumto chartae a. 1289 a. 1341 facto audit. V. Noodt I, p. 196. 1) Gerhardum comitem, patrem suum, monasterium in Iwlethe ad Itzehoe transtulisse, a. 1289 testantur Gerhardus II. et Heinricus I. comites. Confirmatio archiepiscopi Bremensis data est a. 1263. V. Noodt I, p. 187. 196.

2) supplendum *filia*. 3) ditionis Clevensis. 4) Tractatum matrimonii Elisabethae comitissae et Haconis regis Sueciae d. d. a. 1361. Iun. 29. v. in Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 194. 5) Cfr. Hans. Urkundenb. p. 521. 577 et Cornerum ad a. 1362. 6) Margaretha, filia Waldemari IV. regis, sponsata Haconi a. 1363. April. 9. 7) De itinere Elisabethae et de nuptiis principis Danicae nuntium affert Detmarus ad a. 1361, Rufus ad a. 1363. 8) Adolfum modo, non Iohannem, fratrem Heinrici ferrei et Nicolai cognoscimus. Cfr. Nordalbing. Stud. III, 192. 9) Nicolaus a. 1397 ante d. 15. Iun. obiit. 10) Heinricum II. ferreum a. 1389 obiisse verisimile est. 11) Gerhardus VI. dux Sleswicensis inde ab a. 1386, occisus est 1404, v. infra c. 31. Albertus I. obiit a. 1403, Heinricus III. a. 1421.

Dicitur eciam, quod Hartwicus Reventlo miles, qui comitem Adolphum in Segeberghe interfecerat, penitencia ductus in absolucionem peccaminum suorum limina beatorum apostolorum Petri et Pauli in Romana urbe visitavit. Ubi sibi pro penitencia iniunctum fuerat, distribuere bona sua pauperibus, et in vim iniuncte illius penitencie[a] in predicto claustro Idzeho preciosam domum, refectorium inferius[b], superius dormitorium, de suis sumptibus construi procuravit.

Et extrema parte nobilis Nicolaus comes[12], qui cum inimicis suis Danis in Manemberge[c] fuerat in conflictu tempore regis Waldemari, et ipse comes Nicolaus, perdito uno oculo et a subditis regis capto[d], et die sibi ad redeundum in captivitate a capiente constituto, veniens ad quendam de suis, qui eum ulterius de terra illa in propriam terram transportaret, vovit[e] in illo die, ut Deus ipsum ab inimicis suis eriperet, quod unum claustrum monialium in honorem[f] beate Marie virginis in terra sua de novo fundare vellet. Quod eciam perfecit. Nam in Arendesboken fundavit monasterium et dotavit et virgines moniales de Idzeho, Poretze[13] et aliis monasteriis illic[g] convocavit[14]. Sed tamen monasterium non ita fuit copiose in bonis temporalibus institutum et dotatum, quod illac virgines permanere potuerunt. Unde ex[h] post quidam[i] venerabilis vir Albertus Rodemborg, canonicus Lubicensis, cum adiutorio aliorum civium Lubicensium redditus ampliavit dicti monasterii[15] et de consensu primi Gherardi ducis Sleszwicensis immutatum fuit monasterium prius virginum, postquam de loco recesserant, ut per amplius Carthusienses illic habitarent. Et trans-
1402. lacio hec facta fuit anno Domini millesimo quadringentesimo secundo.

Monasterium autem in Cismar prius[k] locatum fuit in Lubicensi civitate et ab episcopo[l] Lubicensi fundatum est ad Sanctum Iohannem, in quo monasterio monachi nigri ordinis sancti Benedicti inhabitabant. Sed postmodum[16] per consules Lubicenses et consilio et voluntate Iohannis comitis translatum fuit in locum Cismar in terra Oldemborg, ubi nunc degunt[m]. Et monasterium in Lubek, quod dimiserunt monachi, virginibus impleverunt. Et ideo propter edificia infra civitatem in monasterio monachorum ad ipsos spectancia dicti consules integrum monasterium et ecclesiam in Cismar construxerunt, prout hodie apparet illac venienti.

20. Preterea magnus Gherardus comes, habito castro Gottorpe primo in pignus pro sumptibus suis expensis, strenuius[n] et diligencius agebat opera ducis Woldemari, qui erat de stirpe regia Danorum natus. Nam in regno Dacie ant. uitus fuerunt ducatus, scilicet terra Sunderiutzie, ad cuius districtum pertinet a flumine Egdora et Levengesow[o, 17], Denschewold usque ad flumen Slige, Gottorp, Swavestede[p], Fresia usque ad Ripen et Koldinge, Angelen, Altzen, Erre[q, 18]. Item fuit ducatus in insula Lalande, item Langelande. Et hii ducatus propterea fuerunt in Dacia, quia regnum Dacie per electionem superiorum tocius regni acquiritur. Et quando contingebat aliquem regem habere plures filios, et electo uno de filiis in regem, ceteris dabantur ducatus. Et inter hos ducatus pocior et ditior fuit ducatus Sunderiutland, qui a tempore Gherardi ducis nominatus est ducatus Sleszwiccensis a civitate et episcopatu Sleszwiccensi, utpote nomine digniori[19]. In hac Sunderiutzia fuit dux Woldemarus, ex parte patris natus de stirpe regia Danorum, ex parte matris fuit filius sororis dicti magni Gherardi comitis. Et dicebatur magnus Gerardus exinde, quia omnipotens Deus concesserat illi multiplices, varias victorias magnas, non meritis suis et diviciis vel potencie hec attribuendo. Nam magna erat potencia emulorum suorum patruelium, comitum Holtzacie, filiorum Iohannis comitis, quorum mater quondam regina Dacie, et ideo in elacionem superbie insurgencium. Et adeo pauper et impotens[20] in primis suis annis,

a) iniunctum — penitencie *desunt* 3. 4. b) interius 2. c) Manenberge 2. d) *sic pro* captus. e) yovens 2. f) honore 1. g) illis 3. 4. h) et 3. 4. i) quidem 2—4. k) prius in Cismar 3. 4. l) ipso 3. 4. m) degent 1. 2. n) strennius 1; strenuus 2. o) Leuengesav und d. p) Swafstede 1: Swastede 3. q) Erre *deest* 3. 4.

12) Cfr. infra c. 26. 13) Preetz. 14) Fundator coenobii in Arensbök ord. Praemonstrat. non fuit Nicolaus, sed Adolfus IX. comes, filius Iohannis III; v. chartam a. 1386 in Schlesw.-Holst. U. S. III. Nr. 14. 15) Qui coenobium amplissimis donis donavit, ille erat Iacobus de Crumbeke, canonicus Lubecensis et Hamburgensis, testamento a. 1387 facto, cuius executor exstitit Albertus Rodenborg. V. testamentum l. l. Nr. 20. 16) sc. a. 1245. 17) Levoldesau sive Levengesau, hodie Levensau, antiquitus flumen terminale inter Sleswich et Holsatiam, in cuius alveo nunc fluit canalis Egdorae. 18) insulae Alsen et Arroe. 19) Gerhardum III. comitem iamiam nomen ducis Sleswicensis gessisse comprobant Suhm, Hist. af Danm. XII. p. 293 et Heinze Samml. I. p. 277. 20) supplendum: *fuit comes Gherardus.*

quod Hartwicus Reventlo miles equos et arma sibi contribuerat, quia usque dum viginti quatuor fuit annorum scolas visitare, ut episcopatum posset acquirere, consueverat, prout frater eius Giselbertus, qui factus fuit archiepiscopus Bremensis, consimiliter fecit. Fueruntque hii fratres, scilicet Gherardus, Ghiselbertus et Iohannes domicellus, filii Hinrici[a] comitis, et habuerant matrem de Reno exortam, de Brunckhorst, Wunstorp et[b] Ghemele[c, 21]. Apud dictos avunculos suos Gherardus comes iuvenis aliquamdiu remansit. Quorum auxiliis et fratris[d] sui archiepiscopi Bremensis potitus[e], cum Holtzatis de palude Wilstrie et aliorum intra Storam commorantibus, Deo favente, consecutus est triumphos. Ita inops fuerat, quod penitus nullum castrum in tota habuit terra Holtzacie. Et n Rendesborg morabatur inter opidanos in Hakenspiker, casella granario[f] super aquas. Et nil proprii habuit preter canes griseos venaticos cervorum[g], qui illis diebus nobiles ad venandum dicebantur, prout venatores dicere consueverunt. Hic Gherardus, habito primum triumpho et capto Adolpho de Schouwemborg[22], recepto eciam primum castro Segebergh[23] et eciam Rendesborg, quod opidani sibi reddiderunt, et habito tandem triumpho contra Ditmarticos et postremo in Hesteberghe, et tunc sibi tradito castro Gottorpe cum attinenciis suis, paulatim crevit in virum magnum et ad tantum, quod magnus Gherardus vocari potest ad differenciam aliorum hoc nomine dictorum.

Videns autem Cristofferus rex Dacie, quod res prosperabatur in manu Gherardi comitis, collegit magnum excercitum terrestri itinere, ponens castra in Dennenwercken[h] ante Gottorpe, precludens[i] viam Holtzatis ad subveniendum obsessis[k]. Vice versa presenciens Gherardus comes advenientem contra se excercitum tam validum, quem rex eciam non paucis diebus colligere poterat, habuit nuncios ad cognatos suos de Brunckhorst, Gemele et Wunstorp, eciam ad fratrem suum archiepiscopum Bremensem Ghisewertum. Necnon convocari fecerat stipendarios de Reno et Westphalia, et venerunt hii omnes uno anno in auxilium Gherardo comiti, cui eciam multi de Holtzatis, subditi curiales Iohannis comitis[24], adheserunt. Et facta est expedicio excercitus ex parte Gherardi magna, et convenerunt contra regem ad bellum. Attamen stipendarii[l] pro expensis et sumptibus in hospiciis factis in Rendesborg remansere, et comes non habuit tantam fidem, quod ei de sumptibus crederbatur, qui tales stipendarios eciam in auxilium sibi comportaret. Et talis missus a comite fuit marscalcus, cui vexillum belli fuerat tradendum, quare eum expectare volebat. Et hic nominabatur Borchardus de Idzehude[m, 25], miles strennuus et potens. Sed tamen Dani cum suis urgebant excercitum, ita quod comes eciam necessitate compulsus, nisi declinare et terga vertere voluisset, oportuit eum inire bellum, ubi Dominus omnipotens de celo dedit comiti Gherardo et suis victoriam, quamvis pergrande opus[26]. Et tanta fuit strages interfectorum in bello, quod campus plenus fuit cadaveribus ex Danis, de Holtzatis unus nobilis interfectus, nomine Wedeke van[n] der Osten[27], quem comes ad tantum dilexit, quod ploravit propter eum. Et alius eciam nobilis interfectus, propter quem opidani de Rendesborg semper tenent crucem super Satessouwe[28].

Et hoc fuit alia vice prope Rendesborg, quod rex obsedit a parte Holtzacie. Nam dictus comes suppressus[29], unus rusticus de villa Buttele[30] ex parochia Brockdorpe de palude Wilstrie dictum[o] comitem sublevavit, dicens ei: *Utere pristinis viribus tuis.* Ob quam causam dictam villam Buttele ob meritum unius villani[p] eiusdem totam liberavit ab exactionibus communibus terre, sed quod solum essent peramplius in sequendo eum fideles. Et ita habita victoria, rex Christofferus fugere voluit ad comitem Iohannem in opidum Kyl, quia alia via ad Daciam fuerat sibi[q] preclusa. Et ita cum aliquibus in nocte equitare volens

a) Hinrici tercii 2; tercii *in margine* 1. b) *deest* 3. 4. c) *sic pro* Ghemene. d) broders d; factis 2—4. e) potius 3. 4. f) *sic pro* granaria. g) ceuorum 1. h) Dannenwerck 3. 4. i) percludens 3. k) obcessis 1. l) de landesknechte d; stipendiam 1—3; stipendium 4. m) Idzehoe 2. n) von 2. o) *deest* 2. p) *sic legendum pro* villam. q) sibi fuerat 4.

21) Brunkhorst et Gehmen in Westfalia pauca miliaria tantum a Rheno distant; Wunstorf in principatu Calenberg. Hinrici I. uxor fuit Heilwigis de Brunkhorst. 22) A. 1317. Cfr. supra c. 18. 23) A. 1315. Cfr. Ann. Lubic. 24) sc. Iohannis III. comitis Plönensis, qui partes regis tenuit. 25) Gens ista dicta fuit de Idzehude seu Otteshude, hodie vicus Sude prope Itzehoe. 26) Facta est haec pugna apud Dannewerk a. 1331. Nov. 29, v. Detmarum. 27) Gens van der Osten erat ministerialium Bremensium. 28) Satissee prope Oster-Rönfeld, parochiae Rendsburg. 29) *under dat perd gekamen* d. 30) Büttel vicus non est parochiae Brockdorf, sed vicinae parochiae St. Margarethen, tunc temporis nuncupatae Elredevlete.

per Sestede[31], dictus Borchardus de Idzehude, audiens aliquos equitantes et percipiens rumorem de bello peracto, nesciens quo fine conclusum, dictos equitantes cum suis et aliquibus stipendariis[a] insequens et congrediens, eos invenit esse Danos et ibidem regem Cristofferum cum sequela eius cepit et captivavit. Et statim, habito rege, equitavit ad castrum Gottorpe, clamans magna voce ad vigiles, quod necessario haberet loqui comiti Gherardo. Comes autem Gherardus audiens hec, quamvis graviter vulneratus, surgit de lecto, loquebatur sibi et ex opposito dixit predictus miles: *Domne comes*[b], *sum in via redeundo vulneratus et captus, vis me redimere? Hoc volo statim scire.* Cui comes respondit: *Sine dubio, esto paciens, volo te libenti animo sicut et omnes alios captos liberare. Nam gracia Dei*[c] *habeo plures captivos et locupletes.* Tunc domnus miles Borchardus respondit: *Bonum est tibi hoc verbum.* Nam dixit: *Nuncio tibi bona nova. Porto mecum regem de bello profugum, captivum ad manus tuas; surge et fac custodire*[d] *eum.* Tunc statim portis castri apertis, adducto rege et posito ad custodiam, novum gaudium omnibus exortum est. Et hic
1331. Nov. 30. triumphus factus est anno Domini[e] millesimo tricentesimo tricesimo primo in die sancti Andree apostoli. Hic autem rex Christofferus, volens se redimere a servitute comitis Gherardi et a vinculis, oportuit eum pro certa summa pecunie dare pignus totam terram cum castris et civitatibus confinie[f][32], quam Holtzati possederunt usque ad tempus regis Woldemari, qui terram illam solvendo pecuniam de manibus Holtzatorum quitavit et redemit[33].

21. Post hunc triumphum Holtzati amplius contra Danos sic afflictos insurrexerunt et cottidie invaluerunt, ita ut ducem supradictum Woldemarum comes Gherardus in ducatum suum reduxit. Quo reducto, Iutzi[g] creaverunt hunc ducem in regem super se, et dictus fuit rex Woldemarus[34]. Quo rege creato, avunculum suum, comitem magnum Gherardum, ducem eciam creavit et instituit et super creacione tali sibi litteras concessit sigillatas sigillo regio ac maiorum de consilio regali, videlicet viginti quatuor sigillorum appositorum[35]. Attamen de Selandia Dani supervenientes hunc regem in odium Holtzatorum habere noluerunt[h] et alium regem, illegittime natum de genere regali, creavere.

Et ita discordia in Danos exorta. Holtzati totam Daciam, exceptis paucis castris, duobus in Selandia et uno in Noriutzia[i], ceperunt possidere. Nam dictus magnus Gherardus comes[k] plures prioribus fecit accersiri de Reno et Westphalia stipendarios, promittens de mense in mensem solvere cottidie stipendium. Et tales stipendarii[l], venientes et intrantes terram Holtzacie, brevibus vestimentis fulciti et induti, dicebantur ghanshouwer[m]. Hos stipendarios cum Holtzatis duxit in Noriutziam, transiens de castro ad castrum, vincens et subdens omnia. Et in opido Rondershusen posuit castra sua. Ubi quidam prepotens vir de Iutzia, nomine Negels Iebssis[n] miles et pro tempore subditus factus, obediens dicto comiti Gherardo. Tamen nescio[o] quo spiritu interveniente facta fuit discordia inter comitem[p] et Nicolaum Iebssis. Nam dixit, quod comes iniuriabatur sibi et suis. Ideo in nocte intravit opidum Rondershusen et comitem iacentem in lecto cum custodibus interfecit[q] et cum uno
1340. Mart. 18. prepotente viro, domno Hasen de Iutzia[36], anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo, sabbato in quadragesima ante dominicam Oculi. Tamen, occiso comite predicto, non propterea sibi Iutzie dereliquerunt. Nam fuerunt ei tres filii superstites, Hinricus, Nicolaus et Iohannes[37]. Senior filius Hinricus comes, accepta parte excercitus, intravit Selandiam; Nicolaus comes mansit in Iutzia. Et ob vindictam preclari viri, magni Gherardi occisi, eodem anno dictum Negels Iebssis in castro Schandelemborg[38] Holtzati obsidebant. Evicto

a) stipendiariis 4 *saepius*. b) Domne comes *desunt* 3. 4. c) Deo 3. 4. d) custodiri 2—4. e) *deest* 3. 4. f) *sic pro* confinii. g) Iutci 2; Iuthi 3. 4. h) voluerunt 3. 4. i) Norjutcia 2; Nort-Iutzia 3. 4. k) dictus G. c. magnus 3. 4. l) stipendiarii 4 *saepius*. m) Gunschouwer d: Ghunshower 1. 2. n) Iebsis 2—4. o) nescio *supplevi secundum* d. p) Gerardum *addit* 2. q) opidum — interfecit *desunt* 3. 4.

31) hodie Sehestedt villa parochialis distans 1¾ miliaria ab Eckernvörde. 32) Pace a. 1332. Ian. 3. facta rex Gerhardo comiti Nordiutiam et Fünen pro 100.000 marcis argenti impignoravit, v. Schl.-Holst. U. S. II. Nr. 72. 33) Waldemarus IV. rex a. 1348 Fünen a filiis Gerhardi redemit, v. ibid. Nr. 171. 34) Hic noster ordinem temporis confundit. Nam Waldemarus dux iam 1330 coronam resignavit, quam a. 1326 affectaverat. V. Suhm, Historie af Danmark XII. p. 202. 35) d. d. Nyborg 1326. Aug. 15, v. Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 58. 36) Idem fuisse videtur atque Ove Hals, qui in vetusto carmine Danico apud Abrahamson, Nyerup og Rahbek, Udvalgte Danske Viser II. p. 245. Suhm XII, 325 levir Niels Ebbesen appellatur. 37) Tertio filio Gerhardi Magni Adolfo nomen erat, v. pag. 271 not. 8. 38) Skanderborg praefecturae Aarhus, a meridie Randers.

castro in crastino omnium sanctorum, interfectis Danis ad duo milia et capto dicto Negels 1340. Nov. 2 lebssis, ipsum rotantes diviserunt et super quatuor rotas tamquam proprii domini interfectorem posuerunt. Utrum eciam aliqui de Holtzatis maioribus nobilibus, fortunam tantam dicti comitis Gherardi sustinere non valentes, procuraverunt mortem et proditores extiterant, non est meum discutere. Nam illo tempore, ut prius narratum est, omnia castra dicti Gherardi nobilibus[a] terre impignorata fuerunt et ipsi maiorem coquinam et comitatum ferebant, quam eorum dominus et princeps terre.

Dicitur eciam, quod dicto magno Gherardo comite vivente, tam magnum et copiosum excercitum de soldatis et stipendariis collegerat, requisitus, unde stipem de mense in mensem eis solvere posset et valeret, ad que respondebat[b], quod voluisset, si supervixisset, eos induxisse ad terram Ditmarticorum, ubi si victores facti fuerint, invenirent copiosum stipendium: *Sin autem victi fuerint, interficientur et sic ab eorum stipendio[c] liberabor!* Attamen dicti stipendarii vacuis manibus, mortuo comite, redierunt in terras suas.

Hinricus comes, dictus Ferreus, intravit cum potencia multorum[d] Holtzatorum terram Selandie et in ea, Domino pro tempore favente, retinuit multas[e] victorias. Nam omnia castra Selandie preter duo oppugnavere[39], habitis castris et civitatibus. Prout est moris terre Dacie, capitanei solum locantur[f] in castris, alii vadunt hincinde hospitandum cum equis et servis. Et tandem ob superbiam Holtzatencium[g], cum ipsi semper victores extiterant, Deus dedit eis repulsam. Nam unus nobilis de Danis, qui huic Hinrico satis erat fidelis, Selandis eciam multum carus, per tradicionem unius de Holtzatis fuit interfectus[40]. Ob quam causam Dani nobiles in Selandia se congregantes, et Holtzatis in villis hincinde dispersis[h], una nocte plus quam trecentos armigeros in ore gladii occidebant. Et sic ceteri de Holtzatis territi fugierunt in terram Selandie, et ita redimentes terram suam, castra receperunt[41].

22. Illo tempore fuit in terra Mekelemborg prenominatus vir, Hinricus comes[42], bellicosus et sagax. Hic a Karolo quarto, Romano rege, acquisivit sibi titulum ducatus in terra sua, ut peramplius princeps et dux ipse et sui heredes scriberentur, et non comites. Hic habuit filium Albertum nomine, quem voluit in regnum Swecie introducere, cum illis diebus rex Swecie iners et pusillanimis erat. Unde acquisito[i] dicto domno comite Hinrico Ferreo, in adiutorium suum, iniit secum pactum, quod si filius eius fieret rex Swecie, ipse Hinricus partem Swecie terre, videlicet castrum Calmeren cum advocacia et terram Vindland pro sua parte libere possidere deberet, donec et quousque solveret ipse vel heredes sui unam magnam summam pecuniarum dicto Hinrico et suis heredibus, prout hanc promissionem in testimonium posteris per[k] litteras et sigilla sua communiret, prout hodie principes Holtzacie hanc litteram habent in signum veritatis. Et sic principes predicti, suis simul collectis, Sweciam intraverunt regnum obtinentes, et capto rege pusillanimi predicto et posito in custodia in manicis ferreis septem annis. Dictus autem Hinricus comes recepit predictum castrum Calmeren in possessionem et terram Vinland[43]. Inhabitantes terram Vinland erant rebelles et dicto Hinrico comiti tributum solvere denegarunt, quare collecto excercitu voluit eos subiugare. Cum autem essent in itinere, devenit in Wasten[l, 44], curiam prenominate[45] mulieris et magne devocionis Brigitte vidue, que dicebatur sancta[46], et si interrogaretur, posset ipsi comiti Hinrico[m] futura belli predicere. Unde Hinricus comes, ipsam obsecrans,

a) nominibus 3. 4. b) *sic pro* ut requisitus — responderet. c) stipendiis 3. 4. d) Holtzatorum multorum 3. 4. e) multas obtinuit 2. f) locentur *codd.* g) Holsacensium 2; Holtzetorum 3. 4. h) dispersos 1. 2; despersis 3. 4. i) quesito 3. 4. k) per *deest in codd.* l) wassten 1; Wusten 3. m) Henrico comiti 3. 4.

39) *oppugnare* pro *expugnare.* 40) Haec fortasse respiciunt ad iacturam castri Kalingborch, cfr. Detmar ad a. 1343. 41) Cfr. Detmar. ad a. 1341—1346. 42) Non Heinricus comes, cuius mentionem fecit c. 18 sed Iohannes et Albertus comites a. 1348 a Karolo IV. imperatore duces creati sunt. Alberti filii erant Albertus rex Sueciae et Heinricus dux. 43) Hic noster duas expeditiones, quas Heinricus comes in Sueciam fecit, confundere videtur, primam videlicet a. 1347 in auxilium Magni regis contra Ruzos et secundam a. 1363 rogante Alberto rege factam. Porro Calmeren Heinrico iam ante a. 1361 a Magno rege impignoratum esse, charta huius anni probatur, v. Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 194. Albertus autem rex a. 1364 insulam Gothland, non Vindland (Wendland) comiti impignoravit, ibid. Nr. 206. 44) Wadstena provinciae Linköping. 45) Falsum hoc verbum. Cap. 29 et 32 demum de S. Brigitta agitur. 46) S. Brigitta e stirpe regia Suecorum oriunda iam a. 1346 Romam pervenit, ubi commorata usque ad a. 1373 obiit. Tamen Heinricus comes eam visere poterat a. 1341, quo anno eum in Suecia versatum esse Detmarus testatur.

si quid sibi de futuro eventu transitus sui predicere posset, quod hoc facere dignaretur, ipsa autem respondit sibi, quod si dictam terram Vinland intrare vellet, absque armis hoc faceret. Hinricus comes, vertens se ad suos, dicebat: *Hec mulier huius nacionis est, ego autem alienigena. Que cura illi, si interficerer a Vinlandis? Cum armis me expediam in nomine Domini.* Et ita contingebat: terram Vinlandie cum potencia armatorum intravit et pro libito suo usus fuit et, reversus in castrum suum, apportato tributo, nichil mali expertus[a, 47].

Nicolaus, comes Holtzacie, fratre Hinrico absente, remansit in patria et quedam retinuit castra in Füne, que impignoravit et presertim Hakensow[48] Benedicto de Alevelde militi, viro diserto[b] et bellicoso. Et in Iutzia quedam habuit castra iam victa, alia eciam vincenda. Nam quidam nomine Calef[c] miles[49] cum duobus castris regni se comiti Nicolao, tamquam omagialis, se subdiderat fidelem. Cui Nicolaus unum aliud castrum tradidit ad fideles manus custodiendum. Tunc in Dacia adolevit rex Waldemarus, qui successive recuperavit omnia castra regni. Nam dictus Calef miles togam vertit et regi[d] Woldemaro predicta tria castra restituit. Tunc rex derisorie dixit: *Atterdaghe![e] bonus vitulus est; cum duobus castris abibat[f], ut bos cum tribus rediit.*

Hoc nomen huius militis Calef est nomen Iudaicum, nam Iudei hoc nomine vocitantur. Item Iesse est nomen Iudaicum et terra vocat[g] Iutia et ipsi inhabitantes Iuten[h]. Et nomen regni Dania[i], inhabitantes Dani a nomine Iudaico Dan. Ex istis nominibus arguitur et verisimiliter presumitur, quod antiquitus Dani et presertim Iuten de Iudeis sunt orti, de tribu Dan, unde Antichristus dicitur nasci futuris temporibus. De isto Dan, qui fuit unus de duodecim filiis Iacob, prophetavit pater eius dicens: *Iudicabit Dan populum suum, fiat coluber in via, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro*[50]. Hanc proprietatem huius prophecie[k] Dani et presertim Iuti habent, quia desiderant et anhelant magnum dominium, ut iudices sint; sint eciam coluber vel cerastes[l] absconditus in via, mordentes occulte ungulas equorum, ut retro cadant ascensores, hoc est, sunt fallaces in placitis suis, hoc quod pretendunt. abscondunt[m], donec eveniat. Dicitur secundum cronicas, quod in veritate sunt Iudei ab antiquo. Nam antiquo tempore ita populosa fuerat terra Dacie, quod in terra propria sua non poterant se continere et, sorte missa ad decimum hominem, per totam terram decimum emiserunt, id est decimam partem hominum suorum, qui egredientes de terra sua in pluribus partibus mundi multas fecerunt strages. Parisius in regno Francie navigio devenerunt, totam Angliam subdiderunt et civitates in ea nominabant nominibus suarum civitatum in Dacia. Maximam civitatem Lunden et insulam prope Angliam nominabant Seland et totam terram Anglie nominabant nomine Anglen secundum nomen terre inter Sleszwiig et Flensborgh. Ipsi eciam venerunt Romam per flumen Tybrim et extremo in Longobardiam. Interim remanentes in propria terra, propter conflictus multos cum Slavis et Saxis, multis deperditis hominibus et presertim in Iutzia, cum illa pars terre regni Dacie sicco pede potest iniri, tota illa terra fuerat deserta. Ideo fuerant Iudei ab imperatore missi[n] in hanc partem terre, quare Iuti, id est Iudei, sunt nominati in hodiernum diem. Dicitur eciam, quod regibus suis sunt communiter plus aliis Danis infesti et infideles. Nam raro rex est, qui cum ipsis est pacificus. Et multi reges narrantur ab eis occisi. Nam reges ad facies eorum audent dicere: *Ob perfidiam Iudei estis, Iudei permanebitis!* quasi dicere volentes: *Infideles estis sicut Iudei, proprium dominum suum Ihesum Christum sine causa interfecerunt, ita et vos reges vestros.*

23. Tunc fuit in Iutzia nobilis domina in castro Dorningh[51], que nupsit cuidam Holtzato, nomine Nicolao de Lembeke militi[52]. Que domina habuit[o] ut relicta multa bona[p] patrimonialia et dotalia, que defendere non poterat; ideo hunc prepotentem virum sumpsit in maritum. Qui Nicolaus Lembeke, cum vellet visitare subditos uxoris sue, invenit omnes

a) epertus 1. b) deserto 1. c) Caleff 1; cEalef 3. d) rege 1. e) Tertaghe 1—3; Tergaghe 4; *pro* Atterdaghe i. e. *cras.* f) wechgetagen d.; adibat 1—4. g) *sic pro* vocatur. h) Iutem 3. 4. i) Daniae 4. k) prophetae 3. 4. l) terastes 1. 2. m) abscondent 1. n) remissi 1. 2. o) habuerat 2. p) multa ut bona relicta 2.

47) Hanc expeditionem in Vindland nostrum ex expeditione crucesignatorum a. 1345 in Lettoviam facta, cuius particeps fuit Heinricus comes, finxisse verisimile est. Cfr. Detmar. ad a. 1345. 48) situm in Bokbaerreth. 49) Erlandus Kalf a. 1372 ab Heinrico et Nicolao comitibus castrum Ripen obtinuit, quod paullo post Waldemaro regi tradidit. V. Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 225. Suhm XIII. p. 699. 50) Genesis c. 49. v. 17. 51) Törningh in herraeth seu pago Gram praefecturae Hadersleben. 52) Iam a. 1337 Gerhardus III. comes Nicolaum van deme Lembeke praefectum super Nortjutiam posuit.

rebelles, monita sua pro nichilo ducentes, ita eciam, quod nec hospicio eum recipere vellent. Reversus ad uxorem, qualiter successerat, revelavit sibi[a]. Que respondit: *Ego sum mulier, mensalia preparare potero, eciam satis longa; videatis vos, ut habeatis mensam largam et longam. Et tunc ad subditos vestros revertamini cum multa sequela et tunc apparebunt, qui sunt nostri subditi. Nam vulgare est verbum, quod Dani rustici*[b] *non recipiunt paucos, sed plures oportet recipere, quando per vim se ostendant.* Et ita Nicolaus Lembeke adduxit de Holtzacia plures sodales in armis secum militantes, et tunc acceptum rustici sui eum habebant. Hic Nicolaus de[c] Lembeke fuit postmodum factus preclarus et prenominatus vir in tota Iutzia. Nam plura alia castra ad sua acquisivit, propterea rex Woldemarus Atterdage[d] ipsum odio habuit et sepius nisus fuit in mortem eius, sed non poterat propter potenciam et benivolenciam, quam circa plures habere consuevit. Nam dicitur, quod rex instituerat, quod dictus Nicolaus debebat sibi omagium prestare. Cui cum rex iuramentum fidelitatis predixit, Nicolaus respondit: *Iuro, quod numquam vobis et regno vestro ero fidelis.* Cui rex respondit: *Verum iurasti; numquam fuisti, nec eris nobis fidelis.* Altera vice rex fecit eum ad se vocari sub salvo conductu ad castrum Wardingborch[e. 52]. Ubi dictus Nicolaus, estimans salvum conductum regis esse firmum, venit ad ipsum navigio. Cum autem castrum ascenderet, unus iuvenis camerarius dixit ad eum: *Nicolae, est secretum, quod revelare vobis volo; nisi cito declinaveris, in aqua ferventi*[f] *iam posita ad ignem comburamini.* Nam ipse Nicolaus erat beneficus in muneribus dandis famulis aliorum, propterea hic iuvenis hec[g] revelavit sibi. Quo vero audito, statim retrocessit ad navem suam multum magnam et fulcitam armigeris et balistariis. Rex post eum iterum misit nuncios, ut reverteretur ad eum in pace, sed spreto eius imperio, amplius non visitavit eum. Hic Nicolaus erat in magna amicicia cum maioribus de Iutzia. Et uni episcopo ex illis, qui regi fuerat secretior, sub magna fide revelavit verbum absconditum et secretum, quod numquam eciam veniret propalandum: *Scio,* dixit illi, *secretum verbum, quod sunt aliqui, qui die noctuque in hoc laborant, quod regem possint intoxicare, et rogo, quod hoc verbum omnino maneat secretum.* Ille autem, cui revelavit hec verba, statim regi intimavit. Propterea dictus rex exivit Daciam, nesciens a quo forte infici veneno posset. Et venit ad imperatorem, regem Karolum quartum, in Bohemiam in civitatem Pragensem, ubi aliquamdiu penes eum manebat[53]. Hic eciam rex Woldemarus impignoravit castra in Marchia Lochow[i] et Dalemborch, in quibus moram traxit[54].

Comes Iohannes prodigus, de quo supra, qui fuerat frater regis Christofferi ex parte matris, hic post obitum suum[55] reliquit filium heredem comitem Adolphum, qui duxit uxorem filiam dicti Hinrici[56] ducis Magnopolensis[k], Alberti regis Swecie sororem, nomine Annam, sterilem permanentem, unde illa progenies comitum terre Wayrencium, scilicet Kyl, Oldemborg, Plone et paludis Crempe, decessit sine herede. Et post decessum huius Adolphi[57] comitis tota terra Holtzacie devenit in unum, scilicet Nicolaum comitem, prout infra[58] plenius narratur. Hic Adolphus erat strenuus vir et[l] civitatibus Lubicensi et Hamburgensi contra predones et iniuriatores in stratis terre sue habuit confederacionem[59], ita quod Holtzati predones tempore suo non audebant se movere. Tempore huius comitis Adolphi contingebat, quod duo famuli Henneken Lembeken[m], Nicolai Lembeken[m] filii[60], in opido Kylonensi innocenter fuerant tamquam latrones capitibus truncati. Propter quod forefactum factus dictorum Kylonensium inimicus post festum Michaelis, cum nundine sunt in Ekerenvorde, apud ampnem[n] Ghasebeke[o] multos de Kylone cives interfecit et captivavit. Quare dictus comes Adolphus una cum Nicolao comite facti inimici eiusdem Hennekini Lembeken et ex consequenti eciam ducis Hinrici Iutzie uxoris relicte, que tenuit in dotem castrum

a) sibi narrat 2. b) *ita correxi ex* rustici; de denschen buren d. c) *deest* 2—4. d) Tergage 1—4. e) Wardnigborg 3. f) teruerti 1. g) *deest* 2. i) Lotow 3. 4. k) Megapolensis 3. 4. l) *supplendum* cum. m) Leembeken 1. n) campum 2—4; bi dem becke d. o) Gasebeke 2; Gosebecke 3. 4 *et* d.

52) Wordingborg, in orientali parte insulae Seeland. 53) Waldemarus a. 1363 mense Nov. Pragam pervenit. 54) Dalenburg et Lüchow in principatu Luneburgensi. Lüchow a. 1317 marchiones Brandenburgenses obtinuerunt. Fortasse legendum *Woldemaro* pro *Woldemarus.* 55) Iohannes III. comes, de quo supra c. 18. 19 actum est, obiit a. 1359. Sept. 27. 56) rectius Alberti I. 57) Adolfus IX. comes obiit a. 1390. Ian. 26. 58) sc. cap. 27. 59) A. 1374 Adolfus comes cum aliis principibus et civitatibus Lubecensi et Hamburgensi confoederationem pacis fecit et a. 1382 renovavit. V. Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 232. 263. 60) Henneke Lembeke, Nicolai filius, in chartis a. 1368 primo apparet.

Hadersleve et Tunderen. Dicti autem comites, in expedicione excercitus sui collecti intrantes Iutziam, comes Adolphus obsedit Tunderen et retinuit, comes Nicolaus Hadersleve et, eciam expulsa ducissa in castro, vicit et castrum[61]. Et sic illa duo castra evicta venerunt in sortem Holtzatorum.

24. Comes Henricus Ferreus, qui fuerat magnanimis[a] et gloriosus in factis, dimittens gubernacionem terre Holtzacie comiti Nicolao, fratri suo, pro acquirenda[b] gloria nominis sui, cum aliquibus de Holtzatis balistariis et armigeris transtulit se per mare ad regem Anglie, nomine Edewardus, in auxilium sibi contra regem Francie. Nam dictus rex Anglie Edewardus[c], qui antiquitus natus de stirpe regia Francie, nitebatur rehabere regnum Francie et reducere in unum cum regno Anglie. Et hii duo reges, veluti magne potencie, ex utraque parte fecerunt ex remotis partibus terre bellicosos viros in auxilium sibi convocari. Rex autem Anglie navigio venit in regnum Francie et obsedit munitam civitatem et castrum Caloeys[d][62], apud quam civitatem fuerat et est portus maris, quod interiacet inter regnum Francie et Anglie, habens in latitudine quatuor miliaria. Nam navigare volentes de partibus Almanie ad Hispaniam ad Sanctum Iacobum, terram sanctam, Iherusalem, Romam, Venecias, barbaros et ad gentiles oportet per istud brachium maris, quod inter Franciam et Angliam[e] interiacet, omnes navigare. Et apud hanc civitatem Caloyes est, ut dixi, optimus portus pro navium securitate hincinde transeuncium. Ante istam civitatem rex Anglie in campo et ad longa tempora, ad annos castra metatus erexit tentoria. Vice versa rex Francie, nobilissimus et ditissimus princeps et rex mundi, habens eciam amplissimum regnum et multos reges et regulos, duces, marchiones, comites, nobiles et cives sub se et terram fructiferam, eciam collegit ultra hos subditos excercitum peregrinum et regem Bohemie Iohannem, virum bellicosum cum Bohemis, viris victoriosissimis, in adiutorium suum, volens civitatem suam predictam Caloyes ab obsidione liberare, adducens excercitum suum ad civitatem supra dictam. Cives autem inhabitantes civitatem et castrenses in castro, cum ipsi circumdati fuerant a rege Anglie terra marique, sustinebant ciborum intollerabilem penuriam et ad tantam devenerunt famem, quod mures et glires libenter comedissent, si venales fuissent, et pre fame amplius se continere non valentes, castrum cum civitate ad voluntatem regis Anglie tradiderunt[63]. Rex autem Anglie et rex Francie ex utraque parte pro iusticia obtinenda convenerunt ad bellum. In cuius belli[f] tam multorum hominum convenienciun in unum conflictum, acies belli ex parte regis Anglie comiti Hinrico cum Holtzatis, tanquam viro iuveni, forti et bellicoso, fuerat[g] commendata. Ex alia parte belli cuneus regis Francie fuerat regi Bohemorum, eciam victorioso viro, cum Bohemis commissus[h]. Aggredientibus excercitibus, Deus omnipotens in acie belli comiti Hinrico dedit triumphum et ex consequenti toti excercitui regis Anglie. Et comes Hinricus regem Bohemie, cathenatum duabus cathenis aureis cum[i] duobus suis militibus, in bello cepit. Sed a sequentibus in bello fuit propter invidiam, ne dictus Hinricus nimiam gloriam consecutus fuisset, interfectus. Ex[k] hoc glorioso opere, quod Deus comiti Hinrico hoc die concesserat, dictus fuit et cognominatus Ferreus.

Rex autem Anglie ultra omnes suos[l] principes sui regni comitem Hinricum exaltavit et capitaneum exercitus sui voluit esse, propter quam causam Anglici sibi, tamquam advene et ignoto principi, invidebant multum. Nam una dierum, obtenta civitate Caloyes, ex ea equitantes pro pabulo equorum dictus Hinricus et sui subditi, Anglici emuli sui fecerunt sibi insidias, subito in via in eum irruentes, tamquam inimicus contra inimicum. Ipse autem Hinricus noscens esse eos Anglicos, ipsi autem vice versa nolebant eum agnoscere, et sic mutuo extractis gladiis et lanceis appositis convenientes, balistarii autem Hinrici, ex Holtzatis optimi, precedentes, iacientes iacula obtinuerunt campum. Et plures de Anglicis interfecti et vulnerati querelam de Henrico comite facientes. Sed rex novit suorum callidi-

a) *sic pro* magnanimus *sicut* pusillanimis. b) acquiranda 1. c) Edewarus 1. d) Cales 2. e) Francie et Anglie 1. 3. f) bello 1. 3. 4; *sic pro* quo bello. g) fuerant 3. 4. h) commissa 1—3. i) cum *deest in codd.* k) et 3. l) *deest* 2

61) Kunigundis, vidua Heinrici ducis Sleswicensis a. 1375 mortui, a. 1377 castrum Hadersleben adhuc possedit, v. Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 251. A. 1383. Mart. 2. Adolfus comes in Tondern commoratus est. Expeditio ista igitur inter hos annos ponenda est. 62) Calais post pugnam apud Crecy factam, a. 1346. Sept. 3. demum obsideri coeptum est. 63) anno 1347. Aug. 4.

tatem ac quod propter invidiam hec fecissent presumptive, non curavit verba eorum, sed eo amplius comitem Hinricum diligebat.

Attamen zelatores in maliciis et ficticiis contra Hinricum comitem non cessabant, fingentes Hinricum dictum comitem non esse principem natum, sed[a] ob fortunam nomen principis usurpasset. Et ad probandam huius dicti veritatem dixerunt regi et regine[64], quam attraxerant in partem suam: *Est natura leonum, quod nobiles principes non ledant, et si Hinricus est talis, videamus experienciam facti.* Rex autem huic dicto non consensit, sed in absencia eius regina[b] ex inductione emulorum volebat factum experiri. Nam dictus Hinricus comes habuit in usu, ubicunque in castris esse consueverat, semper omni mane in diluculo et ante diluculum de lecto suo surgere solebat et aspicere portas et muros et audire vigilum diligenciam, eciam propter nature sue commodum superfluum reiiciendo. Propter hanc consuetudinem una nocte leonem, qui stabat in medio castri in cancello, transire et exire ad castrum permittebant, stantes cum regina volentes videre spectaculum. Hinricus comes, ex more in diluculo de stratu[c] suo assurgens, indutus longa tunica super nudo et assumpto cultello cum corrigia pendente in collo, ivit inferius ad[d] castrum. Statim leo horribilis, senciens se liberum, usus natura sua feroci, in comitem Hinricum insiliit. Comes imperterritus, dato sibi a Deo spiritu fortitudinis, cultello evaginato dixit ad leonem: *Tu, canis, quiesce et iaceas.* Et ita factum fuit miro modo: statim leo, audito verbo eius, obmutuit et quievit. Nam legitur in naturis animalium, quod leo talis est nature, quod nullius animalis adventum timet, sed solum audacioris se nature[65]. Et ita arguitur, quod non solum divina virtute leo pedibus eius se substravit, sed eciam nature instinctu, cum dictus comes fuerat valde audax a natura. Hinricus comes, percipiens hoc, vice versa transiens ad stratum et commodum suum, fuit male contentus et, quam cito habuit regis presenciam, narrabat sibi factum, addens dicto suo: *Domne rex, multas sum perpessus in curia vestra insidias, sed iste extreme sunt michi intollerabiles; alia fuisset via expellendi me, quam per canes vestros; rogo licenciam vestram. Et si placet pro serviciis vobis impensis michi[e] elargiri[f], stabit in arbitrio vestro, habeo patrimonium et terram, in qua vivere valeo; hic diucius manere nolo.* Rex autem super facto multum contristatus et quod tam bono et virili principe carere deberet, promisit sibi multa dare castra et civitates, si apud eum manere vellet; sed flectere eum non poterat. Quare pro meritis eius assignavit sibi multam promtam pecuniam et ultra illam annuam dedit pensionem de regno Anglie, scilicet centum nobiliones[66] quolibet anno ac suis heredibus solvendam, et litteris et sigillo regio roboravit. Quam pensionem ipse comes Hinricus et sui heredes sublevabant, presertim filius eius[g] dux Gherardus per mercatores sibi de regno Anglie apportari fecit.

25. Comes Hinricus, rediens in patriam suam, duxit uxorem filiam supradicti Hinrici ducis Magnopolensis[h], cuius sororem Adolphus comes sibi eciam copulabat[67]. Hec autem filia ducis Magnopolensis[i] prius nupta fuit marchioni Brandenburgensi, nobili viro, Romano[k][68], a quo hec domina[l] large ad tempus vite sue fuit dotata cum castris Arndesburgh et opido Perleberghe. Ab ista uxore, que fuit speciosissima mulier[m], genuit Ferreus[n] Henricus comes tres filios, Gerardum ducem, Albertum et Hinricum comites, et unam filiam[69], que tradita fuit nuptui duci Pomeraniae[o], que ibidem genuit filios et filias a suo domino.

Illis diebus contingebat, quod Carolus quartus, Romanorum rex et imperator, visitavit civitatem Lubeke[70]. Illac eciam conveniebant multi Almanie principes. Ibidem eciam Ham-

a) *supplendum* quod. b) regiam 3. c) strato 4. d) in 2. e) me 3. 4. f) elargari 3. g) eius filius 3. 4. h) Magnipolensis 3. 4. i) Magnipolensis 2. k) *in margine* 1. 2 *adiicitur* Romulo. l) domina hec 3. 4. m) mulierum 3. 4. n) *deest* 3. 4. o) Pomerarie 1.

64) Regina Angliae, Philippa de Hennegau, cum rege obsidioni urbis Calais aderat. Cf. Detmar. ad a. 1346. 65) Theobaldi episcopi Phisiologus de naturis duodecim animalium in fronte quidem de leone agit, sed nihil tale commemorat. Fortasse haec hausta sunt ex opere Alberti Riparii Cremonensis circa a. 1370 scriptum, intitulatum *de natura animalium*, quod nondum publici iuris factum est. 66) Nobiliones ab Eduardo III. rege primum a. 1344 excusi erant nummi aurei, quorum unusquisque valebat duos florenos. 67) Heinricus comes, mortua prima uxore Mechthildi de Lippe, duxit Ingeborg, sicut Anna uxor Adolfi IX, filia Alberti I, non Heinrici de Meklenburg. 68) Ludowicus Romanus marchio a. 1365 obiit prolem non relinquens. 69) sc. Sophiam, uxorem ducis Bogislavi VIII. 70) Karolus IV. Lubecae inde a die 21. Octob. a. 1375 per 10 continuos dies commoratus est. V. Detmar. Heinricum comitem in praesentia imperatoris versatum esse chartis probatur, quas v. apud Lacomblet, Niederrhein. U. B. et Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 239. d. d. Oct. 28. et 31.

borgenses consules aderant[a], postulantes civitatis sue libertatem et inscribi, peramplius immediate sub imperio esse sicut Lubicenses. Ad quod concludendum Hinricus comes cum adiutorio Hinrici ducis Magnopolensis, qui fuerat imperatori multum carus, contradicebat[b], hoc fieri non debere, allegans quod essent sui subditi et in territorio suo situati. E converso Hamborgenses dicebant, quod dudum essent de manibus principum Holtzatencium libertati dediti et, quod ad nullum servicium tenerentur, vellent litteris et sigillis comitum Holtzatorum clare docere. Imperator autem interlocutus pro ferenda sentencia dictavit, Hamborgenses sub dominio permanere principum Holtzacie. Nam Hamborgenses in signum libertatis imaginem Rolandi in civitate sua dudum elevabant, sed, hac sentencia reportata, Rolandi imaginem proiecerunt. Et in hodiernum diem dicitur in memoriam huius facti Rolandi pons[71].

Contingebat illis diebus, quod summus pontifex, papa Romanus Urbanus sextus[72], cum rege Apulie habuit maximam guerram, ita quod papa[c] cessit ab urbe Romana in Bononiam, non valens sustinere regis iram[73]. Hic papa, audita Hinrici comitis Holtzacie in regno Francie victoria, quia eius nomen erat gloriosum, obinde in diversis mundi partibus predicatum, fecit ipsum ad se suis litteris bullatis accersiri, ut capitaneus suorum stipendariorum in campo et sui excercitus esset, multis donativis et beneficiis promissis evocari. Cuius tamquam summi principis litteris et verbis confidens et ut eciam peccaminum suorum veniam consequi mereretur, caput ecclesie et sancti Petri vicarium ea intencione, ut patrimonium sancti Petri defendere valeret, Italiam intrando visitavit et ad papam Bononie devenit. Ubi a papa benigne fuit receptus et sicut prius litteris, ita et tunc propriis verbis pape multa fuerunt dicto Hinrico comiti promissa et stipendia larga ea condicione, quod capitaneus ecclesie in bonis sancti Petri apud urbem Romanam contra regem Apulie[74] existeret et bona ecclesie defensaret. Consensu per comitem Hinricum adhibito, papa Urbanus sextus ipsum ad urbem Romam solempniter emisit et capitaneo suo, quem super excercitum in campo habuit, scriptis suis precepit, ut ab officio desisteret et comiti Hinrico traderet principatus nomen. Ac eciam mandavit excercitui toti[d], quod in ipsum tamquam in caput ecclesie attenderent et eius mandatis obedientes essent sine mora. Cum autem Hinricus comes existeret aliquamdiu in urbe Romana, habuit hospicium in ea publicum, prout moris est Italie. In cuius hospicio hospes et procurator, dictus ex signo ante ianuam Ad Gladium, Theutonicus natus, vir prudens, intelligens mores Romanorum fraudibus et dolis plenos[e], existens secum in via, quando comes Hinricus super excercitum sibi per papam commissum volebat acceptare preessendi onus. Capitaneus autem, cum esset cum suis in campo, presciens adventum comitis Hinrici, novi capitanei, clam de suis aliquibus emissis armigeris per devia et extra communem viam, tamquam si essent vigiles et custodes viarum. Ex[f] longinquo apparentibus in cacumine moncium, ita ut remote possent appareri[g], hospes comitis Hinrici dixit: *Domine my, videtis illos in montibus apparentes? Aviso vos, quod isti sunt capitanei excercitus emissi famuli et neminem querunt nisi vos, nam per illam viam oportet nos transire. Et ingrate vult officium dimittere. Ipse est Romanus plenus omni dolo; suadeo, si placet consilium meum, quod revertamini ad urbem Romanam et prius plenius approbetis*[h] *eius voluntatem, antequam ad eum accedatis.* Respondit comes Hinricus: *Habeo summi pontificis voluntatem et assensum, qui sibi scripserat. Nichil habeo secum agere; si placet sibi michi presentare officium capitaneatus, sto contentus, sin autem noluerit*[i], *revertar in viam meam, unde veni. Non habeo aliquam inimiciciam, quod eum et suos fugere debeo. Neque michi asscriberetur in laudem, quod fugerem, nemine terrente, neque eciam aliquando diebus vite mee fugam de campo cepi. Visitemus in nomine Domini facies illorum et videamus, quid velint, dummodo scis*[k] *me certificare, quod apparentes sint de excercitu pape.* Respondit hospes: *Domine, certifico vos, quod ita, quia nullius alterius hominis saltem de regno Appulie*

a) erant 2. b) contradicebant 3. 4. c) Romanus — papa *desunt* 3. 4. d) toto 3. 4. e) plenus 1. 3. f) et 3. 4. g) *sic pro* apparere. h) approbatis 4. i) valuerit 3. k) westu d; vis 2.

71) Nullum tale imperatoris rescriptum a. 1375 datum nobis innotuit. Porro patet ex libris communitatis Hamburgensis imaginem Rolandi a. 1381 denuo dealbatam esse. 72) Urbanus VI. creatus a. 1378. April. 9. obiit a. 1389. Oct. 15. 73) A. 1385 Urbanus papa a Karolo III. rege Neapolitano Genuam confugere coactus est. Cfr. Detmar. 74) A. 1388 Urbanus VI. contra Ladislaum, filium Karoli III. impuberem, expeditionem praeparavit, quae tamen tumultibus stipendiariorum infra commemoratis subortis mox probibita est.

*est hic aditus propter artitudinem viarum. Sed timeo, videbitis mortem vestram, quia Romani sunt dolosi. Attamen, si non vultis retrocedere, mutetis habitum vestrum, ut si querant vitam vestram, quod non ita cito*[a] *extinguimini.* Comes autem, faciens iuxta consilium hospitis, mutavit vestem, qua cognitus et indutus erat, et tradidit uni de suis famulis et illius vestes reinduebat et consimiliter de armis. Convenientibus hincinde simul, apparitores subito in comitem Henricum et in suos tanquam in hostes irruebant. E converso comite et suis clamantibus: *Amici sumus,* nichil profecerunt. Sed interfecto in conflictu, qui erat ut comes vestitus, cessaverunt a plagis. Audientes clamores et verba, qui essent, ipsi autem respondebant, de urbe Romana venirent et missi essent a papa, et quod ille interfectus esset, quem papa capitaneum constituisset supra exercitum, ad quem transire volebant. Audito hoc verbo, quod talis princeps fuisset interfectus, apparenter[b] multum dolebant, dicentes, quod nescientes hoc fecerant et de hoc multum tristarentur. Attamen dixerunt: *Missi sumus a capitaneo et quoscunque invenientes sibi debemus presentare, oportet vos ire nobiscum.* Illis euntibus ad principem excercitus et audito verbo, quod factum fuerat, capitaneus, ut videbatur, tristis fuit dicens: *O utinam viveret princeps vester! essem multum gavisus. Quale diffortunium, quod ipse prius*[c] *in congressu est occisus; si viveret, benigne reciperem eum*[d]. Alii e converso dicebant: *Mortuus est dominus noster, nichil habemus agere, nisi reverti per viam nostram,* non audentes confidere verbis capitanei. Tandem capitaneus per iuramentum confirmavit, si viveret dominus illorum, quod secure revelarent[e], nollet eum offendere. Tandem inito consilio, quia captivi fuerant, eligerunt rei veritatem manifestare sibi. Et ita fecerunt et dixerunt dominum comitem vivere, ostendentes personam eius. Quem capitaneus, ut principem decuit, cum honore magno acceptavit. Et inter multa verba dixerat comiti, quod papa defraudasset eum, quia officium capitaneatus erat sibi ad certum tempus commissum irrevocabiliter. Et quare ipsum de remotis[f] partibus advocasset ad officium tale, antequam tempus suum expirasset, et si tempus residuum expectare vellet, ipsum ad huiusmodi officium admittere non curaret. Unde comes Hinricus, liber dimissus et honoratus a capitaneo, Bononiam ad loquendum super hoc facto cum Urbano papa reversus est. Ubi per aliquot dies fuerat et pape presenciam ad loquendum sibi omni die expectaret, videns se delusum et in sumptibus deficere et a papa nullum habere solacium, eciam vix sibi loquendi semel annuit aditum, premisit nuncium ad comitem Aureolanum, nunc ducem dictum Mediolanensem[65], quia Karolus quartus eum prius comitem creavit ducem. Ad hunc ducem misit, cuius noticiam habuit, quia solebat illi de Holtzacia aliquando mittere slavones[g. 66]. Et venit ad eum Mediolanum, ubi honorifice acceptus, dictus dux ulterius misit eum in Coloniam. Ubi mercatores sibi usque in Lubek pecuniam sub fide prestiterunt, tali condicione, quod Lubek, antequam propriam terram intraret, maneret, quousque pecuniam mutuatam solveret in toto. Et ita fecit.

26. Hic Hinricus comes dictus ob magnifica opera eius Ferreus nuncupatus[h] est, obiit anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo primo[67], sepultus in sepulchro patrum 1381. suorum in Idzeho honorifice ut decuit principem, presente fratre eius comite Nicolao et nobilibus terre, cum largis[i] muneribus et oblacionibus[k] terre commendatus.

Comes Nicolaus, princeps benignus et humilis erga suos subditos et fidelis[l], hic, fratre Hinrico existente in remotis[m] partibus, semper mansit[n] in patria, defendens eam clipeo et gladio contra Danos, Ditmarticos et alios invasores, quapropter multum collaudandus. Nam ut supra narratur[68], rex Woldemarus, extra terram pro tempore existens, tamen regnum suum anhelavit gubernare. Et dicunt aliqui, quod una causa fuit, quare extra regnum esse voluit, ut magnam colligeret pecuniam ad redimendum castra in Fune et Gottorppe cum attinenciis suis, quamvis sine pecuniis ea libencius suscepisset, prout sepius probavit. Nam

a) vestram, non cito 2. b) apparentes 3. c) praesens 3. 4. d) eum reciperem 3. 4. e) reuellarent 3. f) remotioribus 3. g) Slaviones 4; Wende d. h) nunccupatus 1. i) milden d; magnis 2. k) offer d; largitionibus 2. l) fideles 3. 4; woldedich unde getruw jegen d. m) remotibus 3. 4. n) supermansit 3. 4; blef stede d.

65) Iohannes Galeazzo degli Visconti, comes Virtutum (i. e. Vertus in Campania), non Aurelianensis, a. 1395 demum a Wenceslao rege dux Mediolanensis creatus est. 66) Fortasse legendum: *salmones,* qui quidem an tunc temporis ab Holsatis in exteras terras exportati sint, nescitur. Sturiones autem ab Hamburgensibus principibus extraneis donum missos esse, scimus, quam vocem librarium in *slauones* corrupisse verisimile est. 67) Hic annus prorsus falsus. A. 1389 Heinricum comitem obiisse verisimile est. 68) Cfr. supra c. 23.

castrum Hakenschow, quod Benedictus de Alevelde tenuit[69], cum magno excercitu obpugnando circundèdit. Ante quod castrum rex in propria persona fuit et una die belli tempestatem, proprie[a] *stormen*, attemptavit, primo cum scutiferis servitoribus, loricis dominorum suorum indutis, quibus occisis, cum rusticis idem fecit. Tandem nobiles curiales eius dixerunt, quare gratis suos exponere vellet, quia dixerunt: *Non videtis, quod non poterunt illis resistere in castro nec eos expugnare cum rusticis?* Respondit eis: *Video vos nolle adire, ideo hos, quos potero, volo anteferre. Nam mater scutiferorum et rusticorum non est mortua, plures sunt tales.* Tamen coram castro predicto pluribus interfectis de suis, frustratus voluntate sua recessit ab eo. Item in eadem insula Fune ante Voborgh[70], ubi Nicolaus comes castrum struxit, in monte Manberghe[b] rex Woldemarus comitem Nicolaum adivit[c]. Ubi Nicolaus comes cum suis econtra expectavit regem omni die. Et una dierum, cum uxor predicti Benedicti mortua est et sepulture traderetur, omnes quasi[d] Holtzatici ad exequias properabant, rex percipiens hec, venit cum exercitu ad comitem Nicolaum[e] et bellum sibi movit in monte predicto Manberghe, vincens campum, multis occisis et captis de Holtzatis. Comes Nicolaus, extincto in bello sibi uno oculo, eciam per quendam militarem de parte Dacie captivatus est. Extracta lorica et assumpta promissione ad redeundum, capiens et victor comitem Nicolaum licenciavit ire[f], quo vellet. Qui reperiens notum sibi, sic vulneratus de campo recessit ad sua. De vespere vel altera die, cum rex, facta et obtenta victoria, vellet scire, qualiter res in bello se habuit et quid captum est et qui captivi essent, venit unus cum armis, clipeo et lorica comitis Nicolai. Rex autem, videns hec intersigna, inquisivit, ubi mansisset ille, cuius hec fuerat lorica et qualiter se nominasset. Respondit talis: *Nicolaum Holtzatum de Rendesborg se nominavit.* Ad quod rex respondit: *Verum nomen suum imposuit sibi, sed si retinuisses eundem, securior de ipso fuisses.* Nam dicitur esse consuetudinis, quod principes, cum in bellis capiantur, nisi diligenter custodiantur, redire non tenentur, eciamsi promiserint reintrare[g].

Idem eciam rex Woldemarus obsedit civitatem Vlensburgh multis vicibus. Et semel una dierum ipsam incendio combussit. Prope hanc civitatem est mons altus et longus, extendens se super totam civitatem. Hunc montem comes Nicolaus ad defendendam civitatem Vlensburgh propter regis insultum fecit sepius custodiri. Nam rustici de parochiis Schenevelde[h], Hademersche, Westede, Nortorpe, Bornehovede, Bramstede, Koldenkerke et[i] Kellinghusen cum inhabitantibus paludem Wilstrie, hii dicuntur veri Holtzati. Et horum auxilio seniores comites Holtzacie optinuere triumphos. Ex hiis elegit certos viros, de magnis villis unum villanum, de parvis duabus villis unum. Hos, quando indiguit, habuit secum in armis. Nam dictus comes Nicolaus sic ordinavit, quod dicti rustici non offendebantur ab advocatis et quod equos valentes tenerent et arma haberent, presertim pilleum ferreum, scutum et troyam sive diploydem, ferrea brachialia et cirotecas[k] ferreas, circumamicti baltheis latis et amplis. Rustici autem remanentes domi stabant expensas[l] illorum qui fuerant cum domino terre in campis usque ad reditum ipsorum in domos suas. Illis diebus hec civitas non fuit murata, et qui civitatem voluerit retinere, oportebat quod montem custodiret. Hic comes Nicolaus concessit civibus dicte civitatis, ut eam muro cingerent pro tutela. Hic eciam comes ad retinendam civitatem prope eam castrum fecit, Novam Domum, Nigehus, construi, ut rege veniente per terram posset prope esse.

Hic rex Woldemarus castrum Dornyngh, super quo Henneke Lembeke vi patrimonii
1372. possessor, duobus excercitibus circundedit[71]. Cum autem diu ante castrum iacuissent et dominus castri in victualibus defecisset, ad subveniendum sibi emisit clam de castro aliquos de suis ad amicos suos Holtzatos, ut intrarent ad eum clam in tempore noctis. Et ita factum est. Habuit eciam famulum, Raspe nomine, quem omni nocte de castro ad excercitus intromisit, perscrutando que in illis agerentur et quam haberent diligenciam in vigiliis et custodiis suis. Et cum cibaria penitus defecissent et diucius observare non posset, nocte cum tricentis armigeris electis ex omni Holtzacia, committens claves custodi porte, dicens

a) prope *codd.* b) Manbarghe 3. 4. c) adiuuit 1. 3. 4. d) quasi omnes 3. 4. e) Nicolaum comitem 3. 4. f) in 3. g) reiterare 3. 4. h) Stenevelde 3. 4. i) de 3. 4. k) cirothecas 3; chirothecas 4. l) expensasque 3.

69) Cfr. c. 22. 70) i. e. Broberg in Funia, quod castrum obsessum esse a Nicolao comite Detmarus et Cornerus ad a. 1362, Ann. Sialandiae rectius ad a. 1357 narrant. 71) Cfr. cap. 23 et Detmar. ad a. 1372.

illi: *Qui prior reversus fuerit ad castrum, hunc intromittas,* excercitum maiorem cum clamore magno: *Holstenland, vrouwe van hemmelrike!* introivit cum impetu, et subito cadens super improvisos, relinquens aliquos pro custodia exitus de excercitu, interficiens et captivans totum excercitum ex una parte situatum, cui alter excercitus ex alia parte castri subvenire non poterat, retinens omnem suppellectilem, omnia clenodia, arma et cibaria, avenam, siliginem, molitam, cerevisiam et medonem, balistas et breviter quicquit habuerunt. Et captivavit ultra ducentos validos et divites captivos. Alter autem excercitus, hiis auditis, fugam cito recepit et non respiciens, qualiter abiret.

Fertur eciam, quod hic comes Nicolaus, cum ultimus de progenie Westensee obiisset[72], rogatus ab aliquibus fuerat, quod uni de tali progenie illegittimo is[a] vellet arma reconcedere et non sinere, illa tradi cum[b] sepeliendo in sepulchrum. Quibus respondebat: *Misericors Deus,* — hoc erat commune verbum suum — *aspriolus amplius non ascendit arborem. Arma horum defunctorum fuerunt nobis valde dura, amplius non reviviscant.* Nam rubeum aspriolum deferebant in armis. Illi de Westenzee fuerunt militares valde prepotentes et superbi, et unus de tali progenie[73] cum quodam Ludero Crummedyk habuit castrum Rendesburgh impignoratum per magnum Gherardum[c] comitem, quod filii eius Henricus et Nicolaus volentes rehabere non potuerunt. Tunc opidani Hinricum comitem, fractis seris[d] val- 1346.
varum opidi, intromiserunt dominum suum comitem et obinde dicti opidani fuerunt ab eodem Hinrico et fratre suo Nicolao libertati dediti, quod exactionari non deberent. Et habito opido, unus sagittarius comitis Hinrici capitaneum in castro sagitta interfecit, et ita castrum restitutum fuit dominis suis.

27. Dictus Nicolaus comes habuit uxorem[74] matrem Alberti ducis Saxonie, qui machina ante Rekelingh erat in uno crure percussus et obiit[75]. Ob cuius amorem — cum[e] ipse fuit dux Saxonie, marschalcus, elector imperii et dominus Luneborgensis — cum Luneburgenses[f] castrum Luneborg fregerunt et Magnum ducem Brunswiccensem tamquam dominum abie- 1371.
cerunt, istum ducem Albertum revocaverunt[76] in dominum suum[77]. Attamen Magnus dux retinuit castrum Horborgh, unde Luneburgenses multum vexabantur. Quare ad peticionem illorum dux Albertus dictum castrum obsedit et comitem Nicolaum in auxilium postulavit. Cuius peticioni annuens, venit cum multis Holtzatis et presertim cum villanis de palude Wilstrie. Quos cum rogasset, ut secum in Horborgh[g] transirent, ita proni et fervidi fuerunt sibi ad famulandum[h], cum comes non plures quam ducentos in expedicionem postulasset, ipsi responderunt, quod non tam paucis, sed cum pluribus, scilicet mille, sibi succurrere non formidarent. Et ita mediantibus illis de Wilstria, cum pro illo tempore hec palus fuerat plena hominibus et diviciis, castrum Horborgh cum machinis vicit et aliquamdiu pro expensis proinde factis in pignus retinuit ad custodiendum[78]. Hic Nicolaus comes post obitum regis Woldemari[79] in terra sua ad tempus ante finem vite sue pacis respiramen habebat et Deum celi glorificabat, qui eum a tam potente rege et inimico suo liberabat.

Huius eciam tempore contingebat, quod comes Adolphus ab hac vita sine herede de- 1390.
cessit[i, 80]. Nam dictus comes Adolphus maiorem partem Holtzacie terre hereditario iure possidebat ab antiquo. Nam proavus huius Adolphi, eciam Adolphus vocatus, qui exinde, ut terram Holtzacie, que fuit quasi tota sub potestate Kanuti regis Dacie, posset eripere de manibus eius, quod sibi impossibile humano modo fuerat, voto se astrinxit, recursum habens ad Deum omnipotentem, ut si triumphator existeret, ordinem sancti Francisci[k] fratrum Minorum intrare vellet, prout eciam prius narratum est[81], Deo cooperante adimplevit. Hic Adolphus comes erat de domo Schouwenburgensi natus, prout eciam plures ante eum de tali domo nati, eciam nominati Adolphus, rexerunt[l] terram Holtzacie in magna virtute ab

a) illegittimis 1. 2. b) sinere ita eum 3; s. eum ita 4. c) Gerardi 3. d) slote d; ferris 3. 4. e) eam 3. f) *sic legendum secundum* d *pro* Luneburgensibus 1—4. g) Hamborg 1—4; Horborgh d. h) *supplendum* ut. i) recessit 2. k) Francissi 1; Francisci sancti 3. 4. l) rexerant 3; rexerat 4.

72) Hartwicus, fratruelis Marquardi de Westensee occisi, a. 1366 adhuc superstes erat. Cfr. Mantels, Lübeck und Marq. v. W. p. 54. 73) sc. Marquardus de Westensee. V. Detmar. ad a. 1346. 74) sc. Elisabetham, filiam Wilhelmi ducis Luneburgensis, viduam Ottonis ducis Saxoniae de Wittenberg a. 1350 mortui. 75) A. 1385. Ricklingen in principatu Calenbergensi, duo miliaria distans ab urbe Hannover. 76) *revocare* pro *accersere*, cfr. infra c. 28. 77) A. 1371. Cfr. Detmar., Corner., Rufum. 78) A. 1380. Aug. 30. Nicolaus comes adhuc Harburg detinuit, teste charta tabularii Hamburg. 79) sc. a. 1374. 80) Adolfus IX. comes Plönensis obiit a. 1390. Ian. 26. 81) Cfr. cap. 17.

inicio christianitatis. Quando intravit ordinem, habuit duos filios, unum dictum[a] Iohannem, alium Gherardum. Ab hiis fuit terra Holtzacie divisa. Senior Iohannes maiorem et pinguiorem partem retinuit, scilicet terram Wagrie, Kyl, Plone, Lutkemborg, Oldemborgh, Oldeslo[b], Segebergh et partem paludis ab una parte fluminis Stoere[c] a Bredemberghe[d] usque ad Albeam et usque[e] Hamburch. Alter autem frater iunior Gherardus reliquam partem, quamquam invitus, recepit: Idzehoe, paludem Wilstrie, Hanrouwe et Rendesborgh[82]. Iste Iohannes comes, qui maiorem partem terre retinuit, fuit avus[83] huius comitis Adolphi sine heredibus defuncti. Comes Nicolaus superstes, qui erat pronepos primi Gherardi et
1390. possessor terre Holtzacie, de consensu seniorum consiliatorum terre, totam terre Holtzacie[f] reduxit in unum dominium[g], datis pecuniis et certa parte terre in palude Crempis ipsis comitibus Adolpho et Bernardo fratribus, dominis Schowenborgensibus, qui in uno gradu proximiores fuerant, pro parte hereditatis sue[84].

28. Post mortem vero Woldemari regis Dacie, filia eius Margareta, habens filium unum ex rege Norwegie Haken[h, 86], cuius uxor erat, nomine Oleff, adolescentem, in regno Dacie assumpto dyademate et sceptro[i] regni, valde astute incepit regere[k] et regnum Dacie, Swecie et Norwegie duxit in unum. Nam Albertum regem Swecie in lites movit ex eo, quod regnum per vim occupaverat, adducto excercitu in bello vicit et septem annis eum in vinculis tenuit[87] et totum regnum revocavit. Regnum autem Norwegie iure hereditario ad regnum Dacie cum aliis regnis cumulavit. Isto tempore dicta regina, astutissima mulier, plures ignes simul eodem tempore succendere[l] nolebat, advocans Nicolaum comitem Holtzacie, et cum eo perpetue pacis federa stabilivit et ipsum in patrem elegit et semper nominavit[m]. Ac comitis Hinrici Ferrei, fratris sui, filio Gherardo de consensu consiliariorum tocius regni cum solempnitate debita, cum banderiis in castro et opido Nuborgh in terra Funia totum ducatum Iutzie sive Schleszwiccensem sibi et heredibus suis ipsa regina cum predicto suo[n] rege Olavo, tunc adulto, in throno maiestatis sedentes, coram multis astantibus episcopis, prelatis et nobilibus regni Dacie ac terre Holtzacie concessit in pheudum
1386. perpetue possidendum[88]. Dictus Gherardus, tunc dux Sleszwiccensis creatus et intitulatus, flexis genibus coram rege Olavo, investitura ducatus accepta, dicto regi Olavo et regni successoribus fecit omagium pro se et heredibus suis et fidelitatis prestitit iuramentum. Consimiliter senior comes Nicolaus et Albertus, dicti Gherardi ducis frater[o], iuramentum fidelitatis prestiterunt. Dux vero Gherardus illustris pro se et suis veris heredibus armis subsequentibus demum fuit insignitus etc.[p]

Comes Nicolaus, strennuus in armis, cum Ditmarticis sepius habuit conflictum, quia Ditmarcii sunt in consuetudine, quod sua omnino volunt illesa retinere et, quando iniuriantur a suis vicinis in modico dampno, per vim duplum rapiunt viceversa. Et cum ipsi dampnum inferunt terris adiacentibus, pro nichilo reputant et dicunt, quod non ipsi, sed eorum fatui hoc fecerunt[89]. Si ex eis aliquis ab extraneis interficitur, hunc pro centum marcis antiquis solvi volunt, et idem ius observant in occisis ab eis, sed cum difficultate ius ab eis haberi potest. Hii Ditmartici sine principe et capite viventes, faciunt que volunt. Et una dierum exierunt aliqui de[q] eis, rapinam in terra Holtzacie faciendo, et comes Nicolaus, cum pro illa vice prope ibidem adesset et, audito hoc, cum paucis suis curialibus de mensa sua triginta et collectis Holtzatis de parrochiis Scheneveldea[r], Hademerschen, insecutus[s] eos, prope terram suam in loco qui dicitur Tipperslo[90] rapinam ducentes. Qui Nico-

a) *deest* 3. 4. b) Oldesleo 1. c) Store 3. 4. d) Bredenberge 4; Brendemberge 3. e) *deest* 3. f) de consensu — Holtzacie *deest* 2. g) dominum 3. 4. h) Norweye Haken 1; Norweyhaken 2. 3; Norweg. haken 4. i) ceptro 1. k) caepit regnare 3. 4. l) accendere 3. 4. m) supernominavit 3. 4. n) *supplendum* filio. o) *correxi ex* fratres. p) *hic in cod.* 1 *spatium fere* 10 *linearum vacuum derelictum est, ubi armorum insignia delineanda sive describenda erant.* q) aliquando ab 2; aliquando de 3. 4. r) Stenevelde 3. 4. s) insecutos 3. 4.

82) Similia de divisione retulit cap. 18. 83) Falsum hoc. Nam Adolfus IX. aeque ac Nicolaus comes pronepos fuit Gerhardi I. filii iunioris Adolfi IV. 84) Nequaquam fuerunt comites Schauenburgenses, Otto I. (non Adolfus VIII. frater senior iam 1370 mortuus) et Bernhardus praepositus Hamburgensis, uno gradu proximiores Adolfo IX, sed aeque ac Nicolaus pronepotes Gerhardi I. Tractatum Schauenburgensium cum Nicolao comite et Gerhardo duce super hereditate Adolfi IX. et successione factum d. d. 1390. April. 17. v. in Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 288. 86) Hacon VI. rex obiit a. 1380. 87) Albertus rex in pugna apud Axelwalde a. 1389. Febr. 24. captus et a. 1395. Iun. 17. demum e captivitate dimissus est. 88) Secundum Detmarum a. 1386 Iul. 2, secundum Dahlmann, Gesch. v. Dänemark II. p. 58. Aug. 15. 89) *unde dören einem darto* d. 90) Haec facta esse a. 1340, ostendit Michelsen in Falck, Staatsbürgerl. Magazin VII. p. 674. Tipperslo

laus unum de suis premisit ad videndum potenciam et multitudinem ipsorum. Qui rever- 1340.
sus dixit: *Tot sunt, quod impossibile est nobis illos vincere posse.* Cui respondit: *Misericors Deus! Cur incutis nobis timorem? Volumus approximare illis et videre eos qui rapinam subditorum nostrorum secum ducunt. Dolemus enim et est crimen nostrum, si sic nobis presentibus evadant.* Et ita cum suis accessit propius. Et ipsi Ditmartici ex adverso stabant, lanceis suis ante se fixis in terra, acies lanceorum solum ostendentes. Ubi dictus Nicolaus comes suis[a] dixit: *Hic sunt iuvencule, choreas ducentes, qui peramplius voluerit[b] honorari, intret mecum in[c] nomine Domini hanc choream.* Ordinata acie et dispositis aliquibus equestribus, qui a retro Ditmarticos invaderent, in Dei nomine bellum intravit. In quo bello unus ex Ditmarticis fortis[d], indutus diployde, comitem Nicolaum, pre aliis pugilem, diu secum pugnando elegit, quem non propria vi, sed divina, reversa manu cum gladio a summo usque ad sellam equi uno ictu per medium divisit. Et tandem victis et occisis multis de Ditmarciis, in bello ipse comes Nicolaus victor permansit. Et tot de Ditmarcis maioribus fuerant percussi, quod eo vivente non amplius exire suam terram presumebant[e]. Et expost ipsi Ditmartici cupiebant pacem cum Holtzatis. Littere treugarum inter ipsum comitem Nicolaum et ipsos Ditmarticos in hunc modum fuerunt confecte: Quod ipsi Ditmartici debent esse liberi in terra Holtzacie ab omni novo theolonio[f] et exactione et eorum naves[g] in Egdora et Treya, et quod nullum dampnum per terram Holtzacie ipsis debeat[h] inferri; quod si contingeret, Holtzatici hoc restituere debent. Et quando Holtzati ipsis dampnum[i] ingerunt, infra mensem debent recompensare[k]. Et ita viceversa. Omnes articulos ipsi Ditmartici litteris et sigillis suis comiti Nicolao sigillarunt. Istis servatis, debuit pax esse inter ipsos semper. Et qui alterius voluerit fieri inimicus, debet ad sex ebdomodas ante parti adverse notificare diffidacionis diem[91]. Et ita ad tempora Gherardi ducis observatum fuit.

Idem Nicolaus comes clemens et humilis fuit erga subditos suos. Quando rustici offensi ab advocatis suis fuerunt, ipsum comitem in propria persona visitabant, proponentes coram eo verbum suum, et pro consuetudine habuit ex clemencia libenter eos audire. Et quando rustici leviter ad eum accessum habere non poterant, ipse declinavit ad eos inquirens, si aliquid eis obesset. Et quicquit ei dicere habebant, ipse audiebat et sepius sentenciam pro eis contra suos advocatos[l] tulit. Nam antiquam libertatem voluit eis omnino servari. In officiis divinis, cum senuerat, erat sedulus et personis ecclesiasticis et monasticis erat benivolus. Nam in monasteriis comes Adolphus suos venatores cum canibus tenere solebat, de quibus tam venatoribus quam canibus monasteria gravabantur nimium. Hunc abusum delevit et monasteria a tali onere liberavit, quare monastice persone pro eo ad Deum intercedere ex debito semper tenerentur. Histrionibus et adulatoribus non attendebat. Nam semel unus magnus histrio et adulator de regno Dacie venit ad eum in Idzeho, portans secum plures vestes preciosas et ornamenta aurea signorum armorum Danorum nobilium, quem introeuntem suam curiam ad infimam mensam fistulatorum iussit sedere. Postmodum, prandio facto, misit quatuor solidos ad bibendum, pro quo facto unus de consiliariis suis dixit: *Domine, non decet vos tam magnam personam, quam omnes ita clenodiis ornaverunt et honoraverunt, tam exiguo munere sallariare. Ipse enim veniens ad alios principes, redarguet parcitatem vestram et vos infamat.* Cui respondit: *Misericors Deus! Quid ille ribaldus querit a me, cum[m] ipse preciosiores vestes me portat? Et in quo vilis nequam me posset infamare? Nichil a me amplius habebit.* Comes iste Nicolaus obiit in curia Osterhoff
prope Idzeho anno Domini millesimo quadringentesimo[92], plenus dierum bonorum et bone 1400.
fame et ibidem in sepulchro patrum suorum terre commendatus. Huius solempnes exequie facte non fuerant, sed remisso modo. Qui in[n] Domino Iesu feliciter nunc et in evum requiescat in perpetua pace! Amen.

a) *deest* 3. 4. b) voluerint 3. 4 c) in *deest* 3. 4. d) en stark ditmersche d; forte 3. 4. e) Et tot — presumebant *desunt* 2. f) telonio 2—4. g) navigia 3. 4. h) debebat 3. i) damna 3. 4. k) compensare 3. 4. l) advocatos suos 3. 4. m) cum cum 3. n) *deest* 1. 3. 4.

in praedio Hanerau in confiniis Ditmarsiae situm fuisse videtur. 91) Hic tractatus pacis simillimus est ei, quem Nicolaus et Heinricus comites a. 1345 fecerunt, v. Ditmars. U.-B. Nr. 22, ubi tamen deest articulus de diffidatione agens. Ideo nostro potius tractatum a. 1368 ante oculos fuisse, opinor, cuius mentionem facit Falck, Sammlungen zur näheren Kunde des Vaterlands III. p. 270. 92) Nicolaus obiit secundum Detmarum a. 1397, testante charta in Schlesw.-Holst. U. S. II. Nr. 298 ante diem Iunii 15.

29. Gherardus, dux Sleszwiccensis et Holtzacie comes, duxit uxorem de stirpe regia et imperiali de domo Brunszwiccensi, sororem ducum Bernhardi, Hinrici et Frederici, nomine Elizabeth[93], de qua tres filios generavit, Hinricum, Adolphum et Gherardum, et duas filias. Una[94] copulata fuit Baltazaro[a] domino Slavorum, de quo non generavit. Sed demum post viri obitum secundo fuit tradita comiti Theoderico de Oldemburg robusto[b], a[c] quo genuit filios tres, Cristianum[95], Mauricium et Gherardum, et filiam unam, nomine Alheydis, traditam nobili comiti Ernesto de Hoensteen, et in brevi obiit in Domino[96]. Secunda filia fuit per Margaretam reginam Dacie tradita Christo in matrimonium, in claustro Wasteen in Swecia ordinis sancte Brigitte virgo consecrata. Hec virgo, Ingeborgh nomine, transactis aliquibus annis, electa fuit in matrem dicte domus Wasten cum maiori[97] reverencia, qua decuit, et tam in spiritualibus quam in temporalibus domui et personis monasterii prefuit gloriose[98]. Gherardus dux Sleszwiccensis habuit fratres duos, Albertum et Hinricum. Iste Hinricus ivit ad studium Erfordense et electus fuit episcopus Osnabrugensis[d], facta secum dispensacione a sede apostolica, mansit sine ordine sacro[99]. Albertus comes duxit uxorem de domo ducum Saxonie[1], sed non diu supervixit, ideo heredem non reliquit.

1402. Nam Ericus dux Saxonie, gener eius, Ditmarticorum inimicus, intrans per terram Holtzacie spoliavit Ditmarticos et recessit per terram comitis Alberti in domum suam, ducens Ditmarticos captivos, nemine prohibente. Ea de causa Ditmartici conquerentes[e, 2] duci Gherardo, archiepiscopo Bremensi et consulibus civitatum Lubicensis et Hamburgensis atque aliarum, quod contra Deum et iusticiam et contra eorum privilegia a duce predicto per terram comitis Alberti, forefacti conscii, erant sub fide predati, rogantes predam restitui, dampna resarciri atque talia emendari. Quapropter dux Gherardus, fratre suo Alberto ad se vocato, coram consiliariis utriusque, quod sic ducem cum rapina permisisset quiete[f] per terram transisse, ipso non conscio et sine culpa sua non esse potuisse, publice fratrem suum inculpavit, allegans honorem parentum fuisse, semper servasse fidem; et quod iam a Ditmarciis fidei fractores dici deberent, esset[g] conturbatus. Ad que comes Albertus respondebat et iuramento affirmabat, quod nescius fuisset facto et consilio, ducem Ericum Ditmarticos velle spoliare et hec per terram suam duxisse, eo eciam nesciente. Quo audito, dux multum fuit gavisus et statim uterque tam dux quam comes rescripserunt, talia per Ditmarticos querelata fuisse et esse non vera et Ditmarticos propter ficmenta predicta statim diffidabant[h]. Ditmartici, audita comitis Alberti innocencia, penitencia tacti, per consules civitatum Lubicensis et[i] Hamburgensis et ceterorum, ut dicitur, pacem requirebant, addentes, si in aliquo per scripta sua peccaverunt, vellent emendare arbitrio bonorum virorum. Isto non obstante, dux et comes, non confisi verbis adulatoriis Ditmarticorum, solam vindictam consequi pretendebant. Et in hoc istorum principum apparebat, ut timetur, zelus vindicte, non humilitas neque clementia. Isti principes fuerunt iuvenes[k] inexperti[l]; eorum consiliarii, potentes, divites, elati et ambiciosi, et dictos principes se ad vindicandum multum induxerunt, ut dicebatur. Consules dictarum civitatum pro concordia erga principes predictos sepius nisi sunt, ponentes dies placitos inter eos, sed nichil proficere potuerunt. Tandem principes predicti, dux et comes, cum magna potencia terram Ditmarticorum intraverunt, castrum ante Meldorpe in Delfbrugge[m, 3] struxerunt satis forte. Ad quod postmodum deponendum Ditmartici se congregantes, multos ante castrum istud interfectos, plures vulneratos[n] reportabant. Altera vice iterum cum potencia venerunt in Meldorpe dux et comes, ubi milites percusserunt plures ob victoriam oppidi talis. Sed eadem die nullus

a) Balthazero 3. 4. b) robsto 1. c) de 2. d) Osnaburgensis 1. 3. e) *sic pro* conquesti sunt. f) quietem 1. 2. g) esse 3. 4. h) diffidebant 4. i) *deest* 1. k) iuvenes et 3. 4. l) inexparti 1. m) Delfsbrugge d; Delsbrugge 1. 3. 4. n) vulnerantes 1.

93) Elisabetha, filia Magni Torquati ducis Luneburgensis, Gerhardo a. 1395 nupsit. Cfr. c. 32. 94) Heilwigis nupsit a. 1416 Balthasaro principi Wendorum, quo a. 1421 mortuo, duxit eam a. 1424 Theodericus comes Oldenburgensis, vulgo dictus Felix. 95) qui a. 1448. Sept. 28. electus est rex Daniae. 96) Heilwigis a. 1436 obiit. 97) i. e. omni, summa, maxima. 98) Ingeborg iam 11 annos nata a. 1408 coenobio tradita, a. 1457 secunda vice abbatissa creata, a. 1465 obiit. 99) Heinricus electus est episcopus Osnabrugensis a. 1402 et resignavit a. 1404. 1) Albertus duxit filiam Erici IV. ducis Lauenburgensis. 2) De damno ab Erico IV. socero, non genero Alberti a. 1402 illato Ditmarsi adhuc a. 1447 querimoniam moverunt. V. Ditmars. U. B. p. 40. 52. 3) Delfsbrügge seu Marienborch in Süderditmarsia, cuius rudera adhuc hodie exstant. Cfr. Rynesberch et Schene, Brem. Chronik p. 133. Neocorum I. p. 254.

ex Holtzatis in eo audebat[a] pernoctare. Castrum Hanrouwe ante terram Ditmarcie dux et comes munierunt palis longis, ligneis meniis[b] et novis domibus atque fossatis. In quo castro Hinricus de Alevelde miles capitaneus et quasi tocius excercitus existebat caput. In quo castro erat presidium contra Ditmarticos pugnancium. Insuper de castris Svafstede[4] et Tilemburgh[5] Ditmartici vexabantur, et viceversa Ditmartici, quotquot comprehendebant, crudeliter sine misericordia necabant. Pluries et sepissime Holtzati cum Ditmarticis habebant conflictum, aliquando isti, sepe illi perdiderunt. Insuper dux cum comite intravit terram Ditmarcie in Northamme. In qua expedicione comes Albertus pre nimia commocione iracundie, eo quod maiores de exercitu noluerunt eum audire, datis calcaribus equo[c] cursum fecit, et improvide cadens cum equo, lesit se multum. Postmodum in brevi[d] obiit, videlicet anno Domini millesimo quadringentesimo tercio in profesto Michaelis et sepultus est[e] 1403. Sept. 28.
in Idzehoe. Attamen Deus illa vice respexit Holtzatos, in laqueo positos et conclusos per ventum validum, flantem aquas maris ad Egdoram, ita ut agger Ulendam[6] inter Ditmarticos de Heyda et illos de Northamme[7] a vi et inundancia aquarum rumpebatur; alias illo tempore in Northamme[f] omnes occisi fuissent. Et est illa pars terre circumamicta[g] palude cespitum[h] molli ab una parte, reliqua parte Egdora, et parva semita est[i] aditus eius, per quam oportuit omnes intrare et exire. Et ita, Deo dante, exibant cum rapina magna vice illa.

30. Nam dicta terra Ditmarcie a parte Albee[k], que[l] est flumen magnum, intrans mare occidentale, est[m] invincibilis[n] navigio accedendo eam. Et bis in die naturali, hoc est ab ortu solis usque ad ortum solis, habens fluxum et refluxum, proprie *ebbe und vloet*. Terra Ditmarcie extendit se in longitudine[o] penes ripas Albie, et in fluxum crescit usque ad aggerem, in refluxu diminuitur et decrescit[p] recedendo quasi ad medium miliare e converso ab aggere, ita quod tunc terra illa est sine aquis. Et illa terra, per quam bis in die ista aqua pertransit, manet humida, mollis, ut lutum lubricum, ita quod nec pedester neque equester est illac transitus. Eciam navigio non potest fieri accessus, et recedente aqua, manebunt[q] naves in humo[r]. Et non possunt applicari naves magne eciam in pleno refluxu. Quare a parte Albee non est accessus ad eam, saltem cum multis, contra velle ipsorum, a parte meridiana; ab occidente[8] est flumen Egdora, eciam habens fluxum et refluxum, fluens inter Frisones et Ditmarciam, et ab[s] Albea munit terram illam usque in Tylemborch. A Tilemborg usque Alverstorpe sunt deserte paludes immeabiles. Et abinde a parte aquilonari[9] a terra Holtzacie est ascensus satis largus sicco pede in terram illorum. Et ex consequenti ab oriente est palus Wilstrie, eciam satis strictus accessus ad eam. Hec eadem terra Ditmarcie inter se ipsam hincinde in diversis suis angulis est multum firma et paludibus custodita, multis nominibus nuncupata: Suderherstede, Boklemburgh, Norderherstede[t], Alverstorpe, Tellingstede. Leviter hee parrochie sunt destruende, in sicco sine municione posite. Alie autem parrochie in Suderstrande, Eddeslande[u, 10], Brunsbuttel et Merne difficulter, parrochia maior tocius terre Meldorp minus difficulter destrui potest sicut parrochie infra Hammen constitute, Hemmingstede[v], Lunden et Weddingstede, veluti in Northamme, sed tamen cum magna potencia oporteret has partes agredi. Sed quid hec? Nam tota potencia et cor terre tocius est in Nortstrande, in parte parrochie Meldorpe, Oldenwurden, Weslingburen[w], Busen, Nigenkerke et Hemme. In hiis parrochiis maiores, honorabiliores et diciores morantur, et accessus valde difficilis[x] est ad eos. Insuper Ditmartici sunt fortes viribus, audaces et agiles, communiter longe stature, sine multis carnibus complexionati, et hoc semper presupponentes, terram et patriam suam liberam sine exactione semper retinere aut mori in continenti pro libertate patrie. Eciam cum inimicicias in terram habuerint, omnis discordia inter eos semper et tamdiu manebit sopita, quousque

a) audebant 3. 4. b) *deest* 3. 4. c) *sic legendum pro* equus 1—4. d) breve 1—3. e) *deest* 3. 4. f) Nort Gamme 2. g) circumcincta 2. h) *sic legendum pro* cespido 1—4. i) et 3. 4. k) Albis 2 *semper*. l) welk is d; que *deest* 1—4. m) et 1—4; is unwintlik d. n) invincibile 3. 4. o) longitudinem 3. 4. p) decrescit in 3. 4. q) manebant 3. 4. r) in humo naves 3. 4. s) *legendum* ut *seu* atque; und alse de Elve d. t) Noderherstede 3. 4. u) Eiddeslande 3; Eidderlande 4. v) Honningstede 3; Honingstede 4. w) Weslingenburen 3. 4. x) deficilis 1.

4) Schwabstedt in ducatu Sleswicensi iuxta fluv. Treene situatum. 5) in Norderditmarsia parochiae Tellingstedt. 6) Ulendam, olim portus parochiarum Hanstede, Delve, Tellingstedt. Cfr. chartam d. d. 1367. Sept. 8. apud Schuback, de iure littoris app. Nr. 16. 7) De Northamme sive orientali parte Ditmarsiae cfr. Dahlmann ad Neocorum I. p. 605. 8) rectius d: *van der nordersit*. 9) item: *van der ostersit*. 10) sic pro Eddeslake, Eddelake in Süderditmarsia.

finem ab extra habent litis sue. Sunt infideles, si capiantur, fidem non servant; pecuniam pro redempcione corporis sui, si capti vi[a] deportantur, eciamsi divites sunt, dare non habent potestatem. Immitissimi homines, quotquot repperint[b], necant crudeliter, occisa corpora non tradunt sepulture neque ab amicis occisorum permittunt tradi frustra[11]. Contendunt dicti Ditmartici et minantur in propria in invicem verbis contumeliosis, specula[12] se madidantes, et non ausi sunt gladium evaginare. Immorigerati[c] extra proprias edes alimenta vorant ut canes; illudunt[d] eciam corporibus exanimatis, nudant illa. Et mulieres Ditmarticorum sunt ut fere et lupe rapaces, pro maiori parte capita oblongata ut sues habentes[14], audentes interficere, illudere et eciam stomachos ex corporibus defunctorum extrahere et super altos baculos ponere, divinantes in illis[15]. Eciamsi terram illorum quisquam[e] devicerit, fides non esset eis adhibenda, et sicut priores suos dominos interfecerunt, ex consequenti foret timendum et sequaces[16]. Dicitur commune verbum in propria terra illorum derisorie: *Ostende manum; crescunt crines in ea, est tibi credendum.* Unde quidam carminator dixit de eis: *Eis tu[f] credideris, crines si non inveneris in suis manibus?*[17] Estimatur, quod Ditmartici cicius per cautelam et attractionem aliquorum maiorum de ipsis[g], datis muneribus et exaltatis illis contra alios, quam per potenciam subici poterint. Sunt avidissimi homines et libentissime capiunt munera et ita forte perpetrarent inaudita. Unum eciam[h] attendendum, quod terra ipsorum est multum populosa et ad sex milia virorum electorum, ad bella valencium, et ad minus cum tot electis armigeris excercitatis, absque vulgo, foret eis occurendum, quia[i] pocius mori cupiunt liberi, quam in servitute vivere.

31. Ista discordia inter hos de Holtzacia et de Ditmarcia aliquamdiu stante, ac eciam consules de civitatibus Lubicensi et Hamburgensi interponentes se, libenter vidissent pacem inter eos. Dux autem Gherardus, premortuo fratre suo Alberto, noluit pacem cum Ditmarticis, nisi ipsis[k] subiectis et factis tributariis, quod Ditmartici annuere noluerunt. Neque consules civitatum hoc consulere voluerunt et sic suspicabatur contra predictos consules per domnum ducem non immerito. Interim Ditmartici convenerunt ad demoliendum castrum, in eorum terra noviter in Delfbrugge[l] constructum. Ubi pluribus ex ipsis interfectis et capitaneo Raleff[m] Boykensonsi[n, 18] pixide eliso et capite eius super palo posito, confuse[o] recesserunt. Viceversa Holtzatici totam terram Ditmarcie in sicco positam igne combusserunt, vaccas, equos, oves et boves, capras ac[p] porcos et multos homines captivos reducentes. Reliqui autem de sicco in paludem hincinde fugiebant, ibidem servientes. Demum Ditmartici domno duci per predictos consules de Lubeck et Hamborg, ut pacem habere possent, magnam summam pecuniarum, ut dicitur, solvere et dare una vice prebuerunt. Dux autem, racione motus, noluit ita, sed quod semper annuatim tributum solverent et essent subditi sui postulabat. Habuit enim a progenitoribus suis privilegium antiquum forte et magnum, sigillatum per universitatem dicte terre Ditmarcie, in quo *protestantur fide prestita corporali, perpetuo se obligasse nobili viro domno Gherardo, comiti Holtzacie, et suis iustis heredibus ipsis astare eosdemque manu iuvare in districtu dominii sui et extra contra quemlibet hominem ipsos infestantem ac pacis eorum tramitem modo aliquo perturbantem*[q] etc.[r, 19]. Audi hic novum mirum! Illud privilegium est de datis anno millesimo
1283. ducentesimo octuagesimo tercio, et hodierna die, scilicet anno Domini[s] millesimo quadrin-
1448. gentesimo quadragesimo octavo, inter alia privilegia principum terre sanum et illesum[t].
Hoc faciendum Ditmartici renuerunt, sed propter pacem ultra summam promissam ipsi duci et suis heredibus dissimulabant[20] velle, ut apparuit[21], contra inimicos terre Holtzacie in[22] aliquibus personis de terra sua subsidium deferre, ut et ipsi viceversa essent defensi, sed

a) captivi 3; capti 4. b) repperiunt 4. c) imorierati 1. 3; immorietati 2. d) illudantur 1—3; illuduntur 4. e) quisque 1; quisq. 3. f) tu non 2. g) ipsi 3. h) eciam est 2. i) quod 3. 4. k) ipsi 3. 4. l) Delffbrugge 3; Dellftbrugge 4. m) Baleff 1—3. n) Boykenson 2; Boykenssorem 3; Boykenssonem 4. o) confusi 3. 4. p) et 3. 4. q) turbantem 4. r) *deest* 3. 4. s) anno millesimo — Domini *desunt* 3. 4. t) sana et illaesa 2.

11) *vorgevens* d, i. e. gratis sine pecunia. 12) i. e. Speichel, mhd. *speichele* fem. 14) *gahn mit langen kagelen effte kappen alse sögen* d. 15) Cfr. Neocorus I. p. 404. 16) i. e. sequentes, posteri. 17) Cfr. Parzival I, v. 26. 18) Radelef Bayken Sone occurrit in charta a. 1384 senior parentelae Vogedinghmanne. V. apud Schuback, de iure littoris p. 301. Fragmentum carminis de eo confecti dat Neocorus I. p. 383. 19) Noster hic tenorem tractatus a. 1283 inter Gerbardum I. comitem et Ditmarsos facti stricte secutus est. V. in Ditmars. U. B. Nr. 9. 20) pro *simulabant*. 21) *ut apparuit* i. e. *tom schine* d. 22) *in* pro *cum*.

non expresse, ut tenebantur iuxta tenorem privilegii, de quo ut supra. Super istis placitis partibus deliberantibus, dux Gherardus magnum interim collegit exercitum et, quod placitis verbis habere non poterat, per vim iure suo medio consequi anhelabat. Et in die Oswaldi regis et martiris[a], anno Domini millesimo quadringentesimo quarto in manu forti in Suderhamme 1404. Aug. 5. bello ordinato cum pluribus intravit. Hec Suderhamme habet munimen, fossata duo vel tria, in palude et silva condensa posita, et in[b] tali silva est stricta via lapidea ad baliste iactum posita, ubi dictus dux Gherardus cum suis intravit et vexillum sagittariorum cuidam Hinrico de Alvelde militi commisit. Alterum vexillum Nicolao de Alvelde, suo fratri, presentavit ad habendam tutelam super sagittarios. Dictus autem Hinricus de Alevelde, pompose se habens, collecto[c] spolio vaccarum et incendio facto aliquarum domorum de parrochia Lunden et Weddinghstede, eciam unum molendinum ad ventum seu flemulam destruere aliquandiu nitebatur, ita ut Ditmartici interim colligere se valebant. Et hii duo fratres Hinricus et Nicolaus de Alvelde milites nullus alteri deferre volebat neque preire, quamvis Henricus preire debuisset; sed ut virilis et intimidus appareret, diucius expectavit[d], duce autem Gherardo in dicto loco Hamme manente cum suis et expectante, spolio ante emisso cum rusticis terre Holtzacie versus Hanrow. Et illis fratribus de Alevelde advenientibus, scutiferos ante se exire coegit. Ex quibus scutiferis a Ditmarticis super fossatum advenientibus aliquibus interfectis et rumore facto inter iuvenes, dux estimans, quod scutiferi, ut solent, inter se disbrigarent ac volens eos compescere, veniens ad locum rixarum, ut sibi videbatur, deferens baculum, proprie *einen*[e] *plochstoeker* in manu, Ditmartici ipsum videntes, vulnerando in caput, super quod pilleum ferreum non habebat, statim occidebant, nemine de suis armigeris secum existente. Quo occiso, statim horribilis inter iuvenes clamor et rumor inopinatus factus est, omnibus per predictam silvam Hamme ad terram Ditmarcie retrocedentibus, unus contra alium, se invicem prementibus et ad terram de equis cadentibus, pre angustia et timore spes salutis est adempta. Aliquibus consulentibus et dicentibus equos abiciendos et pedester abeundum, aliis vero renitentibus et in suis equis manentibus, priores et ante se proprios suos commilitones multos supprimebant. Et quilibet de Holtzatis et excercitu ducis elegit, quomodo extra dictam Hammen exire valebat[f]. Aliqui, dimissis equis, ad paludem immeabilem ex utraque parte Hamme transientes[g], estimando se posse pertransire, aliqui eciam equitantes ad Heydam et sic evadere posse arbitrati, qui omnes interfecti sunt, alii et quamplures per viam Hamme, qua intrabant, ubi a dextris et sinistris super fossatum stabant Ditmartici, lanceas in manibus habentes, pertransientes vulnerabant et plures de equis deiciebant[h] ad terram occidentes. Et in hac via plures equi vulnerati, iacentes et calcitrantes, ita quod inestimabiliter a manibus Ditmarticorum, divina favente gracia, evaserunt Et dicebatur[i], quod pauci, scilicet duodecim nudi[23] de Ditmarticis, a principio scilicet, ducem et iuvenes scutiferos invaserunt et quod Deus celi dedit illis triumphum tali die. Et omnes electi de ducatu Sleszwiccensi et terre Holtzacie, tam in nobilibus quam in civibus et colonis remanserunt. Nam gemma et lucerna Holtzacie in preclarissimis viris fuit prostrata. Illustris princeps, primus dux Gherardus Sleszwiccensis, devotus et pius, non de meritis[k] suis, sed consiliariorum suorum, irrecuperabile dampnum, illic[l] remansit. Henneke Leembeke, bellicosus et victoriosus contra regem Dacie, hic ut agnus occisus fuit[24], Wulff Pogghewisch, miles bonus dictus ab omnibus, ambo illi predivites fratres Hinricus et Nicolaus, dicti de Alevelde, Hinricus de Siggem miles, marschalcus, et Oue de Ziggem et quamplures milites in numero ultra duodecim de Holtzatis; de extraneis Gheverardus[m] Schulte miles: ita quod in numero ultra trecentos nobiles illo die in hoc loco fuerunt trucidati. Quorum et omnium interfectorum anime requiescant in pace! Hac strage facta, inventi fuerunt duo, scilicet Wulff Poggewisch iunior et unus Rantzouw inter interfectos viventes, quos pro victoria in vita reservabant, per quorum redempcionem castrum in Delfbrugge constructum[n] viceversa fuit[o] demolitum[25]. Corpora vero interfectorum preter corpus domni ducis, quod magnis preci-

a) matris 3. 4. b) *deest* 3. 4. c) collocato 2. d) *versio verborum:* Et hii — expectavit *deest in* d. e) einen een 1. f) volebat 2. g) transeuntes 3. 4. h) deiecebant 1. 3. i) dicitur 2. k) demeritis 3. l) illis 3. 4. m) *legendum* Gevehardus. n) constitutum 3. 4. o) *deest* 3. 4.

23) *nudi* i. e. *modo*, *tantum*, nobis *bloss zwölf*.

24) Cfr. Chron. Rufi apud Grautoff II. p. 2. Animadvertendum allusionem verborum: *Lembeke ut agnus* i. e. lembeken.

25) Relatio huius pugnae apud Rynesberch et Schene, Brem. Chronik p. 132 mire convenit cum nostro.

1404. bus fuit redemptum, et forte aliorum trium vel quatuor, quasi canibus ad devorandum data, insepulta remanserunt. Corpus domni ducis in Idzehoe traditum fuit sepulture. Vexillum ducis unum[a] in Meldorpe in ecclesia, aliud in cor terre, hoc est in Oldenworden, in ecclesia pro memoriali[b] facto alte in baculo ad videndum collocabant, multa spolia in electis equis, armis, vestibus et ornamentis de margaritis congregabant, quia numquam ante neque eciam postea ad longa tempora recordabatur[c], ita Holtzatos cum clenodiis, margaritis, aureis et argenteis vestibus ad bellum processuros[26].

32. Hoc bello peracto, iterum fuerunt treuge inter Holtzatos et Ditmarticos sicut antea renovate, videlicet quod Ditmarticos[d] in terra Holtzacie in Egdora et Treya sine thelonio liberos esse atque nullum dampnum per terram Holtzacie ipsis ingeri a quocunque et, si factum fuerit, statim resarciendum fore, et ita viceversa Holtzatos in terra Ditmarcie sine thelonio esse atque nullum dampnum ipsis per eorum terram Holtzatis fieri aliquomodo. Et istis servatis, debeat inter Holtzatos et Ditmarticos firma pax esse, ita videlicet, quod cui non placuerit, sexta ebdomoda ante parti inimicicias nunciabit et diffidabit. Et si alicui ex utraque parte aliquid nocitum fuerit, debeant maiores terrarum Holtzacie et Ditmarcie super hoc in termino et loco placito convenire et dampnum planare sine mora. Relicta domni ducis Gherardi Elizabeth, flebilis et mesta, hec placita treugarum sub brevi stilo Ditmarticis sigillo suo roboravit, necessitate urgente[27]. Ac Ditmartici viceversa sigillo terre sue consimiliter fieri decreverunt, patria Holtzatorum isto tempore sub tristicia remanente[e].

Dictus dux Gherardus reliquit post se tres filios heredes: Hinricum seniorem septem annorum, Adolphum quasi trium annorum et Gherardum, adhuc in utero matris existentem, ac duas filias. Una[f] per reginam Dacie in monasterio Wasteen in Swecia, ubi sancta Brigitta dicitur esse sepulta, ibidem perpetuo ad serviendum Domino Deo fuit religiosa facta. Altera autem fuit domno Balthazaro de Wenden et, eo mortuo, comiti de Oldemborg nuptui tradita, a quo filios[g] generavit, prout superius[28] totum narratum est. Horum trium filiorum mater assumpsit tutelam et tocius terre dominatum tam ducatus quam comecie Holtzacie una cum aliquibus tutoribus, quos dux ante obitum suum constituerat, videlicet Ericum de Crummedyk militem, Sifridum Seesteden, Laurencium Heesten[h], eciam milites, cum sociis suis. Hinricus comes, episcopus electus Osnabrugensis[i] diocesis, dicti Gherardi ducis frater germanus, in sacris non existens[29], percipiens necem fratris sui, relicto episcopatu, se ad terram Holtzacie, ut heres, transtulit absque mora. Quo terram intrante, aliquibus sibi faventibus, primo opidani terre sibi portam aperiebant, et castrum eciam Segeberge restitutum fuit et demum Rendesborg. Quamvis renitentibus ducissa, matre patruelium suorum, et tutoribus eorum, tamen terram in parte gubernavit. Et unum de capitaneis Hartwicum Heesten[k] in Barmstede[l] manu forti prostravit. Quo victo, reliqui capitanei ipsum regere permiserunt; et sic fuerunt bella intestina in terra Holtzacie et eciam ducatus, quia mulier et multi tutores simul regere non valebant. Neque eciam comitem Henricum ad regendum in tota terra[30] admiserunt, quamvis in se bonus ex toto. Fuerunt[m] itaque dissenciones regencium, predones viarum, exactiones subditorum et totalis[n] error in terra et inicium[o] malorum futurorum.

33. Nam Margareta regina Dacie, que trium regnorum sceptrum gerebat[p], post obitum[31] filii sui regis Olavi non habens in regno suo successorem, de domo et stirpe ducum Pomeranie[q], qui eius cognati fuerant, unum[32] in regem Dacie, Swecie et Norwegie, quem Ericum in coronacione nominavit, solempniter assumpsit, cum quo dictorum regnorum iura possidebat. Hec regina ultra modum fuit astuta. Videns et senciens post obitum ducis Holtzatorum regencium multitudinem et discordiam, estimans ducatum Iutzie Sleszwiccensem recuperare posse et successive, illo ad regnum Dacie rehabito cum castris, eciam

a) unum ducis 3. 4. b) memoriabili 3. 4. c) recordabantur 3. 4. d) Ditmartici 1. 3. 4; Ditmarsi 2. e) remanente etc. 3. 4. f) unam 4. g) filias 2. h) Hesten 3. 4. i) Osnaburgensis 1. 2. k) Hesten 2—4. l) Bramstede 2. 4. d. m) fuerit 3. 4. n) tolis 3; talis 4. o) invicem 3. 4. p) tenebat 2. q) Pomerarie 1. 2.

26) pro *processisse*. 27) Haec pax inter Ditmarsos et Heinricum III. comitem atque Elisabetham ducissam icta est a. 1404. Nov. 23. V. Ditmars. U. B. Nr. 25. 28) sc. cap. 29. 29) Heinricum iam sacros ordines accepisse auctor est Chronica Osnabrug. apud Meibom Scr. Germ. II. p. 240. 30) Vide tractatus divisionum factarum inter Heinricum et Elisabetham d. d. 1404. Sept. 13. et 1406. Ian. 1. apud Iahn, Danmarks historie under Unionskongerne p. 491. 31) a. 1387. 32) Ericum, filium Wartislavi VII. Pomeraniae ducis et Mariae filiae sororis Margarethae reginae, qui rexit a. 1396—1439.

habere viam ad Holtzatos, terra marique civitates de Hensa Lubeke et[a] Hamborgh fore subiugandas[b], cum consiliariis regnorum suorum tale subiit consilium, inter duo quid eligendum: an propter necem dicti ducis Gherardi in Ditmarticos filios ducis orphanos vindicaret et terram Ditmarticorum subiugaret, an successive per bonam fidem castra ducatus per pecuniam in pignus acquireret et maiores terre datis muneribus attraheret sibi, et tandem, habita voluntate sua in terra Holtzacie, eciam civitates suppeditaret. Et conclusum fuit hoc ultimum sanius esse. Expost dicta regina domnam ducissam cum tutoribus ad se vocari fecit et, datis aliquibus de maioribus muneribus[c] et promissis multis, facta fuit tutrix et protectrix tocius ducatus. Et castrum Lutke Tunderen pro pecuniis in pignus accepit, ista sub condicione, quod quandocunque rehabere vellent, restitui[d] deberet[e] sine dampno[33]. Attamen de Frisonibus, eiusdem castri subditis, contributum tantum eodem tempore recepit, quantum pro pignore exposuerat[34]. Dicebatur[f], insuper domnam Elizabeth, filiam comitis Nycolai[35], que castrum Oppenra[g, 36] habuerat, domno duci Erico de Louenborg in matrimonium copulavit[h]. Et pro castro Oppenra et aliis reditibus de ducatu eidem duci Erico[i] pecuniam copiosam numeravit. Castrum Brodersbui[l, 37], pro pecuniis redemptum, canonicis ecclesie Sleszwiccensis pro memoria sua et regum et presertim Erici tunc moderni, castro destructo, redditus assignavit, que missa hodierna die in matricula ecclesie Sleszwiccensis intra summam missam per unum de canonicis celebratur et vocitatur missa regine. Seniorem Henricum, filium ducis Gherardi, misit ad regnum Dacie, adhibitis tribus ad serviendum sibi.

34. Domna ducissa et sui consiliarii interim in ducatu regnabant et consules opidi Flensborg, sub fide vocatos ad se, capiebant. Que perfidia operabatur cives Flensburgenses timorosos. Ac eciam maiores nobiles, Nicolaus Leembeke[38], dominus castri Dorninghe, et certi alii et Ericus Crummediik, inter se discordantes, fecerunt occasionem mali. Regina autem longe se in regnis absentabat. Et filius eius adoptivus, rex Ericus, ut rector regni, propter predam, que facta fuerat ab Holtzatis ipsis Danis, domnum Henricum comitem et omnes maiores terre ad diem placiti ante se Koldinghe vocari fecit et dampnum undecim milium marcarum, per rapinam irrogatum, restitui postulavit. Hinricus comes cum suis respondebat, plura immissa[m] a Danis ipsis Holtzatis dampna, que nondum restituta fuerant. Unde dictus rex ad comitem Hinricum dixit: *Domne avuncule, vultis tamen in iure ad predicta respondere?* Ad que comes asseruit se semper paratum. Quo verbo prolato, quod paratus esset in iure respondere sibi, rex dixit sibi: *Paratus sum propter causas me urgentes navigare in Funiam, ubi, domne comes, me sequimini, si verbum vestrum est verax et firmum.* Rege navigante, comes propter verbum prolatum, regis astuciam non intelligens, cum paucis de suis[n] consiliariis secutus est regem ad castrum quoddam in Funia, Hinsegavel[o], ubi rex, comparente comite, ascendit tribunal iudiciale et iudicialiter conqueri fecit contra comitem Hinricum, ita eciam, ut apparuit, vitam eius adimendo. Quare inter regem et comitem aliqui se interponentes consuluerunt comiti, se dare ad regis graciam. Et obinde rex postulabat civitatem Flenszborgh cum castro Nygehus in pignus, pro dictis undecim milibus marcis, per rapinam a suis per Holtzatos ablatis, ad unum annum impignorandum, et anno elapso vel pecuniam predictam solvendam vel civitatem cum castro pro pignore remanendam[p]. Et hec oportuit comitem promittere sub bona fide, si vitam volebat retinere. Ac eciam rex viceversa promisit, si aliqui de Holtzatensibus per Danos fuerant dampnificati in retroactis annis, quod tale dampnum rescriberetur et totale dampnum anno elapso deberet compensari[39]. Et ita factum fuit. Nam dictus Henricus comes, fidei fractor fieri nolens, quamvis liber de manibus regis fuit, et sibi aliquociens predictum fuerat, in rege et Danis

a) *deest* 3. 4. b) subiugandos 1. c) muneribus maioribus 3. 4. d) restui 1. e) *correxi ex* deberent 1—4. f) Dicebantur 3. g) Apenrade 2. h) collocavit 6; *leg.* cupulasse. i) *verba* de Louenborg — Erico *casu infortunio in Lappenbergii editione elapsa restituimus.* l) Groderbus 1. 2; Brodersbui d. m) omissa 1. 2. n) de suis *desunt* 2. o) *correxi ex* Hinsegagel 1—4. p) remanendum 1—3.

33) Cfr. Langebek VII. p. 277. 297. 34) Inde ab a. 1405. V. Michelsen, Nordfriesland im Mittelalter p. 116. 198. 35) Elisabetha nupsit primo Alberto III. duci Meklenburgensi a. 1388 mortuo, dein Erico V. duci Lauenburgensi. 36) Apenrade. Cfr. Langebek VII. p. 277. 298. 37) in advocatia aequivoca capituli Sleswicensis, cuius pars est parochia Brodersby. 38) Filius Hennekini teste charta a. 1399 apud Suhm XIV. p. 658. 39) Hunc tractatum d. d. Hinzgavel 1409. Sept. 21. v. apud Iahn p. 492. Cfr. Langebek VII. p. 283.

non esse fidem et quod civitatem et castrum numquam sponte restituerent Dani, si ad eorum manus devenirent, hec non curans, voluit credere regi, qui sibi promiserat civitatem cum castro restituendam et perpetuam pacem exinde consecuturam. Quia rex cum magna potencia appropinquabat civitati Flensborgh et, nisi tradita sibi fuisset civitas, videbatur aliquibus posse per vim civitatem accepisse. Comes Hinricus, fidelis in promisso, civitatem regi, ut predictum est, tradidit cum castro Nygehus, quod ad medium miliare prope civitatem per comitem Nicolaum ob defensionem eius primo fuit constructum[40]. Et civitas regi ista vice tradebatur. Consules et commune civitatis bene[a] trina vice predixerunt comiti et suis, quod non traderent sic leviter civitatem regi et, si semel iurarent regi fidelitatem, non faciliter revenirent ad manus Holtzatorum. Rex autem, habitis civitate et castro, statim fecit civitatem fossato profundissimo, sicut hodie apparet, et alciori muro circumduci et muniri ac eciam montem[41], qui est super civitatem, consimiliter circumfodi fossatis et palis et aggere invincibiliter precludi. Anno autem elapso[42], comes et tutores prenominatam
1410. summam pecuniarum undecim milium marcarum volentes[b] exsolvere, sicut promiserunt, et civitatem cum castro recuperare, sed nemo eis dabat. Rex, immemor verborum et promissorum suorum, neque civitatem cum castro[43], neque illata Holtzatis dampna conscripta resarcivit, sed semper de die in diem novas discordias et occasiones, habito hospicio in Flensborgh[c], adinvenit.

35. Interim regina, quasi hec ignorans, appropinquavit et ad ducissam venit in Sleszwyg et, omnia componere volens, multa bona promisit, et se dolere de facto regis simulavit et, si sibi fides totalis attribueretur, ducissa cum filiis et omnes sui bene stare deberent. Et postulavit sibi sub fide presentare[d] castrum Gottorpp, nisi ad unam horam, ea de causa, quod Dani, audientes talem esse inter eos concordiam, fierent peramplius pacati cum Holtzatis. Ducissa confidens verbis et promissis regine, eam ad castrum venire permittebat cum aliquibus consiliariis maioribus regni Dacie. Et cum multa sequela, quamvis hoc interdictum fuit, regina castrum intrans, turrim facta cruce osculabatur et claves postulabat, quibus traditis, regina cum ducissa ad mensam simul manducabant. Regina autem cum uno de suis consiliariis, nomine Henningh Scharpembergh milite habuit verbum absconditum: *Est!*[e] Qui Henninghus Scharpembergh respexit ad turrim et vidit ibi aliquos bibentes et ludentes. Nam advocatus castri eo, quod commodum haberet propter nimiam multitudinem populi regine, unam lagenam cerevisie duci fecit ad turrim ex casa[f]. Et dictus Scherpembergh estimavit turrim plenam esse armigeris et balistariis ex providencia factum, ad reginam intravit. Et regina ad eum dixit: *Est?* Ipso respondente: *Non*, eum ad se vocavit secrete Qui retulit, vidisse turrim plenam hominibus. Quo audito, cor regine expavit et flere amare cepit[g]. Exsurgens dixit ad ducissam: *Non invenio fidem, male stabis tu et tui!* Et nisi visi fuissent tales in turri, castrum per dolum retinuisset semper, sed gracias Deo! sic recessit inanis. Demum ducissa, intelligens dolum regine, amplius de ea non fidebat et, mittens nuncios, repostulavit filium suum ducem Hinricum de Dacia, quo remisso, facte aperte[h] peramplius inimicicie[i] inter reginam, regem et Holtzatos Regina iterum longe se in regno Swecie collocabat et interim rex congregavit excercitum ante castrum Sunderborg[44]. Ubi quidam prepotens miles, Abraham Broderson de Swecia, eciam cum suis ante castrum predictum posuerat. Rex appositis machinis et bombardis ante castrum in aggeribus nichil proficere poterat. Hec videns, ad extremum dolum, quem in corde gerebat contra dictum Abraham militem, ipsum de stupro accusari fecit et obinde decapitari, quia hic miles plures habuit in Swecia famulos quam rex. Et regina interim[k] castra, que tenuerat dictus miles, reaccepit sibi. Et ita rex de castro predicto Sunderborgh confusus recessit. Expost Dani de Iutzia, Scharpemberch, Magnus Munck, prepotentes milites, cum multis aliis complicibus suis in Vlensborg magnum collegerunt excercitum ante castrum Swaffstede, quod episcopus Iohannes regi tradiderat[45], Fresiam intrabant et exinde spolia afferebant.

a) regi bene 2. b) *legendum cum* 4 voluerunt. c) novas discordias et dissensiones *superflue add.* 1—4. d) *legendum* presentari. e) *deest* 3. 4. f) casu 1—4; van wanschichte *male et in* d. g) incepit 3. 4. h) a parte 1. 2. i) inimicie 1. k) intrim 1.

40) Chartam huius impignorationis pro 11400 marcis factae a. 1409. Oct. 9. v. apud Langebek VII. p. 365. 41) dictum Duborg. 42) a. igitur 1410. 43) supplendum *restituit*. 44) a. 1410. Aug. 14. Ericus Sunderborg obsedit. V. chartam apud Iahn p. 494. 45) Iohannes III. episcopus iam a. 1406. Iul. 31. Schwabstedt reginae impignoraverat. V. Michelsen p. 115. Cfr Langebek VII. p. 277.

Illo autem tempore comes Adolphus de Schouwemborgh[46], suis patruelibus impuberibus[a] adiutor existens in Gottorpe, audito hoc, cum Holtzatis necnon Bremensibus[b] ad campum obviam Danis prorupit, et constantes unanimes voluntate in plano campo prope villam Eggebeke[47] in Danos irruerunt et multos ex eis occiderunt, reliquos vero captivantes. Et tot quot captivi ad redimendam vitam suam sexaginta milia marcarum solvebant. Et unus, omnibus dicior, Magnus Munck occisus, Scharpembergh captus, qui pro se solum decem milia marcarum exponebat. Ibi in spolio sorciendo fuerunt equi Danorum preelecti, in numero quasi mile et octingenti, et arma multa. Et tot fuerunt eorum, quod dictus Iohannes episcopus Sleszwiccensis, qui partem regis tenuit et in Flensborgh fuit, quando eos ad spoliandum exire vidit, quod[c] dixerat ad constantes sibi[48]: *Deus benedicat hos euntes ad spoliandum! Nam tot sunt et ita armati et bellicosi, quod invincendi[d] Renum visitare possent.* Hos Deus altera die remisit inermes, inequestres, manu ad manum se tenentes. Et hic triumphus dedit postmodum semper cor magnanime contra Danos Holtzatis ad pugnandum. Nam unus Holtzatensis fuit in bello bene contra Danos quinque[49] 1410.

Eciam Holtzati videntes civitatem Vlenssborgh esse propugnaculum Danorum, et quod Dani eam restituere nolebant, Ericus Crummediik cum aliquibus[e] Holtzatis clam[f] in nocte 1412 prope aquas intravit eandem, et accepto monasterio et successive civitatem obtinebant[50]. Viceversa rex, obtento monte prope civitatem et castro desuper, navigio ante civitatem cum magna potencia suorum se congregavit ad expugnandam civitatem. Ducissa autem, vocans fratres suos Bernardum et Hinricum duces Brunswiccenses cum magno excercitu, ultra mille et quadringentos equos[g], venerunt in subsidium sororis sue et filiorum eius. Ubi regina et rex, percipientes adventum tantorum de remotis partibus terre, placita cum domno Henrico duce Brunswiccensi statuerunt et montem Vlenszborgh restituere promiserunt[51]. Sed abeunte excercitu peregrino, rex montem retinuit post, ut ante. Attamen Holtzati, civitatem non deserentes, custodiebant eam, et iterum vocatus dictus Henricus dux Brunszwiccensis, cum aliquibus, sed non tantis, revenit in Flenszborgh. Quo in tempore facta fuit pestis in civitate, fluxus sanguinis[52], quod oportuit eos recedere sine fine. Tunc rex, reassumpta civitate, aliquos de consulibus fecit propter perfidiam, quam presumebat de eis, in rotis truncari et civitatem cum castro supra montem forcius communiri atque custodiri.

36. Ericus Crummediik miles predictus, qui fuerat pocior capitaneus inter tutores et maior consiliarius, forte quod non erat a ducissa ita gratus reputatus ut aliquis alter, et quia eciam plura exposuerat pro ea. Que sibi restitui postulans[h], forte eciam estimans, terram Holtzacie contra potenciam regis non posse subsistere, cum aliquibus terre Holtzacie, Ottone de Knop, Tunnone[i] et Elero Ronnowen, militibus, et eciam aliis armigeris, Marquardo et Nicolao de Wisch et uno Sestede[53], facti fuerunt subditi et homagiales regis et a rege castra et municiones ceperunt[k] contra Holtzatos. Illis diebus rex fecit construi castra plura, unum prope Sligesmunde, dictum Koningesborch in Swantze[54], item Wiltspange[55], item prope flumen Treya castrum a parte ducatus[56].

Quibus castris munitis, collegit iterum magnum excercitum tam terra quam navigio ante civitatem Sleszwiccensem, et in insulam Iurgensborch[57] tentoria sua stravit. Dominus

a) imberbibus 2. b) Bremensem 2. c) quod *supervacaneum.* d) in invincendi 1. 2; in vincendo 3. 4; ungeschlagen d. e) aliquibus cum 1. 4. f) *deest* 2. g) equites 2. h) *legendum* postulavit. i) Timmone 3. 4 *semper.* k) *sic pro* factus fuerat — cepit.

46) Adolfus X. filius Ottonis comitis obiit a. 1426. 47) Haec pugna apud Eggebeck in myrica Sollerupensi commissa est a. 1410. Aug. 12. V. Michelsen p. 120. 48) i. e. adstantes, prope eum stantes. 49) Post hanc victoriam pax quinque annorum inter Ericum regem et Elisabetham atque Heinricum comitem a. 1411. Mart. 25. Koldingae facta est. V. Hvitfeld I, p. 638 sq. 50) anno 1412. 51) Cfr. Detmar. Rufum, Corner ad a. 1411. Litem Margarethae et Erici cum Elisabetha et Heinrico Brunswicensi a. 1412. Sept. 5. Ulricus dux Meklenburgensis composuit ita ut cuinam castrum esset, pro tempore indecisum remaneret. V. Hvitfeld I, 641 sq. Archetypon chartae istius olim in tabulario Gottorpiensi erat. V. Falck, Sammlungen III. p. 254. 52) *blodgank*, mhd. *bluotganc*, die rothe Ruhr morbus. 53) Ottonem van dem Knope, Elerum Ronnowe, Nicolaum van der Wisch, filios Raineri Sestede rex Daniae a. 1423 inter homines suos enumerat, v. Langebek VII. p. 269—271. 292. 54) in Swansen iuxta Sliam. 55) Wellspang in Anglia iuxta lacum dictum Langensee. 56) Quod mox infra vocatur Vresenborg exstructum a. 1415. 57) hodie Mewenberg. Haec insula, post expugnatam insulam Fehmern, ipso tamen anno 1416 occupata est.

celi dedit Holtzatis ire super aquas cum equis, et ad naves applicuerunt et ad insulam Iurgensborgh sine navibus et omnes spoliabant et necabant. Ex quorum Danorum una navis archiepiscopi Lundensis[57] a pyratis Kylonensibus in mari ante Slyesmunde capta, multis preciosissimis rebus onusta, ad portum Kylonensem[a] fuit deducta. In qua navi fuerunt multe ciste cum vestibus preciosissimis et ornamenta archiepiscopalia, scilicet mitra, baculus, missalia, balsamum, lapides preciosi, biblia et libri et multi ludi schaki, necnon multe parve[b] banderie regis. Et presumebatur in ea fuisse eciam aurum et argentum multum; cum hac navi archiepiscopus voluisset fuisse in Sleszwiig et in ea exercuisse officium pontificatus archiepiscopalis.

Eodem tempore fuit demolitum castrum Wiltspange et postmodum castrum Vresenborg[58]. Et castrum Koningesborgh vacuum remiserunt[59] et eciam castrum Lütken Tunderen[c] a Danis fuit recuperatum[60]. Pro quo facto Ericus Crummediik, tunc vertitoga[d], multum doluit. Nam regina et rex illi hoc castrum commiserunt et ipse ulterius cuidam Nicolao de Tynen[61], a quo Holtzati hoc capiebant. Quapropter ex iussu regis dictus Ericus cum Tunnone Ronnowen magnum excercitum collegit, et ante castrum predictum ad expugnandum illud bellum movebant. Et cum accesserunt ad castrum, dictus Tunno Rounouwe, miles vertitoga, in fossato sagitta percussus expiravit, quo defuncto reliqui recesserunt[62]. Sed postmodum Holtzati dictum castrum forcius munierunt.

Eciam rex alium alio tempore collegit excercitum magnum navigio contra illos de Ymbria[e], quorum terram[f] primo aggressu vincens[g,63], et illi de terra sibi omagium fidelitatis prestiterunt. Et castrum, in quo Henneke Raetlouwe[64] advocatus fuit, cum excercitu aggrediens vi expugnavit et dictum Henneken desuper captivavit. Quo castro in possessionem adepto, forcius per aggerem circumamictans fieri fecit.

Illis diebus, cum consules Lubicenses a communitate sua fuerant expulsi, et querelam contra communitatem apud imperatorem deponentes, et per sentenciam eius restituendos eos demandaret[65], nemo sentenciam imperatoris execucioni mandando paruit. Sed solum rex Danorum Ericus una dierum omnes cives de Lubek in Schanea[h] insimul captivavit et eorum bona rapuit violenter. Qua de causa, si cives Lubicenses a captivitate liberari deberent, oportuit communitatem suos consules reaccipere sine velle suo. Ideoque dicti consules inierunt cum rege confederacionem et ligam contra quoscumque isto modo: Quod cives de Lubeke, Hamborg, Luneborg, Wismar[i], Rostock, Sundis, Gripeswold et Ancklem[k] deberent et possent omnes perpetuo tempore visitare terraque[l] mari regna Dacie, Swecie et[m] Norwegie sub antiqua libertate et, si regi incumberet guerra a quocumque et ipse rex paratus esset in iure respondere, tunc ipsi consules civitatum predictarum ipsi regi mille armigeros suo dampno et sumptibus regis, quando ad eum applicarent, deberent regi procurare[n]. Eodem modo, si civitatibus predictis emergeret bellum, rex ipsis cum mille armatis succurrere deberet[o,66]. Et quod quolibet anno in[p] Schanoer consiliarii regis et consules predictarum civitatum deberent in unum convenire et, si cuiquam dampnum illatum ab altero fuerat, ipsum hinc inde deberent amovere et planare. Et istud pactum sive convencionem rex suo iuramento et consules similiter necnon litteris et sigillis sibi invicem confirmabant. Et in[q] dictam ligam rex Ditmarticos eciam, ipsis ad se vocatis, attrahere satagebat. Sed Ditmartici, prudenciores in hoc consulibus civitatum, nolebant consentire,

a) in mari — Kylonensem *desunt* 3. 4. b) *deest* 2. c) Lideltunderen 1; Lidelltundern 3; Lidketundern 4. d) vertigtoga 1; vertigoga 2—4; ein wendehoike d. e) Cymbria 4. f) terra 1. g) *legendum* vicit. h) Schania 4. i) Wischmer 1. k) Anklen 3. 4. l) terra et 4. m) *deest* 3. 4. n) curare 2. o) deberent 3. p) anno in *desunt* 2; anno 1. 3. q) *deest* 1—3.

57) sc. Petri Lycke. 58) Castrum Fresenburg a. 1416. Iul. 13. a Frisonibus expugnatum est, v. Michelsen p. 125 sq. Cfr. Detmar. ad a. 1417. Corner. p. 1223. 59) A. 1417 hoc castrum ab Holsatis obseſsum est. Cfr. Detmar. 60) *De Holsten kregen L. von den Denen wedder* d. Lütken Tondern expugnatum est ab Holsatis a. 1417. Ian. Cfr. Detmar. 61) Claus van Tynen erat a. 1410 capitaneus in Nordborg. V. Iahn p. 494. Langebek VII. p. 292. 62) a. 1423. Cfr. Detmar. 63) Ericus rex a. 1416. Iun. 6. insulae Febmern applicuit, statimque eam subiecit. Cfr. Detmar., Corner. p. 1215 et infra cap. 41. 64) Castrum Glambeke, cuius advocatus Henneke Radlouw homo ligius Heinrici comitis occurrit in Ditmars. U. B. p. 37 et Langebek VII, 349. 65) sc. imperator. 66) Nostrum hic stricte chartam secutum esse liquet ex eo quod articuli plane conveniunt cum tohopesate Erici cum civitatibus a. 1423. Ian. 6. facta, excepto loco conventus annui, qui hic Havniae esse destinatur. V. versionem chartae, cuius originale existit in tabulario secreto Havniensi, apud Hvitfeld I. p. 690.

quamvis rex eos sepius ad se accersiri fecit et muneribus datis ipsos honoravit et semper ad hunc finem, ut simul secum contra principes terre Holtzacie conspirarent. Et ita fieri promiserunt, ista sub condicione, quando ipse rex terram Holtzacie cum potencia intraret, tunc ipsi Ditmartici ante castrum Hanrouwe se ponere vellent et illud expugnare.

37. Iterum dictus rex collegit excercitum maiorem[a] omni, videlicet centum milia hominum, et ante Sleszwigk et Gottorpp castra metatus fuit. Quid factum est? Divina disposicio, que semper Holtzatis favebat, eciam tunc inspirabat comiti Hinrico, ut intraret civitatem Hamburgensem ad petendum ab eis subsidium[b] tricentarum marcarum vel circa[c], et[d] quod patrueli suo duci[e] Hinrico totidem in victualibus pro retinendo castrum Gottorpp contribuebat[f]. Et cum intrabat civitatem, habuit paucos penes se consiliarios, cum tota expedicio terre Holtzacie ad defendendum Gottorpp et Sleszwiig fuerat ibidem. Cum quo quidam Hinricus Brockdorp presens fuit. Qui Hinricus Brockdorp consuluit: *Domine, non suadeo modicum et exiguum ab istis[g] petere, sed petatis, ut cum omni potencia sua, armis, balistis, machinis, cum expensis et omnibus civibus suis personaliter contra tam potentem regem, procedentem ad destructionem tocius terre, vos et patrueles vestros impuberes adiuvare velint. Et melius hoc fore in Gottorpp, quam ante proprias portas suas et, nisi fecerint, vos peramplius vos[h] defendere non valetis. Et suadeo, quod personaliter loquimini ad eos hec verba.* Hoc consilium bene placuit, quamvis finaliter pecuniam nisi adoptabat[i]. Comes vero de mane in curru suo, cum claudus et contractus in membris fuerat, magnanimus tamen animo, ante palacium consulum se duci fecit, ubi in ponte Trostebrugge[k] capitanei sexaginta, illo tempore electi[67], stabant cum civibus. Et ante palacium stabant consules et in eorum medio comes Hinricus de curru loquebatur et petivit, se et patrueles suos tota potencia contra regem adiuvari. Consules improvide dixerunt: *Magna est hec peticio.* Cives ex opposito dixerunt, grandia posse peti et possibilia et necessaria exaudiri. Et longe utilius fore ante Gottorppe castrum regem expugnare, quam ante civitatem Hamborgensem. Et ita consules seorsum et cives inter se consilium inierunt. Revertentes consules in pecuniarum summa subvenire responderunt. Comes autem, recepta fiducia verborum, civium proposito primo mutato, respondit solum, esse necesse cum potencia tota succurrendum. Viceversa consules allegabant libertates, quod non tenerentur sequi ex debito neque subvenire. Et receperunt cives ad se, proponentes eis, faciliter posse perdere privilegia, quibus tuti erant, principibus terre quoad hoc in nullo teneri; et incipiendo cum rege Dacie guerras[l] et se facere principales, posset civitatis esse perdicio. Tandem quicquit consules allegabant, cives semper dixerunt, non esse curandum, sed essent omnes proni suis dominis eciam cum tota potencia subvenire. Finaliter conclusum fuit, regem velle diffidare et usque ad finem litis adiutores perseverare, ita[m] quod Holtzati ab eis viceversa numquam declinarent. Et litteris super confederacione[n] hinc scriptis[68] et sigillatis vix eisdem partibus presentatis, venit nuncius, quod rex civitatem Sleszwiig expugnasset et in sua eandem haberet possessione[69], et quod domnus Albertus dux Magnopolensis[70] cum suis ac Holtzati nobiles multi, qui in civitate eadem fuerant, videntes tam ingentem regis potenciam, se cum rebus suis liberabant et regi ad nutum suum civitatem tradiderunt. Quos tamen rex, antequam eos abire permisit[o], strinxit promisso, quod pro illo tempore contra eum nichil facere deberent.

Comes vero Hinricus, hec audiens, adhuc in civitate Hamborgensi existens, currum preparare[p] fecit, Hamborgensium litteram[q] diffidacionis una cum portatore litterarum earundem secum assumpsit atque in auxilium patruelium suorum ad castrum Gottorpe properavit[r]. Veniens in Rendesburg, domna ducissa cum filio duce Hinrico in hospicio existens, et castrum Gottorpe, eo quod civitas Sleszwiig victa esset, pro derelicto habentes, dux

a) maius 1. 3. 4. b) auxilium (subsidium) 3. c) citra 2. d) eo 1. e) duci suo 3. 4. f) *legendum* contribueret. g) ipsis 3. 4. h) *deest* 2. i) *verba* quamvis — adoptabat *corrupta sane, desunt* d. k) Troslebrugge 2. l) guarras 1. m) itaque 3. 4. n) confederacionem 3. 4. o) promisit 1—4; teen leet d. p) *legendum* preparari. q) H. literas 2; Hamburgensium literam 3. 4; Hambogeñ literam 1. r) preparavit 1. 2.

67) Capitaneos hic vocat sexaginta cives, quos primum recessus a. 1410 ad tractanda cum senatu negotia creaverat. 68) Hoc foedus d. d. 1417. Iul. 20, cuius testis est comitis cancellarius Hinrich Brokdorp, v. in Sammlung der den zollfreien Transit zwischen Lübeck und Hamburg betreffenden Urkunden p. 150 sq. 69) Schleswig die 18. mens. Iulii expugnatum est. V. Detmar. ad a. 1417. 70) Foedus Alberti V. ducis Meklenburgensis cum Holsatis contra Ericum regem a. 1417 ictum olim exstitit in tabulario Gottorpiensi. V. Falck, Samml. z. näher. Kunde III. p. 222.

Hinricus, tristis existens, assurrexit seniori domno Hinrico comiti eum salutando. Viceversa comes ducem de tristicia redarguit, dicens: *Patruelis, cur tristaris? Recipe fiduciam; quamvis rex civitatem Sleszwiig expugnavit, tamen castrum Gottorpe numquam habebit. Quo retento et habito totus ducatus Sleszwiig recuperari potest. Nuncio tibi bona nova. Ecce! hic mecum porto Hamburgencium contra regem diffidacionis et inimicicie*[a] *litteram. Ideo gaude et esto letus!* Quo verbo audito, cum pro illa vice alia non erat spes retinendi Gottorppe castrum, iuvenis dux gavisus est valde, et omnes qui audierant hec nova[b] letati sunt. Altera die dux, assumptis secum omnibus ibidem in Rendesburgh existentibus[c], in Gottorpp equitando, nuncium Hamburgensem cum littera assumens, misit per exercitum ad regem sibi voluntatem Hamburgensium intimando. Hic nuncius fuit cautelosus. Cum venit ad regis excercitum maximum ad centum milia hominum, litteram unam sigillatam in alto baculo affixit, dicens ad se venientes[d]: *Date michi viam et deducite*[e] *me ad regem; porto litteram pacis.* Et sic per excercitum transiens equester venit ad regem, et presentata sibi littera et perlecta, cor regis expavit et nuncium diligenter custodiri fecit. Statim congregatis consiliariis regni, consuluit quid faciendum. Nam fama volavit, quod Hamburgenses una cum Ditmarticis et aliis multis stipendariis, cum tota potencia iam fuissent in via proximantes. Quare visa eciam littera diffidacionis Hamburgensium, estimabat famam esse veram. Illa nocte sua castra et tentoria fregit et ante castrum Gottorpe per Dennewerck, dimissa civitate Sleszwiccensi consulibus custodienda, ad opidum Ekerenworde[f] expugnandum se transtulit sine mora et, opido capto et combusto, per flumen Slyg, multis de suis submersis, fugam cepit et reversus[g] ad sua. Et ita[h] illa vice Deus omnipotens castrum Gottorppe custodivit. Hoc castrum reges[i] Danorum quamvis sepe conabantur habere, tamen Deus Holtzatis in presidium terre sue incolume custodivit.

38. Hinricus dux Brunszwiccensis, de quo supra[71], cuius soror ducissa Sleszwiccensis erat, pro expensis et dampnis suis, eo quod sororem adiuvabat, habuit castrum Gottorpe, Plone, Haseldorpe[72] et Hanrouwe pro pignore suo. Et hic dux computabat dampnum suum ad sexaginta milia marcarum Lubicensium. Qui pro hiis solvendis[k] pecuniis multas exactiones et collectas in terra Holtzacie fieri fecit. Quibus non sufficientibus, castrum Gottorpe regi Dacie pro prenarrata[l] summa pecuniarum impignorare deliberavit, ita videlicet, quod Ericus dux Saxonie de Louemborg ad regis imperium et ad fideles manus iuvenum ducum, donec pecuniam solveret, observare deberet. Quod rex fieri decrevit faciendum. Sed Ericus Crummediik miles, estimans dictum castrum ad manus regis alia via, scilicet per potenciam, venire posse, consuluit duci Erico non tradendum castrum, sed per se ipsum capiendum. Margareta regina Dacie predicta, inventrix horum malorum[m] omnium, trium regnorum domina, cum[n] in fine vite sue, sicut Deo placuit, cum ex hac vita exire deberet, — mira res[o]! — in tam spaciosis terris regnorum suorum non habuit spacium terre pedis dimidii[p], quo mori potuit et debuit. Sed in navi existens ante civitatem Flensborg, maxima et mirabili orta tempestate fulminum et tonitruum[q], recessit a corpore anima eius etc.[r, 73]

39. Circa idem tempus dictus Ericus dux Saxonie multa metuenda machinabatur mediis depredacionibus et incendio contra Holtzatos et, corruptus pecuniis regis Erici, Odesloo[s] combussit[74]. Attamen Deus non permisit hoc nephas ducis de Louemborg inultum; cum ipse solitus fuit colligere raptores et stratilegos, sicut ex communi verbo dicitur: *Similis similem sibi querit,* Lubicenses et Hamburgenses per vim receperunt ab eo duo castra[75].

a) et inimiciciae *desunt* 2. b) nova et 1. c) degentibus 2. d) *sic pro* venientibus. e) educite 3. 4. f) Ekernvorde 2; Ekerenforde 3. 4. g) est *deest in codd.* h) *deest* 3. 4. i) regis 1. k) exolvendis 2. l) narrata 3. 4. m) *deest* 3. 4; *hoc verbum et quae mox sequuntur:* mira res — eius etc. *iam in* 1 *Danicus quidam delere temptasse videtur.* n) *legendum* tamen. o) eine wunderlike geschichte (*al.* dink) d. p) *hoc verbum adeo deletum est, ut inter* dimidii *et* remanens *dubitare liceat. Versio hic ad diiudicandum non est apta.* q) unwedder van blixen und donner d. r) *quae in* 1 *partim vix legenda sunt verba:* mira — etc. *omnia desunt* 3. 4; *in* 2 *desunt* mira — suorum; dimidii — Sed in; existens — tonitruum. *Verba* habuit — pedis 2 *mutavit in* habuit super terra pedem, recessit *in* expiravit. *Totus iste locus restitutus est auxilio versionis* d, *hic rerum ordinem servantis.* s) Oldesloo 3. 4.

71) sc. cap. 35 et 29, not. 72) Castrum Haseldorf cum tota advocatia ab a. 1379 ab Alberto archiepiscopo Bremensi Adolfo IX. comiti impignoratum remanserat et a. 1397 in divisione terrae in sortem Gerhardi ducis venerat. Cfr. Michelsen in Archiv für Staats- und Kirchengesch. der Herzogthümer I p. 32. 73) Margaretha obiit a. 1412. Oct. 27—28. paulo post expugnatum Flensburg. 74) a. 1415. V. Hvitfeld I. p. 667. 75) sc. Bergedorf et Riepenburg. Hoc oppugnari coeptum est a. 1420. Iul. 10. Cfr. Detmar., Corner. p. 1242 et Hamburg. Chroniken p. 405.

Et sicut iste dux Saxonie, ita et alii principes de Stettin[76], Wolgast[77], Wenden[78] et Mekelenborg sepe fecerunt. Nam illi duo Iohannes et Albertus[79], non habentes legittimam causam diffidandi Holtzatos, occasionem querebant, repostulantes dotem domne Anne, relicte comitis Adolphi, que dictorum principum fuit matertera[80], sex milia marcarum. Que tamen dudum premortua fuit. Et nisi solveretur eis dicta pecunia in certo die nominato et nisi super hiis Hinricus comes et Hinricus dux ad diem placiti in Prygwalk[81] prope Travemundis[a] responderent, vellent exinde esse eorum inimici.

40. Anno Domini millesimo quadringentesimo decimo quarto, feria quarta proxima 1414. Iul. 21.
ante festum beati Iacobi apostoli, Ditmartici fidei sponsionem ratam iterum non tenentes, pacis federa[82], que sub treugarum certo tempore iuraverant inviolabiliter cum illus ĩbus tribus ducibus germanis dominii Sleszwiccensis observare, temere dissolverunt[83]. Nam interim quod rex Ericus ex copiosa multitudine armorum[b], de tribus regnis suis collecta, dirigeret varios exercitus per mare simul et per aridam terram sive[c] ad devastandum[d] sive subiugandum sibi ducatum Sleszwiccensem pariter et comitatum Holtzacie, predicti Ditmartici navigio potenter cum armis et instrumentis bellicis intraverunt Egdoram animo seu intencione vindicandi mortem quatuor virorum Ditmarticorum, qui racione furti dudum ante, secundum leges Frisonum iudicialiter sentenciati, suspendio interierant. Applicatis itaque navibus suis ad ripam fluminis iuxta villam Tunninghen, memorati Ditmartici, reiecto iuris tramite, quo requirere debuissent iusticiam pro iniuria, si qua fuisset eis ab incolis terre illata, dire seviebant in eos, terram ipsam totam cum incolis suis depopulando destruere molientes. Sed Frisones Ditmarticorum impetum repellere satagentes, sese fortiter ad invicem hortabantur, ut pro defensione patrie sueque proprie salutis obtentu, vim vi repellendo, audacter concurrerent seu resisterent inimicis. Atque ita ad pugnam congressi, belli commisere conflictum, in quo ex utraque parte plurimi corruerunt. Frisonibus tamen cessit victoriose triumphus. Ditmarticis ipsis, qui vivi superfuerunt, in fugam conversis et in Egdora timore desperacionis se ipsos submergentibus, naves, quibus illuc advenerant, Frisonibus sunt relicte. Postquam vero perceperunt in Ditmarcia tantam suorum stragem et interitum, sicut premittitur, factam recenter in bello contra Frisones commisso, convenerunt Ditmartici quasi vir unus ad deliberandum quid facto opus esset. Et habito communi consilio super novo bello sive pugna contra Frisones celeriter expediendo, mox cum eorum tota potencia ad Egdoram prope terminos Borchsand[e, 84] navigio pervenerunt[85]. Quos ut Frisones viderunt in armis bellicis iam paratos et potenter compositos in campo ad instruendum contra eos bellum, fugere ceperunt, terga vertentes. Ditmartici vero sine mora Frisones insequuntur fugientes et captivantes[f] ac[g] inhumaniter trucidantes quos apprehendere potuerunt, igne ac ferro totam pene patriam grassando devastare ceperunt in tantum quod incendio seu per incendium[h] destruxerunt domicilia Frisonum, scilicet Vollerwiik, Welte, Coten[i], Katherinenkerspel[k], Cotsenbul[l], Tunnyngh[86] cum villa Tunninghen, dempta sola Tunningh burlach. Parrochia vero Aldenswurd[m, 87] et universa[n] terra Everschup et Utholm persecucionis rabiem evadere volentes Ditmarticorum, preveniendo se prece et precio redemerunt, dictis Ditmarticis dare vulgariter *dinghtael* paciscentes. Incole siquidem in Everschup communi voto dare promiserunt quingentas marcas, incole[o]

a) Travemundus 3; Travemunde 4. b) *legendum* armatorum. c) *sic restitui pro* sive terram 1—4. d) devastandam 1. 2; to vorstören und to bedwingen dat hertochdome d. e) Borthsand 3. 4. f) captivante 1. g) et 3. 4. h) *legendum* gladium; mit dem füre und mit dem schwerde d. i) Koten 2; Loten 3; Leten 4. k) *sic* d; Katter, Menkerspel 1—4, *cfr. Michelsen.* l) Costenbul 4. m) *sic* d; Adensword 1. 3. 4; Adensuord 2. n) vice versa 3. 4. o) inle 1; illi 3. 4.

76) Otto et Casimirus duces Stettinenses. 77) Wartislavus et Barnim de Wolgast. 78) Balthasar Wendorum princeps. Cfr. Hamb. Chron. ad a. 1390. 1400. 79) Iohannes III. et Albertus V. duces Meklenburgenses iam a. 1415 dotem Annae comitissae ab Holsatis expostularunt. V. Hvitfeld I. p. 667. Rescriptionem super dote a. 1362 factam laudat Falck, Sammlungen III. p. 326. Nr. 2. 80) Cfr. cap. 23. not. 8. Anna fuit soror patris Alberti V. et avi Iohannis III; mortua est a. 1415 secundum chartam olim in tabulario Gottorpiensi asservatam. V. Falck l. c. p. 265. 81) Priwall situatum est e regione Travemunde in ripa Meklenburgensi. 82) sc. foedera pacis a. 1404, cuius mentio fit supra c. 32. not. 27. 83) Quae hic de bello inter Ditmarsos et Nordfrisones gesto narrantur, plane conveniunt cum actis processus a. 1447 inter Adolfum XI. ducem et Ditmarsos decisi. V. Ditmars. U. B. p. 56 sq. 84) Borchsand inter Utholm et Eiderstedt. 85) a. 1414. Aug. 16. V. Neocorum I. p. 391. 86) Vollerwiek, Welt, Kating, Kotzenbüll, Tönning, parochiae in orientali parte terrae Eiderstedt, Catharinenhord in occidentali parte. 87) Oldenswort in Eiderstedt.

vero in Utholm septingentas marcas[a], et parrochia Ulvesbul[88] sexcentas marcas[89]. Quibus 1415. peractis, Ditmartici celeriter ad propria sunt reversi. Ceterum proximo et sequenti tercio 1417. anno Ditmartici promissam sibi pecuniam a prefatis Frisonibus per vim expetere properantes, nocte devastarunt parrochiam Widdeswurd[90]. Et in sequenti die parrochias Aldenswurd, Ulvesbul, Grote Alversee[b, 91] igni combusserunt. Quod illi qui Tunninghen inhabitabant prospicientes, se iterum magnis pecuniis et precibus redemerunt. Similiter parrochie Cating[c], Cotsebul et Vullerwiik pro sui redempcione pecunie summam promiserunt, parrochia cum Katherinenkerspel de toto[d] fuit combusta et Tetembul in parte etc. Quibus itaque peractis, sepedicti Ditmartici cum suo crudeli excercitu iterato circa terminos parrochie Gardingen hostiliter apparuerunt, ubi maiori ferocitate quam in aliis terminis prius fecerant debachantes, nemini parcere voluerunt. Unde sacerdotes Domini sperantes eorum furiam mitigare, cum adorando corpore Christi obviam eis procedentes, ipsorum Frisonum copiosa multitudine de Everschup, contra Ditmarticos congregata, prope cimiterium[e] retro sacerdotes remanente[f], mitescit mirabiliter Dei virtute rabies et[g] furor hinc et inde. Sed Frisones, imbecilles ac impotentes ad resistendum et bona patrie defendendum se videntes, tractatum concordie sive pacis inire coacti sunt. Cuius rei gracia obligarunt se iuxta Ditmarticorum verbum solvere magnam et numerosam pecunie summam, videlicet triginta milia marcarum pro quingentis sive quindecim vigenis[92] Ditmarticorum, in priori conflictu circa Egdoram et in eo alto[93] necatorum Ad persolvendam autem huiusmodi promissam pecunie summam supradicti Frisones pro duobus necatis unum obsidem vivum de Frisia libere posuerunt, pro Frisonibus vero, qui bellicose circa Egdoram quasi in proprio foco perierant, numero quasi septimo vigenario nulla pecunia a Ditmarticis solvebatur. Verumptamen parrochie Symensberghe et Lundemberghe[94] per Ditmarticos fuerunt specialiter exactionate, utpote ad nonaginta quatuor marcas. Ad hec tamen, premissis non obstantibus, astringebantur Frisones in Eyderstede, licet[h] igne[i] et ferro, sicut premittitur, devastati fuissent, ad solvendum per triennium quolibet anno speciale tributum pro suis propriis edibus iuxta[k] beneplacitum exactoris . . .[l].

Baven dit alle dwungen de Ditmarschen de Fresen darto, dat se musten up guden geloven laven, vorbreven und vorsegeln[m], dat de hovetlüde ut Freslant scholden erwelen und nemen twintig mans ut Ditmarschen, under welken scholde alleine den ein Frese gestellet werden, und desülven Frese, so gestellet, scholde twintig Ditmarschen eine gesteven tit vorseggen to geven, dat se einem ideren, de aver schaden edder veracht klagede, he were den ut Ditmarschen edder ut Freslant, na bedarf der sake wolden na dem Ditmarschen rechte richten[95]. Hier machstu hören wunderlik dink! Dat allent, alse baven gesecht, deden de Ditmarschen ut erem eigen motwillen, wedder alle rede und recht, alse de kif noch hengede und warede twischen konink Erik van Dennemarken unde den Holsten, mit groten schaden und vorfange der heren Hinriks, Alefs und Gerts, de[n] der Fresen heren und forsten weren. De vorgenomeden dree heren leten de Ditmarschen daraver vakene belangen sowol in fredes tiden alse in krieges, und helden vele dageleistinge, leten in sunderheit darto vorforderen rechtverstendige ut Lübek und Hamborch, up dat de Ditmarschen sik muchten under rechtsproke begeven. Sunder de Ditmarschen makeden sik weigerlich rechte to antworden, wolden sik ok dar nicht an benogen laten, wat geistlike edder weltlike personen

a) incole — marcas *desunt* 2. b) Grote, Alversee 3. 4. c) Coten 1—4; Tating d. d) tota 2—4. e) coemiterium 2—4. f) *sic* 6; remanentes 1—4. g) rabie 1; rabiei 2. h) scilicet 3. 4. i) ingne 1. k) *hic deficit* 3; *addit* 1 beneplacitum exact. . ., 2 exactoris. l) 4 *hanc lacunam rursum in Latinum verso textu Germanico supplevit. Versio Germanica autem* na gefallen dessülven, de den schat vorderen würde, 2 *rectum praebere evincit. Finem capituli damus ad fidem editionis Westphalenii, emendata orthographia et adnotatis quibusdam variis lectionibus ex codice Harniensi.* (K.) m) *correxi ex* vorsegelden. n) *correxi ex* der.

88) Ulvesbüll in Eiderstedt ab aquilone Oldenswort. 89) Cfr. actionem motam a duce apud Michelsen p. 135. 90) a. 1417. Sept. 22. hunc incursum Ditmarsi fecerunt, quia Frisones se a. 1417. Aug. 14. Danis subiecerant, quamobrem Ditmarsi foedus infra not. 95 commemoratum fractum arbitrabantur. Cfr. Rufum p. 495. Corner. p. 1225. 91) Allersum, Gross Olversum, hodie vicus parochiae Tönning, adhuc a. 1523 villa parochialis erat, ut testatur liber Swabstadiensis apud Westphalen Mon. ined. IV. p. 3144. 92) Minor numerus 300 verus est. V. Michelsen p. 134. 93) supplendum *flumine*. 94) utraque in Eiderstedt, a meridie Husum. Ecclesia Lundenbergensis a. 1634 fluctibus deleta est. 95) Cfr. tractatum Frisonum terrarum Eiderstedt, Everschop, Utholm cum Ditmarsis a. 1417. Iul. 5. factum in Westphalen, Mon. ined. III. p. 1761 et Ditmars. U. B. p. 56. 58.

kennen kunden, sunder wolden alleine der wisheit erer egen koppe folgen, so lange dat de dorchluchtige hertoch Allef na dem dode sines broders hertoch Gerts[96], dar hier schal wider van gesecht werden, der Ditmarschen er hoverdige vernement nicht lenger dulden wolde und nodigede se to lest darhenne to Lübeke im jare dusent veerhundert und söventein[a] 1447. Apr. 19. des middewekens na dem sondage Quasimodogeniti[97] vormiddels dageleistinge, dat se alle twistinge und sake, de se vormenden jegen en to hebben und ok de hertoch jegen und wedder de Ditmarschen hadde, in watterlei gestalt desülven weren, scholden se laten kamen in vorhoringe der rechtvorstendigen und anderer wisen, alse des werdigen heren meister Middelman, prawest to Hamborch, und der borgermeister und rätlüde der stede Lübeke und Hamborch, de saken in rechte edder ok dorch schedeslüde bitoleggen, dergestalt dat int erste van beiden siden klage wurden vorgegeven vor den rechtverstendigen und anderen wisen lüden der stede und darna scholden bescheiden antworde gegeven werden, und billike jegenantworde, eft de infallen werden den parten, scholden gehort werden. Datsülve geschach so, alse de parten bewilligeden, und alse de sake to verhör quemen, do wolde grave Alef den schaden reken, den de Ditmarschen den Fresen in Eyderstede togeföget hadden, und summede den schaden up twemal hundert dusent mark und baven desülve summe geldes noch drüttich dusent mark, dar se de Fresen to gedrungen hadden, alse nu gemeldet is, uttogeven vor de dotslagen Ditmarschen. Vorder up disse twistinge und irrige sake einen guden und wunscheden ende von beiden siden to erlangen, so laveden se eindrechtigen und mit friem willen beider partei und bestedigeden[b] datsülve mit schriften und einer gestalt einer zerten, dat allent wat de genomeden stedeschen erkanten in einer afsproke alse schedeslüde, dat wolden se unstraflik van beiden siden holden bi pene ein dusent Rinscher gulden[98] dem anderen parte unnagevelik to betalen.

Tor sülven tit, alse im jare des heren dusent und veerhundert und veertein[c, 99], was ein 1414. eddelman, mit namen Otte Schinkel, ein hovetman up der borch Tile genömet, de brak den bunt des fredes und fruntschop den he hadde mit der durchluchtigen hertoginnen Elisabeth und mit graven Hinrik desgeliken, und bewisede desülven vientschop und hinderlist, dewile de irrunge noch stunden twischen koningk Erik und den Holsten[1]. Desen helden up und weren gunstig de Ditmarschen, dat he dorch er lant rovede, unde he bestreifede de karspel Schenevelde und Kellinkhusen wedder recht in verachtunge der hertogen van Holsten, so ok dat he her Otten Swaff, ridder, eine grote stoot perde entförde[2], de he in Ditmarschen verkofte na sinem gefalle, dede ok densülven Otten merkliken schaden bi Bornehövede. Dessen Otte Schinkel und etlike Ditmarschen, sine vorwanten, vorjagede grave Hinrik in korter tit mit etliken Holsten, alse he dorch de Eyder dal toch van der borch Tilen[3]. Unde wowol dat grave Hinrik swarlik krank was in dem podagel, so ok dat he sik in ander lüde armen van der einen stede to der anderen dregen let, nicht to min nam he van der hertoginne Elisabeth hülpe, büssen und andere kriegsgerede van Gottorp und brachte densülven[d] Otten und sine vorwanten manliken in de flucht und brachte de sake to einem ende. Desülvige Otto darna, ut fruchten und sorgent sines egen levendes to verlesen, flooh he ut dem lande to Holsten und gaf sik, üm sine sünde to böten, in ein karthuserkloster to Mergene bi Rostock[4].

41. Comes vero Hinricus, in cuius sorte erat terra Fimbria, quam rex vi possidebat[5], eodem anno Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto doluit de perdicione illius et 1416. congregari fecit populum suum valde secrete, fama volante quod castrum Plone, quod tunc Fredericus Schulte ex parte dicti domni Hinrici ducis Brunszwiccensis[e, 6] possidebat et retinebat, expugnare vellet. Et congregato excercitu, Hinricus iuvenis dux Sleszwiccensis

a) *legendum* sövenundvertig. b) *correxi ex* bestedigen. c) söventein *codd. excepto* K. d) *correxi ex* desülven. e) Bruszwiccensis 1.

96) Gerhardus VII. filius Gerhardi VI. obiit a. 1433. Iul. 24. 97) V. acta processus et compromissum Ditmarsorum cum Adolfo XI. duce factum in Ditmars. U. B. Nr. 28. 29. 98) Compromissum: *Bi ener penen van teyn dusent gulden Rynesch.* 99) Cfr. Neocorum ad a. 1414 T. I. p. 395 sqq. 1) De direptionibus ab Ottone Schinkel factis comites Holsatici a. 1424 contra regem Danicum actionem moverunt, cfr Langebek VII. p. 290. 300, itemque a. 1447 contra Ditmarsos, v. Ditmars. U. B. p. 37. 2) *Item nam he* (Otto Schinkel) *her Nicolaus Swave sine studperde so gut alse* 200 *mark,* ibid. 3) Cfr. ibid. p. 38. 4) monasterium Carthusiensium dictum Marienehe, Mariae lex. 5) Cfr. cap. 36 not. 63. 6) V. supra c. 38 ineunte.

1416. Oct. 28. eciam cum suis advenit, et in villa Grotenbrod[7] ante passagium maris ad terram Fimbrie[8] cum excercitu pernoctabant prope festum Symonis et Iude. Post medium noctis comes et dux cum consiliariis suis convenerunt, tractando qualiter terram capere possent absque pena. Ubi aderat quidam vir gnarus et prudens consiliarius domni ducis, nomine Schacko Rantzouw, miles predives, et dixit: *Domne comes, vestra est hec congregacio, nobis nescientibus. Habetis aliquos scientes, qualiter terra hec sit vincenda?* Tunc[9] unus presbiter, nomine Iohannes Kedingh, qui dixerat omnia esse ad eorum nutum disposita et quod nullus vigil prope passagium maneret[a], neque aliqua campana dabat[b] vocem nocte ista. Iterum dictus miles Schacko dixit: *Domini mei, magna res est, ad unius presbiteri vocem principes nostros et duas terras perdere posse. Nam incole in terra Fimbrie sunt regis Dacie sub prestito iuramento subditi et nostri inimici.* Dictus autem presbiter respondit: *Qui timet se, hic manet! Assignentur michi balistarii parati[c], et ego cum illis terram ingredi ausus sum*[11]. Ad quod verbum multi Holtzati dixerunt, quando hoc opus fuerit, non indigerent eo, neque eum antecedere debere. Interim quidam miles Paulus Breyde, capitaneus in Oldemborg, cum quodam nauta de Wismaria, nomine Tydeke Reeper, advenit. Qui nauta verbum dicti presbiteri confirmavit, addens quod in eadem hora fuisset in terra et vigiles recesserunt a custodia et de ipsorum adventu in terra Fimbrie nondum erat[d] rumor et quod navis sua adesset prope eos, de qua lumen vellet transeuntibus revelare. Et ita ante ortum diei maior pars excercitus venit ad siccum Fimbrie, ipsis in terra nescientibus. Mane autem facto et reperto, quod Holtzati adessent, omnes campane fuerunt in terra compulsate et apparebant habitatores terre in campo omnes equestres. Sagittarii Holtzacie adversus eos procedebant. Tandem nuncii intermittebantur, inter quos domnus Hermannus Buren, rector[e, 12] ecclesie parrochialis Borch[13], consiliarius dicti comitis Hinrici, et que pacis fuerant postulabant et se subdiderunt, et cum hoc sex milia marcarum exsolvere promiserunt. Capitaneus in castro Iwen Bruseke miles, qui priori die barcam de Travemundis in cistis, in quibus fuerant pixides et species[14] pro eis ac baliste et arma pro defensione sua, habuit, ut dicebatur, a proconsule Hinrico Rapesulver[15] et aliis Lubicensibus missam cum littera custodie, hic per totam noctem fecit duci ad castrum cerevisiam, brasium, farinam, avenam et ordeum. Ante quod castrum comes Hinricus et dux Hinricus tentoria figebant et per octo ebdomodas ante castrum illud, omni[f] die impugnando cum machinis et bombardis, iacuerunt. Lubicenses ante castrum habuerunt magnam navim, *holk* nomine vel *kogge*[g], in quam navim dictus Iwen Bruseke una nocte clam receptus fuit et ad terram Dacie missus pro velle suo[16]. Qui postmodum cum multis navibus reversus, castrum volens redimere, sed non poterat. Ad ultimum, quando non amplius habebant in victualibus, se et castrum tradiderunt[17].

1420. 42. Sequenti[h] anno[18] rex congregavit iterum[i] magnum excercitum navigio ad recipiendam dictam terram. Expedicionem fecit et quasi totam terram navibus circumdedit et prope insulam Vlugge[19] maiores naves collocavit, in quibus armati multi apparebant, et ibidem aliquamdiu dimicavit. Et subito[k] dimissis magnis navibus cum apparentibus[l] armigeris in parvis navibus, *snikken*[m], ad commune passagium properabant et illico, antequam omnes de terra congregari possent naves, exeundo, pluribus hincinde interfecti Dani siccam terram receperunt. Et postmodum equis adductis, quotquot invenerant masculini sexus, in ore gladii crudeliter occiderunt, aliquibus fugam capientibus ad ecclesias, presertim in opidum Borch. Extractis inde vestibusque exutis, in cimiterio lacrimabiliter ducendo[n] nudos ferociter necaverunt, sacra loca, ecclesias et cimiteria una cum sacramentis et sacrosancto corpore dominico, heu, heu! execrando, enormiter inaudita faciendo, violabant omnem

a) permaneret 2. b) *sic pro* daret. c) pirate 1. 3; pyratae 4; schütten und sebehanen d, *solus cod. Havn. recte omittit* und sebehanen. d) *sic pro* recessissent — esset. e) Burenkcor 3; Buren Klov 4; Buren, ein kerkhere d. f) omne 3. g) Rogge 3. 4. h) Septimo 3. 4. i) iterum congregavit 3. 4. k) subinde 3. 4. l) apparentibus 1. m) schnicken 2; sincken 3; pincken 4. n) dicendo 3.

7) hodie Grossenbrode. 8) i. e. der Fehmersund. 9) supplendum *aderat*. 11) sic pro *audebo* 12) Hermannus de Buren occurrit in chartis Bordesholmensibus annorum 1413, 1419, 1421 apud Westphalen II. p. 316. 329. 346. 13) Burg in Fehmarn. 14) *lot und krut* d. 15) Hinricus Rapsulver senator, a. 1408 Lubeca expulsus, a. 1416. Iul. 16. eo reversus est. 16) Iam a. 1417. Febr. 3. Ywaen Bryseke arbiter in iudicio Havniae occurrit. V. Danske Magazin V. p. 290 sq. et infra cap. 43. 17) Dec. 13, v. Rufum, Corner. 18) Non a. 1417, sed a. 1420. demum Ericus rex Fehmarn iterum expugnavit. Cfr. Rufum et Corner. 19) Flügge, hodie peninsula insulae Fehmarn.

terram, omnes domos spoliando et demum omnes domos et casalia tocius terre comburendo. Et neminem in ea permiserunt remanere, sed captivos ducentes omnes viros remanentes, mulieres, virgines et infantes. Ex quibus plures[a], proh dolor! propter inopiam peiores effecti: viri facti pirate, mulieres[b], virgines meretrices et adultere. Tanta inhumanitas a paganis et barbaris nullibi legitur, quanta in hac terra facta ab hiis qui christiani dici debent.

Hic Hinricus Holtzacie comes ultimus[20], quamvis debilis in membris suis fuerat, videlicet podagricus et artriticus[c], tamen utilis terre fuit. Dilexit cultum Dei et eciam patrueles suos, quamvis consiliarii utriusque partis aliquando aliter senciebant. Hic fecit eciam revocari[d] patruelem suum ducem Adolphum, qui missus fuerat ad borchgravium Nurembergensem[21], et ei in vita sua castra Segeberch et Rendesburg tradi fecit. Quem eciam plus aliis fratribus dilexit, estimans et considerans per hunc salutem patrie procurari. Nam de dicto Adolpho duce, dum adhuc puer erat, dicebatur, quod supradicta Margareta regina Dacie una dierum fecit ducis Gherardi filios impuberes ante se duci et seniori duci Hinrico dedit clenodium ad pileum suum, eciam duci Adolpho dedit consimile ad pileum. Quo viso, iuvenis pileum ad caput habere noluit. Fecit idem clenodium ad manicam[e] eius[f] alligari, quod cum manibus fricando ibidem sustinere noluit. Tandem retro illud fuit[g] affixum vestibus ipsius, tunc puer sedit dorsum ad scampnum sepius reprimendo. Quod supradicta regina videns dixit et forte prophetavit: *Tu eris inimicus magnus regni mei.*

Comes Hinricus, una dierum existens in monasterio Bordesholm, fuerat sibi relatum de quadam voce angelica, que ibidem inter psallentes in choro sepius ab aliquibus multum dulciter audiebatur. Quam vocem ut eciam audire posset, multum desiderando se ad ecclesiam duci fecit. Et cum[h] vovit, si Deus sibi hanc vocem audire permiserit, vellet dona sua monasterio pro sui et parentum suorum[i] memoria elargiri, et cum vocem hanc audiverat, reddidit vota sua et iudicium ville in Loop[22], pro perpetua memoria sua et parentum suorum, omni anno singulariter cum vigiliis et missis solempniter peragenda, memorato monasterio tradidit ad usum. Dictusque Hinricus post plurima sua bona opera non solum patrie et lucri temporalis, sed spiritualium personarum adletha fortis circa annum Domini millesimum quadringentesimum vicesimum primum obiit in pace et sepultus est in Idzehoe, se- 1421.
pulchro parentum suorum.

43. Ericus rex Dacie, qui ad longa tempora fuit inimicus Holtzacie, circa predictum tempus colligi fecit excercitum ad destruendam terram Altzen, sicut Fimbriam, et capitaneum constituit dictum Iwen Bruseken, magnum tirannum[23]. Et quando applicare volebant terre, dictus Iwen subito expiravit, et ventus validus naves hincinde disparsit. Et sepius Dani congregati fuerant ad hanc terram desolandam, sed semper dominus Deus pugnavit pro eis[24]. Nam inhabitantes terram Altzen voverunt omni anno ad sanctum cruorem in Wilsnacke[k, 25] mittere munera sua[l] et semel miserunt ibidem calicem unum, pensantem sexaginta marcas, et ipsi in terra sua[m] erexerunt unam cappellam in honorem sacresancti corporis Christi et sanguinis Christi, ad cuius cultum peragendum quilibet in terra illa omni anno dat dona sua.

Rex Ericus, percipiens Hamborgenses esse contra se, aliam viam vincendi terram Holtzacie, quam propria vi, excogitavit, qua Hamborgenses excluderet et civitates et principes sibi in auxilium convocaret. Et proponi querelas[n] fecit, quomodo comites Holtzacie contra iusticiam terram ducatus Sleszwiccensis, ad regnum Dacie pertinentem, possiderent. Hanc querelam proponi fecit in curia pape[o], et papa signavit et causam commisit, et reportabatur de curia Romana rescribenda conquesti illius[26]. Insuper in curia regis Romanorum et coram principibus et civitatibus et eciam Ditmarticis multas querelas deponi[p] fecit. Consules civitatum de Hensa Lubeke, Luneborgh, Wismar et Rostock cum Sundensibus fuerunt adiutores

a) *deest* 3. 4. b) *deest* 3. 4. c) *sic pro* arthriticus; arteticus 1. 2. d) revocare 2—4. e) manicas 2. f) *deest* 3. 4. g) fuit illud 3. 4. h) tunc 4. i) *deest* 2. k) Wilsmarke 3. 4. l) munera sua mittere 3. 4. m) terra terram suam 1—3. n) *correxi ex* querelis. o) prope 3; romana 4. p) proponi 3. 4.

20) i. e. ultimus, qui titulum comitis gessit. 21) Fridericus VI. burggravius, inde ab a. 1415, marchia Brandenburgensi in feudum recepta, Fridericus I. elector. 22) Loop, parochiae Nortorf. V. chartam donationis d. d. 1413. Mart. 25. apud Westphalen II. p. 315. 23) Hanc expeditionem in insulam Alsen posuit Hvitfeld I. p. 683 ad a. 1421. 24) sc. incolis terrae Alsen. 25) in occidentali parte terrae Priegnitz. 26) intellige: *rescriptum super querela illa.*

1421. regis[27], in tantum quod Luneborgenses una dierum publice interdicebant, neminem de civibus suis sub pena inhabitacionis eorum Holtzatos[a] contra regem adiuvare. Proconsul Lubicensis Iordanus Pleskow, qui prius a civibus expulsus et noviter per regem restitutus[28], in presencia domnorum[b] Heinrici comitis[29] et Hinrici ducis adolescentis et aliorum consiliariorum, videlicet Schackonis[c] de Rantzouwe etc.[d] qui fuerat pro parte ducis, in ecclesia Utinensi primo, ut moris est, inter consiliarios secrete, postmodum manifeste coram omnibus in ecclesia existentibus proposuit: *Rex Dacie, dominus meus gloriosus, scripsit et supplicavit nobis, consulibus civitatis Lubicensis, vestris dominis terre Holtzacie intimare pro parte sua, quod velint sibi restituere ducatum Sleszwiccensem, civitates et castra in eo existencia, que[e] vi olim principes Holtzacie e[f] regno Dacie rapuerunt et iniuste possederunt et vestri domini hodie possident minus iuste; et quod super hoc in iudicio coram imperatore velint respondere. Et dico vobis pro parte civitatum de Hensa, ex quo rex nichil aliud petit, nisi iusticiam, et si vestri domini sibi noluerint in iudicio de iusticia respondere neque restituere ablata[g], nos consules civitatum erimus iusticiam postulantis adiutores. Nolumus enim has guerras terra marique diucius sustinere.* Ad quê dictus domnus Schacko[h] miles respondit: *Scio, quod nostri domini ducatum Sleszwiccensem habent et possident iuste et quod pater eorum hereditario iure ducatum eis reliquit, et super bonis paternis, in possessione habitis, estimo dominos nostros cogi in iudicio respondere non posse.* Isto modo, quod rex Dacie solum peciit iusticiam et Holtzacie principes iniustos possessores ducatus fuisse et esse[i], attraxit multos principes, civitates et terras in partem suam.

Nam ipse confederavit se cum Ditmarticis, quos ad se vocavit. Et maioribus terre large[k] munera dedit, sciphos[l], vasa, clenodia, coclearea aurea et argentea, necnon aliquibus dedit vestes, tunicas et togas vario[m] subductas. Et uni de capitaneis, Hibbeken Hanse[30], dedit unam navim prepetem[n], proprie *snicken*, cum omnibus correquisitis. Qui scripserunt Hinrico duci adolescenti et fratribus suis, quod supplicarent[o] pro parte regis, quod ducatum et castrum Gottorpe, quod iniuste retineret, restitueret et, nisi sic faceret, oporteret eos regis fieri adiutores. Tunc dux Henricus una cum fratribus unum specialem suorum consiliariorum ad se accersiri fecit, rogans ut terram Ditmarcie intrare vellet et que pacis essent tractare inter eos. Qui intrans Ditmarticorum terram, illis se adiunxit quos scivit[p] tenere partem aliqualiter Holtzatorum, et qui regis munera nondum receperunt. Quibus ad libitum habitis, manifeste coram omnibus maioribus de terra negocium sibi iniunctum expedivit. Ex quibus aliqui ita simplices erant, quod huic legato in manifesto audebant replicare, dicentes domnum regem ius habere. Et si ducatus aliquando fuisset concessus uni ex dominis Holtzacie, ymmo deberet restitui, adducentes exemplum: *Si vobis concessimus equum, numquid vobis dedimus eum? Nonne reportare deberetis?* Qui quidem legatus exposuit eis, rem aliter se habere et non esse simile de equo commodato et de ducatu concesso in pheudum. Tandem ipsi finaliter responderunt, quod rex omne ius suum, an restitui deberet ducatus vel[q] non, deposuit apud eos, et fuit eis replicatum, quod domni duces eciam ius suum penes eos statuere deberent. Ideo legatus, reversus ad domnos duces et procurans litteram[r] ipsorum, quod omnes principes vicini, civitates, terre et specialiter ipsi Ditmartici cum ipsis deberent esse iudices domnorum[s] ducum predictorum. Et copiam huius littere[t] Ditmartici regi destinabant, addentes suo scripto, ex quo domni duces essent proni in iudicio respondere, ipsi Ditmartici eis inimicari salvo honore non possent. Et sic Domino dante, cessavit illa tempestas, quam rex speravit movere Holtzatis per Ditmarticos[u].

44. Rex Ericus, a concepto proposito suo non recedens, conquestus fuit per ambasiatores suos domno Sigismundo regi Romanorum ac Ungarie contra principes Sleszwiccenses et Holtzacie comites, non nominando eos aliquando in litteris duces, sed comites, quo-

a) Holtzatis 3. 4. b) Danorum 3. 4. c) *correxi ex* Schackone 1—4. d) *deest* 3. 4. e) *correxi ex* quam *codd.* f) et 1. 2. g) oblata 1. h) Schacke 3. 4. i) *supplendum* praetendit. k) larga 4. l) ciphos 1. m) varie 2. n) perpetem 1. 3. 4. o) qui supplicium 3. 4. p) sciunt 3. 4. q) ultra 3. 4. r) literas 2. s) Danorum 3. 4. t) epistolae 2. u) etc. *addunt* 3. 4.

27) Hoc ad foedus a. 1417 respicere videtur, v. supra c. 36 not. 66. 28) Iordanus Pleskow cum aliis senatoribus a. 1408 Lubeca expulsus, a. 1416 eo reversus est. 29) Ergo haec gesta sunt ante d. Febr. 10. a. 1421, quem diem Heinricus comes supremum obiit. 30) Hebbeken Hanses Tilenborch ab Heinrico comite obsessum liberavit. V. Ditmars. U. B. p. 38 et supra c. 40. not. 3.

modo aliquamdiu violenter[a] possiderent partem regni sui, ducatum Sleszwiccensem. Rex Romanorum vero remisit cum plena potestate quendam ducem de Slesia, dictum Rompholt[31], ad tractandum inter[b] regem Dacie et domnos duces Sleszwiccenses. Qui dux, missus ab imperatore, ad tantum[c] practicavit verbis dolosis, quod domni duces super iure ducatus Sleszwiccensis arbitrabantur in imperatorem, videlicet quod ipse cum principibus imperii deberet esse iudex in causa prenarrata. Duces et eorum consiliarii estimabant per principes imperii intelligi debere principes electores imperii, de quibus ipsi bene confidebant. Sed res aliter gesta fuit, prout postea dicitur. Fuit in hoc arbitrio tempus prefixum et locus. Tempore adveniente, dux Hinricus aggressus fuit locum in terra Bohemie, ubi tunc[d] cum magno periculo fuit eundum, eo[e] quod Bohemi[f] heretici erant et christianorum inimici Ipse vero dux, veniens ad locum in prefixo sibi termino, neminem neque iudicem, neque partem adversam invenit, protestatus de hoc rediit ad patriam suam[32]. Expost rex Ungarie 1424.
misit quendam doctorem in iure canonico[33] ad duces Sleszwiccenses, habentem in mandato[g], si aliqua haberent documenta super ducatum, quod illa producerent in Vlenszborg ad videndum et transumendum ea. Duces responderunt tali legato, quod eorum privilegia in Sleszwiig libenter vellent exhibere et facere transsumi, sed propter pericula ad civitatem Flenszborg, quam rex eorum inimicus possiderat, ferre vel portare non possent[h,34]. Doctor autem iste et legatus imperatoris, receptis attestacionibus regis, reversus est viam suam. Exinde rex Ungarie, qui fuerat imperator, fecit domnos duces citari coram se ad audiendam[i] sentenciam in certo termino et ad locum multum[k] remote[l], ad Ungariam in civitatem Oven. Duces vero congregaverunt[m] consiliarios suos in Fyrt Bornehovede[35], consulere volentes quid in tam arduo negocio faciendum. Ubi Iohannes Schele episcopus Lubicensis[36] aderat, qui prius personaliter imperatorem super hoc negocio visitaverat, cuius verba domnis ducibus referens[n], videlicet quod ipse imperator nollet esse pronus ad exheredandum iuvenes principes duces, sed pocius congrueret[o] sibi laborare pro unione pacis et ad placandum domnum regem Dacie et intercedendum pro eis. Quibus verbis imperatoris duces Sleszwiccenses confidentes, ad comparendum[p] coram ipso erant proniores. Quidam vero notabilis consiliarius, quasi non vocatus, eciam ad illud consilium apud Bornehovede congregatum accessit et ipsis domnis[q] ducibus, stantibus cum tribus summis consiliariis, militibus Schackone Rantzouwen, Iohanne Staken et Laurencio Heesten, aggressus ad eos dixit: *Domini, audivi vos esse de novo citatos in Ungariam coram imperatore respondere in arbitrio per regem Dacie et vos super ducatu facto, rogo audiri verba mea. Domini mei, vos arbitrati fuistis ad certum locum, in certo loco respondere, ubi vos, domne dux Henrice, comparuistis, et iudex et pars adversa illac non aderant. Sufficit vobis, videre*[r] *meo; satisfecistis arbitrio; nisi eciam lacius arbitrati estis, ad locum*[s]*, quem nunc citati estis, ire et comparere non tenemini, neque in regem Ungarie vel imperatorem, ut in iudicem, consentire*[t] *propter causas. Primo ad hunc locum non habetis tutum accessum propter Bohemos christianorum inimicos, apud quorum terram oportet prope transire. Item audivi veridice, quod principes Almanie habent privilegium, si aliquando eis causa movebitur, quod extra Almaniam coram imperatore vel eius delegato non tenentur respondere. Et huius privilegii conservator est comes de Swartzborg*[u]*. Insuper rex Ungarie et rex Dacie sunt simul in secundo gradu consanguinitatis alligati, quia mater regis Ungarie et pater regis Dacie fuerunt soror et frater*[37]*. Et hec est legittima causa declinare iudicem. Unde si placeret dictum meum, vobis consulerem, quod ad papam appellaretis, quia estimo causam huiusmodi papam acceptare.* Quibus verbis suis

a) *deest* 3. b) in 1—4. c) tantam 1. d) tum 3. 4. e) et 3 4. f) Bohemiae 3. 4. g) mandatis 2. h) posent 1. i) videndam 3. 4. k) multo 3. 4. l) *sic pro* remotum. m) *correxi e* congregantes 1—4. n) *sic. pro* retulit. o) congruetur 1; congrueretur 2. p) comparandum 1. q) Danis 3. r) videro 3; videri 6. s) *supplendum* ad. t) consitere 3; consistere 4. u) Swartzemborg 1; Swartzenborg 3. 4.

31) Rompholt agnomen fuit Heinrici X. Glogaviensis ducis. 32) Huius placiti a. 1423 certe adscribendi nulla alias fit mentio. Cognoscimus autem protestationem Heinrici ducis eo motam quod Ludovicus de Cataneis condicta die, sc. a. 1424. Mai. 10. Sleswici se non praesentasset. V. Langebek VII. p. 362. 367. 33) Ludovicus de Cataneis a. 1424. Febr. 8. electus est commissarius et duces in diem 14. Aprilis Flensburgum citavit. V. Langebek VII. p. 265. 303. 385. 34) Cfr. ibid. p. 307. 35) *In campo Vyrto dicto, sito in parrochia Bornhovede* ibid. p. 384. Hic conventus habitus est a. 1424. Mai. 14. ibid. p. 383 sq. et Dahlmann, Gesch. v. Dännemark III. p. 115 sq. 36) Iohannes VII. episcopus a. 1420—1439. 37) Pater Wartislavi VII. Pomêraniae ducis, cuius filius fuit Ericus rex, et Elisabethae uxoris Karoli IV. imperatoris fuit Bogislaus V

1424. propositis, nullus sibi super hoc unum verbum respondebat. Dictus autem Henricus dux senior pro se et fratribus suis cum domno Iohanne Schelen Lubicensi episcopo ac Nicolao Sachow, tunc canonico, postmodum autem dicte ecclesie eciam electo et confirmato episcopo[38], ad regem Romanorum in civitate[a] Owen, in regno Ungarie sitam[39], se transtulit, responsurus, verisimiliter estimans bono zelo clemenciam dicti regis Romanorum intervenire, et non ferri contra se aliquam sentenciam secundum promissa dicti regis formidavit. Erico regi Dacie eciam ibidem existente, proch dolor! respectus munerum et consanguinitatis inter eosdem reges attinencia[40] excecabat, si phas dici est, dicti Sigismundi, regis Romanorum et Ungarie, iusticie et equitatis obtutum, et sine aliquali audiencia[b] legittima, non assumptis principibus imperii, sicut in arbitrio cautum fuit, sed aliquibus baronibus regni Ungarie, sedens pro tribunali, contra duces Sleszwiccenses sentenciam tulit iniustam et iniquam, videlicet quod Henricus, Adolphus et Gherardus, dicti comites Holtzacie, ducatum Sleszwiccensem minus iuste possiderent et ad restituendum regi Dacie condempnavit[41].

45. Post latam sentenciam rex Romanorum, se interponere volens pro parte regis Dacie in vim concordie et amicicie, dicto Henrico duci et suis fratribus magnam summam pecuniarum, videlicet tricentena milia florenorum ac terram unam, videlicet Lalande, pro evacuacione possessionis prebuit sibi solvi. Que omnia dictus Hinricus dux rennuens, ab iniqua, iniusta et de iure nulla sentencia ad curiam Romanam et ad Martini pape quinti sedem apostolicam appellavit[42]. Qua dicto[c] regi insinuata et in curia Romana per antedictum domnum venerabilem Nicolaum Sachouw, procuratorem constitutum generalem[43], ymmo domnorum ducum Sleszwiccensium orphanorum et tocius Holtzacie patrie adamatorem, realiter prosecuta, domnus papa Martinus quintus in vim dicte appellacionis dictos Hinricum, Adolphum et Gherardum duces Sleszwiccenses duxit reponendos. Et hac reposicione ad partes Holtzacie reproducta et hincinde apud principes, civitates et eciam Ditmarticis[d] insinuata[44], causa de novo Coloniensi archiepiscopo, domno Theoderico de Mortze[45], audienda et terminanda a dicta sede apostolica fuit recommissa et sine ulteriori processu[e] mansit.

Ita et civitates de Hensa Lubeke, Luneborg, Wismaria, Sundis, Rostock etc., percepta fraude regum et dominorum predictorum, contra regem Dacie se cum dictis ducibus colligabant ac regi Dacie facti inimici, ex parte omnium civitatum de Hensa litteras diffidacionis emiserunt[46]. Nam sepedictus rex Ericus castrum Gottorpe obsidens[f] cum magna potencia sui excercitus, ante portas eius aliud castrum in monte Hesteberg, cum fossatis profundis et palis longis circumamictum, pro muro collocavit, in quo castro posuit quasi tocius regni Dacie potentum virorum copiam, ad custodiendum dictum novum castrum[47] atque ad impugnandum castrum Gottorppe et civitatem Sleszwiccensem. Eciam palis strictissime coniunctis dux Henricus hanc civitatem pro muro munivit et eciam profundissimis fossis, accurata aliquali parte de civitate, firmissime circumdedit, ita quod rex eam vincere, sicut prius fecerat, non potuerat aliquo modo, eciam in civitate positis armigeris multis, et eciam balistariis a civitate Hamborgensi illac missis pro tutela. Et hoc castrum regis novum firmissimum fuit et invincibile. Sed Deus, qui semper Holtzatos protegebat, quando nulla spes aderat, eciam pro ista vice eos adiuvit. Nam civitates de Hensa, prout superius narratum est[48], qui prius confederati[g] cum rege contra duces fuerant, nunc pro ducibus partem illorum tenentes, regi[h] et suorum facti[i] inimici. Et litteris diffidacionis illorum visis, Dani, dimisso castro et omnibus ante et in[k] castro habitis, eciam pixide, bombarda[l] et machinis,

a) *legendum* civitatem. b) attinentia 2. c) dicta 4. d) Dithmarticos 3. 4. e) fine ulteriori processu 1. 2. f) obsidens *supplevimus*; hadde belegert d. g) *legendum* que — confederate — facte. h) *leg.* regis. i) *supplendum* sunt. k) et in *desunt* 3. 4. l) bombardo 3. 4.

38) sc. a. 1439. 39) A. 1424. Iun. 23. Heinricus iam Budae commoratus est. 40) *attinencia* i. e. respectus. 41) a. 1424. Iun. 28. 42) a. 1424. Iul. 3. 43) a. 1424. Sept. 17. 44) Martini V. papae epistolas ducibus Sleswicensibus, Daniae regi, archiepiscopo Bremensi, civitatibus Lubecensi, Luneburgensi, Wismariensi datas v. apud Langebek VII, p. 453—455. 45) Dietericus II, comes de Mörs, archiepiscopus Coloniensis a. 1414—1463. 46) A. 1426. Mai. 3. civitates foedus contra regem fecerunt. Cfr. Detmar., Rufum, Corner. 47) Munitio quae vulgariter *bolwerk* dicebatur a. 1426. Iul. 21. ab Erico rege coepta est aedificari. V. Detmar., Corner. p. 1270. 48) sc. cap. 36. not. 66. et cap. 43. not. 28.

a civitate Sleszwiccensi et castro Gottorppe fugientes, in civitatem Vlensborgh revenerunt et exinde castrum et civitatem semper forcius munierunt.

Tunc vero consules civitatum, facti inimici regis et suorum, adiuvare volentes domnum Henricum ducem Sleszwiccensem, civitatem Flenszborg, eam impugnando, obsidebant. Ubi aliquamdiu obsidentes, tandem in vigilia ascensionis Domini in nocte, dyabolo Mai. 28. inspirante, stipendarii civitatum rumorem facientes, dux Henricus ad castrum improvise accessit, suos defendere et adiuvare volens, nesciens quid factum fuerat, a Danis in fossato sepius vulneratus, sicut Deo placuit, alter Machabeus, fortis et virilis spiritum emisit. Hic Hinricus dux, adhuc adolescens[a], vir triginta annorum in obitu, multa commendabilia peregit. Nam castus, verecundus, super modum fuit sobrius, eciam ad tantum quod ad plenos haustus non bibebat neque a subditis fieri sinebat. In dandis muneribus ac in mensa sua erga hospites largus fuit valde supra modum, magnus iusticiarius[49], adeo quod consiliarios suos rogabat, nichil sibi contra honorem et iusticiam consuli debere; et quicquit promiserat vel progenitores sui sigillabant, omnino servare volebat. Virginem de domo Brunszwiccensi in matrimonium sibi fecit copulari. Que, audita morte eius, noluit amplius alicui desponsari, sed vidua manens ob amorem tam nobilis principis, usque ad obitum suum in virginitate permansit[50]. Multa alia bona sibi a Deo omnipotenti collata erant, quibus in cumulo brevi tempore usus fuit. Et anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo omni 1427. laude dignus migravit a seculo et in sepulchro patrum suorum in Idzeho est sepultus.

46. Isto duce Hinrico mortuo, omnes de civitatibus ibidem existentes navigio recesserunt. Ac super omnia volentes mercatores[b] et navigantes per mare Balticum securos servare, simul convenerunt cum navibus multis magnis valde. Et in portum maris ante castrum Kopenhaven et ibi prope cum manu forti convenerunt[51], ac rex Dacie et sui, tunc habentes naves eciam magnas, de castro Helsingborg[c] et Kopenhaven exeuntes et pro principe exercitus habentes ducem de Wolgast, excercitui civitatum obviando. Tunc pro parte consulum civitatum capitanei fuerunt Henricus Hoyer proconsul Hamburgensis ac Tydeman Steen proconsul Lubicensis. Qui duo proconsules videntes Danorum exercitum appropinquare, concluserunt[d] inter se Danos expugnare velle. Tunc Henricus Hoyer proconsul Hamburgensis animosior ad prelium exercitum Danorum accessit cum navibus suis, et cum Danis diu pugnando, a[e] proconsule Lubicensi et aliarum civitatum nullum habens subsidium, ipse Hinricus cum suis victus fuit et captus. Et ceteri capitanei civitatum videntes Danos victores, terga verterunt et cum magna verecundia redierunt ad sua. Propter quam fugam civitatum et Danorum victoriam Dani navigando mare ubique locorum possidebant, et mercatores[f] de Livonia, Prutzia et alios quoscunque, cum mercimoniis[g] copiosis et triginta magnis navibus advenientes de Flandria et Bayen[52], una die spoliantes captivabant. Quapropter commune civitatum predictarum, estimans suos consules regis Danorum fautores, proconsulem Lubicensem Tydeman Steen, eo[h] quod proconsulem Hamborgensem in bello contra Danos non iuvabat, incarcerari procurabat. Ac[i] eundem tamquam forefactorem ad iudicium vinctum duci et sentenciam ad mortem postulabat. A qua sentencia, lata contra eum, ad sedem consulum in pretorium[k] appellabat[l] et sic, propter appellacionem interpositam reductus ad carcerem, consules de hoc maturius deliberare volentes, aliquamdiu[53] incarceratus[m] remansit. Tamen postmodum gracia sibi facta propter domni Iohannis Schelen episcopi Lubicensis et Bartoldi Riiken eiusdem ecclesie prepositi rogatum, a carcere reductus[54], in propriam domum redire et ab ea non exire[n] ad tempus vite sue mansit inclusus. Commune Hamborgense[o] Iohannem Cleetzen consulem, qui tempore obitus Hinrici ducis Sleszwiccensis ante Flenszborg capitaneus erat, eo quod cum aliis ab obsidione civitatis eiusdem discesserat[p] et mandatum sibi iniunctum, scilicet omnino

a) adolescens adhuc 3. 4. b) marcatores 1. c) *recepi ex* d; Heyszlingborg 1. 2; Heysliungborch 3. 4. d) consuluerunt 4. e) ac 3. 4. f) marcatores 1. g) marcimoijs 1. h) et 2—4. i) at 3. 4. k) *legendum* in pretorio. l) A qua — appellabat *desunt* 3. 4. m) incarseratus 1. n) *supplendum* iussus; by dem beschede d. o) communem Hamburgensem 2. p) discesserint 2.

49) i. e. amicus iustitiae. 50) fortasse Elisabetha, filia Ottonis Coclitis ducis Brunswicensis, qui innupta exstitit et cuius pater aliis liberis caruisse videtur. 51) A. 1427. Iul. 22. classis Hanseatica in Noresund pervenit. Cfr. prolixiorem narrationem Detmari, Corneri p. 1281, Rufi. 52) *Die Baye* est sinus oceani qui dicitur Biscayicus. 53) *boven dre iar* Detmarus et Rufus. 54) A. 1430. Nov. 10. Tidemannus Steen ex carcere domum suam dimissus est. Cfr. Corner. p. 1299.

manere apud principes Holtzacie, minime custodivit, reversum in Hamborg et incarcerari et decapitari[55] procurabat. Commune Wismariense eciam unum proconsulem Banskow et alium consulem, eo quod confederassent se cum rege Dacie ipsis nescientibus, capite truncari mandabant[56].

Hiis peractis, iterum consules predictarum civitatum de iussu communitatis[a] ad mare
1428. navigio sequenti anno[57], assumpto Gherardo duce Sleszwiccensi cum aliquibus Holtzatis in capitaneum, ante portum Kopenhaven, ipsum portum obstruendo, devenerunt et in eo multas naves onustas calce et lapidibus submerserunt. Sed tamen portus non poterat totaliter obstrui et ita pro illa vice abinde reversi sunt ad sua, multis laboribus et expensis inutiliter factis, nichil lucri reportantes, spe sua frustrati, verisimiliter presumentes, portum nautarum ante castrum Kopenhaven posse obstrui, et consimiliter novum castrum Helsinghoer, per regem constructum ad extorquendum theolonium[b] insolitum[c] a nautis per passagium maris Baltici ad oceanum, destrui totis viribus inhiantes. Et hec dicitur fuisse causa principalis, quare consules civitatum ex inductione civium suorum cum principibus[d] Holtzacie insurrexerunt contra regem Dacie supradictum, scilicet velle et posse tam in terra quam mari[e] libertatem suam conservari et pocius habere velle duces et comites apud se vicinos, quam regem Dacie[f], nimis prepotentem et privilegia eorum auferentem. Et hec causa non solum pro ista vice civitatenses prenominatos cum principibus Holtzacie colligabat, sed eciam ante longa tempora idem fecerat et adhuc faciet sine fallo. Nam optime sciunt Lubicenses, si porta Holtzacie eis fuerit tam in mari quam in terra clausa, quod male starent, et quod terram predictam habent sicut proprium allodium suum, quo destructo, et civitas illorum procul dubio non diu stare posset etc.[g]

a) comitatis 3. 4. b) telonium 2—4. c) inusitatum 2. d) principibus terrae 2. e) in mari quam terra 2. f) supradictum — Dacie *desunt* 3. 4. g) etc. *deest* 3. 4.

55) a. 1428. Ian. 17. V. Hamburg. Chroniken p. 12. 407; secundum Detmarum et Cornerum p. 1283. Ian. 24. 56) Iohannes Banskow et Hinricus van Haren a. 1427. Dec. 7. decollati sunt. Cfr. Detmarum, Cornerum et imprimis Reckeman, Lübische Chronik. 57) Classis a. 1428. Mart. 28. mare intravit. V Detmarum, Cornerum p. 1287.

# GESTA ABBATUM LOBBIENSIUM

## EDENTE WILHELMO ARNDT.

*Folcuinum, qui primordia coenobii Lobbiensis descripsit, excipit continuatio, quae varia abbatum gesta inde ab saeculo decimo vergente usque ad annum* 1159 *nobis repraesentat. Quum autem temporum ingratia monasterium illud olim celeberrimum nunc prorsus dirutum exstet, ita ut nil nisi parvula crypta valde antiqua, una cum sepulcris beatorum Ursmari Erminique visitantem occupet, etiam de bibliotheca tabularioque ubivis dispersis in loco natali, ut ita dicam, nil invenitur. Nec melior fortuna sodalem nuper defunctum, Ludovicum Bethmann b. m., nec me arrisit, perscrutantes in bibliothecis Belgicis ut detegeremus antiquum quendam codicem Folcuini. Qua re coactus in Gestis edendis refugi ad subsidia iam olim a Pertzio v. cl. ad textum Folcuini emendandum adhibita. Sunt autem haec:*

1) *Inter Bollandistarum apparatum, nunc in bibliotheca Burgundica Bruxellensi sub numeris* 7814—7822 *asservatum* [1], *exstat copia Folcuini continuationisque, quam ex codice Lobbiensi quodam olim esse desumptam non ambigo. Textus, quamvis a scriba negligenti, nec modum scribendi nec integritatem verborum valde curanti, exaratus, tamen novae editioni subsidium praestitit saluberrimum. Quum vero ex hac sola recensione non esset medela perfecta capienda, nobis valde gratulamur, quod*

2) *Heribertus Rosweyde, olim societati Iesu adscriptus, codicem Tornacensem huius religionis nactus, in copia supra laudata religiose adnotaverit lectiones varias, sive eas addendo in margine cum sigla* T, *sive eas supra lineam indicando. Ipse quoque in apographi fronte haec scripsit:* Collatum cum exemplari manuscripto quod est Tornaci in collegio societatis Iesu. Fuerat olim Iohannis de Blaseke consiliarii Mechliniensis et pertinuerat ad monasterium beatae Mariae de Nazareth in p . . . . . Morinensis dioecesis. *Ego autem a reverendo viro Remigio de Buck Bollandista de Heriberti Rosweyde manu certior factus, non dubitavi, quin huic adtribuerem pene omnem variarum lectionum apparatum, praesertim quum atramentum librarii pallidius differat satius a fusciori correctoris.*

*His exploratis non curavi copiam Atrebatensem* [2], *eundem ac* 1 *repraesentantem textum, nec Ambianensem* [3], *quae aeque ex codice Tornacensi exscripta esse videtur, sed egi ut codicem Bruxellensem iam a Waitzio collatum quam accuratissime relegerem et nil mutando restituerem eum litteris.*

*Sine dubio auctor monachus erat Lobbiensis, qui monasterii muros raro admodum relinquens, nobis gesta abbatum, varios ecclesiae suae casus, res domesticas quoque repraesentans, de his quae foris agebantur prorsus tacet aut ex rumoribus pauca tantum affert. Secutus est autem praecipue annales Lau-*

1) V. Archiv VIII, 505 sq. 2) V. Archiv VIII, 403. 3) ibid. p. 398.

*bienses, eorum verbis saepius retentis velut membris suae narrationis superstruxit corpus, consuluit diplomata in archivis ecclesiae asservata, adhibuit Sigebertum de scriptoribus ecclesiasticis disputantem aeque ac chartas Leodiensibus ab imperatoribus datas*[4]. *Scripsit autem anno* 1162, *ut ipse (cap.* 17) *testatur his verbis:* Cuius successionis *(scilicet de Hestruz)* heres ultimus nunc temporis est, qui est annus incarnationis dominicae 1162.

*In animo prius habebam hic repetere tria illa chronica Lobbiensia, quae vicarius Lobbiensis Vos in sua monasterii historia primus luci dedit*[5]. *Qui hanc ob rem a cl. v. Carolo Piot tabulario Bruxellensi aditus, rescripsit se iam chronica laudata quam perfectissime edidisse, nec opus esse iterum codicem inspicere. Mense Octobri autem praecedenti me ipsum Lobbias profectum vanis promissis detinuit, nec nomen possessoris revelavit, nec postea in fide stans prorsus tacuit, utrum nactus sit codicem an non. Mittamus ergo vicarii Lobbiensis exemplum sine exemplo, nunquam hucusque in clero Belgico usitatum, mittamus etiam chronica illa, non obstante quod tertium in fine codicis Bruxellensis supra laudati offendatur et cum hoc a me collatum expertum sit medelas multas, quas vicarius noster aut neglexit aut non intellexit.*

*Sic quidem opus dabo, ad partem iam a Dacherio*[6] *editum, qui textum prioris partis integrum, posterioris non nisi ex quadam recensione recentiori valde decurtatum habebat. Capitum divisionem ex operis structura constitui.*

*Dabam Bruxellis d.* 9. *m. Martii a.* 1868.

*W. ARNDT.*

cf. Ann. Laub. a. 972. 1. Immunitatem ecclesiae nostrae, suggerente domno episcopo Nothgero[7], ab Othone imperatore de nomine secundo innovari[8] primum, postea eodem episcopo agente, a Iohanne papa autoritate apostolica confirmari obtinuit abbas Fulcuinus[9]. Ex quo enim Franco, de abbate Lobiensi in episcopum Tungrensem vel Leodiensem promotus, a rege Arnulpho 889. Nov. 15. abbatiam episcopatui suo obtinuit[a. 10], sub episcopis usque ad Evracrum succedentibus, res nostrae per prepositos et decanos, quoscunque episcopi ordinassent, agebantur[11]. Per Nothgerum 972. † 1008. autem eiusdem[b] Evracri successorem nobis concessum, et a prefato Iohanne papa confirmatum est, ut sicut ab initio usque ad Franconem, ita deinceps abbatem habere deberemus, sic tamen ut potestatem, quam in ipsa ecclesia usque ad Arnulphum regem reges habuerant[c], Leodienses episcopi regali concessione sibi retinerent, videlicet abbatem, quem congregatio libere sibi elegisset, ipsum preficerent, advocatum quoque secundum eligentium votum ecclesiae constituerent. De caetero pro collato sibi ex loco eodem honore, eiusdem loci abbatem in sua, id est[d] Leodiensi ecclesia, vicarium haberent, et Lobiensem ecclesiam inter caeteras totius episcopatus ecclesias, post matricem prime sedis ecclesiam primatum pre omnibus habere concederent. Servantur in arcis[e] ecclesiae autoritatis huius privilegia. Et illud quidem quod papae Iohannis habet sigillum, quia papiro fuit conscriptum, pre vetustate pene oblitteratum; sed ipsum sicut aliud quod ab Othone secundo fuit confirmatum, succedente tempore renovatum est. Instituit etiam[f] idem Fulcuinus, et

a) acquisivit 2. b) *add.* episcopi 2. c) habuerat 1; habuerant 2. d) iidem 2. e) archis 2. f) illud *erasum* 1.

4) ut vel in notis vel in margine editionis adnotabo. 5) Lobbes, son abbaye et son chapitre. Louvain 1865. 2 vol. 8°. Chronica in appendice primi voluminis inveniuntur. 6) Spicil. VI, 589 sqq. (ed. nov. II, 759 sqq.). Quae editio repetita est apud Bouquet XIV, 412—423. 7) Leodiensi. 972. Apr. 23. — 1008. Apr. 10. 8) Cf. diploma imperatoris a. 973 datum apud Miraeum III, 296 et I. Vos, Lobbes, son abbaye et son chapitre, Louvain 1865. T. I. p. 431; cf. Stumpf Reichskanzler n. 601. 9) Cf. Ann. Laub. (SS. IV, 15) ad a. 972: *Immunitas ecclesiae nostrae ab Ottone II. renovatur, et anno sequenti ab Iohanne papa confirmatur.* 10) Chartam exhibet Vos l. c. p. 426 sqq., cf. Ann. Laub. ad a. 890: *Franco abbas Lobiensium in episcopum Leodiensem translatus acquisivit episcopatui abbatiam Lobiensem.* 11) Cf. Gesta abb. Gemblac. SS. VIII, 531.

data in violatores maledictione, pietatis intuitu decrevit — sicut hactenus servatur — ut quotidie tres pauperes cibo et potu reficerentur, et ut annis singulis ab eleemosinario aliquanti etiam pauperes vestirentur. Recensuit quantum librorum in armario, quantum ornatuum in ecclesia ordinationis suae tempore invenerit[a], et quantum addiderit scripto etiam posteris reliquit. Obiit Fulcuinus[b] anno dominicae incarnationis 990, sepultus in ecclesia 990. Sept. 16. beati Ursmari, ad aquilonarem eiusdem ecclesiae partem[12] secus Ratherium episcopum[13]. Gesta etiam abbatum huius caenobii usque ad se ipsum annotare et plura legentibus utilia interserere curavit. Miracula quoque beati Ursmari, quae suis maxime fuere[c] temporibus, descripsit[14], ubi et studia liberalium artium et religionis cultum hisdem temporibus plurimum viguisse legentibus manifestum est.

2. Post hunc Herigerus[15] substitutus est, cuius virtutum dotes perscribere[d] superfluum 990. puto, cum apud exteros etiam et vita et scientia clarus extitit. In tantum enim predicto venerabili episcopo Nothgero charus et familiaris fuit, ut non solum in domesticis vel ecclesiasticis rebus, sed in palatinis quoque negotiis, quorum tunc temporis precipuus erat executor[16], idem episcopus inter primos eum[e] semper habuerit; nec in Lotharingia solum, sed et in Italia, ubi Othoni secundo[17] adhuc puero regnum preparabat, eius obsequiis et consiliis usus fuerit. Postquam vero abbas ordinatus est, construxit hoc oratorium ad occidentalem ecclesiae plagam in honore sancti Benedicti, quod ab eodem Nothgero episcopo dedicari fecit, et unde obsonium competens fratribus in die translationis eiusdem beati Benedicti omni in posterum tempore procuraretur, eiusdem episcopi autoritate assignavit. Ornatum ecclesiasticum, cum adhuc monachus episcopali curiae deserviret, et cum factus esset abbas, quantum adauxit, ipse quoque[f] annotare litteris curavit. Scripsit[18] gesta pontificum Leodiensium[19]. Scripsit metrico stilo vitam sancti Ursmari[20]. Scripsit ad Hugonem epistolam[g] de quibusdam questionibus[21], et alia quedam[h] que composuit, sed non[i] exposuit. Scripsit sub sua et Adelboldi[k] persona Leodiensis clerici, postea Ultraiectensis episcopi[22], dialogum de dissonantia ecclesiae[23], de adventu Domini[24]. Congessit etiam contra Rathertum[25] multa catholicorum patrum scripta de corpore et sanguine Domini[26]. Obiit in senectute bona, anno dominicae incarnationis 1007 pridie Calendas Novembris, sepultusque 1007. est ante altare sancti Thomae apostoli in ecclesia sancti Ursmari, quod quidem altare[l], Oct. 31. quod in die eiusdem apostoli ordinatus esset abbas, eidem apostolo ipse[m] construxerat. In honore etiam eius duas antiphonas scilicet[n]: *O Thoma Didime*[o] et *O Thoma apostole* composuisse dicitur, et hymnum de sancta Maria virgine: *Ave perquam*, et quaedam alia. Fuere qui dixerint, frigoreticos ad eius tumulum sanatos; nos sicut de vitae illius sanctitate non discredimus, ita et de sanctitatis remuneratione coram sancto sanctorum illum gaudere non ambigimus.

3. Ordinatur post hunc Ingobrandus. Quo tempore Olbertus[p], nostrae congregationis monachus, Burcardo Leodiensi canonico, postea Wormaciensi episcopo, a Baldrico[27] Leodiensi episcopo[q], magisterii[r] gratia conceditur[28]. Quem Burcardum cum idem Olbertus[p]

a) invenit 1. b) *add.* abbas 2. c) floruere 2. d) describere 2. e) *deest* 2. f) etiam 2. g) epistolam *deest* 1. h) *deest* 2. i) c. nec exp. 2; sed in lucem non emisit *Bouquet*. k) Aelboni 1. l) quod pro eo 2. m) *deest* 1. n) *deest* 1. o) Dydime 2. p) Obbertus 1. q) *deest* 2. r) magisterium 2.

12) Sepulchri titulum requiras apud Martène Coll. IX, 964 et SS. IV, 54. 13) Veronensem et Leodiensem. Defunctus est a. 974. Apr. 25. De die mortis cf. Vogel, Rather von Verona I, 434. 14) Acta Sanctorum Apr. II, 563. 15) Cf. de Herigero Koepkium copiose in praefatione ad Gesta epp. Leod. SS. VII, 136 sqq. disputantem. Secundum Ann. Laub. a. 990 natali Domini substitutus est abbas, sed paulo infra eum die S. Thomae apostoli (Dec. 21.) ordinatum fuisse traditur. 16) Cf. diploma Ottonis III. apud Chapeaville, Gesta pontif. Tungr. etc. I, 211: *quomodo adiit celsitudinem nostram fidelitatis nostrae promptissimus exequutor Notkerus Tungrensis seu Leodiensis ecclesiae venerabilis episcopus.* 17) immo tertio. Anno 989 Herigerus in Italiam una cum Notkero profectus est. Cf. Ann. Laub. ad h. a. 18) Ut iam Koepke v. cl. (SS. VII, 136. n. 10) adnotavit, inter sequentia et Sigeberti de Script. eccl. cap. 137 verba affinitas existit. Nostrum ex Sigeberto hausisse statuit. 19) SS. VII. p. 161—189. 20) ed. in: *La vie de S. Ursmer et de sept autres saints avec la chronique de Lobbes par Gilles Waulde, Mons* 1628; vide SS. VII, 145 n. 89. 21) ed. in Martène Thes. I, 112. 22) Adelboldus ecclesiae Ultraiectensi praefuit ab anno 1009 usque ad a. 1027. BRIAL. 23) Vide epistolam in Jaffé Bibl. III, 368, ubi haec: *Sed et abbas Herigerus — proprium super hac re libellum composuit.* 24) Legas verba Koepkii l. c. p. 146. 25) Ratherium. 26) V. Koepkium l. c. p. 146 et eiusdem notas 98 et 99. 27) 1008—1018. Iul. 29. 28) V. Gest. abb. Gembl. c. 27. SS. VIII, 536, quae Burchardi iam episcopi Wormatiensis magistrum extitisse Albertum tradunt.

in utraque scientia [a] adeo promovisset [a], ut ipsius magisterio utilitati ecclesiae [b], postea factus
episcopus, plurimum inservierit, digno cum honore ad nos reversus est. Ordinatus interim
Wangionum episcopus idem Burcardus magistri sui non oblitus est, sed petiit a domno
Leodiensi episcopo et obtinuit, ut si quando locus suppeteret, virum tanta preditum gratia
ad aliquam provehere [c] dignitatem curaret, quod et factum est. Et cum interim idem Gem-
1012. blacensis abbas quartus ordinatus esset, apposuit idem episcopus, ut pro virtutum gratia,
Sept. 21. quam in illo abundare probaverat, eundem insuper monasterio sancti Iacobi, quod ipse in
1021. insula civitatis suae [29] construxerat, primum abbatem constitueret. Cumque in spiritualibus
et in secularibus utrumque locum strennue administraret, in monasterio sancti Iacobi in
sanctitate et iustitia defunctus est, ibique ante altaris gradus sepultus [30]. Nec omisit idem
dum adhuc viveret nomen suum aeternitati consecrare [d], vitas sanctorum [31] describendo,
cantus in honore sanctorum componendo, et maxime fervorem religionis in commissis sibi
monasteriis exercendo.

1020. 4. Tertio decimo ordinationis suae anno Ingobrandus de abbatia a Wolbodone [e] [32] sanctae
memoriae viro, Leodiensi episcopo, eiicitur, in cuius locum Richardus venerabilis Virdu-
Sept. 22. nensis abbas Lobbiensem etiam abbatiam regere constituitur, quod et fecisse laudabiliter
in omnibus sanctae religionis exercitiis comprobatur. Tantae siquidem autoritatis fuisse
dignoscitur, ut totius pene Lotharingiae caenobia [f] eius instituta pro lege servaverint, et
servanda posteris per successionem temporum [g] tradiderint. Quo etiam tempore Popo
Stabulensis et Stephanus Leodiensis eodem religionis fervore ecclesiam illustrasse [h] cogno-
1032. scuntur. Anno igitur regiminis sui duodecimo in manu Reginardi episcopi [33] abbatiam Ricardus
1030. reponit. Decimo autem eiectionis [i] anno apud Stabulaus [34] Ingobrandus [k] obiit sepultusque
cf. Ann. Laub. est ad australem eiusdem principalis ecclesiae [l] partem.

1033. 5. Interea Hugo abbas eligitur et die pentecostes digne, ut dignus erat, nobis prefi-
Iun. 10. citur. Nam ipse quoque et religionis et scientie tramite venerabilis predecessoris sui Heri-
geri vestigia consectans, locum nostrum non mediocriter illustravit. Ipse est, ad quem pre-
dictus Herigerus familiariter de quibusdam scripsit questionibus et quem in scripture sacre
indagine pro studiorum similitudine socium habuit [35]. Anno ordinationis suae 4, qui erat ab
1036. incarnatione Domini 1036, tertio dedicatur ecclesia Lobiensis Idibus Februarii ab episcopis
Febr. 13. Raginardo Leodiensi et Gerardo Cameracensi [36]; specialium patronorum nostrorum Ursmari
et Ermini capita quidam in principali altari, quidam in retro principali locata fuisse asse-
runt. Sub eodem Hugone villam Peissant [m] [37] cum servis et ancillis ad eandem pertinen-
tibus ab ecclesia Cameracensi facta commutatione pro villa nostra Maurege [n] [38] accepimus.
Floruisse etiam tunc apud nos studia litterarum ex recensita librorum summa, quae per
idem tempus descripta est, conici [o] potest, sed et usibus [p] ecclesiasticis illius industria accre-
verunt. Opus vero templi reaedificati, quod in pace meliorationis causa deletum et a fun-
damentis renovatum erat, cuius dedicationem superius annotavimus, usque ad tempus Ade-
lardi [39] abbatis imperfectum remansit. Prefuit autem predictus Hugo annis 21. Obiit anno
1053. Dec. 5. incarnationis dominicae 1053, sepultus secus Fulcuinum atque Ratherium [q] [40].

6. Substituitur Adelardus, qui cum a perfectione operis templi impediretur, eo quod
partim guerra, partim maiorum negligentia ecclesiae possessio plurimum diminuta esset,
propositum bonae voluntatis usque ad facultatem differre inexpletum coactus est. Nam
turbata, ymmo perdita prorsus pace inter Henricum imperatorem et Balduinum seniorem
1054. comitem, qui invaso Haynan rebellabat, Lobia in capite mali posita cultoribus et habitato-

a) s. in tantum provexisset 2. b) ecclesiasticae 2. c) promouere 2. d) perpetuare 2. e) Woboldone 1. f) monasteria 2. g) p. succedentis tempora 2. h) illustrare 2. i) *add.* suae 2. k) Ingrobrandus 1. l) *deest* 1. m) Pescant 2. n) Naurege 2. o) concipi 2. p) Vsibus (versibus) 1. q) Ratherinum 1.

29) sc. Leodiensis. 30) Mortuus est a. 1048. Iul. 14. Tumuli inscriptionem habes in Gest. abb. Gembl. l. c. p. 541. 31) Nil de his exstat nisi historia S. Veronis. Act. SS. 30. Mart. III. p. 845—850. 32) 1018—1021. Apr. 21. 33) Leodiensis 1025—1038. Dec. 5. 34) Stablo. 35) V. Histoire littér. de la France VII, 22 et 200. 36) 1012. Febr. 3. — 1051. Mart. 14 37) Peissant, prope Binche. 38) Mareschés villa inter Cambray et Du Quesnoy. 39) abbas ab a. 1053. usque ad a. 1078. Ian. 13. 40) Vos l. c. II, 10 ex chronica manuscripta Lobbiensi hanc edidit tumuli inscriptionem:

*Hi versus seni, loculusque in mense Decembri*
*Traditus, et Nonis ipsius occubuit*
*Abbas Hugo pius, ex magna parte beatus.*
*Eius rupe sub hac membra ruunt fluida.*
*Denique de pleno virtutis deficit aevo.*
*Poscite suppleri, qui pie nos legitis.*

ribus destituta, ad extremam pene desolationem redacta est. Postquam[a] autem Henricus imperator decessit rebus humanis, potius umbratica pax quam[b] vera reddita est nobis[a]. Abbas igitur Adelardus consilio episcoporum ac principum delato beati Ursmari corpore, possessiones ecclesiae quae ubique nobis et maxime in Flandriis deperierant omni studio intendit recolligere. Extat apud nos libellus[41] huius itinerationis, in qua quamdiu sanctum corpus in Flandrias portatur et inde reportatur, in tanto tamen tempore nec unus dies transigitur quo beatus Ursmarus miraculis apud exteras nationes clarificatus fuisse non inveniatur. Venerabilis igitur abbas opus diu intermissum tandem instauravit, nec instar prioris recens edificium consummasse contentus, ab occidentali parte novum in honore beati[c] baptistae Iohannis oratorium ampliata, sicut in promptu est, mensura construxit, cuius constructionis causa a senioribus nostris talis reddita est, eo quod scilicet idem abbas ab ea templi parte frequentius[d] in somnis ab angelis decantari audierit responsorium: *Inter natos mulierum*, vel quia dum aliquando aegrotaret eundem beatum Iohannem baptistam sibi apparuisse viderit; quod etiam conqueri audierit, quod in hac ecclesia multis sanctorum sua specialis memoria non deesset, ipse vero nullum in ea specialem titulum haberet. Eleganti itaque forma fabrice templi mensura adaucta est, in inferiori sui parte habens oratorium in honore beati[e] Benedicti, in superiori sancti Iohannis baptistae. Fecit etiam ad templi plagam aquilonarem porticum claustralem, habentem videlicet in circuitu obambulatorium, in medio amplitudinem loco[f] congruentem, puteum etiam aquis indeficientibus. Ad pondus cotidiani panis fratrum quadrantem apposuit. Ecclesiam de Gimiaco[42], quam predecessores sui abstulerant, ecclesiam etiam de Hom[g, 43] preter altare, ecclesiam de Hestruz[44] preter altare, dimidiam quoque[h] ecclesiam Gothegnies[i, 45] fratrum restituit stipendiis. Multa quoque quae antecessores sui[k] privati iuris loco habuerant, ipse in diversis monasterii operibus expendit. In diebus eius adhuc crebrescentibus miraculis, quae per beatos patronos nostros longe lateque Dominus operabatur, castrum etiam quod dicitur[l] Gruniacum[m, 46], unde multa nobis eveniebant incommoda, virtute sancti Ursmari ad tantam desolationem redactum est, ut eiusdem castellanus nocturna videlicet divinitus[n] visione per beatum Ursmarum terribiliter correptus aufugerit, et cum nullus deinceps inibi castro morari auderet, tandem a Leodiensi episcopo deiectum est. Obiit autem Adelardus abbas in 1078. Ian. 13. senectute bona anno dominicae incarnationis 1077, sepultus est ante gradus presbiterii veteris ecclesiae beati Ursmari, nam succedente tempore a presbiterio et ultra ad orientalem plagam eiusdem ecclesiae longitudo producta est.

7. Substituitur[o] inde Arnulphus, qui cum pro libitu agere cepisset Oibaldum[p] Cameracensem archidiaconum, prepositum monasterii et quasi totius abbatiae coabbatem sibi ascivit, eo quod eiusdem archidiaconi industria abbatis honorem indeptus fuerit. Qui Oibaldus, iuvante se tempore, commisso sibi monasterio abutens, prout voluit non prout debuit, bona ecclesiae non bono intuitu dispensare cepit, multa filiabus suis, quibus abundabat, dotis nomine delegavit, multa multorum superfluitate abligurienda, a quibus ob hoc maxime diligebatur, retinuit. Tali dispensatione, ymmo dissipatione, quamdiu vixit Arnulphus, idem Oibaldus monachis non ministrare, sed ministrari a monachis potius visus est. Nam ut de claustralibus taceam, quibus quantum voluisset[q] et quando voluit ad cotidianum stipendium de necessariis concessit. Si quis de obedientiariis in aliquo contradicere ei praesumpsisset, non inpunitum ullatenus remansisset. Unde post multa tirannidis huius incommoda fratres tam de abbate quam de preposito coram capitulo Leodiensi et prius apud Henricum episcopum et postea apud Othbertum descriptam sue calamitatis historiam recitare coacti, querelam deponunt[47], in qua tam de Lobiensi quam de Anthonensi[r, 48] ecclesia quanta nobis incommoda, quanta sibi et suis commoda idem archidiaconus accu-

a) Postquam — nobis *des.* 2. b) saltem *prius sed tum deletum* 2. c) *deest* 1. d) frequenter 2. e) sancti 2. f) *deest* 2. g) Ham 2. h) etiam 2. i) de Gothunes 2. k) in *add* 2 l) *deest* 1. m) gruniacus 2. n) *deest* 2. o) Sustituitur 1. p) Oilbaldum 2 *semper.* q) soluit 2. r) Anthoniensi 2.

41) Historia miraculorum in circumlatione corporis b. Ursmari per Flandriam. Act. SS. Apr. II. p. 573—578. Sic desinit codex: *Felix finis. Iam finem tetigi, quem multum desideravi. Fuit hic codicellus 10. Kal. Aprilis feliciter Laubiis exaratus.* 42) Iumet. 43) Hon. 44) Hestrud. 45) Gottignies. 46) castellum Gryniart, nunc dirutum; *cf.* Annales du Cercle archéologique de Mons III, 297. 47) Litteras monachorum Otberto episcopo directas exhibet Vos l. c. II, 434 sqq. 48) Antoing.

mulaverit, non ignotum posteris relinquunt. In ecclesia tamen beati Ursmari melioranda, iuxta quam etiam domum, cuius adhuc ruina apparet[a], habebat predictus Oibaldus, se admodum propensum et[b] devotum exibuit, ita ut eiusdem ecclesie mensuram ad partem orientalem non parva quantitate porrexerit[c] et turrim in ea ad occidentem, in cuius etiam structura lapidibus comportandis ursa domestica pro iumento usus est. Claustrum quoque et basilicam sancti Nicolai construxit. Nec pretereundum est, quod in illo presbiterii novo aedificio dum pro competentia operis pavimentum vetus aperitur, inter cetera, ut coniicere possumus, iustorum corpora, quae sicut inventa sunt reliquit, sancte memorie Ansonis abbatis[d, 49] corpus repperit. Et sicut a paucis, quibus hoc secretum credidit, postea dictum est, ingredientibus criptam ab australi parte a[e] latere sinistro intra muri structuram in imo recondidit. Videre est adhuc ex eodem loco foramen, in quo postea ad temptandum, si forte extrahi inde posset, brachium immisit quidam, sed nisi tota subrueretur maceria, quae inde consurgit, nequaquam id fieri posse probavit. Idem etiam Oibaldus de altaribus vel aliis bonis nostris, que a se nobis ablata tenebat, numero[f] canonicorum, qui tunc duodenarius erat, apposuit tres canonicos. Ad hanc tamen appositionem perficiendam etiam de thesauro eiusdem[g] ecclesiae argenteam altaris tabulam et argentea scriniorum opercula, in quibus sancti Ermini et sancte Amalbergae[h] corpora requiescunt, a frontibus eorum, quia a lateribus operta non erant, accepit. A numero autem duodenario, in quo eosdem canonicos tempore Fulcuini abbatis Ottho imperator instituit, quis ad quindenarium eos provexerit
1080. Oct. 14. cf. Ann. Laub. incertum est. Abbas autem Arnulphus secundo ordinationis suae anno oratorium beati Andreae apostoli dedicatione[h*] a Gerardo Cameracensi episcopo innovari fecit, a quo altare de Sanctis absque personatu, altare vero de Arcella[50] a Ratbodo Tornacensi et Noviomensi episcopo sub personatu acquisivit. In diebus eius Goderannus[i] huius caenobii monachus codicem optimum manu propria et labore perfectum beato Petro obtulit, Eptatici[k] et regum atque prophetarum plenariam historiam continentem[51]. Ut autem de eodem abbate suc-

a) *e corr.* 1. b) atque 2. c) porrexit 2. d) *ita* 2; reliquit 1. e) *e corr.* 1. f) magistro 1 *et ita infra.* g) *deest* 1. h) Amaberge 1; Amelbergae 2. h*) dedicationem 1. 2. i) Goderannus *corr.* Gonerannus 1; Goderamnus 2. k) eptatici *superscriptum est* pentateuchi. l) *leg.* perficeretur. m) *leg.* Dominum. n) *leg.* rebellante.

49) 776—800. Nov. 4. Monachus Lobbiensis factus est a. 762. 50) Arcelles 51) Asservatur adhuc primus codicis tomus in bibliotheca seminarii Tornacensis (cf. Annales nostros VIII, 563); cf. de eo Bulletins de la société historique et littéraire de Tournai I. 266—272 et Vos l. c. II. p. 171—175. In fine codicis haec leguntur: *Suscipe, sancte Petre, princeps apostolorum, in oblationis tymiamate codicis huius scripturam, quam ego peccator Goderannus, professione quidem et habitu non autem actione monachus, pane tuo vivens, tibi labore manuum mearum desudavi in sancta tua ecclesia, quam in honore Dei omnipotentis in Lobiensi coenobio a fidelibus et Deo devotis patribus fieri voluisti, et ita quaeso, acceptare digneris ut pro hac peccatorum meorum vincula solvas, regno coelorum cuius es claviger, propitius intromittas, et pro universis qui mihi in hoc opere fautores et adiutores undecumque fuerint, apud Dominum Deum nostrum causidicus intercedas. Suppliciter etiam deprecor et super hoc humiliter invoco inestimabilem sanctitatis tuae potentiam, ut si quis malevolentia aut perversa illectus cupidine, hunc ipsum codicem ab ecclesia et a domo tua Lobiensi quolibet modo praesumpserit subripere aut perdere, seu qui folium scedulamve per industriam amputaverit, aut per invidiam male tractaverit, tuam sancte Petre in hoc saeculo iram incurrat, Domini Dei nostri, qui omnia novit, iudicialem sententiam non evadat, sed multam iuxta commissum coram Deo et sanctis eius iuste recipiat. Qui vero cum reliqua huius domus tuae substantia et hunc tuum codicem digne et decenter habuerit, et in eo legens tibi, pastor sanctissime, devotus et servitor et servator fuerit, tu remunerator optimus, auctoritate illa suprema ligandi et solvendi a Christo specialiter tibi concessa, et hunc cum caeteris fidelibus tuis absolvas, a malis omnibus eripias, post mortem ante conspectum districti iudicis ratiocinator perducas et tecum paradysi amenitate confoveri facias. Omnes tuere christianos quorum ab ipso Christo pius effectus es et provisor et pastor, cunctis fidelibus defunctis aperi ianuam regni coelestis. Amen. De incuria libri cavenda non ideo tam dure imprecatus sum ut cuiquam suspectus sim. Scio enim vere et certus sum nostri temporis universos qui mecum laboraverunt et fecerunt ut perficeret[l], ut bene etiam servetur summa ope niti, sed venturae timeo posteritati. Iccirco pavens denuntio generationi alterae, quam nescio, Deus scit, cuius erit industriae, ut dum licite nostro fruuntur labore, servent sibi et posteris hoc tam iocundum memoriale, et participer benedictionis per eos mihi collatae et apud domum[m] orationis impensae. Super omnia et ante omnia deprecor ad quoscumque pervenerit et qui in loco isto ulterius vixerint post decessum meum, ut teneant et non transeant anniversarium meum, sed quotannis animae meae ecclesiasticum praestent auxilium immo refrigerium. Perscripsi anno incarnationis dominicae 1084 indictione 7, concurrente 1, epacta 11, rege Henrico aeque Henrici caesaris filio iam trienni obsidione urbem Romam graviter premente, concluso in ea Gregorio papa qui et Holdebrand sibi rebellione[n], anno nono praesulatus Henrici ecclesiae Leodicensis, septimo autem Gerardi Cameracensis, sexto quoque Arnulfi*

cincta brevitate quae suo tempore gessit comprehendantur, ex quo siquidem abbatia in 1410 manu Leodensium episcoporum per Franconem abbatem postea episcopum devenit, nullus antecessorum eius tam negligenter ymmo impudenter[a] erga ecclesie bona se habuit, dum non solum multa ex hiis quae ad commune fratrum pertinebant stipendium, sed ex hiis etiam quae privati iuris esse debuerant, pene omnia, tanquam per ambitionem permotus et secularis obsequiis nimium[b] delectatus, quibus voluit non quibus oportuit in beneficium militare delegavit. Obiit anno incarnationis dominicae 1094, quo anno magna fuit hominum 1094. cf. Ann. Laub. mortalitas et draco igneus volare per aurem visus est, Kalendis Augusti[52]. Sepultus est secus predecessorem suum bonae memoriae abbatem Adelardum[c].

8. Constituitur[d] deinde Fulcardus vir magnae simplicitatis et in Dei rebus plurimum devotus. Cuius ordinationis[e] anno, quo etiam facta est motio euntium in Hierusalem, ecclesia sancti Ursmari per predictum Oibaldum edificationis nove incrementis aucta est, a 1095. Ian. 20. domno Othberto[53] Leodiensi episcopo 13. Kal. Februarii dedicatur. In qua etiam dedicatione idem episcopus in cripta eiusdem ecclesiae in honore sancti Lamberti martiris altare consecravit et pro eiusdem patroni veneratione canonicis 20[f] solidos annui redditus ad stipendia solita addidit, qui etiam episcopus locum nostrum ab antecessore suo Henrico[54] nimis neglectum quam maxime excoluit. Extat apud nos, quam supra taxavimus, miserabilis conventus querela pro damnis, quae nobis sub Arnulpho[g] per Oibaldum acciderant, apud eundem episcopum descripta, a nobis quoque pro rerum noticia eo quo facta est tenore subiuncta:

9. *Domino[h] nostro Othberto Dei gratia Leodiensi episcopo et eius sedis fidelibus cuncta congregatio Lobiensis quae[i] ecclesiae filii[k]. Concepimus pressuram tempore longo et parturivimus angustiam tempore angusto. Domnus abbas[l] Arnulphus superabundans fertilitate temporum nihil providit in posterum, nihil nobis reservans, thesauros suos condidit marsupio pertuso, fundos, ecclesias, mensam nostram, decimas hospitalitatis et elemosinae departiens[m], ampliavit divitum abundantiam et adauxit[n] pauperum inopiam. De[o] hospitalitate abstulit ecclesiam de Gislyr[p, 55] preordinatam in usus hospitum et pauperum, quot preclaris festis tot duodenis[q] pauperibus unicuique denarium cum refectione congruenti, de qua Oibaldus decanus filium suum ditavit. Dedit ei idem abbas quatuor mansos hospitalitatis proprios, ea conventione qua supradictam ecclesiam, videlicet ob adiutorium abbatiae sibi impensae. Dedit et mansum indominicatum[r] Lobie iuxta quae omnia invasit, eodem abbate consentiente, decimas de Maregio, Hion, Hayna, Sanctae Crucis[s], Carneriis[56] cum consortiis earundem villarum et reliquarum[t] sui ministerii[u] tribus mensibus deputatis usibus potus firmi[v]. Auferuntur et ab aliis decime de Ilies[w], Estrees[x], Periers[y], Bamuzees[z], Bosonio[*] vallis, Heistruz[a], Launinies, Harven, Barbezon[b], Ferriers[c], Flena et Ham[57]. Hec sunt hospitalitatis et elemosinae. Auxit idem abbas fiscatis suis solidis fiscis[d] fiscos superaddens et solidos. Ubicumque suam dilatavit gloriam, nostra crevit inopia et[e] penuria. Excrevit enim in tantum adversum nos adversitas soldariorum, ut villas mensae nostrae congruentes sibi vendicare velint, ministros suos inibi insacramentare decernunt[f], omnesque terrae redditus propter solidos ibi denominatos ab ipso abbate et non antea minantur dandos sibi. Factores huius rei sunt ipsi soldarii[g]. Oibaldus decanus, Iohannes de Montiniaco, Fulco de Fontanis, quibus non solum duplicavit[h] fiscos paternos, sed quadruplicavit insuper et solidos auxit. Hec omnia pro minimo sunt eis[i] nec repetunt a domno abbate donum et gratiam, nisi superauxerit hiis[k]. Alii soldarii sunt plures favente Oilbaldo locati, nec servicio ecclesiae premeditati, nisi tantum solidorum gratia[l] repe-*

a) imprudenter 1. b) nimis 2. c) Adelmum 2. d) Substituitur 2. e) *add.* suae 2. f) 2° 1. g) archidiacono *corr.* Arnulpho 1. h) *damus ex textu a v. d. Vos l. c. II, 437 sqq. luci dato variantes quasdam lectiones siglo V.* i) quam 1; quod 2. k) filiis 1. 2; q. e. f. *des. V.* l) *deest* 1. m) dispertiens *V.* n) *add. V.* divitum seu. o) Ex *V.* p) *sic* 2; Glaur 1; Gyseyr *V.* q) tot quot duodenis *V.* r) indominicatu 2; in ducatu *V.* s) Cruce 2. t) reliquiarum 1. u) mysterii 2. v) potius fieri 1; Portufirmi *V.* w) Ilies *corr.* Tuillies 1; Ilnes 2. x) cheestrees *corr.* Estrees 1. y) Verrieres *V.* z) *superscr. ex* 2 Samuzees; Sannizees *V.* *) *corr.* Bosou 1. a) *add. V.* Heisteum. b) Barbennoy 2. c) Ferreirers 2. d) fincis 1. e) i. et *desunt* 2. f) *add. V.* sibique iurare cogunt atque obnoxios esse. g) solidarii 2 *et infra.* h) geminauit 2. *V.* i) ei 2. k) eis s. *V.* l) *add.* 2 *et V.* seu gratiam.

*abbatis eiusdem Lobiensis coenobii.* Alius codicis Iosephum de antiquitatibus Iudaicis continentis aeque a Goderanno exarati mentionem fecit Bethmann b. m. in Annalibus nostris XI, 516. 52) Secundum Vos l. c. II, 47 obiit 1094. Iul. 22. 53) 1092—1117. Iul. 8. 54) I. 1076 — 1091. Mai. 31. 55) Gilly. 56) Mareschos, Hyon, Heigne sous Iumet, St. Croix, Carnières. 57) Aywière, Chastré, Verrieres, Somzée, Bousval, Hestrud, Tamines, Harvengt, Barbencon, Ferrières, Floyon, Ham.

*tendi. Super*[a] *omnibus hiis Lobiis ubicunque et in toto Sambriho in pascuis pecorum quartum denarium dedit illi, qui pro quarto sepius marcam accepit, quam*[b] *tres veniunt in partem abbatis. Nobis ipsis compatimur, condolemus, quia ab eo magis opprimimur quam ab aliquo predone depopulemur. Quoties*[c] *ab aliquo nostrum*[d] *petit et non accipit, statim synodo sanctificata altaria nostra invadit. Sic nactus nuper occasionem adversus quendam fratrem nostrum, a quo petiit tres quaratas*[e] *feni et non accepit, eo quod male petierit, altare unum invasit et invasum concionatur facultatem retinendi. Pro his et similibus opponit nobis fragilitatem et infirmitatem nostram omnibus, ne aliquando clamor et veritas audiatur. Longum est describere singula que de nostra mensa in eius sunt translata, nullo patrimonio contigua, ut est ecclesia de Tuillies*[58]*, de Gotineis*[59] *cum tribus mansis superadditis, exceptis omnibus suprascriptis, et hiis et illis nobis contradicentibus, datis. De nobilitate vero Anthonii*[60] *qua vigebat magnificentia matris Domini, nulla est collocutio nobis. Est enim condolere abbatiae*[f]*, quoniam ipsius sedes erat nobilis, nunc autem spolia eius dividit quaedam*[g] *ex filiabus Oibaldi. Sed et hoc non est silendum, apud nos autem tacitum*[h]*, quia non vidimus proficuum, quod sponsam*[i] *Domini et matrem*[k] *eiusdem filii Lobbie exhereditavit et aliam filiam nuptui adoptatam dotavit prediis unius prebendarii, quae delegerat servire*[l] *sibi et semper suffecerant uni. Addidit illi et octo mansos viro Belchero*[m] *nobis in festo sancti*[n] *Nicholai iocundos*[o]*, omnibusque retractatis*[p] *quandam parvulam partem vite fratrum suorum invenit in letaniae maioris elemosinis. Super quam illis impossibilia promittens, annuentibus cunctis benedictione*[q]*, minorata eorum substantia, suam satiavit esuriem. Aufert et elemosinam nobis subdole appreciatam quadraginta solidis quottannis data pro requie Hellini iunioris advocati, quam dedit ignorantibus nobis Sigero*[r] *fratri Fastradi; vendidit et indominicationes ecclesiae, cuius custodie dominium agere videtur*[s]*. Quicquid pater eius tenuit terrae censalis ex elemosinis nostris, fundos suos fecit. Omnis*[t] *laus et vita eius commentationes mendatiorum sunt, sibi non faventibus adversae et rapinae pauperum in holocaustum Domini positae, cum sit proprium Domini, rapinam*[u] *in holocaustum odio habere. Nunc si quid est misericordiae et consilii in sede Leodiensi, cui commissa est ecclesia Laubiensis, premeditamini super hiis, ne inculpemur consensu, quia clamavimus ex*[v] *altera vice tempore Henrici episcopi, et confusi sumus. Seducti enim concupiscentia obturaverunt ora nostra, quod et nunc timet inopia nostra. Valete.*

10. Audite et intelligite, fideles ecclesiae, ad damnum quod patimur omni anno in consortiis Haynoensibus. In Goyaco debemus habere tertiam partem, in Merbiis duas partes, in Regio duas partes, in Peissant[w] 2 partes, in Cruce 2 partes, in Ronneroit[x] 2 partes[y], in Leptimis[z] sancti Remigii 2 partes, in Leptimis sancti Medardi 2 partes, in Leptinis sanctae Genovefae 2 partes, in Maregio 2 partes, in Thier 3 partes, in Hondeing 2 partes, in Gogines 2 partes, in Stiepei 3 partes, in Trenereia sanctae Mariae 2 partes, in Trenereia sancti Vedasti 3 partes, in Perona 2 partes, in Hania[*] sancti Petri 2 partes, in Hania[a] sancti Pauli 3 partes, in Hanya[a] in fisco 2 partes, in Waldriaco 2 partes, in Buri reiseis[b] 2 partes, in Spinoit 2 partes, in Hauerech[c] 2 partes, in Hionio 2 partes, in monte sancti Lamberti 2 partes, in Merbiis sanctae Mariae 2 partes, in Ressaix 2 partes, in Valle 2 partes, in monte sanctae Aldegundis 2 partes, in Carnieres 2 partes, in Fonte 2 partes, in Lerna 2 partes, in Andrelobies 2 partes, in Forcies 2 partes, in Laubaco[d] 37 partes. Unde prefatus episcopus Othbertus abbatem Fulcardum pro advocatorum querelis cum ipso etiam beati Ursmari sacrosancto corpore usque ad presentiam imperatoriae maiestatis venire coactum benigne suscepit, et ut nobis privilegia regie immunitatis ab Othone concessa per imperatorem quoque Henricum renovarentur, obtinuit. Cuius renovationis tenorem, sicut et eiusdem abbatis vel ecclesiae clamorem hic quoque inserere[e] et in posterum memoriae tradere nobis visum est:

11. *Henrico*[61] *Dei gratia excellentissimo imperatori Romanorum augusto Fulcardus*

a) Insuper his omnibus *V.* b) cum *V.* c) *add. V.* Nimirum d) nostro 2. e) carratas 2. f) abbatis 1; abbatiae potius *V.* g) quidam 1; cuidam *V.* h) tantum 1. i) matrem 2. k) sponsam 2. l) deservire 2. m) Bichero *V*; Bilcherio 2. n) *deest* 1. o) iocandos *V.* p) retractis 1. q) benedictionem *V.* r) Siger frater 1. s) dnīs 1; domum videtur augere *V.* t) Quibus *V.* u) *superscr.* 1. v) ei 1. w) pescant 2. x) Rourouet 2. y) 2 *add.*: in Loden 2 partes, in Gosneiis 2 partes, in Sterpei 3 partes. z) Lettinis 2 *et infra.* *) *suprascriptum est* Hayna. a) Hayna 2 *et supra.* b) Beu runes 2. c) *superscribendo mutatum in:* Hauerea 1. d) *add.* totum 2. e) *superscribendo eff.* interserere 1.

58) Thuillies. 59) Gottignies. 60) Antoing. 61) Editae sunt litterae a Vos l. c. II, 438 sqq.

*abbas nomine non merito et pusillus grex caenobii Lobiensis augmentum celitus victoriae et pacis ad salutem utriusque hominis. Salomon rex quondam pacificus primordia regni sui iusticiae iudicio sub contentione mulierum dedicans, super eo sententiam posteris dignam memoriae commendat, dicens:* facere misericordiam et iudicium magis placet Domino quam victimae. *Huius prescripti fiducia et spe misericordia et iudicio*[a] *potiundi, ego Fulcardus cum delato corpore patroni nostri sancti Ursmari pontificis et familia presenti usque ad thronum regium cum temerario ausu prorumpens — etenim in subselliis imperialibus nusquam locum obtinet iustitia, omnes quippe retributionem sequuntur ac munera*[b] *— super multimoda afflictione et egestate nostra et miserabili direptione prediorum et possessionum ac*[c] *facultatum et pristinae libertatis dominae nostrae sanctae Laubiensis ecclesiae oramus: patienter nos audias*[d] *pro tua clementia et exaudias in tua iusticia. Ecclesia nostra in regni tui angulo penultimo fundata, sub titulo apostolorum Petri et Pauli dedicata, iam quingentis annis optima libertate potita*[e] *est priorum regum regno et auctoritate firmiter concessa nec non amplissima prediorum et possessionum munificentia. Pro quibus omnibus fere*[f] *sibi substractis ad te clamat utpote vidua, quoniam non alias si non coram te, o cesar, obviant sibi veritas et misericordia, neque ullatenus iusticia et pax ruunt in oscula. Tales igitur in abbatia Laubiensi fuerunt leges maiorum quae integre perseveraverunt*[g] *usque ad Theoduinum Leodiensem episcopum. Tudiniensis*[62] *castellanus, quod adiacet nobis, castri totam prefecturam abbatiae debet tenere in manu sua, nec aliquos debet substituere defensores vel advocatos, nisi qui hereditarii sunt hereditate antecessoria. Modo habentur in villis sancti Petri multi*[h] *advocati immo raptores, in aliquibus quinque, in aliquibus quatuor, in aliquibus tres, in aliquibus etiam septem, qui preter tres principales*[i] *seu generales placitos quandocumque*[k] *volunt inibi singillatim placitant, precaturas immo rapinas, quas nullas omnino debent habere, de anona, de multoribus*[l], *de denariis, de omnibus pene mobilibus contra voluntatem pauperum non precando, sed tollendo faciunt sepius inibi sigillatim nocturno*[m] *diverticulo iacendo pauperes mansionarios omnimodis affligunt. In placitis preter Burinam et Testeiam non debet habere advocatus nisi tres denarios et alicubi duos. Modo si aliquis in placito scabinorum banno fuerit devictus sine potestate advocati, advocatus vult habere tercium denarium, quod nullo modo debet fieri nisi omnino resistens devictus fuerit censura advocati. In loetis*[64], *in sanguinis fusura, in manumissuris, in licentia maritandi, in manu mortua, nihil debet habere advocatus nisi minister*[n] *et abbas declaraverint apud eum, et ipse advocatus ei redemerit. Modo preveniunt et aliquando terciam partem, aliquando totas tres partes diripiendo sibi vendicant. Legitimus advocatus totam familiam altaris sancti Petri debet tenere in manu sua, modo hiis et illis per partes in beneficium distracta, depredatur et adnihilatur non unius sed multorum violentia. Ubicunque in vadiis*[o] *advocatus tercium denarium debet habere, communiter minister abbatis et advocati minister vadium debet*[p] *appreciare, modo advocati se hinc separant et secundum arbitrium suum leges suas ex integro accipiunt. Preter haec*[q] *vero quae diximus ita nobis quidam eorum sunt*[r] *infesti, ut nisi quotannis quippiam muneris a*[s] *nobis ad libitum suum acceperint, etiam ipsas suae defensionis villas qualibet occasione invadant, omnemque anonam cum redditibus exinde nobis provenientibus aut pro se*[t] *accipiant aut tamdiu violenter detineant, donec maiora quam prius petierant ab invitis exigant. Crebrescentibus hiis apud nos malis iam triginta annis, in hoc biennium pervenit gladius usque ad animam, et dum ab estu tribulationis querimus nondum inventam requiei umbram incurrimus succisionis falcem et lanceam quam intulisse nobis plangimus Montensis comitissae*[65] *militiam, quae in succensionem ignis et depredationem et capitivitatem et mortem redegit totam nostri iuris viciniam. In hiis omnibus non est aversus furor eius, sed manus eius adhuc extenta, quoniam quae prohibeat gladium a sanguine excessit terris iusticia. Sub hiis diebus Eibertus nobilis adolescens bellico ictu vita decedens in agonia positus sanctum Petrum sanctumque Ursmarum sibi devovit heredem, quibus omnia sui iuris possessiva reliquit ad suae animae*[u] *requiem. Post triduum obitus eius prelato corpore huius patroni nostri beati Ursmari omnia legittime pervadimus, sed precipuum illud allodium Asgurp nominatum non veritus est nobis sanctoque contradicere consobrinus illius, licet iniuste Henricus*

a) misericordia et iudicium 1; et iudicium *des.* 2. b) munere *corr.* munera 1. c) p. ac *desunt* 1. d) exaudias *corr.* audias 1. e) posita 1. f) pene 2. g) perdurauerunt 2. h) mille *V.* i) p. seu *des.* 2. k) quicumque 1. l) multonibus *corr.* multoribus 1. m) non 1. n) m. abbatis declaraverit 2. o) uadis 1. p) *superscrib. effectum est* debent *ex* debet. q) *deest* 1. r) super 1. s) ex 2. t) te 1. u) ad sui r. 2.

62) Thuin. 64) *loetum*, locatio, conductio, Gall. *loyer*. DVCANG. 65) Richildae.

*Marsabeie*[a]*, pro quo dignitatis vestrae clementiam*[b] *imploramus, quatenus eius extollenciam*[c]*, que nobis adhuc resistit, ex hoc coerceri impetremus, de cetero ne nostra execremini*[d] *multiloquia, fiat querimonie nostre clausula; fiat pax in virtute tua, et sic erit in turribus nostris habundantia quibus singulis annis deficiunt etiam ipsa victualia. Innoventur nobis a te, optime cesar, ac resignentur pristinae libertatis privilegia, cohibeantur*[e] *leges pravae cum predonum superbia, augeantur cartis nostris, si qua desunt, pro temporis malicia que praesto sunt, si subeat dignatio tua, quatenus in evum recolatur cum laudibus apud sanctos Petrum et Paulum, Ursmarum et Erminum, apud nos quoque supplices pia tui memoria*[f]*. Amen.*

1101. Mai. 16. 12. *In*[66] *nomine sanctae et individuae Trinitatis Henricus divina favente clementia tercius Romanorum imperator semper augustus. Notum esse volumus omnibus Dei et nostris fidelibus tam presentibus quam futuris, nos monarchiam imperii nostri paterna successione a Deo nobis collati huiusmodi auspiciis*[f] *proficere voluisse, ut Christi gloria sub nostro principatu florescens honorem obtineat debitum, et vigor religionis corroboretur pace ecclesiarum. Huius nostrae voluntatis fautor*[g] *simul et adiutor, vir venerandus et illustris Othbertus sanctae Leodiensis ecclesiae presul suggessit serenitati nostrae pro abbatia quadam Laubias dicta suae ecclesiae a nostris antecessoribus*[h] *iam dudum collata, in honore apostolorum Petri et Pauli constructa, ubi preciosa*[i] *Christi confessorum Ursmari et Ermini requiescunt corpora, ubi*[k] *etiam ipse episcopus praesenti tempore Fulcardum abbatem preesse concessit, petiitque ut eiusdem abbatiae privilegia ab Othone*[l] *secundo imperatore concessa nostra auctoritate sub pristina*[m] *immunitate corroborare iuberemus. Cuius petitioni annuentes, pro animae nostrae aeterna seu progenitorum nostrorum remuneratione, Conradi*[n] *videlicet imperatoris avi nostri, Gisile*[o] *imperatricis avie*[p] *nostre, Henrici imperatoris patris nostri, Agnetis imperatricis matris nostre, Berthae imperatricis coniugis nostrae, tum pro stabilitate regni et imperii nostri ac Henrici regis*[q] *dilectissimi filii nostri; interventione etiam fidelium curiae nostrae, scilicet archiepiscopi Coloniensis Frederici, Brucardi*[r] *Monasteriensis, Cononis Wormatiensis, Adalberonis Mettensis, Gualteri*[s] *Cameracensis episcoporum, ducis Frederici, marcionum*[t] *Brucardi*[r] *et Hermanni, comitum Seiphredi palatini, Alberti Namurcensis et filii eius Godefridi, Godefridi Lovaniensis, Arnulphi Losensis, Gerardi Quasinbergensis*[u]*, concessimus eidem abbatiae per hoc preceptum auctoritatis imperatoriae, ut sicut*[v] *Christo propitio reliqua caenobia sub nostra constituta tuitione ipsa quoque nostra gaudeat defensione sub perpetua emmunitate*[w]*, conscripto nostro privilegio ad exemplum privilegii eiusdem domni Othonis divae*[x] *memoriae. Ambitum quoque monasterii, quem precinctum vocant, sicut ab eodem Othone imperatore determinatus est, nos quoque concedimus, ut sint undique termini rivus*[y] *videlicet Lothosa dictus et confines villae quae dicitur Anderlobia et mons Martini fluviusque Ur et ultra terminos villae Ansoniae*[z] *et inde ad locum qui dicitur Wistelenata*[*]*, et finiatur in villa Hantas dicta. Infra quae loca nostrae*[a] *immunitatis tuitionem*[b] *ponimus et predicto monasterio concedimus, sed et in cunctis villis abbatiae eiusdem regia munificentia concessis et victui fratrum inibi commanentium deservientibus, facultatemque habeant super hec omnia advocatum sibi eligendi, qui cum eis sine inquietudine ullius comitis aut centenarii vel vicedomini loca supramemorata tueatur atque gubernet ubi invitatur*[c]*, quatenus cum tranquillitate eos delectet servire Domino ac pro vita et stabilitate nostra filiique nostri dilectissimi Henrici regis infatigabiliter exorare. Munificentia quoque imperiali confirmamus eisdem fratribus decimas omnes indominicatas totius abbatiae tam de ecclesiis beneficiatis quam et eorum victui*[d] *deputatis. Monasterium quoque in vertice montis eiusdem cenobii positum, ubi requiescunt corpora predictorum sanctorum*[e]*, ubi est cimiterium fidelium duodecim semper canonicis deputetur, et res que eorum victui*[f] *deputatae sunt et collatae, in locis videlicet Resacio et Waleriaco dictis cum ecclesiis in Tudinio et Lederna*[g] *positis, ut eas perpetualiter inconcusse possideant*[h] *et abbatis seu monachorum ordinationi subiaceant. Ipse autem abbas*[i] *ut secundum constitutionem Leodiensis episcopi regulariter ordinetur, inviolabiliter stabilimus. Et ut hec nostra imperialis concessio per succedentia tempora maneat inconvulsa, manu nostra eam firmamus atque sigilli nostri impressione insigniri iussimus*[64].

a) Marbasie 2. b) excellentiam 2. c) excellentiam 1 *et* 2? d) exterminii 1. e) probibeantur *V.* f) auspicii 2. g) favor 1. h) successoribus 1. i) preciosissima 2. k) cui 2. l) *deest* 2. m) prisca 2. n) corandi 1; Cuonradi *V.* o) *sic corr. in* 1 *ex:* Gisle. p) matris suie 1. q) *deest* 1. r) Burchardi *V.* s) Walteri *V.* t) marcionum, *superscrib. mutatum in* marchionis 2? u) Gussimbergensis *V.* v) *suprascriptum est* ut cum 2? w) *superscrib. mutatum in:* immunitate 2? x) divinae 1. y) rivulus 2. z) Alsoniae 2 *V.* *) Wiscelenata 2. a) nostra 1. 2. b) tuitione 1. c) imitatur 1 d) uicem 1. e) et s. 2. f) u. collatae sunt 2. g) *suprascriptum est ex* 2?: Lerna; Leerna *V.* h) teneant 2. i) *deest* 1.

66) Novissimus editor est cl. v. Vos l. c. 440 sqq. Sic est finis diplomatis: *Signum domni Henrici tertii*

13. Insuper reddidit nobis idem episcopus Othbertus et in eadem castri Lemburcensis[65] obsidione in testimonio imperatoris et principum scripto firmavit[66], ut sicut antiquitus ita deinceps diuturna et nocturna commeantium diverticula et sarcinarum depositio Lobiis haberentur, quod denuo negligentia successorum in locum alium et potestatem alienam revolutum est. Multa igitur ex hiis que negligentia Arnulphi et Oilbaldi insolentia abalienata erant, eiusdem episcopi solicitudine ecclesiae restituta sunt. Neque exterius solum sed et interius quoque curam adhibuit adeo, ut in diebus eius, siquae[a] extraordinarie vel in observatione regulae vel in aliqua a[a*] prepositis perpetrata seu debitorum seu aliarum incommoditatum presumptione apud nos contigissent[a**] ipse vel per se vel perreligiosas suae diocesis personas digna Deo corrigere curaverit[b]. Quod autem non sicut antiquitus usque ad id temporis episcopi Leodienses ecclesiam nostram presentialiter deinceps frequentaverint, non dominationem quidem[c] loci amiserunt, nec debitam pro dominatione specialem de nobis solicitudinem omiserunt, sed consideratione gravaminis, sine qua locum nostrum visitare[d] non poterant, villam Fontanas[67] supra Sambram sitam quasi pro obsoniis a nobis acceperunt. De qua etiam villa, sicut de ceteris indominicatis episcopalibus hiis duntaxat, que olim ecclesiae nostrae ex integro fuerunt, culturarum decimam accipimus, neque hoc solum de[e] indominicatis episcopi, sed etiam de hiis que homines episcopi qui de castro Tudiniensi cassati sunt, vel in beneficium alii concesserunt vel propria retinuerunt, ex quo abbatie divisio per Arnulphum imperatorem et episcopum Franconem facta est, decimam indominicatorum retinemus.

14. Sub hiis diebus Ingobrandus nostri caenobii monachus Andagenensem[f] abbatiam, que in honore sancti Huberti in Leodiensi episcopatu insignis habetur, ambitione ductus reddidit, sperans se adiutorio fratris sui Galteri Thudiniensis advocati et suorum natalium, qui tunc inter nostrates[g] excellebant, abbatiam Lobbiensem, eiecto[h] Fulcardo, qui pre simplicitate vitae quasi minus utilis esset, posse adipisci; sed qui parat proximo suo foveam incidet[i] in eam. Othbertus quippe episcopus de[k] manu ipsius priorem abbatiam recepit in spe alterius, id est Lobbiensis, et quia ei plurimum Fulcardi digna Deo placebat simplicitas et devota religio, nec primam illi nec secundam habere concessit. Laubias tamen reverso secundo post abbatem loco et honore uti[l] conceditur. Sicque[m] apud nos obiit et sepultus est ante altare sancti Laurentii in ecclesia sancti Ursmari. Nec longe ante eum de nostro similiter cenobio Theodericus vir magnae postmodum auctoritatis futurus apud prefatum[n] sancti Huberti monasterium in abbatem electus est. De quo siquidem hodie eiusdem monasterii fratres testantur, quod nullus antecessorum suorum[o] in innovandis sive decorandis et multiplicandis monasticis rebus tantae utilitatis signa reliquerit; et quod ad maiorem laudis pertinet cumulum tantae sanctitatis in carne degens fuisse probatur, ut in magna spe futurae gloriae defuncti etiam corpus magnae venerationi suis habeatur, sicut libellus vitae[68] eius

a) eius signis 1. 2. a*) *in* 1 *post add.*, *ex* 2? a**) contigisse 1. 2. b) curavit 2. c) *deest* 2. d) frequentare 2. e) *deest* 1. f) Andaginensem 2. g) micantes 1. h) *prius* reiecto, r *deletum est.* i) incidit 1. k) et de 2. l) utique 2. m) sic quoque 2. n) prefati 2. o) eius 2.

*Romanorum imperatoris augusti. Humbertus cancellarius vice Rothardi archicancellarii recognovi. Data* 17. *Kal. Iunii anno dominicae incarnationis* 1102, *indictione* 9, *anno ordinationis domni Henrici* 48, *regni vero* 46, *imperii autem* 18. *Actum in obsidione castri vocabulo Lemburc in Dei nomine feliciter. Amen.* 65) Limburg. 66) Hanc chartam ex manuscriptis Lobbiensibus nunc luci dedit v. d. Vos, Lobbes etc. II. p. 444. 445. Eam, quibusdam mendis correctis, hoc loco repetimus: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otbertus gratia Dei praesul sanctae ecclesiae Leodiensis Fulchardo Laubiensium abbati et omni fidelium posteritati. Quoniam sicut dicit Salomon: facere misericordiam et iudicium magis placent quam victimae, iccirco petitioni vestrae et fidelium sanctae Laubiensis ecclesiae precatu et ammonitione domini mei Heinerici quarti regis, tertii vero Romanorum imperatoris augusti, sed et interventione domini Frederici Coloniensis archiepiscopi benevoli cordis sententia annuimus et perpetualiter constituimus, ut amodo sicut antiquitus nocturna sive diurna diverticula commeantium negotiatorum cum depositione et impositione sarcinarum eorundem Laubiis habeatis. Et ne quis super hoc deinceps vobis ac civibus vestris iniuriosus existat coram domino nostro ac principibus eius, auctoritate nostra et anathemate, banno quoque imperiali id corroboramus et ex praesentibus optimatibus et primatibus adhibentes et subscribentes idoneos testes sigilli nostri impressione signamus. — Signum domini Henrici de nomine tertii Romanorum imperatoris augusti, et filii eius Henrici regis. Signum Frederici ducis. Signum comitis palatini Sicfridi. Signum Henrici comitis. Signum comitis Adhelberti. Signum Godefridi comitis. — Actum in obsidione castri Lemburc, anno dom. inc. 1102. ind. 9. anno ordinationis nostrae* 11. 67) Fontaine l'evêque. 68) ed. SS. XII, 36—57. Abbas Sancti Huberti erat 1055—1087.

demonstrat. Sed et nobis, dum matricem ecclesiam memoriam sui habere sollicitus est, pallium quod hodie inter optima ecclesiae ornamenta habetur, largitus est. Quo etiam tempore, id est Fulcardo abbate, altaris domus antiquitus laquearibus ligneis compacta[a], novissima vero templi renovatione lapidea crepidine commutata, Bernardi studio decenter de-
1102. picta est. Tempore autem quo Henricus imperator cum filio suo super Robertum comitem
cf. Ann. Laub. Flandrensem Cameracum oppugnantem exercitum duxit et pervasorem potenter expugnavit, vadens et rediens viciniae nostrae non parvum incommodum intulit. Nam et comes Haynoensis, cuius antecessores eundem comitatum invasione eatenus usurparant[b], tanquam de non suo iure sibi non satis confidens Leodiensi episcopatui quaquaversum poterat manus inferebat, donec facta compactione[c], dono et concessione imperatoris eundem comitatum se et suos heredes tenere concessit de manu episcopi Leodiensis[69]. Acquisivit
1096. etiam tunc episcopus Othbertus ecclesiae suae marchiam, quae Buillion dicitur in confinio Galliae et Germaniae sitam, in cuius precio colligendo nec suae nec nostrae ecclesiae thesauris pepercit, ita ut tabulam argenteam, que de tantis, quas intus et foris sustinueramus[d], pressuris adhuc intacta servabatur, assumpserit; a nostris tamen oppidanis et villis nobis deservientibus solis nobis immunitate hac servata, nihil amplius accipere presumpserit.

1104. 15. Interea Dominus ad maiorem sancti et loci nostri reverentiam beatum Theodul-
cf. Ann. Laub. phum[70], tercium[e] post beatum Ermínum de archiepiscopo prius Remensi Lobbiensis cenobii abbatem et episcopum, multis et magnis miraculorum signis clarificare hac occasione dignatus est. Frater quidam ex nostris Liezo nomine villae nostrae Ercliaci[71] in pago Laudunensi[72] prepósituram administrabat, cuius loci, qui tunc temporis a milicia castri adiacentis Montis-Acuti[73] rebus et aedificiis imminutus erat, recuperationi operam dabat, et sperans ad excitandam populi devotionem plurimum conferre, si[f] beati Ermini corpus, qui eiusdem loci dominus et possessor fuerat[g], illuc posset transferre, abbatem et[h] congregationem super hoc sollicitabat[i]. Nostrates vero ne questu presenti futurum incommodum timentes illius pagi incolas[k], apud quos[l] preclarus iam dudum nobis patronus idem habebatur, si quando eum recipere possent, in perpetuum eum retinere debere suspicati sunt. Habita igitur deliberatione et deiectioni loci succurrendum et devotioni populi[m] satisfaciendum decernunt[n], ita dumtaxat ut sub nomine beati Ermini sanctus Theodulphus illuc transferretur, de cuius — si forte id evenisset[o] — amissione, tanquam eatenus nullo miraculorum opere cogniti, minus ecclesiae damnum inferretur[p]. Effertur itaque sanctus Theodulphus et sub nomine sancti[q] Ermini a Sancti Erminensibus[r] et pagi accolis digno cum honore suscipitur et quanto oportuit tempore illic detinetur. Interim[s] vel nullum vel multis incognitum[t] ibi facere voluit miraculum[u], ne huiusmodi occasione aliquam eum retinendi[v] rationem[w] daret alienis. In redeundo vero cum Franciae fines evasisset, per[x] pagum quoque[y] Cameracensem Valentianas[74] pervenisset, iam deinceps sanctus Theodulphus, cuius apud Deum esset meriti, non sub alieno sed sub proprio nomine aperire voluit. Tanta siquidem inter eosdem Valentianenses cepit miraculorum luce clarescere, ut si caecorum, claudorum, demoniacorum et aliis infirmitatibus oppressorum modus curationis et numerus descriptus esset, non minimam quantitatem cartarum sola quam ibi exercuit virtutum comprehensio implere posset. Unde factum est, ut illius oppidani[z] fisci, dum medico sibi celitus destinato devotionem plus quam oportet prebent[*], nostratibus dolorem et irrecuperabilis dampni confusionem sepe inferrent, retinere quippe[a] sibi in perpetuum quod tam proficuum sibi assidue experiebantur, deliberant eiusque in honore etiam[b] ecclesiam aedificare voverunt; sufficere nobis dicentes et plures alios et maioris nominis se de nostris honorari velle reliquiis. Temptatum est clanculo a nostris, ut occupatis alias oppidanis sine ullis soliti[c] apparatus insignibus in silentio et quiete sanctum possent corpus efferre. Sed cum

a) compectis *corr.* compacta 1. b) *superscribendo mutatum in:* usurpaverant, *ex 2?* c) pactione 1. d) sustinuimus 2. e) in tantum 2. f) *deest* 2. g) fuisset 2. h) utramque *add.* 2. i) sollicitat 2. k) accolas 2. l) quoque preclari iam dudum nominis 2. m) succurrendum et *addit* 1. n) decernit 2. o) venisset 2. p) inferatur 2. q) sancti *deest* 1. r) Erminiensibus 2. s) l. tamen 2. t) cognitum 2. u signum 2. v) detinendi 2. w) *add.* 1 ei. x) et per 2. y) *deest* 2. z) pagi 1. *) exhibent 2. a) *deest* 1. b) *deest* 1. c) *deest* 1

69) Ut videtur anno 1071 apud Fossas. Cf. Gisleberti chronicon ed. Chasteler p. 11 et Balduini de Avesnis Genealogias ed. Le Roy p. 11 cap. 7, ubi, quum de conventionibus longius disputatum sit, series testium his terminatur verbis: *et plures alii, secundum quod hec omnia in chronicis continentur monasterii Lobiensis.* 70) De sancto Theodulpho agunt Bollandistae AA. SS. Iun. IV, 820 sq. 71) Herly. 72) Laon. 73) Montaigu. 74) Valenciennes.

iam in pontis Scaldi essent medio, tantus eorum, qui vel curati erant vel adhuc curandi, clamor et tumultus invaluit, ut converti retrorsum[a] vellent nollent necesse fuerit[b]. Cernere ibi erat novum violentiae genus, dum hii qui longius sequi non possent tanto pondere vasculum sancti fixerunt, ut, nisi qui portabant retrocederent, nequaquam ultro[c] procedere valerent. Tanta igitur necessitate ad nos transmittitur, ut illuc sanctus Ursmarus, qui hanc solvere captivitatem posset, mittatur. Quod et factum est. Et nisi metu et reverentia et virtute eiusdem beati Ursmari tanta illa Valentianensium insania saniori consilio acquievisset, nullus[d] mortalium prece vel precio id efficere ullatenus non[e] quivisset. Redditus est igitur nobis thesaurus eatenus apud homines absconditus, et cum digno honore et dolore magno a pagensibus illis, donec fines illorum evasimus, deducitur. Et quo magis in redeundo miraculorum fama notescit[f], eo amplius populi concursus et veneratio sancti presulis augescit. Reponitur in sacrario ecclesiae in loco suo iam deinceps apud nos maioris merito[g] futurus honoris et reverentiae, quem magni apud Deum meriti magnitudo collatae apud homines probavit gloriae.

16. Inter cetera[h] ordinationis suae opera predictus abbas Fulcardus possessionem ecclesie nostre Fontenellas[75] dictam[i] ecclesiae Letiensi[76], que tunc temporis ordini[k] monastico nitebatur, accesivit[l], ita videlicet, ut eandem possessionem cum servis et ancillis ad eam pertinentibus sub annuo censu sex solidorum Laudunensis monetae teneret; qui census postea sub Wederico abbate octo Valencenensis monetae commutatus est[77]; nos autem insuper servos et ancillas itidem illius ecclesiae citra fluvium Solre[78] nos versus commanentes possideremus. Vixit igitur, sicut servum Domini decuit vivere, et se in omnibus monasticae vitae exercitiis maxime in exequendis et celebrandis solemniter divinis officiis diligentem atque devotum exibuit. Unde etiam moris ei erat in quodam ecclesie diversorio sibi ad hoc proviso intra ipsam ecclesiam lectulum habere et hiis, quos in Dei servitio tam nocte quam die sedulos et assiduos videbat, necessaria omnimodis solicitus erat exhibere. Facta est in diebus eius questio super altare de Sanctis[79], quod iam dudum a Gerardo[80] episcopo Arnulphus abbas acceperat; unde a Waltero Cameracensi episcopo[81] nova itidem donatio et libera eiusdem altaris et absque personatu possessio nobis confirmata est. Obiit in senectute bona anno incarnationis dominicae 1107, sepultus est secus 1107.
antecessorem suum in ecclesia sancti Ursmari ante gradum chori. Ian. 16.

17. Substituitur Waltherus, cuius ordinationis anno 2. tertio dedicatur ecclesia beati 1109.
Ursmari 3. Kal. Octobris a Burchardo[m][82] Cameracensi episcopo. Quod autem tam paucis a Sept. 29.
precedenti dedicatione transactis annis haec facta est, motio altaris principalis in causa fuit. Sub ipso abbate ecclesia nostra[n] altare de Hom[83] cum appensis suis ab Odone episcopo Cameracensi liberum accepit et absque personatu quod in usus infirmarie a Raynaldo archiepiscopo sub anathemate in perpetuum confirmatum est, cum idem abbas in usus alios distrahere illud voluisset. Sub ipso etiam de cella ecclesie nostre, quae Monasterium[84] 1127.
dicitur, auctoritate et consensu[o] Burchardi episcopi et archidiaconorum sive abbatum, clerici amoti sunt, ut eis relaxatis interim ab officio, quod negligenter implebant, postquam obiissent monachi ibidem Deo et sancto Petro devotius famulaturi substituerentur[p]. A reditibus autem custodiae custos tunc temporis Helias ita abstinuit, ut facta inter se[q] de hoc et de quibusdam aliis conventione eidem Heliae et quattuor heredibus eius, quos sibi in hoc iure successuros denominavit, duos manipulos de Hestruz[85] sub statuto tempore possidendos abbas concederet. Cuius successionis heres ultimus nunc temporis est, qui est annus incarnationis dominice 1162. Hoc igitur decedente, libere quod suum est ecclesia recepit[r]. 1162.

18. Magna interim apud nos turbatio et antiquarum consuetudinum commutatio facta est. Divina siquidem, ut creditur, inspiratione sanctae religionis fervore in monasteriis

a) *deest* 2. b) fuit 1. c) ulterius 2. d) nulla 1. e) nullatenus q. 2. f) innotescit 2. g) menti 1. h) interea 2. i) dicta 1. 2. k) ordinationi 1. l) accesiuit *corr.* accensivit 1, *ex* 2. m) ab urchardo *corr.* ab Burchardo 1. n) *ita* 2; *quod* 1 *legat non satis patet.* o) assensu 2. p) sustit. *corr.* substit. 1. q) te 1. r) recipere debet 2.

75) Fontenelle. 76) Liessies prope Avesnes. 77) Secundum Vos l. c. II, 56 anno 1179. 78) Solre fl. Sambram influit. 79) Saintes. 80) II. 1076—1091. 81) 1092—1095. 82) Burchardus inter annos 1117 et 1129 episcopus Cameracensis erat; anno 1109 erat episcopus Odo (1105—1113). Cf. Ann. Laub. l. c. p. 21. a. 1109. *ecclesia S. Ursmari dedicatur ab episcopo Cameracensi 3. Calend. Octobris.* 83) Hon-lez-Bavay. 84) Moustiers, ad Sabim fl. Cf. Ann. Laub. ad a. 1127. 85) Hestrud.

quibusdam vel initiato vel quasi refricato, religiosorum quorumdam studio insuper curatur, ut in quibus hic bonus fervor refriguisset modis omnibus reaccendatur. Ad quod[a] plurimum etiam Remensis[b, 86], qui tunc erat, episcopi suffragabatur auctoritas. Sollicitantur et super hoc et Lobbienses, utpote qui iam dudum sicut honore et rerum habundantia, ita et religionis et quod maxime religionem decebat[c] liberalium studiorum nomine claruissent, nunc autem et si non ita in re esset, in opinione tamen eorum qui ex facie corda iudicant nomen quidem[d] haberent honestatis sed religionis prorsus amisissent; verum id falso. Nam licet apud nos vel ad unguem regula, sicut a nullis, vel consuetudines Cluniacenses, sicut a paucis non observarentur, maiorum tamen exempla, in quibus eos Domino placuisse constat, cautissime a pluribus in conversatione et in divini servicii diligenti executione et tenebantur a senioribus et tenenda iunioribus tradebantur. Quid enim? Si paucis et hiis fortasse minus capacibus, quod in usu devotionis ab aliis fiebat, in abusionem libertatis ab[e] aliis converteretur. Ceterum siquidem et honeste et in commune vivebatur nec de communi stipendio communiter militantibus alii minus alii plus dividebatur. Quid enim est ordini caritas et ipsa ordinata ut non ex gratia sed ex iusticia hiis qui altario serviunt de altario vivere detur, et res pauperum non nisi pauperibus aequa portione dispensetur, iuniores seniores honorent, seniores[f] iuniores diligant. Infirmorum autem omnia, peregrinorum quoque et pauperum cura sollicite exibeatur, canonica divinorum officiorum functio solemniter et devote celebretur. Is siquidem ordo concessa tantum licitae locutionis[g] impunitate apud nos ad id temporis servabatur, uni tantum et in uno in tanta omnium aequalitate privilegium concedebatur, ut videlicet domno abbati[h] pro labore, quo plus ceteris in administratione necessariorum[i] laborat, et pro dignitatis prerogativa duplicis prebende portio in cibo dumtaxat et potu dietim exhiberetur. Hac autem mediocritate contentus, nullam penitus exactionem, nullam molestiam super quottidianis stipendiis fratribus inferebat. Nam peregrinis quidem et pauperibus hospitalarius et elemosinarius deserviebat, nec deerant redditus, nec desunt modo unde his necessaria suppleri sufficiant. Monachis autem et[k] aliis quibusque prout eorum honori congruebat de vacuis, sicut tunc dicebatur, prebendis ministrabatur. Cum enim a principio nostra ecclesia quinquaginta sit dotata prebendis, tam sollicitudine[l] tam[m] huius monasterii supergressione hec negligentia penuriam pareret, precavebatur ut raro aut nunquam eadem summa[n] inveniretur; apostolicam quippe in hoc doctrinam sequentes[o], ne — quod nunc[p] experimur — aliorum refrigerium aliorum esset detrimentum. Cellarius autem tanquam totius congregationis pater toto studio mensae fratrum inserviebat. Habebat autem, habet et nunc 12 villicos servitii sui coadiutores. Porro sicut de Salomone scriptum est, quod haberet 12 prefectos, qui praebebant annonam regi et domui eius, hii per menses singulos in anno singuli necessaria ministrabant, et cum ingenti cura mensae regis Salomonis prebebant necessaria in tempore suo; ita et patres nostri instar mensae Salomonis nostram quoque disposuerunt, ut videlicet 12 villici mensibus totidem mensae fratrum administrarent. Cuius administrationis debitum hic quoque interserere non incongruum videatur, quod a sanctis patribus statutum est, et quicunque sanctitatis eorum sequuntur[q] exempla ab hiis hactenus observatura[r] probatur. Nec enim a nobis ignorari debet vel dissimulari de quo vel de quanto Deo[s] pro se ipsis nos obligaverunt, qui in precium redemptionis anime sue sua nos comederunt peccata et onera portare faciunt. Sicut igitur supra taxavimus ad numerum 50 fratrum prebendarum coaequato numero feria prima et quinta predicti villici singuli mensibus singulis quinquaginta piscium prebendas ad coquinam preberent[t]. Feria 3. triginta caseos et ova ducenta. Quatuor reliquis diebus[u] 25 formulas casei diebus singulis sive ova ducenta et quinquaginta; ita ut si diebus quibus debentur pisces solvere non suffecerint, quinquaginta ova dentur pro eis et ipsa frigifaciant. Feria tertia nihilominus ovis ducentis quinquaginta quae cum 25 caseis debent frixuram[v] apponant. Dominica ad cenam ducenta et quinquaginta ova. Cum isto autem villicorum eorundem servicio cellarius[w] de suo nihilominus apponit. Feria secunda, quarta et sexta et sabbato diebus singulis quinquaginta prebendas piscium debet ipse pulmenta olerum pisae aut[x] fabe. Qui etiam utriusque generis pulmentis sagimen imponit[y]. Cellarius autem sal

a) *deest* 1. b) r. e. 1. c) deceret 2. d) quidam 1. e) *deest* 1. f) priores 2. g) locutioni 2. h) abbate 1. i) *deest* 2. k) vel 2. l) sollicite 2. m) *ita* 2; tamen 1. n) sine 2. o) patres secuti sunt 2. p) *deest* 2. q) sectantur 2. r) observatum 2. s) *vox dubia* 1, in eo? t) exhiberent 2. u) id est feria 2. et 4. et 6. et sabbatho *add.* 2. v) fixuram 1. w) cellerarius 2 *et infra.* x) autem et 2. y) immittit 2.

86) Raynaldi.

et piper debet. Habet igitur idem cellarius ecclesias, videlicet de Radionacis[87], de Tuillies[88], de Gimiaco[89], et molendina tria, unde hoc servitium supplere sufficiat. Habent et villici singuli[a] villas singulas, de quarum censu vel de terra, de[b] capitibus vel aliis quae inde exeunt redditibus suum quoque debitum exsolvunt. Debent etiam bachones[b*] singulos singuli in lardario appendendos et dimidium modium vini in exitu mensis, in quo servierint. Porro panem et cervisiam ad victum cotidianum providere habet prepositus. Ipsius est annonam omnem[c] ministerio suo necessariam vel de proprio labore ecclesie vel de labore mansionariorum conquirere, nec deest vinum de vineis ecclesiae collectum, unde exceptis diebus, qui proprios habent ad[d] servitium redditus, fratribus sicut disposuerint debet[e] ministrare[f]. Quod etsi defuerit, de elemosinis debet procurare[g] et de ecclesia de Strata. Sciendum etiam quod omne coquinae servitium, quod vel a piscatoribus qui ad censum aquam Sambre tenent vel a villicis exhibetur, tam in piscibus quam in aliis, ad laudem magistri servitorum per manum ipsius accipitur et, si quid de huiusmodi negligentiae acciderit ut quod debetur tempore suo non exsolvatur, coram eodem magistro usque dum cellerario satisfiat a negligentibus emendatur. Hec est cotidiani victus fratrum a sanctis patribus facta dispositio, exceptis diebus solemnibus. in quibus pro sui dignitate speciale nihilominus servitium generali apponitur. Quibus autem id fiat diebus et a quibus et unde, alibi annotatum invenitur. Hoc certo certius constat quod nulla vel clericorum vel monachorum ecclesia in dispositione dumtaxat victualium nostram antecellat. Ad vestimentorum autem supplementum de villa Bermeriacas[90] femoralia et stamineae excepto servitio Martii mensis et cenae Domini et apparitionis Domini procurantur. Reliqua omnia vestiariis et calciariis seu lectisterniis necessaria de redditibus in Brabantia et in[h] Flandria seu aliis que in illis partibus nostri iuris sunt comparantur, excepto similiter servitio mensis Novembris et dominice palmarum et nativitatis sancti Iohannis baptiste, excepta etiam brace[i], que ad confectionem cervisiae inde exibetur.

19. Sed iam unde digressi sumus ut ad id revertamur, cum fervor ordinis ille tenendi, de quo supra meminimus, monasteria circumquaque posita vel potius ea maxime que in Remensi archiepiscopatu sita sunt, accendisset, Lobienses quoque religiosorum virorum 1129. instinctu episcopali auctoritate commonentur, ut relicta priscae institutionis consuetudine, in qua minus religiose vivebant sicut putabatur novas tenere leges adoriantur[k]. Erat autem Herlebaldus[l] quidam Cameracensis archidiaconus, qui Alviso[91] abbati tunc temporis Aquicincti[m], postea Atrebatensi episcopo admodum[n] familiaris erat, et quia[o] per se idem abbas non poterat, per[p] eiusdem loci nostri archidiaconum, ut abbas Walterus tanquam irreligiositatis occasione[q] ammoveretur et e[r] suis religiosior sua ordinatione nobis imponeretur modis omnibus instigabat. Quid plura? Testes conversionis sue et si quid inter eos perperam ageretur exordinationum correctores[r*] sibi Lobbienses aliunde adducere coguntur. Id tamen potius a suis quam alienis id est[s] Leodiensibus quam a Cameracensibus, cuius episcopii personas non adeo domesticas habuerant eatenus prius tempore decreverunt temptare. De monasteriis igitur Leodiensis civitatis, sancti Iacobi scilicet et sancti Laurentii, boni testimonii fratres assumuntur, qui ab abbate Waltero tempore aliquanto super custodiam ordinis constituuntur. Sicut durum est semper[t] novam gentibus inculcare legem, taedio affecti eo quod inveteratam consuetudinem immutare sicut voluerunt non valuerunt, Leodienses a nobis breve post tempus recesserunt et nobis dignum compertae apud nos honestatis testimonium perhibuerunt. Sed non in longum eorum zelus quievit; qui ut creditur[u] nihil aliud in sua tam sollicita erga nos[v] emulatione intendebant, nisi qualiter prius quidem[w] caput languidum tollerent, postea egro diu corpori ut opinabantur medelam curationis apponerent. Accusatur abbas, accusantur et monachi de[x] crimine irreligiositatis apud Remensem archiepiscopum, et ne quid minus fieret apud apostolicae sedis quendam qui tunc aderat legatum[92]; afferuntur litterae, ut se legato abbas exhibeat. Voca-

a) *deest* 2. b) vel de 2. b*) bachonem *codd.* c) *add.* in 2. d) *deest* 1. e) diebus 1. f) ministrare *corr.* ministrari *ex* 2? g) procurare *corr.* procurari *ex* 2? h) *deest* 2. i) Braisi 2. k) adordinantur 1: adhortantur 2. l) herlebrandus 2. m) aquiccincti 2. n) postmodum 1. o) quod *codd.* p) *deest* 1. 2. q) occasionē 1. r) de 2. r*) correctiones s. lobbiensis *codd.* s) a *add.* 2. t) *deest* 2. u) credatur 2. v) e. nos *desunt* 2. w) *deest* 2. x) *deest* 1.

87) Ragnies. 88) Thuillies. 89) Iumet. 90) Biesmes-sous-Thuin? 91) abbas Aquicinensis factus est a. 1111, episcopus Atrebatensis a. 1131. 92) Matthaeum Albanensem episcopum, qui a. 1129 reformandis legationis suae monasteriis insudabat. BRIAL.

tus ipse[a] tanquam huiusmodi in causis exercitatus[b], venire dissimulat; non venienti legatus pro contemptu sententiam intemptat. Suspensus abbas ab officio pusillanimitate fractus, abbatibus, qui eiusmodi rei erant incentores, se credidit et dare suum honorem alienis acquiescit, et ut in talibus assolet, post multos itus et reditus eorum tandem consilio Remis
1129. in presentia archiepiscopi et personarum abbatiam reddidit[c]. Ipse de cetero apud villam ecclesiae Hom dictam divertit. Ibidem de redditibus eiusdem villae qui ei ad necessaria victus deputati sunt se sustentavit. Abbates quod quesierant se invenisse arbitrantes, urgent episcopum Cameracensem, urget episcopus Lobienses[d], ut abbatum illorum consilio abbatem eligant. Nostrates vero tanquam Iudei non contendentes Samaritanis, ymmo qui nequaquam electionis sue libertatem sinerent infirmari[e], comminationes huiusmodi et cohortationes omnimodis postponunt. Qua de re non parum confusi qui aliud tractaverant[f], temptaverunt nostrum nobis reddere abbatem, quia[g] suum dare non poterant. Ut qui iam eorum consilio esset consentaneus per eum possent quod vellent adversus[h] nostros; sed id frustra, nec[i] immerito, utpote qui illorum potius voluntate quam necessitate se eis subiecerat, non reveritus suae ecclesiae praerogativam et natalium quibus excellebat generositatem. Annus ille vel potius biennium illud sic transiit. Mittit ad nos episcopus Cameracensis diocesis sue personas, abbates videlicet Sancti Gisleni[93] et Sancti Dionisii[94], ut sub eorum testimonio et presentia vel aliquam de religiosis diocesis Remensis personis[k] eligeremus, vel absque dilatione, allatis ad hoc ipsum litteris, divinorum interdictionem sustineremus. Sed nihil apud nos[l] difficilius huiusmodi assensu; et magnae res insolentiae visa est, ut qui antehac aliquoties in ecclesias alias promovissent suos, nunc de alienis[m] sibi ecclesiis mendicarent extraneos, et maxime cum pre manibus apostolice auctoritatis et imperatoriae maiestatis perantiqua essent privilegia, quae de suis se debere eligere, nec Remensium nec Cameracensium, sed Leodiensium potius ordinationi subiacere eos edocerent.

Dum igitur abbates illi ad nos destinati, ne nuncii novitate nostros offenderent, verbum pro tempore post prandium differrent, nostri quod futurum erat suum gravamen suspicati, in tali articulo quod possunt faciunt, et inter prandendum paucis id scientibus, seniorum tantum et saniorum consilio, accitis etiam qui necessarii visi sunt de clericis, in oratorio beati Andree colloquium stringunt. Eligitur ibidem domnus Liezo cuius supra meminimus. Et cum se aliud agere adversariorum nuncii cogitassent, iis qui eos miserant, nos de nostris elegisse absque eorum presentia vel testimonio, confusi renuntiant; prius tamen quam abirent interdictionis divinorum quam attulerant dedere sententiam. Aderat ibi quidam[n] ex nostris Gerardus nomine, qui Machabei illius simile aliquid habens, melius quelibet incurrere pericula arbitrabatur, quam videre, ymmo sustinere iniuriam, sicut estimabat gentis sue et sanctorum. Eodem igitur zelo accensus et pro libertate ecclesie semet ipsum impendere paratus, Cameracum tendens, Cameracenses aggreditur, ostensaque libertate ecclesiae ex privilegiis, que pre manibus habebat, abbates vel alios, quicumque ex adverso erant, Romane contrarios curie, apostolicae auctoritatis reos coarguit, et tam eos quam consentientem eis episcopum super oppressione iniusta nostrae ecclesiae ad apostolicae sedis iusticiam[o] appellat[p]. Comparatis[q] necessariis itineri et negotio copiis, elector cum electo Romam propere tendens prospere pervenit. Ad cuius itineris supplementum ecclesia de Furllies[95] 20 marcharum debito pro libertate ecclesiae retinenda oppignerata est. Consuetudo[r] quippe debendi, ymmo presumptio et destructionis ecclesiarum turpis occasio et omnium monastici ordinis malorum radix, necdum nobis adeo usitata erat, quae nulla solicitudinis ac providentiae falce succisa ex usuris iniquitate[s] de die in diem probrosos[t] et[u] damnosos[t] propagationis ramos multiplicat. Sed ingruente quovis infortunio, si quid necessariorum deesse contingeret, non fenerator lata in principio, in fine autem angusta marsupia, sed ipsa sibi utentium parcitas consulebat. Nec cuivis absque gradus et honoris sui periculo cederet, qui fratribus inconsultis, in fratrum stipendiis temere quicquam presumpsisset, quod nimirum ad pacis et charitatis custodiam cautissime observabatur, ne aliis unde alii

a) parum *vel* minus *addendum esse coni. Brial.* b) *deest* 2. c) reddit 2. d) Leodiens 1. e) infringi 2. f) tractaverunt 1. g) qui 2. h) adversum 2. i) neque 2. k) personam 2. l) nostros 2. m) aliis 2. n) quidem 1. o) *addit* 1. eos. p) appellavit 2. q) igitur *add.* 2. r) Consueto 1. s) u. et i. 2. t) probroso *et* damnoso *codd.* u) ac 2.

93) Saint-Ghislain. Abbas erat Heribrandus. 94) Saint-Denys en Broqueroye. Abbas erat Balduinus. 95) an Forcies? *Forchies-la-Marche.*

ingurgitarentur esurientibus, aliis unde alii deliciarentur egentibus, ordinis tenor, quem non nisi aequalitate constat durare posse, solveretur. Perveniunt igitur et quod quaerebant inveniunt nostri illi viatores. Ostensis siquidem perantiquae auctoritatis privilegiis et pluribus probandis adhibitis instrumentis, veritas nostrorum recepta et approbata est. Et nisi propter cavendam suffraganeorum iniuriam, in eo rea erat, ut ab ipso summo pontifice noster electus nobis ordinari deberet. Dantur igitur apostolicae auctoritatis mandata et ut electum dominus Leodiensis, ad quem hoc spectabat, investiret, et investitum absque typo dominus Cameracensis consecraret. Et quidem nulla apud dominum Leodiensem investiendi occasio quesita est. Sed quod absque divino nutu actum esse credendum non est, dum idem electus noster iam investitus ad nos revertitur, dum reducem ad se adduci, ut benedictionem, quam illum a sede apostolica obtinuisse audierat, conferret, episcopus Cameracensis expectat, et ipse et qui ad ipsum illi benedictionis sue litteras dederat[96], universe 1130. carnis viam ingressi sunt.

20. Cassato tali[a] omni electionis nostrae figmento[b], adversariis vires reparantur; nulla iam nostris spe residente, qua a subiectione, que nobis intentabatur, defe eremur. Quid multa? Nulla providentia est[c], non est fortitudo, non est consilium contra Dominum. Longis agitati ambagibus, tandem acquiescere deliberavimus, ita dumtaxat, ut ex ordinis illius monasteriis quem tenendum nobis tantopere urgebant[d] personam nobis eligeremus. Constitutus est dies, positus est locus, non enim inter nostrates hac pro causa ad nos ipsi venire tutum sibi fore arbitrabantur. Convenimus igitur et ex ipsis et ex nostris aliqui in loco qui nunc Bona-spes[97] dicitur, et[e] in vicinia nostra situs est. Designati sunt nobis ab eis qui et honori et dignitati ecclesiae sufficere et qui[f] et ordini et religioni possent proficere. In quo utcumque[g] precellere videbatur unus Leonius nomine, monachus Acquicinc- 1131. tensis cenobii. Qui locus in hiis quecunque ad religionis pertinent cultum, ab exordio sui inter omnia circumquaque monasteria primatum obtinere hactenus probatur. In hunc ergo tantorum virorum nobis testimonio approbatum nos consentire acquievimus. Illi vero suis sumptibus agere parati, ut quem elegissemus nobis investitum et consecratum[h] in brevi exhiberent, moras abrumpunt. De cella Heldunensi[i, 98] ubi triginta ferme monachorum erat prior, illum adducunt, et quoniam[k] tunc maioris inter eos erat auctoritatis et natione nostratibus coniunctus et de ecclesiae nostrae familia, abbati[l] Sancti Amandi[99], viro venerabili Absaloni, ut investituram accelleraret inducunt[m]. Dispositoque per viciniam nostram transitu, post magnas sibi a nostratibus, nobis tamen ignorantibus, illatas iniurias ad Leodiensem, ut moris est, ecclesiam electum[1], electoribus ibidem occurrentibus, prefatus abbas cum suis deducit. Episcopus vero, quippe qui multa inter huiuscemodi perperam acta et dicta non ignoraret — audierat siquidem a predicto Alviso abbate in suggillationem sui dictum procaciter fuisse, quod videlicet Cameracensis animas, ipse vero vaccas et capras nobis custodire haberet —, et hoc igitur et multis aliis, ut in talibus assolet, offensus[n] episcopus difficile[o] primum et pene inexorabilem se prebuit, suum esse asserens de domo[p], dono regali sibi subiecta, tam intus quam foris disponere, quod suum sibi ius presumptione nova vellent auferre. Religionis tamen specie delinitus, quam et in hiis qui advenerant vigere coniiciebat, et in sibi subiectis ad suum honorem et salutem suam enutriendam fore audiebat, tandem assensit et tam solemniter quam amicabiliter quod suum erat electo adimplevit. Investitum itaque et debito fidelitatis sacramento initiatum ac tutum illum, non ut consuetudinis est nostris suscipiendum, sed Cameracensi[2] benedicendum reducunt, memores quidem[q] si quid[r] pro tarditate sua priori electo confusionis et periculi accidisset, et quia fortasse[s] nonnisi omnibus rite peractis ignotum nostris inferre hominem periculosum existimarent. Percepta benedictione a Liethardo tunc[t] Cameracensi episcopo, demum tunc noster abbas nobis[u] destinatur, congruoque a nobis honore et quanta in tali novitate exhiberi potuit devotione, et ipse et qui cum ipso advenerant, Alvisus[v] abbas, postea Atrebatensis episcopus, qui se in iis a principio usque[w] ad finem primum et novissimum initia-

a) taliter *Brial.* b) fermento 2. c) *corr.* (*ex 2?*) non est prudentia 1. d) perurgebant 2. e) *deest* 1. f) qui et o. et *desunt* 1. g) utronque 2. h) c. suis sumptibus exh. 2. i) Hesdiniensi 2. k) *sic videtur* 1. l) *deest* 1. m) indicunt 2. n) *deest* 2. o) *add.* quidem 2. p) *deest* 1. q) *deest* 2. r) quidquam 2. s) f. quia 2. t) tunc temporis 2. u) nobis n. s. 2. v) sanctus *add.* 2. w) usque *deest* 1.

96) Secundum Vos l. c. II, 65 a. 1130, mense Februario mortuus est Liezo. Honorius II. papa obiit a. 1130. Febr. 14. 97) Bonne-Esperance, prope Binche. 98) Hesdin. 99) St. Amand. 1) Fridericum. 2) Lietardo. Depositus est anno 1137.

torem consummatoremque prae aliis exhibuerat, et alii abbates suscipiuntur. Ac ne tantus et totus hic labor frivolus haberetur, in ipso idem abbas susceptionis sue primordio blanda simul et gravi ut erat affabilitate nostros demulcet, ne de ipso sinistrum aliquid suspicarentur, et studens potius amari quam timeri optionem omnibus fecit per singulos, ut qui vellent ad quascunque bene ordinatas demorare[a] ecclesias honeste transmitterentur, qui autem cum ipso potius ordine doceri mallent domi residerent. Hiis et huiusmodi omnium animis delinitis[b], omnes se ipsius consilio et voluntati inclinant omnino, et quibusdam qui hoc ultro petierunt alias transmissis ad ecclesias[c], alii de aliis monasteriis ad informandos eos qui remanserant priores et decani intus[d] et exterius ministeriales ad tempus constituuntur.

1131. cf. Ann. Laub. 21. Quinque igitur ab eius ordinatione mensibus transactis[e], Walterus predecessor eius, cum 23 annis prefuisset, defungitur, sepultusque est ante altare sancti Iohannis baptiste in medio ecclesie sancti Ursmari. In diebus eius, quod superius annotare omisimus, studio Lamberti custodis in ecclesia beati Petri duae campanae celebriores factae sunt. In ecclesia vero sancti Ursmari eiusdem custodis studio scrinium, in quo ipsius sancti patris corpus requiescit, cuius operimentum argenteum furtim substractum fuerat, instar prioris argento renovatum est. Ad cuius operis supplementum de sua ipsorum prebenda denariorum summam non modicam, quam de vino proprio acceperint, fratres nostri devote communicaverunt[f]. Sub quo etiam custode in honorem Dei[g] et sancti Petri et suam ipsorum salutem nostri comprovinciales collectionem ecclesiasticam, quae charitatis nomine vocatur, voto communi celebrare constituerunt, ut videlicet annuatim in octavis pentechostes in ecclesia beati Petri congregatione facta, capita singula denarii unius oblatione per hominem[h] sui memoriam nobis ymmo sibi per debitas ecclesiae orationes Deo commendarent; quae populi devotio, dum institutionis novitate ferveret, non minus ad sustentamentum[i] ecclesie, pro quo et facta est, realiter utilis apparuit, quam ad salutem quoque animarum eorum, a quibus facta est, profuit spiritaliter.

22. In initio igitur prelationis suae abbas Leonius, ut prediximus, omne intentionis suae studium ad informationem[k] et reformationem ordinis pro quo maxime aliunde expetitus erat, iugiter impendit, gratum se pariter et gravem, quod apud multos rarum habetur, omnibus exibens, quippe

Ov. Remed. am. 120. Difficiles aditus impetus omnis habet.

Unde paulatim studio bonorum adolescentibus incrementis non simul et semel sed de die in diem quae verbis docebat et ostendebat exemplis consuetudine bona et exercitatione virtutum in cordibus subiectorum tam ipse quam[l] qui ei cooperabantur in hoc roborabant. Ac primum mali germen lingue scilicet loquacitatem rescindere[m] curans, non solum in quibusdam locis et temporibus, sed ut illicita per licitorum abstinentiam facilius tolleret, omnibus et locis et temporibus intra claustri dumtaxat et ecclesiae vel dormitorii sive[n] refectorii parietes silentium indixit, ut videlicet quisquis huius taciturnitatis regulam hiis in locis qualibet ex causa transgressus, nisi cognita culpa publice[o] satisfaceret, se anathematis reum agnosceret[p]. Quod certe etsi[q] iusticiae zelo factum credatur, tanta tamen scrupolisitate fieri non potuisse ab iis, qui omne quod est nimium in vicium verti solere non ignorant, recte iudicatur. Cui enim in[r] huiusmodi vel oblivio vel ignorantia non insidietur? Sed quo maior est in custodiendis his[s] difficultas, eo facilior in transgrediendis iis creditur venia, si sola cordis malevoli vel inpenitentis desit nequitia. Ceterum sicut apud quosdam quod non licet acrius urit, sic et apud quosdam etsi omnia liceant, omnia tamen non expedire comprobantur. Ad confirmandam quoque et in nostro et in aliis quibusdam claustris vel silentii vel ceterorum huiusmodi religionis exercitiorum observantiam auctoritatis apostolicae et archiepiscopi Remensis non defuere suffragia, ita ut eorundem auctoritate pontificum, Romani scilicet atque Remensis, Innocentii papae et Renaldi[t] archiepiscopi, constitutum sit et initiatum, ut quicunque unius in observantia et religionis fervore essent consuetudinis, annuatim abbates in unum collecti[3] in se ipsis prius ordinem firmarent, quem postea tenendum traderent subditis. Cuius

a) *deest* 2. b) animus delinitus 2. c) ad e. *desunt* 2. d) interius 2. e) exactis 2. f) commutaverunt 2. g) Dei et *desunt* 1. h) *corr.* omnem 1. i) sustamentum 1. k) i. et *desunt* 2. l) tam 1. m) rescidere 2. n) sui et 1. o) plublice 1. p) cognosceret 2. q) si 2. r) *add.* 2. s) illis *corr.* his. t) Raynaldi 2.

3) Vide epistolam Innocentii ad abbatem Lobiensem aliosque destinatam (Mansi Coll. an. XXI, 431) in qua haec habentur: *Placet equidem nobis et hoc ipsum apostolica auctoritate firmamus, quod videlicet singulis annis in uno monasteriorum vestrorum celebrare conventum communiter decrevistis.*

collectionis causa et initium charitati quidem et religioni militavit, sed iniquitatis habundantia, refrigescente charitate, unde boni fons derivandus erat, inde in subditos dissolutionis et voluptatis fluvius emanavit.

23. Exulabat tunc temporis papa Innocentius in Francia violentia[a] Petri Leonis, qui ex 1131. primoribus Romae contra ipsum[b] electus erat, ab Italia expulsus, cf. Ann. Laub. qui non nisi in manu forti dignitatis suae locum obtinere se posse cogitans, ad regis Alemannie Lotharii se contulit auxilium; ad cuius pertinere auctoritatem litis huiusmodi et dissentionis diremtionem[c] credidit. Nec ipse credulitate hac et spe frustratus est. Occurrit siquidem ei Lotharius idem et eum sicut decuit in[d] innumerabili principum et episcoporum et abbatum multitudine Leodii suscepit, et ab ecclesia sancti Martini in Monte publico[4] ad maiorem usque ecclesiam 1131. … rt. 22. sancti Lamberti rex ipse devote pontifici obsequens eum deduxit; quem etiam non multo post in Italiam revocavit, et Romae[5] in sede apostolica tam solemniter quam potenter relocavit. A quo etiam pontifice quaecunque interim pseudopapa Petrus Leonis, qui in brevi post Innocentii confirmationem obiit[6], ordinaverat in perpetuum[e] cassata sunt[7]. Inter que et de nostris quidam Philippus de familia ecclesiae Fontanis[8] oriundus tunc temporis de Turonensi electo a Petro cui adheserat Tarentinus episcopus factus[9] irrecuperabiliter sacerdotii gradu damnatus est[10]. Nec multo post Leodium reversus, unde Turonis electus fuerat in archidiaconatu sibi collato[e*] usque dum monasticum[f] sumeret habitum[11] permansit. Antequam autem prefatus papa Innocentius Leodium veniret, Lobias divertit, ubi honorifice 1131. Mart. a nostris susceptus, magna viciniorum abbatum et quorundam episcoporum, qui cum eo advenerant, frequentia ad altare beati Petri celebravit missam et[g] sermonem in capitulo ad fratres habuit. Facta autem est ab abbate vel ab hiis qui non tantopere loci consuetudinem servandam curarent, questio super cimiterio fratrum, eo quod grave et superstitiosum videretur de inferiori ad superiorem ecclesiam sepelienda corpora defunctorum deferri. Et iam pene papa assenserat, ut infra monasterii ambitum dedicaret ipse cimiterium, nisi cardinalium obviasset consilium et privilegium antecessoris sui sancti papae Iohannis auctoritas, quae consuetudinem ab initio observatam inviolatam semper manere decreverat non[h] obstitisset: de quo etiam privilegium ipse Innocentius, qui de personatu altarium prius[i] iam antequam ad nos diverteret abbati inibi presenti aliud quoddam privilegium dederat[12], additis quae pro tempore visa sunt necessaria, postmodum renovavit in consilio, quod Pisis ab eo celebratum est; ubi quorundam aemulorum instinctu dominum abbatem 1134. Mai. 30. Leonium a facienda super calicem et patenam benedictione[i*], sicut ab antecessoribus suis ut facere posset acceperat, apostolica auctoritate cohibuit, superfluum fore iudicans, eum benedicere, cui nequaquam liceret inungere[k]. Sic enim factum ab antecessoribus suis acceperat, sic[k*] quoque abbas facere ceperat, ut primum orationes quidem et benedictiones prefatis sacris vasculis[l] ipse apponeret, deinde episcopo ut ab illo unctio crismatis imponeretur transmitteret. In qua etiam synodo pro domino suo episcopo Leodiensi Alexandro viriliter stare et cum sui ipsius periculo ipsum contra impetentes defendere non timuit. Pro qua sua fidelitate ymmo pro digna vite honestate ab eodem episcopo unice diligi meruit et in sua id est Leodiensi curia frequentius[m] aliquotiens etiam et in regali curia eius presentia et consiliis utebatur. In tantum etiam religionis et totius probitatis culmine[n] idem abbas longe lateque brevi[o] innotuit, ut qui suos ab aliis informandos alieno magisterio[p] multis in locis locaverat, ipse postmodum de suis ecclesiis alienis abbates et ordinis magistros preficere a multis rogatus sit, exceptis quippe hiis, quos ut dictum est priores, subpriores plerisque monasteriis accommodavit. Ipse etiam Florinensi[13] ecclesiae domnum Dragonem

a) malitia 2. b) episcopus 1. c) direptionem 2. d) cum 2. e) in p. *desunt* 2. e*) collecto *codd.* f) monachicum 2. g) *deest* 1. h) *deest* 2. i) parum 2. i*) ad faciendam . . . . benedictionem *codd.* k) iniungere *codd.* k*) sic ipse 2. l) vasis 2. m) frequenter 2. n) culmen 1. o) in brevi 2. p) monasterio 1.

4) Publemont. 5) 1133. Mai. 1. 6) 1138. Ian. 25. 7) in concilio Lateranensi a. 1139. 8) Fontaines. 9) a. 1133, ut videtur, cf. epist. Bernardi Claraevall. n. 151 ad Philippum ipsum datam, in quo haec leguntur: *sumus enim Viterbii* (sc. 1133) *et te morari in Urbe audivimus.* 10) sine dubio in concilio Lateranensi a. 1139 una cum Anacleti II. antipapae fautoribus. 11) Vide notas Mabillonii ad epist. Bernardi Claraevall. n. 257, ubi ex catalogo priorum Claraevallensium haec profert: *Philippus qui fuerat episcopus Tarentinus et tempore schismatis degradatus, venit ad Claramvallem, cui de misericordia concessum est esse in officio diaconi.* 12) typis expressum apud Vos l. c. II, 445 Datum est Parisiis a. 1131. Apr. 26. 13) Florennes.

de nostris abbatem prefecit; qui postea in ecclesia beati Iacobi in Leodio translatus est. Non enim ut quibusdam moris est magni nominis umbra et dignitate loci nostri[a] magis quam religionis provectu delectabatur, et magis ipse eandem suam[b] dignitatem vita et conversatione honorare quam suam honorari personam extrinseca dignitate quaerebat. Interim tamen nimia sua liberalitate, quod in augmentando grege dominico se expendere laetabatur, post successuris diminutionis dampna parturire non satis providit. Tantam quippe noviciorum tam laycorum et mulierum, quod genus apud nos adhuc nesciebatur, quam etiam clericorum multitudinem adiuravit, ut exceptis conversis, et ut ita dicam conversabus, de solis monachis pene ad centum claustrum inpleverit, minus providens quod ait apostolus: *non ut aliis refrigerium, vobis autem detrimentum.* Quedam siquidem quae superflua visa sunt merito recisa fuisse, sicut laudabile iudicandum fuit, ita quedam ad honorem Dei et laudem instituta abstulisse vel mutasse non religiositas sed scrupulositas videri debuit. In quibus illud est, quod, ut alia sileam, organum quod sanctae memoriae abbas Fulcuinus in usum divinae laudis ecclesiae contulerat, ab ecclesia abstulit, quod episcopus Atrebatensis, qui huiusmodi maxime incentor erat, in suam fecit transportari ecclesiam; sic et de cymbalis factum est, quae instar coronae dependentia et volubilitatis intuitu et sonoritatis auditu[c] divine laudi subserviebant. Quod autem clericos qui abbatem duo sacerdotes, diaconem duo diacones, subdiaconem duo subdiacones a dextris et a sinistris ad altare procedentes deducebant, ab hoc amovit obsequio, viderit ipse, ne forte id non salva fecerit fide, dum a monachorum choro clericos prohibens, tanquam iniustorum conventum iustis obesse existimavit. De aliorum vita videre nihil nostra interest; nostros certe qui illorum et hoc solemnitatis contubernium instituere et hoc eorum obsequio usi fuere iustos et sanctos fuisse non dubitamus. Et quicunque sub hiis diebus huius aetatis et intellectus, qui religioni excercende sufficerent apud nos inventi sunt, in spiritualibus dumtaxat studiis in timore et charitate Dei inde vota iugitare et iugi orationum devotione, in ieiuniis, in vigiliis, in pacis et dilectionis fraternae custodia, in decantatione vel meditatione psalmorum, in solemnitate et celebratione divinae laudis, in diligentia psallendi, in omni quoque vitae ac morum honestate ab hiis qui novi recentesque venerunt nihil minus gratiae habere probati sunt. Quippe qui non conversionis[d] fervore novicio stipulae instar in brevi flammescentes, sed in conversationis sanctae exercitatione iugi perseverantes, non tam de exterioris habitus vel actus observantia, quam de interioris hominis custodia religionem mundam et immaculatam apud Deum et patrem iudicari recte sentirent. Neque hoc in suggilationem[e] eorum dictum videatur, qui ut non solum seniores sed et iuniores divino cultui exhiberent et silentii et disciplinae cotidianae censuram et senioribus et maxime iunioribus necessariam discretionis spiritu edocti[f] imposuerunt. Non solum autem in spiritualibus prefatus abbas subditis prodesse sed[g] in temporalibus quoque subsidiis eorum omni sollicitudine cotidianis servire stipendiis satagebat, et quos in spiritualibus proficere volebat[h], temporalia eis deficere subsidia nolebat. Unde etiam omnimodis curabat, ut debitorum onus quod suo tempore ad quadraginta fere[i] argenti marcas ultra solitum accreverat allevaret[k]. Ac primum ecclesiam de Tuillies, quae ut predictum est oppignorata fuerat, et querela nostri iuris in[l] Brabantia quae alienis usibus insinuebatur[m], nobis restituere laboravit. Ad cuius restitutionis supplementum in Angliam profectus de hiis quae liberalitate et munificentia regali inibi acquisivit, argentum contulit. Ornamenta vero et[n] cetera huiusmodi inde ablata[o] ecclesiasticis usibus communicavit. Acquisivit etiam ab episcopo Cameracensi Liethardo[p] altare de Peisant, altaria de Hion[14], de Menin[15], de Cipli[16]. Quia vero de Cameracensi episcopo mentio facta est, in eo exilio vel exiliis qui successuri erant nobis, incommodum grave importavit, quod ipse primus eundem episcopum apud canonicos ecclesie sancti Ursmari hospitari et mansitare solitum superflua potius quam discreta liberalitate hospitio invitavit, quod iam deinceps non invitatione charitativa vel visitatione canonica, sed exactione indebita et vexatione molesta in usum versum est. Ambitum quoque monasterii idem abbas ad id tempus sepe lignea ex parte clausum cinxit. Domum cloacarum dormitorio coniunctam de veteri[q]

a) l. n. *desunt* 2. b) *deest* 2. c) *deest* 1. d) couversationis 2. e) sugil. 1. f) docti 2. g) *ita* 2, *in* 1 sed in temporalibus *supra* post spiritualibus *leguntur.* h) videbat 1. i) forme 2. k) alleviares 1; alleuiaret 2. l) uibrante 1. m) insinuebantur 2. n) *deest* 1. o) allata 2. p) Lethardo 1. q) c. diruit et 2.

14) Hyon. 15) Messines? 16) Ciply, a Mons ad meridiem.

novam opere[a] elegantiori aedificavit, ut quam aqua indeficienter pretercurrens inferius sordibus mundam redderet forma competens superius aptatis sedibus honestam usui necessario faceret. Domum etiam hospitum, quae ante id portae ante porticum monasterii parte[b] septemtrionali positae coniuncta fuerat, ad tollendum hospitalario eundi ac[c] redeundi et frequentiae populari impedimentum infra muri ambitum a parte australi aedificare quidem cepit, sed non perfecit. Scolarum regimen ecclesiae sancti Ursmari, quod prius aliquis monachorum ad hoc idoneus tenere solebat, sicut eiusdem ecclesie monachus ad hoc deputatus et tenuit et tenet[d], ipse uni ex canonicis de cetero tenendum dedit. Eadem[e] quoque non religione dicenda, sed superstitione, scolarum studium etiam celebre[f] semper apud nos habitum, de cetero interdixit, dum scilicet tantos ac tales sperat[g] convertere, ut erudiendis pueris[h], quasi hoc religioni debeat esse contrarium, non sit ulterius opus intendere.

24. Cum igitur intus et exterius rebus pro tempore utiliter ordinatis[i], septem[k] annis nobis prefuisset, ab ecclesia Sancti Bertini, ut ei preficiatur abbas expetitur. Quod et factum 1137.
est annuentibus[l] loci illius tam monachis quam opidanis. Auctoritate quoque Remacli[17] Remensis archiepiscopi assentiente, non quod de maiori ad maius, quod licitum est, fuerit ista translatio, sed quamquam locus ille nostro dignitate dumtaxat esset inferior, quia hic terre illius indigena erat, et magno ut erat corde, magnis, quibus ille locus abundat, rerum facultatibus disponendis, multorum quoque regimini[l*] sufficiens videbatur, ipso quoque, ut verum dicatur, id affectante, concessa est fieri dispensatio. Cumque post eius abcessum de sustituendo successore ageretur, convocantur ad hoc ex vicinis quidam abbates, quorum testimonio qui electus esset approbaretur. Affuit inter alios vir religiosus abbas Crispiniensis[18] Algotus nomine, qui quendam ex nostris Lambertum nomine, quem claustri sui priorem constitueral, eo[m] secum forte adduxerat. Isque ex hiis erat quos prefatus Leonius abbas[n] undequaque aggregatos uno divini amoris igne tanquam vasa, in opus domus[o] Dei apta conflaverat. Qui etsi iam boni odoris flores produceret, nec etatis tamen nec scientie in eo fructus[p] apparrebat, qui pascendo gregi dominico sufficere videretur. Sed ut imperfectum eius providentiae et pietatis occulis vidisse et in libro suo iam illum ascriptum esse Dominus ostenderet, cum alii alios et etate et scientia maiores huic officio dignos coniectarent, repente omnium cordibus, paucis exceptis, qui sua magis quam quae Iesu Christi quaerebant, insedit, ut posthabitis quibusdam, qui sibi et suis magni videbantur, in huius electione consentirent. Electus igitur atque ordinatus tanquam[q] arbor in domo Domini plantata, tanquam cedrus Libani omnimoda virtutum fructificatione in brevi multiplicatus est. Studens siquidem et se irreprehensibilem et sibi subditos in disciplina custodire, totum se contulit ad sciendam et aliis annuntiandam viam veritatis, ut quod minus habebat in annis et sue forma conversationis, et aliorum suppleret fructu conversionis. Nec enim eorum, quos ipse salvandos acceperat, salute contentus, alios nihilominus ad conversionis et conversationis sanctae habitum invitabat, eos maxime, quos ad religionis et divine servitutis exercitium non sibi solum sed et aliis profuturos esse sperabat et quibus ea qua preminebat facundia delectabilius ad ea que hortabatur sectanda persuadebat. Ut enim de facultate vulgaris linguae id est Theutonice, que naturalis ei erat, et Romanae, quae accidentalis, omittam, in qua[r] utraque inoffensus erat, in Latino siquidem eloquio usu assiduo se adeo excercitatum reddiderat, ut quocumque deveniret in capitulis abbatum, in synodis episcoporum verbum edificationis exigeretur, et pro hoc ipso ab omnibus[s] gratus haberetur. Leodii presertim in curia et in ecclesia a principibus, a clero pro vite honestate, pro doctrine affluentia, pro ipsa quoque persone elegantia reverendum et amabilem adeo universis se[t] prestabat, ut sepe quibusdam necesse habentibus facundia sua et auctoritate plurimum consolaciaretur[u]; sicque oppressis adesse curabat, ut et iudicum gratiam obtineret et iudicatis vel iudicandis opitularetur. Tanta nihilominus in eo humilitas excellebat[v], ut, quod perrarum est, sedentem scilicet in cathedra discipulum fieri, ipse etiam a subditis, quicunque gratiam doctrine haberent, humiliter disceret, quod alios postmodum utiliter doceret. De assiduitate[w] ac devotione orationum, de gratia compunctionis quam divinitus indeptus

a) operam 1. b) p. s. parte 1; a parte s. 2. c) et 2. d) et tenet *desunt* 2. e) Tandem 2. f) etiam s. s. celebre 2. g) *deest* 1. h) prius 1. i) ordiantis 1. k) XI 1. l) amentibus 1. l*) regiminum *codd.* m) et 2. n) a. L. 2. o) *deest* 2. p) adhuc *add.* 2. q) t. a *desunt* 2. r) in qua in 2. s) ab omnibus *des.* 1. t) *deest* 2. u) solaciaretur 2. v) exellebat 1. w) assuiduitate 1.

17) i. e. Rainaldi. 18) Crépin.

erat, de assiduitate[a] lectionis, cui non domi solum sed quandoque quovis equitans vel in stratu pernoctans attendebat, de parcitate victus ac vestitus[b], de amore verbi Dei[c] et scientia scripturarum, quarum se studio et collationi quotiescumque daretur oportunitas totum impendebat, de providentia nihilominus et administratione subiectorum et dilectione Dei et proximi, quam utramque dignis operibus exercebat, de plurimisque eius virtutibus, quibus Deo et bonis omnibus placebat, multum erat quod digne dici posset, si non multa in multis malicia inesset, qui bonorum laudem suam estimant derogationem et quod nolunt imitari nolunt predicari. Tot tamen et tanta eius bona bonorum omnium invidus antiquus hostis malicia quorumdam vel depravare vel perturbare conatus est, quod divina erga se actum dispensatione ipse[d] humiliter recognovit. Ne enim magnitudine gratie extolleretur, datum sibi angelum Sathane intelligebat, a quo collaphizaretur, ut virtutes eius veras esse virtutes patesceret, quae per patientiam probarentur. Suscitavit siquidem ei Dominus, immo, quia dudum suscitati[e] ad malum fuerant, adversarios manifestavit, ita ut quidam emuli et qui saltem societate conversionis[f] si non conversationis ei plus aliis ratione prioris, quam habuerant in seculo, amicitie deferre debuissent, in eum insurgerent, adiunctis sibi quibusdam, qui ipsi quoque ex clericis conversi ex eadem vel lingua vel gente oriundi pro sua sibi perfidia maculam criminis intulerunt; quae[g] pro sua illi patientia gloriam auxerunt. Quidam[19] enim divina et mundana admodum scientia preditus, cum quo et in seculo conversatus et a seculo erat conversus[h], quem ipse abbas sibi priorem et in omnibus non solum interius sed[i] exterius quoque secundum sibi fecerat, ambitione seductus, quibus poterat modis elaborabat, ut amoto eo tanquam inutili et infra tante dignitatis administrationem inidoneo, idoneus[k] alius institueretur; qui tamen alium se magis idoneum inveniendum fore non arbitrabatur. Cuius mali precipuus sperabatur adiutor Alvisus Attrebatensis episcopus, cuius idem olim emulus fuerat familiaris et domesticus, eique in hoc consentiebat et[l] collaborabat abbas Sancti Bertini Leonius. In tantum[m] et incentorum et fautorum zelus prevaluit, ut pusillanimitate fractus et omnium pene ope et consilio destitutus, honorem suum alteri dedisset, nisi divino, ubi humanum deerat, suffragante solatio, suos seductores non que Iesu Christi sed sua querere intellexisset. Cassato itaque Dei miseratione pravorum volumine, si de gradu honoris eum deponere pars adversa nequivit, nequaquam tamen a perturbanda quantum poterat eius pace[n] quievit, donec prior ille, qui totius mali huius erat occasio, in Aldenburgensem assumptus abbatem, in suis ipse expertus est necessitatibus, quod gloriari non possit accinctus eque ut discinctus, nec iudicare eos, qui descendunt mare in navibus, facientes etiam operationem in aquis multis, is qui sedere videtur in portu tranquillitatis. In omnibus hiis sicut ovis ad occisionem ductus est, et cum male tractaretur, non aperuit os suum, ita ut quidam quem ipse de seculo ad se conversum familiarem et amicum habebat, cum ei quasi compatiens ad impatientiam eum et vindictam quam posset expetendam provocaret, summa lenitate tale ab eo responsum acceperit: *Gratiosum me, inquit, omnibus et tantis gratiarum muneribus licet indignum gratia divina me reddit, ut vel pro favore hominum vel pro virtutum conscientia, me facile superbia supplantare posset*[o], *si temptatio vel interior que de me mihi innascitur vel exterior que falsa mihi fraternitate infertur, non me humiliatione necessaria conservaret.* Sed licet ipse de se tam humilia sentiret, pervasoriam tamen bonorum ecclesie nequaquam inpunitam fore[p] superbiam aliquando passus est, sed zelo iusticie accensus quicumque vel de advocatis vel de quibusque aliis ecclesiam quolibet modo iniuriasset, usque ad plenariam[q] restitutionem et dignam satisfactionem censure ecclesiastice virgam inflexibiliter[r] tenere, nullius personam reveritus est. Expertus est hoc castellanus Thudiniensis et advocatus Lobiensis[s] ecclesie Rogerus, qui cum presumptione nova Laubiensis villae predam adduxisset, recitatis in curia Leodiensi immunitatis[t] nostre privilegiis, abbate pro suis viriliter agente, ad extremam usque caudam reddere ablata coactus est, quamvis hoc permissu episcopi fecisset, pro eo quod in solutione debiti, quo se idem episcopus in recipienda marchia Buillon dicta per proditionem sibi
1141. ablata opigneraverat, in qua etiam obsidione abbas episcopo deservierat, Lobienses soli

a) assiduitate 1; iugitate 2. b) ac v. *desunt* 2. c) ac dei 1. d) *deest* 2. e) sciscitati 2. f) conversationis 2. g) *deest* 2. h) sed exterius *add.* 1. i) sed et s. 2. k) *deest* 1. l) et c. *desunt* 2. m) autem *add.* 2. n) parte 2. o) posse 2. p) forte 1. q) plenam 2. r) inflexibilem 2. s) Lebius 1. t) in imminutis 2.

19) Baldranus. Abbas Aldenburgensis (Oudenburgh prope Brugas) factus est a. 1143, obiit a. 1145.

omnium[a] ad episcopatum[b] pertinentium nihil conferre voluissent. Expertus est hoc etiam Nicolaus Avesnensis[c], qui cum in guerra, que inter ipsum et prefatum Rogerum[d] agitabatur, villam nostram Tuillies incendio destruxisset, restitutionis damni facta taxatione ad novissimum quadrantem, digne ecclesie satisfacere ecclesiastica compulsus censura, non prius quam debitum persolvisset, debito districtionis absolutus est. Pro quo etiam damno — nam et ipso tempore totam ville et curie nostre apud Sanctonas[e. 20] annonam incendio deperisse contigerat — dum sibi çotidianis sumptibus nostri non sufficiunt, nova et eatenus inexperta[f] apud nos confusione de nostris aliqui aliorum sustentari monasteriorum beneficiis ad tempus dispersi sunt. Ad malum nostrum etiam commune omnium malum concurrebat. Tanta quippe ea tempestate annone caritas erat, ut frumenti modius Lobiensibus[g] 1142. marca argenti venderetur. Sub qua necessitate hiis qui residui apud nos erant — pauci enim alias transmissi[h] fuerant — dum victus necessarius preparatur, ecclesia non parvo debitorum onere gravatur et[i] obligatur, ad supplementum videlicet mensium duorum, qui restabant, ad tempus messis 40 tritici modiis totidem marcharum summa comparatis. A qua obligatione multos in annos nulla conceditur absolutio, dum et malitia dierum et rerum penuria semper augescit et negligentia eorum, qui male gesta corripere, male gerenda cavere debuerant, usuras usuris addere[k] et suis crudeliter subtrahere, quo alii crudelius ditentur, non pertimescunt.

25. Sub hiis quoque diebus a novo quodam ut putabatur apostolo, Radulpho[l] nomine, vita et habitu et scientia insigni per universos populos verbum[m] Dei[n] disseminabatur[o], ad hoc maxime ut quicumque annuntiationi huic obedirent, ad vindicandam christiane in paganos religionis iniuriam Hierosolimam proficiscerentur. A quo ad opus simile abbas Lambertus propter utriusque lingue, videlicet Theutonice et Romane, cuius[p] ille ignarus erat, facundiam[q] accitus est, cui et socius itineris ac predicationis aliquanto tempore coniunctus est. Nec minus eodem studio sancte memoriae venerandus[r] beatus abbas Bernardus, per quem maxime paucos ante annos Cisterciensis ordo refloruerat, eodem tempore flagrabat, et laycos quidem imposito crucis signo auctoritate summe sedis pontificis Eugenii, qui de ordine illo assumptus fuerat, ad peregrinationem et ultionem christianitatis invitabat, clericos vero vel quicumque crucem Domini modo alio accipere mallent, ad conversionis et sancte conversationis habitum catervatim de tota Gallia et Lotharingia trahebat. Nam et ipse prudens admodum et facundus arat, quod ex hiis que et viva voce disseruit et scriptis dictavit apparet. Facta est igitur peregrinantium motio tanta, quantam nullus antea[s] meminit[t], ita ut cum multitudine infinita militari rex Alemanniae Conradus et rex Francie 1147 Ludovicus eandem insumpserit[u] profectionem. Inter alias Francorum regni personas ecclesiasticas accinctus est etiam huic itineri abbas quondam noster Leonius apostolico pariter et regali mandato, Alvisus quoque Attrebatensis episcopus, consilio et prudentia et ipsi Deo militantes. Qui episcopus quendam ex nostris, nepotem suum Iohannem, quem a puero abbas Leonius de domo avunculi adduxerat[v] et monachum fecerat, servitio suo fideliorem et promptiorem fore existimans, concessione ecclesie, cuius nutritus et professus erat, secum duxit. Obiit vero in itinere idem episcopus, relinquens eundem nepotem suum 1147. Sept. 6. abbati Leonio curandum et reducendum. Dum autem pene biennii tempus expeditioni huic expenditur, rumor percrebuerat, ipsum quoque abbatem vel obiisse vel reverti nolle, ita ut Sancti[w]-Bertinienses iam deliberarent, quatenus abbatem nostrum Lambertum, abbatis ipsorum Lamberti eiusdem nostri Lamberti patrui, qui religione et rebus plus pene omnibus eos provexerat, nomine et sanguine hereditarium, utpote etiam meritis non disparem, sibi assumerent. Sed cum magnis vite privilegiis magnus inter magnos ecclesie principes haberetur, ita ut etiam in conspectu magni illius concilii, quod Remis habuit papa Eugenius, 1148. Mart. 21. in causa quadam comitis Haynoensis[x. 21], quam agendam susceperat, magnum se effecerit, et de die in diem maior fieret, morte[y] immatura et non suis solum sed omnibus qui eum

a) solutionem 2. b) episcopum 2. c) aneuensis 2. d) Ogerium 1. e) sanctas 1. f) experta *codd.* g) Lobies 1. h) *sic* 2; transvixi 1. i) g. et *desunt* 2. k) addam 2. l) Arnulpho 2. m) pop. verb. *des.* 1. n) Domini 2. o) 1 *add.* indulgentiae. p) Radulphus cuius ille ignarus erat *in* 2 *post* Theutonice *leguntur*. q) cognitionem 1. r) venerabilis 2. s) ante hac 2. t) *sic corr. in* 1 *ex* invenit. u) ass. 2. v) abduxerat 2. w) fratres 1. x) Hannoniensis 2. y) sed morte 2.

20) Saintes. 21) Balduini IV. Excommunicatus erat quia concremaverat Castrum-Cameracense (le Cateau-Cambrésis).

noverant dolenda preventus est. Et pro tantis quibus ditatus erat gratiarum copiis recte de eo asseri potest: quoniam[a] raptus est, ne malitia mutaret animum illius aut ne fictio deciperet animam illius. Ipse dum adhuc viveret, corpus beati Dodonis discipuli sancti Ursmari de vasculo veteri in aliud paulo elegantius industria fratris Iohannis, qui tunc monasterii degebat, paratum[b], accitis ex abbatibus vicinis quibusdam, cum benedictione episcopali et magna populi multitudine ac devotione transtulit. Consummavit domum hospitum, quam Leonius abbas inchoaverat, domum quoque abbatis ecclesiae sancti Pauli[c] contiguam novam de veteri, de parva maiorem, non parvo opere et non indecenti forma instauravit. Oratorium sancti Pauli, quod prius in infimo erat, in summo eiusdem domus a parte orientali reedificare deliberavit[d], opus vero imperfectum relinquens; domum nihilominus infirmorum, quam pro amplianda predicte domus fabrica loco priori mutaverat, in loco alio ad latus dormitorii reedificavit. De ecclesia sanct Ursmari ordinavit, ut pro querela, quam moverant canonici, eo quod a tempore Leonii abbatis cotidianam pro defunctis perdidissent prebendam, quam cottidie accipere, sicut pro eisdem defunctis in cimiterio quiescentibus cotidianam celebrare missam consuevissent, que prebenda nunc cottidiano beneficio, sicut et alteram in honore matris Domini cum cottidiana celebratione missarum pro ipsis defunctis et in ipsius matris Domini honore pro familiaribus equa duorum fratrum portione pauperibus datur — pro hac inquam querela et pro quibusdam aliis, quod adversum nos[e] habebant sopiendis ordinavit, ut deinceps octave decime prebende fructus communi ceterorum utilitati canonicorum deservirent, qui postmodum utriusque ecclesie dispositione in cottidianam eorum, qui in ecclesia assidui essent, adventus et quadragesime refectionem assignati sunt. Acquisivit ecclesie altare de Scradenghes[22], ecclesiam de Chunteke[f.23] cum appendicibus suis dono Nicolai episcopi Cameracensis. Cum igitur tam in spiritualibus quam in temporalibus tredecim fere annis non minus profuisset quam prefuisset, febre correptus ad extrema perductus est. Quante autem devotionis erga Deum etiam in ipso sui exitus articulo perseveraverit, soli illi scire potuerunt qui ei in sua infirmitate obsequuti sunt. Posita sibi pre oculis dominice crucis imagine, suo siquidem more[g], quo in secretis orare consueverat solam redemptionis sue crucem, redemptoris sui precium pre oculis cordis quam carnis intendens, manum qua poterat alterutra impressione affectum exprimens, cum vis doloris loqui posse abstulisset, hunc tamen versiculum quo poterat annisu frequentabat: *Multa flagella peccatoris sperantem in Domino misericordia circumdabit.* Cum vero utriusque, ut moris est[h], conventus monachorum et clericorum debito apparatu dataque et petita humiliter omnium, quibus vel offensus esset, vel quos[i] offendisset, indulgentia sacre unctionis sacramentum suscepisset, reliquum diei quod supervixit totum se his, ad que intendebat, intuendis dedit. Et quod mirum dictu, cum in agonia agens nil nisi suum vel[k] dolorem vel timorem cogitare putaretur, repente spiritu collecto illud propheticum quo benedixit Iacob Ioseph balbutire potius quam loqui cepit, *filie discurrerunt super murum, sed exacerbaverunt et iurgati sunt inviderunt que illi habentes iacula.* Credendum est enim, iam tunc celestium sacramentorum pregustare dulcedinem, quibus discendis atque docendis summam semper intendebat intentionem. 1149. Sept. 6. Mortuus est igitur plenus dierum in senectute bona, ea profecto de qua dicitur: senectus est venerabilis non diuturna neque numero annorum[l] computata; cani sunt autem sensus hominis et etas senectutis, vita immaculata. Sepultus est autem in medio ecclesie sancti Ursmari ante altare sancti Iohannis baptiste.

26. Nulla ut in talibus assolet vel dissentionis mora[m] vel dilationis. Domnus Franco pari omnium electione assumitur, vir a puero religiose apud nos educatus, simpliciter conversatus, in scripturis undecumque doctissimus. Nam cum adhuc tempore Walteri abbatis apud nos litterarum florente studio domesticis adprime rudimentis imbutus esset, ut vas castitatis et innocentie divine quoque sapientie melle condiretur, Lauduni summorum tunc temporis magistrorum[24] in sacrarum lectione scripturarum discipulus factus est, in quo et sui ipsius[n] desiderio et utilitati ecclesie, que sibi eum iam tunc preparabat[o], satisfactum est. Ubi nihil de proposito minuens, inter seculares[p] religiosus mansit, et quod magne castitatis magnum est signum inter feminas monasterii sancti Iohannis unde sumptus accipiebat iu-

a) *deest* 2. b) pactum *in* 1 *ut videtur*. c) *in* 1 *corr.* sanctorum Petri et Pauli. d) deliberans 2. e) *deest* 1. f) *sic* 2; Chuntere 1. g) in ore 2. h) *deest* 1. i) *deest* 2; quod 1. k) *deest* 2. l) dierum 2. m) alicuius *add.* 2. n) *deest* 2. o) *deest* 1. p) scolares 1.

22) Salardinge. 23) Contich. 24) Anselmi et Radulfi fratrum.

venculus intrans et exiens nec suspitionis nevum contraxit, presertim cum femine ecclesie tante irreligiositatis infamarentur, ut eis amotis[a] monachi postmodum substituerentur. Reversus est igitur, et monachilis sanctimoniae thesauro nihil defraudatus et clericalis, ymo divinae philosophiae divitiis locupletatus factusque est deinceps iure magister apud suos qui discipulus fieri non erubuerat apud alienos[b]. Moris quippe Lobiensis ecclesie eatenus fuerat, ut non solum de suis aliorum locorum atque doctorum magisterio instruendos traderet[c] verum et de iis quoque et[c*] hoc studio plures et illustres habebat, alienis magistros accommodaret monasteriis. Cum igitur rerum illa quam supra diximus mutatio in adventu Leonii abbatis fieret, ipse apud Sanctum Nicolaum in sylva[25] ubi religionis fervor plurimum vigebat ordini assuescere propria magis exactione quam aliena coactione destinatus est. Ubi in brevi tante in hac novitate perfectionis se exibuit, ut in priorem prius apud Sanctum Iohannem Morinis[d, 26], deinde apud Sanctum Iohannem Florinis[27], ad ultimum vero etiam apud nos gratia religiositatis et honestatis similiter in priorem assumptus sit. Sicque de virtute in virtutem proficiens, de gradu quoque in gradum, quousque voto pari omnium abbatis quoque dignitatem indemptus[e] est. Ordinatus autem, sicut[f] ab vivente etate conversatus erat, simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malo, perseverare non desiit, dilectioni Dei ac gentis nostre[g] et sanctorum nihil preponens, maiorem in Dei rebus quam in negociis temporalibus curam impendens. Unde et a quibusdam propositum humilitatis eius[h] in eo attendentibus inferius dignitate sua se agere iudicabatur. Sed quicunque sanum[i] sapientes, unde ab insipientibus et alta sapientibus honori suo non sufficere estimabatur, inde eum potius honorabant, ita ut quocunque monasteriorum devenisset[k], primus ei pro religione locus cederetur[l] et frequenter tam in capitulis quam in synodis ad faciendum edificationis verbum invitaretur. Et licet in eius verbis minus appareret facundie, quia in his vel gratiam vel curam non[m] haberet, suavi tamen eloquio moralitatis[n] mel de petra, oleum de saxo[o] durissimo sugendum[p] auditoribus apponere amabat. Nec enim magis in foliis verborum quam in sensuum fructu sibi complacebat, gravitatemque vite nulla locutionis levitate motabilem sive notabilem fieri, salvo eo quod sapientibus et insipientibus reddere cogebatur debitum, quantum poterat devitabat. Unde et ei moris erat, ut nulla vel necessaria occasione, mox ut fratres a completoriis exissent, detentus, cum quibus etiam sepius complebat, quam primum liceret et ipse dormitorium conscenderet, quatenus pro nulla lassitudine primus[q] omnium ad vigilias occurrere omitteret[r], quarum psalmodie stando frequentius quam sedendo intendebat, novissimus autem stratum nulla mollitie superfluum pro servanda potius aliorum consuetudine quam delectatione somni[s] repeteret. Similis enim illi de quo dicitur: *Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Deum, qui fecit illum et in conspectu Altissimi deprecabitur.* Sicut alios ad nocturnos prevenire, ita etiam in matutinis sollicitus erat, ut lecto incubantem orto iam sole inveniri[t] non nisi raro eveniret[u], sed tamquam bonus pastor ante oves vadens, vita et oratione eius atque doctrina eas[v] omnimodis curabat. Etsi necessitas ad agenda temporalia eum exposceret, non nisi post devotam orationem et misse celebrationem, post exhibitam si diei congrueret debitam fratribus in capitulo exhortationem, quasi ad aliena trahi consentiebat. Nec enim communi horarum regularium vel cursuum debito contentus, trinitatis insuper incarnationisque, in quibus duabus fidei et salutis summa consistit, cottidianum devote cursum frequentabat. Videntes autem quidam eterna magis eum curare quam temporalia, simplicitatis eius abuti sibi utile existimaverunt. Unde et clerici Anthonienses anno ordinationis eius secundo in 1156.
eum insurgunt substituendorum in eadem Anthoniensi ecclesia in 3. prebenda electione, que abbatis arbitrio semper subiacuerat, usurpantes sibi, nec prius ab eis vexatione desistunt, donec appellatione facta, Romani super hoc pontificis adire iudicium decernunt. Quid plura? Itum est et reditum, sed nihil finitum. Nam et abbas et qui contra abbatem ierat Walterus de Mauritanea — est ille summus quidam inter Francie magistros, nunc Anthoniensis canonicus postea Laudunensis[w] episcopus — a papa Eugenio ad Santonem Remorum archiepiscopum[28] sua ipsorum petitione remissi sunt, ut qua maiore posset diligentia rei

a) admotis *corr.* amotis 1. b) alios 2. c) traderet — illustres *desunt* 1. c*) *leg.* quos in? d) Florinis *corr.* Tervannae 1. e) indeptus 2. f) *deest* 1. g) et sanctorum *in* 1 *post* preponens *leguntur.* h) *deest* 2. i) summum 1. k) *deest* 2. l) concederetur 2. m) *deest* 2. n) mortalitatis *corr.* moralitatis 1. o) saxu *corr.* saxo 1. p) suggendum *corr.* sugendum 1. q) prius 1. r) admitteret 1. s) seni 1. t) *deest* 2. u) inuenisset 2. v) *deest* 2. w) ladinies 1.

25) Saint-Nicolas au Bois, in Manage villa. 26) Thérouanne 27) Florennes. 28) 1140—1161.

veritatem probari faceret et absque preiudicio causam terminaret. Sed post multos sumptus et labores, quibus pro iure suo stare abbas non pigritatus est, cum sibi consuetudo et auctoritas et cetera iustitie instrumenta non deessent, clericos tamen plus iusto clericis[a] favere, non sine magno sue et ecclesie nostre preiudicio expertus est. Ad hunc enim finem consentire, ut verum dicatur, tandem coactus est, ut consilio domni Remensis — quod coactionis vicem obtinebat, — acquieverit[b], quatenus canonicis terciam libere daret prebendam, electo tamen prius abbati presentato, et ab eo investito, concederet ipse abbas quibus vellet et custodiam ecclesie daret, scholarum vero regimen annuatim[c], exinde accepto hemagio ei quem tam ipse quam canonici[d] elegissent traderet, qui anno exacto non sine abbatis vel clericorum assensu, in eodem officio remorari posset. Confirmatum quoque est ut in anno semel a canonicis, semel a custode abbas ecclesiam visitans nocte ac die procuraretur, et si vacarent fructus prebende alicuius, consilio abbatis in usum ecclesie expenderentur. Sed licet id, quod de concedendo clericis 3. prebende dono acquievit, incaute sibi et male posteris fecerit, aliquis tamen malus fuit usus in illo. Nam ex occasione illius negocii privilegium[29] de personatibus altarium sibi renovari ab Eugenio papa obtinuit[e] et litteras excommunicationis in advocatos ad Leodiensem episcopum et Cameracensem sibi conscribi impetravit[f]. Nec oblitus est matris sue[g] ecclesie Lobiensis, cui de longinqua illa peregrinatione in monimentum pietatis duo pallia, que inter prima ecclesie habentur ornamenta afferre et offerre curavit. Interim et alia ei occasio perturbationis infertur. Officiales siquidem monasterii patientia, ne dicam negligentia, eius abutentes, utpote qui ex simplicitate sua alios simpliciter quosque agere estimaret, debita debitis accumulare et sicut tales in talibus solent sua magis quam aliena curare solliciti erant. Claustrales vero qui pondus diei et estus portare sibi viderentur, necessariorum denario se defraudari et unde alii deliciarentur se inde cruciari[i] gementes, conceperunt dolorem ut parerent clamorem.

27. Contigit autem Gerardum cardinalem et apostolice sedis legatum a Leodio, ubi synodum celebrem habuerat, Lobias adventare. Is quippe de Lobiensi scolastico in Leodiensem canonicum, dehinc in cardinalem promotus, accepta demum in suos legatione, maior erat sibi se. Cum ergo ad nos novam pro veteri parvitate[k] magnitudinem ostensurus divertisset, audivit et exaudivit nostrorum querelam, et pro clamore, qui forte plus iusto intentabatur[l], plus iusto invehi in abbatem non reveretur[m]. Nam pro simili negligentia eisdem diebus abbates duos Leodiensis episcopii deposuerat[30]. Facta igitur coram eo plus quam ducentarum marcharum computatione, eos quos huius obligationis intricatores comperit, a ministerio deiici precepit. In abbatem quoque manus extenderat, nisi eius singularem innocentiam et religiositatem reveritus fuisset. Pro sublevanda autem huiusmodi oppressione, accedente insuper multimoda ecclesie iactura, que et guerris advocatorum et aliis rerum infortuniis sub ipsa tempestate obvenerat, fratres viginti[n] ad alienas ecclesias dispersi sunt. Quam tamen dispersionem nec unius anni esse passus est abbas, malens profecto, si necesse esset, etiam debitorum adiectione necessaria procurari. Cum enim et ipsi et abbates vel emulatione vel compassione pro huiusmodi sepe eum convenirent, hoc erat munimen quo a perturbando eo desisterent, quod et[o] in ipso et in[o] hiis qui ipsi obedirent summam vigore religionis observantiam viderent, quamquam diu durare non posse
1159. constaret spiritualia, ubi defecerint temporalia. Anno autem prelationis eius undecimo, quo
Oct. 29. et defunctus est, eadem pestis qua nocentior nulla[p] ecclesie nostre unquam corruptela evenire potuit, adeo universum corpus debitorum mole oppresserat, ut propriam quoque honestatem communi postponere utilitati necesse habuerit. Nam se ipsum sub omnimoda parcitate cohercens non aliter huic periculo succurrendum estimavit, nisi et ipse a susceptione hospitum, quam devote et liberaliter executus fuerat, et inutili collectione conversorum vel conversarum seu[q] ab omnibus quibus gravari posset ecclesia tempestive[r], consentiret et eos qui se et capitulo inconsulto tot et tanta accumulare debita presumpserant a ministerio deiectos in perpetuum privatos degere decerneret. Quod factum et si ad tante deiectionis relevationem[s] non suffecit, in spe tamen future cautionis ad terrorem pre-

a) *post add.* 1. b) acquieuit 2. c) *deest* 2. d) annuatim *add.* 2. e) *deest* 2. f) obtinuit 2. g) videlicet *add.* 2. i) cruciare *corr.* cruciari 2. k) paruitatis 2. l) i. p. i. *desunt* 1. m) reuereretur 2. n) 2° 1. o) *deest* 2. p) ulla 1. q) *deest* 1. r) tempestate 1. s) revelationem *corr.* relevationem.

29) apud Vos l. c. II, 449 sqq. 30) cf. Ann. S. Iacobi Leod. SS. XVI, p. 641 ad a. 1155.

sentium tempori satisfecit. Eo siquidem defuncto non solum fratrum et ex his paucorum, ut prius, sed et servorum[a] et omnium qui de ecclesia quicquam subsidii accipere solebant, retentis stipendiis, tanta insuper omnium pene fratrum dispersio triennii spatio, et quod magis dolendum, sine aliquo fructu facta est, quantam ecclesia nostra nec antea sensit nec post sensura est. Ut autem ad propositum redeamus, dum adviveret predictus abbas, hec sunt que suo tempore studio ecclesie nostre contulit. Acquisivit de dono episcopi Cameracensis Nicolai altare de Mortesele[31], altare de Verginau[32], decimam de Arcella de manu pervasoris[b] ereptam ecclesie[c] restituit, delato illuc et propter hoc ibidem detento per anni spatium beati Ursmari corpore, multisque a Willermo et eius complicibus illatis iniuriis, petita et impetrata ab apostolica sede iusticia, Willermum tandem quod usurpaverat eiurare[d] in curia comitis Flandrie[33], et eodem comite et filiis eius obsidibus servande in perpetuum[e] pacis acceptis, ipsius comitis et procerum eius testimonio ac privilegio pacem confirmari obtinuit. Culturas ville de Tüillies quas mansionarii colendas tenebant ad indominicatum ecclesie revocavit. Multiplicandis in armario libris, maxime his qui glossati sunt et modernorum magistrorum opere conditi, tam ipse quam predecessor eius operam dedit. Calices aliquanti, 3 thuribula deaurata non parvi precii et decentis operis, crux quoque deaurata et lapidibus insignita et quedam alia in diebus eius thesauro ecclesie accreverunt. Fabricam domus susceptionis hospitum, quam[f] mandatum vocant, perfecit, non tamen ecclesiam sancti Pauli desuper instaurare, sicut predecessor eius proposuerat, adiecit. Camere[g] quam ipse prior adhuc sub dormitorio fecerat, aliam ex latere de veteri granario commutatam adiunxit. Instituit quoque in honorem matris Domini missam, quam singulariter sacerdos celebrabat, a toto conventu deinceps generaliter et sabbato sollemniter celebrari, et in ea post eiusdem memoriam sancti Iohannis evangeliste, deinde omnium familiarium vivorum ac defunctorum, pro quibus eadem missa instituta fuit, commemorationem[h] fieri. Obiit in iustitia et sanctitate conversatus omnibus diebus suis. In extremo quoque vite in devotione quam semper habuerat inventus est[i], vesperas siquidem sancte Trinitatis ore proprio consummans, ad eiusdem Trinitatis sancte visionem tendens emisit spiritum. Sepultus est in ecclesia sancti Ursmari in medio ecclesie principalis iuxta predecessorem suum bone memorie Lambertum. Obambulatorium claustri ad partem monasterii septemtrionalem, quod Adelardus abbas edificaverat, solo ex parte equavit, eo quod deficientibus quibus idem edificium restrueretur[k] sumptibus simul et semel ruinam tolli quam cottidie timeri[l] sanius iudicaverit. Claustrum vero interius et refectorium quantum ad ligneam spectat materiam ex integro resarcivit. Locum conventus, quo videlicet ad sedendum et legendum fratres conveniunt, decentiori opere et forma speciosiore[m] preparans, ubi aptanda laquearia cum aliquo tamen vitrearum ecclesie impedimento proposuit nec adimplevit. Privilegium[34] quoque ab Adriano papa instar priorum Romanorum pontificum sibi renovari 1156. Nov. 13.
suo studio obtinuit, sicut in archivis ecclesie nostre continetur.

a) servitorum 2. b) pervasorum 2. c) *deest* 2. d) evitare 2. e) reliquum 2. f) quem 1. g) Cameram 1. h) coem 1. i) *deest* 2. k) restauretur 2. l) teneri 1. m) spatiosiore 2.

31) Mortsel, prope Contich. 32) Virginal-Samme, prope Nivelles. 33) Theoderici de Alsatia. 34) nunc prima vice a Vos l. c. II, 457 sqq. ex originali luci datum est.

# CHRONICON LAURESHAMENSE

## EDIDIT KAROLUS A. F. PERTZ PHIL. DR.

### PROFESSOR REGIUS.

*Chronicon nobilissimae olim abbatiae Laureshamensis, quod beneficio socii nostri, ill. D. Francisci de Löher, tabularii Regii Bawarici directoris, ad fidem codicis autographi saec. XII p. med. hoc loco edere licet, inde ab anno 1600 aut integrum aut saltem aliqua ex parte saepius typis impressum est. Postquam enim Thom. Leodius in Appendice ad Marquardi Freheri Origg. Palatinas, Heidelberg. 1599 in 4to, pag. 9*[1]*, omnium primus mentionem codicis his verbis fecit:* Haec ex antiquissimo libro, ante sexcentos ut putatur annos scribi coepto, erui, *Chronicon ex ipso autographo descriptum prodiit in Marquardi Freheri Germanic. Rer. SS. Tomo I, pag. 56—97, Edit. II, Francof. ad Moen. anno 1624 edito. A Frehero deinde partes quasdam Chronici mutuati sunt Goldastus in libro cui titulus est* Apologetica Scripta pro Heinrico IV. imp.[2]; *Georg. Helwichius in Antiquitatibus Laureshamensibus*[3]*; Chesnius*[4]*; Bouquet*[5]*; viginti denique codicis diplomata Leodius anno 1599 in laudata Appendice ad Freheri Origg. Palatinas*[6]*, alia duo in* Commentariolo *suo posthumo* de Lupoduno[7] *idem Freherus publici iuris fecerat. Nec praetermittendum hoc loco est, Udalrici Babenbergensis Codicem epistolarem*[8]*, a. 1125 compilatum, diplomata quinque*[9] *continere eadem, quae in Chronico Laureshamense exstant*[10]*; ex quorum serie Georg. Christian. Ioannis*[11] *quatuor repetivit, aliis quinque superadditis, ex fontibus supra nominatis necnon ex ipsis autographis depromptis*[12].

*Attamen Freherus in edendo codice ita versatus est, ut partem saltem priorem, ipsum Chronicon continentem, eamque haud integram sed locis multis intermissis, prelo subiiceret. Qua re intellecta Cel. Besselius, abbas Gotwicensis, qui a. 1712 codicem Moguntiae manibus volverat, novam editionem instituendi consilium cepit, et ut autographum Gotwicum mitteretur a Lothario Francisco de Schönborn, tunc temporis archiepiscopo Moguntino, facile impetravit*[13]*. Sed Besselio mortuo antequam susceptum opus absolvisset, transscriptio codicis,*

1) vel pag. 156 Editionis secundae, ibid. 1613. 2) Hanov. 1611 in 4°. pag. 233 sqq. 3) Francof. 1631 in 4°. et in Ioannis Rer. Mogontiac. Tomo III, p. 1—106. 4) Histor. Francor. SS. III. p. 490. 5) Tom. V, pag. 381—383. 6) pag. 28—51 editionis primae, sive pag. 170—187 edit. alterae anni 1613. 7) in Henr. Guil. Clemmii Novis Amoenitatibus literariis, Fasc. II, Stutgardiae 1762. 8°. pag. 211—271 (cfr. donationem Sigewini a. 762 et Gomperti a. 763; l. c. p. 266—268). 8) apud Eccard, Corpus historic. med. aevi Tom. II, p. 1—37. 9) scilicet Ioannis papae XV. a. 989 (n° XII, pag. 29); Arnulfi regis a. 897 (n° XIV, p. 30); Heinrici II. regis (n° LXV, p. 66); eiusdem a. 1013 (n° LXIV, p. 66); Leonis IX. papae a. 1049 (n° XI, p. 27). 10) cfr. diplomata n° 85, 52, 92, 94, 122 editionis Acad. Theodoro-Palatinae. 11) Rer. Moguntiac. Tom. III, in Appendice, diplomata quaedam ad Antiquitt. Lauresh. facientia continente, pag. 109—120. 12) cfr. infra dipl. Heinrici abbatis Lauresh. anni 1165, n°. 159. 13) cfr. Praefationem Besselii ad Chronic. Gotwicense, pag. XXX; codicem anno adhuc 1754 in monasterio Gotwicensi remansisse, in libro suo *Historia rei litterariae Ord. S. Benedicti* testatur Ziegelbauer, Parte I, Aug. Vindel. 1754 in fol. pag. 606.

*quam fieri curaverat*; *anno* 1758 *in tabularium electorale Palatinum advenit, ibique novae Academiae Theodoro-Palatinae ab Electore*[14] *tradita est*, *ut eius auspiciis in lucem ederetur. Quare* cum animadversum statim fuisset, corpus capite suo truncum — *nam omisso Chronico*, *Traditiones tantum*, *sive posteriorem codicis partem*, *Besselius transscripserat* — neque a vitiis aliis librariorum culpa esse immune, ut ex Moguntino archetypo tum quae deficerent resarcirentur, tum quae vitiosa essent corrigerentur, ab Emerico Iosepho archiepiscopo Academia impetravit[15]. *Sic anno demum* 1768 *et* 1770 *editio integra* prima, *tribus voluminibus comprehensa, Mannhemii prodiit*[16], *eamque hoc anno ipso* altera *Codicis Laureshamensis editio sequuta est*, *quam ex schedis Besselianis V. Cl. Magnus Klein*, *abbas Gotwicensis*, *curavit*[17], *quaeque etsi annum* 1766 *in fronte gerit*, *tamen post primum editionis Mannhemianae tomum prodiit*[18]. *Quae tamen editio imperfecta remansit*, *quum pars tantum* prior[19] *publici iuris facta sit; altera*, *cui inter alia abbatum Laureshamensium Catalogum et diplomatum imagines inserere se velle editor promiserat*, *una cum omni materia*, *quam VV. Cll. Besselius et Klein ad opus istud melius absolvendum summa diligentia congesserunt*, *in schedis Bibliothecae Gotwicensis ad hunc diem delitescit*[20].

*Hae duae autem codicis Laureshamensis editiones*, *etsi ad fidem codicis autographi paratae sint neque propriis suis meritis careant*, *permultis tamen atque gravissimis vitiis inquinatae sunt*[21], *ita ut virorum doctorum desideriis satisfacere hodie nullo modo possint. Ut enim vitia minora taceam*, *quae ad orthographiam et rectam sententiarum distinctionem pertinent: Editionis Academiae Theodoro-Palatinae auctor*[22] *non solum saepissime complures codicis voces*[23], *sed etiam versus totos plane omisit*, *ut pag.* 28 *extr.*: et ut semper — sine reprehensione, *et pag.* 217 *med.*: ad Varenbach 6 hubae — 10 ova et pullum; *quae tamen vitia in Appendicula ad Tom. III aliqua saltem ex parte ipse correxit. Praeterea pag.* 47, *vers.* 10 *legit* ibidem *pro* id est; *pag.* 228, 15 *voces* vel assimilare, *scilicet in modum glossae ab alia manu voci* associari *superscriptas*, *turbato exinde metro in textum recepit*, *et* — *quod hisce mendis etiam gravius est* — *diploma numero CXIX signatum*, *pag.* 168, *et pag.* 198 *ineunte versus octo sequentes:* Tempore Anshelmi abbatis — divina gratia reve-

14) Carolo Theodoro. 15) cfr. Praefat. Editionis Mannhem. pag. IX. 16) Codex principalis olim Laureshamensis abbatiae diplomaticus . . . edidit, recensuit, et praefata est Academia Elect. Scient. et Elegant. Liter. Theodoro-Palatina. Tom I et II. Mannhemii 1768; Tom. III. ib. 1770, in 4[to]. 17) Codex diplomaticus, et variarum Traditionum antiquissimi Monasterii Laurisheimensis, Ord. s. Benedicti, in Pago Rhenensi . . . saec. VIII. fundati. Cum Notis et Animadversionibus historicis, chronicis et chorographicis etc. Pars I (et unicus). Prodit ex MSS. Bibliothecae . . . Monasterii Gottwicensis etc. Typis Monasterii Tegernseensis. Anno 1776. 4°. scilicet Tomo primo ipsum Chronicon Lauresh. cum Praefatione Editoris atque Indicibus foliis 24 et 272 paginis complectens; secundo deinde volumine Traditionum Lauresh. n°. 1—640, folio 1 et paginis 400. 18) cfr. Praefat. ad. Tom. II. edit. Mannhem. pag. IV. 19) eadem haec Editio continet, quae Editionis Palatinae tomo primo typis expressa sunt. 20) vide quae de hisce docet Val. Al. Franz Falk in libro suo *Geschichte des ehemaligen Klosters Lorsch an der Bergstrasse. Mainz* 1866. 8°. *pag.* 168, *not.* 49. 21) de Editione Tegernseensi cfr. quae Tom. II. Editionis Mannhemianae, Praefat. pag. VI sqq. iniustius quam verius exponuntur; de Edit. Acad. Palatinae vide Ioh. Salom. Semler's historische Abhandlungen über einige Gegenstände der mittleren Zeit. Dessau und Leipzig. 1782. 8°. pag. 238—281. Haec enim altera Editio, incredibili incuria confecta, a Tegernseensi toto coelo distat: quae quidem, si paucos tantum locos excipias, summa diligentia a viris doctissimis Besselio et Klein ad exemplar codicis autographi redacta est, ita ut veram et genuinam Chronici Laureshamensis formam reddidisse Tegernseensis multo magis quam Palatina iudicanda sit. 22) Andreas Lamey, vir de historia patriae enucleanda meritissimus. 23) scil. p. 43 in.: *quanto sapientiores*; p. 47, v. 9 ante fin.: vocem *e* in: *alter e nobis*; p. 111 ex.: *ac datum*; p. 115 ante med. *et sic iterum in*; p. 121 med.: [a rege Ottone] *primo*; p. 129 a. fin.: *ipsius Adalholdi signum*; p. 136, v. 5: *a Deo coronato magno*; p. 148 p. med.: *Werinhero pio successit alter*; p. 190 a. med.: *periculo capitis sui*; p. 217 p. init.: *parapsides* 8; p. 256 med.: *erga subiectos subiectior*; p. 262 med.: *ac iusta servantibus*; etc.

lante, *nil suspicatus in textum inserit, etsi a manibus recentioribus saeculi XII ex. et XIII postea in loco vacuo suppleta sunt*[24].

*Est autem codex Laureshamensis autographus formae maioris*[25] *in membranis conscriptus, non una manu saec. XII. post med.*[26] *binis columnis exaratus, foliorum* 229, *quorum singuli* 51 *versus exhibent.* Scriptura maxime coarctata, et — ut fieri assolet in libris MSS. eiusdem temporis — abbreviaturarum plena. Singulas fere traditiones et temporis epochas rubricae praemissae vel in margine appositae[27] a se invicem distinguunt; littera *e*, ubi partes diphthongi *ae* sustinet, more saeculi caudata est. Codex divisus est in partes duas valde inaequales: *minorem*, quae praecedit, temporumque ordinem in universum sequitur, et *maiorem*, quae per singulos pagos pagorumque vicos et villas decurrit adeoque *chorographica* est. Priore, quae *chronographica*, regum imperatorum principum comitum dynastarum episcoporum abbatum, et a medio saeculo decimo pontificum Romanorum, privilegia praecepta donationes commutationes epistolae bullae etc. numero 166 continentur, interserta abbatum Laureshamensium et rerum ab ipsis gestarum serie. Posterior traditiones reliquorum inferioris utplurimum conditionis hominum tanto numero complectitur, ut geographicum et onomasticum Germaniae mediae, Rhenanae praesertim, cornucopiae haud immerito dixeris. Antiquiorem sane abbatiam, bonorumque possessione et possessionis suae tabulis simul ditiorem, in Germania cisrhenana nullam reperies[28].

*Pars prior codicis, Chronicon Laureshamense continens, quod solum h. l. sistimus, foliis* 35 *prioribus continetur, et manibus quidem diversae aetatis quinque conscripta est. Quarum prima saec. XII post med. desinit in folio* 34′, *versibus scilicet:* memor eius et hic positorum[29]; *verba deinde sequentia usque ad finem bullae Alexandri papae II., sive codicis folia* 34′—35′[30], *manu secunda intra annos* 1180 *et* 1183, *ut diximus, scripta sunt; quibus tertia manus saec. XIII ex. vel XIV in eodem folio* 35′ *versus sex addidit, qui priorem codicis Laureshamensem partem claudunt, scilicet hos:* Rebus honestate, *etc.* — liberrime plana. *Manus deinde quarta saec. XII ex.* Cartulam mancipiorum de Frumenstetin[31], *manus denique quinta saec. XIII locum laudatum de elevatione et reconditione corporis s. Nazarii*[32] *in choro monasterii, tempore Anselmi abbatis a.* 1090, *necnon de inventione eiusdem in dicto loco a fratribus Praemonstratensibus anno* 1266, *textui Chronici inseruit. Posterior autem pars operis, sive Codex Traditionum Laureshamensium (fol.* 36—229 *codicis) ab alia manu*[33] *s. XII ex. scripta est, eadem ut videtur, quae folia* 34′—35′ *exaravit, exceptis fol.* 226′ *et* 228′, *ubi chartae saec. XIII ex. conscriptae occurrunt.*

24) errorem hunc ultimum postea in laudata Appendicula editor correxit. 25) scilicet altus centimet. 46, latus centimet. 34. 26) scilicet intra annos 1167 et 1180; manum enim secundam, sive Continuatoris Chronici, annis 1180—1183 tribuendam esse ea ex re patet, quod Ottonem comitem Palatinum iam ducem Bawariae constitutum memorat, ad quam dignitatem ille anno demum 1180, die 16. Sept. in curia Altenburgensi elevatus est; cfr. *Annales Ratisbon.* sub hoc anno (SS. XVII, 589). Otto dux obiit anno 1183, die 11. Iulii; qua ex re colligendum est, continuatorem nostrum intra diem 16. Sept. 1180 et 11. Iulii 1183 praedecessoris sui laborem continuasse. De morte Ottonis ducis cfr. Regesta Ottonis apud Heigel et Riezler, Das Herzogthum Bayern zur Zeit Heinrichs des Löwen. München 1867, pag. 134, et Conradi Schirensis Annales a. 1183 (SS. XVII, 630). 27) Quae quidem rubricae usque ad fol. 24′ ab ipsa autoris manu conscriptae sunt, quae sequuntur ab alia manu saec. XV post suppletae. 28) Edit. Mannhem. Praefat. pag. X–XII. 29) Edit. Mannh. p. 275 a. fin. 30) ibid. p. 280. 31) fol. 21 Codicis; Edit. Palatin. n°. 119, pag. 168. 32) folio 24′ extr.; Edit. Palat. pag. 198 in. 33) nescio an et haec codicis pars pluribus manibus diversis debeatur, quarum ultima inde a folio 172 incipiens cum illa consentit, quae chronici Lauresh. partem extremam, sive fol. 34′—35′ adiecit. Sed de his futurus Traditionum Laureshamensium editor videat.

Acta ſunt hec anno ab incarn. dni m. c. lx. iiii. Regnante Fride
rico impre. Hermanno epo preſidente Conſtant. eccle. Sub abbe
Gebehardo feliciter amen.
Anno ab incarn. d. m. c. lxx. Multis calamitatibus oppreſſerunt
monaſterium ſci Gregorii. de quibus me tedet amplius
aliquid ulterius dicere. Abbas quippe Gebehardus depo
ſitus eſt et locus iſte grauiter oppreſſus et ſpoliatus.
Anno ab inc. d. m. c. lxx iii. Locata ſunt fundamenta eccle.
ſci Gregorii ab orientali parte ſub Abbat. Heinric.

W. Wattenbach scr.

Anno m. c. lxx. iiii.

## 1. Chronicon Laureshamense.

C. regius Monacensis.

manus 1. Transcriptio priuilegiorum regalium et apoſtolicorum. ſeu tradi
tionum Laureshamenſis monaſterii. Annotatio quoque regum
et imperatorum ſeu abbatum ab
exordio eius uſque ad nos
in ordine digeſta.:



IVINA
NOBIS
opitulante gratia
Laureshamenſis
eccle priuilegia
tam apoſtolica quam imperato
ria. ipſorumque largitiones ſeu
ceterorum fidelium dei donationes quibus et nobilitate et re
rum amplitudine conſtat inſignis. e diuerſis ſparſim ex
emplaribus unius corporis faſce collectum congruum
duximus. primo quibus auctoribus fundata ſit et planta
ta ſtrictim attingere. ac ſubinde quibus incrementis
ad tante ſublimitatis ſit euecta faſtigium in ordinem
digerere. De fundatione Laureshamenſis monaſterii.
Anno Dominice Incarnationis Septingenteſimo Sexa

fol. 34 col. 2. ... commenſ. nomen ipſius meritum et memoriam.
manus prima. Hoc iacet in tumulo dolor et decus omne ſuorum
Abbas Heinricus. rugi pce dignus eorum.
Dic rogo qui tranſis. memor eius et hic poſitorum.
manus secunda. Anima eius et anime omnium fidelium defunc
torum requieſcant in pace. Amen.
Prefuit annis. xv. menſibus. x. Magna laneuſſ ... in ſpalb ... annulatio
Certo tempore Laurenſis eccleſia funditus con
cidit eamque ſubinde iuxta uaticinium
Iohel locuſta. bruchus. eruca et erugo indeſi

K. Pertz scrips. 30/3. 1868.

Denique notandum est, auctorem codicis subscriptiones et imperiales et regales, necnon regum atque imperatorum monogrammata, non tam locis suis propriis in chartis regalibus inseruisse, quam rubro colore conscripta in margine semper apposuisse. Qua ex re eum ipsa diplomatum autographa ante oculos habuisse sequitur[34].

Quod autem fata codicis nostri attinet, anno 1232, quum regimen abbatiae Laureshamensis Friderico II. imperante ad Sigefridum archiepiscopum transferretur, Moguntiam venit; saeculo deinde XV medio Dieterico archiepiscopo[35] Stratam montanam et terras adiacentes necessitatis causa oppignerante, in tabularium Palatinum Heidelbergam codex deportatus est, quo loco Thomas Leodius, quem supra laudavimus, et Marquardus Freherus eo usi sunt. Fortuna deinde annuente devastationis Bibliothecae Palatinae anni 1622 superstes remansit, et tempore insequente Moguntiam reversus, anno 1712 a Besselio ibidem, ut diximus, in tabulario archiepiscopali inventus est. Qua in urbe a. 1777 Phil. Wilh. Gercken ultimus quoad novimus codicem inspexit[36]: unde anno, ut videtur, 1815 archivio regio Wirziburgensi inlatus, ultima vice post a. 1830 Monachium migravit, ibique in tabulario regio hodie etiam asservatur. Eum nostrum in usum Monachii negligenter excussit Phil. Jaffé; deinde vero iteratis curis ipsi codicem tractantes, numerosa prioris collationis vitia correximus.

Attamen si de auctore Chronici quaestionem instituimus, primo ex universa narrationis serie monachum illum fuisse Laureshamensem apparet, et Friderico I. imperante eum vixisse non solum anno 1167 et morte Heinrici abbatis abruptus historiae tenor, verum etiam locus Chronici iste diserte probat, quo de accessione Conradi secundi loquutus sic pergit: a quo, ut aiunt, processit adhuc permanens imperialis prosapia[37]; post hoc autem reges atque imperatores a Conrado oriundos omnes enumerans, Fridericum I. imperatorem horum ultimum nominat. Qua ex re si auctor noster opus suum in monasterio ipso paullo post a. 1167 composuisse dicendus est, ad tale negotium aptum neque indoctum illum hominem fuisse exinde apparet, quod praeter libros biblicos, quorum ipsa verba saepius Chronico inseruntur, auctores quoque classicos, quos dicunt, Latinos laudat: Virgilium scilicet in Georgicis[38] et Aeneide[39], Lucanum in Bello Civili[40], Macrobii Saturnalia[41], denique Statii Thebaida[42].

Eiusmodi itaque doctrinae hominem et fervidissimo simul monasterii sui amore impletum, maximi sane pretii opus scribere facile potuisse, praesertim si fontibus fide dignis innisus fuerit, quis est qui infitietur? Utebatur autem in Chronico conficiendo ante omnia splendidissimo illo chartarum thesauro, quo abbatia Laureshamensis ante ceteras Germaniae ecclesias longe praepollebat; eaeque chartae, chronologico ut plurimum ordine textui insertae, non solum si spatium spectamus maximam operis partem occupant, sed, quod maius est, summum Chronico et pretium addunt et dignitatem. Auctorem vero chartas illas ex ipso tabulario abbatiae hausisse, quum re ipsa verisimile sit, tum expressis verbis ipse declarat, de traditione quadam matronae nobilis, Gerniv nomine, sic scribens[43]: cuius tamen donationem descriptam nondum reperimus; quae res quum postea continuatori operis contigisset, chartam istam infra pag. 140 narrationi inseruit.

Quae quum ita se habeant, eo magis dolendum est, auctorem Chronici

34) Confer etiam quae hac de re infra disputabimus. 35) Sedit a. 1459—1463. 36) Reisen durch Schwaben, Baiern, die . . Schweiz, Franken, die Rheinischen Provinzen und an der Mosel, in den Jahren 1779—1785. Theil III, Stendal 1786. 8°. pag. 61. 37) pag. 160 in. 38) p. 41. 39) p. 181. 40) p. 255. 41) p. 10. 42) p. 254. 43) pag. 93.

*talibus fontibus tam magna negligentia usum fuisse, ut non solum textum diplomatum pretio dignissimorum ad libitum mutaverit, immo mutilaverit, verum etiam data chronologica centies turbaverit. Ut enim vitia ista taceam, quae scribendi aut incuria aut festinatione accidere solent: ingenue ipse fatetur, se* privilegiorum antiquorum barbarismos sive solecismos *pro ipsa antiquitatis reverentia non omnes correxisse*[44]*; quod quum in processu operis, crescente simul audacia, magis magisque fecisset, accidit ut eorum diplomatum, quae — ut saepius — in diversis Chronici partibus bis inseruntur*[45]*, textus, si alterum cum altero conferas, in nominum praecipue orthographia summopere discreparent.*

*Sed gravius adhuc in eo peccasse videtur, quod indolentia quadam inductus saepissime etiam chartas, non dico privatorum, verum etiam regias atque imperiales, sponte truncavit. Quod idem ipse fatetur, dicens*[46]*:* Exordia finesque singularum donationum, formas quoque precariorum omnes transscribere, mancipiorum nichilominus et testium nomina seriatim ponere, et longum est et non necessarium, maxime cum — exceptis personarum locorumque vocabulis ac temporum designationibus — aut eundem aut non multum disparem modum habeant et continentiam. Sufficiat igitur, si salva rerum veritate quando, ubi, qualiter, quid a quibusque collatum sit, nichil pretermittamus. *Et pag.* 283*:* ubi lectorem prima fronte perstruimus, omnia traditionum exordia retexere laboris esse superflui, presertim cum omnium vel eadem vel non multum diversa sit convenientia, sed potius nos legitimas traditionum sollempnitates, formas atque modos, testamentorumque ac testium nomina, regum simul ac imperatorum tempora, plena fide persequi. Ceterum precariarum transscribere formulas ociosum duximus, eo quod ipsae res praestitae suis traditionibus inscriptae sunt, et eaedem precariae sive prestariae morte eorum, qui eas precario acceperant, vim et locum amiserint.

*Huius rei exemplum affert diploma Heinrici abbatis Laureshamensis anni* 1165[47]*, ubi post finem textus talia auctor Chronici adiecit:* Testes, dies, locus et annus, qui supra, *scilicet in diplomate praecedente. Accidit autem, ut eandem chartam impressam reperiamus apud* J o a n n e m*, Rer. Mogunt. SS. Tom. III, p.* 117*, qui illam ex ipso autographo in tabulario Schoenaugiensi descripsit, testiumque nomina et temporis locique designationem integram servavit; quibus cum diplomate illo, quod auctor Chronici laudat, comparatis, nomina testium in utraque charta non omnia eadem esse videmus.*

*Accedit, quod auctor noster diplomatum, quae ante oculos habebat, seriem integram transscribere omisit, ita ut ne chartas quidem imperatorum, quae maximi sane momenti sunt,* o m n e s *nobis tradiderit. Cuius rei ut exemplum afferamus: Heinrici V. imp. chartam illam neglexit, qua a.* 1113 *abbatiae Laurishamensi omnia bona ad cellam Michelstadensem pertinentia privilegio confirmavit, quamque ex autographo etiam nunc exstante ediderunt* **S c h n e i d e r***, Erbachische Stammtafel und Historie, pag.* 509[48]*, et accuratius G.* **S i m o n***, Gesch. der Dynasten und Grafen zu Erbach*[49]*, Urkundenbuch n. I.*

*Neque vero chartarum, quas tradit, seriem chronologicam ab auctore observatam esse, nemo est quem effugiat; confer inter alia diplomata, donationes in Gannita continentia, annorum* 776—891*, quae omnia — et ne haec quidem chronologico ordine — post chartam Conradi regis II, d. d.* 1024*, Nov.* 14*. inserta sunt.*

44) pag. 9 extr. et 10 in. 45) vide locos in Praefat. edition. Mannhem. Tom. III, pag. VI laudatos. 46) pag. 35. 47) n°. 159, pag. 265 sq. 48) Frankf. 1736 in folio. 49) Frankf. a/M. 1858. 8°.

*Magis autem ea in re vituperandus est monachus Laureshamensis, quod in transscribendis regum atque imperatorum nostrorum privilegiis tanta negligentia processit, ut in temporum designationes gravissimi non semel errores irrepserint*[50]. *Qua in re quam magna eius fuerit socordia, charta Hugonis abbatis*[51] *prae reliquis ostendit; qui cum inde ab a.* 1043 *usque ad diem octavum Maii a.* 1052 *abbatiae praefuisset, tamen diploma laudatum auctor noster anno dominicae incarnationis* 1026, *et septima quidem indictione, datum fuisse scribit! Aliud eiusdem et insigne quidem monumentum incuriae est charta illa nobilis matronae Gerniv de Sachsenheim, quam pag.* 93 *med. sub Arnolfo rege et circa annum* 889 *factam esse dicit, sine dubio memoriae tantum innisus; nam ubi reperto postea diplomate paginae* 140 *sq. continuator Chronici illud inserit, non anno* 889 *et regnante Arnolfo, sed Ottone III. rege et anno* 989 *editum fuisse discimus.*

*Tituli quoque chartarum imperialium in duobus saltem privilegiis mirum in modum depravati sunt, ita ut vix credas ex ipsis autographis eos descriptos esse; scilicet in charta Ottonis I. imp. a.* 963[52], *in qua titulus sic scribitur:* Otto Dei gratia rex Francorum et Langobardorum ac patritius Romanorum, *et eodem modo in alia eiusdem imperatoris charta, anno* 972 *conscripta*[53].

*Eiusdem negligentiae reum diserte nostrum ostendunt loci alii passim recurrentes, illi scilicet, in quibus sigillorum regalium vel imperialium inscriptiones, tamquam partes essent textus, ipsi verborum ordini inseruit, modo post subscriptionem regiam eas ponens, modo ad finem diplomatum adiiciens. Quae res terdecies in chartis regum atque imperatorum*[54], *semel etiam in bulla Eugenii papae occurrit*[55], *ita ut mirum sit, editionis Academiae Theodoro-Palatinae curatores tali vitio nondum suspecto ne in adnotatione quidem sua locos istos correxisse. Cum hoc plane consentit, quod monachus noster in bulla Alexandri papae II. d. d.* 1070. *Apr.* 7, *siglam nominis Alexandri, scilicet* A.. *A d r i a n u m significare opinatus, non solum in ipso diplomate verum etiam in chronico suo*[56] *Adriani papae nomen falso inseruit.*

*Sed de chartis operi insertis haec dicta sufficiant; iam Chronici ipsius fidem historicam paullo accuratius investigemus. In hoc autem, scilicet in ea operis parte, quam de suo auctor addidit, eandem incuriam, eadem vitia reperimus, quae in chartis ut supra ostendimus occurrunt. Etsi enim lapsui tantum calami fortasse condonandum erit, si pag.* 36 annis XIII *scribitur pro a.* XXXIII; *pag.* 56 *in.* anno dom. incarn. DCCCXVII *pro* a. d. inc. DCCCXXXVII; *pag.* 115 anno dom. inc. DCCCCXXI *pro* a. dom. inc. DCCCCXXXI; *pag.* 177 *in.* a. dom. inc. MLIII *pro* a. dom. inc. MLII: *alii tamen errores haud uno loco deprehenduntur, quibus auctorem nostrum non dico negligentem, sed in historia rerum et imperii et, quod magis miramur, sui ipsius etiam monasterii, omnino pessime fuisse versatum plane apparet. Cuius inscitiae exempla fere evidentissima sunt haec: pag.* 18 *ineunte annus dominicae incarn.* 777 *Karoli Magni regnantis annus sextus, fundationis autem monasterii annus* 13*mus* *dicitur, utrumque autem in annum ab incarn. Domini* 774 *incidit; eadem pagina media Ludowicum, filium Karoli, anno* 777 *tradit una cum patre et Pippino fratre dedicationi novae ecclesiae Laureshamensis interfuisse, nescius, ut patet, Ludowicum Pium anno demum* 778 *natum fuisse! Deinde pag.* 109 *stirpem Karolorum per* 173 *annos regnum tenuisse et una cum Karolo Simplice, Galliarum rege, anno* 923 *ex-*

50) cfr. infra annotationem nostram ad diplom. n°. 27, 30, 76, 79, 81, 127, 138. 51) infra n°. 138. 52) vide infra n°. 72. 53) infra n°. 78. 54) cfr. infra n°. 22, 24, 25, 38, 39, 43, 45, 49, 54, 60, 64, 66, 74. 55) n°. 151. 56) cfr. versus, ipsi diplomati praecedentes, pag. 187 edit. Mannhem.

stinctam dicit; quod tamen anno tandem 987 et obitu Ludowici V. regis accidisse constat. Nec minus pag. 51—54 et pag. 165 Lotharium II. regem cum Lothario I. imperatore continuo confundit, et pag. 253 sub fin. Conradum II. regem cum Conrado III.

Similiter etiam in rebus monasterii sui enarrandis gravissimos errores passim commisit, e quorum numero, levioribus omissis, maioris momenti vitia indigitasse sufficiet. Pag. 64 ex. Eigelbertum narrat a. 855 regimen ecclesiae Laureshamensis suscepisse, qui tamen a. 857 regnare coepit; eumque hac eadem pagina novem pro septem annis abbatiae praefuisse falso tradit. Pag. 67 ex. simili errore ductus initium Thiodrochi abbatis anno 865 adscribit, qui iam a. 863 gubernacula ecclesiae cepit. Quae deinde pag. 96 de electione Liutheri tradit, plane contraria iis sunt, quae idem auctor postea pag. 101 de eadem re exponit. Pag. 119 Ebergisum abbatem a. 944 decessisse scribit, qui tamen a. 948 obiit, sicuti pag. 115 recte ab auctore dictum est. Pag. 120 Gerbodonem a. 948 successisse narrat, quem ex Annalibus S. Nazarii anno 951 electum scimus. Deinde pag. 184 quarta Nonas Februarii falso scribit, pro 4. Non. Iulias; et pag. 196 ex. Arnoldus, quum tamen ex diplomate Heinrici regis V, statim pag. 197 insequenti, appareat, de Burkardo abbate Erphesfordensi hoc loco agi. Pag. 198 Udalrico abbati viginti anni tribuuntur, qui novem tantum annos ecclesiae praefuit; pag. 215 Hugonis abbatis chartam a. 1026, indict. 7. datam putat, eundem Hugonem ab a. 1043—1052 ecclesiae Laureshamensis rectorem fuisse ignarus. Quin etiam Gerbodonem abbatem, iam a. 972 mortuum, pag. 124 tempore Sylvestri papae (999—1003) vixisse, ipsoque mediante Sylvestrum privilegium Ottonis I. regis sua auctoritate confirmasse, expressis verbis ingenue narrat! Denique annum 1165 Heinrici abbatis, sub quo ipse vixit, annum decimum quartum esse putat, etsi non ignorare debebat annum esse duodecimum; et — quod plane inexplicabile videtur — pag. 204 Ebbonem episcopum Laurissae in editiori loco ante ecclesiam sancti Martini loquentem inducit, quum tamen huius nominis ecclesia ibidem nulla umquam exstiterit!

Narratio autem ipsa, quartam fere Chronici partem amplexa, omnis fere in rebus Laurissensis abbatiae versatur, ita ut historiam imperii raro et obiter tantum attingat, idque tunc solummodo, quum ecclesiae suae fatis arctius coniuncta sit; exempli gratia quo tempore Adalbertus archiepiscopus Bremensis abbatiam sibi arripere conatus est[57]. Neque vero ea, quae ad ecclesiae Laurishamensis historiam illustrandam auctor affert, magni pretii esse iam exinde apparet, quod maximam partem diversa tantum donationum instrumenta paucis verbis interiectis connectere studet, eamque ob causam singulorum abbatum res gestas quam brevissime ac vitiose saepius recenset. Sed ubi ad Heinrici IV. tempora et Adalbertum archiepiscopum accessit, in huius contra Laurissensem ecclesiam insidiose gestis fusius versatur[58], et vehementissimis in illum maledictionibus invectus est. Simili modo ultima Heinrici IV. imp. tempora et vexationes illas uberius exponit, quibus monachorum Hirsaugiensium irruptione ecclesia paene vastata est[59]; vividisque in ultima Chronici parte[60] incendium a. 1090, spoliationes ecclesiae per Bennonem abbatem, et Lothario imperante crescentem in dies ob interna bella egestatem eius, coloribus depingit. Res gestae denique Heinrici abbatis, qui miseram ecclesiae conditionem pro posse conatus est sanare, agmen claudunt.

In universum igitur iudicantibus nobis, Chronici auctor monachus fuisse

57) pag. 179—185 edit. Mannh. 58) pag. 176—190. 59) pag. 221—229. 60) pag. 231—275.

*videtur, qui sincero potius erga ecclesiam suam amore quam rerum gestarum peritia imbutus,* **Chartularium** *magis quam* **Historiam** *Laurissensis abbatiae scribere in proposito habuit*[61]. *Neque vero hanc ob causam labor eius parvi pendendus, chartis praesertim ipsis temporum iniquitate iam dudum deperditis. Quae quantum ad chorographiam occidentalium Germaniae partium e tenebris eruendam valeant, disertis verbis Besselius docet, qui in praefatione Chronici Gotwicensis codicem nostrum* quibusvis gemmis cariorem *aestimans, ex eodem se in spissis illis antiquorum Germaniae pagorum tenebris eam lucem accepisse testatur, qua maiorem aliunde Germaniam vix, ac ne vix quidem, exspectare posse proclamat.*

*Scribebam Gryphiae, a. d.* 16. *Kal. Nov.* 1867.

*K. PERTZ.*

Transscriptio privilegiorum regalium et apostolicorum, seu traditionum Laureshamensis monasterii; annotatio quoque regum et imperatorum seu abbatum, ab exortu eius usque ad nos in ordinem digesta[a]. fol. 1. Col. 1.

Divina nobis opitulante gratia Laureshamensis ęcclesiae privilegia, tam apostolica quam imperatoria, ipsorumque largitiones seu caeteras fidelium Dei donationes, quibus et nobilitate et rerum amplitudine constat insignis, ex diversis sparsim exemplaribus in unius corporis fascem collecturi, congruum duximus, primo, quibus auctoribus fundata sit et plantata strictim attingere, ac subinde quibus incrementis ad tantae sublimitatis sit evecta fastigium in ordinem digerere.

De fundatione Laureshamensis monasterii.

Anno dominicae incarnationis septingentesimo sexagesimo quarto, Pippini vero regis Francorum, qui ex sententia Zachariae papae, deposito Hilderico, per beatum Bonifacium, Magontinae sedis archiepiscopum et martyrem, ex praefecto palatii in regiam dignitatem est unctus ac postea per Stephanum papam apostolica unctione confirmatus, anno duodecimo, Cancor illustris Rhenensis pagi comes cum matre sua religiosa et Deo acceptabili Williswinda[62], vidua Ruoperti comitis[63], monasterium Lauresham in insula, quae nunc appellatur Aldenmunster, iniciantes, venerabili Ruotgango[64] Metensis ęcclesiae archiepiscopo ad instituendam inibi monasticae professionis militiam tradiderunt, nullius quidem episcopii seu cuiuslibet ęcclesiae iuri aut dominio subicientes, set quia minus id per se poterant, tamquam consanguineo et tum in Dei rebus viro spectatissimo, perficiendum gubernandumque sub traditionis titulo commendantes. Qui ut desiderii sui promptiorem sortirentur effectum, famulorum Dei qui illic adunandi erant providentes commodis, ęcclesiam in Scarra[65] cum suis appenditiis, praedium suum in Magontia, villam quoque Hagenheim[66] cum omni integritate in possessionem eiusdem monasterii contulerunt, ęcclesiamque ibidem in honore beati Petri apostoli praefatum pontificem consecrare exoraverunt. Porro traditionis eorum de Hagenheim continentia talis est: 764.

Donatio in Hagenheim.

*Anno duodecimo regnante domino nostro Pippino rege, sub die quarto Idus Iulii, ego Williswinda Deo sacrata et filius meus Cancor comes pro Dei intuitu vel pro animae nostrae remedio seu et pro aeterna retributione, ut non inveniat in nobis ultrix flamma quod devoret, set Domini pietas quod coronet, ideoque nos in Dei nomine donamus ad sacrosanctam eccle-* 764. Iul. 12. Donatio domnae Williswinde et filii eius Cancronis comitis de Hagenheim[b].

a) Transscriptio — digesta *rubro colore scripta sunt.* b) *haec manu* 1. *in margine addita sunt.*

61) Vide quae de consilio suo in prooemio operis ipse exposuit. 62) sive Chilliswindis; cfr. Pauli Gesta epp. Mettensium (SS. II, 268, 23.) 63) Stemma Ruperti comitis vide apud Falk, Gesch. des ehemaligen Klosters Lorsch. Mainz 1866, pag. 137. 64) De Chrodegango archiepiscopo cfr. Pauli Gesta episcopor. Mettens. (SS. II, 267 sq.); obiit a. 766. Mart. 6; cfr. Annales Laureshamenses s. a. 766 (SS. I, 28). 65) hodie *Scharrhof*, inter Lampertheim et Mannheim situm. 66) Hahnheim prope Oppenheim, ad rivulum Selz.

*siam sancti Petri seu ceterorum sanctorum, quae est constructa in loco nuncupato Lauresham*[68], *in pago Rhenense, super fluvium Wisgoz*[69], *quam nos propter nomen Domini a novo aedificavi-* col. 2. *mus, ubi preest vir venerabilis Ruodgangus archiepiscopus et abbas, donatumque in perpetuum esse volumus, et promptissima voluntate confirmamus: hoc est villam nostram in pago Wormaciense, in loco qui dicitur Hagenheim*[70], *super fluvium Salusiam*[71], *quae michi de parte genitoris mei nomine Adelhelmi legibus obvenit, vel undecumque tam de alode quam de comparato seu de quolibet adtractu ad nos noscitur pervenisse, cum omni integritate sua, terris, domibus, aedificiis. campis, pratis, vineis, silvis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, litis, libertis, conlibertis, mancipiis, mobilibus et inmobilibus, peculio utriusque sexus, tam maiore quam minore genere vel aetate, quicquid dici aut nominari potest, re inexquisita cum omni supellectile, sicut a nobis moderno tempore possideri dinoscitur, donamus, tradimus atque transfundimus, ita ut ab hac die iam dictus domnus Ruodgangus, vel sui monachi qui ibidem in ipso monasterio habitare videntur, vel successores eorum, habeant, teneant atque possideant, et quicquid exinde facere pro oportunitate loci ipsius voluerint, liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi vel aliquis de heredibus vel proheredibus nostris seu quaelibet ulla extranea persona, vel quicumque contra hoc testamentum, quod nos spontanea voluntate fieri decrevimus, venire temptaverit aut id infringere voluerit, ante tribunal Christi in die iudicii rationem cum ipso sancto Petro deducat, et insuper inferat partibus ipsorum monachorum unâ cum partibus fisci auri libras quinque, argenti pondera decem, et quod repetit, hoc omnino evindicare non valeat. Set presens donatio testamenti huius omni tempore firma et inviolata permaneat, stipulatione subnexa.*

*Actum Lauresham publice sub die et tempore, quo supra.*

*Signum † Williswindae Deo sacratae, et signum ✠ Cancronis comitis filii eius, qui hoc testamentum fieri et firmari rogaverunt.*

*Signum Heimerici filii Cancronis.*

*Ego Automadus*[72] *Treverorum episcopus subscripsi.*

*Ego Albericus episcopus*[73] *ss. Ego Iohannes*[74] *episcopus ss.*

*Ego in Dei nomine Helmericus notarius ex iussu domni Ruodgangi archiepiscopi cartam hanc scripsi, diemque et tempus ut supra designavi.*

Sane nomina testium singulis donationum cartis subscribere, vel superfluum vel non necessarium arbitramur, quorum pleraque tum vetustate obliterata, tum ex ipsa sui antiquitate velut barbara exoleverunt, generantque potius ex nimia prolixitate fastidium, quae tamen studiosius inquirenti in originalibus cartis inserta reperientur. Annotationem vero predii in Magontia, quod et ab ipsis et a ceteris Dei fidelibus prefato monasterio collatum est, hic inserere commodum duximus, ac primo de areis, cum annuis earum reditibus:

## Notitia rerum eiusdem loci in Magontia.

Notitia de areis, quas Magontiae et infra et extra muros habemus, ad curiam vocabulo S. Lamberti pertinentibus[a].

*Iuxta portam sancti Albani tres sunt areae, 2 uncias et 4 denarios simul persolventes. Iuxta Nanzenburgedor una, solvens 4 denarios. In platea sancti Quintini area una, solvens 9 denarios, et alia iuxta illam solvens 3 denarios. Item super ipsam plateam duae, utraque dans 5 denarios. Infra cimiterium eiusdem martyris duae areae, simul dantes 12 denarios**. *In Munzergazza area una, solvens 12 denarios. Iuxta Rumhardi portam area una, dans 15 denarios. Iuxta Nuskelgazzen area una solvit 5 denarios. Iuxta Liusebrunnen duae areae simul dant 18 denarios. Iuxta Brotdurlen due areae, utraque solvens 4 denarios; aliae quoque duae, pariter solventes 20 denarios. Quinta ibidem 6 denarios. Sexta 3 denarios solvit, et iuxta Salvatoris capellam una area dat 4 denarios. Iuxta Stokburgedor una area solvit 20 denarios; item alia 8 denarios; tertia 4 denarios. Iuxta plateam sancti Petri area una, 10 denarios solvens; item alia 20 denarios; tertia 10 denarios. In Berenstrazza area una 7 denarios solvens, et alia 5 denarios. In platea Lutea area una 6 denarios solvit; alia 8 denarios; tertia duos; quarta 4; quinta 4 denarios. In Selehoven una dominicalis curtis et 10 areae, quarum una ante ipsam dominicalem curtim sita solvit 3 denarios et dimidium. Item alia*

*fol. 1'.

a) Notitia — pertinentibus manu 1. *in marg. addita.*

68) Lorsch. 69) hodie Weschnitz. 70) Hahnheim. 71) Selz. 72) Idem *Wiomadus* appellatur in Gestis Treverorum c. 25 (SS. VIII, 163, 8). 73) Traiectensis, qui obiit a. 784; cfr. Ann. Laureshamenses s. h. a. (SS. I, 32). 74) Constantiensis.

*ulterior 6 denarios, et tertia in quatuor partes divisa solvit 24 denarios; et infra vineam quatuor areae, singulae singulos solidos solventes.*

*Heę vero sunt huobae circa Magontiam iacentes, et ad ius sancti Nazarii pertinentes: in Lubenheim*[75] *dimidia et 6 iurnales; in Gunsenheim*[76] *6 hubae et dimidia; in Butenheim*[77] *dimidia; quae omnes solvunt 10 solidos et 5 denarios. In campo, qui situs est inter monasteria sancti Albani et sancti Victoris, sunt 5 iurnales simul, et paulo inferius 3 simul; et in campo, qui est inter monasteria sanctae Mariae et sancti Victoris, sunt duo iurnales singillatim. Item inter monasteria sanctae Mariae et sancti Albani 10 iurnales simul, et paulo inferius tres, et iuxta Briccinheim*[78] *iurnalis unus, et in Kestriche iurnalis unus et dimidius.*

*Omnes igitur areae sunt quadraginta quinque, solventes 17 uncias; hubae septem et dimidia, solventes 10 solidos et 5 denarios; iurnales 31 et dimidius, et curtis dominicalis cum vineis.*

Reverendus itaque pontifex Rudgangus, votum ac petitionem venerabilis Williswindae filiique eius Cancronis gratanter amplexus, cum ipsius monasterii curam gubernationemque per se exequi non posset, utpote et ecclesiasticis et regalibus negotiis iugiter occupatus, Gundelandum germanum suum, prudentem admodum et sanctae conversationis virum fratrique per omnia similem, eidem loco prefecit[79], ipsumque cum omnibus pertinentiis suis eo tenore, quo sibi tradita fuerant, suae dispositioni commendavit; fratres quoque maturae etatis et consilii Deumque timentes, Reginfridum videlicet et Wlvinum, cum aliis 14 a Gorziensi[80] monasterio, quod ipse pridem construxerat, cum ipso direxit, cuncta eis necessaria tam in alimentis quam in ceteris subsidiis impertiens. Interim missis ad apostolicam sedem legatis, pro cuius liberatione ab oppressione Haistulfi regis Longobardorum multa instantia laboraverat, expetivit a Paulo papa corpora sanctorum martyrum, in quorum honore constructas a se monasteriorum consecraret ecclesias. Cuius devotionem ac meritum erga Romanam ecclesiam apostolicus pontifex debito favore prosequens, transmisit ei sanctum Nazarium, Naborem et Gorgonium[81], per Williharium Sedunensem[a] episcopum delatos ad Gorziense monasterium[82]. Evoluto dehinc anni circulo, beatum Gorgonium in ecclesia Gorziensi, fol. 1'. col. 2.
sanctum Naborem in ęcclesia Hylariacensi[83] collocavit, beatum vero Nazarium ad Laureshamense monasterium destinavit. In cuius occursum tota simul provincia, pleps utriusque sexus, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus, usque ad saltum qui Vosegus dicitur, catervatim ruunt. Comitesque nobilissimi Cancor et Warinus[84] ceterique id locorum illustres et spectabiles viri thesaurum beati corporis sibi divinitus destinatum propriis humeris excipiunt, et cum ymnis canticisque spiritalibus, prosequente infinita populi multitudine, usque ad locum celitus provisum deferunt. Verum quia sinus insulae illius, de qua supra meminimus, brevis admodum et constrictus, tantae multitudinis receptui et cottidianae frequentiae non sufficiebat, et situs ipse loci monasterio tanti nominis et dignitatis per merita sui martyris postmodum futuro non adeo competebat, eadem omnia vota, eadem sententia fuit, ut in editiorem locum, uti nunc cerni datur, tam monasterii quam ęcclesiae fabrica multo amplianda transferretur. Cuius rei executio Gundelando abbati per venerandum pontificem artius iniuncta est, et ab ipso strennue satis et magnifice effectui mancipata[85]. Qui[86] non multo post humanis rebus exemptus[87] migravit ad Dominum, vir egregius meritique incomparabilis et omnibus efferendus preconiis, qui inter cetera valde memorabilia Stephanum papam ad Gallias evocans, et Pippinum cum totis Francorum viribus[b] contra Longobardorum tyrannidem accingens, exarchatum Ravennatem pluraque beati Petri patrimonia Romanae sedi restitui iuge studium et operam impendit; clerum quoque suae diocesis a religionis fervore iam tunc, ut et nunc, omnimodis exorbitantem, instar cenobiorum adunans, regularia eis precepta qualiter in ecclesia militare deberent, vitaeque necessaria sufficienter instituit; monasteria quoque Hilariacense, Gorziense, Laureshamense a fundamentis ex-

a) Sedunsem *cod.* b) vires *cod.*

75) Laubenheim. 76) Gonsenheim. 77) Budenheim. 78) Bretzenheim. 79) anno 766. 80) Gorz, prope oppidum Mettense. 81) De harum reliquiarum inventione vide Baronium in Annal. Eccles. ad a. 764. 82) a. 765. Mai. 15 et Iul. 11; cfr. Annales Laureshamens. ad a. 765 (SS. I, 28). Vide etiam Falk l. c. p. 140, not. 10. 83) scil. in ecclesia S. Hilarii Pictavensi. 84) Warinus comes Lobodunensis *(Lobdengau)* testis est donationis Sigewini; cfr. Cod. tradit. Lauresham. n°. 281. Vide de eo Falk l. c. p. 140, not. 9. 85) Nova ecclesia dedicata est a. 774. Aug. 14; cfr. infra pag. 48, necnon notam 2 ad Annal. Lauriss. minores s. a. 776 (SS. I, 118). 86) scil. Chrodegangus archiepiscopus. 87) a. 766. Mart. 6; cfr. Annal. Lauresh. s. h. a. (SS. I, 28).

struxit. Post cuius excessum Gundelandus traditum sibi a fratre locum summa industria et religionis observantia gubernabat, crescebatque indies locus ipse et magnificabatur ab omnibus, tam in rebus quam in possessionibus, set et, quod maius est, in divino cultu et sancte observationis profectu atque dominici gregis incremento, Domino cooperante et sancti martyris sui Nazarii merita confirmante sequentibus signis.

776. Anno deinde dominicae incarnationis 776, regni vero Karoli regis et postea imperatoris anno 8. Heimericus comes, filius Cancronis, mortuis patre et avia[88], cernens prefatum locum ex parvo et modico ad tantam[a] rerum et famae provectum ęminentiam, nitebatur eum sibi proprietatis titulo vendicare. Cuius rei actione[b] ad palatium delata et allegatione utriusque partis audita, iuxta legem Francorum diffinitum est: Gundelandum iure possidere quod sibi fuerat a fratre sinę contradictione collatum, nec Heimericum posse repetere quod pater eius et mater probantur sospites in scriptis tradidisse. Heimerico igitur se de hoc loco legaliter abdicante, Gundelandus accepit a rege chartam evindicatoriam hunc modum continentem:

### Preceptum evindicatorium Magni Karoli.

776. s. d. *Karolus gratia Dei rex Francorum, vir illustris. Veniens ad nos Haristellio palatio vir venerabilis Gundelandus, abba de monasterio Lauresham, ubi sanctus Nazarius martyr in corpore requiescit, nobis innotuit eo quod homo aliquis, nomine Heimericus, de ipso monasterio calumnias generare voluisset, dum diceret quod suus pater Cancor eum de ipso monasterio vestitum dimisisset. Et ipse Gundelandus presens astabat et causam in omnibus denegabat, dum diceret quod avia ipsius Heimerici, nomine Williswinda, vel genitor suus Cancor, germano suo domno Ruodgango archiepiscopo tradidisset vel confirmasset, et talem cartam nobis exinde protulit ad relegendum. Tunc ipse Heimericus ante nos taliter fuit professus, quod de hac causa vel de ipso monasterio superius nominato inantea numquam tempore debeat calumniam generare, set per festucam ante nos exinde dixit exitum. Tunc nos una cum fidelibus nostris, id est Hagino, Rothlando, Wichingo, Frodegario comitibus, nec non et vassis nostris Theoderico, Berthaldo, Albwino, Frodberto, Gunthmaro, taliter visi fuimus iudicavisse, ut de hac causa omni tempore ipse abbas habeat ęvindicatum atque ęlitigatum, et sit illis in postmodum ex hac re sublata causatio*[89, c].

fol. 2, col. 1.

Si quis in hac privilegiorum transcriptione barbarismos sive solecismos legens reprehenderit, non nobis imputet, set recurrens ad originalia multo plura in eis verborum dumtaxat vicia, non sensuum, reperiet, quae nos omnia corrigere pro ipsa antiquitatis reverentia nec volumus nec debemus. Quod utrum ex notariorum imperitia provenerit, aut scribendarum legum talis tunc calamus et usus exstiterit, aut certe Francorum linguae, quae tum maxime viguit, huiusmodi fuerit ydioma, non satis constat. Adtestantur his Salicorum Ribuariorumque leges, quae ita ex Latino Teutonicoque et quibusdam insolitis permixtae sunt, et dictionibus intercisis sive intricatis casibusque amfractuosis vel preposteratis descriptae, ut vix ab studiosis earum legi dinoscique valeant. Set nos utinam, qui politiores loquendi amamus munditias, tam ornatui studeremus morum quam verborum, et, ut ait Macrobius: *Viveremus preteritis moribus et presentibus verbis loqueremur!* Nunc ad propositum revertamur.

Macrobius Sat. I. cap. 5, 2.

Gundelandus igitur abbas, in iuris sui quieta possessione tum dictante iustitia tum regia auctoritate confirmatus, Laureshamense monasterium cum omnibus illuc pertinentibus in manus et mundeburdem gloriosi regis Karoli tradidit, quatinus privilegiis insigniretur regalibus. Cui benignissimus rex privilegia libertatis et ęmunitatis contulit, liberamque abbatis electionem fratribus eiusdem monasterii in perpetuum prestitit, quorum tenor talis est:

### Preceptum Karoli Magni de libertate eiusdem loci et de ęlectione abbatis.

776. s. d. *Karolus Dei gratia rex Francorum, vir illuster. Omnibus episcopis, abbatibus, comitibus, vestrisque iunioribus atque missis nostris discurrentibus. Quicquid pro oportunitate ecclesiarum vel quiete servorum Dei erexerimus, hoc nobis procul dubio Domino adiuvante ad aeter-*

a) *corr. ex* tantum *cod.* b) *litterae* ne *superscriptae sunt.* c) *h. l. manus saec. XV rubro colore superscriptionem addidit:* Excusatio transcriptionis privilegiorum.

88) Williswinda. 89) Sickel, Acta regum et imperat. Karolinorum etc. Vol. II, n°. 10, ad annum 772. m. Mart. recte, ut videtur; nam nexum chronologicum in narratione de Heimerico comite ab auctore Chronici turbatum, eamque non tam anno 776 quam anno potius 772 attribuendam esse, diploma Karoli anni 772 (edit. Mannhem. n°. 5) docet, quod *secundum* ab eodem rege monasterio Laureshamensi concessum in superscriptione diplomatis ipse auctor affirmat.

*nam beatitudinem proficere confidimus. Igitur dum vestrae sollertiae notum est, qualiter bonae recordationis domnus Ruothgangus archiepiscopus in monasterio quod vocatur Lauresham, quod ei per traditionem Williswindae et Cancrini obvenerat, monachorum turmam non modicam propter servitium omnipotentis Dei coadunavit; ubi ob integram devotionem sanctum corpus beatissimi Nazarii recondidit, supra quod etiam Gundelandum monasterii abbatem atque haeredem in eodem sancto loco post se visus est reliquisse. Set postea, dum prefatus Gundelandus abbas cerneret ipsius sancti loci imminere periculum, atque vereretur ne desolatio propter intentionem iniquorum hominum et ipsis monachis fieret, ad nostram visus est accessisse presentiam; qui et ipsum monasterium in manu nostra tradidit, etiam et secum omnem congregationem suam in mundeburdem vel defensionem nostram plenius commendavit. Quem nos gratulanti animo, tam propter mercedis augmentum, quam et pro eodem grege salvando, visi fuimus percepisse. Petiit etiam memoratus abbas suique monachi talem a nobis auctoritatem, ut quotienscumque abbatem iam dicti monasterii ex hoc contigerit saeculo migrare ad Dominum, inter se quem dignum honoris huius invenerint, unanimiter ex semet ipsis eligere deberent. Quorum petitionem ob amorem Dei et nostrae mercedis cumulum nequivimus denegare, set ita prestitisse vel in omnibus confirmasse cognoscite. Precipientes enim iubemus, quia cognoscimus quod ipsa congregatio sub recto ordine vivere et in regula sancti Benedicti conversari desiderat, ut nostro quidem permisso semper super se ex ipsa congregatione qui Deo acceptabilis sit eligere valeant abbatem, quatinus inter ipsum gregem, quia boni ibidem congregati in unum, perstare[b] delectet[c]: nec[c*] quis ex adverso eum diripiendum adveniat, set de proprio semper gaudere patrono valeant. Quia nolumus, ut per aliquam occasionem ipsi monachi, quos domnus Ruodgangus etiam et Gundelandus ad opus Dei exercendum congregaverunt, ullo umquam tempore exinde alienati aut dispersi, nec ipsi nec successores eorum, esse debeant. Set, sicut in testamento illius donationis, quam per Williswindam et Cancrinum adepti sunt, continetur, ita in omnibus circa ipsam congregationem sit conservatum, ut valeant regulam sancti Benedicti perpetualiter, sicut ordo edocet et corporis fragilitas permittit, custodire, et sub nostra, ut diximus, mundeburde vel defensione in ipso monasterio quieti[d] vivere vel residere. Propterea hanc preceptionem nostram eis dedimus, per quam omnino iubemus, ut nullus quislibet de episcoporum personis in cuius parrochia ipsum monasterium fundatum esse cernitur, aut de ceteris hominibus quis, iam dictum Gundelandum abbatem, vel monachos ex ipso monasterio, et homines qui ad[e] eos iuste et rationabiliter spectare[f] videntur, inquietare aut contingere, vel contra rationis ordinem facere presumat; set semper valeant sub nostra defensione seu sub heredibus nostris omni tempore, ut diximus, quieti residere et eis[g], quae illis propter nomen Domini concessimus, bene semper in omnibus perfrui; quatinus delectet abbatem vel monachos ex ipso monasterio pro nobis et nostra subsequente progenie seu gente Francorum Domini misericordiam adtentius deprecari. Et ut haec auctoritas firmior habeatur vel per tempora melius servetur, manu propria subter firmavimus vel de anulo nostro sigillari iussimus.*

col. 2. Karolus Magnus imperator, filius Pippini regis Francorum, regnavit annis 46 Aquisgrani sepultus[a].

*Signum Karoli (M.) gloriosissimi regis[h].*

*Witigowo[1] recognovi.*

Item eiusdem privilegium inmunitatis et de libera electione abbatis:

### Preceptum secundum Karoli Magni de inmunitate prefati cenobii.

*Karolus Dei gratia rex Francorum, vir illuster. Omnibus fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris. Cum[i] recta petitio sacerdotum[k] pro oportunitatibus locorum sanctorum pertinens ad aures clementiae nostrae processerit, talem decet esse obauditam vel effectui in Dei nomine mancipatam, unde aeterni Retributoris veniam mereamur adipisci, et eos[l] delectet pro stabilitate regni nostri iugiter exorare, vel in omni parte erga nostrum fideliter assistere imperium[m]. Igitur cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quod nos ad monasterium* 772. Mai. fol. 2'. col. 1.

a) Karolus — sepultus *manu* 1. *rubro colore margini adscripta sunt.* b) pstare *cod.* c) delectet *ex coniectura addidi.* c*) ne *cod.* d) quiete *post corr.* quieti *cod.* e) *sic corr. ex* per eos *cod.* f) sperare, *superscriptis litteris* spec *cod.; legendum* spectare. g) ea *corr.* eis *cod.* h) Signum — regis *a prima manu rubro colore in margine suppleta sunt, et sic semper in chartis regalibus ab auctore in Chronicon receptis.* i) Quorum *corr.* Cum *cod.* k) *h. l. primo scripserat auctor:* quod pro oportunitatibus locis sanctorum pertinet, *postea vocem* quod *puncto subscripto delevit, ita corrigens:* pro oportunitatibus locorum sanctorum pertinens. l) eis *corr.* eos *cod.* m) imperium *deest in cod.*

1) Witigowonis nomen in chartis Karoli regis nusquam alibi occurrit; legendum, ut videtur: *Witigowo (?) ad vicem Hitherii recognovi.* Cfr. etiam Sickel I, p. 79. 80.

*quod dicitur Lauresham, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli vel ceterorum sanctorum, et ubi preciosus domnus et sanctus preclarus martyr Nazarius in corpore requiescit vel in virtute fulgescit, et venerabilis vir Gundelandus abba unà cum norma[a] monachorum preesse videtur, infra pagum Rhenensem super fluvium Wisgoz[90], integram ęmunitatem, eius merito compellente, plena et integra gratia, pro mercedis nostrae augmento vel pro eius quiete aut successorum illorum, visi fuimus concessisse. Quapropter hoc preceptum specialius decernimus ordinandum, quod in perpetuum volumus esse mansurum: ut neque vos, neque iuniores seu successores vestri, nec quislibet de iudiciaria potestate accinctus, in[b] curtes vel villas[c] ipsius monasterii, aut ęcclesiae suae aspicientes, in quibuslibet pagis atque territoriis, tam quod presenti tempore videtur possidere vel dominicare, quam quod adhuc ex munere regum seu reginarum, seu quod pro collata populi, vel de comparato, vel de quolibet adtractu[d], augmentare vel inmeliorare seu adtrahere potuerint, ad causas audiendum vel freda undique exactandum, nec fideiussores tollendum, nec mansiones aut paratas faciendum, nec ad homines suos, tam ingenuos[e] quam et servientes[f], seu accolas[g] ipsius monasterii, distringendum, nec ullas redibitiones publicas requirendum, nec exactandum quod ad partem fisci nostri exinde redibetur[h], penitus ingredi[i] iudiciaria potestas aut missi nostri discurrentes non presumant. Set[k] omnes villas suas, sub emunitatis nomine cum omnibus fredis, aut coniectas seu publicas redibitiones concessas, omnia, sicut superius comprehensum est, tam ipse abbas quam et successores sui, in[l] Dei nomine valeant possidere vel dominari, ut nullus quislibet de fidelibus nostris tam praesentibus quam et futuris hoc, quod nos pro nostra mercede vel pro stabilitate, Deo adiuvante, regni Francorum ad ipsam casam Dei indulsimus, ullo umquam tempore vel qualicumque quolibet[m] ingenio irrumpere videatur; set, sicut superius meminimus, nostris et futuris temporibus absque ulla contrarietate partibus predicti monasterii volumus in omnibus esse conservatum atque indultum. Et ut hec auctoritas firmior habeatur et per tempora melius conservetur, manu propria subter decrevimus roborare et de anulo nostro sigillari precepimus.*

*Signum Karoli (M.) gloriosissimi regis.*

*Rado ad vicem Hitherii[m*] recognovi.*

*Data[n] in mense Maio. Anno quarto regni nostri. Actum Theodone Villa[91] palatio publico. Feliciter[n*].*

Tali privilegiorum prerogativa insignitum, Laureshamense monasterium piissimus rex Karolus, etsi nondum nomine re tamen ipsa divus imperator et semper augustus, ampliori adhuc munificentia per idem tempus sublimavit; cui villam Hephenheim cum omnibus terminis et appenditiis suis omni integritatis iure contulit, per huiusmodi donationis privilegium:

## Largitio Magni Karoli in Hephenheim.

773. Ian. 20. *Karolus gratia Dei rex Francorum, vir illuster. Omnibus fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris. Quicquid enim[o] locis ęcclesiarum benivola deliberatione concedimus, hoc*

fol. 2'. col. 2. *nobis procul dubio ad aeternam beatitudinem Domino protegente pertinere confidimus. Quapropter notum sit vobis, eo quod propter nomen Domini et animae nostrae remedium donamus ad monasterium nostrum quod dicitur Lauresham, ubi corpus sanctissimi martyris Nazarii reconditum est et Gundelandus abba preesse videtur, donatumque in perpetuum ad ipsum locum esse volumus: hoc est villam aliquam nuncupantem[p] Hephenheim, sitam in pago Renense, cum omni merito et soliditate sua et quicquid ad eandem villam legitime aspicere vel pertinere videtur, id est cum terris, domibus, aedificiis, accolis[q], mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et inmobilibus, cum omnibus adiacentiis vel appenditiis, cum omnibus terminis et marchis suis; illam etiam ecclesiam, quae est in honore sancti Petri ibidem constructa, in integrum ad se pertinentem vel aspicientem; similiter et hoc, quod Gerdrudis vidua de ipsis rebus habet; ut diximus, ibidem ad ipsum sanctum locum a die presente concessimus. Propterea hanc confirmationem nostram exinde conscribi[r] iussimus, ut tam ipse memoratus abbas, qui nunc temporis[s] ibidem est, quam et successores sui seu agentes iam*

a) *sic cod.; legendum:* turma; *cfr. supra pag.* 345, 3. b) curtis *cod.* c) villis *cod.* d) adtracto, *corr.* adtractu *cod.* e) ad ingenuos, *voce* ad *postea puncto deleta cod.* f) ad servientes, *voce* ad *post deleta, cod.* g) accolatus, *corr.* accolas *cod.* h) reddebitur, *corr.* redibetur *cod.* i) ingredere, *corr.* ingredi *cod.* k) nisi, *corr.* set *cod.* l) hoc in, *voce* hoc *post deleta cod.* m) qualicūqlibet *cod.* m*) *sic scribendum;* Liudberdi *falso legit ac scripsit auctor Chronici.* n) Datum *cod.* n*) Rado — feliciter *minoribus litteris suppleta sunt.* o) *vocem* enim *puncto infrascripto fortasse scriptor deleri voluit, sed tamen retinenda est.* p) nuncupantem, *corr.* nuncupatam *cod.* q) accolabus, *corr.* accolis *cod.* r) conscribere, *corr.* conscribi *cod.* s) tempore, *corr.* temporis *cod.*

90) Weschnitz. 91) Thionville.

*dictae ecclesiae, ipsam villam Hephenheim cum omni integritate et appenditiis suis sub emunitatis nomine ab hac die habeant, teneant atque possideant, atque ad ipsam casam Dei nostris et futuris temporibus in nostra elemosina in augmentis proficiat. Quam*[a] *preceptionem, ut firmior sit, manu propria subter firmavimus, vel de anulo nostro sigillari iussimus.*

*Signum Karoli (M.) gloriosissimi regis*[b].

*Hitherius*[c] *recognovi.*

*Data* 13. *Kalendas Februarias. Anno quinto regni nostri. Actum Longolare*[1] *palatio*[d].

## De Marcha Hephenheim.

Hec est descriptio marchae sivę terminus silvae, quae pertinet ad Hephenheim, sicut semper ex tempore antiquo sub ducibus et regibus ad eandem villam tenebatur, usque dum eam Karolus imperator tradidit ad Sanctum Nazarium pro remedio animaę[e] suaę.

## Limites.

*In primis incipit a loco, qui dicitur Steinvortowa*[2], *ubi Gernesheim marcha adiungitur*[f] *ad Hephenheim marcham; inde ad Langwata*[3], *inde in Ginnesloch*[4], *inde in Woladam*[5], *inde ad Aldolvesbach*[6], *inde in Felisberk*[7]; *de Felisberk in Reonga*[8], *inde in Wintercasten*[9], *inde in mediam Arezgrefte*[4], *inde in Welinehouc*[10], *deinde in summitatem Hildegeresbrunno*[4], *inde in Burgunthart*[11]; *de Burgunthart in Eicheshart*[12], *ubi Rado domni regis missus fecit tumulum in confinio silvae, quae ad Michlinstat*[13] *pertinet; de illo tumulo in Vlisbrunnen*[14], *inde in Mosehart*[4], *ubi alius tumulus est factus; deinde in Lintbrunnen*[4], *ubi est tertius tumulus; inde in Albwinessneida*[4] *usque in Moresberk*[15]; *de Moresberk in fluvium Neker, ubi Iutra*[16] *rivulus intrat in Nekher; deinde tendit per longum Necker, et pervenit ad locum, ubi Ulvena fluvius*[17] *intrat in Necker; deinde iuxta Ulvenam usque in Franconodal*[18] *summitatem, ubi Steinhaha*[19] *rivulus incipit manare; deinde ad pendentem Rocham*[4]; *inde in Gunnesbach*[20] *summitatem; et sic per totam silvam in longum, usque in medium Katesberk*[4]; *inde in stratam publicam*[21], *quae ducit de pago Lobodonense; et sic pervenit in Wisgoz*[22]; *et sic per longum Wisgoz usque ad Lauresham; inde iterum in Steinfurtowa*[23]. *Hanc villam cum silva habuerunt in beneficio Wegelenzo, pater Warini; et post eum Warinus comes, filius eius, in ministerium* fol. 3. col. 1. *habuit ad opus regis; et post eum Bougolfus*[24] *comes, quousque eam Karolus rex sancto Nazario tradidit. Iste Warinus ex precepto Karoli regis anno* 27. *regni eius, mediante mense Augusto,* 795. Aug. med. *placitum in eadem silva ad tumulum, qui dicitur Walinehoug*[25], *habuit, et cum illustrium virorum iudicio et testimonio terminum et divisionem eius faciens, eam a silva, quae pertinet ad Moynecgowę, et ab omnibus circumpositis marchis, sub certis et designatis limitibus disterminavit; quorum limitum haec sunt vocabula:*

## Limites, qui supra.

*Steinfurt, Ginnesloch*[26], *Walodam*[26], *Aldolfesbach*[27], *Felisberk*[28], *Winterchasto*[29], *Gelicheberga*[26], *Arezgrefte*[26], *Walehinhoug, Burgunthart*[30], *Eicheneshart*[26], *Hildigeresbrunno*[31], *Mosahart*[26], *Lintbrunno*[26], *Crawinberk*[32], *Albuvinessneita*[26], *Mauresberk*[33], *Gamenesbach*[34], *Igilesbuoch*[35], *Rennolfessol*[26], *usque in Ulvena*[36], *quae influit in Necchar, ab Ulvena usque ad Franconodal, ad petram in Kasenowa*[37], *ad petram ad Hirselanden*[26], *Loubwisa*[26], *Marclacha*[26], *Musa*[26], *Aganrod*[26].

a) Quam vero, *voce* vero *puncto deleta, cod.* b) Signum — regis *rubrica in margine.* c) Hitherus *cod.* d) Hitherus — palatio *litteris minoribus exarata sunt; idem inde ab hoc diplomate per totum opus ab auctore observatum est.* e) animae *deest cod.* f) adiungit, *corr.* ad — gitur *cod.*

1) Glare in Arduenna. 2) Steinswörth, sive Steinfurt, vicus iam deletus, de cuius situ cfr. Landau, Territorien (1854) p. 122. 3) Langwaden, prope Gernsheim ad meridiem situm. 4) locus incertus. 5) Wildenbirsenhof Dahl; sed cfr. Landau l. c. 6) Alsbach. 7) Felsberg. 8) Reichenbach. 9) Winterkasten. 10) tumulus idem, qui in descriptione sequente *Walehinhoug* dicitur; cfr Landau l. c. p. 124. 11) Birkert. 12) locus incertus; cfr. Landau l. c. p. 123. 13) Michelstadt. 14) Vielbronn. 15) der Mauresberg; cfr. Landau p. 123. 16) Euter. 17) Finkenbach; cfr. Landau l. c. 18) prope Abtsteinach. 19) Steinach. 20) Kunzenbach. 21) eadem, quae hodie *die Bergstrasse* appellatur. 22) Weschnitz. 23) de omnibus his locis cfr. mappam geograph. apud Dahl, histor. topogr. statist. Beschreibung des Fürstenthums Lorsch etc. Darmstadt 1812 in 4[to]; Archiv für Hessische Gesch. II, 217; Landau, die Territorien etc. p. 122 sqq. Falk, l. c. p. 13. 24) Baugulfus inter fideles Pippini regis enumeratur in diplomate eiusdem a. 753; cfr. Tardif, Monum. historiques p. 46 (Nr. 55). 25) inter Winterkasten et Krähberg; cfr. Falk l. c. p. 14 in., locus idem, qui supra *Welinehouc* dicitur. 26) locus incertus. 27) Alsbach. 28) Felsberg. 29) Winterkasten. 30) Birkert. 31) cfr. Landau l. c. p. 124. 32) Krähberg. 33) Mauresberg. 34) Gammelsbach. 35) Igelsbach. 36) Finkenbach. 37) Kassenau.

*Infra hos limites iuxta decursum fluvii Wisgoz*[38]*, qui ex duobus fontibus scatet, secus duos viculos, videlicet Manoldescella et Richgisesbura, sitae sunt heae villae: Furte*[39]*, Rintbach*[40]*, Morlenbach*[41]*, Birkenowa*[42]*, Winenheim*[43]*, Hemmingisbach*[44]*, Lutenbach*[45]*, Hephenheim*[46]*, Besinsheim*[47]*, Urbach*[48]*, Lauresham, Bisestat*[49].

*Huic determinationi hi testes interfuerunt. De Lobodengowe: Dietbreht, Erpolt, Engilbreht, Leitrad, Isenbreht, Reginbreht, Hertrinc*[a]*, Hadebreht, Buobo, Erkenbreht, Nanthoch, Helmbreht. De Wingarteiba*[50]*: Adelbodo, Snelhart, Waldrich, Bodololf, Albrich, Dragebodo, Gebehart, Moor. De Moynicgowe et Rinecgowe: Rupertus comes, Gerhart, Wolfhart, Rado, Lambodo, Tieto, Ruogger, Wacher, Beinung, Duodo, Hereman, Hererat, Regenher, German, Wachmunt, Rudolf, Uogo.*

774. Subsequente post hec anno, id est dominicae incarnationis 774.[b], set a fundatione sive exordio Laureshamensis monasterii anno 10.[c], regni vero Karoli, ex quo defuncto fratre suo Karlomanno monarchia ad eum transiit, anno 6.[51], Gundelandus abbas, perfecta iam templi fabrica et ut domum Dei decebat omni specie decoris exornata, aput Spiream civitatem regi occurrit[52], magnopere deprecans ut ipsius ęcclesiae consecrationi presens interesse dignaretur. Cui pius rex benigne assentiens, cum regina Hildigarda filiisque Karolo, Pippino, Ludewico[53], ac plurimis regni principibus, per Lullum Magontinae sedis archiepiscopum et beati Bonifacii episcopi et martyris successorem, atque per episcopos Megingozum[54], Wiomudum[55], Angilrammum[56], Waldricum[57], magnifico apparatu et summa veneratione in capite Kalendarum Septembrium[58] dedicationem eiusdem ęcclesiae celebravit, corpusque beati martyris Nazarii, domni et patroni nostri, in eam maximo devotionis honore transtulit. Ubi quanta miracula, quae virtutum insignia, per ipsius merita divinitus effulserint, quanta
col. 2. pro[d] diversis morbis, casibus, miseriis, angustiis remedia pro extunc et deinceps provenerint, non est nostrae facultatis evolvere; presertim cum sit de his libellus a maioribus nostris prosaico metricoque stilo satis elucubrate compositus[59]. Preterea quoque excellentissimus rex inter cetera liberalitatis suae dona, quae velut alter Salomon[e] in simplicitate cordis sui Domino laetus obtulit, villam Obbenheim[59*] cum omni integritate Laureshamensi monasterio tradidit, per quam eandem ecclesiam in die consecrationis largissime dotavit et ditavit, cum huiusmodi confirmationis precepto:

### Karoli Magni de Obbenheim.

774. Sept. 2. *Karolus gratia Dei rex Francorum et Langobardorum*[f]*, vir illuster. Quicquid enim*[g] *ad loca sanctorum venerabilium congruenter ob amorem Dei concedimus vel confirmamus, hoc nobis procul dubio ad aeternam beatitudinem Domino protegente pertinere confidimus. Quapropter notum sit omnibus*[h] *fidelibus nostris, eo quod propter nomen Domini et animae nostrae remedium donamus ad monasterium nostrum, quod dicitur Lauresham, ubi corpus sanctissimi martyris Nazarii reconditum est et Gundelandus abba preesse videtur, donatumque in perpetuum ibidem ad ipsum locum esse volumus: hoc est villam aliquam nuncupantem*[i] *Obbenheim, sitam in pago Wormaciense super fluvium Ręnum, cum omni merito et soliditate sua, et quicquid ad eandem villam legitime aspicere vel pertinere videtur; id est cum terris, domibus, aedificiis, accolis*[k]*, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, insulis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, cum omnibus adiacentiis vel appenditiis, cum omnibus terminis et marchis suis, quicquid ad ipsam villam superius nominatam partibus nostris legibus aspicere videtur, totum et ad integrum in amore Dei vel reverentia precelsi martyris Nazarii in die dedicationis sanctae ęcclesiae vel in translatione corporis sui a die presente con-*

a) *corr. ex.* Hertirinc *cod.* b) 777 *falso habet cod.* c) anno 13° *falso cod.* d) ex *corr.* pro *cod.* e) Salemon *cod.* f) Longobardorum *cod.* g) enim *puncto subscripto ab alia manu immerito deletum.* h) omnibus fidelibus nostris *corr. ex* omnium fidelium nostrorum *cod.* i) nuncupantem, *corr.* nuncupatam *cod.* k) *corr. ex* accolabus *cod.*

38) Weschnitz. 39) Fürth. 40) Rimbach. 41) Mörlenbach. 42) Birkenau. 43) Weinheim. 44) Hemsbach. 45) Laudenbach. 46) Heppenheim. 47) Bensheim. 48) Auerbach. 49) Bürstadt. 50) pagus Franciae orientalis, in Silva Ottonis (Odenwald); cfr. Chron. Gottw. p. 856 sq. 51) Karoli M. annus sextus incidit in a. 774, qui quidem fundationis ecclesiae Laureshamensis annus 10mus. 52) Cfr. supra p. 343, not. 85. 53) Ludowicus consecrationi ecclesiae Laureshamensis adesse eam ob causam minime poterat, quia anno demum 778. natus fuit. 54) Wirzburgensem. 55) Treverensem. 56) Mettensem. 57) Pataviensem. 58) Aug. 14. 59) scil. ab Adalhero presbytero; cfr. Necrolog. Lauresham. apud Schannat, Vindemiae litter. I, p. 30, ad 5. Idus April. Huius libelli particulam e cod. Francofortano bibliothecae S. Severini, numero signato 71, saec. XIV chartaceo, nuper edidit Falk, l. c. p. 123 sq. Cfr. etiam Archiv der Gesellsch. f. ä. Deutsche Geschichtskunde, II, p. 202. 59*) Oppenheim.

*cessimus vel in omnibus confirmavimus. Similiter et illam terram iacentem in campo, qui pertinet ad Thechideshheim*[60]*, sicut ab antiquis diebus usque in presens eadem terra pertinere videbatur ad ęcclesiam, quae est in Obbenheim constructa. Propterea hanc confirmationem nostram exinde conscribi*[a] *iussimus, ut tam ipse memoratus abba, qui nunc temporis*[b] *ibidem esse videtur, quam et successores sui, seu agentes iam dictae ęcclesiae, ipsam villam Obbenheim cum omni integritate, adiectitiis vel appenditiis suis, sub ęmunitatis nomine ab hac die habeant, teneant atque possideant, et quicquid pro oportunitate ęcclesiae vel stipendio monachorum facere elegerint, in elemosina nostra etiam et coniugis et prolis libero perfruantur arbitrio, et ut ibidem nostris et futuris temporibus Domino auxiliante proficiat in augmentis. Quam vero*[c] *preceptionem, ut firmior sit, manu propria subter firmavimus, et de anulo nostro sigillari iussimus.*

*Signum Karoli regis (M.).*

*Rado ad vicem Hitherii recognovi.*

*Data*[c*] 4. *Nonas Septembris. Anno* 6. *regni nostri. Actum Wormatiae civitate publica feliciter.*

Tantis munificentiae suae beneficiis adiecit clementissimus rex piscationis concessionem in Ręno, cetera quoque multimodis monasterii utilitatibus oportuna, tali auctoritate: 777. Ian.

*Karolus gratia Dei rex Francorum et Langobardorum*[d] *ac patritius Romanorum. Si petitionibus sacerdotum vel servorum Dei libenti animo obaudimus, hoc nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Idcirco notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, qualiter nos propter nomen Domini et animae nostrae salutem concessimus ad monasterium, quod est constructum in honore sancti Nazarii vel ceterorum sanctorum in loco nuncupato*[e] *Lauresham, ubi ipse preciosus dominus et sanctus Nazarius in*[f] *corpore requiescit et venerabilis vir Gundelandus abba rector preesse videtur, concessumque in perpetuum esse volumus: id est, infra finem*[g] *Hohstatt*[h] *in loco cognominante*[i] *Godenowa, in fluvio Rhęno, ut ipse abba vel ipsi fratres licentiam habeant*[k] *vel ad piscandum pro oportunitate ipsius ęcclesiae vel stipendio ipsorum fratrum. Et ideo concedimus ad eundem sanctum locum, ut de silva quae ad ipsam villam aspicit, quae fructuosa nullatenus esse videtur, ipsam vinnam*[61] *faciendi vel emendandi potestatem habeant, in quantum eis opus fuerit prendere vel capulare. Similiter concedimus ad prefatum monasterium in alia marcha, quae ad Virnheim pertinet, de pago Lobodense usque ad*[l] *fluvium Wisgoz, qualiter viam integram ad carracandum sive itinerandum habere debeant, et super ipsum fluvium*[m] *contra ipsam viam pontem faciendum tam super fluvium Wisgoz, quam et super alios*[n] *lacus. Ista omnia*[o]*, sicut superius insertum est, tam de vinna quam et silva sive de via etiam et ponte*[p]*, ad iam dictam casam Dei pro mercedis nostrae augmento donavimus, concessimus, atque in omnibus in perpetuum indultum esse volumus, quatinus nostris et futuris temporibus ad ipsum sanctum locum proficiat in augmentis, et ut melius delectet ipsam congregationem pro nobis et uxore nostra etiam et prole Domini misericordiam adtentius exorare. Et ut hec auctoritas*[q] *firmior habeatur ac per tempora melius conservetur, manu propria subter firmavimus, vel de anulo nostro sigillari iussimus.*

Karoli Magni de vinna in Reno ad Gotenowa.

fol. 3'.

*Signum Karoli (M.) gloriosissimi regis.*

*Rado ad vicem Hitherii*[q*] *recognovi.*

*Data*[r] *in mense Ianuario. Anno* 9. *regni nostri. Actum Haristellio palatio publico. In Dei nomine feliciter.*

Brevi dehinc interiectu temporis Gundelandus, instante sibi divinae vocationis bravio, misit ad regem Aquisgrani[s] consulens et obsecrans, quatenus ei liceret extremum vitae cursum iam peragenti aliqua de monasterii rebus impendia pro animae remedio pauperum indigentiae prerogare. Qui[62], ut erat pronae in omnes clementiae et maxime circa inopes compassionis, indulsit ei[63] tertiam partem rerum dumtaxat mobilium, in pauperum[t] pro arbitrio suo distributionem. Instruantur hoc exemplo nostri temporis ęcclesiarum prelati,

a) *corr. ex* conscribere *cod.* b) *corr. ex* tempore *cod.* c) vero *post ab alia man. puncto subscripto deletum.* c*) Datum *cod.* d) Long. *cod.* e) nuncupante, *corr.* nuncupato *cod.* f) in *suprascriptum in cod.* g) rino *cod. quod m. s. XVI correxit* finem. h) *littera* h *superscripta cod.* i) cognominante *corr.* cognominato *cod.* k) *inter voces* habeant *et* vel *voces tres vel quatuor erasae sunt in cod. scilicet:* vel||pisc.... l) ad *superscr. cod.* m) in contra, *voce* in *puncto deleta cod.* n) illos *corr.* alios *cod.* o) *h. l. vocem* vero *primo scriba adiecit, quam postea puncto delevit.* p) *voces* etiam et ponte *iam erasae sunt, sed tinctura chemica adhibita legi facile potuerunt; manus saec. XVI. in margine haec addidit:* Quod deletum est, fuit scriptum et sic debet etiam corrigi: „sive de via super pontem ad iam dictam casam." q) *littera* s *superscripta cod.* q*) Liutberti *falso habet cod.; cfr. supra pag.* 346, 25. r) Data *corr.* Datum *cod.* s) Aquisgrani *superscr. cod.* t) in pauperum *superscr. cod.*

60) Dexheim. 61) septum ad capiendos pisces; cfr. Du Cangium s. v. *venna.* 62) scil. Karolus rex. 63) scil. Gundelando abbati.

qui rebus earum et possessionibus sibi creditis insolenter abutuntur, cum pater iste, imperialis abbas, regni princeps, dives et prepotens, magnae famae, clari generis, nichil presumpserit absque regis vel consilio vel precepto, etiam in ipso mortis articulo, de rebus monasterii disponere. Tanta tunc erat religionis cura, iuris observantia, legum regumque reverentia. Rexit ipsum locum annos 13.

778. Anno dominicae incarnationis 778[a].

Gundelando igitur, deposito carnis onere, ad celestia commigrante[64], substituitur Helmericus, vir religiosus et sapiens, fratrum quidem electione ex ipsius congregationis corpore et gloriosi regis Karoli institutione. Hic ecclesiae laquearia fecit, pavimentum stravit, cancellos circa tumbam sancti Nazarii auro argentoque decoravit, altare etiam simili inpensa et opera mirificavit, quod postea ad ecclesiam sancti Petri, quae dicitur Altenmunster, col. 2 translatum est. Iste pater, amissis seu casu seu imprudentia quibusdam donationum cartis, quibus res monasterii continebantur insertae, regiam expetivit auctoritatem quatinus ea, quae bona fide et iusto titulo absque omni interpellatione eatenus[b] possidebat, iterato confirmaret privilegio; quod tale est:

Preceptum Karoli Magni de cartis perditis[c].

779-784. *Karolus gratia Dei rex Francorum et Langobardorum[d] ac patritius Romanorum. Notum sit omnibus fidelibus nostris tam presentibus quam et futuris, qualiter veniens Helmericus abba in presentiam nostram nobis innotuit, eo quod cartae per diversa loca ecclesiae suae sancti Nazarii perditae fuissent et naufragatae, et res eorum per diversa loca habuissent, unde ad presens vestiti essent in regno nostro, Deo propitio, et ubicumque ad presens vestiti fuissent. Nos pro eius petitione tale preceptum ei emisimus atque predecessoribus suis, dum ipsa casa Dei vestita fuit ad presens, omnia et ex omnibus ex nostra auctoritate absque refragatione cuiuscumque, quieto ordine, quicquid iuste et rationabiliter antea tenuerunt per dationes aut commutationes, ex nostra auctoritate habeant et defensare faciant secundum legem, sicut per apertam cartam[d*] usque nunc auctoritas regum defensavit et denuo confirmavit. Et ut hec auctoritas firmior habeatur vel per tempora melius conservetur, de anulo nostro subter sigillavimus.*

*Signum Karoli (M.) gloriosissimi regis.*

*Giltbertus ad vicem Radoni recognovi.*

Non incongruum videtur quasdam donationes fidelium, qui aput nos et fama et memoria magis illustres habentur et celebres, regalibus privilegiis interponere, maxime cum nonnullae earum per regiam sint auctoritatem roboratae. Ac primum prefati comitis Cancronis et uxoris eius Angilae donationem de villa Bisistat et silva ad ipsam pertinente, licet ordine prepostero, ponamus:

Donatio Cancronis de Bisistat[e] et termino ipsius silvae.

770. Iun. 1. *Ego[65] in Dei nomine Cancor, et Angila coniux mea, cogitantes casum humanae fragilitatis, qualiter peccata nostra possimus minuere donante Domino, et ad aeterna gaudia pervenire: idcirco pro animae nostrae remedio, ut dominus Ihesus Christus veniam de peccatis nostris tribuere dignetur, donamus, tradimus vel firmamus ad monasterium sancti Petri, quod appellatur Lauresham seu et ad sanctum Nazarium martyrem, qui ibidem in corpore requiescit, vel ad illam congregationem monachorum qui ibidem conversari videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba preesse videtur, donatumque in perpetuum esse volumus et promptissima voluntate confirmamus: hoc est terram et silvam, quae est in illa marcha de Bisistat[66], seu in ipso fine; de illo rubo[f], qui est de ecclesia sancti Nazarii ad partem meridianam, inter partem sancti Petri, per Agilolfum et suos consortes pro signo incisus[g], et inde ad partem orientalem usque in fluvium certum Wisgoz, ubi marcha de Basinsheim[67] coniungit, et de ipso rubo[f] ad partem aquilonis, sicut ipsa incisio arborum in ipsa die facta fuit, quae vulgo lachus[h] appellatur sive divisio[i] et sic ad illam ligneam crucem, quae est posita iuxta illam viam, quae venit de*

a) 779 *cod.* — b) eatenus *superscr. cod.* c) Preceptum — perditis *rubrica.* d) Longobardorum *cod.* d*) cartham *cod.* e) Birstat *cod.* f) rubero, *voce* rubo *supra scripta cod.* g) incisa, *vocibus* vel incisus *superscriptis cod.* h) lachus, *vocibus* vel lacha *superscriptis cod.* i) divisio, *superscripta voce* diusia *cod.*

64) die 18. Decembris. 65) Diploma Cancronis impressum cum notis exstat apud Tolnerum, Cod. diplom. Hist. Palat. N°. II, pag. 4. 66) Bürstadt. 67) Bensheim.

*Bisistat*[68]*, et inde ad partem aquilonis, sicut illa incisio arborum seu lachus*[a] *in ipsa die facta fuit, usque ad illum monticulum qui quasi terminus apparet, et inde per ipsam incisionem arborum sive lachum*[b] *usque in fluvium*[b*] *certum Wisgoz, ubi marcha de Basinsheim*[69] *coniungit. Quicquid infra illam incisionem arborum seu lachum*[b] *sive diusiam*[c] *usque ad marcham de Basinsheim* fol. 4. *de dote Angilae, vel de qualibet parte nostra ibidem videtur esse portio sive possessio vel donatio, tam terris quam silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, omnia et ex omnibus totum et ad integrum ad iam dictum monasterium sive ad sanctum Nazarium a die presente donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine prepetualiter ad possidendum, ita ut ab hac die ipsi monachi vel successores eorum habeant, teneant atque possideant, et neque nos, neque ullus de haeredibus nostris, neque quaelibet ulla obposita extranea persona, de ipsa terra vel de ipsa silva ullo umquam tempore ipsos monachos vel successores eorum eicere nec contradicere possit, nec ullam inquietudinem vel calumniam generare presumat, set ad iam dictum monasterium omni tempore proficiat in augmentis. Si quis vero, quod futurum esse minime credimus, si nos ipsi aut ullus de heredibus nostris, seu quelibet ulla extranea obposita persona, contra hanc donationem a nobis factam venire temptaverit aut eam infringere vel immutare voluerit, caveat ne iram Dei omnipotentis acquirat, et insuper inferat, unâ cum socio, fisco auri libras 3, argenti pondo 5 multam sustineat, et quod repetit evindicare non valeat; set presens donatio ista omni tempore firma et inviolabilis permaneat stipulatione subnixa.*

*Actum in monasterio Lauresham publice sub die Kal. Iunii, anno secundo regnantibus gloriosissimis regibus Karolo et Karlomanno.*

*Signum Cancronis comitis et Angilae coniugis eius, qui hanc donationem fieri et firmari rogaverunt. Signum Thurincberti fratris ipsius Cancronis, et*[d] *Heimerici filii sui, et aliorum. Ego Guario lector hanc donationem scripsi.*

### Donatio Wigberti in Rigemago, Frigdesdorph, Eccendorph et Ara.

*In Christi nomine sub die tertia Idus Decembris, anno tertio*[70] *regni domni nostri Karoli,* 770. Dec. 11. *regis Francorum et Longobardorum. Ego itaque Wigbertus dono ad sanctum Nazarium martyrem, qui requiescit in corpore in pago Rinense, in monasterio Lauresham super fluvium Wisgoz, vel ad illam sanctam congregationem monachorum qui ibidem Deo servire videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba preesse videtur, donatumque in perpetuum esse volo et promptissima voluntate confirmo: hoc est, illam rem, quam mihi Erkenbertus manu potestativa tradidit, ut pro animae eius salute et remedio tradere deberem, quod ita et feci. Hoc est: in pago Rigorinse*[71] *in Pisinhaimo*[72] *marcha, et in Frigbodesdorphe*[73]*, et in Rigimago*[74]*, et in Eccandorphe, seu et ad Ara, tam mansis, quam terris, campis, pratis, pascuis, perviis, silvis, vineis, forastis, domibus, aedificiis, appenditiis cum adiunctis adiacentiis, aquis aquarumve decursibus, mancipiis his nominibus: Mothere et coniuge sua Berthlinde et filiis Walthero, Gutzelinda, Germundo, Balthere, Theutlinde. Aliud vero, quantumcumque in iam predictis locis proprium habere visus est, omnia et ex omnibus, totum et ad integrum, a die presente dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad possidendum, ita ut ab hac die habeatis iure et potestate habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam et firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Siquis vero, quod fieri non* col. 2. *credo, si ego ipse aut ullus de heredibus vel proheredibus meis, seu quelibet ulla obposita persona, contra hoc testamentum donationis venire et infringere vel emutare conata fuerit, non solum ei non liceat, set inferat ad partes ipsius monasterii duplum tantum, et aliud tantum fisco regis, et quod repetit evindicare non valeat, set presens donatio ista omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa.*

*Actum Rigimago seu Lauresham sub die et tempore quo supra.*

*Signum Wigberti, qui hanc donationem fieri et firmari rogavit. Signum Angilgeri comitis. Signum Humbaldi et aliorum.*

*Salvius atque Thutearnus presbyter rogatus scripsi.*

a) lachus, *superscr.* vel lacha *cod.* b) lachum, *cui suprascriptum est* vel lacham *cod.* b*) fluvium *omisit cod.; cfr. supra pag.* 350, 47. c) *suprascriptum:* vel divisionem *cod.* d) Heimericii *cod.*

68) Bürstadt. 69) Bensheim. 70) in hoc anni numero vitium inesse patet, scil. quod Karoli annus primus regni Langobardici in annum regni Francorum sextum incidit, i. e. in a. Christi 774. 71) pagi Rhenensis pars; cfr. Chron. Gottwic. pag. 738. 72) Biebesheim, prope Gernsheim? 73) locus incertus. 74) Lauresham; cfr. finem chartae.

## Anno dominicae incarnationis 785[75].

784. Febr. 13. Decedente quoque Helmerico, expletis in regimine annis quinque, substituitur Richbodo, vir planę dilectus Deo et hominibus, simplex et sapiens, atque tam in divinis quam in secularibus disciplinis adprime eruditus. Deinde post[a] annos decem[76] in archiepiscopatum Treverensem a piissimo rege Karolo[a*] provectus, presedit ibidem annos decem menses octo. Qui statim in primordio, destructis ligneis domibus, in quibus fratres eatenus commanebant, in aquilonali videlicet parte, claustrum muris circumdans ad meridianam partem uti nunc videtur transtulit; dormitorium quoque cum ęcclesia triplici fecit[77], cancellos circa requiem beati Nazarii ex auro argentoque mirifice vestiens, pavimentum etiam coram altari vario stratum marmore sublimavit. Prefuit Laureshamensi monasterio annis viginti mensibus octo; Treveris defunctus, Laurissae sepultus est. Sub hoc patre quasdam spectabilium personarum donationes eidem monasterio conlatas, paucas ex pluribus describamus:

### Donatio Abae abbatisse de Rotaha monasterio et aliis locis.

786. Febr. 25. *Audivimus, cum euangelium legeretur, vocem illam tonitrualis sententiae, in qua dicit* Ev. Luc. 11, 41. *dominus noster Ihesus Christus:* Date elemosinam, et ecce! omnia munda sunt vobis, *et* Sirach 3, 33. *alibi:* Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosina extinguit peccatum. *Idcirco ego in Dei nomine Aba, Deo sacrata, filia Theodoni quondam, pro remedio animae meęe vel aeterna retributione dono ad sanctum Dei martyrem Nazarium, qui requiescit in corpore in pago Renense, in monasterio quod vocatur Lauresham, super fluvium Wisgoz[78], vel ad illam sanctam congregationem monachorum quae ibidem adunata est, ubi vir venerabilis Richbodo abba preesse videtur, donatumque in perpetuum esse volo et promptissima voluntate confirmo, hoc est: monasterium, quod est constructum in honore sanctae Mariae vel ceterorum sanctorum in pago Moynecgowe[b], in fine vel marcha Raodora, in loco nuncupato Niwenhof[79], super fluvium Rodaha[80], et quicquid de propria alode nostra ad ipsum locum sanctum delegavimus, vel ab aliis Deum timentibus hominibus ibidem traditum est, in locis nuncupatis Bellingure marcha et ad Caspenze et in Walenensheim, et in Nithachgowe[81] ad Horeheim[82], et ad Gronowa[83] et ad Thurchilawila[83*]; similiter in pago Loganhehe[84] ad Saltrissa[85] et ad Dabornaha[85*], vel in aliis locis; nec non et in pago Wormaciense ac Magontia civitate, ad Odenheim[86], ad Nubenheim[87], in Dienenheim[88], in Muomenheim[89], in Batenheim[90], vel ubicumque mea videtur esse possessio seu de quolibet attractu ad me noscitur pervenisse, cum omni integritate sua, mansis, campis, terris, pratis, pascuis, perviis, silvis, vineis, domibus, edificiis cum adiunctis adia-* fol. 4'. *centiis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, mancipiis, accolis[c], peculio utriusque sexus maiore vel minore, mobilibus et inmobilibus, omnia et ex omnibus, totum et ad integrum, tam ipsum prefatum monasterium, quam et cuncta quae ibidem aspicere videntur in locis iam dictis, vel ubicumque moderno tempore mea videtur[d] esse possessio vel dominatio, de iure meo in ius et dominationem sancti Nazarii dono, trado atque transfundo. Ea scilicet ratione, ut diebus vitae meae ipsum monasterium vel omnia superius comprehensa habere debeam et excolere sub usu fructuario et nichil exinde minuere, set quicquid addere aut meliorare potuero, devota mente ac prompta voluntate desidero, et censum annis singulis in festivitate sancti Nazarii[e] decem solidos persolvam. Quando vero meus advenerit discessus de hoc seculo, tunc abba de monasterio sancti Nazarii[e] cum consilio bonorum hominum de genere nostro, tam secularium, quam et aliorum religiosorum virorum et Deum timentium, ęligat de ipso monasterio abbatissam de genere meo, quae casam Dei gubernare valeat secundum Deum vel secundum seculum. Et ut semper, sicut iam diximus, de genere nostro ibidem abbatissa elegatur[f] interim, quoad in ipsa casa Dei de genere nostro fuerit, quae possit ipsum officium implere sine reprehensione. Si vero, quod absit, evenerit, ut clarescentibus culpis ipsa abbatissa digna*

a) per *cod.* a*) Karolo *superscr. cod.* b) in fine — Raodora *manu* 1. *in margine suppleta sunt cod.* c) accolabus *superscr.* accolis *cod.* d) videntur *corr.* videtur *cod.* e) N. *cod.* f) *sic emendavi;* de g. *cod.*

75) Helmericum iam anno 784 mortuum esse tradunt Annales Laurishamenses (SS. I, 32). 76) 794—804, Oct. 1. 77) S. Stephano martyri dedicata. 78) Weschnitz. 79) locus iam exstinctus; monasterium ipsum prope Seligenstadt situm erat, ubi hodie vici Ober- et Nieder-Roden occurrunt. Cfr. Falk l. c. p. 149, not. 38. 80) Rodenbach. 81) pagus Franciae Novae, isque Occidentalis; Chron. Gottwic. p. 709. 82) Harheim. 83) Gronau prope Vilbel. 83*) Dortelweil prope Vilbel. 84) Lahngau. 85) Selters. 85*) Dauborn prope Selters. 86) Odernheim. 87) Niefenheim, prope Monsheim? 88) Dienheim, prope Oppenheim. 89) Mommernheim, prope Nierstein. 90) Badenheim, prope Kreuznach.

*non sit ad hoc ministerium, et abba hoc perpendit quia ita est: tractet prudenter apud se et deiciat illam quae digna non est de ordine suo, et aliam quae digna est in loco eius constituat de genere nostro. Quodsi non fuerit de genere nostro, quae possit ibidem esse abbatissa, tunc iam prefatus abba de monasterio sancti Nazarii*[a] *vel ipsi monachi faciant de iam dicto monasterio et quod ad ipsum aspicit quicquid sibi utile iudicaverint pro oportunitate sancti Nazarii*[a] *vel ibidem Deo deservientium monachorum. Set et quaecumque in iam prefato monasterio abbatissa fuerit, censum iam dictum ad sanctum Nazarium*[a] *non negligat reddere; quod si neglexerit, cum legis beneficio hoc*[b] *emendari faciat. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipsa aut ullus de heredibus meis vel proheredibus, seu quaelibet ulla obposita persona, hanc donationem sive testamentum infringere vel inmutare voluerit, quam propter nomen Domini spontanea voluntate fieri decrevimus, inferat ad monasterium sancti Nazarii*[a] *vel ad agentes ipsius duplum tantum, quantum hec donatio continet, sociante fisco auri libras* 2, *argenti pondera* 4 *multam sustineat, et sic quod repetit evindicare non valeat, set presens donatio ista vel precaria omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa.*

*Actum in monasterio Lauresham in basilica sancti Nazarii*[a] *ante preciosum corpus ipsius sancti martyris coram multis testibus, anno* 18. *regni domini nostri Karoli regis, sub die* 5. *Kalendas Martias.*

*Signum Abae Deo sacratae abbatissae, quae hanc donationem sive precariam simul fieri et firmari rogavit. Signum Gerhardi. Signum Salachi et aliorum.*

*Ego itaque Samuel, acsi indignus monachus et presbiter, hanc cartam donationis rogante Aba scripsi.*

### Donatio Hiltisnot abbatissae de monasterio Alirinbach in Bretachgouve.

*In Christi nomine sub die* 7. *Idus Iunii, anno* 20. *regni domini nostri Karoli regis. Ego* 787.
*Hiltisnoot, Deo sacrata, filia Suabulcdi quondam, considerans casum humane fragilitatis, pro* Iun. 7.
*Dei intuitu vel pro anima meae remedio seu et retributione aeterna dono ad sanctum Dei Nazarium martyrem, qui requiescit in corpore,* ut supra, *ubi vir venerabilis Richbodo preesse videtur, vel turba plurima monachorum ibidem adunata esse dinoscitur, donatumque in perpetuum esse volo et promptissima voluntate confirmo: hoc est monasterium quod modo a novo* col. 2.
*edificavimus in propria alode mea in pago Brethachgowe*[91] *in Wachelincheimere*[92] *marcha et in Magelingun*[93] *marca, in loco nuncupato Alirinbach*[94], *id est basilicam quae est constructa in honorem sancti Salvatoris et sanctae Mariae vel caeterorum sanctorum, et in ipsis locis iam dictis huobas serviles* 16 *et huobam et mansum indominicatum, vel quicquid ad ipsos mansos vel hubas aspicit, terris*[c], *domibus, aedificiis, campis, pratis, pascuis, perviis, silvis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, cum adiunctis adiacentiis, mancipiis, accolis, peculio utriusque sexus maiore vel minore, mobilibus et inmobilibus, omnia et ex omnibus re inexquisita, cum omni supellectili, quicquid dici aut denominari potest, sicut a nobis moderno tempore possideri dinoscitur, totum et ad integrum. Similiter in Buttinesheim marcha quicquid ibidem habere videmur, id est hubas duas et casadum*[d] *unum ibidem manentem, una cum peculiari suo, et quicquid ad ipsas hubas aspicit. Similiter et in Cochengowe*[95] *in Westheimer*[96] *marcha, in loco qui dicitur Raodhaha*[97], *hubas quinque et mansos* 5, *vel quicquid ad ipsas hubas vel mansos aspicit, et*[e] *basilicam illic constructam ad integrum. Similiter in Gardachgowe*[98] *in Gardaro*[98'] *marcha, in loco qui dicitur Shlothrun*[99], *mansum et hubam, et quicquid ad ipsam hubam aspicit. Et in Becchingen*[99'] *hubas* 5, *mansos* 5, *vel quicquid illuc aspicit. Item quod femina quaedam, nomine Wirdun, tradidit ad iam dictas reliquias in Olleimo marcha, vel quicquid in ipsa marcha legibus ei adtingit, et quicquid ad hec omnia aspicit, campis, terris, pratis, silvis, pascuis, perviis, aquis aquarumve decursibus, domibus, edificiis, totum et ad integrum, sicut superius diximus; mancipia quoque* 55 *utriusque sexus, quae et in his et in aliis*

a) N. *cod.* b) hoc *superscr. cod.* c) tam terris, voce tam *puncto deleta, cod.* d) casadum *cod.* e) et basilicam — integrum *manu* 1. *in margine suppleta sunt cod.*

91) in Francia Orientali, a fluvio Brettach, qui in Kocheram influit, sic nominatus; cfr. Chron. Gottwic. II, 564. 92) Wachalingen. 93) Möglingen. 94) Baum-Erlenbach, ad fluv. Ornam. 95) Kochengau, pagus Franciae Orientalis. 96) Kochen-Westheim. 97) Roth, prope Geildorf? 98) qui fuit pars pagi Neckergau; cf. Chron. Gottwic. pag. 602. 98') Gartach. 99) Schlüchtern. 99') Böckingen, prope Heilbronn.

*locis manere videntur, una cum omni pec tiari suo. Hec omnia superius comprehensa cum omni integritate sua, tam ipsum monasterium quam omnia ibidem aspicientia, de iure meo in ius et dominationem sancti Nazarii*[a] *dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad possidendum, ea ratione, ut ab hac die habeant, teneant atque possideant et suis posteris ac successoribus ad possidendum relinquant. Scilicet, ut dum ego advixero, ipsas res, sicut superius continetur, per beneficium vestrum absque preiudicio sancti Nazarii*[a] *vel vestro seu successorum vestrorum habeam et excolam, et nichil exinde minuere, nisi quicquid ibidem addere aut meliorare, potuero, et censum annis singulis in festivitate sancti Nazarii*[a], *quae est* 2. *Idus*[1] *Iunii, sarcilem*[2] 1 *persolvam; et si de ipso censu neglegens fuero, cum legis beneficio hoc emendari faciam. Post discessum vero meum, si aliqua de genere meo in ipso monasterio fuerit educata, quae ipsam congregationem, quam propter nomen Domini ibidem adunavi, secundum Deum regere potuerit, per electionem abbatis sancti Nazarii*[a] *abbatissa constituatur, et hoc semper, quoadusque de genere meo digna ibidem reperiri potuerit, servetur.* Cetera omnia, quae secuntur, ut in superiori charta continentur, usque ad id: *Si quis hec infringere vel inmutare voluerit, inferat partibus sancti Nazarii*[a] *una cum cogente fisco auri libras* 5, *argenti pondera* 10 *multam sustineat;* et reliqua ut supra.

*Actum in ecclesia sancti Nazarii*[a] *ante preciosum corpus eius, in loco publico monasterio Lauresham.*

*Signum Hiltisnot, Deo sacratae abbatissae, quae hanc donationem sive precariam firmitatis fieri et firmari rogavit. Signum Maorlach comitis, germani ipsius, qui hoc consensit. Signum Anto fratris eius.*

*Ego itaque Samuel presbiter rogante Hiltisnot hanc donationem sive precariam scripsi.*

fol. 5.

## Donatio Raffoldi comitis in Winenheim.

790. Mart. 1.

Ev. Luc. 11, 41.

*Ego in Dei nomine Raffoldus comes, considerans gravitudinem peccatorum meorum, et reminiscens bonitatem Dei dicentis:* Date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis, *confisus Dei tanta misericordia et pietate Dei, per hanc epistolam dono donatumque in perpetuum esse volo ad basilicam sancti Nazarii, ubi ipse corporaliter requiescit, et omni congregationi ibidem consistenti, ubi vir venerabilis Richbodo abba preesse videtur, res meas in pago Renense et in Lobodenense sitas, in villa Winenheim marca*[3], *quicquid in ipsa villa vel in ipsa marcha habere visus sum, mansis, pratis, pascuis, campis, perviis, silvis, vineis, aquis aquarumve decursibus, domibus, aedificiis, cum adiunctis adiacentiis, accolis, mancipiis* 64, *peculio utriusque sexus maiore vel minore, excepto auro et argento et caballis et vestimentis, aliud quicquid in ipso loco presenti tempore visus sum tenere vel possidere, tam de paterno quam de materno vel de comparata, seu de quolibet adtractu ad me noscitur pervenisse, ad integrum de iure meo in vestrum et sancti Nazarii ius proprietarium trado atque transfundo. Ea ratione ut, quamdiu advixero, sub usu beneficii vestri absque ullo preiudicio vel diminutione aliqua predictas res tenere et uti debeam; et in uno quoque anno duos solidos in argento ad sanctum Nazarium*[a] *persolvam in festivitate sancti ipsius aut sancti Martini vel Remigii. Set si dimittere voluero, tunc michi* 30 *libras persolvatis; et si antea non reliquero, post obitum meum iam prefatas* 30 *libras pro animae meae remedio pauperibus vel ad casas Dei erogetis. Post meum quoque discessum quicquid in iam dicta villa*[b] *vel in finibus suis additum, adtractum melioratumque fuerit repertum, et transitus meus ibi dereliquerit, cum omni supraposito, rectores ipsius ęcclesiae sancti Nazarii*[a] *agentesque illius absque ullius expectata audientia vel*[c] *traditione in nostram elemosinam vel substantiam monachorum, ibidem vitam degentium, in eorum faciant revocari potestatem vel dominationem; ita ut, quicquid exinde facere pro oportunitate monasterii decreverint, liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem. Quodsi aut ego ipse aut ullus de heredibus meis vel quelibet persona contra hanc donationem aliquid refragari vel calumniam generare presumserit, illud quod repetit non evindicet, et insuper contra cui litem intulerit solidos quingentos componat, et hec donatio sive precaria*[d] *firma permaneat, stipulatione subnixa.*

*Actum in monasterio Lauresham sub die Kal. Martii, anno* 22. *regni domni nostri Karoli, gloriosi regis.*

a) N. *cod.* b) villa *superscr. cod.* c) *vocabulum* vel *punctis quidem infrascriptis deletum videtur, attamen ob sensum retinendum est.* d) precario, *corr.* precaris *cod.*

1) Iun. 12. 2) i. e. vestem. 3) Weinheim.

*Signum Raffoldi comitis, qui hanc donationem sive precariam fieri et firmari rogavit. Signum Heriradi. Signum Waltheri et aliorum.*

*Ego Rodulfus hanc donationem sive precariam scripsi.*

### Donatio Rachildis, Deo sacratae, in Dinenheim et Sunnincheim.

*In Christi nomine sub die pridie Kalendas Novembris, anno* 25. *regni domni nostri Karoli* 792. Nov. 4. *regis, ego Rachildis*[4] *Deo sacrata, pro remedio animae meae seu et genitricis ac genitoris mei et germani mei Heimerici atque Ermberti*[a] *episcopi*[5], *dono ad sanctum Dei martyrem Nazarium*[b], *qui requiescit* ut supra, usque *ubi vir venerabilis Richbodo abba preesse videtur, donatumque in perpetuum esse volo, et promptissima voluntate confirmo; hoc est: rem meam propriam in pago Wormaciense in Dienenheimer*[6] *marcha, set et rem illam, quam michi Ermbertus episcopus manu potestativa tradidit in proprietatem pro anima Heimerici germani mei, tam* col. 2. *mansis, campis, terris, pratis, pascuis, perviis, vineis, domibus, edificiis, aquis aquarumve decursibus, mancipiis, una cum peculiari eorum, vel quicquid in ipsa marcha habere videor ad integrum. Similiter ultra Rᴇnum in Sunnincheimere stete*[7], *quicquid in eodem loco Heimerich frater meus contra Warinum comitem de sua portione in hereditatem accepit, omnia et ex omnibus, totum et ad integrum, a die presente de iure meo in ius et dominationem sancti Nazarii*[b] *dono, trado atque transfundo, ita ut ab hac die habeatis iure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis liberam in omnibus habeatis potestatem. Si vero, quod fieri non credo, ego ipsa aut ulla obposita persona hanc donationem infringere vel immutare voluerit, inferat ad ipsum locum sanctum vel ad agentes ipsius duplum tantum quantum hec donatio continet, sociante fisco auri libras* 2, *argenti pondo* 2 *multam sustineat, et quod repetit evindicare non valeat; set presens donatio ista omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa.*

*Actum in monasterio Lauresham, in ecclesia sancti Nazarii*[b] 2. *Nonas Novembris, anno* 25. *regni domni nostri Karoli regis.*

*Signum Rachildae, que hanc donationem fieri et firmari rogavit. Signum Scali. Signum Geroldi et aliorum.*

*Ego Samuel presbiter et monachus*[c] *hanc donationem rogante Rachilda scripsi et subscripsi*

### Precaria[d] eiusdem Rachildis.

*Venerabili in Christo Richbodoni abbati Rachildis Deo sacrata supplicans. Dum non est in-* 792. Nov. 4. *cognitum, qualiter ego rem meam in pago Wormaciense in Dienenheimere marcha et in Sunnenheimer stete ad partem sancti Nazarii*[b] *condonavi, postea mea fuit petitio et vestra fuit benivolentia, ut ipsam rem michi sub usu fructuario beneficiare deberetis diebus vitae meae, quod ita et fecistis; similiter et ad Scarra*[8] *ipsam basilicam, vel quicquid ibidem haberetis; nec non et ad Meresche*[9] *et in Aothmaresheim*[10] *et ad Frankondal*[11] *et ad Ebenstein*[12] *et ad Blatmaresheim. Ea scilicet ratione, ut iam dictas res habere et excolere debeam, et nichil exinde minuere; set quicquid ibidem addere aut meliorare potuero, promptissima voluntate faciam, et annis singulis in censum pro hac re in festivitate sancti Martini* 12 *denarios persolvam; et si de ipso censu negligens exstitero, cum legis beneficio hoc emendare faciam. Et quando quidem meus venerit discessus, absque ullius contradictione vel iudicis assignatione, rem supradictam agentes monasterii sancti Nazarii*[b] *per semet ipsos in Dei nomine recipere et revocare valeant.*

*Facta est haec precaria loco, die et tempore, quo supra.*

Hanc donationem et precariam postea sub Adalungo abbate anno 44.[13] Karoli imperatoris hec eadem matrona renovando confirmavit.

Exordia finesque singularum donationum, formas quoque precariarum omnes transcribere, mancipiorum nichilominus et testium nomina seriatim ponere, et longum est et non necessarium, maxime cum, exceptis personarum locorumque vocabulis ac temporum designationibus, aut eundem aut non multum disparem modum habeant et continentiam.

a) Erinbertus *hic et paulo infra habet Editio Tegernseensis p.* 34; Erimbertus *Edit. Palatina*; Ermbertus *cod.* b) N. *cod.* c) m̊ *cod.* d) Prestaria *cod.*

4) Obiit die 23. Nov.; cf. Kalendarium necrologic. Lauresh. apud Böhmer, Fontes III, 151. 5) Wormatiensis (770—803?). 6) Dienheim, prope Oppenheim. 7) locus incertus. 8) Scharrhof, prope Mannheim. 9) super Rhenum; cfr. Chron. Gottwic. p. 873. Hodie *Mörsch*. 10) Otmarsheim; Chron. Gottwic. p. 869. 11) Frankenthal. 12) Eppstein? 13) 811, Oct. 9—812, Oct. 9.

**Sufficiat igitur, si, salva rerum veritate, quando, ubi, qualiter, quid a quibusque collatum sit, nichil pretermittamus.**

**Nunc ad privilegia Luodowici Pii imperatoris transcribenda accedamus.**

**Anno dominicae incarnationis 805.**

805. **Post excessum Richbodonis[14] successit Adalungus[15], vir potens in opere et sermone, et iuxta cor Domini electus. Qui suscepto huius loci regimine, nobiliter cuncta extrinsecus, nobilius quoque templum intrinsecus, vario venustavit decore. Quippe altare dominicum, ut nunc est, quatuor ex partibus tabulis argenteis inclusit, nec minus altare ad Crucem atque sancti Iohannis Baptiste, sanctae quoque Mariae virginis, preterea altare sancti Petri in ecclesia triplici, mirifice perornavit; auream quoque crucem, et opere et materia aliis preciosiorem, fabrefieri iussit. Multis denique virtutibus florens, decursis in huius loci regimine annis 33[a], sapientiae ac pietatis merito vitam consummavit honestam. Iste pater, regnante iam tunc Luodowico Pio, Karoli magni ac beati divi imperatoris ac semper augusti filio, ac veluti post bellicosum patrem David Salemone pacifico, imperialem expetivit magnificentiam, quatinus de libertate et immunitate Laureshamensis monasterii et abbatis electione paternam roboraret auctoritatem tali privilegio:**

fol. 5'.

Luodowicus imperator filius Karoli Magni regnavit annis 27; Metis ad Sanctum Arnulfum sepultus[b].

**Preceptum Hludowici primi Pii de inmunitate eiusdem monasterii.**

815. Mart. 5.

*In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Hloudowicus divina ordinante providentia imperator augustus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei eiusque[b*] in eisdem locis sibi famulantibus beneficia oportuna largimur, premium nobis apud Deum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Noverit interea sagacitas seu utilitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, quia vir venerabilis Adalungus abbas ex monasterio Laureshammo, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi et sanctus Nazarius martyr corpore requiescit, quod est situm in pago Reninse super fluvium Wisgoz, obtulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis domni et genitoris nostri bonae memoriae Karoli, piissimi augusti, in qua continebatur insertum: qualiter idem genitor noster ipsum monasterium ob amorem Dei tranquilitatemque fratrum ibidem consistentium semper sub plenissima tuitione et immunitatis defensione ab omni inquietudine iudiciariae potestatis consistere fecisset. Propter firmitatem tamen postulavit a nobis predictus Adalungus abbas, ut paternum morem sequentes huiuscemodi nostrae immunitatis preceptum ob reverentiam sancti Nazarii[c] martyris, qui ibidem corpore requiescit, circa ipsum monasterium fieri censeremus. Cuius petitioni libenter assensum prebuimus, et hoc nostrae auctoritatis preceptum erga ipsum monasterium et monachos ibidem Deo militantes, immunitatis atque tuitionis firmitatis gratia, pro divini cultus amore et animae nostrae remedio fieri decrevimus; per quod precipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus vel quislibet ex iudiciaria potestate aut ullus ex fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris, in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones predicti monasterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperii nostri iuste et legaliter possidet vel quae deinceps a catholicis viris eidem collatae fuerint monasterio, ad causas audiendas vel freda aut tributa exigenda aut mansiones aut paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam servos, super terram ipsius commanentes, iniuste distringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quae supra memorata sunt, penitus exigere presumat. Set liceat memorato*
col. 2. *abbati suisque successoribus res predicti monasterii sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere. Quicquid etiam exinde ius fisci exigere poterat, in integrum eidem concessimus monasterio, scilicet ut in alimoniam pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo famulantium perennibus[d] temporibus proficiat in augmentis. Et quando quidem divina vocatione supradictus abbas vel successores eius de hac luce migraverint, quamdiu ipsi monachi tales inter se invenire potuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem et consensum, sicut et eis domnus et genitor*

a) *XIII. falso habet codex.* b) Luodowicus — sepultus *manus* 1. *rubro colore in margine adiecit cod.* b*) *eisque cod.* c) N. *cod.* d) perennis, *corr.* perennibus *cod.*

14) Richbodo abbas obiit Kalend. Octob. anni 804; cfr. Kalendarium necrolog. Lauresh. (Böhmer, Fontes III. p. 150). 15) Sedit usque ad a. 838.

*noster per suam auctoritatem[a] concessit, licentiam habeant eligendi abbates. Quatinus ipsos servos[b] Dei, qui ibidem Deo famulantur, et pro eodem genitore nostro et pro nobis et coniuge proleque nostra et stabilitate totius imperii nostri, nobis a Deo collati et eius clementissima miseratione per inmensum conservandi, iugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hec auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa consistere, manu nostra subter firmavimus et anuli nostri inpressione signari iussimus.*

*Signum Hludowici (M.) serenissimi imperatoris.*

*Helisachar recognovi.*

*Data* 3. *Nonas Martias. Anno Christo propitio secundo imperii domni Hludowici piissimi augusti, indictione* 8. *Actum Aquisgrani palatio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Paternam quoque auctoritatem de piscatione in Reno nobis tradita idem piissimus imperator hoc modo confirmavit:

## Ludowici primi Pii de piscatione in Reno.

*In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Hludowicus[c] divina ordinante* 815. Mart. 5. *providentia imperator augustus. Si imperialis dignitas predecessorum suorum pie facta inviolabiliter conservare nititur, quanto magis nos ea conservare debemus et nostris auctoritatibus confirmare, quae domnus et genitor noster Karolus piae recordationis, prestantissimus imperator, ad petitionem servorum Dei ob emolumentum animae suae et utilitatem servorum Dei per suam confirmavit auctoritatem. Unde noverit experientia atque utilitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, quia Adalungus abba ex monasterio Lauresham, quod est constructum in honore sancti Nazarii martyris, ubi ipse preciosus martyr corpore requiescit, detulit excellentiae nostrae quandam auctoritatem[16] predicti domni genitoris nostri Karoli imperatoris, in qua continebatur, quod monachis de eodem monasterio non solum licentiam dedisset, vinnam ad piscandum faciendam in loco nuncupante[d] Godenowa[e] infra finem[17] Hostat, verum et eis ipsam vinnam perpetualiter habendam per eandem confirmasset auctoritatem; et quod concessisset eis de silva, quae eidem villae aspicit, quae infructuosa est, ad incidendum, ad ipsam vinnam quando necessitas exegerit reficiendam; nec non et viam integram ad carrigandum in marcham quae ad Firnheim pertinet, de pago Lobodonense usque in fluvium Wisgoz, ad pontes faciendos[f] tam super eundem fluvium Wisgoz quam et super illos lacus. Ob rei tamen stabilitatem postulavit a nobis idem Adalungus abba, ut super huiusmodi re paternae auctoritati nostram adderemus auctoritatem. Cuius petitioni propter ipsius sancti loci reverentiam et animae nostrae remedium assensum prebere libuit et hanc nostram auctoritatem firmitatis gratia fieri; per quam volumus atque decernimus, ut vinnam superius nominatam, et de silva infructuosa incidenda ad eandem vinnam restaurandam, et viam per quam eorum carri[g] ire et redire valeant, et eosdem pontes[h], predictus Adalungus abba eiusque successores vel congregatio ipsius loci in nostra elemosina per hanc nostram auctoritatem concessam habeant,* fol. 6. *atque iure perpetuo in ditione ipsius monasterii consistant, quemadmodum domnus et genitor noster per suam confirmavit auctoritatem; videlicet, ut quicquid ob utilitatem et profectum ipsius monasterii facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio. Et ut hec auctoritas firmior habeatur et per futura tempora inviolabiliter conservetur, manu propria subter firmavimus, et anuli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum Hludowici (M.) serenissimi imperatoris.*

*Helisachar recognovi.*

*Data* 3. *Nonas Martias. Anno Christo propitio secundo imperii domni Hludowici[h'] piissimi augusti, indictione* 8. *Actum Aquisgrani palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

## De Michlenstat.

Qualiter[i] vero cella Michlenstat[18] sub hoc piissimo principe per venerabilem Einhardum Laureshamensi monasterio accesserit, prout a maioribus nostris memoriae traditum est,

a) *scriba codicis primum scripserat:* genitor noster concessit per suam auctoritatem, licentiam habeant *etc., sed postea verbum* concessit *post* auctoritatem *inserendum esse indicavit.* b) ipsis servis, *corr.* ipsos servos *cod.* c) Ludowicus *cod.* d) nuncupante, *corr.* nuncupato *cod.* e) Godenaugia, *corr.* Godenouua *cod.* f) *verba* ad — faciendos *iam erasa, sed tinctura chemica restituta sunt.* g) carra, *corr. littera* i *superscr.* carri *cod.* h) et — pontes *iam erasa.* h') Ludowici *cod.* i) *m. saec. XV. rubro colore in marg. addidit:* De insigni clementia Karoli in crimi ne lese maiestatis.

16) cfr. supra p. 349. 17) Glossa s. XVI. superscripta: *Bobstat.* 18) Michelstadt.

perstringamus. Est enim res tum cognitu et admiratione digna, tum quanta vel qualis olim imperialis excellentie et erga subditos pietas et erga devotos liberalitas et erga suorum excessus clementia fuerit, evidens exemplum. Hic igitur Einhardus, archicapellanus notariusque imperatoris Karoli, cum in aula regia laudabiliter serviens diligeretur ab omnibus, a filia quoque ipsius imperatoris, Imma nomine, regi Grecorum desponsata [19], amabatur ardentius. Aliquantum temporis fluxerat, et amor alternus cottidie inter ambos per augmenta crescebat. Utrosque enim timor retardavit et offensio regia, ne tam gravia conveniendi inirent conamina. Set

Virg. Georg. I, 145.

*Amor*[a] *improbus omnia vincit.*

Denique cum idem vir egregius inremediabiliter amando estuaret, auresque virginis per internuncium appellare nec presumeret, novissime sumpta de semet ipso fiducia, nocturno tempore latenter ad puellae tendebat habitaculum. Ibidem ergo pulsans clanculo et intrare permissus, tamquam allocuturus iuvenculam de regali mandato, statim versa vice solus cum sola, secretis usus alloquiis et datis amplexibus, cupito satisfecit amori. Interea, cum iam appropinquante luce diei per silentia noctis, unde venerat, regredi vellet, de inproviso nivem haut modicam decidisse cognovit, et ne per vestigia pedum virilium agnitus proderetur, foras exire timuit, ambosque pro conscientia facti anxietas simul et formido intus remanere compulit. Cumque nimia sollicitudine fluctuantes, quid facto opus esset deliberarent, tandem elegantissima iuvencula, quam audacem faciebat amor, consilium dedit, ut ipsa quidem super se insidentem inclinata exciperet, eumque usque ad locum illius hospitio contiguum antelucanum deportaret, ibique eo deposito rursum per eadem vestigia cautius observata rediret. Eam noctem imperator divino, ut creditur, nutu insomnem duxit, diluculoque consurgens eminusque de aula prospiciens intuitus est filiam suam sub prefato onere nutanti gressu vix incedere, et ad condictum locum deposita quam gestabat sarcina, celeri repedare recursu. Quibus multo intuitu perspectis, imperator partim admiratione, partim dolore permotus, non tamen absque divina dispositione id fieri reputans, sese continuit[b], et visa interim silentio subpressit. Interea Einhardus sibi conscius, certusque rem nullo modo dominum suum regem diu latere posse, tandem inter angustias reperto consilio imperatorem aggreditur, flexis genibus missionem postulans, asserens tot et tantis servitiis suis condigna non rependi premia. His auditis rex dissimulato rei et eventu et exitu, diu

col. 2. conticuit; dehinc eum certificans, se postulationi eius quantotius responsurum, diem constituit, statimque consiliarios primosque sui regni et ceteros quosque sibi familiares passim evocatos convenire iussit. Congregata itaque magnifica diversarum dignitatum frequentia, ita exorsus est: imperatoriam, inquiens, maiestatem nimis iniuriatam esse et despectam in indigna suae filiae notariique sui copulatione, et exinde non mediocri sese agitari perturbatione. Quibus nimio stupore perculsis et de rei novitate ac magnitudine quibusdam adhuc ambigentibus, rex innotuit eis evidentius, referens eis a primordio quid per semet ipsum oculata fide cognoverit, consiliumque eorum ac sententiam super hoc expostulans. At illi inter se diversi diversa sentientes, in presumptorem huius rei duras et varias dedere sententias: aliis sine exemplo puniendum, aliis exilio dampnandum, aliis alio modo disperdendum, ut cuique impetus erat, adiudicantibus. Porro quidam ex eis tanto mitiores quanto sapientiores, habita secum deliberatione quam intime regem exoravere, quatinus ipse rem per semet ipsum examinare et secundum divinitus ei collatam sapientiam diffinire dignaretur. Verum ubi rex singulorum circa se affectum ponderavit, et inter diversorum sententias quid potissimum consilii sequeretur expendit, sic eos allocutus est: *Non ignoratis,* inquit, *humanum genus variis subiectum esse casibus, et frequenter evenire ut res nonnullae, quae contrariis iniciis inchoantur, meliorem aliquando sortiantur exitum. Proinde non est desperandum, set potius super hac re, quae et gravitate et novitate sui nostrum exsuperat ingenium, divinae providentiae, quae numquam in sui dispositione fallitur queque etiam malis bene uti novit, pietas est expectanda et expetenda. Quapropter tam tristis facti a notario meo non exigam penas, per quas infamia filiae meae magis videbitur augeri quam minui. Unde dignius et laudabilius imperii nostri glorie arbitramur congruere, ut data adolescentiae venia legitimo eos matrimonio coniungam, et rei probose honestatis colorem superducam.* Regis igitur audita sententia fit

a) labor *Virgil.* b) contulit, *corr.* continuit *cod.*

19) Fallitur auctor chronici, quum non Imma sed Hruotrudis Constantino imperatori sponsata fuisset; cfr. Einhardi Vitam Karoli cap. 19.

incomparabile gaudium, magnitudoque animi eius ac mansuetudo summis effertur laudibus. Interim Einhardus iussus adesse ingreditur, quem ex inopinato rex salutans, ita eum placido vultu alloquitur: *Iam dudum auribus nostris a vobis delata est querimonia, quod serviciis vestris regali munificentia hactenus digne non responderimus. Set, ut verum fatear, maxime super hoc culpanda est vestra negligentia, quoniam quidem licet sustineam tot et tanta negocia solus,* (Horat. Epist. II,1,1.) *tamen si quid voluntatis vestrae compertum haberem, servicia vestra digno fuissem prosecutus honore. Verum ne vos diutino sermone protraham, querimoniis vestris amplissima donatione satisfaciam, et ut vos etiam fidelem michi, ut prius, et benivolum posthac sentiam, iuri vestro nuptum tradam meam filiam, vestram scilicet portatricem, quae quandoque alte succincta vestrae subvectioni satis se morigeram exhibuit.* Protinus ad regis edictum cum multo comitatu adducta est eius filia, quae roseo vultum perfusa rubore tradita est per manus patris in manus predicti Einhardi cum dote plurima prediorum quoque nonnullorum, cum innumeris aureis argenteisque donariis aliisque preciosis supellectilibus. Quibus etiam piissimus imperator Ludowicus post obitum patris predia sua, videlicet Michlenstat et Mulenheim, quae nunc appellatur Seliginstat, tradidit, cum huiusmodi donationis privilegio:

Donatio Ludowici primi Pii Einhardo in Michlenstat. fol. 6'.

815. Ian. 11.

*In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Hludowicus*[a] *divina ordinante providentia imperator augustus. Imperatoriae celsitudini moris est, fideliter sibi famulantes donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare atque sublimare. Proinde nos morem parentum nostrorum, regum videlicet predecessorum nostrorum, sequentes, libuit celsitudini nostrae fidelem quendam nostrum, nomine Einhardum, de quibusdam rebus proprietatis nostrae honorare atque in sui iuris potestatem liberalitatis nostrae gratia conferre. Nec inmerito: quippe cum et fidelitatis obsequio et obedientiae devotione hoc apud serenitatem nostram digne mereatur adipisci, qui totis nisibus usquequaque nostro servitio, nostris iussionibus, fideliter parere studet. Inde noverit experientia atque utilitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, quia concessimus eidem fideli nostro Einhardo, nec non et coniugi suae Immae, in partibus Germaniae locum qui vocatur Michlinstat, in silva quae vocatur Odonewalt, in cuius medio est basilica lignea modica constructa, de qua in omnem partem quaquaversus pertinent ad eundem locum inter campum et silvam leugae duae, id est rasta una. Intra cuius mensurae circumplexum manent presenti tempore servi nostri proprii* 14 *cum uxoribus suis et filiis; preter hos sunt in eodem loco inter masculos et feminas mancipia* 40. *Hunc locum cum terminis suis sub integritate et mancipiis suis, nec non et villam quae dicitur Mulinheim, quae est in pago Moynecgowe sita super ripam fluminis Moyni, quae quondam Drogonis comitis possessio fuit, et habet basilicam parvam muro factam; in qua villa sunt mansi* 19 *et servi presenti tempore manentes cum uxoribus et liberis numero* 13; *seu et in altera villa, eodem vocabulo supra eundem fluvium, quae vocatur Inferior Mulinheim, in qua sunt mansi* 4 *et servi manentes totidem cum uxoribus et parvulis, qui pertinent ad superius dictam villam. Hanc villam, id est Superiorem Mulinheim, cum appenditiis suis et mancipiis propriis ad eam pertinentibus, et hec omnia suprascripta, cum ęcclesiis, villaribus, domibus, mancipiis, silvis, terris, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultum et incultum, cum omnibus adiacentiis et appenditiis, totum et ad integrum, predicto fideli nostro Einhardo et coniugi eius Immae in proprium per hanc nostrae donationis auctoritatem concessimus. Ita videlicet, ut quicquid ab hodierna die in futurum de predictis rebus et locis vel de his quae ad eas pertinent, iure hereditario facere voluerint, in omnibus potiantur arbitrio faciendi; et nullus quislibet ex fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris de prescriptis rebus, memorato fideli nostro et coniugi suae a nobis concessis, aliquid abstrahere aut minuere temptet, set liceat eis ipsas res quiete habere et possidere, et cui voluerint iure hereditario relinquere. Et ut hec auctoritas largitionis nostrae per curricula annorum inviolabilem atque inconvulsam perpetuo obtineat firmitatem, et a fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris, seu etiam a successoribus nostris a nobis facta verius certiusque credatur, eam manu propria subter firmavimus, et anuli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum Hludowici (M.) serenissimi regis.*

*Helisachar recognovi.*

*Data* 3. *Idus Ianuarii. Anno Christo propitio primo imperii domni Hludowici*[b], *piissimi*

a) Ludowicus cod. b) Ludowici cod.

*imperatoris augusti, indictione 7. Actum Aquisgrani palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

col. 2. Venerabilis itaque Einhardus ob honorem simul et amorem excellentissimi Karoli et piissimi Ludowici imperatorum pref tum locum et cellam Michlenstat cum suis pertinentiis monasterio[a] Laureshamensi tradidit, atque per huiusmodi testamentum confirmavit:

819. Sept. 12

## Donatio Einhardi et Immae de cella Michlenstat.

*Dominus ac redemptor noster corporaliter in terris conversatus, homines variis peccatorum sordibus inquinatos ammonere dignatus est, dicens:* Date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis; *et iterum:* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in aeterna tabernacula. *Idcirco nos, in ipsius Dei omnipotentis et ista iubentis nomine, Einhardus et Imma, simul de salute animarum nostrarum cogitantes, et de abolendis peccatis nostris beateque ac perpetuae vitae premiis consequendis pari devotione tractantes, hoc testamentum facere decrevimus, per quod spontanea et integra voluntate donamus, quod ab hodierna die donatum esse volumus; id est: cellam nostri iuris vocabulo Michlenstat, sitam in pago Plumgowe, in silva quae dicitur Odenewalt, super fluvium Mimilingum*[20]*, quam nobis gloriosissimus princeps domnus Hludowicus*[b] *imperator largissima liberalitate concessit et de iure suo in nostrum ius sollempni donatione transtulit ac precepti sui auctoritate in proprietatem nobis confirmavit. Hanc, ut diximus, cellam sub integritate cum omnibus appenditiis et terminis suis et cum omnibus ad se pertinentibus, id est basilicis, domibus ceterisque edificiis, terris, pratis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et immobilibus ac se ipsas moventibus, mancipiis diversi sexus et aetatis numero centum, donamus et tradimus ad basilicam sive monasterium venerandi martyris Christi Nazarii, quod vocatur Lauresham, et est constructum in pago Rhenense in ripa fluminis quod dicitur Wisgoz, ubi tempore presenti vir venerabilis Adalungus abbas Deo deservientis congregationis pastor et rector esse cognoscitur; ea videlicet ratione memoratam donationem atque traditionem facientes, ut quamdiu in hac mortalitate divina iussione vixerimus, habeamus predictam cellam in nostra potestate et sub nostra ordinatione, absque ullius personae aut potestatis contradictione vel impedimento, tam simul quam singillatim per successionem, si uno superstite alter e nobis ante decesserit; filios quoque si nos habere contigerit, unus ex eis in eadem possessione nobis iure precario succedat; post obitum vero nostrum memorata cella cum omni integritate ad prenominatum venerabile monasterium absque ullius contradictione recipiatur, et in eius potestate atque dominio perpetuo permaneat. Et si aliquis contra hoc nostrae donationis testamentum resultare voluerit, aut illud convellere atque evacuare temptaverit, primitus Christum et sanctum martyrem eius Nazarium nefandis ausibus suis contrarium sentiat, et insuper fisco distringente multam de rebus propriis parti predicti venerabilis monasterii coactus exsolvat, auri videlicet libram unam, argenti pondo* 12. *Et hoc testamentum atque hec donatio nostra firma et inviolata permaneat, et si quocumque tempore a quolibet homine aliud instrumentum in nostro nomine prolatum fuerit, quod huic nostro testamento contrarium sit, indicium datorum*[c] *anterius vel posterius habens, etiam si manu nostra videatur vel dicatur esse firmatum, vacuum et inane remaneat et nullum effectum obtineat; set, ut prediximus, hec donatio nostra perenni stabilitate firma et inviolabilis perseveret, stipulatione subnixa.* (fol. 7.) *Et ut hoc testamentum iuxta legis consuetudinem integram firmitatem accipiat, propriae manus subscriptione illud firmare decrevimus, et idoneorum testium, qui ipsam donationem viderunt, signaculis roborari fecimus. Facta donatio in Laureshamo monasterio* 2. *Idus Septembris, anno* 6° *regni domni nostri Hludowici*[d] *gloriosissimi imperatoris, in Dei nomine feliciter.*

*Ego Einhardus peccator et donator recognovi et manu propria subscripsi. Ego Imma consensi et subscripsi. Signum Rabangarii. Signum Warbotonis. Signum Wolfberti et aliorum.*

*Ego Hirminmaris*[e] *diaconus et notarius imperialis rogante Einhardo testamentum scripsi et subscripsi.*

Margin: Ev. Luc. 11, 41. — Luc. 16, 9.

a) monasterio *om. cod.* b) Ludowicus *cod.* c) datarum *corr.* datorum *cod.* d) Ludowici *cod.* e) Hirminmarus *cod.*

20) hodie Mümling sive Mömling.

### Descriptio marchae pertinentis ad Michlenstat.

**Huius donationis suae tenorem et locorum terminorumque descriptionem ipse Einhardus hoc modo designavit:**

***Quoniam sunt quidam, qui fastu seculari turgentes et semet ipsos amantes, a Christi fidelibus sacris ecclesiis seu monasteriis contradita invadunt, aut ut sibi hereditario iure retineant, aut mundiali[21] baltheo[22] in beneficio dividant: ego Einhardus, ne in his[a] quae de regia manu Hluodowici[b] imperatoris in loco Michlenstat contraxi manus iniquorum prevaleat, advertat obsecro fidelium tam sequentium quam presentium memoria, qualiter in unum sint collecta quibusve expressa vocabulis. Postquam enim locum prenominatum Laureshamensium dominationi subiugare disposui, adscitis quibus notum fuerat, terminum et vocabula locorum diligenter investigavi, et recenti memoria notarium meum Lutherum exprimere litteris iussi; ea videlicet circumspectione, quia multorum monasteriorum eis predia coniunguntur, et diversorum dominorum beneficia circumquaque terminantur. Hec igitur terminorum loca et locorum vocabula designantur hoc modo, dum a monte Mamenhart[23] incipiunt et totum eundem montem usque ad plateam[24] comprehendunt. A platea usque ad duplicem quercum; inde inter Ulenbuoch[25] et Rumpheshusen[26] ad quercum; de quercu in fluvium Bramaha[27]; per huius descensum in Vullinebach[28]; per huius ascensum usque ad lapideum rivulum[29]; inde ad Vullineburch[30] per unam portam intro, per alteram foras. Inde in ripam Euterun[31]; per huius descensum ad Langenvirst[32], ubi Langenvirst scinditur. Super Langenvirst ad Breitensol[33]; inde per Eichendal[34] in flumen Urtella[35]; pe huius ascensum in Vinsterbuch[36]; inde ad Phaphenstein[37] Einhardi. A Phaphensteine supra Richgeressneiten[38]; inde ad verticem Clophendales ad Clophenberk[39]; inde in Cuningesbrunnen[40]; per huius descensum in Mimelingen[41]; per huius ascensum ad Manegoldescellam[42]. Ab hac in fluvium Mosaha[43]; per huius ascensum in Geroldesbrunnen[44]; inde ad Ellenbogen[44] in flumen Branbach[45]; per eius descensum in Mimelingen[41]; ex qua ad quercum inter Grascapht[46] et Muntat[47]; inde iterum ad montem Mamenhart[48].***

Quomodo autem et ex qua revelatione predictus Einhardus monasterium Seliginstat[c] construxerit et predium suum Mulinheim eidem contulerit, ex libro quem ipse de translatione et miraculis sanctorum Marcellini et Petri martyrum edidit plene poterit dinosci. Verum piissimus imperator Ludowicus ęcclesiam quoque in Siggenheim[49] per idem tempus Laureshamensi monasterio hac auctoritate confirmavit:

### Ludovici primi Pii de ecclesia in Siggenheim. 823. Ian. 22.

*In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Hluodowicus[d] divina ordinante providentia imperator augustus. Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis, a Deo nobis collatis, locis Deo dicatis aliquid conferimus, id nobis et ad mortalem vitam feliciter transigendam et ad eternam perpetualiter obtinendam profuturum liquido credimus. Idcirco notum sit omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, sollertiae, quia postulavit a nobis vir venerabilis Adalungus abba ex monasterio Lauresham, quod est constructum in honore sancti Nazarii, ubi ipse preciosus martyr in corpore requiescit, ut terciam partem mansi in qua constructa est ęcclesia in honore eiusdem sancti Nazarii, quam retroactis temporibus Warinus quondam comes ad partem fisci nostri acquisivit, et modo Widegowo comes per bene-* col. 2.

a) de his *corr.* in his *cod.* b) Ludowici *cod.* c) Selinginstat *corr.* Seliginstat *cod.* d) Ludowicus *cod.*

21) i. e. saeculari. 22) baltheum = cingulum sacerdotale; cfr. Du Cangium s. v. 23) iuxta villam Momart. 24) i. e. die Römerstrasse. 25) Eulbach vicus. 26) locus incertus. 27) incertus. 28) cfr. Landau, Territorien p. 133. 29) Steinbach. 30) locus *Hamhaus* appellatus, prope villam Würzberg; cfr. Landau l. c. et p. 134, not. 2. 31) Euterbach. 32) der Langeforst. 33) cfr. Landau l. c. 134. 34) bodie *Rindengrund.* 35) Sensbach. 36) *die finstere Delle*, prope Sensbach. 37) der Pfannenstein. 38) der Rickersgrund. 39) der Klafterberg. 40) fons quidam in valle dicta *der Maisengrund.* 41) Mümling flumen. 42) Klosterbrunnen prope Hüttenthal. 43) Marbach rivulus. 44) incertus. 45) Brombach. 46) i. e. *Grafschaft*, comitatum; cfr. Landau l. c. p. 135. 47) i. e. *Immunität*, sive districtus immunis a potestate comitis, territorium scilicet Umstadt; cfr. Landau l. c. 48) De hisce locis cfr. Schneider, Erbachische Historie. Urkundenbuch p. 628 sq.; Archiv für Hessische Geschichte I, 152; II, 203 sqq.; VI, 553—566; Landau, Territorien p. 133 sqq.; Simon, Gesch. der Dynasten u. Grafen zu Erbach u. ihres Landes. Frankf. 1858. p. 54 sqq. 49) Seckenheim, ad fluvium Necker situm, prope Mannheim.

*ficium largitionis nostrae habere videtur, in nostra elemosina eidem monasterio concederemus. Cuius precibus pro mercedis nostrae augmento et reverentia ipsius sancti loci nobis acquiescere libuit, et prefatam partem mansi nostri cum ecclesia nostra auctoritate conferre placuit, quae est in pago qui vocatur Lobotengowe, in villa nuncupata*[a] *Siggenheim*[50] *super fluvium Necchar. Quapropter volumus atque iubemus, ut per hanc nostram auctoritatem nostris videlicet et futuris temporibus predictam ęcclesiam predictus Adalungus abba eiusque successores vel congregatio ipsius monasterii in nostra elemosina concessam habeant, atque perpetuo in ditione ipsius ęcclesiae consistat; ita dumtaxat ut quicquid de ipsa ob utilitatem et profectum sui facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi. Et ut hec auctoritas firmior habeatur et per futura tempora melius conservetur, manu propria subter firmavimus et anuli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum Hludowici (M.) serenissimi imperatoris.* [Sigillum, in quo legitur:] *Christe, protege Hluodowicum*[b] *imperatorem*[c].

*Simeon diaconus ad vicem Fridugisi*[d] *abbatis recognovi.*

*Data 10. Kalendas Iulias. Anno 10. imperii domni Hludowici piissimi augusti. Indictione prima. Actum Franchonofurt palatio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Mortuo Ludowico imperatore Pio filii eius Ludowicus, Lotharius et Karolus graviter inter se de imperio dissidentes, post maximam suorum adtritionem imperium patris tandem inter se diviserunt, et Karolo, qui minimus natu erat, occidentalia regna a Britannico mari usque ad Mosam cesserunt; Ludowico orientalia regna, id est Germania usque ad Renum atque trans Renum nonnullae civitates; Lotharius, qui maximus natu erat, sortitus est regnum quod ab eo traxit vocabulum et Provinciam[51] et cum Italia tota Romanum imperium. Hic Lotharius[52] Ansfrido, tunc palatino comiti, illustri et spectabili viro, ob egregia merita predium suum in Geizefurt[53] iure proprietatis contradidit, quod postea idem Ansfridus, ut suo in loco patebit, Laureshamensi monasterio sub abbate Dietrocho contulit. Quae regia donatio Ansfrido conlata talis est:

Lotharius imperator filius Ludowici Pii regnavit annis 14 In monasterio Prumia sepultus.[e]

855. Nov. 9.

### Donatio Lotharii secundi regis[f] Ansfrido in Geizefurt.

*In nomine omnipotentis Dei, salvatoris nostri Ihesu Christi. Hlotharius*[g] *divina preveniente clementia rex. Dignum est ut regalis celsitudo procerum suorum petitionibus tanto libentius annuat, et annuendo ad effectum perducat, quanto eos viderit ac noverit in suis obsequiis persistere efficaces. Idcirco noverit omnium fidelium sanctae Dei ęcclesiae ac nostrorum, presentium videlicet et futurorum, industria, quia Hucbertus venerabilis abba nostram deprecatus est magnitudinem, ut cuidam fideli comiti palatii nostri, Ansfrido nomine, aliquantum ex rebus iuris nostri, quas ipse iure beneficiario detinet, ad proprium concederemus ac per preceptum nostrum largiremur. Cuius precibus libenter ob utrorumque sincerissimam devotionem et famulatum acquiescentes, hos eminentiae nostrae apices fieri decrevimus, per quos memorato Ansfrido in pago Hattuariensi*[55] *et in villa que vocatur Geizefurt*[56], *super fluvium Nerse*[57], *mansos quatuor cum omnibus suis appenditiis, terris scilicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, exitibus et regressibus, nec non et mancipiis utriusque sexus ibidem aspicientibus; seu etiam et in pago Laumensi*[58], *in villa Sodeia*[59], *super fluvium Geldione, mansum unum cum omnibus ad se pertinentibus, terris scilicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, exitibus et regressibus, nec non et mancipiis utriusque sexus ibidem pertinentibus, ei ad proprium tribuimus et de iure nostro in ius ac dominationem ipsius perhenniter mansurum transfundimus; quatinus per hanc nostram auctoritatem potissimam habeat ex eisdem rebus vel mancipiis faciendi licentiam, quicquid elegerit vel voluerit, sicut et de reliquis proprietatis suae rebus, remota cuiuslibet inquietudine vel contrarietate; ita tamen ut nusquam a nostra discedat fidelitate. Et ut hec nostrae largitionis auctoritas firmior habeatur et per futura tempora melius*

fol. 7'

a) nuncupante *corr.* nuncupata *cod.* b) Ludowicum *cod.* c) Christe — imperatorem *a scriba textui perperam inserta, et una cum sequentibus, usque ad finem chartae, paullo minoribus litteris suppleta sunt in cod.* d) Fridigisi *cod.* e) Lotharius — sepultus *manu 1. rubro colore in margine addita sunt cod.* f) primi imperatoris *cod.* g) Lotharius *cod.*

50) Seckenheim. 51) die Provence. 52) immo Lotharius II. rex; cfr. diplomata sequentia. 53) Gochsfort. 55) pagus Lotharingiae inferioris, inter Rhenum et Mosam. 56) hodie *Gochsfort*, vicus Brabantiae. 57) hodie *Neers*. 58) pagus Brabantiae. 59) hodie *Soy*, ad sinistram ripam fluvii Sambre.

*conservetur, manu propria subter eam firmavimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.*

*Signum Hlotharii*[a] *(M.) gloriosi regis.*

*Hrothmundus notarius recognovi.*

*Data 5. Idus Novembris. Anno Christo propitio imperii domni Hlotharii*[a] *piissimi regis primo. Indictione 4. Actum Aquisgrani palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Predium etiam suum in Gannita hic idem princeps Laureshamensi monasterio tradidit et tali precepto confirmavit:

### Donatio Lotharii secundi regis[b] in Gannita.

860. Sept. 13.

*In nomine omnipotentis Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Hlotharius*[c] *divina preveniente clementia rex. Si locis Deo dicatis aliquod impertiri satagimus, morem sequimur piissimorum regum, idque ad emolumentum animae nostrae pertinere minime ambigimus. Quapropter omnium fidelium sanctae Dei ęcclesiae ac nostrorum, presentium videlicet et futurorum, noverit industria, quia Adalardus illustris comes et Tieto vassallus noster, fideles scilicet nostri, deprecati sunt clementiam nostram, ut ex rebus iuris nostri ex beneficio Hrorici*[60] *in villa Gannita*[61]*, ad ecclesiam sancti Nazarii, quae consistit in Lauresham, aliquas res proprietatis iure tribueremus. Quorum precibus libenter acquiescentes, hos nostrae serenitatis fieri iussimus apices, per quos ad prefatum sancti Nazarii*[d] *monasterium in predicto pago et in prescripta villa Gannita terram proprietatis nostrae perenniter ad habendum ob ęmolumentum animae nostrae concedimus et de iure nostro in ius ac dominationem ipsius perenniter mansurum transfundimus, quatinus deinceps per hanc nostram auctoritatem potissimam habeat pars predictae ęcclesiae faciendi licentiam, quicquid utile iudicaverit. Et ut haec nostrae largitionis auctoritas rata stabilisque permaneat, manu propria subter eam firmavimus et anuli nostri impressione assignari precepimus.*

*Signum Hlotharii*[e] *(M.) gloriosi regis.* [*Sigillum, in quo legitur:*] *Christe, adiuva Hlotharium*[f] *regem*[g].

*Hrodmundus notarius recognovi.*

*Data Idus Septembris. Anno Christo propitio regni domni Hlotharii*[e]*, gloriosi regis, quinto. Indictione 8. Actum Aslao palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

col. 2. Ludowicus rex, filius Ludowici Pii, frater Lotharii imperatoris, regnavit annis 34. In Lauresham. sepultus.[h]

Huius Lotharii frater[62] Ludowicus, quem supra diximus in divisione imperii orientalem Franciam sortitum, iustus, pius, misericors, ac circa ęcclesias Dei inmensae benignitatis exstitit; unde et Laureshamensi monasterio plurima beneficia conferens, ibidem etiam sepeliri se moriens precepit. Qui primo donationis suae in Langenen huiusmodi promulgavit auctoritatem:

### Largitio Ludowici regis secundi de Langenen.

834. Ian. 7.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hluodowicus*[i] *divina favente gratia rex. Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis, a Deo nobis collatis, locis sanctorum quiddam conferimus, hoc nobis procul dubio ad aeternae remunerationis premia capessenda profuturum liquido credimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus sanctae Dei ęcclesiae nostrisque, presentibus scilicet et futuris, quia placuit nobis ob divinae servitutis amorem et animae nostrae remedium quasdam res proprietatis nostrae tradere ad monasterium, quod dicitur Lauresham, quod est situm in pago Renense, constructum in honore reverentissimi Christi martyris Nazarii, ubi idem preclarissimus martyr corpore quiescit humatus, cui etiam auctore Deo presenti tempore venerabilis vir Adalungus abba preesse videtur: id est villam iuris nostri, quae nuncupatur Langungon*[63]*, sitam in eodem pago Renense, cum ecclesia ibidem constructa et cum reliquis aedificiis, casis, domibus, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, adiacentiis, perviis, exitibus et regressibus,*

a) Lotharii *cod.* b) primi imperatoris *cod.* c) Lotharius *cod.* d) N. *cod.* e) Lotharii *cod.* f) Lotharium *cod.* g) Christe — regem *a scriba in fine diplomatis collocatum est.* h) Ludowicus — sepultus *a manu 1. rubro colore in margine addita sunt.* i) Luodowicus *cod.*

60) De Rorico, duce Normannorum et vasallo impp. Ludowici ac Lotharii necnon Ludowici Germanici, cfr. Ann. Fuldens. s. a. 850 (SS. I, 366) et a. 857 (l. c. p. 370). Cfr. etiam Bondam, Charterboek etc. p. 34. not. a. 61) Gent in Betuwe, ad flumen Vaal, haud procul ab oppido Noviomago ad orientem situm. 62) immo patruus. 63) Lauingen.

*quesitum et acquirendum, quantumcumque ad predictam villam presenti tempore aspicere videtur et nostri iuris atque possessionis in re proprietatis est; nec non et mancipia illa, quae ex eadem villa orta sunt et hactenus ad fiscum nostrum Triburim deservierunt; id est Loubam cum infantibus suis tribus, Muniswind cum infantibus suis tribus, Adahildim cum infantibus suis duobus, Liebedagam cum infante suo uno. Hec omnia, ut diximus, cum integritate prefato venerabili monasterio concessimus et de nostro iure in ius et dominationem eius liberalitatis nostrae munere contulimus; ita videlicet, ut quicquid de predictis rebus et mancipiis ab hodierno die et tempore rectores et ministri supra memorati monasterii ob utilitatem et commoditatem ipsius monasterii facere vel iudicare voluerint, libero in Dei nomine perfruantur arbitrio faciendi quicquid elegerint. Et ut hec auctoritas largitionis nostrae per curricula annorum inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus et anuli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum Hludowici (M.) gloriosissimi regis.* [Sigillum, in quo legitur:] *Christe, protege Hludowicum*[a] *regem*[b]

*Adalleodus*[c] *diaconus ad vicem Grimaldi recognovi.*

*Data 7. Idus Ianuarias. Anno Christo propitio primo regni domni Hludowici*[d] *regis in Orientali Francia. Indictione 12. Actum Franconofort palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

837. Anno dominicae incarnationis 817[e].

Adalungo abbate defuncto, Samuel a puero ibidem educatus subrogatur, nec multo post[64] Wormaciensi episcopio inthronizatur. Ubi ęcclesiam beati Ciriaci, quae appellatur Niuhusen[65], a fundamentis exstruens, armarium huius loci ex parte evacuavit, et in utriusque ęcclesiae regimine annis 17 expletis, diem clausit extremum[66]. Sub hoc tempore prefatus rex Luodowicus illustri comiti Werinhero predia sua in Bibifloz, Wattenheim atque Zullestein regia auctoritate tradidit, quae mox idem Werinherus[f] Laureshamensi monasterio assignavit. Haec auctoritas talis est:

fol. 8 Donatio Ludowici secundi Wernhero in Bibiloz, Wattenheim[g], Zullestein.

836. Mai. 26. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus*[h] *divina favente gratia rex. Regiae dignitati moris est, fideliter sibi famulantes donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare ac sublimare. Proinde nos parentum nostrorum, regum videlicet Francorum, morem sequentes, libuit celsitudini nostrae fidelem quendam nostrum nomine Werinharium de quibusdam rebus proprietatis nostrae honorare ac sublimare. Nec immerito, quippe cum et ipse apud excellentiam nostram hoc digne adipisci mereatur, qui totis nisibus usquequaque nostro servitio nostrisque iussionibus fideliter obtemperare studet. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, magnitudo, quia nos concessimus eidem Werinhario*[i] *ad proprium quasdam res proprietatis nostrae quae sunt in pago Renense, in villis quae dicuntur Bibifloz*[67] *et Wadtinheim*[68] *atque Zullestein*[69]*; mansum videlicet dominicatum cum ęcclesia ibidem constructa, cum mancipiis in eisdem rebus commanentibus utriusque sexus, et cum reliquis domibus, aedificiis, vineis, terris, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, adiacentiis, perviis, exitibus et regressibus, quesitum et*[k] *inquirendum, quantumcumque ad easdem res pertinere videtur et nostri iuris atque possessionis in re proprietatis est, totum et ad integrum predicto fideli nostro Werinhario*[l] *ad proprium concessimus, et de nostro iure in ius et dominationem eius liberalitatis nostrae munere*[m] *contulimus; ita videlicet, ut quicquid exinde ab hodierno die et tempore iure proprietario facere vel iudicare voluerit, per hanc nostrae auctoritatis largitionem libero in Dei nomine perfruatur*[n] *arbitrio faciendi quicquid elegerit. Et ut hec auctoritas largitionis nostrae per futura tempora inviolabilem atque*

a) Ludovicum *cod.* b) Christe — regem *a scriba in fine diplomatis additum.* c) Adaleoldus *cod.* d) Ludowici *cod.* e) DCCCXVII *falso exhibet cod.* f) W. *cod.* g) Watenheim *cod.* h) Ludowicus *cod.* i) W. *cod.* k) ad inquirendum *corr.* inquirendum *cod.* l) W. *cod.* m) concessimus *primo scripsit, tum punctis delevit, scriba codicis.* n) perfruantur *cod.*

64) anno 841; cfr. Schannat. Episc. Wormat. p. 315. 65) Neuhausen. 66) obiit d. 7. Febr. anni 857; cfr. Kalendar. necrolog. Lauresham. apud Böhmer, Fontes, III. p. 145, et Falk, l. c. p. 182. 67) Biblis. 68) Wattenheim. 69) Zullenstein; de hoc loco cfr. Falk, l. c. p. 182, not. 53.

*inconvulsam obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus, et anuli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum domni Hludowici (M.) gloriosissimi regis.*

*Adalleodus*[a] *diaconus ad vicem Grimaldi recognovi.*

*Data 7. Kalendas Iunias. Anno Christo propitio tercio regni domni Hluodowici*[b] *regis in Orientali Francia. Indictione 14. Actum Theodonis villa. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Porro donatio eiusdem Werinheri comitis, de eisdem rebus Laureshamensi monasterio facta, hunc modum continet:

### Donatio eiusdem Werinheri[c].

*In Dei omnipotentis nomine. Ego Werinherus, cogitans de salutę animae meae et de abo-* 846. Iul. 30.
*lendis peccatis meis ac perpetuae vitae premiis consequendis, et pro elemosina domni regis nostri Ludowici, seu pro animabus quondam fidelium meorum Engilhelmi et Modae, ut veniam de peccatis nostris adipisci mereamur, dono per hoc testamentum ad sanctum Dei martyrem Nazarium, qui requiescit in corpore in pago Ręnense, in monasterio cognominato Lauresham, sito super fluvium Wisgoz, ubi moderno tempore vir venerabilis Samuel episcopus et abbas regulariter preesse videtur, et veneranda congregatio monachorum die noctuque Domino deservire dinoscitur, donatumque in perpetuum esse volo et promptissima voluntate confirmo; hoc est, quod trado: res proprietatis meae in pago Rinechgowe, quas michi gloriosissimus princeps domnus Ludowicus rex largissima liberalitate concessit et de iure suo in ius meum sollemni donatione transtulit ac precepti sui auctoritate in proprietatem michi condonavit; id est: villam sitam super fluvium Wisgoz, vocabulo Bibifloz*[70]*, cum ecclesia in ea constructa et omnibus quae ad eandem villam vel curtem legitime aspicere videntur; et alteram villam sitam super eundem fluvium nuncupatam Wattenheim, quicquid in ea possideo, excepta ęcclesia, et bene-* col. 2.
*ficio quod in eo habent Egeshere et Bernhere, quod illis a domno rege in beneficium quondam datum fuerat; et terciam villam denominatam Zullestein*[71]*, quae sita est in ripa Rheni fluminis, cum portu et cum omni integritate sua. Hec omnia, ut diximus, sub integritate, cum omnibus appenditiis et terminis suis, et cum omnibus ad se pertinentibus, id est basilica, domibus ceterisque aedificiis, terris, pratis, silvis, campis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et inmobilibus, ac se ipsas moventibus, vel quicquid denominari potest aut non potest, cum mancipiis diversi sexus et aetatis, numero nonaginta quinque. Hec omnia superius denominata a die presente de iure meo in ius et dominium sancti Nazarii rectorumque ipsius monasterii dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad possidendum, ea videlicet ratione memoratam donationem atque traditionem faciens, ut quamdiu in hac mortalitate divina iussione vixero, habeam predictas res in mea potestate et sub mea ordinatione, absque ullius persone aut potestatis contradictione vel impedimento. Quod si Samuel episcopus me supervixerit, similiter habeat etiam ipse pontificium ipsius hereditatis ad dies vitae suae, tam ipsius a me traditae, quam illius, quam ab eodem monasterio in precariam accepi: id est quicquid Engilhelmus et Moda ad sanctum Nazarium tradiderunt, et quod ab eodem monasterio in precariam acceperunt; et villam vocabulo Winenheim*[72]*, et cellam prope eandem villam nuncupatam Birkenowa. Post obitum vero nostrum utraeque memoratae res cum omni integritate ad prenominatum venerabile monasterium absque ullius contradictione recipiantur, et in eius potestate atque dominio permaneant, fratribus specialiter ad sustentaculum, et nulli umquam in beneficium dentur. Quod si factum fuerit, heredes mei illud inde abstrahere licentiam habeant atque inter se dispertiri, excepto, nisi maior utilitas eidem monasterio per prestariam acquiri possit. Et si aliquis contra hoc nostrae donationis testamentum resultare voluerit, atque illud convellere atque evacuare temptaverit, primitus Christum et sanctum martyrem eius Nazarium*[d] *nefandis ausibus suis contrarium sentiat, et insuper fisco distringente multam de rebus propriis parti predicti monasterii coactus exsolvat, auri videlicet libram 1, argenti pondo 12, et nec sic, quod conatur repetere, possit evindicare, sed hec donatio firma et stabilis omni tempore permaneat, stipulatione subnixa.*

*Actum publice in monasterio Lauresham, anno incarnationis dominicae* 846*, regni Luodowici regis* 6.[73]*, sub die* 3. *Kalendas Augustas.*

a) Adaleoldus *cod.* b) Luodowici *cod.* c) *m. saec. XV. addidit:* in pago Rinechgou, Bibloss. *cod.* d) N. *cod.*

70) Biblis. 71) Zullenstein. 72) Weinheim. 73) scil. si inde a morte Ludowici Pii imp. anni computantur.

*Signum Werinharii comitis, qui hanc donationem vel testamentum fieri et firmari rogavit. Signum Zezo. Signum Ditto. Signum Liutheri et aliorum.*

*Ego Theotroh, indignus presbiter et monachus, hoc testamentum conscripsi, diemque et tempus ut supra notavi.*

Summa precariae, quam idem comes Werinharius[a] a Samuele episcopo et abbate accepit, talis est:

### Prestaria Werinheri comitis.

*Petitioni tuae, sanctae Dei ecclesiae dilecte fili, venerande comes Werenhari, cum unanimi fratrum nostrorum benivolentia libenter annuimus, et res a te nobis traditas, et eas quas Engilhelmus et Moda[74] tradiderunt quasque in precariam receperunt, ad dies vitae tuae quiete possidendas per hanc prestariam tibi[b] concedimus, quatinus exinde singulis annis in censu solidum 1 in festo sancti Nazarii[c] ob recordationem solvas, et post obitum tuum ipsae res per te auctae et melioratae absque omni preiudicio ad sanctum Nazarium[c] revertantur.*

fol. 8 Iste Engilhelmus et Moda, uxor eius, cum essent et genere spectabiles et in terrenis facultatibus valde locupletes, omnia quae habuerunt, excepta una ancilla, sancto Nazario devotissimę tradiderunt; quorum tamen donationem nondum reperimus[75]. Atque tam ipsi, quam prefatus comes Werinherus, in ecclesia quae dicitur Varia sepulti sunt.

Tantis igitur et tam magnificis regum donationibus atque fidelium Dei multimodis oblationibus cum iam Laureshamense monasterium quam maxime dilataretur et per omnes fere Teutonici regni provincias copiosis sparsim abundaret possessionibus, Samuel episcopus et abbas a regia impetravit auctoritate, quatinus sibi suisque successoribus liceret pro oportunitate monasterii legitimam prediorum commutationem quamcumque facere et possessiones passim dispersas quoquo modo colligere. Exinde talem accepit auctoritatem:

848. Ian. 11.

### Ludowici secundi de legitima commutatione prediorum.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus[d] divina favente gratia rex. Si petitionibus servorum Dei, iuste et rationabiliter petentium, aures serenitatis nostrae accommodamus, hoc nobis procul dubio a remuneratore omnium bonorum in aeterna beatitudine credimus affuturum. Quapropter comperiat omnium fidelium sanctae Dei ecclesiae nostrorumque, praesentium scilicet et futurorum, industria, qualiter venerabilis Samuel, Wormaciensis ęcclesiae episcopus, qui moderno tempore rector preesse videtur monasterii sancti Nazarii, Christi martyris, in loco vocabulo Lauresham, nostram adiit celsitudinem, deprecans, ut sibi nostrae munificentiae preceptum fieri iuberemus, ut, ubicumque invenire posset aliquas res et mancipia, quae a nobilibus hominibus aptius et congruentius prefatae ecclesiae suae commutare valeret, nostrae benignitatis auctoritate sibi successoribusque suis et advocatis eorum licentia commutandi tribueretur; et ęcontra, quae a parte illius monasterii dantur his, qui cum eis commutare voluerint, ratam et stabilem perpetuo commutationem fieri hac nostra auctoritate decernneremus. Cuius petitioni, quia iuste et rationabiliter inde nostram mansuetudinem hortatus est, sicut unicuique fidelium nostrorum, rationabiliter petentium, aurem benignitatis nostrae accomodavimus, et ipsius petitionem ad effectum perducere dignum duximus; statuentes, ut deinceps quicquid pro utilitate sepe dicti monąsterii prefatus Samuel episcopus successoresque illius et advocati eorum commutaverint in mancipiis et territoriis, usque ad mansos tres licentiam habeant. Si vero plus fuerit ad commutandum, ad nostram interrogationem veniat, ita tamen ut aequaliter et iuste et rationabiliter commutatio illa fiat, et ut nulli liceat illam commutationem infringere vel irrumpere aut infestare; set, ut diximus, quicquid pars altera alteri dederit, stabilitum et incontaminatum futuris temporibus consistat; illud tamen omnibus modis precipientes, ut cum maxima cautela et diligentia consideretur, ne peius aut deterius vel minus in ullo isto negotio parti et potestati iam dicti monasterii ex illa commutatione proveniat. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas firmiorem atque diutiorem obtineat vigorem, et a cunctis fidelibus sanctae Dei ęcclesiae nostrisque melius credatur et diligentius conservetur, manu propria subter eam firmavimus, et anuli nostri impressione assignari iussimus.*

a) W. *cod.* b) tibi *superscr. cod.* c) N. *cod.* d) Ludowicus *cod.*

74) De his cfr. Falk l. c. p. 183, not. 54. 75) quam quum postea reperisset auctor, codici Traditionum eam inseruit; cfr. Tom. I. editionis Palatinae nro. 199 (pag. 303).

*Signum domni Hludowici (M.) gloriosissimi regis.*

*Comeatus notarius ad vicem Radleici recognovi.*

*Data* 3. *Idus Ianuarias. Anno Christo propitio* 15. *regni domni Hludowici*[a] *gloriosissimi regis in Orientali Francia. Indictione* 10. *Actum Franconofurt palatio regio. In Dei nomine* col. 2. *feliciter. Amen.*

Privilegium quoque libertatis et immunitatis prefatus princeps eidem monasterio tradidit in hunc modum:

### Preceptum Ludowici de inmunitate et libertate Laureshamensi[b]. 852. Iun. 23.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus*[c] *divina favente gratia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei eiusque in eisdem locis sibi famulantes*[d], *beneficia oportuna largimur, premium nobis apud Deum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Noverit interea sagacitas seu utilitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, quia vir venerabilis Samuel episcopus et rector monasterii, cuius vocabulum est Lauresham, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi et sanctus Nazarius martyr corpore requiescit, quod est situm in pago Rhenense super fluvium Wisgoz, obtulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis domni et genitoris nostri bonae memoriae Hludowici*[e] *piissimi augusti, in qua continebatur insertum: qualiter idem genitor noster ipsum monasterium ob amorem Dei tranquilitatemque fratrum ibidem consistentium semper sub plenissima tuitione et inmunitatis defensione ab omni inquietudine iudiciariae potestatis consistere fecisset. Propter firmitatem tamen rei postulavit a nobis predictus Samuel, episcopus et rector ipsius monasterii, ut paternum morem sequentes, huiuscemodi nostrae inmunitatis preceptum ob reverentiam sancti Nazarii martyris, qui ibidem corpore requiescit, circa ipsum monasterium fieri censeremus. Cuius petitioni libenter assensum prebuimus, et hoc nostrae auctoritatis preceptum erga ipsum monasterium et monachos ibidem Deo militantes, immunitatis atque tuitionis, firmitatis gratia, pro divini cultus amore et animae nostrae remedio, fieri decrevimus, per quod precipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus vel quislibet ex iudiciaria potestate, aut ullus ex fidelibus nostris tam presentibus quam et futuris, in ęcclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones predicti monasterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri iuste et legaliter possidet, vel quae deinceps a catholicis viris eidem collatae fuerint monasterio, ad causas audiendas vel freda aut tributa exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam servos, super terram ipsius commanentes, iniuste distringendos aut ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quae supra memorata sunt penitus exigere presumat. Set liceat memorato presuli et abbati suisque successoribus res predicti monasterii sub inmunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere. Quicquid etiam ius fisci exigere poterat, in integrum eidem concessimus monasterio, scilicet ut in alimoniam pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo famulantium perennibus*[f] *temporibus proficiat in augmentis. Et quando quidem divina vocatione supradictus episcopus vel successores eius de hac luce migraverint, quamdiu ipsi monachi inter se tales invenire potuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem et consensum, sicut et eis domnus et genitor noster per suam auctoritatem concessit, licentiam habeant eligendi abbates; quatinus ipsos servos Dei, qui ibidem Deo famulantur, et pro eodem* fol. 9. *genitore nostro et pro nobis et coniuge proleque nostra et stabilitate totius regni nostri, a Deo nobis collati, et eius clementissima miseratione per inmensum conservandi, iugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hec auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa consistere, manu nostra subter firmavimus et anuli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum domni Hludowici (M.) gloriosissimi regis.*

*Reginbertus diaconus ad vicem Radleici recognovi.*

*Data* 9. *Kalendas Iulii. Anno Christo propitio* 19. *regni domni Hluodowici*[g] *serenissimi regis in Orientali Francia. Indictione* 15. *Actum Gerunesheim. In Dei nomine feliciter. Amen.*

a) Ludowici *cod.* b) Preceptum — Laureshamensi *rubrica.* c) Ludowicus *cod.* d) famulantes *superscr.* vel famulantibus *cod.* e) Ludowici *cod.* f) perennis *corr.* perennibus *cod.* g) Ludowici *cod.*

### Anno dominicae incarnationis 855[76].

857. Samueli successit Eigelbertus, ex ipsius congregationis corpore electus, qui et parentum nobilitate et universa morum honestate preclarus, annis novem[77] felici dispensatione creditam sibi rexit ęcclesiam. Cuius rogatu prefatus rex Ludowicus navim portumque Wormatiae Laureshamensi monasterio per hanc contulit auctoritatem:

### Preceptum Luodowici secundi de navi Wormatiae[a].

858. Mart. 18. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus divina favente gratia rex. Omnibus episcopis, abbatibus, abbatissis, comitibus, vicariis, centenariis, actionariis, pontonariis, clusariis, vel cunctis fidelibus sanctae Dei ęcclesiae nostrisque, presentibus scilicet et futuris, in regno a Deo nobis collato consistentibus, notum sit, qualiter quidam vir venerabilis Eigilbertus abbas ex monasterio sancti Nazarii, ubi preclarissimus martyr Christi corpore requiescit, nec non et monachi in eodem monasterio Deo famulantes, deprecati sunt celsitudinem nostram, ut unam navem per Renum fluvium, ob utilitatem atque necessitatem eorum procurandam, ad Wormatiam civitatem omni tempore discurrere licuisset, et assidue huc illucque transmeare potuisset absque alicuius contrarietate aut impedimento. Quorum petitionem denegare noluimas, set sicut unicuique fidelium nostrorum, iuste petentium, ita nos illis concessisse atque in omnibus confirmasse, omnium fidelium nostrorum cognoscat magnitudo. Et hos apices serenitatis nostrae prefato Eigilberto abbati et monachis in eodem monasterio consistentibus fieri decrevimus, per quos decernimus atque iubemus, ut nullus episcopus vel abbas, nec abbatissa, neque comes, aut vicarius, seu centenarius, aut clusarius, nec pontonarius, neque ullus iudex publicus seu aliqua potestas, prefato Eigilberto abbati neque monachis ex monasterio sancti Nazarii ullam deinceps molestiam aut aliquam calumniam facere presumat aut audeat. Set sicut eis perdonavimus, ita ab hodierno die et tempore liceat memorato abbati et monachis sibi subiectis, sicut supra diximus, unam navem illorum per Renum fluvium huc illucque discurrere et ad portum Wormatiam civitatem absque ullo theloneo pervenire, et necessitates eorum per hanc nostram auctoritatem feliciter peragere. Et ut hec auctoritas concessionis atque confirmationis nostrae firmior habeatur, et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris verius credatur atque diligentius conservetur, de sigillo nostro subter eam iussimus sigillari.*

*Signum Hludowici (M.) serenissimi regis.*

*Comeatus notarius ad vicem Grimaldi archicapellani recognovi.*

*Data* 15. *Kalendas Aprilis. Anno Christo propitio* 26. *regni domni Hluodowici*[b] *gloriosis-* col. 2. *simi regis in Orientali Francia. Indictione* 6. *Actum Franconovort palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Per idem tempus Ludowicus rex quorundam prediorum commutationem cum quodam Tutone illustri viro fecit, quorum donatio postea Laureshamensi monasterio per utrosque accessit. Cuius commutationis auctoritas hec est:

### Commutatio Luodowici secundi cum Tutone in Uhtretesheim[c].

858. Dec. 7. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus divina favente gratia rex. Si petitionibus fidelium nostrorum iuste petentium aures serenitatis nostrae accomodaverimus, non solum regium morem decenter implemus, verum etiam procul dubio fideliores ac devotiores eos in nostro efficimus servitio. Idcirco noverit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, industria, qualiter quidam vir fidelisque noster nomine Tuto, veniens in procerum nostrorum presentiam, postulavit serenitatem nostram, ut ei ob mercedis nostrae augmentum quandam commutationem proprietatis suae nobiscum facere liceret; quem propter servitium suum et mercedis nostrae augmentum ita facere permisimus. Tradidit igitur prefatus Tuto de rebus proprietatis suae, consistentibus in comitatu Sigardi, in pago nuncupato*[d] *Creichgowe*[78], *in villa quae dicitur Uhtretesheim, curtiles duos cum aedificiis et de terra arabili iurnales* 46 *et prata ad ipsa loca pertinentia seu waltmarca, quae de ipsis curtilibus semper habere visus fuit ille et sui antecessores; ea videlicet ratione, ut ab hac die*[e] *et deinceps potestatem de pre-*

a) Preceptum — Wormatiae *rubrica*. b) Luodowici *cod.* c) *manus s. XV. addidit:* in Kreichgou. d) nuncupante *corr.* nuncupato *cod.* e) et *superscr. cod.*

76) immo a. 857; cfr. Falk l. c. p. 182. 77) immo annis septem; nam a. 863, die 23. Augusti, obiit, quo anno successor eius, Thiotrochus abbas, occurrit infra. Cfr. etiam Falk p. 183, not. 56. 78) Kreichgau, in ducatu Franciae Orientalis.

*fata proprietate habeamus faciendi, quicquid nobis libuerit. E contra vero dedimus nos prefato Tutoni de rebus proprietatis nostrae in pago Lobodengowe in comitatu Wernharii, in villa quae dicitur Walestat, id est: areas duas et similiter de terra arabili iurnales 46 et prata in compensatione superiorum et similiter waltmarca ad ipsa loca pertinentia; ea videlicet ratione, ut ab hac die et deinceps prefatus Tuto de eis habeat potestatem[a] donandi, vendendi vel quicquid sibi libuerit faciendi, per hoc nostrae auctoritatis preceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante; set Deo auxiliante potestatem inde habeat faciendi, quicquid elegerit. Et ut hec auctoritas nostrae largitionis firmior habeatur et a fidelibus nostris diligentius conservetur meliusque credatur, subter eam manu propria nostra firmavimus, et impressione anuli nostri iussimus sigillari.*

*Signum Hludowici (M.) serenissimi regis.*

*Waldo subdiaconus ad vicem Witgarii recognovi.*

*Data 7. Idus Decembris. Anno Christo propitio 26. regnante domno Hludowico piissimo rege in Orientali Francia, in Occidentali vero 1. Indictione 6.*[79] *Actum Atiniaco palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Anno dominicae incarnationis 865[80].

Post Eigelbertum Thiodroch abbas subrogatur, qui novit et conservis tritici mensuram erogare, et in augmentatione dominici gregis gaudere. Hic ecclesiam in Obbenheim et monasterium in Monte Abrahac[81] fundotenus erexit, et 12 annis[82] cursu consummato coronam accepit iustitiae. Sub hoc patre predictus palatii comes Ansfridus predium suum in Geizefurt[83] aliasque res proprietatis suae, a Luodowico rege sibi traditas, sancto Nazario contulit et huiusmodi testamento confirmavit:

Donatio[b] Ansfridi palatini comitis in Geizefurt.

*Si aliquid ex facultatibus nostris ad loca sanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio* 863. Oct. 5.
*in aeterna retributione profuturum esse confidimus. Idcirco ego in Dei nomine Ansfrid, Dei* fol. 9'.
*gratia comes, cogitans de timore Dei vel futura retributione, pro remedio animae meae seu dominorum meorum, per quos ad me res pervenisse dinoscitur, dono per hoc testamentum ad sanctum Dei martyrem Nazarium, qui requiescit in corpore in pago Renense, in monasterio cognomento Lauresham, sito super fluvium Wisgoz, ubi moderno tempore vir venerabilis Theotrohus abbas regulariter preesse videtur, et veneranda congregatio monachorum die noctuque domino Deo deservire videtur, donatumque in perpetuum esse volo et promptissima voluntate confirmo; hoc est, quod trado: res proprietatis meae in pago Hattuaria in Odeheimero marca, in villa quae dicitur Geizefurt, quae sita est super fluvium Nersa*[84]*; hoc est mansum indominicatum cum edificiis atque omnibus utensilibus, habentem hobas 3, et hubas serviles 19 et silvam, in quam mittere possumus mille porcos perfecte saginari; et eandem silvam determinat ab oriente fluvius Lusgochesbach usque in Nerschinam, et a Nerschina usque in Nersam, et a Nersa usque ad silvam campumque, qui dividit Odeheimero marcam; et quicquid in eadem marca villave habeo proprietatis, exceptis tribus hobis: unam quam habet Wolfbraht, et in eandem silvam debet mittere porcos 10; alteram habet Thudolf; terciam Sigeburg, et etiam debent mittere in silvam uterque porcos 10, et nullam aliam utilitatem, sive ad exstirpandum, sive in cesura ligni. Unusquisque autem de servis ipsis de sua huba debet mittere in silvam porcos 5. Hec omnia superius comprehensa in ea ratione ad sanctum Dei martyrem Nazarium*[c] *trado, quatinus has easdem res ad dies vitae meae habeam, et quicquid ad prefatum monasterium pertinet in loco vel villa que dicitur Gannida*[85]*, tam de quesitis quam de inquesitis, seu in quibuscumque ibidem locis aut terris consistant res prefati martyris Christi, que hactenus servierunt prefato monasterio; de vineis quoque ad carradas quatuor. Spondeo quoque memet ipsum in censum annis singulis in festivitate sancti Martini coria bovina ad opus fratrum quadraginta persolvere. Hec omnia, ut diximus, sub integritate cum omnibus appenditiis et terminis suis et cum omnibus ad se pertinentibus, id est basilica, domibus ceterisque edificiis, terris, pratis,*

a) *deest cod.* b) Donatio — Geizefurt *rubrica; manus s. XV. addidit:* in Odenheimer marcha, Kreichgawe. c) N. *cod.*

79) cfr. Edit. Tegerns. pag. 70, not. a; Praefationem Edit. Acad. Theod. Palat. pag. 18; Böhmeri Regest. Karolor. n°. 790. 80) immo 863; cfr. supra p. 368, not. 77. 81) mons Heiligenberg, prope Heidelbergam. 82) a. 875, Oct. 18. 83) Gochsfort, vicus Brabantiae; cfr Diploma Hlotharii II. regis a. 855, Nov. 9, surpa p. 362. 84) Neers. 85) Gent.

campis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et inmobilibus ac se ipsas moventibus, vel quicquid denominari potest aut non potest, mancipiis[a] diversi sexus et aetatis numero 64. Hec vero omnia superius denominata a die presente de iure meo in ius et dominium sancti Nazarii[b] rectorumque ipsius monasterii dono, trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter possidendum. Ea videlicet ratione donationem memoratam atque traditionem faciens, ut quamdiu in hac mortalitate divina iussione vixero, habeam predictas res in mea potestate et sub mea ordinatione, absque ullius personae aut potestatis contradictione vel impedimento, tam ipsam hereditatem a me traditam, quam illam quam ab eodem monasterio in precariam accepi. Post obitum vero meum utraeque memoratae res cum omni integritate ad prenominatum venerabile monasterium absque ullius contradictione recipiantur[c], et in eius potestate atque dominio permaneant, fratribus specialiter ad sustentaculum, et nulli
col. 2. umquam in beneficium dentur[d]. Quod si factum fuerit, heredes mei illud inde abstrahere licentiam habeant atque inter se dispertiri, excepto, si maior utilitas eidem monasterio per prestariam acquiri possit. Et si aliquis contra hoc nostrae devotionis testamentum resultare voluerit, atque illud convellere aut evacuare temptaverit, primitus Christum et sanctum martyrem eius Nazarium nefandis ausibus suis contrarium sentiat, et insuper fisco distringente multam de rebus propriis parti predicti monasterii coactus exsolvat, auri videlicet libram 1, argenti pondo 12, et nec sic, quod conatur repetere, evindicare possit, set hec donatio omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa.

Actum publice in monasterio Lauresham, anno incarnationis dominicae 863, regni Ludowici regis 26[86], sub die 3. Nonas Octobris.

Signum Ansfridi comitis palatii. Signum Fridolohi. Signum Ruodleichi et aliorum.

Ego Walthere indignus presbiter et monachus hoc testamentum conscripsi, diemque et tempus ut supra notavi.

### Item alia donatio eiusdem Ansfridi in pago Darnau.

863. Oct. 5. Ego in Dei nomine Ansfridus, gratia Dei comes, dono per hoc testamentum ad sanctum Dei martyrem Nazarium[b], ut supra, quicquid proprietatis habeo in pago Darnau[87], in marca vel villa Sodoia[88], quae sita est super fluvium Geldiûn, in comitatu Giselberti; hoc est hubam indominicatam unam, serviles 9 et silvam in qua saginari possunt porci 100, quam determinat ab oriente res Liutberti, ad austrum fluit Sambra, ad occidentem res sancti Lamberti, ad aquilonem iterum res Liutberti, cum mancipiis 39. Hec omnia in ea ratione ad sanctum Dei martyrem Nazarium[b] trado, quatinus has easdem res ego et Hildiwardus filius meus ad dies vitae nostrae habeamus; et insuper, quicquid ad prefatum monasterium pertinet in villa vel marca, quae dicitur Baldanis; et in censum annis singulis in festo sancti Martini solidos tres fratrum usui persolvamus. Post obitum vero nostrum utreque memoratae res, ut supra omnia. Actum loco, tempore et die, quo supra.

### Prestaria eiusdem Ansfridi comitis.

863. Oct. 5. Diligendo in Christo filio sanctae Dei ęcclesiae Ansfrido, venerando comiti palatii, Thiotrochus gratia Dei humilis abbas. Honorabilis tua fuit petitio, et fratrum nostrorum decrevit benivolentia, ut res proprietatis tuae in Geizefurt[89], pro elemosina tua et domnorum regum Lotharii et Ludowici a te sancto Nazario traditas, simulque res nostras ad Gannita[90] pertinentes, rem quoque proprietatis tue in villa Sodoia[91] similiter traditam, cum rebus sancti Nazarii[b] in villa Baldanis, quae in utroque testamento tuo plenius continentur inscripta, tibi et filio tuo Hildwardo ad dies vitae vestrae beneficiaremus. Quod, quia rationabile fuit, perfecimus, et hanc prestariam vobis conscribi iussimus, ut quamdiu vixeritis utrasque res absque omni inquietudine teneatis et excolatis, et nichil exinde minuere aut deteriorare, set potius augmentare et meliorare in omnibus studeatis, et singulis annis ob recordationem in festo sancti Martini de primo beneficio 40 coria bovina, de secundo tres solidos solvere non neglegatis. Post obitum vero vestrum utreque res melioratae et auctae ad sanctum Nazarium revertantur. Data prestaria die et tempore, quo supra.

a) *post* mancipiis *primo auctor scripserat:* his nominibus, *quae post punctis infra positis delevit.* b) N. *cod.* c) recipiatur *cod.* d) detur *cod.*

86) Annus 863 Ludowici regis annus est 31us.
87) pagus Lotharingiae inferioris ad fluvium Ornam.
88) hodie *Soy*, ad sinistram ripam fluvii Sambre.
89) Gochsfort.
90) Gent, ad Vaal flumen, prope Noviomagum ad orientem situm.
91) Soy.

Donationes vero in Gannita et quaquaversum illuc aspicientibus, quia sub diversis regibus et a diversis Dei fidelibus collatae sunt, interim transscribere supersedimus, ut post- fol. 10. modum sub rege Cuonrado II, cuius extrema ibidem donatio fuit, omnes in unam seriem disponamus[92]. Nunc ad privilegia Luodowici de Kamben, Gozbotesheim, Seheim, Bikenbach revertamur.

### Largitio Luodowici secundi in Kamben, et de piscatione et portu.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus divina favente gratia rex. Oportet* 864. April. 25. *nos, qui divino sumus munere quodammodo pre caeteris mortalibus sublimati, eius in omnibus parere preceptis cuius clementia prelati sumus, atque cuius precellimus munere, loca utique sibi sacrata per petitiones fidelium nostrorum nostro relevare iuvamine atque regali tueri munimine, quoniam id nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, sollertia, qualiter nos ob nostrae mercedis augmentum et pro remedio animae domni avi ac divae memoriae genitoris nostri concessimus quasdam res proprietatis nostrae ad monasterium sancti Nazarii, quod vocatur Lauresham, ubi venerabilis abba noster Thiotroch preesse dinoscitur, consistentes in Francia, in pago qui vocatur Rinechgowe, in villa quae dicitur Camben*[93]*; id est mansum servilem unum, in quo manet quidam servus nomine Engilrat cum uxore et filiis; et ad ipsum mansum de terra arabili iugera* 30, *de pratis ad carradas* 5; *ad opus autem fratrum, qui in predicto monasterio sunt, unde habeant pabula illorum greges, de pratis concessimus ad carradas* 40, *sicut missus noster Herlewinus illud consignavit,*

*Et limites posuit, litem ut discerneret arvis;* Virg. Aen. XII, 898.

*et quendam lacum ad piscationem, quem Odacher habuit in beneficium; et viam ad eandem piscationem habeant, et ad fluvium Rheni portumque ad illorum naves in predicta parte Ręni. Has itaque prescriptas res cum predicto servo et uxore ac filiis totum et ad integrum ex iure et dominatione nostra in ius et dominationem prescripti sancti Nazarii ad Lauresham tradimus atque transfundimus. Ea videlicet ratione, ut ab hodierno die et deinceps per hoc nostrae auctoritatis preceptum, in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante set Deo auxiliante, perpetuis temporibus prescriptae res et mancipia ad predictum locum sanctum permaneant, ad usus necessarios fratrum ibidem Domino famulantium, ut pro nostra salute Domini clementiam deinceps devotissime exorent. Et ut hec auctoritas largitionis nostrae inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria nostra*[a] *subter eam firmavimus, et anuli nostri impressione assignari iussimus.*

*Signum domni Hludowici (M.) serenissimi regis.*

*Heberhardus notarius ad vicem Grimaldi archicapellani recognovi et subscripsi.*

*Data* 7. *Kalendas Mai. Anno* 33. *regni domni Hludowici serenissimi regis, in Orientali Francia regnantis. Indictione* 12. *Actum Franconofurt palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

### Commutatio Ludowici secundi in Gozbotesheim.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus divina favente gratia rex. Si* 868. Mai. 23. *liberalitatis nostrae munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, et necessitates ęcclesiasticas nostro relevamus iuvamine atque regali tuemur munimine, id nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, sollertia, qualiter Thiotrochus venerabilis abba ac monachi ex monasterio sancti Nazarii deprecati sunt celsitudinem nostram, ut eis quandam commutationem nobiscum facere liceret.* col. 2. *Quorum petitioni ob amorem domini nostri Ihesu Christi libenti animo assensum prebentes, decrevimus ita fieri. Itaque nos per illorum consensum accepimus de rebus prefati martyris inter Rętiam*[94] *et Swaleveldon*[95]*, in locis nuncupatis Buila et Rumilinga et Gunzenheim et Mundilinga et Ranheim, hoc est tres hubas in dominicum*[b] *et huobas serviles vestitas* 10 *et* 7

a) nostra *superscr. cod.* b) indominicum *cod.*

92) cfr. infra pag. 160—167 editionis Palatinae. 93) ex adverso villae Oppenheim, in dextra ripa Rheni, ubi hodie locus *Kammerhof* occurrit. 94) pagus Nortgoviae et ducatus Baioariae. 95) pagus ducatus Franciae Novae, ad confinia Baioariae et Sueviae.

*et mancipia 152. E contra vero in recompensatione earundem rerum dedimus ad sanctum Nazarium in pago Creichgowe, in villa vel marcha Gozbotesheim*[96]*, similiter huobas in dominicum*[a] *tres et serviles huobas 17 et mancipia 146, et cetera quae ad utrasque res legitime aspicere vel pertinere videntur. Et iussimus eis fieri hoc nostrae auctoritatis preceptum, per quod decernimus atque iubemus, ut prescriptae res cum mancipiis utriusque sexus et cum omnibus, quae illuc legitime aspicere vel pertinere videntur, ad usus fratrum in monasterio sancti Nazarii ad Lauresham Domino famulantium perpetuis temporibus per hoc nostrae auctoritatis preceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante set Deo auxiliante, permaneant, absque ulliùs contradicentis obstaculo. Ea videlicet ratione, ut nullus abbas neque quispiam aliquis eas alicui in beneficium prestare presumat, set, ut prediximus, in usus fratrum ibidem Domino famulantium perpetualiter permaneant, ut eos pro nostra ac coniugis ac carissimae prolis nostrae salute nec non pro remedio animarum antecessorum nostrorum Domini clementiam delectabilius exorare delectet. Et ut hec auctoritas largitionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et anuli nostri inpressione assignari iussimus.*

*Signum domni Hludowici (M.) serenissimi regis.*

*Hebarhardus*[b] *cancellarius ad vicem Grimaldi archicapellani recognovi et subscripsi.*

*Data 10. Kalendas Iunii. Anno Christo propitio 36. regni domni Hludowici serenissimi regis, in Orientali Francia regnantis. Indictione 1. Actum Wormatia civitate. In Dei nomine feliciter. Amen.*

### Largitio Ludowici secundi in Seheim et Bikenbach.

874. Mai. 4.

*In nomine sancte et individue Trinitatis. Hludowicus divina favente gratia rex. Notum sit omnibus sanctae Dei ęcclesiae fidelibus nostrisque, presentibus scilicet et futuris, qualiter nos ob nostrae mercedis augmentum et pro remedio animae domni avi et genitoris nostri concessimus quasdam res proprietatis nostrae ad monasterium Lauresham, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi etiam requiescit corpore sanctus Nazarius; hoc est in pago Renense ad Seheim et Bicchumbach*[97]*, cum omnibus ibidem adiacentiis vel pertinentibus, in mancipiis, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, exitibus et regressibus, mobilibus et inmobilibus, quaesitum et ad inquirendum, totum et ad integrum, ex iure et dominatione nostra in ius et dominationem prefati sancti loci tradimus atque transfundimus. Ea videlicet ratione, ut ab hodierna die et deinceps per hoc nostrae auctoritatis preceptum, plenius in Dei nomine confirmatum, in usus fratrum Domino ibidem famulantium prepetualiter permaneant, absque alicuius contradicentis obstaculo. Quod si nunc nos easdem res cum consensu et voluntate dilecti filii nostri Karoli statim commutare possumus, hoc omnino desideramus. Si autem hoc esse nequiverit, tunc firmiter precipimus atque iubemus,* f. 10'. *ut post obitum nostrum perpetualiter ibi permaneant, absque alicuius molestia vel inquietudine. Et ut hec auctoritas largitionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et anuli nostri impressione assignari iussimus.*

*Signum domni Hludowici (M.) serenissimi regis.* [Sigillum, cui inscriptum:] *Christe, protege Hludowicum regem*[c].

*Hebarhardus*[b] *cancellarius ad vicem Liutberti archicapellani recognovi et subscripsi.*

*Data 4. Nonas Maias. Anno Christo propitio 37. regni domni Hludowici serenissimi regis, in Orientali Francia regnantis. Indictione 7. Actum Lobotenburc. In Dei nomine feliciter. Amen.*

**Ludowico rege, fratre Lotharii imperatoris et Karoli, qui ut supra dictum est in divisione regni Orientalem Franciam sortitus est, rebus humanis exempto, successerunt filii eius, Karlomannus videlicet, pater Arnolfi imperatoris, et Karolus postea imperator, atque Ludowicus. Qui, ubi patrem in Laureshamensi monasterio tumulavit, paternae statim benignitatis et liberalitatis erga idem monasterium induit affectum. Nam**[d]

Ludowicus tertius ex Germaniae, filius Ludowici secundi regis, regnavit annis 7. In Lauresham sepultus[e].

**anno dominicae incarnationis 875.**

**Thiothroho abbate defuncto, sub Babone, qui eidem succedens prefatum locum 6 annis gubernavit**[98]**, prememorato Werinhero comiti**[99] **predium suum in Winenheim tradidit, et per ipsum in ius et dominium sancti Nazarii cum hac auctoritate transfudit:**

a) indominicum *cod.* b) Heberhardus *cod.* c) Christe — regem *a scriba in fine diplomatis collocata.* d) anno — 875 *rubro colore et litteris maiusculis scripta sunt.* e) Ludowicus — sepultus *rubro colore in margine a 1. manu apposita sunt.*

96) Gochsheim. 97) Bickenbach. 98) usque ad a. 881, Mai. 29. 99) cfr. supra pag. 364 sqq.

### Largitio Luodowici tercii in Winenheim per Werinharium comitem.

877. Ian. 4.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus divina favente gratia rex. Notum sit omnibus sanctae Dei ęcclesiae fidelibus nostrisque, presentibus scilicet et futuris, qualiter cuidam venerabili comiti nomine Werinhario quasdam res proprietatis nostrae ob meritum suae bonae fidelitatis concessimus; hoc est mansos tres in villa quae dicitur Winenheim*[1], *quos Tuto*[2] *habuit in beneficium, cum mancipiis, casis, curtis, aedificiis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, exitibus et regressibus, seu quicquid ad prefatos tres mansos iure ac legitime pertinere videtur. Ea videlicet ratione, ut idem Warinharius predictos tres mansos cum hoc nostrae auctoritatis precepto ad monasterium*[a] *Lauresham, in honore sancti Nazarii constructum, tradat, in usus scilicet fratrum ibidem Deo servientium. Et sit haec traditio pro remedio animae piissimi genitoris nostri et pro dilecta coniuge nostra Liutgarda ac carissima prole nostra; ita videlicet, ut quicquid ab hodierna die abbas eiusdem ęcclesiae successoresque ipsius de predictis rebus pro utilitate ipsius ęcclesiae facere voluerint, liberam in omnibus habeant potestatem faciendi. Et ut hec auctoritas nostrae concessionis firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris melius observetur veriusque credatur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et anuli nostri impressione assignari iussimus.*

*Signum Hludowici (M.) serenissimi regis.* [*Sigillum, cui inscriptum:*] *Christe, protege Hludowicum regem*[b].

*Wolfherius cancellarius ad vicem Liutberti archicapellani recognovi et subscripsi.*

*Data* 3. *Nonas Ian. anno incarnationis domini nostri Iesu Christi* 877. *Indictione* 10. *Anno primo Hludowici regis in Orientali Francia regnantis. Actum Franconofurt. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Eodem tempore Liutherus, religiosus et spectabilis vir, predia sua in Lobodengowe sancto Nazario per hoc testamentum tradidit:

### Donatio Liutheri in Husen, Sahssenheim et in aliis locis.

877. Oct. 1. col. 2.

*In Dei omnipotentis nomine. Ego Liutharius, cogitans de salute animae meae et de abolendis peccatis meis beataeque ac perpetuae vitae premiis consequendis seu etiam parentum meorum, a quibus ad me pervenit, ut veniam de peccatis nostris apud Dominum adipisci mereamur, dono per hoc testamentum ad sanctum Dei martyrem Nazarium, qui requiescit in corpore in pago Ręnense, in monasterio cognominato Lauresham, sito super fluvium Wisgoz, ubi moderno tempore vir venerabilis Babo abbas regulariter preesse videtur, et veneranda congregatio monachorum die noctuque Domino deservire dinoscitur, donatumque in perpetuum esse volo et promptissima voluntate confirmo; hoc est, quod trado res proprietatis meae in pago Lobodenense, in Wilarehûsa, cum ęcclesia in eo constructa et omnibus quae ad illam curtem legitime aspicere videntur; et in villa nuncupata Sahssenheim*[3] *Minore hubas serviles* 9 *et quicquid in ea possideo; et in altera Sahssenheim hobam indominicatam unam, serviles* 13, *molendina* 2; *et in Dossenheim vineam unam, hubam dimidiam, serviles* 2; *et in Scriezesheim*[4] *hubas serviles* 4, *et dimidiam, molendina* 3; *ad Hanscuesheim*[5] *iurnales* 8; *ad Wilare hobas serviles* 3; *et inter Vitenheim et Ulvenesheim et Herimuntesheim hubas* 3; *inter Dornheim et Mannenheim*[6] *hubas* 4 *et vineam unam; ad Bergeheim*[7] *hobam servilem unam; et in Rorbach similiter; ad Leimheim*[8] *vineam unam; et ad Etingon*[9] *hobas* 4 *et dimidiam; et in Granesheim iurnales* 8. *Haec omnia, ut diximus, sub integritate cum omnibus appenditiis et terminis suis et cum omnibus ad se pertinentibus, id est basilica, domibus caeterisque aedificiis, terris, pratis, silvis, campis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et inmobilibus ac se ipsas moventibus, vel quicquid denominari potest aut non potest, cum mancipiis diversi sexus et aetatis numero* 102 *cum liberis suis; et ubi Sclavi habitant, hubas serviles tres. Hec enim omnia superius denominata a die presente de iure meo in ius et dominium sancti Nazarii*[c] *rectorumque ipsius monasterii dono, trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad possidendum. Ea scilicet ratione memoratam donationem atque traditionem faciens, ut quamdiu in hac mortalitate divina iussione vixero, habeam predictas res in mea potestate et sub mea ordinatione, absque ullius personae aut potestatis contra-*

a) sči Lauresham *cod.; scribae primo* sancti Laurentii *scribere in animo erat, sed errorem statim correxit, neque tamen litteras* sō *erasit.* b) Christe — regem *a scriba in fine diplomatis collocata.* c) N. *cod.*

1) Weinheim. 2) cfr. supra pag. 368. 3) Sasheim. 4) Schriesheim. 5) Handschuchsheim 6) Mannheim. 7) Alt-Bergen, prope Heidelberg. 8) hodie Leimen. 9) Edingen.

*dictione vel impedimento, et tam ipsius a me traditae quam illius quam inde ab eodem monasterio in precariam accepi, hereditatis, id est villam nuncupatam Winenheim*[10] *et Birchenowa*[11] *atque Rûzondun et Lieberesbach et Zozunbach atque Rintbach, et illum locum, ubi Sclavi habitant cum ipsis. Post obitum vero meum utraeque memoratae res cum omni integritate ad prenominatum venerabile monasterium absque ullius contradictione recipiantur*[a], *et in eius potestate atque dominio permaneant*[b] *fratribus specialiter ad sustentaculum, et nulli umquam in beneficium dentur*[c]. *Quod si factum fuerit, haeredes mei illud inde abstrahere licentiam habeant atque inter se dispertiri. Et si aliquis contra hoc nostrae devotionis testamentum resultare voluerit, atque illud convellere et evacuare temptaverit, primitus Christum et sanctum martyrem eius Nazarium nefandis ausibus suis contrarium sentiat, et insuper fisco distringente multam de rebus propriis parti predicti monasterii coactus exsolvat, auri*[d] *videlicet libram unam, argenti pondo 12, et nec sic, quod conatur repetere, possit evindicare, sed haec donatio omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa.*

*Actum publice in monasterio Lauresham, anno dominicae incarnationis 877, regni Ludowici regis 2, sub die Kal. Octobris.*

fol. 11. *Signum Liutharii, qui hanc donationem vel testamentum fieri et firmari rogaverat. Signum Adalhardi comitis. Signum Erinfridi comitis. Signum Cristani comitis et aliorum.*

*Ego itaque Reginbald indignus presbiter et monachus*[e] *hoc testamentum conscripsi, diemque et tempus ut supra notavi.*

### Prestaria eiusdem Liutheri.

877. Oct. 1. *Diligendo in Christo filio sanctae Dei ęcclesiae Liuthario, venerando viro, Babo gratia Dei humilis abbas. Honorandae petitioni tuae cum fratrum ac fidelium nostrorum consensu et benivolentia libenter annuimus, et res proprietatis tuae, a te nobis traditas, simul cum rebus sancti Nazarii, quae in testamento tuo plenius continentur, tibi ad dies vitae tuae per hanc prestariam beneficiamus, quatinus utrasque res absque ullo preiudicio et inquietudine habeas et excolas, et post decessum tuum melioratae et auctae ad sanctum Nazarium revertantur, et in censum annis singulis in festivitate eiusdem martyris ob recordationem ............*[f] *persolvere non neglegas. Facta prestaria tempore et loco, quo supra.*

### Anno[g] dominicae incarnationis 881.

Post Babonem Waltharius abbas subrogatus, duobus annis eidem loco prefuit[12]; sub quo idem rex Ludowicus predium suum in Abrinsberk sancto Nazario hoc modo contulit:

### Largitio Ludowici tercii in Aberinesberg.

882. Ian. 18. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus divina favente gratia rex. Notum esse volumus omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus nostrisque, presentibus scilicet et futuris, qualiter nos ob amorem domini nostri Ihesu Christi et pro anima pii genitoris nostri et pro mercedis nostrae augmento quasdam res proprietatis nostrae concedimus ad monasterium dictum Lauresham, quod est constructum in honore sancti Nazarii venerabilis martyris Christi, cui nunc venerabilis abba Waltherius preest; hoc est in pago nuncupato Lobodengowe locum quendam qui nominatur Aberinesburg*[13], *sicuti ipsum carissimae coniugi nostrae Liutgardi hucusque prestitum habebamus, et quicquid ad ipsum locum iure ac legitime pertinere videtur, cum domibus, aedificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, accessibus et adiacentiis, finibus, exitibus et regressibus. Hec igitur omnia iam dicto abbati ad prefatum monasterium et fratribus ibidem Domino famulantibus in proprietatem et dominationem perpetuam condonavimus, et iussimus eis fieri hoc nostrae auctoritatis preceptum, per quod volumus firmiterque precipimus, ut de his omnibus nunc et deinceps omni tempori liberam habeant potestatem faciendi, quicquid eis placuerit; quatinus eos pro nobis, coniuge proleque nostra misericordiam Domini melius exorare delectet. Et ut hec nostrae concessionis auctoritas firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris melius credatur et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et anuli nostri impressione assignari iussimus.*

a) recipiatur *cod.* b) permaneat *cod.* c) detur *cod.* d) auro *cod.* e) m̊ *cod.* f) *spatium* 6—8 *litterarum h. l. vacuum relictum est in cod.* g) Anno — DCCCLXXXI *litteris maiusculis scripta sunt.*

10) Weinheim. 11) Birkenau. 12) scilicet annis 881—883. 13) Abrinsburg, prope Heidelberg.

*Signum Hludowici (M.) serenissimi regis.*

*Arnolfus cancellarius ad vicem Liutberti archicapellani recognovi et subscripsi.*

*Data 15. Kalendas Februarii. Anno dominicae incarnationis* 882. *Indictione* 10. *Anno* 6. *Hludowici serenissimi regis. Actum Franconofurt palatio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Per idem tempus prefatus rex cuidam Humboldo, fideli suo, predium suum in Alesheim tradidit, quod postea in ius sancti Nazarii transiit.

### Donatio Ludowici tercii Humboldo fideli suo in Alesheim.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus divina favente gratia rex. Notum esse volumus omnibus sanctae Dei ęcclesiae fidelibus nostrisque, presentibus scilicet et futuris, qualiter nos ob nostrae mercedis augmentum et pro merito gratae servitutis cuidam fideli nostro, nomine Humboldo, quasdam res proprietatis nostrae concessimus; hoc est in pago nuncupato Wormazfeld, in comitatu Walonis, quicquid nostri beneficii in Alahesheim*[14] *habere visus fuit, cum domibus, aedificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, accessibus et adiacentiis, finibus, exitibus et regressibus et cum omnibus appenditiis. Et iussimus ei inde fieri hoc nostrae auctoritatis preceptum, per quod decernimus atque iubemus, ut prefatus Humboldus de his omnibus rebus, quas ei in proprietatem et dominationem condonavimus, nunc et deinceps omni tempore liberam in omnibus habeat potestatem tenendi, donandi, possidendi, vendendi, commutandi vel quicquid sibi libuerit faciendi, absque ullius personae contradicentis obstaculo. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas*, ut supra omnia.

881. Sept. 22. col. 2.

*Signum Hludowici (M.) serenissimi regis.*

*Arnolfus cancellarius ad vicem Liutberti recognovi*[a]

*Data* 10 *Kal. Octobris,* anno et loco quo supra[b]

Ludowico rege Germaniae, filio Ludowici, defuncto et iuxta patrem apud Lauresham in ecclesia, quae dicitur Varia, quam ipse huius rei gratia construxerat, sepulto, Karolus frater eius a Iohanne papa imperator ordinatus, paternae fraternaeque pietatis erga ipsum locum imitator ęnituit, et exemplo antecessorum suorum privilegium libertatis et de electione abbatis eidem monasterio taliter confirmavit:

Karolus tercius, frater Ludowici tercii regis, factus imperator regnavit annis 6. In monasterio Augea sepultus.

### Preceptum immunitatis Karoli tercii, et de electione abbatis.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia imperator augustus. Notum quippe sit omnibus fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris, qualiter fratres ex monasterio, quod dicitur Lauresham, et est constructum in honore sancti Nazarii, nostram deprecati sunt clementiam, ut precepta antecessorum nostrorum per nostrae auctoritatis preceptum per omnia confirmaremus. Nos vero postulationibus eorum ob amorem Dei sanctique Nazarii ac nostrae mercedis augmentum consentientes, decrevimus ita fieri. Insuper etiam propius postulaturi accedentes, ut licentiam eis inter se abbatem eligendi concederemus; quod libenti animo ita concedimus, eo scilicet rationis tenore, quam diu talis inter illos inveniri possit, qui digne et regulariter eundem locum procurare queat, et secundum mandata abbatis Benedicti nova et vetera proferre valeat. Et ut hec nostra auctoritas firmior habeatur, manu propria subter eam firmavimus, et anulo nostro sigillari iussimus.*

883. Febr. 25.

*Signum domni Karoli (M.) serenissimi imperatoris augusti.*

*Waldo cancellarius ad vicem Liutwardi archicapellani recognovi et subscripsi.*

*Data* 5. *Kalendas Martias. Anno incarnationis Domini* 883. *Indictione* 1. *Anno imperii imperatoris Karoli* 2°. *Actum ad Ulmam. In Dei nomine feliciter. Amen.*

### Anno dominicae incarnationis 883.

Walthario Gerhardus abbas, vir nobilis et strennuus, successit et 10 annis eiusdem loci regimen tenuit. Sub quo etiam idem imperator Karolus predium suum in prefata villa Alesheim sancto Nazario sub hac auctoritate tradidit:

### Largitio Karoli tercii in Alesheim.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia imperator augustus. Si locis Deo dicatis ex nostris rebus pro Dei amore et remedio animae nostrae et*

884. Iun. 11.

a) r. *cod.* b) Data—supra *in cod. ante subscriptionem Arnolfi cancellarii, et utrumque litteris minoribus scriptum.* 14) Alsheim.

*parentum nostrorum aliquid conferimus, et necessitates servorum Dei assiduę sibi famulantium nostro sublevamus iuvamine, id procul dubio et nobis ad aeternam vitam feliciter obtinendam et parentum nostrorum animabus ad veniam consequendam profuturum liquido credimus.* f. 11. *Qua de causa omnium sanctae Dei ęcclesiae fidelium nostrorumque, presentium scilicet et futurorum, comperiat magnitudo, qualiter nos ob amorem Dei et remissionem peccatorum nostrorum atque pro remedio animarum piae recordationis genitoris nostri Hludowici nec non et karissimi fratris nostri Hludowici, gloriosissimorum regum, ad monasterium quod vocatur Lauresham, ubi sanctus Nazarius corpore requiescit et prefati reges humati habentur, expectantes diem resurrectionis, ubi Gerhardus abba et rector eiusdem monasterii esse videtur, quasdam res iuris nostri in ius et proprietatem perpetuo possidendum concessimus. Videlicet in comitatu Wormatiensi ad villam, quae dicitur Alesheim, curtem indominicatam, sicut ad imperatorem pertinet, cum mansis, edificiis, utriusque sexus mancipiis, terris, pratis, vineis, silvis, cultis et incultis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis et adiacentiis finibus, et omnia ad se iure legitimo pertinentia. Eo scilicet rationis tenore, ut perpetuo monachis ibidem Deo famulantibus*[a] *usibus deputentur, atque indeficiens luminaria exinde in ęcclesia, ubi prefati viri requiescunt, habeatur; et nulli prefatae res in beneficium tradantur, set ita auxiliante Deo permaneant ad usus fratrum et luminariam inexstinctam, veluti prelibando statuimus. Unde et hoc nostrae auctoritatis preceptum fieri iussimus, per quod decernimus atque iubemus, ut nec nostris nec successorum nostrorum temporibus ullus habeat potestatem, ex supra scriptis rebus aliquid minuere, subtrahere vel immutare; set ita inviolabiliter permaneant, veluti prelibavimus. Et ut hec nostrae concessionis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem et per futura tempora verius a cunctis credatur et diligentius observetur, manu propria subter eam firmavimus, et anulo nostrae impressionis iussimus sigillari.*

*Signum Karoli (M.) serenissimi augusti*[b].

*Segoinus notarius ad vicem Liutwardi archicancellarii recognovi et subscripsi.*

*Data* 3. *Idus Iunii. Anno ab incarnatione Domini* 884. *Indictione* 2. *Anno vero regni domni Karoli augusti* 8, *imperii autem* 4.

*Actum Wormatia In Dei nomine feliciter. Amen.*

Aroulfus imperator, filius Karlomanni, fratris Ludowici tercii, deiecto patruo Karolo imperatore. regnavit annis 13. In Baioaria apud Odingas sepultus[d].

Karolus, multis in imperio emergentibus malis, animo et corpore deficiens, obtimatibus regni ad supra dictum Arnolfum, Karlomanni fratris sui filium, ducem Carinthiae, certatim transeuntibus, regno deicitur, et miseranda rerum facie imperator, post Karolum Magnum nulli postponendus, egenus efficitur adeo, ut desperatis rebus non iam de regno set de victu cogitans, ab Arnolfo[c] subsidia vitae presentis exposceret. A quo aliquos in Alemannia fiscos velut pro stipe consecutus, non multo post in Augea insula diem clausit extremum. Post hunc eius ditionis regna solvuntur a sua compage, dum quisque de suis nititur regem creare[e]. Quod quodam presagio videtur accidisse. Nam regum genealogia celitus provisa secundis exuberabat successibus, donec in Karolo Magno non solum regnum Francorum set et imperii Romani summum obtineret fastigium. Post cuius discessum eodem quo accesserat modo cepit fortuna diffluere, donec ex defectu regiae stirpis solus hic inveniretur regno Francorum gubernando idoneus, et regalis prosapia, a beato Arnolfo[f] duce et episcopo prodiens, in hoc Arnolfo duce et imperatore quasi progressus sui penultimum limitem acciperet; quod in cronicis plenius reperitur. Hic igitur Arnolfus avitae patruelisque pietatis exemplo erga Laureshamense monasterium munificus admodum exstitit, cui inicio libertatis et inmunitatis privilegium dedit:

col. 2.

### Preceptum Arnolfi regis de inmunitate et libertate huius loci.

888. Mai. 12.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Arnolfus divina favente gratia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei eiusque in eisdem locis sibi famulantes beneficia oportuna largimur, premium nobis apud Deum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Noverit interea sagacitas seu utilitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, quia vir venerabilis Gerhart, abbas monasterii, cuius vocabulum est Lauresham, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi sanctus Nazarius*

a) in usibus, *voce* in *deleta, cod.* b) Signum — augusti *rubro colore in margine suppleta; in textu ipso diplomatis scriba haec inseruit:* Karolus tercius imperator augustus *quae omnino delenda sunt.* c) Arnoldo *cod.* d) *rubrica in margine.* e) vel eligere *superscripsit eadem manus.* f) *sic in cod. correctum pro* Arnoldo.

*martyr corpore requiescit, quod est situm in pago Renense super fluvium Wisgoz, obtulit obtutibus nostris auctoritatem inmunitatis domni Ludowici piissimi regis, in qua continebatur insertum, qualiter idem ipse illud monasterium ob amorem Dei tranquilitatemque fratrum ibidem consistentium semper sub plenissima tuitione et inmunitatis defensione ab omni inquietudine iudiciariae potestatis consistere fecisset. Propter firmitatem tamen rei postulavit a nobis predictus abbas Gerhart ipsius monasterii, ut paternum morem sequentes, huiuscemodi nostrae inmunitatis preceptum ob reverentiam sancti Nazarii martyris, qui ibidem corpore requiescit, circa ipsum monasterium fieri censeremus. Cuius petitioni libenter assensum prebuimus, et hoc nostrae auctoritatis preceptum erga ipsum monasterium et monachos ibidem Deo militantes inmunitatis atque tuitionis, firmitatis gratia pro divini cultus amore et animae nostrae remedio, fieri decrevimus; per quod precipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus, nec quislibet ex iudiciaria potestate, aut ullus ex fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris, in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones predicti monasterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri iuste et legaliter possidet, vel quicquid deinceps a catholicis viris eidem collatum[a] fuerit monasterio, ad causas audiendas vel freda aut tributa exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam servos, super terram ipsius commanentes, iniuste distringendos aut ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris[b] nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quae supra memorata sunt penitus exigere presumat; set liceat memorato abbati suisque successoribus res predicti monasterii sub inmunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere. Quicquid etiam ius fisci exigere poterat, in integrum eidem concessimus monasterio, scilicet ut in alimonia pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo famulantium perennis temporibus proficiat in augmentis. Et quando quidem divina vocatione supradictus abbas vel successores eius de hac luce migraverint, quamdiu ipsi monachi inter se tales invenire potuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem et consensum, sicut et eis domnus et avus noster per suam auctoritatem concessit, licentiam habeant eligendi abbates; quatinus ipsis servis Dei, qui ibidem Deo famulantur, et pro eodem avo nostro et pro nobis ac coniuge nostra et stabilitate totius regni nostri, a Deo nobis collati et eius clementissima miseratione per inmensum conservandi, iugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hec auctoritas[c] nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa consistere, manu nostra subter* fol. 12. *eam[d] firmavimus et anuli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum domni Arnolfi (M.) piissimi regis.*

*Eigelbero notarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi et subscripsi.*

*Data* 4. *Idus Mai. Anno dominicae incarnationis* 888. *Indictione* 6. *Anno* 1. *regni Arnolfi piissimi regis. Actum civitate Regina. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Eodem tempore tradidit idem rex quasdam res proprietatis suae cuidam Sigolfo, tunc temporis Laureshamensis monasterii preposito, et quibusdam aliis fidelibus suis, Reginberto videlicet et Sigebaldo, quae per ipsorum donationes postea in dominium eiusdem monasterii devenerunt.

### Donatio Arnolfi Sigolfo preposito in Rokesheim.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Arnolfus divina favente gratia rex. Notum* 888. *sit omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus, fideliumque nostrorum, presentium scilicet et futu-* Iun. 12. *rorum, comperiat magnitudo, qualiter nos ob amorem Dei et remissionem peccatorum nostrorum atque pro remedio animarum piae recordationis avi genitorisque nostri Karlomanni quasdam res iuris nostri cuidam fideli nostro nomine Sigolfo in ius et proprietatem ad dies vitae suae perpetuo possidendum concessimus: videlicet in comitatu Wormatiense in Roccheshemero*[15] *marcha aream unam et iurnales* 25 *et insulam unam quae nominatur Sigenwert*[e]*, quae insula iacet in ripa Reni; et in comitatu Lobodonense, in villa quae dicitur Sunthove*[16]*, hubas* 3 *cum mansis et aedificiis, mancipia tria, matrem cum duobus filiis, terris, pratis, silvis, cultis et incultis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis et adiacentiis finibus, et omnia ad se iure legitimo pertinentia. Eo scilicet rationis tenore, ut ad dies vitae suae sine alicuius contradictione habeat, post decessum quoque suum ad monasterium revertantur. Unde*

a) collate fuerint *cod.* b) nostras, *corr.* nostris *cod.* c) auctoritatis *cod.* d) *deest cod.* (e Sagenwert, *littera* i *superscripta, cod.*; Saigenwert *et* Seigenwert *editiones.*

15) Roxheim, prope Wormatiam. 16) Sandhofen.

*et hoc nostrae auctoritatis preceptum fieri iussimus, per quod decernimus atque iubemus, ut nostris nec successorum nostrorum temporibus nullus habeat potestatem ex suprascriptis rebus aliquid minuere, subtrahere vel inmutare, set ita inviolabiliter permaneant, veluti prelibavimus. Et ut hec nostrae concessionis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, et per futura tempora verius a cunctis credatur et diligentius observetur, manu propria subter eam firmavimus et anulo nostrae impressionis iussimus sigillari.*

*Signum domni Arnolfi (M.) piissimi regis.*

*Aspertus notarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi.*

*Data* 2. *Idus Iunii. Anno incarnationis dominicae* 888. *Indictione* 6. *Anno* 1. *regni Arnolfi piissimi regis. Actum ad Franconofurt. In Dei nomine feliciter. Amen.*

## Donatio Arnolfi Sigebaldo inter Otinkeim et Ophowa.

888. Iul. 3. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Arnolfus divina favente clementia rex. Quantum enim sublimiores et ditiores ceteris fidelibus nostris sumus, tantum condecet nos eis largiores et misericordiores esse. Quam ob rem cognoscant omnes fideles nostri, presentes atque futuri, quoniam quidam fidelis noster, Sigebalt vocatus, per interventum Cuonrati et Gaganhardi, fidelium nostrorum, nostram celsitudinem precatus est, ut ei quoddam concambium nobiscum facere liceret. Cuius petitioni ob aeternae mercedis augmentum libenter assensum prebentes, decrevimus ita fieri. Tamen nobis nunciantibus fidelibus nostris probitatem illius ac bonitatem, illam cambitionem a nobis impetratam et donatam concessimus illi in proprietatem, quod antea habuit in*[a] *beneficium; hoc est: in pago Lobodengowe, in comitatu Liutherii, infra terminum duarum villarum, Ottincheim*[17] *et Hophowa*[18] *nominatarum,* 6 *hubas cum curtibus, sepibus, aedificiis, mancipiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, vineis, viis et inviis, exitibus et reditibus,* col. 2. *quaesitis et inquirendis, mobilibus et inmobilibus, omnibusque rebus ad easdem hubas rite ac legitime pertinentibus, et singulariter illam insulam, quae iacet ultra Renum, dividere in medium. Et iussimus inde hoc nostrae auctoritatis fieri preceptum, per quod volumus firmiterque iubemus, ut liberam teneat potestatem habendi, donandi, vendendi, commutandi, seu quicquid ex his voluerit facere, nullo umquam successore nostro hanc donationis nostrae auctoritatem irrumpente, set Deo auxiliante firma et stabilis permaneat. Et ut illa pleniorem in Dei nomine obtineat stabilitatem, manu propria eam firmavimus anuloque nostro sigillari iussimus.*

*Signum domni Arnolfi (M.) serenissimi regis.*

*Aspertus cancellarius ad vicem Theotmari archicapellani recognovi.*

*Data* 5. *Nonas Iulii. Anno incarnationis Domini* 888. *Indictione* 6. *Anno regni Arnolfi piissimi regis* 1. *Actum Franconofurt. In Dei nomine feliciter. Amen.*

## Donatio Arnolfi Reginberto in Hophowa.

888. Nov. 8. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Arnolfus divina favente gratia rex. Notum esse volumus omnibus sanctae Dei ęcclesiae fidelibus nostrisque, presentibus scilicet et futuris, qualiter nos ob amorem Dei nostraeque mercedis augmentum, nec non et cuiusdam fidelis nostri interventum, Heimonis videlicet, cuidam homini nomine Reginbreht quasdam res proprietatis nostrae in proprietatem concessimus; hoc est: in pago Wormazveldun, in comitatu Walahonis comitis nostri, in villa nuncupata Hoffowa*[18]*, concessimus ei ecclesiam cum hubis* 6 *et cum omnibus illuc iuste ac legitime pertinentibus, cum domibus ceterisque edificiis, mancipiis utriusque sexus, terris, agris, cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, silvis, viis et inviis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, mobilibus et immobilibus, quaesitis et inquaesitis*[b]*, totum et ad integrum, quicquid illuc rationabiliter pertinere videtur, ex iure et dominatione nostra illi in ius et dominationem donavimus et transfundimus. Et iussimus ei inde hos nostrae auctoritatis apices conscribi, per quos decernimus atque iubemus, ut iam dictus Reginbertus prefatas res licentiam ex nostra habeat donatione tenendi, donandi, tradendi, commutandi, vendendi vel quicquid sibimet placuerit faciendi, sine ulla alicuius contradictione. Et ut hec donationis nostrae auctoritas nostris et futuris temporibus firma stabilisque perpetuis perseveret temporibus, manu propria subtus eam firmavimus et anulo nostro sigillari iussimus.*

a) beneficio, *corr.* beneficium *cod.* b) *sic cod.*

17) Edigheim. 18) Oppau.

*Signum domni Arnolfi (M.) invictissimi regis*[a].

*Aspertus cancellarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi.*

*Data* 6. *Idus Novembris. Anno incarnationis Domini* 888, *anno* 1. *Arnolfi piissimi regis. Actum urbe Reganesburg. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Hic etiam liberalissimus rex sancto Nazario tradidit Bruomat cum omni iure, et tali confirmavit privilegio:

### Largitio Arnolfi regis in Bruomat.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Arnolfus divina favente gratia rex. Si loca divino cultui mancipata nostro iuvamine levamus et de terrenis causis, quas Deo annuente consecuti sumus, augere satagimus, non solum in hoc regium morem decenter implemus, verum etiam et ad temporalem vitam feliciter deducendam et ad aeternam beatitudinem promerendam hoc nobis profuturum esse liquido credimus. Quapropter omnium sanctae Dei ecclesiae fidelium, presentium scilicet et futurorum, cognoscat prudentia, qualiter nos pro remedio animae beati avi nostri Hludowici et christianissimi genitoris nostri Karlomanni fratrumque suorum, nec non et pro nostra aeterna remuneratione, quendam fiscum proprii iuris nostri nominatum Bruochmagat*[19] *in Elisatia ad sanctum Nazarium, qui requiescit in monasterio nuncupato Lauresham, sito super fluvium Wisgoz, per hoc nostrae auctoritatis preceptum tradimus atque* (fol. 12'.) *donamus cum ecclesiis et edificiis, cum mansis et mancipiis omnibus utriusque sexus, cum terris et agris, campis, cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, vel cum vineis omnibus, viis et inviis, exitibus et regressibus, mobilibus vel immobilibus, quesitis vel inquirendis et cum omnibus iuste ac legitime ad ipsam prefatam curtem aspicientibus. Ea videlicet ratione, ut ipsa Roddrudis, dilecta consanguinea nostra, ea omnia quamdiu vivat securiter in beneficium habeat atque possideat, post suum vero discessum ad memoratum mox remeet cenobium; quatinus illius sancti loci fratres pro nobis iugiter et antecessoribus nostris exorare et anniversariis diebus elemosinam facere delectet. Et ut hec nostra largitio firmior habeatur et diligentius conservetur, manu propria nostra subter eam confirmavimus et sigillo nostro assignari iussimus.* (889. Nov. 27.)

*Signum domni Arnolfi (M.) serenissimi regis.*

*Aspertus cancellarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi.*

*Data* 5. *Kalendas Decembris. Anno dominicae incarnationis* 889. *Indictione* 8. *Anno vero* 3. *regni domni Arnolfi serenissimi regis. Actum ad Wezzinloch. In Christi nomine feliciter. Amen.*

Sub eodem tempore Gerniu, matrona nobilis, res proprietatis suae in Sahssenheim sancto Nazario devote contulit, videlicet duas partes ecclesiae, hubas 12, mansos 5, nemus dimidium, molendinum 1, 40 iugera vinearum, 11 iugera de prato, mancipia 30; cuius tamen donationem descriptam nondum reperimus[20]. Ipsa quoque res suas in Hantscuesheim per manum Herigeri illustris viri pari devotione tradidit, hoc modo:

### Donatio Gerniwe et Grimoldi in Hantscuesheim.

*Ego in Dei nomine Heriger pro remedio animae Grimolti et Gerniwae trado ad sanctum Nazarium martyrem, qui requiescit in corpore in pago Renense, in monasterio quod nuncupatur Lauresham, vel ad illam congregationem monachorum quae ibidem sub venerabili viro Gerharto abbate deservire videtur, donatumque in perpetuum fore volo et promptissima voluntate confirmo: hoc est rem quam habuerunt in pago Lobodonense, in villa vel marca nuncupata Hanscuesheim*[21]*; id est aream unam et molendinum et vineam, et quicquid legitime et iure ad illam videtur pertinere; ea vero ratione, ut ad basilice, quae structa est in monte nominato Abrahae Mons*[22] *in honore sancti Michahelis archangeli, servitium constet. Hec omnia superius comprehensa a die presente de iure meo in ius et dominium sancti Nazarii*[b] *dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad possidendum, ita ut ab hac die iure habeatis habendi, donandi, commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam ac firmissimam* (891. Ian. 8.)

a) Signum — regis rubro colore in margine suppleta; in textu diplomatis scriba haec addidit: Arnolfus rex. b) N. cod.

19) Brumath, prope Hagenau. 20) sed cfr. chartam donatoriam anni 889, d. 28. Sept. infra fol. 18 in. (p. 140 et 141 edit. Palatinae). 21) Handschuchsheim. 22) mons *Heiligenberg*, prope Heidelbergam.

*in omnibus*[a] *potestatem; et hec donatio omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa.*

*Actum in monasterio Lauresham, sub die 6. Idus Ianuarii. Anno 4. regnante Arnolfo rege.*

*Signum Gerhardi abbatis et Herigeri, qui hanc traditionem fieri et firmari rogavit. Signum Husi presbiteri et monachi*[b]. *Signum Engilberti et aliorum.*

*Ego itaque Chazo indignus subdiaconus et monachus*[b] *hanc traditionem depinxi, diemque et tempus ut supra notavi.*

### Anno dominicae incarnationis[c] 893.

Defuncto Gerhardo abbate, fratribus eiusdem monasterii de quibusdam insolentiis apud Arnolfum, iam tunc imperatorem, accusatis et ob hoc ab electione abbatis interim suspensis, Adelbero Augustensis episcopus, vir magnae in Christo gravitatis et reverentiae, dispensa- col. 2. torie per imperatorem ibidem instituitur. Qui post annos quinque, religionis vigore reformato[d], monasterii curam ultro resignavit, fratribusque eligendi abbatis pristinam libertatem imperiali auctoritate redintegravit; quae talis est:

### Preceptum secundum Arnolfi imperatoris de electione abbatis et libertate.

896. Ian. 30. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Arnolfus divina opitulante clementia imperator augustus. Si fidelium nostrorum petitionibus, quas pro ecclesiarum sibimet commissarum utilitatibus nobis suggesserint, clementer annuimus ac pie prospicimus, id nobis ad statum regni nostri prospere gubernandum et ad eterni regni beatitudinem feliciter promerendam liquido profuturum esse confidimus. Quapropter generali collegio omnium fidelium nostrorum, presentium atque futurorum, notum fieri cupimus, qualiter ante biennium et etiam sepe antea a fidelibus episcopis nostris, nec non ab religiosis laicis ceterisque compluribus diversi ordinis viris, auribus serenitatis nostrae creberrima detractione delatum est, qualiter in monasterio Lauresham dicto, in honore sancti Nazarii Christi martyris dicato, ubi ipse corpore quiescit, quod bonae memoriae Hludowicus rex, avus videlicet noster, multa augmentatione cumulavit atque pre ceteris dilexit, ibidem sibi locum sepulturae deligens, conversatio monachicae vitae ob pastorum, qui eidem congregationi preesse debuerant, incuriam atque desidiam irrita foret, regularisque vitae ordo, nisi nostra providentia cito emendaretur, penitus deficeret; varias opiniones de eis proferentes ac omnigena pravitate eos accusantes, et inter cetera dicentes: tantum malum aliter nullatenus posse aboleri, nisi idem cenobium alicui de fidelibus nostris, Deum timenti et divina precepta amanti, ad procurandum et regendum consignaretur. At nos huiusmodi crebris sermonum verberibus attriti, omnium fidelium nostrorum consultu Adalberoni, venerabili ac dilectissimo episcopo nostro, quem ad omne bonum promptum esse scimus et cognoscimus, idem monasterium gubernandum delegavimus. Post hec etiam ipse, postposito omni seculari honore et commodo, quod inde consequi potuit, malens in celestibus thesaurizare, precatus est clementiam nostram, ne aliquis malivolorum fraude vel insidiis ipsum locum subripere posset, ut pristino honore eum ditaremus, et eis licentiam concederemus iuxta eorum arbitrium inter se eligendi abbates. Cuius piis atque paternis admonitionibus libenter assensum prebuimus, presensque preceptum inde conscribi iussimus, per quod decernimus atque firmissime iubemus, ut ipsi fratres prelibati monasterii ab hodierna die et deinceps securam teneant potestatem eligendi abbates, quamdiu talem illic invenire possunt, qui scientia et morum honestate talis sit, ut tantam congregationem iuxta regulam sancti Benedicti queat et sciat regere, et regali dignitati iusta obsequia prebere. Et ut hoc preceptum ab nullo umquam successore nostro violetur et diligentius incorruptum observetur, manu nostra illud firmavimus anuloque nostro insigniri iussimus.*

*Signum domni Arnolfi (M.) largissimi imperatoris augusti.*

*Ernustus cancellarius ad vicem Diothmari archicapellani recognovi.*

*Data* 3. *Kalendas Februarii. Anno incarnationis Domini* 896. *Indictione* 15. *Anno domni Arnolfi* 10, *imperii autem eius* 3. *Actum Radisbone. In Dei nomine feliciter. Amen.*

### Anno dominicae incarnationis 895.

Liutherus itaque, strennuus sanctae religionis amator et morum vitaeque probitate laudabilis, in abbatem eligitur[23], nec multo post in episcopalem gradum apud Mindonensem

a) habeatis *abundat cod.* b) m̊n *cod.* c) *sequiter lacuna; numerum supplevimus. Cfr. supra p.* 375. d) reformato *prima manu in margine suppletum est.*

23) sed cfr. quae auctor Chronici de tempore electionis Liutheri abbatis infra narrat pag. 382, 45.

ecclesiam provehitur, unaque regiminis virga utraque detinuit loca[23]. Sub quo prefatus Adelbero episcopus Gernesheim sancto Nazario cum omni integritate tradidit et huiusmodi testamento confirmavit: annis 26.[a]

### Donatio Adelberonis episcopi et abbatis in Gernesheim. f. 13.

*Omnibus orthodoxae fidei, gratiam in Christo habentibus, notum esse desidero, qualiter ego Adelbero, devotissimus servorum Christi servus et Augustensis ęcclesiae humillimus presul, divinae remunerationis ac verae caritatis ductus amore, tractare non destiti de stabilitate eximii cenobii quod dicitur Lauresham, postquam venerabilis*[b] *congregationis eiusdem cenobii curam regiminis suscepi a Deo, ut eandem congregationem in prisco gradu imperialis privilegii regali et augustali auctoritate perpetuis temporibus redintegrarem, et ut post vitae meae depositionem aliquid de meis propriis rebus, quas augustali precepto, Arnolfo glorioso imperatore tradente, acquisivi, eidem sanctae congregationi in usum aptarem; quae etiam omnia et in omnibus Deo auxiliante fideliter complevi. Trado enim ob commemorationem et mercedis meae augmentum et ipsius senioris mei, qui michi ipsas res condonavit, quicquid proprietatis in loco qui dicitur Kerenesheim*[24]*, in pago Renense, per imperialis precepti confirmationem habere visus sum, ad prefatum cenobium Lauresham in pago Rinigowe, in comitatu Gebehardi, iuxta fluviolum qui dicitur Wisgoz, ubi corpus beatissimi martyris Nazarii requiescere liquido credimus, et ubi moderno tempore venerabilis abbas Liutherus regulari disciplina preesse videtur, cum omnibus iuste ac legitime illuc pertinentibus, in circumiacentiis undique villulis et locis, curtilibus, edificiis, mancipiis utriusque sexus, agris, terris, pratis, silvis, campis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et inmobilibus, viis et inviis, piscationibus, molendinis, exitibus et reditibus, quesitis et inquesitis, nichil extra pretermittens, set omne quicquid dici aut nominari potest, totum trado ad sanctum Nazarium sicut supra dixi atque transfundo, ut*[c] *superiori ratione proposui, et promptissima voluntate cum manu advocati mei Herigeri in perpetuum confirmo, stipulatione subnixa. Ea videlicet ratione, ut easdem prescriptas res quas trado, quasque e contra per precariam complacitationis et causa familiaritatis et*[d] *fraternitatis cartulam recipere videor: id est ecclesiolam infra ipsum monasterium sitam, in qua reliquias sanctae Dei genitricis Mariae et sanctae Afrae, beatissimae martyris Christi, et sancti Magni, eximii confessoris Christi, reconditas habeo, cum mansiunculis et ceteris necessariis, hortis et pratis, cum duabus servilibus prebendis et una monachica mighimet ipsi praebenda, insuper villam Winenheim*[25] *et Birkenowa*[26] *et Gunnenbach et Lieberesbach*[27] *et Liutereshusen*[28] *cum ceteris locis et villulis illuc respicientibus, Scarram*[29] *et Bibiloz*[30]*, cum cunctis ad omnia prenotata iuste ac legaliter loca respicientibus et pertinentibus, cum ecclesiis, curtilibus, edificiis, mancipiis utriusque sexus, terris, agris, pratis, vineis, campis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et inmobilibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquaesitis, nichil extra pretermittens, set omne quicquid in ipsis prescriptis locis dici et nominari potest, totum de abbate prenominati monasterii et de fratribus cum manibus advocatorum eorum, Adalwini et Bennilini, ita suscipio et habere dispono, ut quamdiu Deo concedente in hac mortali vita vixero, absque omni contradicentis molestia in proprium usum res utrasque, quas dedi et quas per precariam suscepi, michi potestative ac securiter ac quiete obtinere, ordinare et frui liceat. Si quis vero, quod omnino non credo et minime desidero, hanc complacitationem michi confregerit, liceat meas proprias res, quas per imperiale preceptum acquisivi, ad me retinere vel* col. 2. *tradere quocumque voluero. Post depositionem autem temporalis vitae meae, si michi complacitatio mea ita firma et inconfracta, sicut supra prenotatum est, perstiterit, res omnes quas tradidi vel quas e contra per mutuae complacitationis precariam recepi, ad iam sepe dictum cenobium cum omni integritate redeant in ius et in perpetuum dominium. Eo tamen tenore, ut ex his rebus, quas per imperialis monimenti preceptum acquisivi et ad sanctum Nazarium*[e] *devotissime tradidi, quater in anno meae depositionis anniversarium diem rectores eiusdem sacri loci plena caritate cum cunctis fratribus in cibo et potu concelebrent, meamque commemorationem in illorum sacris orationibus in ecclesia fideliter exercere studeant; id est in 7. Idus Augusti, missae sanctae Afrae martyris; et in 18. Kal. Septembris, assumptionis sanctae Mariae virginis; et in 8. Idus Septembris, sollemnitatis sancti Magni confessoris Christi; et in ipso anniversarii mei die. Insuper*

s. a. (895–909) Mai. 20.

a) *manu* 1. *rubro colore in marg. additum.* b) venerationis *cod.* c) sicut ut, *voce* sicut *post deleta, cod.* d) *supple* per. e) N. *cod.*

23) Liutherius tenuit episcopatum Mindensem a. 914 — 927. 24) Gernsheim. 25) Weinheim. 26) Birkenau. 27) Liebersbach. 28) Leutershausen. 29) Scharrhof. 30) Biblis.

*etiam uno interposito anno, id est anno secundo, pellitiae, et deinceps iterum uno anno interposito cappae, cunctis fratribus ibidem Deo famulantibus, omni occasione excusationis postposita, ex prefato loco qui dicitur Kernesheim, usque dum presens seculum de hora in horam et de nocte in noctem et de die in diem et de anno in annum perstiterit, ob meam commemorationem devotissime presententur. Ecclesiola vero, quam in eadem complacitatione causa familiaritatis infra dictum locum recepi, de eodem suprascripto loco, quem tradidi, cum tectura et luminariis digne procuretur. Hanc traditoriam cartam huius complacitationis, episcopis et multis comitibus et innumerabilibus viris scientibus et videntibus, in perpetuum monimentum fieri iussi, quatinus nulla umquam persona eam presumat infringere vel violare, set ut aeterna stabilitate firmata permaneat. Et si quis eam irrumpere temptaverit, aut his fratribus aliquid ex illis locis quae sancto Nazario[a] tradidi, sicut suprascriptione eis complacitavi, subtrahere conatus fuerit, vel alicui inbeneficiaverit: ante tribunal tremendi examinis terribiliter criminatus, Deo omnipotenti, iudici vivorum et mortuorum, redditurus rationem presentetur; insuper et Augustensis ecclesiae presuli prenominatam curtem Kernesheim cum omnibus iuste ac legaliter pertinentibus ad domum sanctae Mariae virginis recipere et possidere potestative liceat. Consiliatum et ordinatum publice in civitate Wormatia, Hathone[31] et Ratbodone[32] archiepiscopis et Thietelaho[33] episcopo presentibus, insuper Cuonrado, Walahone, Gebehardo, Ruperto, Liutfrido, Burkardo, Dragebodo comitibus, Ruodhardo domus regalis procuratori videntibus, et innumerabilibus viris audientibus cum Liuthero abbate et cum consensu cunctorum fratrum Lauresham degentium, in 13. Kalendas Iunii. Amen.*

Tradidit nichilominus imperator Arnolfus cuidam Reginbodoni 10 huobas in Virnheim, quae et ipsae postmodum per commutationem dominio sancti Nazarii sunt adtributae. Quae donatio talis est:

### Donatio Arnolfi Reginbodoni in Virnheim.

898. Oct. 18. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Arnolfus divina favente gratia imperator augustus. Sciant omnes fideles nostri, tam presentes quam et futuri, qualiter nos ob mercedis nostrae augmentum et per interventum Liutboldi, dilecti comitis nostri, cuidam vassallo nostro nomine Reginbodo, in pago qui dicitur Lobotengowe, in comitatu Liutfridi, in villa quae dicitur Virninheim, hubas decem quas ipse prius in beneficium habuit, cum familiis vel mancipiis utriusque sexus, perenni iure in proprietatem concessimus, cum curtilibus, aedificiis* fol. 13'. *campis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, molinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus ac reditibus, quesitis et inquesitis, terris cultis et incultis, mobilibus et inmobilibus et cum universis illuc iuste legitimeque pertinentibus. Iussimus quoque hoc presens auctoritatis nostrae preceptum inde conscribi, per quod volumus firmiterque iubemus, ut memoratus Reginbodo de his omnibus firmissimam habeat potestatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi vel quicquid sibi exinde placuerit faciendi, absque ullius contradicentis impedimento. Et ut hec donationis nostrae auctoritas firmiorem in Dei nomine obtineat stabilitatem, manu propria nostra subtus eam firmavimus anuloque nostro sigillari iussimus.*

*Signum domni Arnolfi (M.) imperatoris augusti.* [Sigillum, cui inscriptum:] *Arnolfus imperator augustus*[b].

*Engilpero notarius ad vicem Diothmari archicapellani recognovi.*

*Data* 15. *Kalendas Novembris. Anno Domini* 898. *Indictione* 2. *Anno* 11. *Arnolfi regis, imperii autem eius* 3. *Actum ad Reganesburch*[c]. *In Dei nomine feliciter. Amen.*

Arnolfo imperatori successit filius Ludowicus, Zundeboldo fratre eius apud Mosam interfecto ab hostibus, Adalberone supradicto Augustensi episcopo adhuc vivente, et Liuthero in abbatem nondum electo[34], set Hattone Magontinae sedis archiepiscopo Laureshamensis cenobii curam per regiam institutionem gubernante. Siquidem inter Gerhardum et Liutherum abbates Adalbero episcopus annis 5, Hatto archiepiscopus annis 13 ordine dispensatorio eidem loco prefuerunt, donec ipsis fratribus sub Cunrado primo rege plenaria electionis libertas restituta est; a quo etiam Liutherus ex fratrum electione abbatia investitus est. Iste itaque rex Ludowicus ex petitione eiusdem Adelberonis episcopi quasdam res proprietatis sue Sigolfo, tunc ipsius monasterii preposito, et per ipsum sancto Nazario, tradidit hoc modo:

[Margin: Ludowicus quartus rex, filius Arnolfi, regnavit annis 11.]

a) N. *cod.* b) Arnolfus — augustus *a scriba in fine diplomatis additum.* c) Rageneaburch *cod.*

31) Moguntino. 32) Trevirensi. 33) Wormatiensi. 34) cfr. supra pag. 380, 52.

## Donatio Ludowici quarti in Sunthoven et Scarra.

900. April. 28.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus divina favente providentia rex. Cunctorum orthodoxorum instantis temporis et futuri manifestetur collegio, qualiter reverentissimus Dei cultor, Augustensis videlicet honorabilis presul nomine Adalbero, noster admodum fidelis nutritor, per interventum fidelium nostrorum, Chunradi scilicet comitis et Huoggi abbatis, serenitatis nostrae ęminentiam imploravit, deprecans, ut cuidam monasterii Lauresham cenobitae, nomine Sigolfo, quasdam res iuris nostri in pago Lobotingowe in comitatu Liutfridi constitutas, diebus vitae suae proprietario iure possidendas donaremus. Cuius itaque petitioni non inmerito gratuita mente annuentes, decrevimus ita fieri. Dedimus quidem prefato monacho sancti Nazarii Sigolfo, prout idem intentissimus nutritius noster petivit, in iam dicto pago vel comitatu quicquid quidam homines, Helmerich videlicet faber et Engilbreht forestarius, in locis Sunthove*[35] *et Scarra*[36] *nuncupatis ex parte iuris nostri hactenus possidere visi sunt, cunctis vitae suae diebus more proprietatis quieto ordine fruendum, cum curtibus et casis aliisque edificiis, mancipiis, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis vel inquesitis, terris cultis et incultis, mobilibus et inmobilibus universisque appenditiis et adiacentiis illuc rite pertinentibus. Iussimus quoque hoc presens munificentiae nostrae conscriptum inde fieri, per quod omnino sancimus atque iubemus, quatinus memoratus Sigolfus easdem res integriter omni tempore vitae suae proprietatis iure habeat, teneat atque possideat, absque alicuius impedimento. Post eius vero decessum in ius monasterii, cuius exstiterat monachus, pro commemoratione duorum parentum etiam* col. 2. *nostrorum animaeque nostrae eterna liberatione in honorem sancti Nazarii salva integritate redigantur. Hoc autem ut verius credatur diligentiusque conservetur per aevum, manu nostra subtus illud roborantes, anulo nostro iussimus insigniri.*

*Signum domni Hludowici (M.) piissimi regis.*

*Engilbero notarius ad vicem Diothmari archicapellani recognovi.*

*Data 4. Kalendas Mai. Anno dominicae incarnationis 900. Indictione 3. Anno primo regni domni Hludowici regis. Actum Franconofurt curte regia. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Per idem ferme tempus Hatto, Magontinae sedis archiepiscopus, iam tunc Laureshamensi cenobio vice abbatis presidens, commutationem prediorum cum prefato Reginbodone fecit, quam ita designavit:

## Commutatio Hattonis archiepiscopi et abbatis in Virnheim.

902. Ian. 25.

*Ego in Dei nomine Hatto, Magontiensis ęcclesiae etsi indignus presul et Laureshamensis monasterii dictus abbas, notum facio universis Christi fidelibus, qualiter convenit inter me et Reginbodonem, ingenuum virum, ut ex consilio fratrum nostrorum aliquas res inter nos pro oportunitate locorum ac commoditate sibimet competentium commutare deberemus; quod ita pari consilio ac communi voluntate rationabiliter coram multis perfecimus. Dedimus igitur iam nominato Reginbodoni de partibus sancti Nazarii in pago Glemisgowe*[37]*, in villa vel marcha Hirslanda*[38] *et in*[a] *Dicingon*[39] *et in Geringon*[40]*, quae loca iacent in comitatu Gozberti comitis; et in pago Encichgowe*[41]*, in villa vel marcha Audinesheim*[42] *et in Rutgesingon*[43]*, et iacent in comitatu Walahi comitis. Hec omnia predicta de rebus sancti Nazarii*[b] *in his locis constitutis cum omnibus ad se legitime pertinentibus a die presente de iure nostro in ius et dominium memorati Reginbodonis donavimus, ut deinceps exinde firmissimam habeat potestatem vendendi, commutandi vel quicquid libuerit faciendi. Econtra dedit idem Reginbodo nobis et fratribus nostris indominicatam curtem, quam propter suum servitium et interventum aliorum fidelium a rege in proprietatem acquisivit, sitam in pago Lobodonense, in comitatu Liutfridi comitis, nuncupatam Virnunheim*[44]*, cum mancipiis et silvis et cum omnibus utilitatibus quae ad illam curtem legitime pertinere videntur, in proprietatem sancto Nazario, nobisque in ius et potestatem ac successoribus nostris abbatibus et fratribus per traditionem coram multorum presentia confirmavit, quatinus exinde omnimodam habeamus potestatem vendendi, commutandi*

a) Dicingen, *corr.* Dicingon *cod.* b) N. *cod.*

35) Sandhofen. 36) Scharrhof. 37) Glemsgau, in ducatu Sueviae. 38) Hirschland. 39) Diezingen. 40) Gerlingen, prope Leonberg. 41) in ducatu Franciae Novae, ad fluvium Anisum (Enz). 42) Oetisheim, prope Pforzheim. 43) Riexingen, prope Vahingen. 44) Virnheim.

*vel qualemcumque monasterii utilitatem eliciendi. Et hec commutationis conventio et carta omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laures-ham* 8. *Kalendas Februarii. Anno ab incarnatione Domini* 902. *Indictione* 5. *Regnante rege Ludowico anno* 2.

*Signum Hattonis archiepiscopi et abbatis. Signum Liutfridi comitis. Signum Adelwini, Berwini, Franconis advocatorum et aliorum.*

Hanc traditionem et commutationem Hludowicus rex rogatu eiusdem archiepiscopi et abbatis tali auctoritatis precepto roboravit:

### Preceptum Luodowici quarti super eadem commutatione.

906. s. d. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hluodowicus divina favente gratia rex Notum fieri cupimus omnibus fidelibus nostris, presentibus et futuris, qualiter Reginbodo fidelis noster curtem Firnunheim*[45] *dictam, in pago qui dicitur Lobotengowe sitam, quam bonae memoriae pius genitor noster Arnulfus imperator augustus ei cum suae auctoritatis precepto in proprium donavit, ad cenobium sancti Nazarii Lauresham dictum, ubi Hatto Mogontiensis ęcclesiae venerabilis archiepiscopus presenti tempore abba esse dinoscitur, cum omnibus rebus ad eandem curtem rite pertinentibus contradidit in perpetuam proprietatem. Et in recompensationem illius* fol. 14. *traditionis accepit alia loca sibi inde in proprium; quae in quibus pagis sita vel qualiter sint nominata vel a quo advocato commutata sive accepta, in precepto eiusdem Reginbodonis, quod ad confirmandum huiusmodi concambium sibi conscribi iussimus, insertum continetur. Hoc ita peracto, precatus est prelibatus episcopus et abba supradicti cenobii clementiam nostram, hanc commutationem et traditionem nostrae auctoritatis precepto roborari. Quapropter hoc preceptum inde conscribi iussimus, per quod volumus atque regia potestate iubemus, ut quod pars parti contulit firmum ac stabile perpetualiter consistat, resque monasterio in hunc modum collatae, hoc est predicta curtis cum mancipiis, silvis et omnibus appenditiis suis, illuc per omnia secula pertineant. Et ut hoc confirmationis nostrae preceptum firmum atque stabile consistat, manu nostra illud firmavimus et sigillo nostro consignari iussimus.*

*Signum domni Hludowici*[a] *(M.) gloriosi regis.*

*Ernustus cancellarius ad vicem Theothmari archicapellani recognovi.*

*Data*[b]*... anno incarnationis Domini* 906. *Indictione* 9. *Anno autem regni domni Hludowici* 7.

Preterea matrona quedam illustris, Cunigunt nomine, res proprietatis suae in Niwenheim, Strazheim atque in Westheim sancto Nazario tradidit, quas a prefato archiepiscopo et abbate cum aliis rebus sancti Nazarii[c] in precariam hoc modo accepit:

### Donatio Cunigundae in Niwenheim, Strazheim et Westheim.

903. Nov. 21. *Diligendae in Christo filiae sanctae Dei ęcclesiae Cunigundae, venerandae matronae, Hatho gratia Dei humilis archiepiscopus et abbas. Venerandae atque honorabili petitioni tuae cum consensu fratrum fideliumque nostrorum ac benivolentia libenter annuimus, atque res proprietatis tuae in villis seu terminis Niwenheim*[46]*, Strazheim*[47] *atque in Westheim*[48]*, a te sancto Nazario cum omni integritate traditas, et insuper ex parte sancti Nazarii*[c] *monasterium sanctimonialium, cognomento Rothaha*[49] *cum omnibus ad se legitime pertinentibus, ad dies vitae tuae tibi in beneficium concedimus, quatinus utrasque res absque omni preiudicio et inquietudine teneas et excolas, et in censum singulis annis in festo sancti Nazarii*[c] *ob recordationem solidos* 10 *exinde solvere non neglegas. Post obitum vero tuum utraeque res bene melioratae et auctae ad sanctum Nazarium revertantur, et tam tua quam senioris tui Rutberti memoria apud nos perpetim ex hoc habeatur. Actum in monasterio Lauresham, anno dominicae incarnationis* 903. *Indictione* 6. *Anno* 4. *Hludowici regis, filii Arnolfi imperatoris augusti, sub die* 11. *Kal. Decembris.*

*Signum Hattonis archiepiscopi et abbatis. Signum Cunigundae. Signum Husi et Heimonis monachorum et aliorum.*

*Ego itaque Kazo, indignus monachus et diaconus, hanc prestariam ex iussu domni Hattonis archiepiscopi et abbatis depinxi, diemque et tempus ut supra titulavi.*

Idem quoque archiepiscopus Hatto predium Riamnis sancto Nazario hoc modo adtraxit:

a) Ludowici *cod.* b) *sequitur lacuna in cod.* c) N. *cod.*

45) Virnheim. 46) Neuenheim, prope Heidelberg. 47) Strassheim, prope Virnheim. 48) Cochen-Westheim. 49) Cf. supra p. 352.

## Commutatio Hattonis archiepiscopi et abbatis de Riamnis.

*In nomine Dei summi ego Ruotpertus notum fieri cupio omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus, presentibus scilicet et futuris, qualiter me convenit cum Hattone venerabili episcopo et abbate cenobii, Lauresham dicti, quasdam res ipsius cenobii, in quo sanctus Nazarius martyr corpore quiescit, meis rebus contiguas, causa compendii cum proprio meo, quod bonae memoriae Arnolfus imperator augustus michi in Raetia Curiense cum suae auctoritatis precepto donavit, concambire; quod et hoc modo feci. Dedi namque quicquid prelibatus domnus imperator augustus in supradicto pago in loco Riamnas*[a] *dicto, vel aliis quibuscumque locis in eiusdem pagi finibus constitutis, cum curtilibus, edificiis, mancipiis, ecclesia baptismali, decimis omnibusque rebus illuc iuste pertinentibus ad prenominatum monasterium in manum suprascripti abbatis suique advocati, Burkardi videlicet comitis; et in recompensationem eiusdem proprii accepi ab hisdem manibus quicquid in locis Wilheim, Pissinga et Vosinga dictis ad ipsum monasterium hactenus pertinuit, iure perenni in proprium, cum curtilibus, edificiis, mancipiis et omnibus rebus ad eadem loca rite pertinentibus.*

904. Iun. 14.

col. 2.

*Actum Inglinheim coram Ludowico rege et populi frequentia testibusque probatis:*

*Adelbertus comes, Arnolfus comes, Cunradus comes, Erinfridus comes, Liutfridus comes et alii multi.*

*Anno incarnationis dominicae* 904. *Regni domni Ludowici* 5°, *sub die* 18. *Kalend. Iulii.*

*Ego Ernustus cancellarius scripsi, diemque et tempus designavi.*

Huius etiam archiepiscopi rogatu prefatus rex Ludowicus supra memorato Sigolfo preposito hubam in Dinenheim per hoc preceptum tradidit:

## Donatio Luodowici quarti Sigolfo in Dienenheim.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hludowicus Dei gratia rex. Ad omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, cupimus venire notitiam, quia nos rogatu Hattonis venerabilis archiepiscopi Sigolfo nostro dilecto monacho, in pago Wormatiense, in comitatu Cuonradi, in villa quae dicitur Dienenheim, hobam unam cum curtilibus, edificiis, mancipiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, vineis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus omnibusque rebus ad ipsam huobam rite pertinentibus perenniter in proprium donavimus. Iussimus quoque hoc preceptum inde conscribi, per quod volumus firmiterque iubemus, quatinus ille memoratus monachus Sigolf de ipsa proprietate ab hodierna die et deinceps liberam atque securam teneat potestatem. Post discessum quoque illius in elemosinam Gerhardi abbatis ad servitium fratrum revertatur, ad provendam illorum. Et ut hoc preceptum largitionis nostrae firmum stabileque consistat, manu nostra illud firmavimus et sigillo nostro consignari iussimus.*

907. Oct. 22.

*Signum*[b] *domni Hludowici (M.) serenissimi regis.* [Sigillum, cui inscriptum:] *Christe, protege Hluodowicum regem.*

*Ernustus cancellarius ad vicem Piligrimi*[c] *archicapellani recognefeci.*

*Data* 11. *Kalendas Novemb. Anno incarnationis Domini* 907. *Indictione* 10. *Anno vero regni pii regis Hludowici* 9. *Actum in Triburia. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Post Luodowicum Karolus occidentale regnum adeptus est. Nam antea Galliarum populus cum consensu Arnolfi imperatoris, incursu crebro Northmannorum compulsus, Udonem ducem regem elegit[50], qui eis contra Northmannos propugnator indefessus exstitit; atque ita deinceps ab hoc regno Galliarum facta discessio est. Udone mortuo successit Karolus[51]. In horum Karolorum decessu in utriusque regni fastigio, Karolorum illa celsa progenies facta est de medio, quae a primo anno Pippini regis Francorum usque ad obitum istorum in regia dignitate claruit annis centum septuaginta tribus[52]. Cuonradus vero, frater Eberhardi marchionis, orientalis regni partem circa Renum tenuit; qui etiam Lauresham monasterio libertatis et inmunitatis privilegium contulit:

**Hucusque progenies magni Karoli**[d]. **Cunradus rex annis 6.**[d] **Huius uxor Cunegunt in Lauresham sepulta**[d].

a) Riammas *cod.* b) Signum — regis *rubro colore in margine addita sunt.* c) Piligrini *cod.* d) *rubrica in margine, manu* 1. *exarata.*

50) a. 888. Ian. 1; obiit a. 898. 51) Simplex dictus, qui regnavit usque ad annum 923. 52) Ab anno primo Pippini regis usque ad obitum Ludowici IV. anni numerantur 159; a Pippino vero usque ad finem Karoli Simplicis anni 173.

## Preceptum libertatis et inmunitatis Laureshamensis cenobii, a Cunrado primo rege datum

913. Iun. 22. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Chuonradus divina annuente clementia rex invictus. Si erga loca divinis cultibus mancipata et fratres in eisdem locis Deo famulantes propter Dei amorem beneficia oportuna largimur, premium nobis apud Deum[a] aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, sagacitas pro certo comperiat, quatenus nos, Dei semper timorem pre oculis habentes, et cogitantes quomodo Dei servitium more antecessorum nostrorum, regum videlicet* fol. 14v. *et imperatorum, in omnibus locupletaremus, unde imperii nostri stabilitas ad presens firmaretur et aeternae beatitudinis gaudium nobis tribueretur, monasterium Lauresham, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi et sanctus Nazarius corporaliter requiescit, quod est situm in pago Renense super fluvium Wisgoz, a iugo alienae potestatis, quo multo tempore obpressum iniustę videbatur, absolvimus, et eidem cenobio more predecessorum nostrorum inmunitatis atque tuitionis dona pro divini cultus amore et animae nostrae remedio concessimus. Ea videlicet ratione, ut monachi inibi commorantes Christoque digne deservientes nunc et in perpetuum liberam et securam habeant potestatem abbatem inter se regulariter eligendi, qui ad Dei servitium nostrumque idoneus appareat. Iussimus ergo hoc privilegium inde conscribi[b], per quod volumus firmiterque decernimus, ut ab hodierna die hec nostrae auctoritatis concessio stabilem et inconvulsum teneat vigorem. Et ne ab aliquo successorum nostrorum turbetur, manu nostra subter notavimus et sigillo nostro consignari precepimus.*

*Signum domni Chuonradi[b',c] (M.) serenissimi regis.*

*Salomon[d] cancellarius ad vicem Piligrimi[e] archicapellani recognofeci[f].*

*Data 10. Kalendas Iulii. Anno dominicae incarnationis 913. Indictione 1. Anno vero piissimi regis Chuonradi 2. Actum apud Lauresham. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Ab hoc identidem rege Cuonrado libertas ęligendi abbatis fratribus Laureshamensis cenobii redintegrata est, et ex eorum electione Liutherus abbatia hoc modo investitus est:

## Preceptum secundum Cuonrádi primi de libertate et electione abbatis.

914. Iun. 7. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Chuonradus divina preordinante clementia rex. Noverit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, industria, qualiter ad nostram venerunt presentiam monachi de cęnobio sancti Nazarii martyris, gratias nobis multimodas de Deo et sancto Nazario[g] suarumque frequentium studia precum devotissime referentes, pro eo quod nos tali electionis honore predictum cenobium sublimare decrevimus, quali in antecessorum nostrorum, regum videlicet et imperatorum, temporibus habere videbantur, qui summo studio, Dei instigante gratia, loca sancta magnis ditaverunt honoribus. Insuper etiam flagitantes, ut propter honorem Dei et prefati sancti, nec non et interventum dilectae coniugis nostrae Chunigundae reginae atque Herigeri archiepiscopi ac Eberhardi marchionis, fratris videlicet nostri, atque Wolvini capellani nostri, id ipsum Laureshamense monasterium Liuthario, fideli nostro abbati eiusdemque cenobii monacho et confratri, ad dies vitae suae concederemus. Nos vero eorum supplicationi ea ratione annuentes[h], ut idem cenobium et monachos in eo degentes sollerti studio, prout poterit, regulariter procurando custodiat, atque nostrum regale servitium, sicut antiquitus constitutum est, inde peragat, iuxta illorum petitionem totiusque consensu eiusdem cenobii familiae, illam abbatiam Lauresham dictam cum omnibus appenditiis illuc rite pertinentibus Liuthario predicto abbati in dies vitae suae in proprium potestative donavimus. Post eius igitur ab hac luce discessum eiusdem cenobii fratres privilegium a regibus vel imperatoribus ac de nostra regali potentia constitutum ac datum sine ullius personae contradictione firmiter atque inviolabiliter teneant. Iussimus quoque hoc preceptum inde conscribi, per quod volumus firmiterque iubemus, quatinus prenotatus abbas ad dies vitae suae securam habeat potestatem. Et ut hoc preceptum firmum permaneat, manu nostra subtus illud firmavimus anuloque nostro illud sigillari iussimus.*

*Signum domni Chuonradi[b'] (M.) serenissimi regis.*

*Salomon[d] cancellqrius ad vicem Piligrimi[e] archicapellani recognovi.*

*Data 7. Idus Iunii. Anno incarnationis Domini 914. Indictione 2. Anno vero regni gloriosissimi regis Chuonradi 3. Actum apud Franchonofurt. In Dei nomine feliciter. Amen[53].*

a) dominum *edit. Palat et Böhmer, Acta Conradi p.* 21. b) perscribi *Böhmer* l. c. b') Cuonradi *cod.* c) primi *addit cod.* d) Salemon *cod.* e) Piligrini *cod.* f) recognovi *Böhmer.* g) N. *cod.* h) annuimus, *corr.* annuentes *cod.*

53) Böhmer, Acta Conradi p. 26.

Huius regis uxor Cunegund Gingen cum omni iure regalique precepto sancto Nazario[a] tradidit, atque ibidem in ecclesia, quae dicitur Varia, se tumulari precepit. col. 2.

### Donatio Cunegundae reginae in Gingen.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Chuonradus divina favente clementia rex.* 915. Febr. 8. *Noverit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, industria, qualiter dilecta nobilisque conius nostra, Chunigund nuncupata, una cum nostrae auctoritatis manu quendam proprietatis suae locum, Ginga appellatum, cum omnibus rebus illuc iuste legitimeque pertinentibus pro aeternae remunerationis augmento nec non et corporis eius sepultura ad monasterium, quod est in loco Lauresham dicto sub honore sancti ac venerabilis martyris Christi Nazarii constructum, tradendo concessit: ea videlicet ratione, ut eiusdem cenobii fratres eundem locum ad alimentum suumque peculiare aevis temporibus teneant atque possideant. Hoc ita peracto, petiit ipsa serenitatis nostrae clementiam, quo eandem proprietatis illius traditionem nostro firmaremus precepto. Nos vero salubri eius petitioni libenti animo et sereno vultu consentientes iussimus hoc nostrae auctoritatis preceptum inde conscribi, per quod volumus firmiterque iubemus, quatinus supradicti cenobii fratres ab hodierna die et deinceps talem inde habeant potestatem, sicut et de aliis rebus quae antiquis temporibus ad prelibatum cenobium eodem tenore pertinere videbantur. Et ut hoc auctoritatis nostraeque confirmationis preceptum firmum et stabile per succedentium temporum curricula consistat, manu nostra propria subtus illud roborantes confirmavimus anulique nostri impressione insigniri precepimus.*

*Signum domni Chuonradi[b] (M.) serenissimi regis.*

*Salomon cancellarius ad vicem Piligrimi[c] archicapellani recognovi.*

*Data 6. Idus Februarii. Anno incarnationis Domini* 915. *Indictione* 3. *Regnante piissimo rege Chuonrado[d] anno* 4. *Actum in villa regia Franconofurt nomine. In Dei nomine feliciter. Amen*[54].

Idem quoque rex predium suum in Wattenheim et Virnheim sancto Nazario cum huiusmodi precepto tradidit:

### Largitio Cunradi primi in Virnenheim.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Chuonradus divina favente clementia rex.* 917. Nov. 3. *Noverit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, industria, qualiter nos cuidam venerabili presbitero nostro, scilicet fideli et dilecto capellano, Werinolf nuncupato, in pago Rinicgowe in comitatu Utonis quicquid nos in locis Watenheim*[55] *et Virnunheim*[56] *nostri iuris hactenus habere videbamur, et ei prius in beneficium concessum tenuimus, cum curtilibus, edificiis, familiis et mancipiis utriusque sexus et ecclesia in Virnunheim constructa, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis omnibusque rebus ad illud beneficium rite pertinentibus, ad dies vitae suae in proprium donavimus. Iussimus quoque hoc preceptum inde conscribi, per quod volumus firmiterque iubemus, quatinus prefatus Werinolf supra nominatas res quam diu vivat sub usu fructuario teneat atque possideat, post obitum vero illius ad monasterium, quod est in loco Lauresham dicto sub honore sancti Nazarii martyris Christi constructum, aeternaliter easdem res possidendas concessimus; ea videlicet ratione, ut supradictus Werinolf suusque suffraganeus, Thiotrich presbiter, talem inde victum et vestitum omniaque necessaria intus et foris illis profutura teneant, sicut olim nos cum Liuthario abbate ceterisque fratribus ibidem Domino famulantibus communi consilio coadunavimus. De vino dentur ei singulis annis tres carradae. Si aliquid vero ei de predictis rebus deficiendo ac retrahendo defecerit, memoratam ecclesiam in[e] Virnunheim aedificatam in perpetuam sibi proprietatem recipiat, eamque potestativa manu teneat atque possideat faciatque inde quicquid sibi libuerit faciendum. Et ut hoc preceptum firmum stabileque permaneat, manu nostra subtus illud firmavimus et sigillo nostro sigillari precepimus.*

*Signum domni Chuonradi (M.) serenissimi regis.* [Sigillum, cui inscriptum:] *Chuonradus rex.*

*Salomon cancellarius ad vicem Piligrimi[c] archicapellani recognovi.* fol. 15.

*Data 3. Nonas Novembris. Anno incarnationis Domini* 916. *Indictione* 6. *Regnante gloriosissimo rege Chuonrado anno* 6. *Actum Franconofurt. In Dei nomine feliciter. Amen*[57].

a) sancto Nazario *in margine suppletum.* \ b) Cuonradi *cod.* c) Piligrini *cod.* d) Cuonrado *cod.* e) in *superscr. cod.*

54) Böhmer, Acta Conradi p. 27. 55) Wattenheim. 56) Virnheim. 57) Böhmer, Acta Conradi p. 32.

### Conscriptio silvae in Virnheim.

Conscriptio marchae et silvae quae pertinet ad Virnunheim[58], sicut eam Chuonradus rex ad manum suam habuit et per Liutfridum, ipsius comitem, ceterosque suos fideles limitibus, collibus, vallibus, lapidibus, tumulis, viis, interdistinguere iussit, sicut infra habetur:

### Termini et limites.

*Ab oriente incipit a petra quae stat in Aldaha, et sic vadit ad vallum ubi confinium est Liuthereshuson et Hetenesheim. Deinde ad furnum calcis. Deinde per medium Michilinrieth. Deinde per medium Rincwison. Deinde ad Sol, quod est in confinio Strazheim et Virnunheim. Deinde ad agrum regis. Deinde ad Stochwege. Deinde ad lapidem, qui stat in vico qui dicitur Gerberti. Deinde ad tumulum. Deinde ad publicam stratam. Deinde ad lapidem, qui est in Musahe. Deinde ad alium lapidem, qui dividit piceum nemus ab altero. Deinde ad Hohenwarta. Deinde ad lapidem, qui stat in via, quae pergit ad Lorsam. Et sic iterum in Aldaha, ut supra dictum est.*

Post Cuonradum regem generali principum habito conventu Heinricus cognomento Saxo, filius Ottonis ducis Saxonici, in regnum sublimatur, ex quo diva Ottonum genealogia processit. Hic contra Rutpertum regem Gallicanae Franciae preliis multis terminos regni Lotharici, sicut hactenus conservantur, obtinuit, et tam Ungariorum, quam Sclavorum Burgundionumque, cum quibus sepe conflixit et semper vicit, bellicis impeditus tumultibus, imperator non est ordinatus. Reliquit autem heredem regni Ottonem primum, qui nulli post Karolum Magnum secundus, victricibus semper armis regni sui terminos dilatavit, unde cognomen ut vocaretur Magnus promeruit.

Heinricus primus rex regnavit annis 16. A quo Ottonum origo[a]. Otto primus imperator annis 38. Magedeburg sepultus[a].

### Anno dominicae incarnationis 931[b].

Iste Ebergisum, in Laureshamensi monasterio a puero educatum et post Liutherum[59], nepotem suum, Mindonensi ecclesiae subrogatum, eiusdem etiam abbatiae honore 17[c] annis sublimavit[60], ipsique loco privilegia libertatis quater innovavit.

### Preceptum primum Ottonis primi de inmunitate Laureshamensis cenobii.

940. Sept. 15

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto[d] divina favente clementia rex. Si liberalitatis nostrae munere loca Deo dicata nostro relevamus iuvamine atque tuemur, id nobis ad temporalem vitam feliciter deducendam et aeternae felicitatis premia capessenda liquido profuturum esse credimus. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum industria, qualiter Ebergisus[e] venerabilis episcopus nosterque fidelis compater, serenitatis nostrae clementiam adiens, postulavit, ut monasterio quod Lauresham dicitur et in honore sancti Nazarii martyris constructum esse dinoscitur, Deique famulis ibidem Deo et sancto Nazario[f] servientibus, nostrae liberalitatis et inmunitatis preceptum fieri decrevissemus, per quod prenotati monasterii Deique servitores res et potestates, quas per totam abbatiam iure debent habere, firmius ac plenius per nostram auctoritatem habere valuissent. Cuius petitioni ob amorem Dei omniumque sanctorum et ob remedium animae patris nostri nostraeque animae et pro incolomitate nostra coniugisque nostrae ac prolis assensum prebentes, ita fieri decrevimus, ita ut prenominatus venerabilis Ebergisus[e] episcopus, quem prenuncupati monasterii catervula cum nostra licentia nostrorumque fidelium consultu in paternum abbatem elegit, eandem abbatiam, quamdiu ex Dei misericordia ei spatium vivendi conceditur, sine ullius hominis contradictione obtineat atque regat. Post eius vero discessum, ut regularis fraternitas postulat, liberam habeat potestatem inter se* col. 2. *eligendi abbatem, et ut ita liceat predictae congregationi eiusque successoribus res cum omnibus, quae nunc possidet vel deinceps acquisierit, quieto ordine absque ulla contradictione possidere, sicuti prius videbatur, dum ab antecessorum nostrorum rectissima tranquilitate cernebatur tueri. Et ut hoc a fidelibus nostris verius credatur ac per succedentium temporum curricula diligentius observetur, manu nostra subtus illud firmavimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.*

a) *rubrica in margine.* b) 921 *cod.* c) *supra 17 addidit eadem manus:* in utroque, *rubro colore scriptum.* d) *a manu eadem superscriptum:* 1. *cod.* e) Eberisus *cod.* f) N. *cod.*

58) Virnheim. 59) qui sedit ab a. 913—931, quare supra a. 931 pro 921 scribendus est. 60) Obiit a. 948, Sept. 17. vel Oct. 18; cfr. Falk l. c. p. 194, not. 71.

*Signum domni*[a] *Ottonis (M.) invictissimi regis.* [Sigillum, cum inscriptione:] *Otto Dei gratia rex*[b].

*Poppo cancellarius ad vicem Friderici archicapellani subnotavi.*

*Data* 17. *Kalendas Octobris. Anno incarnationis Domini* 940. *Indictione* 13. *Anno autem regni Ottonis*[c] *piissimi regis* 5. *Actum in Bullinga. In Dei nomine feliciter. Amen*

Hic idem invictissimus rex quarundam rerum sancti Nazarii commutationem cum Liuthero clerico suo factam precepto suo stabilivit, quas tamen res utrasque post obitum eiusdem Liutheri Laureshamense monasterium possedit.

Commutatio Ottonis primi cum Liuthero clerico in Hemmingesbach.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto divina auxiliante clementia rex. Noverint* 948. Febr. 28. *omnes fideles nostri, presentes scilicet et futuri, qualiter nos cuidam clerico, Liuthere vocato ac nostro fideli, quasdam res proprietatis ad ecclesiam sancti Nazarii, quae est in loco Lauresham nuncupato constructa, pertinentes, ubi venerabilis episcopus atque abbas Evergisus nomine preesse dinoscitur, in legitimum concambium hoc nostrae auctoritatis precepto usque ad finem suae vitae firmiter concessimus; id est quicquid in villa Hemmingesbach*[62] *nominata, in pago Rinecgowe in comitatu Udonis comitis, habere videbamur, cum omnibus appenditiis et adiacentiis suis, iuste legitimeque illuc pertinentibus. Econtra vero recepimus ab eodem Liuthario, quicquid in villa Widerestat habuit atque possedit, et in Hirezbach et in illa marcha quae est in pago Lobotengowe, in comitatu Cuonradi comitis, in villa Swabeheim*[63] *et Eppilenheim*[64] *et in Graninesheim*[65]*, cum omnibus appenditiis illuc legaliter ad prescripta loca pertinentibus. Iussimus quoque inde hoc presens preceptum conscribi, per quod volumus firmiterque iubemus, ut memoratus Liuthere de his omnibus, nostro dono sibi in legitimum concambium concessis, securiter perfruatur quamdiu vivat, manu propria nostra firmatum anuloque nostro sigillatum.*

*Signum domni Ottonis (M.) invictissimi regis.*

*Bruon cancellarius ad vicem archicapellani Friderici recognovi.*

*Data* 3. *Kalendas Martii. Anno incarnationis Domini* 948. *Indictione* 6. *Regnante pio rege Ottone anno* 13. *Actum Salcae.*

Iste quoque Liutherus postea quedam predia sua predicto concambio superaddidit et tali testamento confirmavit:

Donatio et prestaria eiusdem Liutheri.

*Noverit benignitas tam presentium quam futurorum fidelium, qualiter ego Liutherus, humilis diaconus, annuente Ottonis serenissimi ac gloriosissimi regis clementia, data etiam commutationis carta ipsius anuli impressione signata, quoddam olim feci concambium de rebus proprietatis ad monasterium sancti Nazarii, in loco Lauresham dicto situm*[d]*, pertinentibus, tantum accipiens et de meis tantum tribuens, talique rationis tenore, quemadmodum in prefata carta scriptum habetur. Set quoniam ipsius concambii sanctionem quidam destruere conati sunt, eo quod de meae proprietatis rebus minus aequo viderer contulisse monasterio, addendo legitima donatione ad ipsum tradidi monasterium quicquid habui in prediis et mancipiis* 40[e] *in duabus villis, scilicet in Phungestat*[66] *et Heberstat*[67] *in pago Rinechgowe in comitatu Cunradi comitis, id est mansos* 9 *cum omnibus legitimis appenditiis suis; et accepi in eodem pago et comitatu, in marcha ad villam Seheim dictam pertinente, ad augmentationem predicti concambii mansos* 4 *similiter cum omnibus legitimis appenditiis suis. Preterea quoque legitima* fol. 15v. *traditione ad predictum tradidi monasterium, quicquid usquam proprietatis habui in prediis et mancipiis illa die, et deinceps usque ad terminum vitae meae acquirere potero, omnemque possessionem, quae in potestate et domo mea vel in alio quocumque loco in omni supellectili et substantia reperta fuerit vitae meae ultimo die. Hanc autem traditionem maxime pro remedio animae meae, presentibus cunctis sepedicti monasterii monachis ceterisque fidelibus clericis et laicis, consilio et verbo sanctae memoriae senioris mei Brunonis feci. et ut predictum concambium, sicut est regia auctoritate firmatum, cum illa augmentatione mansorum quatuor iugiter michi maneat inconvulsum ac stabile.*

a) *superscr.* 1. *cod.* b) Otto — rex *a scriba in fine diplomatis collocatum.* c) *superscriptum* 1. *a manu prima.* d) situm *superscr. cod.* e) 40 *a manu* 1. *superscriptum cod.*

*) Annus enim hic intercalaris fuit. 62) Hemsbach. 63) Schwabenheim. 64) Eppelheim. 65) Granesheim. 66) Pfungstadt. 67) Eberstadt.

*Testes huius rei fuerunt Gerbodo, tunc[a] prepositus, post abbas[a]; Suitgerus, Otbertus et alii multi, tam monachi quam laici.*

### Anno Domini 944.[68]

948. Post Ebergisum Otto serenissimus rex germanum suum Bruononem, Coloniensis sedis archiepiscopum[69] et omnium virtutum floribus adornatum, eidem monasterio prefecit. Hic inter[b] cetera pietatis opera, quae non solum in ęcclesia sibi commissa, set etiam per totum fratris regnum fideliter et feliciter gessit, apud sedis suae metropolim tria monasteria construxit: unum apud sanctum Pantaleonem, ubi conditus requiescit; aliud ad sanctum Andream apostolum; tercium ad sanctum Martinum. Laureshamensi quoque monasterio inter plurima liberalitatis suae dona thuribulum argenteum magnum et duos nolarum circulos[70] argenteos contulit, et 30 hubas in Bruómat a fratre suo Ottone sancto Nazario dari expetivit. Prefuit eidem cenobio annis 4.

### Donatio Ottonis primi in Bruomat 30 hubarum.

953. Aug. 11. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto divina annuente clementia rex. Noverint omnes fideles nostri, presentes scilicet et futuri, qualiter nos per interventum dilecti fratris nostri Brunonis fratribus Deo sanctoque Nazario servientibus in Lauresham ad usum illorum in proprium donavimus, quicquid hereditarii iuris Guntrammus habuit in pago Elisaza[71] situm et in comitatu Bernhardi comitis, nostrae vero potestati ut subiaceret fiscatum; id est in villis Bruomagad[72] et in Mumenheim et in Grioz et in Walahon et in Bernnesheim et in Moresheim 30 huobas cum omnibus illuc aspicientibus, mansis, mancipiis, pratis, pascuis, silvis, aquis[c] aquarumve decursibus, molendinis. Et ut huius cartae corroboratio omni tempore firma stabilisque permaneat, hoc presens iussimus preceptum conscribi et anuli nostri impressione subtus insigniri.*

*Signum domni Ottonis (M.) invictissimi regis.*

*Liudolfus cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognovi.*

*Data 3. Idus Augusti. Anno incarnationis Domini 953. Anno regni Ottonis piissimi regis 17. Actum publice in civitate Mogontia.*

### Anno dominicae incarnationis 948.[73]

951. Dehinc Gerbodo, vir omni vitae morumque ingenuitate spectabilis, eiusdem monasterii regimini succedit, et 22 annos[74] in commissa sibi dispensatione fideliter explevit. Hic ecclesiam satis decoram in supradicto loco Bruomat aliamque in Wibelingen exstruxit, pavimentum ante altare sanctae crucis usque in medium marmore stravit, calicem aureum sive[d] patenam[e], lampades argenteas quatuor fieri iussit; apparatus divinis officiis aptos plurima ex parte ęcclesiae contulit, paradisum totum plumbo operuit, pulpita ante portas eiusdem paradisi fabricavit, refectorium augmentavit, dormitorium renovavit, aedificium necessariorum prominens aptavit, domum lapideam in castello Michlenstat aedificavit, curtem Gingen

col. 2. nuncupatam reacquisivit, privilegium quoque libertatis a rege Ottone primo impetravit:

### Preceptum secundum Ottonis primi de libertate eiusdem monasterii.

956. Febr. 29.* *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto Dei gratia rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus, presentibus scilicet et futuris, qualiter nos amore Dei, in cuius manu corda regum sunt, interveniente dilecta coniuge nostra Adelheide, abbatiam sancti Nazarii martyris, cenobio Lauresham appendentem, multis ante nos temporibus usque ad hec nostra tempora per varia dispersam atque divisam, in unum recollegimus, et suae eam potestati, quam iniuste visa est amisisse, restituimus et venerabili eiusdem loci abbati Gerbodoni cum omni integritatę commisimus atque tradidimus, et ut idem ipse abbas suique successores, aequę abbates, plena et integra potestate praedicto loco cunctisque ad idem cenobium pertinentibus presint et dominentur, ne monachi ibidem congregati vel congregandi ab ullo inquietentur, set tranquilla pace*

a) *voces* tunc *et* post abbas *ab auctore Chronici textui chartae insertas sunt.* b) in *cod.* c) aquis *om. cod.* d) sine *cod.* e) patena *cod.*

68) immo a. 948, quo anno Evergisus mortuus est; cfr. supra p. 388, not. 60 et Falk l. c. p. 194, not. 74. 69) scilicet inde ab a. 953, Aug. 30. 70) de quibus cfr. Falk l. c. p. 195, not. 75. 71) Elsass. 72) Brumath. 73) immo a. 951; cfr. Ann. S. Nazarii s. h. a. (SS. XVII, 33.) 74) Moritur a. 972. *) Annus 956 intercalaris fuit.

*Deo famulentur, imperii nostri auctoritate constituimus, et perpetuam vel liberam eisdem monachis eligendi cum opus fuerit abbatem inter se licentiam et arbitrium regalitatis nostrae pietate concedimus. Iussimus quoque ob remedium animae nostrae prefato monasterio cartam immunitatis vel tuitionis firmitatis gratia conscribi, per quam precipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus vel quislibet ex iudiciaria potestate seu alia aliqua persona quicquam potestatis aut negotii in rebus eiusdem monasterii sine abbatis licentia exercere vel habere presumat, nec homines ipsius loci tam ingenuos quam servos iniuste distringere vel ad causas audiendas vel freda aut tributa solvenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos cogere vel quicquam ab eis penitus exigere audeat; set sub immunitatis nostrae defensione omnia illuc aspicientia abbas quieto ordine et absque ulla molestia possideat. Et ut hoc auctoritatis nostrae preceptum firmum et stabile permaneat, anuli nostri impressione signari iussimus et manu propria subtus firmavimus.*

*Signum domni (M.) Ottonis, serenissimi regis.*

*Liutolfus cancellarius ad vicem Willehelmi archicapellani recognovi.*

*Data 2. Kalendas Martii. Anno incarnationis Domini nostri Ihesu Christi* 956. *Indictione* 13 *Regnante pio rege Ottone*[a] *anno* 21. *Actum Lauresham feliciter. Amen.*

Mercatum etiam in Basinsheim prefatus rex Otto eidem cenobio per hanc auctoritatem concessit:

### Eiusdem de mercato in Basinsheim.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto Dei gratia rex. Notum sit*[b] *omnibus* 956. Mart. 5. *fidelibus nostris, presentibus scilicet et futuris, quod nos pie et salubriter de statu regni nostri tractando ob interventum dilectae coniugis nostrae Adelheidae venerabili sanctae Laureshamensis ecclesiae abbati Gerbodoni ad utilitatem fratrum, ibidem Deo*[c] *deservientium, in quadam eiusdem cenobii villa, quae Basinesheim*[76] *dicitur, publicas mercationes fieri concessimus. Et ut hoc munificentiae nostrae munus eidem abbati suisque successoribus stabile et inconcussum permaneat, nec ab aliquo per succedentia tempora valeat infirmari, hoc presens preceptum conscribi et anuli nostri impressione signari iussimus et manu propria subtus firmavimus.*

*Signum domni Ottonis (M.) serenissimi regis.*

*Liutolfus ad vicem Willehelmi archicapellani recognovi.*

*Data* 3 *Nonas Martii. Anno* quo supra. *Actum in Franconofurt feliciter. Amen.*

Idem ipse privilegium libertatis eidem monasterio tertio confirmavit imperator iam ordinatus:

### Preceptum tertium Ottonis primi de immunitate ipsius loci.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto Dei gratia rex Francorum et Langobar-* 963. Ian. 26. *dorum ac patritius Romanorum*[d]. *Notum sit omnibus tam presentibus quam et futuris fidelibus, qualiter ob amorem Dei et animae nostrae remedium abbatiam cenobio Laouresham appendentem in unum deinceps esse collectam, et ipsum cenobium regulari ordine et abbate solide et incon-* fol. 16. *vulse per omnia semper vigere decrevimus. Quapropter obsecrante venerabili abbate Gerbodone, eidem monasterio nostra electione inthronizato, hoc nostrae auctoritatis preceptum fieri voluimus, quo precedentium augustorum, scilicet illustris et magni Karoli piique Hludowici, benignitatem imitando, regularem monachis illius monasterii de abbate electionem indulgemus, et ipsam abbatiam ex integro potestati abbatum ad communem utilitatem monachorum Deo ibi famulantium subdimus. Statuimus etiam episcopum, in cuius parrochia situm est monasterium, ex qualibet occasione ibi irrumpere seu monachos irrationabiliter inquietare non debere, nec ex rebus monasterii in omni imperii nostri ditione thelonei exactionem fieri, nec publicum iudicem seu quemlibet ex iudiciaria potestate vel aliquam aliam personam quicquam potestatis aut negotii sine voluntate aut permissu abbatis in omnibus sepe dicti monasterii rebus habere vel exercere. Quicquid ius fisci exinde exigere potuerat, ex integro in usus monasterii cedere precipimus. Homines quoque ingenuos seu servos, in possessionibus monasterii commanentes, distringere sive ipsas possessiones contra abbatis decretum intrare seu ad causas audiendas seu mansiones faciendas aut freda vel tributa exigenda vel ullam in aliquo violentiam faciendam, omnibus omnino hominibus per hanc nostrae immunitatis conscriptionem prorsus inter-*

a) *superscriptum* 1. *cod.* b) sit ‖ omvolumus *(sic!)* omnibus *etc. cod.* c) *syllaba* de *superscripta.* d) *titulus depravatus; legendum est:* Otto divina auxiliante clementia imperator augustus. 76) Bensheim.

*dicimus, atque ab huiusmodi vel simili presumptione cunctos per omnia tempora inhibemus; quatinus abbas et monachi omnia illuc aspicientia sub nostra tuitione, quo ordine quietiore possederint, eo liberius pro statu imperii nostraque salute Deo vacent. Et ut hoc auctoritatis nostrae preceptum firmum et stabile permaneat, anuli nostri impressione signari iussimus et manu propria subtus firmavimus.*

*Signum domni Ottonis (M.) serenissimi imperatoris augusti.*

*Liudolfus cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognovi.*

*Data 7. Kalendas Februarii. Anno incarnationis domini nostri Ihesu Christi* 963. *Indictione* 6. *Regnante pio imperatore Ottone anno* 28. *Actum Papiae feliciter. Amen.*

Huius imperatoriae maiestatis preceptum Silvester, Romanae sedis pontifex, mediante Gerbodonis[77] abbatis industria, apostolica auctoritate confirmavit; qui de libertate eiusdem monasterii tale decretum promulgavit:

### Privilegium Silvestri papae de libertate Laureshamensis cenobii.

999. Oct. *Silvester episcopus, servus servorum Dei. Universis sanctae Dei ecclesiae filiis. Notum fieri volumus universis, tam presentibus quam futuris, abbatiam quae vocatur Lauresham dominio regum sive paparum solummodo subiectam antiquitus fuisse; post vero tam imminutione rerum quam peccatis increscentibus a priori statu degenerasse. Nunc autem a dilecto filio nostro Ottone cesare augusto*[78] *moniti, per interventum Willigisi Magontini archiepiscopi*[79] *ac Franconis Wormaciensis episcopi*[80] *suorumque fidelium atque omnium eiusdem provinciae episcoporum simulque Berneharii Verdensis episcopi*[81] *predictam abbatiam ad priorem statum nostra auctoritate redire iubemus atque frui libertate*[a], *quam antea habuisse manifestum est; hoc est, ut regum atque paparum tantum dominio subdatur, alienae vero potestatis penitus fiat extorris. Cuius loci abbas sive monachi, quamdiu religiose atque beatę vixerint, cum quiete et pace et absque contradictione cuiuslibet personae maneant. Si vero religionem reliquerint ac negotiis illicitis secularibusque operam dederint, a papa Romano monendos decernimus et corrigendos. A quo moniti si non ęmendantur, regiae potestati deputamus. Hoc ergo nostrae constitutionis privilegium ratum et inviolabile esse per omnia tempora volumus. Quod si quis* col. 2. *irritum facere presumserit, inprimis iram Dei incurrat, sitque anathema Maranatha*[82].

*Scriptum per manus Petri notarii ac scriniarii sanctae Romanae ęcclesiae, in mense Octobri. Indictione* 13. *Bene valete.*

Addidit quoque idem imperator prefato monasterio mercatum et theloneum in Wezenloch hoc modo:

### Preceptum Ottonis primi de mercato in Wezenloch.

965. Mai. 6 *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto divina auxiliante clementia imperator augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam futurorum, industria, qualiter nos ob mercedem retributionis divinae interventu dilectae coniugis nostrae Adelheidae venerabili abbati Gerbodoni fideli nostro, qui cenobio sancti Nazarii in Lauresham preesse videtur, in quadam eiusdem cenobii villa Wezinloch*[83] *nominata in comitatu Cuonradi comitis mercatum publicum fieri concessimus, et quicquid in thelonei lucris vel alia aliqua utilitate exinde proventurum esse videtur, ad servitium Sancti Michahelis in Abramesberg*[84] *seu Sancti Nazarii in Lauresham imperatoriae nostrae largitatis munificentia donavimus. Et ut hoc auctoritatis nostrae donum sive preceptum stabile et inconcussum permaneat, hanc chartam conscribi et anuli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum domni Ottonis magni et invictissimi (M.) imperatoris augusti.* [Sigillum, cui inscriptum: *Otto Dei gratia imperator augustus*[b].]

*Liudolfus cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognovi.*

*Data* 2. *Nonas Maii. Anno incarnationis dominicae* 965. *Indictione* 8. *Anno regni domni Ottonis* 30, *imperii vero* 4. *Actum Herestein palatio. In Dei nomine feliciter. Amen.*

a) liberalitate *cod.* — b) Otto — augustus *in fine dipl. additum.*

77) Falsum, nam Gerbodo abbas a. 972 mortuus est. 78) scil. Ottone III. 79) Sedit annis 975 — 1011. 80) a. 998 — 999, Aug. 28. 81) 993 — 1013. 82) i. e. sitque anathema in adventu Domini nostri; cfr. Du Cang. s. v. 83) Wiesloch. 84) Heiligenberg, prope Heidelberg.

### De statu ęcclesiae in Empele.

His et huiusmodi imperialis munificentiae privilegiis reverendus abbas Gerbodo per interventum venerabilis ac Deo amabilis Adelheidae imperatricis augustae Laureshammense monasterium pristinae libertati reformavit, et res eiusdem, tam intestinis quam extraneis cladibus quacumque dispersas et profligatas, recolligens redintegravit. Unde et in pago Dehsendron[85] in praesidatu Ansfridi comitis, in villa vocabulo Empele[86], ęcclesiam quondam fundatam sed alluvione aquarum collapsam reaedificavit. Super qua Eberkarus, Leodiensis 969. ecclesiae episcopus, facta sinodali inquisitione, quo loco fundata, qualiter dotata, quando diruta fuisset, si vestitura eius Laureshamensi monasterio cum decimis suis iuste ac legitime adtineret, canonico iudicio ac septem illustrium ex eodem comitatu virorum iuramento diligenter investigavit, eamque reaedificatam in honore sancti Nazarii et sancti Lamberti martyrum Kalendis Octobris consecrans dedicavit, et decimas episcopali iustitiae tum[a] adiudi- Oct. 1. catas sub testimonio totius sinodalis conventus, Laureshamensis cenobii iuri et dominio ad eiusdem ęcclesiae titulum perpetuo impendendas resignavit. Testes Adelbertus corepiscopus, Buobo Leodicensis prepositus, Irimbolt, Wodilbalt Laureshamensis prepositus et alii multi. Actum Leodii, anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi 969. Indictione 12. Anno vero regni Ottonis serenissimi regis 34, imperii autem ipsius 7. *Ego itaque Berchthath, Dei vocatione monachus atque indignus diaconus, hanc cartam actionis descripsi, diemque et tempus ut supra notavi.*

Eodem tempore quidam Ratherus et uxor eius Eggeburg res proprietatis suae in Hantscuesheim[88] sancto Nazario tradiderunt, et res eiusdem cenobii subter notatas ad dies vitae suae in beneficium receperunt.

### Donatio Ratheri et Eggeburgae in Hantscuesheim.

*Ego in Dei nomine Rathere et uxor mea, nomine Eggeburg, donamus ad sanctum Dei* 968. Dec. 2. *martyrem Nazarium, qui requiescit in corpore in pago Renense in monasterio Lauresham super fluvium Wisgoz, ubi venerabilis abbas Gerbodo regulariter preesse videtur, quicquid in Hantscuesheimero marcha visi sumus habere cum omnibus iuste ac legitime illuc pertinentibus,* fol. 16'. *terris et locis, curtilibus, agris, pratis, silvis, campis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et immobilibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, nichil extra pretermittentes, set omne, quicquid dici aut nominari potest, de proprio iure in ius et dominium prefati martyris rectorumque ipsius monasterii transfundimus perpetualiter possidendum. Ea scilicet ratione, ut a die presente possideant et excolant et liberam ac firmam in omnibus potestatem habeant, absque preiudicio et inquietudine alicuius, commutandi, distrahendi vel quicquid sibi libuerit inde faciendi. Ęcontra vero ex prefati abbatis et fratrum suorum benivolentia et consensu in beneficio recepimus in Liuthereshuson*[89] 3 *hobas et dominicalem decimationem, et in Nivenheim* 3 *hubas et dimidiam et decimationem ad eandem ęcclesiam pertinentem; hoc videlicet pacto, ut deinceps nichil omnino prenominatarum rerum nobis vendicemus, set in usus monasterii statim conferamus, illas vero res quas in beneficium accepimus, ad dies vite nostrae sine impedimento et contradictione habeamus et possideamus, et nichil inde minuere aut deteriorare aliquem permittamus, set augere et meliorare in omnibus studeamus. Post decessum vero utriusque nostrum memoratae res cum omni integritate ad predictum revertantur monasterium.*

*Actum publice in Liuthereshuson,* 4. *Nonas Decembris, anno ab incarnatione Domini* 968. *Indictione* 11. *Regnante Ottone primo*[b] *imperatore augusto anno* 33, *imperii autem eius* 6.

*Signum Ratheri et uxoris eius Eggiburgae. Signum Gerbodonis abbatis. Signum advocati Liutheri et advocati Burchardi et aliorum.*

*Ego Salemannus*[90] *indignus monachus et diaconus scripsi, diemque et tempus ut supra notavi.*

a) adiucatas *cod.* b) primo *superscriptum.*

85) pagus Lotharingiae inferioris, qui et Debsandara, Texandria; hodie „das Kemper Land." 86) ad Mosam, prope Herzogenbusch. 88) Handschuchheim. 89) Leutershausen. 90) In catalogo fratrum coenobii Laurescham. tempore Gerbodonis abbatis (apud Dahl, histor. topogr. statist. Beschreib. des Fürstenthums Lorsch, p. 63, not. 2) presbyteri tres huius nominis recensentur, quorum unus postea abbas constitutus est.

### Donatio, quam fecit Adalhoch in Scarra.

954 Febr. 4. *Notum sit omnibus, presentibus scilicet et futuris, qualiter ego Adalhoch pro amore Dei et sancti Nazarii martyris Christi seu etiam pro remedio animae meae rem proprietatis meae in pago Lobodonense, in comitatu Cuonradi, in loco nuncupato Scarra*[91]*, quicquid in eodem loco proprietatis habere visus sum in terra culta et inculta, in pratis, silvis atque mancipiis duodecim, ad predicti martyris locum tradidi integre et inconvulse. Postea vero, ex venerabilis Gerbodonis abbatis omniumque fratrum ac fidelium eiusdem monasterii benivolentia et consensu ipsas res a me traditas, et insuper quicquid iuris sancti Nazarii fuit in Sueinheim*[92] *et Rod, ad dies vitae meae in beneficium accepi, quatinus utrasque res absque preiudicio et inquietudine possideam et excolam et nichil inde minuere*[a] *aut deteriorare permittam, set augere et meliorare studeam. Post discessum vero meum utraeque res melioratae et auctae ad sanctum Nazarium revertantur.*

*Actum in Lauresham, anno incarnationis dominicae 954, Ottone regnante anno 27.*[93]*, sub die 2. Nonas Februarii.*

*Signum ipsius Adalhohi. Signum Gerbodonis abbatis. Signum Volradi et aliorum.*

*Ego indignus monachus Thancradus hanc prestariam scripsi, diemque et tempus ut supra titulavi.*

### Anno dominicae incarnationis[b] 972.

Gerbodone palmam supernae vocationis adepto[94], Salemannus, vir Deo dignus, divina humanaque sapientia plenus ac omni bonitate conspicuus, ex assensu serenissimorum imperatorum Ottonis primi et filii eius omniumque fratrum ac familiae conventia pastor et rector eidem loco preficitur. Qui inter multa ac magnifica pietatis opera, quae per singula col. 2. longum est enarrare, iussit tabulam ad altare principale auro gemmisque preciosissimis adornari et crucem magnam simili operis scemate parari, frontem quoque ciborii, super requiem martyris versus altare respicientem, auro purissimo vestiri, et tres libros ex ębore et argento mirifice venustari. Moralia in tribus voluminibus complevit; duos nolarum circulos argenteos ecclesiastico ornatui adiecit; strata pavimenti finetenus perfecit[95]. Postremo iam senio confectus, iuvenilem tercii Ottonis imperatoris offensam, qua eum frustra impetebat, non sustinens, monasterii curam resignavit[96], et quod reliquum in carne vixit temporis habitavit secum[97]. Rexit hunc locum annis 27.[98] Hic in principio introitus sui quartum cęnobii eiusdem libertatis et inmunitatis privilegium a divo imperatore Ottone primo impetravit.

### Preceptum quartum Ottonis primi de immunitate eiusdem cenobii.

972 Dec. 27. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto Dei gratia rex Francorum et Langobardorum ac patritius Romanorum*[c]*. Notum sit omnibus, tam presentibus quam et futuris fidelibus, qualiter ob amorem Dei et animae nostrae remedium abbatiam, cenobio Lauresham appendentem, in unum deinceps esse collectam, et ipsum cenobium regulari ordine et abbate solide et inconvulse per omnia semper vigere decrevimus. Quapropter, obsecrante venerabili abbate Salemanno, eidem monasterio nostra electione inthronizato, hoc nostrae auctoritatis preceptum fieri voluimus, quo precedentium augustorum, scilicet illustris et magni Karoli piique Hludowici, benignitatem imitando, regularem monachis illius monasterii de abbate electionem indulgemus, et ipsam abbatiam ex integro potestati abbatum ad communem utilitatem monachorum Deo ibi famulantium subdimus. Statuimus etiam episcopum, in cuius parrochia situm est ipsum monasterium, ex qualibet occasione ibi irrumpere seu monachos irrationabiliter inquietare non*

a) munuere *cod.* b) *sequitur lacuna, quam manus recens numero supplevit* 970. c) *pro falso titulo diplomatis legendum:* Otto divina favente clementia imperator augustus.

91) Scharrhof. 92) Schwanheim, prope Bensheim. 93) Annus 954 incidit in a. Ottonis 18; quare fortasse cum editore Gottwicensi p. 133, not. legendum erit: *anno inc. dom.* 963. Editor Palat. annum scribit 964, asserens (cfr. Praefat. Tomi II, fol. 4 ex.) codicem hunc annum exhibere; falso, nam autographum numerum distincte ostendit *DCCCLIIII.* 94) Obiit a. 972, Aug. 1. Cfr. Annal. S. Nazarii ad ann. 972. (SS. XVII, pag. 33.) et Annal. necrol. Fuldenses mai. ad a. 972 (Böhmer, Fontes III, 157); necnon Kalendarium necrol. Laureshamense (Böhmer l. c. p. 148). 95) Cfr. Kalendar. necrolog. Lauresh. l. c. p. 145 sub die 4. Kal. Mart. 96) anno 998 post m. Aprilem. 97) Obiit die 26. Februarii, anno 999. 98) Catalog. abbatum Lauresh. (apud Falk p. 120) Salemanno 22 annos tribuit, sed falso, nam a. 998, m. Aprili in diplomate Gregorii papae adhuc abbas occurrit; cfr. infra p. 400.

*debere, nec ex rebus monasterii in omni imperii nostri ditione thelonei exactionem fieri, nec publicum iudicem seu quemlibet ex iudiciaria potestate vel aliam aliquam personam quicquam potestatis aut negotii sine voluntate aut permissu abbatis in omnibus sepedicti monasterii rebus habere vel exercere. Quicquid ius fisci inde exigere potuerat, ex integro in usus monasterii cedere precipimus; homines quoque ingenuos seu servos, in possessionibus monasterii commanentes, distringere sive ipsas possessiones contra abbatis decretum intrare, seu ad causas audiendas seu mansiones faciendas aut freda vel tributa exigenda vel ullam in aliquo violentiam faciendam omnibus omnino hominibus per hanc nostrae immunitatis conscriptionem prorsus interdicimus, atque ab huiusmodi vel simili presumptione cunctos per omnia tempora inhibemus; quatinus abbas et monachi omnia illuc aspicientia sub nostra tuitione quo quietiori ordine possederint, eo liberius pro statu imperii nostraque salute Deo vacent. Et ut hoc auctoritatis nostrae preceptum firmum et stabile permaneat, anuli nostri impressione signari iussimus et manu propria subtus firmavimus.*

*Signum domni Ottonis (M.) serenissimi imperatoris augusti.*

*Willigisus cancellarius ad vicem Ruotberti archicapellani recognovi.*

*Data* 6. *Kalendas Ianuarias. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi* 972. *Indictione* 15. *Regnante pio imperatore Ottone*[a] *anno* 37. *Actum Franconfurt feliciter. Amen.*

Ottoni magno imperatori augusto successit filius eius Otto secundus, vivente adhuc patre Romae cesar appellatus[1], et ob insignia quae cum Sarracenis gessit prelia Pallida Mors Sarracenorum cognominatus. Hic etiam patris exemplo privilegium libertatis Laures- fol. 17. hamensi monasterio rogatu prefati Salemanni abbatis tradidit:

### Preceptum Ottonis secundi de immunitate Laureshamensi.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto*[b] *divina ordinante clementia imperator* 973. *augustus. Notum sit omnibus, tam presentibus quam et futuris fidelibus, qualiter ob amorem* Iun. 17. *Dei et animae nostrae remedium abbatiam cenobio Lauresham appendentem in unum deinceps esse collectam, et ipsum cenobium regulari ordine et abbate solide et inconvulse per omnia semper vigere decrevimus. Quapropter ob interventum dilectissimae genitricis nostrae Adelheidae venerabili abbati Salemanno, eidem monasterio nostra electione inthronizato, hoc nostrae auctoritatis preceptum fieri voluimus, quo precedentium augustorum, scilicet illustris [illegible] magni Karoli piique genitoris nostri, benignitatem imitando, regularem monachis illius monasterii de abbate electionem indulgemus, et ipsam abbatiam ex integro potestati abbatum ad communem monachorum utilitatem Deo ibi famulantium subdimus. Statuimus etiam episcopum, in cuius parrochia situm est monasterium, ex qualibet occasione ibi irrumpere seu monachos irrationabiliter inquietare non debere, nec ex rebus monasterii in omni imperii nostri ditione thelonei exactionem fieri, nec publicum iudicem seu quemlibet ex iudiciaria potestate vel aliquam aliam personam quicquam potestatis aut negotii sine voluntate ac permissu abbatis in omnibus sepedicti monasterii rebus habere vel exercere. Quicquid vero ius fisci exinde exigere potuerat, ex integro in usus monasterii cedere precipimus. Homines quoque ingenuos seu servos, in possessionibus monasterii commanentes, distringere sive ipsas possessiones contra abbatis decretum intrare, seu ad causas audiendas seu mansiones faciendas aut freda vel tributa exigenda vel ullam in aliquo violentiam faciendam omnibus omnino hominibus per hanc nostrae immunitatis conscriptionem prorsus interdicimus, atque ab huiusmodi vel simili presumptione cunctos per omnia tempora inhibemus; quatinus abbas et monachi omnia illuc aspicientia sub nostra tuitione quo ordine quietiore possederint, eo liberius pro statu imperii nostraque salute Deo vacent. Et ut hoc auctoritatis nostrae preceptum firmum et stabile permaneat, anuli nostri impressione signari iussimus et manu propria subtus firmavimus.*

*Signum domni Ottonis (M.) magni imperatoris augusti*[b].

*Willigisus cancellarius ad vicem Ruotperti archicapellani recognovi.*

*Data* 15. *Kalendas Iulii. Anno dominicae incarnationis* 975[2]. *Anno vero regni Ottonis*[c] 13, *imperii autem eius* 5[3]. *Actum Wormatiae feliciter. Amen.*

Hoc quoque imperatoriae maiestatis preceptum Benedictus papa apostolica auctoritate commendavit et roboravit:

a) *superscriptum* I. *cod.* b) Signum — augusti *desunt in cod.* c) *superscriptum:* II.

1) 967, Dec. 25. 2) Legendum a. 973. 3) Legendum *VI;* cfr. Böhmer, Regest. n°. 433, et Stumpf, Reichskanzler II, n°. 586, qui legi iubet *XII. Kal. Iulii.*

### Benedicti papae de libertate Laureshamensis ęcclesiae.

982. Dec. 30. *Benedictus episcopus, servus servorum Dei. Dilectissimo in Domino filio Salemanno, religioso abbati venerabilis Laureshamensis ęcclesiae, et per te in eodem venerabili monasterio[4], tuisque successoribus in perpetuum. Quoniam concedenda sunt, quae rationabilibus desideriis pertinere noscuntur, nostri apostolatus auctoritas ad corroborandam piam devotionem sancta loca construentium in prestandis privilegiis debet minime abnegari. Igitur quia excellentia* col. 2. *spiritualis filii nostri domni Ottonis, piissimi imperatoris augusti, postulavit a nobis, quatinus monasterium Lauresham, quod constructum esse certum est a piissimis imperatoribus Karolo Magno filioque eius Ludowico eorundemque successoribus, ubi modo venerabilis abbas Salemannus regulari institutione preesse videtur, privilegiis sanctae Romanae et apostolicae sedis modis omnibus decoretur, scilicet ut nullius iuri et ditioni submittatur: et ideo piis desideriis spiritualis filii nostri faventes, hac nostra apostolica auctoritate decernimus, id ipsum prefatum monasterium amodo et usque in finem seculi sub patrocinio sanctae Romanae et apostolicae matris ęcclesiae cum omnibus quae ad illud pertinent permanendum. Decernimus namque sub divini iuditii obtestatione et beati Petri apostolorum principis nostraeque auctoritatis interdictione, ut nullus in aliquo gradu constitutus vel in quolibet ordine aut ministerio audeat moleste causis eiusdem monasterii incumbere, aut de rebus et possessionibus quoquo modo auferre aut alienare seu ipsos monachos inibi Deo servientes inquietare presumat, nec quamlibet malitiam et iacturae molestiam ibidem inferre conetur, dum profecto illud, ut sepe predictum est, firma stabilitate sub patrocinio et iurisdictione sanctae nostrae Romanae matris ęcclesiae permanendum sancimus. Addimus insuper, post obitum abbatis ut nemo ibidem abbatem constituat, nisi quem consensus et communis voluntas ibidem regulariter viventium ex ipsa congregatione elegerit, nullumque premium sive donum pro consecratione illius abbatis, qui tunc temporis fuerit presul, accipere contendat. Et si eum gratis ordinare noluerit, vel a nostra Romana matre ęcclesia, vel a quolibet venerabili episcopo per nostram auctoritatem libere ordinetur. Promulgantes nempe et hoc auctoritate beatissimi Petri principis apostolorum coram Deo et terribili eius futuro examine per huius nostri apostolici privilegii constitutionem sancimus, ut universa quae ab antecessoribus successoribusque nostris in rebus mobilibus et inmobilibus concessa sunt, nec non et possessiones quae a regibus et principibus seu a quibuslibet Christi fidelibus collata sunt fuerintve in posterum, inconcussa stabilitate ad ius et dominium sancti Nazarii martyris perpetuis temporibus perseverent. Nec licentia sit, ut dictum est, ex omnibus eidem sancto monasterio pertinentibus cuique magnae parvaeque personae diripere quicquam et auferre, ut profecto ad Dei laudem sęcurum et tranquillum iuste id, quod subiectum iuri et patrocinio sanctae sedis apostolicae fore decrevimus, bene dotatum et in melius dotandum permaneat. Si quis autem, quod non optamus, nefario ausu presumpserit, haec, quae a nobis ad honorificentiam domini Dei et salvatoris nostri pro stabilitate ipsius monasterii et quiete monachorum statuta sunt, transgredi: sciat se anathematis vinculo innodatum et cum diabolo et omnibus impiis aeterni incendii atrocissimo supplitio deputatum. At vero, qui pio intuitu custos et observator eorum exstiterit, omnimodae benedictionis gratiam omniumque peccatorum suorum absolutionem et indulgentiam et celestis vitae beatitudinem cum sanctis et electis omnibus a misericordissimo domino Deo nostro consequi mereatur in secula seculorum. Amen.*

*Scriptum[a] per manum Stephani notarii et regionarii et scriniarii sanctae Romanae ęcclesiae, in mense Ianuario et indictione undecima. Bene valete.*

f. 17'. *Data 3. Kalendas Ianuarii per manum Stephani, Dei providentia primicerii sanctae sedis apostolicae. Anno pontificatus domni nostri Benedicti, sanctissimi septimi papae, nono. Imperante domno nostro Ottone a Deo coronato, magno et pacifico imperatore, anno quinto decimo. In mense Ianuario et indictione suprascripta undecima.*

983. Dec. 7. Otto, secundus huius nominis imperator, Romae mortuus, in paradiso sancti Petri condigno honore sepelitur. Huius filio, patris aequivoco, admodum parvulo et necdum pargi[b] gubernaculis apto, res publica per venerabilem Adelheidem aviam suam et imperatricem Theophaniam matrem suam nobiliter amministrata est, quousque puer ipse, litteris divinis et humanis adprime instructus, ad tantae virtutis insigne emicuit, ut Mirabilia Mundi appel-

a) Scriptum — indictione suprascripta undecima *minoribus litteris scripta sunt.* b) *sic cod.; fortasse cum editione Tegernseensi legendum:* regni?

4) scil. degentibus.

laretur. Hic patris avique prosequens vestigia, libertatem Laureshamensis monasterii interventu Salemanni abbatis sua quoque auctoritate roboravit:

### Ottonis tercii de inmunitate Laureshamensis ecclesiae.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto*[a] *divina favente clementia rex. Si erga* 984. Nov. 28. *loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei eiusque in eisdem locis sibi famulantes*[b] *beneficia oportuna largimur, premium nobis apud Dominum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Quapropter noverit inserta*[c] *sagacitas seu utilitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, quia vir venerabilis Salemannus abba ex monasterio Laureshammo, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi et sanctus Nazarius martyr corpore requiescit, quod est situm in pago Reninse super fluvium Wisgoz, obtulit obtutibus nostris auctoritatem inmunitatis domni et genitoris nostri bonae memoriae Ottonis*[d] *imperatoris augusti, qualiter idem genitor noster ipsum monasterium ob amorem Dei tranquillitatemque fratrum ibidem consistentium semper sub plenissima tuitione et inmunitatis defensione ab omni inquietudine iudiciariae potestatis consistere fecisset. Propter firmitatem tamen rei postulavit nos predictus Salemannus abba, ut paternum morem sequentes huiuscemodi nostrae immunitatis preceptum ob reverentiam sancti Nazarii martyris, qui ibidem corpore requiescit, circa ipsum monasterium fieri censeremus. Cuius petitioni ob consilium et interventionem dilectae aviae nostrae Adelheidis ac carissimae genitricis nostrae Theophanu, imperatricum videlicet augustarum, nec non et fidelium nostrorum, Willigisi Mogontinae sedis venerabilis archiepiscopi atque Hildibaldi Wormatiensis cleri honorandi presulis, libenter assensum prebuimus, et hoc nostrae auctoritatis preceptum erga ipsum monasterium et monachos ibidem Deo militantes immunitatis atque tuitionis ac firmitatis gratia pro divini cultus amore et animae nostrae remedio fieri decrevimus, per quod precipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus vel quislibet ex iuditiaria potestate aut ullus ex fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris, in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones predicti monasterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri iuste et legaliter possidet, vel quae deinceps a catholicis viris eidem collatae fuerint monasterio, ad causas audiendas vel freda aut tributa exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii, tam ingenuos quam servos, super terram ipsius commanentes, iniuste distringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas* col. 2. *occasiones requirendas, nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quae supra memorata sunt, penitus exigere presumat. Set liceat memorato abbati suisque successoribus res predicti monasterii sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere. Quicquid etiam exinde ius fisci exigere poterat, in integrum eidem concessimus monasterio, scilicet ut in alimoniam pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo famulantium perennibus temporibus proficiat in augmentis. Et quandoquidem divina vocatione supra dictus abba vel successores eius de hac luce migraverint, quamdiu ipsi monachi inter se tales invenire potuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem et consensum, sicut et eis domnus et genitor noster per suam auctoritatem concessit, licentiam habeant eligendi abbates*[e]*; quatinus ipsis servis Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro eodem genitore nostro et pro nobis et stabilitate totius regni nostri, a Deo nobis collati et eius clementissima miseratione per inmensum conservandi, iugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hec auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa consistere, manu nostra subter firmavimus et anuli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum domni Ottonis (M.) gloriosissimi regis.*

*Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Willigisi archiepiscopi et capellani recognovi.*

*Data* 4. *Kalendas Decembris. Anno dominicae incarnationis* 984. *Indictione* 13. *Anno vero regni tercii Ottonis quarto*[5]*. Actum in Ingilenheim. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Rogatu quoque memorati abbatis Salemanni idem rex publicum mercatum in villa Wezzenloch[6] concessit et tali precepto confirmavit:

a) III. *superscriptum.* b) vel famulantibus *superscr. cod.* c) *sic cod.; legendum* universa. d) II. *superscr. cod.* e) abbates, *superscripta syllaba* is *cod.*

5) Non convenit annus quartus regni Ottonis III cum anno Chr. 984, convenit autem apposita indictio XIII; legendum: *anno primo.* 6) Wiesloch.

### Ottonis tercii de mercato in Wezzenloch.

987. Ian. 14. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris, qualiter nos ob mercedem retributionis aeternae, volente et consentiente domina et matre nostra imperatrice Theophanu, interventuque fidelis nostri sanctae Wormatiensis sedis Hildibaldi episcopi et cancellarii, venerabili abbati Salamanno, qui cenobio sancti Nazarii in Lauresham preesse videtur, in quadam villa eiusdem cenobii Wezinloch*[6] *dicta, in comitatu Megingaudi filii Cuononis comitis, mercatum publicum fieri concessimus, et quicquid exinde in thelonei lucris vel alia aliqua utilitate proventurum videtur, ad servitium sancti Nazarii in Lauresham regalis nostrae largitatis munificentia, sicut divae memoriae domnus et avus noster hoc ipsum permisit et concessit, ita et nos in eius nominis memoriam nostramque ut diximus retributionem damus et concedimus, nullumque id mutare aut in aliquo vendicare permittimus. Et ut hoc nostrae auctoritatis donum sive preceptum stabile et inconcussum permaneat, hanc cartam conscribi et anuli nostri impressione signari iussimus, manuque propria subtus roboravimus.*

*Signum domni Ottonis (M.) regis invictissimi.*

*Hildibaldus cancellarius et episcopus vice Willigisi archicapellani notavi.*

*Data* 19. *Kalendas Februarii. Anno dominicae incarnationis* 987. *Indictione* 15. *Anno autem tertii Ottonis regnantis* 4. *Actum Ingilinheim. In Christo feliciter. Amen.*

fol. 18. Sub eodem fere tempore Geriniv, matrona nobilis, res proprietatis in Sahssenheim sancto Nazario tradidit et huiusmodi stabilivit testamento[7]:

### Donatio domnae Gerniv in Sahssenheim.

989. Sept. 28. *Dominus ac redemptor noster, mortalitatis nostrae particeps fieri dignatus, summae* Ev. Luc. 11, 41. *salutis viam nobis ostendit dicens:* Date elemosinam, et omnia munda sunt vobis. *Cuius sponsionis spem ego ancilla Dei nomine Geriniv laeto corde suscipiens, res proprietatis meae pro Dei timore pariter et amore trado ad sanctum eius martyrem Nazarium, qui requiescit corpore in pago Rinense in monasterio Lauresham dicto, super fluvium Wisgoz sito, in quo venerabilis Salemannus abbas cum devota monachorum caterva sub regula sancti Benedicti semper in Dei servitute studere dinoscitur; hoc est: quicquid in pago Lobodinense et in comitatu Megingaudi in Sahssenheimeromarcun possidere videor, duas scilicet partes basilicae, huobas dominicales* 4, *serviles* 8, *mansos* 5, *nemus dimidium, molendinum unum,* 40 *iugera vinearum,* 11 *iugera pratorum, cum omnibus quae ad ipsas hubas pertinent, domibus videlicet ceterisque edificiis, terris, pratis, vineis, pascuis, campis, silvis, aquis aquarumve decursibus, exitibus et reditibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et inmobilibus, aut quicquid in eis nominari*[a] *potest aut non potest, una cum mancipiis* 30 *cunctaque eorum posteritate diversi sexus et aetatis. Hec omnia prenominata in ius ac dominium sancti Nazarii rectorumque ipsius monasterii perpetualiter possidenda dono ac promptissima voluntate confirmo. Res autem prefatas michi in beneficium prestari, resque predicti monasterii cum piissimi abbatis totiusque fratrum congregationis assensu in id placitum quamdiu in hac vita vixero concedi desiderans, meae voluntati per omnia esse satisfactum publice affirmo. Nam in memorato pago et in villa Liutershuson*[8] *basilica cum curte dominicali, huobae* 4 *dominicales,* 19 *serviles, mansi* 10, *nemus unum, tria molendina, unà cum mancipiis* 80, *michi ad dies vitae meae beneficiantur; eo tamen pacto, ut singulis annis de his quae ipsa tradideram duos denarios in censum reddere debeam, et post obitum meum utraeque res integrę sine ullius personae contradictione ad predictum locum recipiantur.*

*Actum in monasterio Lauresham, anno dominicae incarnationis* 989, *die* 4. *Kalendarum Octobrium, regnante tercio Ottone rege anno* 6, *ipso*[9] *presente et ad verba Wiligisi archiepiscopi et domni Ottonis*[10] *filiorumque eius Heinrici*[11] *et Cunradi, nec non et Heremanni palatini comitis*[12], *eandem traditionem comprobante, coram testibus subnotatis.*

*Signum Salemanni abbatis, qui hanc cartulam scribi precepit. Signum domnae Geriniv, quae fieri rogavit.*

*Ego Hetti presbiter et monachus vidi et subscripsi, et alii multi.*

6) Wiesloch. 7) De hac ipsa charta iam supra p. 379 auctor loquitur, eamque anno 891 diei octavo Ianuarii attribuit, dicens autographum se tunc nondum reperisse. 8) Leutershausen. 9) scil. Ottone rege. 10) ducis Carinthiae. 11) patris Conradi regis secundi. 12) Heremanni comitis filius Ezo Ottonis tertii sororem Mathildem uxorem duxit; cfr. Thietmari Chronic. IV, cap. 38.

*Ego Egizo indignus subdiaconus et monachus*[a] *iussu venerandi abbatis Salemanni hanc precariam scripsi, diemque et tempus ut supra notavi.*

Item preceptum eiusdem Ottonis tercii de mercato in Steine:

Ottonis tercii de mercato in Steine.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto*[b] *divina favente clementia rex. Noverit* 995 Iun. 12. *omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, industria, quomodo nos per interventum et petitionem Salamanni, Laureshamensis monasterii venerabilis abbatis, in quodam* col. 2. *loco Steine*[13] *dicto, iuxta Rheni fluvium sito in pago Rinichgowe vocato et in comitatu Cuonradi ducis, mercatum esse concessimus, atque id ipsum mercatum cum omnibus utensilibus suis sancto Nazario pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum in proprium tradidimus. Ea videlicet ratione, ut prefatus abbas Salamannus eiusque successores iam dicti mercati utilitatem absque omni contradictione ad opus fratrum inibi Deo servientium accipiant. Et ut hec nostrae donationis*[c] *auctoritas nunc et in futuro tempore firma consistat, hoc preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione insigniri iussimus, manuque propria ut infra videtur corroboravimus.*

*Signum domni Ottonis, (M.) gloriosissimi regis.*

*Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Wiligisi archiepiscopi recognovi.*

*Data in festo sancti Nazarii. Anno dominicae incarnationis* 995. *Indictione* 8. *Anno autem tercii Ottonis regnantis* 12. *Actum Franconofurt feliciter.*

Talibus ac tantis imperialibus videlicet et apostolicis privilegiis Salemannus abbas, ęcclesiae suae et libertati consulens et usui, aliorum etiam per id temporis Romanorum pontificum: Iohannis et Gregorii, privilegia expetiit, hunc modum continentia:

Iohannis papae de libertate Laureshamensis ęcclesiae.

*Iohannes episcopus, servus servorum Dei. Dilectissimo in Domino filio Salemanno, religioso* 989. *abbati venerabilis monasterii, ubi sancti Nazarii pretiosi martyris corpus requiescit, in loco qui* Oct. 19. *dicitur Lauresham, qui est dedicatus in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Nazarii martyris similiter consecratus, successoribusque tuis in perpetuum. Convenit apostolico moderamini, pia religione pollentibus benivola caritate succurrere et petentium animis alacri devotione impertiri assensum. Ex hoc enim lucri potissimum premium a conditore omnium reponitur Deo, quando venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum nostra apostolica auctoritate perducta. Igitur, quia excellentiae vestrae laudabilis mansuetudo postulavit a nobis, quatinus pro amore dilecti filii nostri, domni Ottonis tercii imperatoris, et dilectae matris suae Theophanu et domnae Adelheidae aviae suae, spiritalium filiarum nostrarum, concederemus*[d] *et confirmaremus*[e] *vobis vestrisque successoribus et posteris, ut supra dictum est, prefatum monasterium cum omnibus rebus mobilibus et inmobilibus illuc pertinentibus, quae dici et nominari possunt, a presenti tercia indictione id ipsum sacratissimum monasterium permanendum statuimus et statuendo confirmamus, ita ut cuncta loca urbana vel rustica, id est fundis et casalibus, casis et villis, vinetis et terris seu castellis, campis, pratis, pascuis, silvis, saltibus, arboribus pomiferis, fructiferis vel infructiferis diversi generis, puteis, fontibus, rivis, aquis, molendinis, piscationibus, predia culta vel inculta, una cum colonis et famulis suis, cum decimis et solitis donationibus et universis rebus quae aliquo modo ad ipsum locum pertinent vel pertinere debent, amodo et usque in finem seculi, sicuti ab antecessore nostro domino Benedicto sanctissimo septimo papa per precepti paginam vobis concessum est, ita et nos omnia in integrum per hoc nostrum apostolicum privilegium ex auctoritate beati Petri apostoli cum omni securitate et tranquillitate vobis et posteris vestris concedimus et confirmamus donandum perpetualiter. Post obitum vero abbatis nemo ibidem abbatem constituat, nisi quem consensus et communis voluntas fratrum ex ipsa congregatione elegerit. Statuimus etiam apostolica censura, sub divini iudicii obtestatione et anathematis interdictu,* fol. 18'. *ut nullus dux, nullus comes, nullus archiepiscopus vel episcopus vel etiam quorumlibet hominum magna parvaque pars presumat eidem venerabili monasterio damnum sive molestiam inferre sive de rebus et possessionibus ipsius auferre vel alienare; set sicut a nobis et confirmatum est, ita perennibus ac perpetuis temporibus sine aliqua imminutione liceat finetenus*

a) m *cod.* b) III. *superscriptum.* c) dominationis, *corr.* donationis *cod.* d) *corr. ex* concedimus *cod.* e) *corr. ex* confirmamus *cod.*

13) Stein.

*permanere. Si quis autem, quod non optamus, temerario ausu exstiterit, qui contra hoc nostrum apostolicae confirmationis privilegium venire, aut in quoquam disrumpere presumserit, et sicut supra a nobis confirmatum est, ita permanere non dimiserit: sciat se, nisi resipiscat*[a]*, auctoritate Dei omnipotentis et beati Petri, apostolorum principis, atque nostra, qui eius fungimur vicariatione, anathematis vinculo esse innodandum, atque cum Iuda, traditore domini nostri Ihesu Christi, et cum omnibus impiis in eterno incendio concremandum. Qui vero pio intuitu custos et observator exstiterit huius nostri apostolici confirmationis privilegii, benedictionis gratiam a iusto iudice domino Deo nostro consequi mereatur in secula seculorum. Amen.*

*Scriptum per manum Stephani, scriniarii sacri palatii, in mense Octobre, et indictione* 3. *Bene valete.*

*Datum* 14. *Kalendas Novemb. per manum Iohannis episcopi sanctae Nepesinae ecclesiae et bibliothecarii*[b] *sanctae*[c] *sedis apostolicae. Anno pontificatus domni nostri Iohannis sanctissimi papae* 5, *in mense Octobre et indictione supra scripta* 3. *Imperante domno nostro Ottone tertio imperatore.*

### Item Gregorii papae de libertate Laureshamensis ecclesiae.

998. April. *Gregorius episcopus, servus servorum Dei. Dilectissimo in Domino filio Salemanno, religioso abbati venerabilis Laureshamensis ęcclesiae, et per te in eodem venerabili monasterio*[14]*, tuisque successoribus imperpetuum. Quoniam concedenda sunt quae rationabilibus desideriis pertinere noscuntur, nostri apostolatus auctoritas, ad roborandam piam devotionem sancta loca*[d] *construentium, in prestandis privilegiis debet minime abnegari. Igitur, quia excellentia spiritalis filii nostri, domni tertii Ottonis, piissimi imperatoris augusti, postulavit a nobis, quatinus monasterium Lauresham, quod constructum esse certum est a piissimis imperatoribus Karolo Magno filioque eius Ludowico, eorundemque successoribus, ubi modo venerabilis abbas Salemannus regulari institutione preesse videtur, privilegiis sanctae Romanae et apostolicae sedis modis omnibus decoretur, scilicet ut nullius iuri et ditioni submittatur: et ideo piis desideriis spiritalis filii nostri Ottonis faventes, hac nostra apostolica auctoritate decernimus, id ipsum prefatum monasterium amodo usque in finem seculi sub patrocinio sanctae Romanae et apostolicae matris ęcclesiae cum omnibus, quae ad illud pertinent, permanendum. Decernimus namque sub divini iuditii obtestatione et beati Petri apostolorum principis nostraeque humilitatis interdictione, ut nullus in aliquo gradu constitutus vel in quolibet ordine et ministerio audeat moleste causis eiusdem monasterii incumbere, aut de rebus et possessionibus quoquo modo auferre aut alienare seu monachos inibi Deo servientes inquietare presumat, nec quamlibet malitiam aut iacturae molestiam ibidem inferre conetur, dum profecto illud, ut sepę dictum est, firma stabilitate sub patrocinio ac iurisdictione sanctae Romanae matris ecclesiae permanendum sancimus. Addimus insuper, post obitum abbatis ut nemo ibidem abbatem constituat,*
col. 2. *nisi quem consensus et communis voluntas fratrum ibidem regulariter viventium ex ipsa congregatione elegerit, nullumque premium sive donum pro consecratione illius abbatis, qui tunc temporis fuerit, presul accipere contendat. Et si eum gratis ordinare noluerit, vel a nostra Romana matre ęcclesia, vel a quolibet venerabili episcopo per nostram auctoritatem libere ordinetur. Promulgantes nempe et hoc auctoritate beatissimi Petri, apostolorum principis, coram Deo ac terribili futuro eius examine et per huius nostri apostolici privilegii constitutionem sancimus, ut universa, quae ab antecessoribus successoribusque nostris in rebus mobilibus et immobilibus concessa sunt, nec non et possessiones, quae a regibus et principibus seu a quibuslibet Christi fidelibus collata sunt fuerintve in posterum, inconcussa stabilitate ad ius et dominium sancti Nazarii martyris perpetuis temporibus perseverent. Nec licentia sit, ut dictum est, ex omnibus eidem sancto monasterio pertinentibus, cuique magnae parvaeque personae, diripere quicquam vel auferre, ut profecto ad Dei laudem securum et tranquillum iuste id, quod subiectum iuri et patrocinio sanctae sedis apostolicae fore decrevimus, bene dotatum et in melius dotandum permaneat. Si quis autem, quod non obtamus, nefario ausu presumserit hec, quae a nobis ad honorificentiam domini Dei ac salvatoris nostri pro stabilitate ipsius monasterii et quiete monachorum statuta sunt, transgredi: sciat se anathematis vinculo innodatum et cum diabolo et omnibus impiis eterni incendii atrocissimo supplitio deputatum. At vero qui*

a) repiscat *cod.* b) bibliothecae, *corr.* bibliothecarii *cod.* c) sanctae *bis scriptum in cod.* d) loco *cod.*

14) scil. degentibus.

*pio intuitu custos et observator eorum extiterit, omnimodae benedictionis gratiam omniumque suorum peccatorum absolutionem et indulgentiam et celestis vitae beatitudinem cum sanctis et electis a misericordissimo domino Deo nostro consequi mereatur in secula seculorum. Amen. Bene valete.*

*Scriptum per manus Anacleti, notarii ac scriniarii sanctae Romanae ęcclesiae, in mense Aprili. Indictione* 11. *Regnante domno nostro Ottone tertio imperatore.*

### Anno dominicae incarnationis[a] 998.[15]

Salemannus igitur abbas, vir eximii meriti, soli Deo placere desiderans, relicta monasterii cura, in qua et pro qua iugiter sollicitus turbabatur erga plurima, theoricam quietem amplexus, optimam partem elegit, nec multo post carne solutus[16] migravit ad Dominum. Cui Werinherus[17], cognomento Pius, ex ipsa congregatione substituitur, omnibus quidem meritorum preconiis dignus, set nulli pietate secundus; expletisque duorum annorum curriculis, diem clausit extremum[18]. Hic a predicto tercio Ottone imperatore precepta de mercato in Winenheim[19] et moneta in Bruomat[20] impetravit.

### Ottonis tertii de mercato in Winenheim.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto superna favente clementia Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus fidelibus nostris, presentibus atque futuris, quod nos interventu Werinherii, venerabilis abbatis, monasterio in quo ipse venerabiliter preesse dinoscitur concessimus, perdonavimus et statuimus imperiali potentia, ut in quodam suae ęcclesiae loco Winenheim*[19] *publicum sit mercatum, ita ut omnes negotiatores id ipsum mercatum ineuntes, negotiantes ineundo et redeundo pacem obtineant; atque ut id ipsum mercatum semper in omni quarta feria frequentetur cum omni theloneo et banno, sicut publicum mercatum in ceteris civitatibus et villis colitur, firma precipimus auctoritate. Si quis igitur id ipsum mercatum frangere temptaverit aut in aliqua re violaverit, sciat se compositurum nostrum imperialem bannum. Quod ut verius credatur ab omnibus, hanc paginam manu propria corroborantes sigillari precepimus.* 1000. Iun. 11. fol. 19.

*Signum domni Ottonis, (M.) cesaris invicti.*

*Heribertus vice Willigisi archiepiscopi recognovi.*

*Data* 3. *Idus Iunii. Anno dominicae incarnationis* 1000. *Indictione* 13. *Anno tercii Ottonis regnantis* 16, *imperii quinto. Actum Duelli*[21]*:*

### Ottonis tertii de moneta in Bruomad.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto*[b] *superna favente gratia Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus fidelibus nostris, presentibus atque futuris, qualiter nos interventu domni Werinherii, venerabilis abbatis, cenobio Laureshamensi, in quo ipsum preesse constituimus, imperiali auctoritate concessimus atque statuimus, ut publica fiat moneta cum omni utilitate sua in loco Bruomagad*[20] *dicto, in comitatu Eberhardi comitis et in pago Helisaze*[22]*; eo tenore, ut probabiles denarii ibi fiant, et moneta semper in eodem loco habeatur ad usum sanctae Laureshamensis ęcclesiae eiusque rectoris. Et ut hec traditionis perdonatio firmior permaneat, hanc paginam manu propria corroborantes sigillari iussimus.* 1000. Iun. 11.

*Signum domni Ottonis, (M.) cesaris invicti.*

*Heribertus cancellarius vice Willigisi archiepiscopi recognovi.*

*Data* 3. *Idus Iunii. Anno dominicae incarnationis* 1000. *Indictione* 13. *Anno tercii Ottonis regnantis* 16, *imperii quinto. Actum in castro quod dicitur Duellum*[21].

### Anno dominicae incarnationis 1001[c].

Werinhero Pio successit alter Werinherus, eiusdem quidem nominis set non eiusdem meriti, neque natalium suorum professionisve dignitati religione respondens aut moribus.

a) *sequitur lacuna, quam supplevit manus recens:* DCCCCLXXXXVII. b) *superscriptum:* III. *cod.* c) *spatium vacuum relictum in cod., quod manus recens numero explevit:* DCCCCXCIX.

15) Cfr. supra p. 394, not. 96. 16) a. 999. Febr. 26. 17) Hunc, non Franconem episcopum Wormatiensem, (ut auctor Vitae Burchardi episcopi narrat; cfr. SS. IV, 833) Salemanno successisse ostendit Falk l. c. p. 196, not. 80. 18) a. 1001. Oct. 29. 19) Weinheim. 20) Brumath in Alsatia, prope Hagenau. 21) Hohentwiel. 22) Elsass.

Qui et dictante iustitia et regia prescribente censura, infra annum dimidium, sicut inconsiderate invectus, ita precipitanter deiectus[23] est.

### Anno dominicae incarnationis 1002[a].

Post quem subrogatur Geroldus[24], vir pietatis precipuae et magnae in Christo reverentiae, quique antecessorum suorum insecutus vestigia, familiam sibi creditam fideliter ac prudenter tribus annis et sex mensibus[25] gubernavit; unde et ab Heinrico secundo[b] privilegium libertatis ęcclesiae sue impetravit.

Ottone tertio imperatore Romae defuncto, et per Heribertum Coloniensem archiepiscopum atque Godefridum ducem Aquisgrani sepulto, Heinricus dux Bawariorum imperii fascibus arreptis rex eligitur, et Magontiae sollemniter ordinatur[26]. Cuius quanta fuerint iustitiae et pietatis insignia, testatur illa nobilis, quam condidit et in qua conditus est, Babenbergensis ecclesia. Siquidem tanto religionis amore ducebatur, ut Monachorum Pater appellaretur. Hic, ut predictum est, rogatu Geroldi abbatis libertatem Laureshamensis monasterii suo quoque precepto roboravit.

### Heinrici secundi de inmunitate Laureshamensis ęcclesiae.

1002. Sept. 29. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus[c] divina favente clęmentia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata ibique Deo servientes[d] aliqua pietatis opera impendimus, non solum ad regni nostri stabiliorem feliciorem que statum nobis prodesse sapimus, verum etiam ad aeternae vitae gaudia acquirenda nos inde iuvari minime dubitamus. Quapropter noverit universitas fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, qualiter venerabilis abbas Geroldus, quem primo nostrae ordinationis die[26] per ęlectionem fratrum monasterio Lauresham dicto, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, et ubi* col. 2. *sanctus Nazarius corporaliter iacet, pro eiusdem bona conversatione abbatem preesse fecimus, obtulit obtutibus nostris confirmationem inmunitatis dilectissimi senioris ac antecessoris nostri, bonae memoriae Ottonis imperatoris augusti, in qua continebatur, qualiter idem senior noster ipsum monasterium ob amorem Dei devotionemque fratrum, ibidem Deo servientium, semper sub firmissima tuitione et inmunitatis defensione ab omni inquietudine iudiciariae potestatis consistere fecisset. Insuper etiam rogavit nos idem predictus abbas Geroldus, ut morem senioris nostri sequentes, preceptum huiuscemodi inmunitatis ob reverentiam sancti martyris Nazarii circa ipsum monasterium fieri censeremus. Cuius petitioni per interventum dilectae coniugis nostrae, videlicet reginae Cunegundae, ac Willigisi Mogontinae sedis venerabilis archiepiscopi, assensum prebuimus, et hoc nostrae auctoritatis preceptum erga ipsum monasterium et monachos ibidem Deo militantes inmunitatis atque tuitionis gratia pro divini cultus amore et animae nostrae remedio fieri decrevimus; per quod precipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus vel quislibet ex iudiciaria potestate aut ullus ex fidelibus nostris, tam presentibus quam et futuris, in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones predicti monasterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri iuste et legaliter possidet vel quae deinceps a catholicis viris eidem collatae fuerint monasterio, ad causas audiendas vel freda aut tributa exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii, tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes, iniuste distringendos nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quae supra memorata sunt penitus exigere presumat. Liceat etiam memorato abbati suisque successoribus, res predicti monasterii sub defensione immunitatis nostrae quieto ordine possidere. Quicquid etiam ius fisci exinde exigere usque hac poterat, in integrum eidem concessimus monasterio, scilicet ut in alimoniam pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo famulantium perennibus temporibus proficiat in augmentis. Et quandoquidem divina vocatione supradictus abbas vel successores eius de hac luce migraverint, quamdiu ipsi monachi inter se tales invenire potuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc auctoritatem nostrae confirmationis, sicut prius habebant ex consensu Ottonis imperatoris augusti, licentiam habeant eligendi abbatem; quatinus ipsi servi Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis dilectaque*

a) *sequitur lacuna, in qua posuit manus recens:* M. b) secundo *superscr. cod.* c) *superscr.* II. *cod.* d) servientibus *cod*

23) anno 1002, mense Aprili vel Maio. 24) mense Iunio ineunte; cfr. diploma sequens. 25) Obiit a. 1005. Dec. 24. 26) 1002. Iun. 7. Maguntiae.

*coniuge nostra Cunigunda ad Deum devotas preces effundant. Et ut hec auctoritas nostrae confirmationis hinc et in perpetuum firma permaneat, manu propria firmantes sigilli nostri impressione signari iussimus.*

*Signum domni Heinrici*[a], *(M.) regis invictissimi.*

*Eigilbertus cancellarius vice Willigisi archicapellani recognovi.*

*Data* 3. *Kalendas Octobris. Anno dominicae incarnationis* 1002. *Indictione* 1. *Anno vero domni Heinrici*[b] *regis primo. Actum in Bruochsole.*

Idem quoque rex quendam servum suum Benzonem cum posteritate sua sancto Nazario tradidit, hoc modo:

## Donatio Heinrici secundi de quodam servo.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus*[b] *divina favente clementia rex.* 1006. Iul. 28. *Omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus, presentibus scilicet et futuris, notum fieri volumus, qualiter nos venerabilis Geroldi abbatis pio interventu quendam nostri iuris servum, nomine* fol. 19 *Benzo, una cum filiis suis nec non et omni acquisitione vel inquisitione sua, Laureshamensi ęcclesiae sub honore sancti Nazarii dedicatae aeterna traditione accomodantes*[c] *proprietavimus. Proinde per nostram regalem iubemus potentiam, quatinus Laureshamensis abbas presens sive succedens liberam dehinc habeat potestatem tenendi investituram monasterii, accipiendi, seu quicquid sibi libeat de eodem servo eiusque filiis eorumque acquisitione vel inquisitione omnibus modis faciendi. Et ut hec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes, sigillo quoque nostro insigniri iussimus.*

*Signum domni Heinrici (M.), regis invictissimi.*

*Eberhardus cancellarius vice Willigisi archicapellani recognovi.*

*Data* 5. *Kalendas Augusti. Indictione* 3. *Anno dominicae incarnationis* 1005. *Anno vero domni Heinrici secundi regnantis* 5. *Actum in Pinga*[27] *feliciter. Amen.*

## Anno dominicae incarnationis 1005[d].

Post Geroldum Bobbo, illustri natalium exortus prosapia, relicto secularis militiae baltheo ad ipsius loci regimen provectus est. Qui quo magis fugiebat gloriam, eo magis assequebatur, affluentibus sibi cum ęcclesiasticae dignitatis incrementis terrenarum facultatum amplissimis successibus. Hic inter cetera memorabilia calicem aureum magni ponderis et precii cum patena simul aurea, stolam quoque egregii operis auro contextam, ad ornatum ęcclesiae contulit, ac precepta complura de statu et honore Laurishamensis cenobii ab Heinrico secundo rege, de quo supra diximus, accipere elaboravit. Praefuit eidem loco annis 13[28], ibidem quoque sepultus.

## Heinrici secundi de mercato in Oppenheim.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus*[b] *divina favente clementia rex.* 1008. Nov. 4. *Notum sit omnibus nostris fidelibus, presentibus scilicet ac futuris, qualiter nos interventu atque petitione Bobbonis, Loresheimensis abbatis, in quodam loco monasterii sive abbatiae suae, in honore sancti Nazarii martyris constructae, Oppenheim dicto, et in pago Wormesveld, in comitatu vero Zeizolfi comitis sito, sibi suisque successoribus, qui ibi pro tempore ordinati fuerint, licentiam mercatum construendi et mercimonia exercendi in omni sabbatorum die cum banno et theloneo sive cuncta publica functione eiusque utilitate per hanc nostram preceptalem paginam perpetuo iure concedimus atque largimur ac de nostro dominio in eorum dominium et potestatem omnino transfundimus. Ea videlicet ratione, ut predictus Bobbo abbas eiusque successores, prescriptae scilicet abbatiae provisores, de prenominato mercato, banno, theloneo seu eius utilitatibus dehinc liberam habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hec nostrae donationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore, hoc preceptum inde conscriptum manu propria corroborantes, sigillo nostro insigniri iussimus.*

*Signum domni Heinrici (M.), regis invictissimi.*

*Eberhardus cancellarius vice Willigisi archicapellani recognovi.*

*Data pridie Nonas Novembris. Indictione* 6. *Anno dominicae incarnationis* 1008. *Anno vero domni Heinrici secundi regnantis* 7. *Actum Treveris feliciter. Amen.*

a) secundi *falso addit cod.* b) *superscriptum* II. *cod.* c) accomodamus, *corr.* accomodantes *cod.* d) *lacuna in cod.*

27) Bingen. 28) Obiit a. 1018. April. 7.

### Heinrici secundi de banno forastis in Otenewalt[29].

1012. Mai. 12. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus*[a] *divina favente clementia rex. Si nostrae pietatis aurem maxime in ecclesiasticis rebus augendis praebemus petitionibus nostrorum fidelium, divinae pietatis super nos respectum magis inde credimus affuturum, eosque circa* col. 2. *nos saŋatiores serviendo efficimus ac devotiores. Quapropter omnium, tam presentium quam futurorum, noscat industria, quod Bobbo, sancti Laureshamensis cenobii venerabilis abbas, nostrae celsitudinis adiit culmen, sibi suaeque ecclesiae, in honore sanctorum martyrum consecratae Naboris et Nazarii, exorans forestem bannumque silvarum concedi. Cui pium prebentes assensum, forestem cum banno concessimus ab aquilone in Cunthichun tendentem, et inde sursum in longitudine in orientalem scilicet plagam per medium saltum, Nobbenhuson dictum, et inde se habentem ad rivum qui dicitur Branbach, usque ad arborem Lachbuocha dictam; inde vero in meridianam plagam ad Iutram*[30]*, atque inde deorsum usque in fluvium Nekar dictum; inde autem usque ad villam Niwenheim*[31]*, hinc vero deorsum ad villam Bickinbach*[32] *dictam; istinc autem ad aliam villam Richinbach vocatam; et sic quidem per deorsum usque ad locum Cunthichun primitus dictum. Eo rationis tenore, ut ipse predictus abbas sibique succedentes in perpetuum habeant atque possideant, nullusque in ea sine ipsius licentia venandi aut capiendi aliquid potestatem habeat. Hec ergo quo firmius atque inconvulsius per futura tempora possint persistere, propria manu firmantes, insigniri iussimus sigilli nostri impressione.*

*Signum domni*[b] *Heinrici (M.), regis invictissimi.*

*Guntherius cancellarius vice Erchambaldi archicapellani recognovi.*

*Data 4. Idus Maii. Indictione 10. Anno dominicae incarnationis 1012. Anno vero domni secundi Heinrici regnantis 10. Actum Bavenberg feliciter. Amen.*

### Item de terminis eiusdem forastis.

*Si quis vero scire desiderat evidentius, quorsum tendat forestis bannus in silva Ottenewalt, Laureshamensi ecclesiae regia auctoritate concessus, subdeterminata loca vallium, montium, saltuum, rivulorum, fluminum, arborum diligenter consideret. Tenet namque bannum in loco, qui dicitur Getwinc*[33]*, inde ad montem Malscum*[34]*, inde extenditur ad Velisberg*[35]*, deinde ad Betenkiricha*[36]*, postea ad Lůddera*[37]*, deinde in Wintercasto*[38]*, dehinc in Lůtenhaha*[39]*, inde in Eberbach*[40]*, post in Gaspenza*[41]*, inde in Abbatisbach*[42]*, deinde ultra Cuningesbach*[43]*, post in Birkunhart*[44]*, tunc in Kincicha*[45]*, deinde ultra fluvium Minimingaha*[46]*, post in Widelabach*[47]*, deinde in Brånbach*[48]*, tunc in Aranbach*[49]*, inde in Wallendenbrunno*[50]*, deinde ad magnam quercum, deinde per descensum Bramaha*[51]*, per Wllonobach*[52] *ascensum, et per destructam Wllonoburg*[53]*, inde in fluvium Euteraha*[30]*, tunc per eius descensum in flumen Nekar; inde per descensum Nekar usque Nuinheim*[31]*; inde in Plateam montium*[54]*, et per hanc usque ad supradictum locum Getwinc. Quisquis igitur in his locis vel infra hos terminos quippiam venationis seu piscationis absque licentia Laureshamensis abbatis exercere presumpserit, sciat se ipsi abbati compositurum imperialem bannum.*

### Concambium Heinrici secundi in Ditenesheim et Tittingesheim pro Honoldesbach.

1013. Oct. 2. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus*[a] *divina favente clementia rex. Si loca divinis obsequiis deputata debita devotione sublimare studuerimus, ad utriusque vitae profectum nobis prodesse non ambigimus. Ideo universitati fidelium nostrorum, presentium* fol. 20. *ac futurorum, patere volumus, qualiter nos interventu et petitione Bobbonis, venerabilis abbatis sanctae Laureshamensis ecclesiae, cui ipse loco abbatis presidet, predium quoddam nostri iuris stabili traditione pro concambio in proprium concessimus. Quicquid enim in his locis usque modo proprietatis obtinuimus, id est: in villa Ditinesheim*[c, 55]*, in pago Moinekgowe in comitatu*

a) *superscriptum* II. *cod.* b) secundi *addit cod.* c) Ditinisheim *corr.* Ditinesheim *cod.*

29) Odenwald. 30) die Euter. 31) Neuenheim. 32) Bickenbach. 33) De locis sequentibus cfr. Simon Gesch. der Dynasten etc. zu Erbach, p. 44 sqq. 34) Melibocus. 35) Felsberg. 36) Beedenkirchen. 37) Lautern. 38) Winterkasten. 39) Lundenau. 40) Eberbach. 41) Gersprenz. 42) Stierbach vicus. 43) Kainsbach. 44) Birkert. 45) Kinzig. 46) die Mümling. 47) Weilbach. 48) Geiersbach rivulus prope Orenbach. 49) Orenbach. 50) Walbernbrunnen. 51) Mangelsbach. 52) Wülbernbach. 53) Hainhaus, prope Würzberg. 54) die Bergstrasse. 55) Dietesheim, inter Offenbach et Hanau situm.

*Gerlahi comitis sita, et in reliqua villa Tittingesheim dicta, quae in pago Nitigowe in comitatu Kicberti comitis iacet, cum omnibus appertinentiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, pascuis, pratis omnibusque acquisitis vel acquirendis Deo sanctaeque predictae Dei ęcclesiae devotione gratuita obtulimus. Ea quidem ratione, quatinus predictus abbas eiusdem loci et reliqui sui successores idem predium ęcclesiastico iure obtineant, et quod inde placuerit ad usus ęcclesiae rationabiliter vertendi, nostro concessu libera facultate potiantur, et per hoc quoddam eiusdem ęcclesiae predium nomine Honoldesbach nobis mutuo concambivimus. Et ut haec nostrae commutationis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, hanc regalis precepti paginam inde conscribi, ac manu propria confirmantes, sigillo nostro precepimus insigniri.*

*Signum domni Heinrici*[a] *(M.), regis invictissimi.*

*Guntherius cancellarius vice Ercambaldi archicapellani recognovi.*

*Data* 6. *Nonas Octobris. Indictione* 11. *Anno dominicae incarnationis* 1013. *Anno vero domni Heinrici secundi regnantis* 12. *Actum Babenberc fęliciter. Amen.*

## Edictum Heinrici secundi inter Wormatiensem et Laureshamensem familiam.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Heinricus*[b] *divina favente clęmentia* 1023 Dec. 2.
*Romanorum imperator augustus. Notum facio omnibus sanctae Dei ęcclesiae fidelibus, tam presentibus quam et futuris, qualiter assidua proclamatio nostras aures inquietabat ob inveteratas et frequentes contentiones et ob inmarcidas inimicitias, quae semper erant inter Wormatiensem episcopum et Laureshamensem abbatem et inter familias utrarumque ęcclesiarum, quae iam in tantum convaluerunt, ut etiam innumerabilia inter se fierent homicidia, et in hoc maximum detrimentum utraque pateretur ęcclesia. Quapropter cum consilio meorum fidelium id ordinare disposui, quomodo tantae discordiae temerariam presumtionem inter utramque ęcclesiam et earum familias nunc et in posterum aut omnino dissolverem, aut inpunitam non relinquerem. Inprimis precepi et ad hoc peragendum meos nuncios misi, ut omnis iniustitia, quae iam per multa tempora ex utraque parte incorrecta remanserat, ab advocatis illorum utrimque pleniter corrigeretur, et dehinc previdéant, ne talia apud illos sic inveterescant; et si aliqua nova contentio inter illos exorta fuerit, volo ut conveniant et quam citissime possint corrigant. Et ne talis ac tantae seditionis audatia sine digna ultione inter utrasque familias post remaneret, per huius cartulae preceptum istud constitui decretum. Si quis ex familia sancti Petri Wormatiensis aliquem ex familia sancti Nazarii, vel e contrario aliquis ex familia sancti Nazarii quemquam servorum sancti Petri insequitur, et ausu temerario et armata manu aliquem ad occidendum vel ad depredandum eius curtem sive eius domum infregerit et eum impugnaverit, et si ille aut aufugerit vel quoquo modo ab eius potestate sive impugnatione se liberaverit, aut si forte domi non fuerit, illi qui huius audatiae et in-* col. 2.
*vasionis dux et princeps fuerit, tollantur capilli et corium, et insuper in utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene gretetur*[c] *et comburatur, reliqui eius sequaces cute et capillis priventur. Si autem ibi occiditur, omnes qui huius homicidii vel invasionis participes sunt, cute et capillis perditis supradicta combustione signentur, ac werigeldum occisi domino suo auctor homicidii persolvat et cum proximis eiusdem interfecti reconciliationem faciat; et in quocumque loco aliquis ex utraque familia ab utrisque innocens occiditur, homicida supradictae sententiae subiaceat. Hanc vindictam et istud meum constitutum advocatus, in cuius advocatione hoc evenerit, cum scientia episcopi et abbatis in presentia nunciorum utrorumque fideliter adimpleat. Si vero advocatus, aut mercede conductus aut gratia commotus, aliqua calliditate hec decreta avertere voluerit, gratia nostra et advocatione carebit, nisi super sacras reliquias hoc iurare audebit, quod eum, qui homicidii seu invasionis illius reus est, nusquam acquirere possit; tamen quam citissime poterit acquirat. Et si homicida ex familia episcopi est, et advocatus eum acquirere non potuerit vel noluerit, fideles abbatis si possint illum acquirant et ad predictam poenam presentibus nunciis utrorumque representent; similiter fiat ex parte episcopi. Et de servientibus episcopi et abbatis illud constituimus, ut si quis illorum tale aliquid fecerit, predictae penae subiaceat, vel decem libris denariorum redimatur. Unum autem est, quod volo, iubeo et firmiter precipio, ut rem semel bene ac recte definitam nullus iterare vel renovare audeat. Si autem predictus episcopus aut abbas hoc decretum anullare cupiat, michi vel meo successori duas libras auri persolvat, conatum tamen suum*

a) *superscriptum* II. *in cod.* b) secundi *addit cod.* c) vel cratetur *superscripsit eadem manus.*

*nequaquam perficiat. Et ut hec constitutio stabilis inconvulsaque permaneat, sigilli nostri impressione hanc cartam insigniri iussimus.*

*Signum domni Heinrici (M.), Romanorum invictissimi imperatoris augusti.*

*Guntherius cancellarius vice Aribonis archicapellani recognovi.*

*Data 4. Nonas Decembris. Indictione 6. Anno dominicae incarnationis 1023. Anno domni Heinrici secundi regnantis anno 23, imperii autem 10. Actum in Triburia regia villa. Amen.*

## Anno dominicae incarnationis 1018[a].

Bobbonę palmam supernae vocationis assecuto, Reginbaldus vir iuxta cor Domini electus subrogatur, in spiritalis militiae studiis a puero educatus et antecessorum exempla facile exęquans, posterorum forma speculumque futurus. Qui adepto dignitatis gradu, inter cetera pietatis opera misericordiae compassionisque visceribus totus affluebat, adeo ut inter beatos pauperes regnum celorum possidens, iustitia eius maneat in seculum seculi, et elemosinas eius enarret omnis ęcclesia sanctorum. Ad hoc etiam templi faciem coronis decoravit, corum altius exstructum desuper arcubus fabrefactis augmentavit, altare ad crucem auro argentoque cinxit, insuper thesaurum ęcclesiae in pluribus ampliavit. Monasterium in Abrinsberg[56] in honore sancti Michahelis archangeli a fundamentis inceptum aedificavit, et monasticis mansionibus congrue circumaptatis, fratribus ibidem Deo militantibus necessaria affatim procuravit, ipsamque ecclesiam, crucibus et tabulis fabrefactis, alio quam plurimo ornatu magnifice venustavit. Postea divina dispensante gratia, quae glorificantes se glorificat, ob insignem famae meritorumque prerogativam a Cuonrado rege secundo, de quo post dicturi sumus, in cathedram Spirensis ęcclesiae provectus est[57], dignus fungi sacerdotio Domini et habere laudem in nomine ipsius. Presedit Laureshamensi monasterio annis 13[b, 58].

Heinrico divae memoriae imperatore secundo de medio facto, deficiente regia prole fol. 20'. quae regno succederet, orta est inter principes non modica contentio; qua divinitus sedata, in Cuonradum regem, quem dicunt de Weibelingen[59], convenit regni universalis ęlectio, a quo ut aiunt processit adhuc permanens imperialis prosapia. Nam Cuonradus genuit Heinricum III, Heinricus item Heinricum IV, Heinricus quoque Heinricum V. imperatores Spirae sepultos; Fridericus primus dux ex sorore Heinrici V. Cunradum regem et Fridericum II. ducem, Fridericus II. dux Fridericum imperatorem. Inter hos omnes tantum medius erat Lotharius imperator, non huius, set Saxonici generis. Hic itaque Cunradus secundus rex rogatu prefati Reginbaldi abbatis tradidit sancto Nazario omne suum regale ius in mancipiis in Gannita[60].

## Cuonradi regis secundi de mancipiis sui iuris in Gannita.

1024. Nov. 14. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Cuonradus[c] divina favente clementia rex. Si iura nobis regali potentia collata ęcclesiis Dei benivola devotione concedimus, nobis hoc maxime ad statum regni et ad remedium animae nostrae profuturum confidimus. Quapropter noverit omnium Christi nostrique fidelium tam presens aetas quam et successura posteritas, qualiter nos interventu ac petitione Giselae, coniugis nostrae dilectissimae, videlicet reginae, nec non ob assiduum fideleque servitium Reginbaldi abbatis omne ius quod ad nostram regalem respicit manum in mancipiis, ad curtem Gannita[60] pertinentibus, Laureshamensi monasterio in honore sancti Nazarii martyris constructo, cui idem venerabilis abbas presidet, larga donatione concessimus. Ea scilicet ratione, ut nullus comes, vicecomes aut alia quaelibet iudiciaria persona in eisdem mancipiis aliquam deinceps habeat sui iuris exercendi potestatem sive ad placitum suum constringendi seu bannum persolvendi, nisi predictus abbas suique successores et quem ipsi advocatum elegerint. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat aevo, hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.*

*Signum[d] domni Cuonradi (M.), regis invictissimi.*

a) *lacuna in cod.* b) *lacuna in cod. quam manus s. XV numero supplevit* XIII. c) *superscriptum* II. *cod.* d) Signum — invictissimi *rubrica in margine.*

56) Heiligenberg, prope Heidelberg. 57) a. 1033; obiit a. 1039, Oct. 13. 58) Cfr. Catalog. Abbat. Lauresh. apud Falk l. c. p. 120 in. Sedit inde ab a. 1018 usque ad a. 1033. 59) Falso, confundit h. l. auctor Conradum II. cum Conrado III. 60) Gent prope Noviomagum, ad orientem situm.

*Uodalricus cancellarius vice Aribonis archicapellani recognovi.*
*Data* 18. *Kalendas Decembris. Anno dominicae incarnationis* 1024. *Indictione* 7. *Anno vero domni Cuonradi secundi regnantis primo. Actum Niuhssę.*

### De Gannita.

Locus exigit, ut debitum promissi nostri[61] exsolventes, donationes in Gannita[62] cum suis appendentiis describamus, et sicut a diversis Dei fidelibus sub diversis regibus collata sunt, servato rerum ordine et tempore disponamus. Hec igitur est conscriptio rerum, quae traditae[a] sunt sancto Nazario, qui requiescit in monasterio quod dicitur Lauresham super fluvium Wisgoz, in Frisia, in Batuva et in Hattuaria et in aliis locis inferius subnotatis.

### Donatio Godeberti.

Anno 8. gloriosi regis Karoli sub Gundelando abbate tradidit Godebertus in loco[b] villa 776.
Maudaco, inter Scald et Sunnonmeri et Gusaha, mansum unum et illam basilicam et casam que desuper posita est, et terram quae adtingit ad mansum, et servum unum cum uxore et filio, et 17 culinas ad sal faciendum.

### Gerrichi et Rutwari.

Eodem anno Gerrich et Ruotwar tradiderunt quicquid habuerunt in loco, qui dicitur 776.
Forismarische, in Thesla et in Leunspih et in loco qui vocatur Elisholz, inter Ręnum et Masa, et ad Masamuda, et mancipia sex.

### Donatio Waltheri et Richlindae.

Anno quoque 25. eiusdem Karoli regis, tempore autem Richbodonis abbatis, Waltheri 793
et Richlint tradiderunt in pago Batawe in villa Falburcmarca[63] huobam unam cum aedificio
superposito, et in Gannite-marca huobam cum omni aedificio circumposito, et in pago col. 2.
Dubla in villa vel marca Millinga iobam et edificium suum, et in Felaowa in villa vel marca Uttiloch huobam cum aedifitio, et in villa vel marca Appoldro duas partes de una huoba cum aedifitio, et in Zegoltmarca terciam partem de una huba cum edifitio, et in Nortgowe in Rotheri-marca terciam partem de ipsa villa vel marca, et quicquid in iam dictis locis habuerunt, et mancipia 59. Actum Lauresham.

### Concambium Ruthardi.

Anno 32. prefati regis idem Richbodo episcopus et abbas concambivit cum Ruthrado 800.
illustri viro mansum unum in pago Batawa in Gannite-marca, iuxta ecclesiam quae ibidem est, et dedit ei mansum unum in Adelrichheim. Actum Lauresham.

### Gerwardi.

Anno primo Ludowici regis sub Adalungo abbate tradidit Gerwardus clericus in pago 814.
Batawa in villa Gannita[62] huobas 5, et in Thesla hubas 2 cum omni edificio et collaborato, et portionem de silva in Suornom et in Dubridun et in Burlohe, et silvam in Hasle[c], et portionem de illa vinna in Salahom, ubi Hisla flumen confluit in mare, et ipsam insulam in qua ecclesia est constructa cum omnibus appenditiis, quae sita est inter fluvium Wal et Gannita, et mancipia 30. Actum Aquisgrani palatio, tempore quo supra.

### Adalwardi.

Eodem anno Adalwardus tradidit in pago iam dicto in villa Ganneta mansos 5, et inter 814.
Hukilheim et Cacradesheim mansum unum cum suis adiacentiis, et portionem suam de silva in predictis locis, et mancipia 30. Actum Gannitae.

### Lantwardi.

Ipso quoque anno[d] tradidit Lantwardus in eodem pago in Gannita mansos 4 et manentes 814.
supra ipsos. Item in villa Bechi mansum unum et hominem super ipsum, et in Havinum similiter, et in Meginhardeswich mansum 1, et in Hosenheim quartam partem unius huobae cum suis appenditiis, et mancipia 44. Actum Gannitae.

a) tradito, *corr.* tradite *cod.* b) lacu *cod.* c) Hosle, *corr.* Hasle *cod.* d) anno *deest cod.*

61) cfr. supra p. 371. 62) Gent prope Noviomagum. 63) Valburg, haud longe a Noviomago ad aquilonem situm.

### Waldonis donatio.

814. Eodem anno tradidit Waldo in eodem pago, in loco nuncupato Stillinhabagamundl, hubas 4 cum servis et uxoribus et filiis.

### Donatio Alfgeri.

815. Anno vero 2. eiusdem regis Ludowici tradidit Alfger in pago Texandria sive Testarbanto, in villa Empele, ęcclesiam et mansum unum et prata, et in Hunsete mansos 3, et in Hatalle mansum dimidium; et in Ortinon terram ad modia 10 sementis et prata, et in illam silvam porcos duos; et in Rosmalla mansum plenum cum pratis, et in silvam porcos 6; et in Herpina[64] mansum plenum cum pratis, et in Angrisa mansum dimidium, et in Ostorol terram ad modia 10, et in silvam porcos duos et prata, et mancipia 25. In ea ratione, ut sibi ad dies vitae suae prestaret abbas ęcclesiam in Marvilde, et ad ipsam pertinentes mansos 2 et insuper mansos 11 cum pleno servitio; et in Palethe mansum indominicatum et mansos serviles 5 et mancipia 56; et post obitum eius utreque res ad sanctum Nazarium reverterentur.

### Donationes hominum Francorum.

Heae sunt etiam res, quas tradiderunt Franci homines ad ius sancti Nazarii in pago Testarbant, in villa Empele. Lantfridus dedit in eodem loco ęcclesiam et mansum unum.
fol. 21. Hoo dedit mansum unum super fluvium Mosa, in villa Hunsate; Ansfrid mansum unum; Wolfhart et Ansbolt mansum unum; et in tercio loco, in villa quae dicitur Martras, dedit Geravan terram ad seminandum modios 10 et silvae communionem et prata duo. Item in villa Hortina dedit Runfridus terram ad seminandum modios 10 et mansos cum pratis, pascuis, silva, piscatoriis et omnibus adiacentiis. Item in villa Rosmella[65] dedit Wigbaldus mansum 1 et silvae communionem, et quicquid ad ipsum mansum pertinuit. Item in villa Herpina[64] dederunt Walefrid et Wido mansum 1 cum omni integritate et piscatoria cum omnibus adiacentiis. Item in Angrise dedit Albger mansum 1 cum omni integritate. Item Hildirat mansum dimidium in Hamaritda. Item Selirat mansum dimidium in Hedilla, et Ansbold mansum unum in Driela.

### Donatio Balderici.

Baldericus dedit in villa Hosenheim mansos duos cum huobis et iurnalibus, et quicquid ibidem aspicit; in villa Wethlara mansum 1 cum huoba et iurnalibus; in villa Barla mansum unum cum huoba; in villa Castra mansum 1 cum huba; in villa Wrde mansum 1 cum huba; in villa Hamerethe mansos tres cum huobis duabus et iurnalibus; in villa Halosta mansum 1 cum huoba; in villa Podarwic mansum 1 cum huba; in villa Analo mansum cum huoba, et quicquid ad hec omnia prenominata pertinet.

### Require[a] supra[66].

Qualiter vero ecclesia in Empele, aquarum proluvio diruta, per Eberkarum Leodicensem episcopum Gerbodoni abbati cum omni iure et decimatione restituta sit, supra perstrinximus,
969. anno videlicet Ottonis imperatoris primi 34°.

### Lotharii regis. Require[a] supra.

860. Sept. 13. Donatio quoque Lotharii primi[67] regis anno regni sui 5°, quam fecit in Gannita cum privilegio suo, in loco suo asscripta est[68].

### Donatio Wicswindae.

854. Anno 15°. Luodowici secundi sub Samuele abbate tradidit Wicswint in pago Batuva, in villa Gannita, unam curtem dominicalem cum sua huba legitima, et alterum servilem cum sua huba, et in Huasenheim duas curtes serviles cum suis huobis legitimis, et mancipia 21. Actum Gannite.

a) ℞ supra *cod.*

64) Herpen. 65) Rosmalen, prope Hertogenbosch. 66) Cfr. supra p. 393. 67) immo secundi. 68) supra p. 363.

### Helmgeri et Witswindae.

Anno eiusdem regis 25° sub eodem abbate Helmger et Witswind, filia eius, tradiderunt in eodem pago in Gannita hubam 1, et in Huosnin hubam 1, et inter Dioli et Maandra hubas duas et mancipia 20. Actum Gannitae. 864.

### Donatio Itdae.

Anno[a] Arnulfi regis 5° sub Gerhardo abbate tradidit Itda in pago Batawa in Watlarero marca et in Waganleisero marca hubas 3, et in Dwelero marca in Lotde hubas 3 et silvam dimidiam, et in Cachritheim et Spelthorf huobas 3, et in Binbinna huobam indominicatam unam, et in Niol seminare modios 30, et in Babinheim mansum 1, et quicquid in illis locis proprietatis habuit, et mancipia 33. Actum in villa Gannita. 891

### Megingeri et Irinfridi.

Meginger et uxor eius Irinfrid dederunt ęcclesiam in Gannita, constructam in honore sancti Martini, et de terra indominicata ad 100 modios sementis, et in pago Nortgowe in Hatheim hubas duas.

### Donatio Brunhildae.

Brunhild dedit in eadem villa Hatteim hubam unam, et in villa Fasna ęcclesiam et hubam 1.

### Donatio Waldonis.

Walto[b] dedit in pago Hamalando, in villa Angrina, huobas 2, ęcclesiam unam, et in villa Waganlose mansum dimidium, et in villa Doronburc mansum dimidium, et in villa Lefna mansum dimidium, et in villa Pheleppe terciam partem de huba et mancipia 11. col. 2.

### Lantwardi.

Lantwardus comparavit a quadam femina, nomine Abarhild, in villa Ganneta terciam partem de manso, ubi ipsa ęcclesia aedificata est, et 15 iurnales, et quicquid ipsa habuit in eadem marca, et dedit sancto Nazario.

### Magofridi.

Magofrid dedit in pago Felaowa huobam dimidiam in Selebach. Actum in Gannita anno 26. Ludowici imperatoris. 839.

### Ansfridi require supra[69].

Donatio etiam Ansfridi palatini comitis in pago Hattuaria in Odeheimere marca, in villa Geizefurt, et in pago Darnav in villa Sodoia, itemque prestaria eius, iuxta privilegia Luodowici regis tercii descripta est, cuius etiam tempore facta est. 863.

#### Cartula[c] mancipiorum de Frumenstetin in Thuringia.

*Notum sit omnibus tam presentis evi quam et futuris fidelibus, qualiter quidam de Fruminstetin[d], nomine Heinricus, tres annos lepra fatigatus et ex revelatione Dei et sancti martyris eius Nazarii feliciter ammonitus, se eiusque mancipia suamque posteritatem ad altare sancti Nazarii libera manu tradiderit, et unius denarii eandem posteritatem, et mancipia eius duorum denariorum, census in eiusdem sancti natalicio perenniter debitores esse constituerit. Advocatum autem et magistrum nullum alium, nisi quem ipsi et sui posteri elegerint, sibi preesse statuit, nec ullius placiti cogendos, nisi unius, firmiter stabilivit, in quo etiam de nulla re reddant rationem, exceptis 4 causis: scilicet de lite, de furto, de preda, et si quid de rebus ecclesiae supradicte agendum fuerit. Post mortem vero alicuius illorum, si absque liberis fuerit, omnis possessio, que apud illum inveniatur, custodi ęcclesiae ad Lauresham deferatur.* c. 1077 — 1088.

*Haec autem cartula renovata est in Lauresham tempore Heinrici imperatoris tercii[70], Winthero[71] abbate, Sigelao preposito et custode, presentia testium, quorum nomina subscripta sunt: Arnold, Hessel, Herbertus, Godebertus, Merbodo, Diegoz, Berolf, item Berolf, Hildebraht, Walpraht, et multi alii.*

### Anno dominicae incarnationis 1033[e].

fol. 21'.

Reverendo patre Reginbaldo Spirensis ęcclesiae, ut diximus, infulis decorato, Humbertus violenter intruditur, nulla quidem fratrum aut militum electione aut canonica institutione, set aulicorum, quorum favorem sibi multa pecunia utpote prepositus et ęcclesiae

a) Ano *cod.* b) *spatium litterae initialis* W *vacuum relictum est.* c) *diploma sequens a paulo recentiori manu s. XII. in loco codicis vacuo suppletum est.* d) Fruminstetit *cod.* e) *lacuna in cod.*

69) supra p. 369 et 370. 70) regis quarti. 71) Sedit a. 1077—1088.

pseudoyconomus diu conciliaverat, studiis et patrociniis fultus, nec per ostium intrans, set aliunde ascendens. Qui statim in ipso introitu nefariae cupiditatis totas laxavit habenas. notamque ambitionis velut sub honestatis pretextu colorabat, mirum in modum discordantibus viciis, idem et avarus et prodigus. Primus siquidem, et utinam solus! alter post Ezechiam Manasses, Laurishamensem ecclesiam, illam inquam filiam Syon inclitam et amictam auro, primo profanavit, expilavit, profligavit, atque illo nobili et augusto ornatu et thesauro, regum, imperatorum, Dei fidelium et antecessorum suorum ferventibus studiis amplissime conlato, subrepto per hunc immo prorsus direpto, manum quoque suam misit foris ad omnia desiderabilia eius. Nam cognatis suis, quos sibi potius secularis fastus quam naturae germanitas devinxerat, et quorum ambitu ad hanc dignitatem aspiraverat, exposuit res ęcclesiae distrahendas atque prostituit, et quae ipsi monasterio fratrumque usui stipendiisque serviebant, sub beneficii nomine distribuit, videlicet Hagenheim[72], Cruftillam[73], Gruonowa[74], Luodenbach[75], Sahssenheim[76], Bûrrifelden, Heidebach, vineas quoque in Dohssenheim[77] uberes et perquam optimas, sacrosancto altaris ministerio antiquitus dedicatas. Ad extremum purpuram preciosissimam auro per totum contextam, capacitate longitudinis totius sanctuarii ambitum cingentem, profanis ignibus iniecit, et aurum quod plurimum inerat eliquari fecit, aurum scilicet sitiens et aurum bibere gestiens; cuius non modica particula a quodam fratre, qui zelo Finees[78] ductus preceps irruit, ex incendiis erepta, usque ad tempora nostra hîc duravit. Postremo et ipsa cum reliquiis vasorum domus Dei per Nabuzardan[79] in Babilonem abducta. Verum qualiter divina ultione in auctorem tantae presumptionis animadversum sit, prout a maioribus nostris accepimus. non ab re visum est hic inserere, ut discant ecclesiarum prelati, quorum exempla imitantur, eorum exitum pertimescere. Nam protinus inter ipsius purpurae incendia cepit acerrimo vitalium ac totius corporis dolore estuque discruciari, nocteque insecuta, cubiculariis non tam somno quam divino nutu profundissime consopitis, gravissimis morbi et sitis ardoribus exestuans usque ad mortem angustiari. Cum etiam, subita luce coruscante cubiculo, aspicit personam reverendi admodum vultus, vultu flammeo, oculis ardentibus, corrugata paulum fronte, clamide purpurea auro intermicante set plurimum scissa, corona gemmis stellantibus insignem, barba aurea set semiusta, pateram vino plenam manu preferentem. Interrogatus, an siti afficeretur: *Gravissime*, ait. Quaesitus, an se recognosceret, metu conscientiae deiectis in terram oculis obmutuit. *Ego sum*, inquit, *Nazarius, huius domus, huius familiae dominus et patronus, quam precio sanguinis sui redemptam Christus Ihesus in precium sanguinis pro ipso fusi michi contulit, restituens et hic centuplum et in celis vitam aeternam. Hanc domum, hanc familiam mei iuris, meae providentiae, deterior crucifixoribus Christi invasisti, scidisti, divisisti, militibus tuis tunicam inconsutilem desuper contextam sorte distribuisti, ad extremum in ipsam faciem et os meum impias faces ingerens, huic barbae turpes notas inussisti. Qua-* col. 2. *propter dabis penas dignas meritis Christo iudice, Christo vindice, neque bibes amodo de hoc genimine vitis terrenae, set accipies hac die hora nona calicem irae de manu Domini, de quo bibent omnes peccatores terrae.* Quo dicto et visio finem et mors subsecuta visioni fecit fidem. Hec ex seniorum nostrorum relatu, salva penês ipsos rerum fide, non ociose perstrinximus, quatinus nostri temporis ęcclesiarum non tam prelatos, quam elatos, dominos non patres, exactores non pastores, quos non terret Balthasar, Anthiochus aut Heliodorus, terreat saltim vel noster Humbertus.

### Anno dominicae incarnationis 1037[a].

Post Humbertum Bruningus[80] ex Fuldensi cenobio subrogatur, morum laudabilium et bonorum actuum sectator. Qui quamvis crebris viscerum doloribus cruciaretur, tamen instantia eius cottidiana fuit, iugis sollicitudo et provida dispensatio rerum ęcclesiasticarum. Tandem velut aurum in fornace probatum, longa excoctus molestia, septimo ministerii sui anno transivit ad Dominum. Hic ornatum ęcclesiae, ab Humberto direptum, in cappis reparans augmentavit, Beddenkircha[81] villam acquisivit, familiae suae veteres insolentias dictante Iustitia compescuit, et in prevaricatores huiusmodi sententiam promulgavit:

a) *lacuna in cod.*

72) Hahnheim. 73) Kriftel. 74) Gronau. 75) Laudenbach. 76) Sachsenheim. 77) Dossenheim. 78) Pinehae; cfr. Exod., cap. 25, 11. 79) 4. Regum cap. 25. 80) Sedit a. 1037—1043. 81) Beedenkirchen.

### Constitutio Bruningi abbatis contra seditiones familiae suae.

*Notum sit omnibus ęcclesiae Dei fidelibus, qualiter ego Bruningus, Dei gratia Laureshamensis abbas, ob reprimendam familiae nostrae temeritatem, per quam servi in conservos usque ad mea tempora mutua cede consurgebant, cum consilio advocatorum meorum et militum istud decretum fieri statui, et ut ad posteros perveniret, scribere iussi. Si quis ex familia sancti Nazarii curtem conservi sui ausu temerario ęt armata manu ad occidendum eum infregerit, vel in via obvium eum habens impugnaverit, seu ille qui impugnatur, occumbat, seu evadat, auctor facti cute et capillis privetur, et insuper candenti ferro in utraque maxilla comburatur. Sequacibus eius idem fiat. Si vero advocatus, aut precio conductus, aut misericordia motus, constitutum hoc adnullare cupiat, gratia mea et advocatione careat, donec michi vel meo successori predio, pecunia reliquisque rebus, quae ad reconciliationem spectant, digne satisfaciat.*

### Anno dominicae incarnationis 1043 [a].

Bruningo venerabilis pater Hougo successit, in quo divina pietas, quicquid vel natura vel gratia homini confert, ad unguem expolivit. Nam ut cetera in eo predicanda taceamus, ob eminentem iustitiae et ęloquentiae gratiam mirae venerationis ab omnibus habebatur, et lingua eius inter principes loquebatur sapientiam. Qua de re licet monasterio sepius abesse cogeretur, animus tamen eius et indefessa sollicitudo circa religionis vigorem et fratrum providentiam versabatur, subditosque suos quasi nutrix filios suos fovens, verus pater monachorum et dici et esse curavit. Hic in regali palatio acceptissimus, ab Heinrico tertio rege, qui patri suo, videlicet Cunrado secundo imperatori Spirae sepulto, iam tum successerat, paternae donationis de mancipiis in Gannita confirmativum accepit preceptum.

### Confirmatio Heinrici tercii de mancipiis in Gannita.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Si* 1046. Aug. 28.
*iura nobis regali potentia collata ęcclesiis Dei benivola devotione concedimus, nobis hoc maxime* fol. 22.
*ad statum regni et ad remedium animae nostrae profuturum confidimus. Quapropter noverit omnium Christi nostrique fidelium tam presens ętas quam et successura posteritas, qualiter nos interventu ac petitione Agnetis, contectalis nostrae dilectissimae, videlicet reginae, nec non ob assiduum fideleque servitium Ougonis abbatis omne ius, quod ad nostram regalem respicit manum in mancipiis ad curtem Gannitam*[82] *nominatam pertinentibus, Laureshamensi monasterio in honore sancti Nazarii martyris constructo, cui idem venerabilis abbas presidet, larga donatione concessimus et concedendo confirmavimus. Ea scilicet ratione, ut nullus comes, vicecomes aut alia quaelibet iudiciaria persona in eisdem mancipiis aliquam deinceps habeat sui iuris exercendi potestatem sive ad placitum suum constringendi seu bannum persolvendi, nisi predictus abbas suique successores et quem ipsi advocatum ęlegerint. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat ęvo, hanc paginam inde conscriptam manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.*

*Signum domni Heinrici tercii, regis invictissi-(M)mi.* ℞ *(S. R.)*

*Theodericus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi.*

*Data 5. Kalend. Septembris. Anno dominicae incarnationis 1046. Indictione 14. Anno vero domni Heinrici tercii, ordinationis eius 18°, regni vero 8°. Actum Winterbach feliciter. Amen.*

Privilegium quoque libertatis a venerabili papa Leone[83] nono, (qui et Bruono, primo Tullensis pontifex,) Laureshamensi monasterio expetivit.

### Privilegium Leonis papae de libertate Laureshamensis ęcclesiae.

*Leo episcopus, servus servorum Dei, dilectissimo in Domino filio Ougoni, religioso abbati* 1049.
*venerabilis Laureshamensis ęcclesiae, et per te in eodem venerabili monasterio tuisque successoribus in perpetuum.* Oct. 23.
*Quoniam concedenda sunt, quae rationabilibus desideriis pertinere noscuntur, nostri apostolatus auctoritas ad roborandam piam devotionem sancta loca* [b] *construentium in prestandis privilegiis debet minime abnegari. Igitur, quia excellentia spiritualis filii nostri domni Heinrici* [c], *piissimi imperatoris augusti, postulavit a nobis, quatinus monasterium Lauresham, quod constructum esse certum est a piissimis imperatoribus Karolo Magno filioque eius Ludowico eorundemque successoribus, ubi modo venerabilis abbas Ougo regulari*

a) *lacuna in cod.* b) *loco cod.* c) *superscriptum* III *cod.* 82) Gent. 83) Sedit a. 1048—1054.

*institutione preesse videtur, privilegiis sanctae Romanae et apostolicae sedis modis omnibus decoretur, scilicet ut*[a] *nullius iuri et ditioni submittatur: et ideo piis desideriis spiritualis filii nostri faventes, hac nostra apostolica auctoritate decernimus, id ipsum prefatum monasterium amodo et usque in finem seculi sub patrocinio sanctae Romanae et apostolicae matris ęcclesiae cum omnibus, quae ad illud pertinent, permanendum. Decernimus namque sub divini iudicii obtestatione et beati Petri apostolorum principis nostraeque humilitatis interdictione, ut nullus in aliquo gradu constitutus vel in quolibet ordine et ministerio audeat moleste causis eiusdem monasterii incumbere. aut de rebus et possessionibus quoquo modo auferre aut alienare, seu ipsos monachos inibi Deo servientes inquietare presumat, nec quamlibet malitiam et iacturae molestiam ibidem inferre conetur, dum profecto illud, ut sepe predictum est, firma stabilitate sub patrocinio et iurisditione sanctae nostrae Romanae matris ęcclesiae permanendum sancimus. Addi-* col. 2. *mus insuper, post obitum abbatis ut nemo ibidem abbatem constituat, nisi quem consensus et communis voluntas fratrum ibidem regulariter viventium ex ipsa congregatione ęlegerit*[b]*, nullumque premium sive donum pro consecratione illius abbatis qui tunc tempore fuerit presul accipere contendat; et si eum gratis ordinare noluerit, vel a nostra Romana matre ęcclesia vel a quolibet venerabili episcopo per nostram auctoritatem libere ordinetur. Promulgantes nempe et hoc auctoritate beatissimi Petri, apostolorum principis, coram Deo et terribili futuro eius examine, per huius nostri apostolici privilegii constitutionem sancimus, ut universa quae ab antecessoribus successoribusque nostris in rebus mobilibus et immobilibus concessa sunt, nec non et possessiones, quae a regibus et principibus seu quibuslibet Christi fidelibus collata sunt fuerintve in posterum, inconcussa stabilitate ad ius et dominium sancti Nazarii martyris perpetuis temporibus perseverent. Nec licentia sit, ut dictum est, ex omnibus eidem sancto monasterio pertinentibus cuique magnae parveque personae diripere quicquam et auferre, ut profecto ad Dei laudem securum et tranquillum iuste id, quod subiectum iuri et patrocinio sanctae sedis apostolicae fore decrevimus, bene dotatum et in melius dotandum permaneat. Si quis autem, quod non optamus, nefario ausu presumserit hec, quae a nobis ad honorificentiam domini Dei et salvatoris nostri*[c] *pro stabilitate ipsius monasterii et quiete monachorum statuta sunt, transgredi: sciat se anathematis vinculo innodatum et cum diabolo et omnibus impiis aeterni incendii atrocissimo supplicio deputatum. At vero, qui pio intuitu custos et observator eorum exstiterit, omnimodae benedictionis gratiam omniumque peccatorum suorum absolutionem et indulgentiam et celestis vitae beatitudinem cum sanctis et ęlectis a misericordissimo domino Deo nostro consequi mereatur in secula seculorum. Amen. Bene valete.*

*Data* 10. *Kalendas Novembris, per manum Petri diaconi, bibliothecarii et cancellarii sanctae apostolicae sedis. Anno domni Leonis noni papae primo. Indictione* 3.

## Anno dominicae incarnationis 1052[d].

Post excessum venerandi et Deo digni patris Ougonis Arnoldus subrogatur. Qui a primis, ut ita dicam, infantiae cunabulis in ipso monasterio spiritalibus rudimentis ęducatus, bonae spei iuvenis, in virilis animi robur evasit, ac per omnes dignitatum gradus sensim ascendens, plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei nostri floruit. Nam primum a prepositurae ministerio Wizenburgensis[84] ęcclesiae regimini prelatus[85], postea Linburgensis monasterii curam, ac subinde Novae Corbeie dignitatem loco pariter et officio abbatis sortitus est[86]. Nec multo post in Laurishamensi monasterio filius a matre in dominum et patrem sublimatur, et ad extremum in Spirensi ęcclesia pontificale culmen ascendens[87], sicut cedrus Libani multiplicatur, nimirum a tot dignitatum titulis non tantum accipiens honorem[e] premii, quantum illis decoris addens sui. Hic ęcclesiam, quae dicitur Varia, per Leonem papam supradictum, qui per id temporis Magontiae synodo habita multa ibidem de ęcclesiasticis santionibus disposuit, in honore sancti Dei genitricis Mariae omniumque apostolorum atque omnium simul sanctorum consecrari impetravit 8. Kalend. Novembris, anno dominicae in- 1052. Oct. 25. carnationis 1053[88]. Casulam quoque candidam cum cappa et uno dorsali aecclesiae contulit, et ęcclesiam in Hantscuhesheim construxit. Prefuit annis quatuor.

a) ut *deest in cod.* b) elegerint, *corr.* elegerit *cod.* c) *h. l. primo addidit scriptor* Ihesu Christi, *postea vero punctis infra positis delevit.* d) *lacuna in cod.* e) honorum *cod.*

84) Weissenburg. 85) anno 1043. 86) a. 1051. 87) a. 1054. 88) Legendum 1052; cfr. Falk l. c. pag. 200, not. 93.

Anno dominicae incarnationis 1056[a].

Post hunc quoque Oudalricus una omnium voce pari voto ęligitur, ipso videlicet anno, quo Heinricus tercius, imperator Saxoniae, decedens Spirae appositus est ad patres suos. Qui[1] positus super candelabrum, ut luceret omnibus in domo Dei, exemplo antecessoris sui, fol. 22'. piae memoriae Reginbaldi, studio divinae religionis animum intendens, ecclesiam monasterii in Abrinsberk[2] libris, tabulis, crucibus, auro argento atque ebore redimitis, venustissime decoravit; insulam quoque proximam, quae dicitur Aldenmunster, ex diutino situ vastitatis erutam edificiisque oportunis quaqua versum exstructis innovatam, divinis obsequiis mancipavit, atque fratribus ibidem Deo famulantibus necessaria tam animae quam corporis accuratissime providit; divino ut credimus instinctu, ut viam dominicis equis in luto aquarum multarum faciens, feras harundinis increparet, et iusti, fulgentes tamquam scintillae, in harundineto discurrerent. Qui licet ex palustri exhalatione quatuor Egipti plagas: ranas, scinifes, muscas et nebulas, crebro patiantur, pluribus tamen contra hec divinae gratiae remediis muniuntur[b], procurante eis patre Udalrico butirum de armento et lac de ovibus cum adipe pinguium, medullam quoque tritici et sanguinem uvae meracissimum; ubi etiam, si eis in mentem veniunt, cucumeres, pepones, porri, caepe et allia abunde suppetunt, et pro ollis carnium gratuita copia piscium. Cellam nichilominus in Michlinstat, 253 annis desolatam, restauravit, et necessariis vitae subsidiis impense collatis, religiosos inibi fratres adunavit. Hic pater, cum per continuos novem annos in summa pace et quiete creditam sibi gubernasset familiam, decimo iam instante, navicula Laureshamensis ęcclesiae subito magnis cepit iactari fluctibus, domino Ihesu peccatis exigentibus dormiente. Qui tamen solita clementia discipulorum precibus suscitatus, *statim surgens imperavit ventis et mari, et* Matth. 8, 26 *facta est tranquillitas magna.* Nam per quosdam, magis quae sua quam quae Ihesu Christi querentes, libertas eiusdem ęcclesiae aliquantum impacta quidem est, set Deo propitio nec labefacta nec subacta est. Quae res, quibus auctoribus emerserit quemve exitum acceperit, prout a maioribus memoriae traditum est, strictim adtingamus.

Heinricus tercius[c] imperator, ut supra diximus, vita excedens reliquit filium parvulum cognominem sui, imperatrice Agnete loco filii cum ceteris obtimatibus regni curam administrante. Quem Anno Coloniensis archiepiscopus, vir in Dei rebus spectatissimus et inter ecclesiae regnique principes incomparabilis et nominis et meriti, dolens a matre materno quidem affectu set non regaliter enutriri, habito quorundam principum consilio, eum a matris imperio rapuit, et licet grandem sibi ex hoc conflaverit invidiam, litteris divinis et humanis ceterisque disciplinis, regali indole dignis, quantum in ipso erat instituit. Interim orto in Romana ęcclesia scismate[3], secutoque ex studiis partium usque ad sanguinem certamine pro electione duorum pontificum[4], ad reformandam ęcclesiae pacem et unitatem Anno archiepiscopus et Godefridus dux a latere regis rogatu ęcclesiae diriguntur, atque condicto Mantuae conventu, auditis utriusque partis allegationibus, utriusque etiam ęlectis presentibus, canonica sententia Alexander in sede apostolica confirmatur[5]. Cuius absentiam Adelbertus Premensis archiepiscopus aucupatus, ut erat effrenis avaritiae, omni arte circa aulicos molitur, ut regis pueri eruditio et pedagogium sibi committeretur, asserens: *Annonem severae frontis, se vero ingenii mitioris esse, regem iam maturae aetatis suae potestatis esse debere, nec tam alieno quam proprio arbitrio regni gubernacula disponere.* His delenificis persuasionibus col. 2. inflexo rege, avaritiae suae pandit hiatum et duas mox regales abbatias, Laureshamensem atque Corbeiensem[6], quasi fidei devotionisque premium, erga regem ambivit. Veritus autem id apud ceteros regni principes invisum fore, donari fecit Annoni archiepiscopo abbatias Indam[7], Malmundarium[8] et Filike, Sigefrido archiepiscopo Magontino Seligenstat[9], Ottoni Bawariorum duci Altaha[10], Rudolfo Suevorum duci Kembeten[11]. Sicque pacatis illis, ceptis incubuit molitionibus, et ut Corbeiensem ecclesiam, ex abrupto vacantem, invaderet, fingit quendam episcopum Italicae civitatis, cui Polę[12] nomen est, humanis rebus excessisse, cui

a) *lacuna in cod.* b) muniuntur *corr. est* munientur *cod.* c) III. *superscriptum cod.*

1) scil. Udalricus abbas. 2) Heiligenberg, prope Heidelberg. 3) a. 1061. m. Iulio exeunte. 4) scil. Alexandri II et Honorii II antipapae. 5) 1064. Mai. 31. 6) Cfr. diploma Heinrici d. d. 1065. Sept. 6. (Stumpf Regest. n°. 2684). De re cfr. etiam Lamberti Annales ad a. 1063, et Adamum Bremens. lib. III, cap. 27. 44. 7) Kornelimünster. 8) Malmedy. 9) Seligenstadt. 10) Altaich. 11) Kempten. 12) Pola.

successorem abbatem Corbeiensem veluti sub pretextu honoris subrogat; qua detecta versutia, omnium in se concitavit odia. Verum Ottonis ducis fide et instantia cunctis episcopi conatibus explosis, tam abbati quam monasterio Corbeiensi sua libertas, sua dignitas incolomis conservata est. De Laureshamensi vero ęcclesia, dubius inter spem et metum, conceptum animi diu occuluit, non ignarus omnium principum odiis se super hoc expositum; 1065. Mart. 27. donec arrepta occasione, regem, Wormatiae pascha celebraturum, velut in transitu Lauresham adduxit. Ubi rege sollemni fratrum et abbatis occursu, ut par erat, in palmis gloriose suscepto, episcopus abbatem familiari colloquio adorsus est, et sermonibus multis ultro citroque habitis, fidelem se patronum et indubitatum amicum abbati in negociis ęcclesiae suae apud aures regias, data quoque fide, pollicitus est. Cui abbas, par pari rependens, obsequio officium se compensaturum respondit. Episcopus autem, ne nichil intemptatum omitteret, Iudeum quendam, immo Iudam, qui episcopi loculos habebat, callide subornat, eumque velut ex mandato regis abbati summo studio commendat. At Iudeus, Iudaica utens perfidia, nichil quod sui erat reliquum facere, singulos fratrum et maxime iuniores sollicitare, dein ab his qui ad abbatis auriculam erant singula queque scitari, quae fratrum cum abbate concordia, quae providentia, quae ordinis observantia, quis denique rerum et personarum status per abbatis vel industriam esset vel ignaviam, attentius indagare. At ubi nichil nisi laude dignum expiscari potuit, tandem animos sub vulpe latentes detexit, ipsumque locum cum omni integritate domino suo regali munificentia contraditum esse propalavit. Quo audito abbas, homo librati consilii,

Virg. Aen. I, 209. *Spem vultu simulans, premit alto corde dolorem.*

Inter hec a rege Basileam evocatus[13], frequenti ut decebat comitatu et curiali apparatu profectus est. Ubi miles quidam in ipsa civitatis porta, de adventu intrantium curiosius exquirens: *Hec,* ait, *omnia iussu regis Adelberto episcopo tradita, in Saxoniam transferenda sunt.* Quo rumore per ora omnium volitante, difficile visum est regi et episcopo tum cepta persequi, presertim cum nuncii ad apostolicam sedem super hoc directi infecto negotio redierint. Nam dissidentibus inter se de apostolatu tunc etiam novis partibus, nichil promovere poterant. Ea spe frustratus, rursum episcopus abbatem alia via aggreditur: persuaso rege exposci fecit ab abbate quoddam beneficium regio militi, ex quo fratrum plurima pendebat utilitas, sperans abbatem, si iussis morem non gereret, regalem offensam incursurum. Abbas vero, diu multumque renisus, ut episcopi laqueos evaderet, tandem fecit imperata, Fol. 23. accepta regis fide, numquam se vel ęcclesiam suam simili vel prece vel precepto de cetero gravari. Post hec episcopus cum rege Saxoniam reversus, absentia principum copiam nactus, voti compos efficitur, Laureshamensis ecclesia per solum soli traditur[14], abbas iterato ad regem Goslariae evocatur, idque per Babenbergensem episcopum[15] velut sub testimonio artius demandatur. Set abbas nutu Dei gravi tum valetudine[a] corporis decumbens, responsales pro se regi direxit vixque paucorum dierum inducias obtinuit. Cumque die indicta adhuc infirmitate depressus legatum excusandi gratia misisset, non solum non est admissus, set etiam ignominiose[b] repulsus. Quem e vestigio regalis ępistola per episcopum fabricata insequitur, ita continens:

1065. *Heinricus Dei gratia rex Oudalrico abbati gratiam interim. Miramur quod te, cui obedientia pre omnibus convenit, inobedientem sentimus, non cogitantem quid sis, et quod impune facere non potes. Seditionem quidem a te velle moveri audivimus, cuius seditionis qualis sit finis haut sapienter tractas. Unde volumus firmiterque sub optentu gratiae nostrae precipimus, ut si quid in regno nostro habere volueris, in festivitate Omnium Sanctorum ad nos Goslariae venire non dubites.*

His abbas minis deterritus, omisso fratrum ac militum consilio, iussa exequi disposuit, ascensoque ultra vires equo, non procul a monasterio divino impulsu prolapsus gravissime corruit, atque semianimis preclusa diu voce in sella gestatoria reportatus est. At vero milites ęcclesiae, tam ministeriales quam nobiles viri, preclari zelo iustitiae succensi, barbaris servire, quod nec servi aere parati ferrent, indigne ferentes, inminens periculum, si non valeant consilio, ferro capitisque periculo propellere statuunt. Montem igitur haut

a) valitudine *cod.* b) ignomiose *corr. ex* ignomine *cod.*

13) 1065, Iun. 14) Cfr. diploma Heinrici d. d. 1065. Sept. 6. (Stumpf l. c. n°. 2683.) 15) Guntherum.

procul a monasterio, Burcheldon[16] dictum, occupant, castellum aedificant, turres construunt, vallio ambiunt, propugnaculis muniunt, presidia imponunt. Hec ubi per fautores episcopi regi insonuere, litteris directis iubet abbatem, tamquam nova molientem, loco excedere, ita interminans:

*Heinricus Dei gratia rex Oudalrico monacho. Miramur, quo ausu cuiusve solatio abbatiam nostram contra nos retinere volueris, nec nobis inde serviens, nec patrono nostro A.[17] cui hanc dedimus, quicquam subiectionis impertiens. Quapropter volumus firmiterque tibi sub interminatione propriae salutis precipimus, ut absque mora nostra relinquere non differas, nec ulterius aliquid de his te intromittere presumas, virgam[18] quoque nuncio nostro nobis portandam tradas.* 1066.

Aliae quoque litterae fratribus missae, ab obedientia abbati ullatenus vel ulterius exhibenda eos deterrebant, in hunc modum:

*Heinricus Dei gratia rex fratribus Laureshamensibus gratiam suam. Sicut de vestra semper obedientia accepimus, sic et modo probare volumus. Precipimus quidem Ou.[19] quondam dictum abbatem vestrum, quem nos propter inobedientiam et malum exemplum temerum iudicavimus, nichil vobis debere iubere, nec vos ultra ei obedire debere. Ergo si nostrae voluntati obsecundatis, in nullo sibi amplius obediatis.* 1066.

Abbas igitur, habito consilio, dans locum irae[a], precepto paruit et Magontiam se ad Sanctum Albanum contulit. Verum milites et fideles ęcclesiae, eius absentiam non ferentes, veriti ne qua hostibus daretur occasio, statim eum revocaverunt, et Adelberto comiti de Kalewa[20], tum inter eos et natu et fide amicorumque ac militaris rei copia preminenti, commendaverunt. Episcopus autem, rege Triburim reducto[21], castri nitebatur obsidionem, col. 2. estimans si eo vi potiretur, omnia sibi ex sententia cedere. Quod dum opinato tardius procederet, conspirantibus in eum principum odiis, quae sibi et fastu superbiae et rapaci ingluvie consciverat, insidiis undique conclusus, regio vix septus munimine nocturna fuga turpiter elapsus est, atque ita consilium Achithofel infatuatum est. Mediante igitur Sigefrido Magontiensi et Annone Coloniensi archiepiscopis, Rudolfo quoque et Godefrido ducibus ceterisque regni primatibus, fugato communi omnium hoste, plurima quae in regno erant sub rege puero perperam gesta correxerunt, atque abbatem Laureshamensem non tam ad regis quam ad regni presentiam asciverunt, promittentes ei per legatos, pro iustitia et libertate ęcclesiae suae se daturos et salubre consilium et fidele patrocinium. Qui communicato 12 illustrium fidelium suorum consilio, quo numero etiam beneficialis summa militaris clipei, qui vulgo dicitur hereschilt, Laureshamensis ęcclesiae adtinens includitur, singulis pro quantitate beneficii centenos milites armatos ut traditur assignavit, eosque[b] distinctis ordinibus incedentes maxima frequentia insequens, tam tutus quam ornatus regis et regni conspectui se obtulit. Ubi favore omnium principum in gratiam regis reducitur, benigne suscipitur, et, cassatis universali sententia cunctis episcopi molitionibus, cum summo honore et gloria revertitur[c] quarta Nonas Februarii[22], gaudentibus suis Deumque laudantibus[c], qui Iul. 4. dedit eis coronam pro cinere, oleum gaudii[d] pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris. Cui rex privilegium quoque libertatis et inmunitatis more antecessorum suorum tradidit et confirmavit, hanc habens continentiam:

### Heinrici quarti de inmunitate et libertate Laureshamensis ecclesiae.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus[e] divina favente clementia rex. Si* 1067. * d. *erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei eiusque[f] in eisdem locis sibi famulantes[g] beneficia oportuna largimur, premium nobis apud Deum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Unde noverit sagacitas seu utilitas omnium fidelium nostrorum, tam futurorum quam et presentium, quia vir venerabilis Oudalricus abbas ex monasterio Laureshammo, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi et sanctus Nazarius*

a) irę *cod.*; ire *editio Tegernseensis.* b) que *superscriptum.* c) IV. Non. Febr. *in margine adiecta.* d) gaudii *superscriptum.* e) quartus *superscr. cod.* f) eiusque *cod.* g) famulantibus *cod.*

16) prope Heppenheim situm. 17) Adalberto archiepiscopo. 18) scilicet sceptrum abbatiale. 19) Oudalricum. 20) De Adalberto comite de Kalba cfr. Trithemii Annal. Hirsaug. Tom. I. ad a. 1050. 21) 1066, mense Iunio. 22) Legendum, ut videtur, *IV. Non. Iulias.*

*martyr in corpore requiescit, quod est situm in pago Reninse super fluvium Wisgoz, optulit obtutibus nostris auctoritatem inmunitatis domni et progenitoris nostri Cuonradi imperatoris augusti, in qua continebatur insertum, qualiter idem progenitor noster ipsum monasterium ob amorem Dei tranquilitatemque fratrum, ibidem consistentium, semper sub plenissima tuitione et inmunitatis defensione ab omni inquietudine iudiciariae potestatis consistere fecisset. Propter firmitatem tamen postulavit a nobis predictus abbas, ut paternum morem sequentes, huiuscemodi nostrae immunitatis preceptum ob reverentiam sancti Nazarii circa ipsum monasterium fieri censeremus Cuius petitioni libenter assensum prebuimus, et hoc nostrae auctoritatis preceptum circa ipsum monasterium et monachos ibidem Deo famulantes inmunitatis atque tuitionis, firmitatis gratia, pro divini cultus amore et animae nostrae remedio fieri decrevimus, per quod precipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus vel quislibet ex iudiciaria potestate aut ullus ex fidelibus nostris in ęcclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones predicti monasterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem* fol. 23. *regni nostri iuste et legaliter possidet, vel quae deinceps eidem collata fuerint monasterio, ad causas audiendas vel freda aut tributa exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes iniuste distringendos nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quae supra memorata sunt, penitus exigere presumat. Set liceat memorato abbati suisque successoribus res predicti monasterii sub inmunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere. Quicquid etiam ius fisci exinde exigere poterat, in integrum eidem concessimus monasterio, scilicet ut in alimoniam pauperum et stipendia monachorum perennibus temporibus proficiat in augmentis. Et quandoquidem divina vocatione supradictus abbas vel successores eius de hac luce migraverint, quamdiu ipsi monachi tales inter se invenire potuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem et consensum licentiam habeant eligendi abbates, quatinus ipsis servis Dei, qui ibidem Deo famulantur, et pro genitore nostro et pro nobis et pro coniuge nostra et stabilitate totius imperii nostri, a Deo nobis collati et eius clementissima miseratione per inmensum conservandi, iugiter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hec auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa consistere, manu nostra subter firmavimus, et sigilli nostri impressione sigillari iussimus*

*Signum domni Heinrici quarti regis. (M.)*

*Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.*

*Data*[a]*. . . Anno dominicae incarnationis* 1067. *Indictione* 5. *Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis* 15, *regni vero* 11. *Actum Wihiae fęliciter. Amen.*

Preterea venerabilis pater Oudalricus, ad apostolicam sedem profectus, ut omnes Premensis episcopi conatus et actus, quibus ęcclesiam suam impugnaverat, in irritum revocaret et perpetuo damnaret, privilegium libertatis ab Alexandro[b] papa accepit, qui antecessorum suorum decreta sua quoque auctoritate roboravit.

### Alexandri[c] papae de libertate Laureshamensis ęcclesiae.

1070. April. 7.

*Alexander*[d] *episcopus, servus servorum Dei, dilectissimo in Domino filio Oudalrico, religioso abbati venerabilis Laureshamensis ęcclesiae, et per te in eodem venerabili monasterio successoribusque tuis in perpetuum. Divinis preceptis et apostolicis monitis incitamur, ut pro omnium ecclesiarum statu inpigro vigilemus affectu, piamque devotionem vel sancta loca construentium vel eorum quieti et usui consulentium benigno favore prosequamur. Igitur quia excellentia spiritualis filii nostri, domni Heinrici quarti regis, postulavit a nobis, quatinus monasterium Lauresham, quod constructum esse certum est a piissimis imperatoribus Karolo Magno filioque eius Ludowico eorundemque successoribus, ubi modo venerabilis abbas Oudalricus regulari institutione preesse videtur, privilegiis sanctae Romanae et apostolicae sedis modis omnibus decoretur, scilicet ut nullius iuri et ditioni submittatur: et ideo piis desideriis spiritualis filii nostri faventes, hac nostra apostolica auctoritate decernimus, id ipsum prefatum monasterium amodo et usque in finem seculi sub patrocinio sanctae Romanae et apostolicae matris ecclesiae, cum omnibus quae ad illud pertinent, permanendum. Decernimus namque sub*

a) *sequitur lacuna in cod.* b) Adriano *cod.* c) Adriani *cod.* d) Adrianus *cod.*

*divini iudicii obtestatione et beati Petri, apostolorum principis, nostraeque humilitatis interdictione, ut nullus, in aliquo gradu constitutus vel in quolibet ordine et ministerio, audeat moleste causis eiusdem monasterii incumbere, aut de rebus et possessionibus quoquo modo* col. 2. *auferre aut alienare, seu ipsos monachos inibi Deo servientes inquietare presumat, nec quamlibet malitiam aut iacturae molestiam ibidem inferre conetur; dum profecto illud, ut sepe predictum est, firma stabilitate sub patrocinio et iurisditione sanctae nostrae Romanae matris ęcclesiae permanendum sancimus. Addimus insuper, post obitum abbatis ut nemo ibidem abbatem constituat, nisi quem consensus et communis voluntas fratrum, ibidem regulariter viventium, ex ipsa congregatione elegerit, nullumque premium sive donum pro consecratione illius abbatis qui tunc temporis fuerit presul accipere contendat. Et si eum gratis ordinare noluerit, vel a nostra Romana matre ecclesia vel a quolibet venerabili episcopo per nostram auctoritatem libere ordinetur. Promulgantes nempe et hoc auctoritate beatissimi Petri, apostolorum principis, coram Deo et terribili eius futuro examine per huius nostri apostolici privilegii constitutionem sancimus, ut universa, quae ab antecessoribus successoribusque nostris in rebus mobilibus et immobilibus concessa sunt, nec non et possessiones, quae a regibus et principibus seu quibuslibet Christi fidelibus collatae[a] sunt fuerintve in posterum, inconcussa stabilitate ad ius et dominium sancti Nazarii martyris perpetuis temporibus perseverent. Nec licentia sit, ut dictum est, ex omnibus eidem sancto monasterio pertinentibus cuique magnae parvaeque personae diripere quicquam et auferre, ut profecto ad Dei laudem securum et tranquillum iuste id, quod subiectum iuri et patrocinio sanctae sedis apostolicae fore decrevimus, bene dotatum et in melius dotandum permaneat. Si quis autem, quod non optamus, nefario ausu presumserit hec, quae a nobis ad honorificentiam domini Dei et salvatoris nostri pro stabilitate ipsius monasterii et quiete monachorum statuta sunt, transgredi: sciat se anathematis vinculo innodatum et cum diabolo et omnibus impiis aeterni incendii atrocissimo supplicio deputatum. At vero qui pio intuitu custos et observator eorum exstiterit, omnimodae benedictionis gratiam omniumque suorum peccatorum absolutionem et indulgentiam et celestis vitae beatitudinem cum sanctis et electis Dei a misericordissimo domino Deo nostro consequi mereatur in secula seculorum. Amen. Bene valete.*

*Data 7. Idus Aprilis, per manum Petri subdiaconi[b] et cancellarii sanctae sedis apostolicae. Anno pontificatus domni Alexandri[c] papae 8.[23] Indictione 8.[24]*

Hi sunt viri misericordiae, quorum iustitiae oblivionem non accipient, viri illustres, viri spectabile et vere fideles huius ęcclesiae, qui in diebus peccatorum corroboraverunt pietatem, et erigentes se contra filios superbiae, novi Machabei duces, viriliter eius defenderunt libertatem; videlicet: Adalbertus comes, Buobo cęcus[d], Ezzo, Wolfgangus, Burchardus advocatus, Gerhardus, Adalbertus, Landoldus, Wolframmus, Egino. Quorum magnificam fidei devotionem pius pater Oudalricus[e] digne remunerans, constituit eis, sicuti Karolo Magno et duobus Luodowicis, singulos pauperes in cena Domini ad mandatum fratrum perpetuo assignari. Nec inmerito; nam libertatem ęcclesiae, quam illi imperialibus donis et privilegiis sublimaverunt, hanc isti periculo capitis sui nobiliter defenderunt. Sapientiam ergo et fidem eorum narrant omnes populi, et laudem eorum pronunciat omnis ęcclesia sanctorum. His adiunguntur principes clarissimi, vere beati pacifici et filii Dei, stellae matutinae in medio nebulae et columnae lucis, scilicet Sigefridus Magontiensis et Anno Coloniensis archi- fol. 24. episcopi, nec non Ruodolfus et Godefridus duces illustrissimi. Qui zelo iustitiae regali se insolentiae vel potius inclementiae pro Laureshamensi ęcclesia obponentes in tempore iracundie facti sunt reconciliatio, rectos decet collaudatio.

Postquam divina pietas procellam hanc in auram statuit et siluerunt fluctus eius, Heinricus quartus rex clementem erga ipsam ecclesiam animum induit; cui etiam mercatum, itemque monetam in villa Lauresham, mercatum quoque cum moneta in villa Winenheim et in Wezzenloch per regalia precepta tradidit.

### Heinrici quarti de mercato in Lauresham et Wezzenloch.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex.* 1067. s. d. *Sanctae Dei ecclesiae profectui tanto diligentius providere debemus, quanto excelsius ex divino*

a) collata *cod.* b) *lacuna in cod., voces* Petri sub[disconi] *supplevimus.* c) Adriani *cod.* d) cęcus *superscriptum.* e) Ou. *cod.*

23) immo a. IX. 24) Bullam om. Jaffé Regest. Pontific. Rom.

*munere sublimati sumus. Quapropter notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter nos ob mercedem aeternae retributionis, interveniente ac petente Bertha regina, regni thorique nostri consorte dilectissima, interventuque fidelis nostri Ebbonis, Niwenburgensis*[25] *episcopi, aliorumque fidelium nostrorum, venerabili abbati Oudalrico, qui cenobio sancti Nazarii preesse videtur, in villa quadam Lauresham dicta, in qua idem cenobium cum monachis Deo et sancto Nazario inibi famulantibus est situm, mercatum publicum quacumque feria sibi placuerit fieri concessimus et in proprium donavimus. Insuper etiam in villa quadam Wezenloch*[26]*, eiusdem cenobii propria, in comitatu Heinrici filii Bobbonis comitis sita, mercatum publicum, sicut antecessores nostri imperatores sive reges hoc ipsum permiserunt et concesserunt, ita et nos in eorum memoriam nostramque, ut diximus, retributionem, cum thelonei lucris ceterisque utilitatibus in proprium damus, confirmamus, ac perpetuo iure obtinendum concedimus. Et ut hoc nostrae auctoritatis donum sive preceptum stabile et inconcussum permaneat, hanc cartam scribi manuque nostra corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.*

*Signum*[a] *domni Heinrici (M.) quarti regis.*

*Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.*

*Data*[b] . . . *Anno dominicae incarnationis* 1067. *Indictione* 5. *Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis* 15, *regni* 11. *Actum Wihiae. Amen.*

## Heinrici quarti de moneta publica in Lauresham.

1067. s. d. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Sanctae Dei ecclesiae profectui tanto diligentius providere debemus, quanto excelsius ex divino munere sublimati sumus. Quapropter notum sit omnibus,* et cetera omnia, ut supra, usque ad id: *in villa Lauresham, in qua idem cenobium cum monachis Deo et sancto Nazario*[c] *inibi famulantibus est situm, monetam propriam mercatumque publicum, quacumque feria sibi placuerit, fieri concessimus et in proprium donavimus.* Reliqua ut supra.

*Signum domni Heinrici (M.) quarti regis*[d].

*Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.*

*Data*[b]. . . *Anno dominicae incarnationis* 1067. *Indictione* 5. *Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis* 15, *regni eius* 11. *Actum Marhowa feliciter. Amen.*

## Heinrici quarti de mercato et moneta in Winenheim.

1065. April. 5. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Omnium Christi nostrorumque fidelium, tam futurorum quam presentium, universitati notum esse volumus, qualiter nos per interventum ac petitionem matris nostrae Agnetis imperatricis augustae* col. 2. *et ob fidele servitium Oudalrici abbatis monasterio, in quo ipse venerabiliter preesse dinoscitur, ab antecessoribus nostris eodem modo constitutum, imperiali potentia donavimus ac concessum confirmavimus, ut in loco quodam suae ecclesiae Winenheim*[27] *publicum sit mercatum, ita ut omnes negociatores id ipsum mercatum ineuntes, negociantes ineundo et redeundo pacem optineant, atque id ipsum mercatum semper in omni quarta feria frequentetur cum omni theloneo et banno, sicut in ceteris civitatibus et villis colitur, firma precipimus auctoritate. Si quis igitur id ipsum mercatum frangere temptaverit aut in aliqua re violaverit, sciat se compositurum nostrum imperialem bannum. Volumus quidem et hoc cunctorum notitiae subiacere, quod pro amore divino animaeque nostrae remedio monetam in prefato loco Winenheim ad utilitatem eiusdem monasterii Lorissam in proprium tradidimus. Quod, ut verius credatur*[e] *ab omnibus, hanc paginam propria manu corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.*

*Signum domni Heinrici quarti, regis (M.) invictissimi.*

*Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.*

*Data Nonas Aprilis. Anno dominicae incarnationis* 1065. *Indictione* 3. *Anno autem ordinationis Heinrici quarti regis* 12°, *regni eius* 9°. *Actum Magontiae. In Dei nomine feliciter. Amen.*

a) Signum — regis *rubrica in margine.* b) *lacuna in cod.* c) N *cod.* d) Signum — regis *ex diplomate antecedente supplevimus.* e) creditur *cod.*

25) i. e. Numburgensis. 26) Wiesloch. 27) Weinheim.

Dehinc venerandus pater Oudalricus, ut supra meminimus, anno dominicae incarnationis 1071° monasterium in insula Aldenmunster restauravit, et inter multa eidem collata beneficia hanc specialem de minori Sahssenheim donationem fecit, et donando tali modo confirmavit:

### Oudalrici abbatis de reparatione monasterii Aldemunster et donatio eius in Sahssenheim.

*In Christi nomine. Oudalricus, Dei gratia Laureshamensis ecclesiae abbas, omnibus Christi* 1071. Ian. 29. *fidelibus, tam futuris quam presentibus. Scientes nos in hoc vocatos, in hoc positos esse, ut decorem domus Dei diligamus, divina favente clementia animum induximus, non solum ecclesiae nostrae dispersa congregare, verum etiam in his maxime, quae sunt ad Deum, diruta reformare et reformata propagare. Ea propter notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter nos ob honorem Dei et beati Petri, principis apostolorum, cellam Aldemunster, primitivam ecclesiae nostrae matrem, monitu et rogatu serenissimi Heinrici, domini nostri quarti regis, nec non fratrum, ministerialium ac fidelium nostrorum consultu et annisu, diu desolatam renovavimus et ad divinae religionis augmentum fratres nostrae professionis ibidem adunavimus. Quorum usibus et sustentationi nos per omnia prospicere satagentes, preter cetera prefato monasterio a nobis collata, curiam nostram in Sahssenheim Minori, ad nos solummodo spectantem, cum omnibus pertinentiis suis intus et foris, omni iure et integritate, prout a nobis habita est, plene et absolute, rogatu consilio et consensu quorum supra, eidem cellae tradimus et tradendo confirmamus. Et ut familiam eiusdem curiae ab omni gravedine et molestia inmunem redderemus, a tribus principalibus mallis, qui vulgô ungebodending vocantur, quibus ad curtim Liutereshusen*[28] *annuatim manniebatur, utrorumque consensu eam omnimodis absolvimus, soli preposito in Aldenmunster suisque fratribus omni possessione, omni subiectione, omni functione perpetuo servituram. Verum ut huius nostrae donationis tenor per futura temporum curriculo stabilis et inconvulsus permaneat, paginam hanc exinde conscriptam sigilli nostri impressione roboravimus, eamque tam in nostra quam in predicta ecclesia in perenne monimentum reponi iussimus. Quisquis igitur hoc nostrae constitutionis privilegium quoquo modo infringere, in deterius permutare sive adnullare sciens presumserit, a gratia iusti iudicis Dei semper extorris efficiatur,* fol. 24'. *et ab introitu regni celorum, cuius claves beato Petro commissae sunt, excludatur, et penam Iudae proditoris cum omnium reproborum capite et corpore aeternaliter, nisi resipiscat, sortiatur.*

*Actum in ipsa ecclesia Aldenmunster coram fratrum, ministerialium ac plurimorum Laureshamensis ecclesiae fidelium frequentia, in festo beati Petri. Anno dominicae incarnationis* 1071. *Regni vero Heinrici quarti, Romanorum regis, anno* 15. *Introitus autem domni Oudalrici abbatis anno* 16. *Indictione . . . feliciter in Christo. Amen. Ab eo, quo primum per Ruodgangum archiepiscopum eadem consecrata est ecclesia, anno* 304°.

Preterea super eiusdem monasterii statu et possessionibus precepti regalis auctoritatem expetivit et in hunc modum accepit:

### Preceptum Heinrici quarti de statu et possessionibus monasterii Aldenmunster.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Si* 1071. s. d. *venerabilia ecclesiarum Dei loca alicuius commodi utilitate ad laudem Dei stabilire, confirmare ac sublimare studuerimus, nobis id ad animae remedium regnique nostri statum profuturum esse minime dubitamus. Quapropter noverit omnium Christi fidelium nostrorumque universitas, qualiter Oudalricus Laureshammensis abbas, nostram adiens serenitatem omni a nobis studio postulavit, quatinus sub nostrae confirmationis atque inmunitatis auctoritate liceret sibi sub sancti Petri, apostolorum principis, et omnium apostolorum honore monasterium restaurare in insula, quae proxima Laureshamensi monasterio imminet, pretitulato nomine Aldenmunster. Rogavit etiam nos eidem monasterio confirmare ad usum fratrum, Deo ibidem sub regula sancti Benedicti servientium, loca cum pertinentiis suis, his nominibus designata. In Bettenkircha*[29] 20 *huobae et dimidia et* 7 *areae; in Binegarden possessiones* 11 *et dimidia et* 11 *areae; in Lerlebach* 14 *huobae cum duabus partibus decimae et molendinum et pars silvae et rivus aquae; in Dresla* 8 *huobae et molendinum et rivus aquae et* 3 *areae; in Sahssenheim Minori*

28) Leutershausen. 29) Beedenkirchen.

*9 huobae et 15 areae; in Copenrod 6 areae; in Eschilbach pars silvae et 24 huobae et 2 molendina et 2 areae; in Rumphenheim una huoba cum vineis; in Basinesheim vineae; in Hephenheim vineae; in Sulzbach una huba cum vineis; in Winenheim unum molendinum et prata; in Superiore Sahssenheim una huoba; in Hanschuhesheim vineae; in Michelenvelt 6 hubae, 10 areae; in Osteringun 3 hubae; in Walheim 2 hubae cum vineis; in Nitmaresbach 2 huobae; in Stifteswilre 2 huobae et lucus; in Grubindun 1 huoba; in Siezun 1 huoba; in Ensingun dimidia huoba; in Wilre 3 huobae et dimidia; in Sigemundesheim 2 huobae; in Bûslat 13 huobae; in Waltdorf et in Bebingun 7 huobae; in Gennenheim 1 huoba cum vineis; in Swezingun 1 huoba; in Wibelingun 1 huoba; in Strazheim 3 huobae; in Bibeloz 1 huoba; in Superiori Rorheim 1 decimatio; in Gernesheim 3 hubae et unum molendinum et vinea; in Dinenheim 2 huobae cum vineis; in Sulzheim 1 huoba; in Wiggenrode 1 huoba.*

*Cuius petitioni, quia rationabilis atque religioni dedita videbatur, aurem libentissime accomodavimus, atque eidem ęcclesiae ab ipso concessa per hanc nostram regalem paginam concedimus atque confirmamus. Interdicendo itaque interdicimus, ut nullus posthinc abbas eidem monasterio de prenominatis locis aliquid posthinc auferre et ad suos usus conferre sive* col. 2. *alicui militi in beneficium dare presumat. Si autem, quod absit, fecerit, Dei omnipotentis offensam et sancti Petri apostoli inprimis incurrat, et ut banni nostri transgressor auri optimi libras 100 ad cameram nostram persolvat.*

*Et ut hec nostrae ingenuitatis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, hoc preceptum inde conscriptum manu propria confirmantes, sigilli nostri iussimus impressione insigniri.*

*Signum domni Heinrici quarti, regis (M.) invictissimi*[a].

*Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.*

*Data anno dominicae incarnationis 1071. Indictione . . . Anno domni Heinrici quarti regis 15. Actum Laauresham feliciter. Amen.*

Qualiter vero Burkardus[b], prius quidem Erphesfordiensis abbas, postea prepositus eiusdem loci[30], duas hubas in Bebingen obtentu Heinrici quinti imperatoris reacquisierit, licet preordinarię non tamen incongruę, denotemus.

### Heinrici quinti imperatoris de restitutione duarum huobarum in Bebingen eidem loco.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, industria, qualiter nos quorundam fidelium nostrorum consilio Burkardo, venerando abbati de Erphesfort, locum Aldenmunster, vicinum Laureshamensi monasterio, nostra imperiali manu regendum commisimus. Qui vero tum pro nostra petitione tum pro remedio animae suae prefatum locum benigne suscipiens, omni studio omnique diligentia dispersa colligere et congregata conservare, prout potuit, viriliter invigilavit. Huius etiam interventu atque petitione duos mansus in Bebingen, a palatino comite Godefrido prenominato monasterio ac fratribus ibidem Deo famulantibus iniuste usurpatos, nostra imperiali auctoritate restitui precepimus, presertim quia in hoc ceteris preeminemus*[c]*, ut iustitiam faciamus omnibus iniuriam patientibus. Nunc itaque nostra regali censura omnino interdicimus, ut nullus abbas vel aliqua alia persona in his scilicet bonis seu in ceteris eidem ęcclesiae a fidelibus divino instinctu modo collatis vel postmodum in id ipsum conferendis ullo modo auferre et ad suam utilitatem conferre vel alicui militi in beneficium dare presumat. Si autem, quod absit, nostri precepti transgressores exstiterint, Dei omnipotentis sanctique Petri offensam incurrant, et auri optimi 100 libras ad cameram nostram persolvant.*

*Huius rei testes sunt Godefridus de Nurinberg, Cunradus Sporo, Sigefridus de Rochenburc, Cunradus, Wernherus, Heinricus de Trivels.*

*Et ut hec nostri banni auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore, preceptum hoc inde conscriptum manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione insigniri iussimus.*

1090. Iun. 5. 1266. Febr. 19. Tempore[d] Anshelmi abbatis, in anno dominicae incarnationis 1090, Nonas Iunii, elevatum est corpus sancti Nazarii, passionis eius anno 1000°. vicesimo, praefati vero Anshelmi abbatis tempore reconditum in choro monasterii Laurensis, ubi anno Domini 1266°, 11. Kalendas Martias, feria 6ª. Quatuor Temporum[e], item inventum est a fratribus ordinis Praemonstratensis: sicut pie credimus, divina gratia revelante[d].

a) Signum — invictissimi *desunt in cod.* b) Arnoldus *cod. sed falso; cfr. diploma sequens.* c) preminemus *cod.* d) Tempore — revelante *a recentiori manu saec. XIII ex. post addita.* e) *cfr. Du Cangium s. v.* „Ieiunium Vernale".

30) scil. Aldenmünster; cfr. diploma sequens.

His et huiuscemodi meritorum preconiis venerabilis pater Oudalricus longe lateque celebris effectus, ex divinae largitatis gratia abbatia quoque Muorbach, regiae nobilitatis et ęminentiae, sublimatus est.* Nec multo post carne solutus migravit ad Dominum[31], dignus laude, dignus memoria, qui lupo veniente non fugit, non oves dimisit, set ascendit ex adverso et obposuit murum pro domo Israel. Praefuit Laureshamensi monasterio annis 9.[a] Post cuius decessum fol. 25.

Adalbertus in eodem regimine substituitur[32], quo vix biennio functus[33], incertum quibus de causis, deponitur, set alter ei non meliori auspicio subponitur.

Winitherus siquidem, sive electione sive intrusione ipsi succedens[34], Sigehardi videlicet comitis frater[35] et opinati illius Adalberti, Mogontinae sedis archiepiscopi, patruus, nobilitatis suae fastu insolenter abuti cepit, et inicio dolorum villam, immo regalis munificentiae curiam, Bruomat[36], medullam scilicet Laureshamensis ęcclesiae et terram agri pleni, quem benedixit Deus, predicto fratri suo inbeneficiavit. Et quoniam avaritia neque copia neque inopia minuitur, malo imbutus principio ad maiora animum intendit, et Wormaciensem episcopatum symoniaco ambitu et maximo Laureshamensis ęcclesiae detrimento invasit[37]. Quem videlicet episcopatum non propter bonum opus desiderans, ut quod virtute non poterat vel quomodocumque assequeretur, omnem eiusdem monasterii ecclesiasticum thesaurum, etiam ab Humberto relictum[38], corrasit, exhausit, evisceravit; nec his contentus, Gingen, Rumphenheim, Langena[39], Liuthereshusen[40] inbeneficians, palatinos sibi canes conciliavit. Praeterea ut fratrum disturbaret concordiam, novae cuiusdam sectae nescio quas insolentias subinducere conatus est, set cunctis unanimiter obnitentibus, proposito frustratus est. Exactis igitur in episcopatu tribus annis, tam episcopio quam abbatiae ultro renunciavit, et de cetero privatum vivere pollicitus, sub umbra conversionis Hirsaugiense monasterium expetivit. Unde non multo post ab amicis revocatus, ut vir duplex, animo inconstans, in omnibus viis suis retro respiciens, versus est in statuam salis. Nam Gingen, quod imperiali auctoritate fratrum industria recuperaverat, denuo in beneficium exposuit, et Slirburc proprietatis prescriptione iniuste ab ęcclesia alienari sustinuit. Rursumque abdicata sponte utraque dignitate Hirsaugiam reversus, rebus humanis excessit, miserabili sane exitu, qui tanta rapuit et nichil exsolvit, nec cum Zacheo quadruplum, set nec simplum restituit, res pauperum distribuens non pauperibus. Tenuit episcopatum annis tribus, abbatiam annis 11. Quo recedente, ut diximus, Hirsaugiam,

[De abbate Anshelmo et de incendio ecclesiae atque de eius instauratione[b].]

Anshelmus concordi fratrum ęlectione subrogatur[41], vir consilii et magnae circumspectionis. Qui induens pro thorace iustitiam et accipiens pro galea iudicium certum, primum obpressores ęcclesiae, videlicet Bertholfum advocatum eiusque exactores ac ceteras huiusmodi pestes, qui iam devoraverunt Israel toto ore, viriliter expugnavit ac prostravit[42], atque familiam cum rebus ęcclesiae ex ipsis hiantium faucibus eripuit. Thesaurum quoque ęcclesiasticum, quem antecessorum suorum damnabilis ambitio in diversa distra- col. 2.
xerat, maxima industria summoque labore plurima ex parte recollegit, fiscos quoque regales, quos Wintherus et alii laicorum ditioni et usui subiecerant, ęcclesiae fratrumque servitio restituit, scilicet Bruomad, Gingen, Langena, Rumphenheim, Liutereshusen, Sahssenheim, imperatoriae maiestatis patrocinante clementia. Verum cum iam tempus immineret, ut inciperet iudicium de domo Domini *propter peccata prophetarum eius et iniquitates sacerdotum* Threni
*eius: complevit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suae et succendit ignem in* Ierem. 4, 13; ib. 4, 11.
*Syon et devoravit fundamenta eius.*

Anno etenim dominicae incarnationis 1090, evolutis ab exortu monasterii ipsius plus 1090.
minus 326 annis, 12°. Kalendas Aprilis, repentino ac miserabili incendio tota Laureshamensis Mart. 21.
ęcclesia conflagravit, illasque regum ac principum nobiles et veteres operas et impensas,

a) XX. *cod.* b) *rubrica manu saec XV. Inde ab hoc loco rubricae omnes ab eadem manu saec. XV. suppletae sunt; quare eas uncis inclusimus.*

31) a. 1075. Nov. 24. 32) De hoc cfr. Lamberti Annales a. 1075. 33) a. 1075 — 1077. Iul. 30. 34) Sedit ab a. 1077 — 1088. 35) Stemma eius vide apud Falk l. c. p. 203. 36) Brumath prope Hagenau. 37) a. 1085. 38) Cfr. supra p. 409 et 410. 39) Langen. 40) Leutershausen. 41) Sedit ab a. 1088 — 1102. Iun. 25 42) De advocatis istis quos Anselmus prostravit cfr. Hessisches Arch. II, 140.

parietes auro argentoque pretextos, fornices marmore, ebore gemmisque interstinctos, preciosam purpurae copiosamque subpellectilem, omne denique quod pulchrum erat visu, cum circumpositis aedificiis edax flamma favillatenus absorbuit. Quae calamitas qualiter aut unde processerit, comperta a maioribus rerum fide, castigata brevitate succingamus. Ipsa quam prediximus die vergente iam in vesperum, postquam exemplo carnalis Israel
Exod. 32, 6. *sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere*, forte inter cetera ludorum exercitia discus, in extrema marginis hora ut solet accensus, militari manu per aera vibrabatur; qui acriori impulsu circumactus, orbicularem flammae speciem reddens, tam ostentui virium quam oculis mirantium spectaculi gratiam exhibet. Is a quodam non tam perniciter quam infeliciter tandem intortus, ad summum ecclesiae fastigium imprudenti iactu evolavit, ubi inter tegulas et cariosos asseres artius insidens, animante vento fomitem incendio prebuit. Quid multa? Primo castellum, mirabili dolatura fabrefactum, in quo signa ecclesiae dependebant, funibus exustis ne quis sonitu excitari posset, arripuit; dehinc totam superiorem fabricam, turres quoque cum porticibus flamma victrix obtinuit; ad extremum bulliente plumbi deliquio, cuius materiae omne tectum fuerat, subveniendi, ingrediendi vel quippiam exinde eruendi omnimodam abstulit facultatem. Erat tunc miseranda rerum facies, tot preclara tam ecclesiae quam totius monasterii aedificia, tot insignia ornamenta repentina flammarum vastitate devorari, et plurimis absumptis pauca admodum vel manu collecta vel securi et ascia[43] deiecta, summo sudore et periculo ex ipsis incendii globis vix liberari. Qualis tum calamitas, quae miseria, qui clamor, qui luctus, qui gemitus, quae suspiria lamentaque omnium fuerint, facilius est tacendo conicere, quam multa dicendo parum
Threni 1, 6. dicere. Sic *egressus est a filia Syon omnis decor eius, sic consumpta sunt omnia desiderabilia*
Threni Ierem. 2, 6. *eius, dissipavitque Dominus quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum.*
Psal. 76, 10. Psal. 88, 33. Set *non obliviscetur misereri Deus, nec continebit in ira sua misericordias suas. Visitavit enim in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum; misericordiam autem suam non dispersit ab eis, et paraclytum suum misit eis.*

Postquam igitur tam inclyta et tam illustris ecclesia tam gravi conflagravit incendio,
fol. 25. primum, ut se habent humana, maximus dolor, dehinc ex dolore querula causatio non
Psal. 35, 7. solum ecclesiae familiam, set et omnem accendit provinciam, ignorantes quia *Dei iudicia sunt abyssus multa*, ideoque asserentes: Laureshamense cenobium tanti nominis, tanti meriti martyrem, beatum videlicet Nazarium, non habere vel potius numquam habuisse patronum, cuius in tanto periculo declinando non sensisset patrocinium. Qui doloris gladius, priore gravior, adusque abbatis pertransivit animam, veriti[a] ex tali desperatione non solum eandem ecclesiam restaurari non posse, set et perpetuo excidio perditum iri. Totus igitur conversus ad Dominum, communicato fratrum consilio indictoque tridui ieiunio, exclusis omnibus, sub armata quoque custodia, ne quis extraneus arbiter interveniret, paucis adhibitis post altare beati martyris infodi et humum altius egeri precepit. Ubi diutino labore expenso, duo demum sarchofaga mirae magnitudinis, set alterum altero aliquanto depressius, repererunt; quibus introspectis cum vacua deprehendissent, spem omnem fidemque perdiderunt. Verum abbas, obstinato in Deum animo, et in spem contra spem credens, dum impensius insistere et ceptum persequi iubet, Otto quidam nobilis tum architectus, repentino velut concavi sonitu divinum quid animo concipiens, enixius institit, nec multo post tumbam marmoream magnifici decoris, sigillis ac nodis ferreis artius obsignatam, remoto circumposito lapidum aggestu explicuit. Qua reserata inventa est archa plumbea fideliter ibidem inserta, continens inestimabilem et semper optabilem thesaurum, corpus videlicet beatissimi martyris, patris ac patroni nostri Nazarii, preciosissimo involutum serico, membris niveo candore conspicuis, iam beatae resurrectionis gloriam quodammodo preferentibus, vulnerumque locis, quae in passione in capitis abscisi[b] vertice humeroque acceperat, triumphales martyrii titulos protestantibus; exhalantibus insuper velut ex paradisi deliciis omnium aromatum incomparabilem flagrantiam. Ac ne quid in cordibus intuentium resideret ambigui, lamina plumbea, pectori martyris apposita, tale continebat inscriptum: *Sanctus Nazarius Mediolani*[44] *passus*. Cuius passionis sive revelationis locum,

a) veritus *cod.* b) abscisi *superscriptum*.

43) i. e. *mit der Axt*. 44) S. Nazarium, patronum Laureshamensem, non Mediolani sed Romae passum fuisse docet Falk l. c. pag. 139.

tempus et ordinem si quis plenius nosse desiderat, ex armario Laureshamensi, ab apostolica sede antiquitus illô directa, mutuari poterit. Invento itaque tam obtato votisque omnibus ac suspiriis efflagitato sacratissimi corporis thesauro, universorum lacrimae vertuntur in gaudia, immo gaudia resolvuntur in lacrimas; communis omnium letitia tripudium et exultatio: *Deo laudes! Deo gratias!* concinentium ac de patroni sui corporali quoque presentia, de qua olim pene ambigebant, oculata fide gloriantium. Protinus audita voce tantae iocunditatis, evangelizante divina gratia gaudium magnum omni populo, innumerabilis utriusque sexus confluxit multitudo, sacrosanctas reliquias venerari, salutare et spectare gestiens, et honori beati martyris vota, preces et hostias perquam uberrimas offerens. Quorum desideriis abbas satisfacere cupiens, ipsam arcam, in qua sacrum corpus depositum erat, per baiolos sacerdotes in turbas efferri et palam omnibus conspici dedit. Cumque nec sic exsatiarentur, et geruli sancti corporis, disruptis ex nimia compressione sacris vestibus, calore simul et labore periclitarentur, venerabilis Ebbo Wormaciensis episcopus, in hoc ipsum evocatus, in editiori loco ante ęcclesiam sancti Martini[45] consistens caputque beati (col. 2.) martyris reverenter omnibus ostendens: *Ecce*, ait, *corpus, ecce caput domini vestri, patris vestri, patroni vestri, Deo digni ac dilecti martyris Nazarii, de cuius presentia ambigebatis, de cuius patrocinio desperabatis. Ecce, inquam, ecce ipse, qui vos propter peccata vestra cibavit pane lacrimarum, qui vobis propter merita sua dedit hodie vocem exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. Hunc vos dominum formidate, patrem amate, patronum iugiter implorate, scientes procul dubio vobis a Deo collatum devote sibi servientibus pium protectorem, sua diripientibus severum ultorem, resipiscentibus promptum intercessorem.* His dictis omnium aequa gratulatio, equa iubilatio, unus clamor, una vox erat omnium:

*O sacer, o clemens pater et patrone Nazari,*
*Supplicibus famulis auxiliare tuis!*

*Familiam queso tuam propicius respice, ut te protegente ab omni adversitate sit libera, et in bonis actibus tuo honori sit devota!* Accessit huic sanctae letitiae evidens Dei gratia. Nam cum et ex confertissima multitudine et ex nimia estivi caloris intemperie — iam tum erant Nonae Iunii — multi adeo decoquerentur ut extremum traherent spiritum: subito in (Ias. 5.) ipso fervore diei ille, qui producit ventos, de thesauris suis emisit ventum roris flantem, et post ignem et commotionem flavit sibilus aurae tenuis, et vere ibi Dominus. Cuius refrigerio ita omnes refecti, ita refocilati sunt, ut hanc gratiam meritis beati martyris asscriberent, seque celesti rore debriatos plena fide assererent. Tanta vero fidelium devotio, tanta oblationum affluentia piaque concertatio fuit, ut matronae inaures, armillas, monilia, anulos, gemmas et queque preciosa super sacras reliquias raptim iactarent, ceterique tam divites quam mediocres pro virili parte in tabernaculum Domini[a] ea quae habebant offerrent. Unde in brevi tum ex oblatis impendiis, tum ex incendii reliquiis eadem restaurata est ecclesia, et si non ea qua olim mirae venustatis ęlegantia, tamen prout facultas subpetebat et temporis indulsit festinantia. Preterea Dominus ob coronam et gloriam sui martyris *benedixit* (Psal. 64, 12. 13.) *coronae anni benignitatis suae*, ita ut *campi replerentur ubertate, et exultatione colles accingerentur*. Proximo siquidem anno infra omnes dumtaxat eiusdem ęcclesiae terminos singularis exstitit proventus glandium, atque insequenti tanta fertilitas messium, ut oblivioni daretur retroacta iugis trium annorum sterilitas.

Inter miracula vero vel tunc vel deinceps facta, illud tanto ammirabilius quanto terribilius habetur, quod obpressores familie suae beatus martyr a translatione sua usque ad hoc temporis numquam passus est impune et absque gravi animadversione vita excedere. Alii namque bello turpiter victi, dolore tedioque probrose perierunt; alii intestati et exheredati predia ac beneficia sua extraneis possidenda reliquerunt; alii subitanea morte preventi, preclusa voce inpenitentes inter rapinas pauperum exspiraverunt; alii putrefactis vitalibus inflati et turgidi, scatente sanie cum fetore putidissimo extabuerunt; alii inter epulas, ex inopum rebus apparatas, subitam totius corporis paralysin inciderunt, atque plus biennio elingues et muti, rebus et honore privati vitam finierunt. Reliquiae quoque impiorum cottidie *deficientes, quemadmodum fumus deficiunt*, et *ad nichilum deveniunt tamquam aqua* (fol. 26. Psal. 36, 20.) *decurrens*. Martyr quippe noster patiens, set fortis est redditor. *Intendit enim arcum suum*, (Psal. 57, 8. Psal 57, 8.) *donec infirmentur*, ut tum *sicut cera, quae fluit a facie ignis, auferantur*. Unde metuendum (Psal. 57, 9.) est, ne iuxta Danielem rursum *ex sententia vigilum decretum sit*, sanctorumque sermo ac (Daniel 4, 14.)

a) domini *superscriptum*.

45) vel potius S. Udalrici; cfr. Falk p. 204, not. 104

Daniel 4, 8. ibid. 4, 9. petitio sit, ut *arbor illa fortis et magna, proceritate celum adtingens, in cuius ramis volucres,*
ibid. 4, 11. *sub cuius umbra bestiae conversabantur, precisis iam ramis eius et decussis foliis* ipsa quoque succidatur et vinculis insolubilibus vinciatur. Sed hec hactenus; nunc ad ordinem redeamus.

Resuscitata igitur ex cineribus, in quibus consederat, Laureshamensi ęcclesia, dilectus Deo et hominibus pater Anshelmus non solum ibidem sacrae religionis vigorem roborare, set etiam alibi propagare studuit, eaque gratia novam cellam in monte Abrinsberk[46] in honore sanctorum martyrum Stephani et Laurentii construxit; in quo opere precipuum habuit cooperatorem quendam venerabilem virum, nomine Dietpertum. Is cum tempore anterioris Hierosolimitanae expeditionis, quae per Godefridum ducem maxime promota est, quorundam fidelium pecunias, qui in eodem procinctu erant, apud se[a] repositas haberet, eisque defunctis nullus esset qui eas vel testamentario vel hereditario iure repeteret, here-
Epist. ad Philipp. 2, 6. dem earum Christum facere *non rapinam arbitratus est.* Quas ęcclesiae oblatas abbas in fabricam eiusdem monasterii expendit, eoque venustissime ut cerni datur exstructo, aliorum quoque fidelium Dei accedente beneficientia, decem fratribus inibi necessaria sufficienter adtraxit. Quomodo vero ipse abbas terminos montis ac silvae, quos eidem cellae adtribuit, a terminis sancti Michahelis[47] certis limitibus discreverit, testimonium ipsius in medium adducamus.

[De monte Abrinsberg et eius fundatione et constructione.]

1094. s. d. *Notum esse volumus omnibus in Christo fidelibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego Anshelmus, Dei gratia Laureshamensis ęcclesiae abbas, cum communi fratrum et ministerialium ceterorumque amicorum nostrorum consilio et auxilio cellam novam in monte Abrinsberc, scilicet in ecclesia sancti Stephani prothomartyris, ab Arnoldo preposito prius fundata, construximus, et quomodo fratribus ibidem Deo famulantibus stipendia circumquaque accumulavimus, et quam partem montis et eius silvae eidem monasterio deputavimus. In presentia etenim Bertholfi advocati senioris et totius familiae in Hantscuhesheim nos consedebamus, et confirmatione banni et in cessione*[b] *populi terminum eiusdem loci hoc modo pretitulavimus. Ab origine fontis, qui dicitur Heiminisbach, per callem ad utriusque montis pene medietatem dirigentem, usque ad summum, a summo usque deorsum in amnem qui vocatur Dagrisbach, et exinde qua via publica circumflectitur, usque ad collem qui dicitur Hohenbuhel, et sic in ascensum eiusdem collis per illum locum, qui cognominatur Lar, per latera montis usque ad vineam, quae vocatur Busendal, et ita in ascensum per summitatem eiusdem vineae usque ad originem prioris fontis, id est Heiminisbach, tendit. In hac vero determinatione disposuimus*
col. 2. *cum Tietperto monacho et Gerlacho converso ceterisque fratribus tunc tempore ibidem degentibus, ut in radice montis vinearum iugera metiremur; ea videlicet ratione, ut quot iugera, tot solidi prelato ęcclesiae in festo sancti Remigii persolverentur. Set quoniam ad cameram nostram mons totus et silva pertinuit, decimationem vinearum sive frugum aliarum absque omni contradictione clericorum vel laicorum ad eandem ęcclesiam presentari constituimus. Interdiximus etiam, quod nullus hominum, sive maioris sit natu sive minoris, audeat in determinatione illa quicquam sibi usurpare, neque in terra, neque in vinetis, neque in arboribus, neque in lapidibus, neque in ulla utilitatis causa, preter hoc quod a magistro loci vel a fratribus hereditario iure possit appetere. Ad confirmandam autem hanc institutionem et ęcclesiae nostrae honorem fecimus hanc cartam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri. Et ut posteris nostris fidelibus firmius et stabilius videatur, domni nostri Heinrici*[c] *imperatoris clementiam imploravimus, ut in defensionem potentiae suae eandem cellam susciperet, et omnia quae vel a nobis concessa vel adepta sive ab aliis fidelibus acquirenda, singulas donationes in suis locis prenotatas, propria manu regnique banno et sigilli eius munitione coram principibus confirmaret. Si quis autem hec annichilare vel sibimet quicquam*[d] *usurpare vel minuere*[e] *studuerit, iram Dei et omnium sanctorum se habere sciat. Pro presumptione autem delicti imperando diiudicamus, ut si liber est* 10 *talenta, si ministerialis* 5 *talenta, si ex familia totam substantiam ad cameram nostram persolvat.*

a) se *superscriptum.* b) incessione *cod.* in concessione *edit. Tegerns.* c) *superscriptum* III. *cod.* d) *sequitur* sibi *in codice eadem manu superscriptum.* e) minui, *corr.* minuere *cod.*

46) Heiligenberg, prope Heidelberg. 47) Monasterium S. Michaelis in eodem monte iam Reginbaldus abbas aedificavit; cfr. supra pag. 406.

*Nomina testium hec sunt. De monachis: Geroldus, Berengerus, Hartmannus, Godebertus, Liebelinus, Zuondeboldus, Trutwinus, Tietbertus. De militibus: Bertholfus comes, Gerhardus, Rifridus, Gerlacus, Ernost. De servientibus: Heribertus, Salemannus, Tietericus, Hildebertus, Arnoldus. De familia: Willo, Heimo, Razecho et alii quam plurimi.*

*Anno dominicae incarnationis* 1094. *Indictione* 2. *Regnante Heinrico III.*[a] *imperatore sunt hec acta et in monte Abrinsberc conscripta feliciter. Amen.*

Ut autem desiderio suo circa eundem locum robustior accederet efficatia, prefatas donationes ipsiusque loci statum auctoritate Heinrici imperatoris confirmavit; quae talis est:

[Confirmatio praecedentium auctoritate Heinrici imperatoris, ut sequitur.]

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter quidam abbas Laurissensis nomine Anshelmus quandam cellam in monte Ebrensberc in honore Dei et sancti Stephani construxit et quibus potuit bonis ditavit, donans videlicet in villa quae dicitur Leimheim novem iugera vinearum; in villa quae dicitur Rorbach quinque iugera vinearum; in villa quae dicitur Bergeheim tria iugera vinearum; in villa quae dicitur Niwenheim* 6 *iugera vinearum; in villa quae vocatur Hanscuhesheim* 20 *iugera vinearum; in villa quae dicitur Dossenheim* 6 *iugera vinearum; in villa quae dicitur Liuthereshuson* 2 *iugera vinearum; in villa quae vocatur Sahssenheim* 2 *iugera vinearum; in villa quae vocatur Wininheim novem iugera vinearum; in villa quae vocatur Bertholdesheim* 20 *huobae; in villa quae vocatur Siggenheim* 10 *hobae; in villa quae vocatur Ulvensheim* 4 *hobae; in villa quae vocatur Etingun* 4 *huobae; in villa quae vocatur Hantscuhesheim* 5 *hobae; in villa quae dicitur Hetenesheim* 4 *hobae; in villa Wibelingun una hoba; in Strazheim una; in Leimheim una; in Gnessa una; in Cunigga una; in Butinga una; in Winenheim una; in Sahssenheim* 6 *hobae. Quam nos cellam ut in defensionem susciperemus rogavit, set antequam hoc fieret, viam universae carnis intravit. Quo defuncto, successor illius abbas Geroldus similiter nostram clementiam adiit, et pro eadem cella in nostram tutelam suscipienda rogavit. Cuius petitioni acquiescentes, pro amore Dei et remedio animae nostrae et avi nostri Cuonradi et patris nostri Heinrici imperatoris et aviae nostrae Gisilae et matris nostrae Agnetis . . . . . . . . et*[b] *coniugis nostrae Berthae imperatricis, pro stabilitate regni et imperii nostri ac filii nostri regis Heinrici, ac petitione regni principum, videlicet Brunonis Treverensis, Frederici Coloniensis archiepiscoporum, Iohannis Spirensis, Burchardi Monasteriensis, Adelberonis Metensis, Albuini Merseburgensis, Cuononis Argentinensis episcoporum, Stephani Wizenburgensis abbatis, Friderici, Sigefridi palatinorum comitum et aliorum fidelium nostrorum predictam cellam cum universis bonis, quae iam acquisita sunt vel inquirenda sunt, cum omnibus appenditiis, areis, edificiis, pratis, pascuis, agris, vineis, silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, exitibus et reditibus, viis et inviis, quesitis et inquirendis, ac cum omni utilitate quae vel dici vel nominari poterit, in nostrae defensionis mundiburdium suscepimus. Ea ratione, ut nullus successorum nostrorum, imperator vel rex, episcopus vel abbas, dux vel marchio vel comes vel aliqua persona magna vel parva, hanc eandem cellam in aliquo molestare vel inquietare vel inde aliquid auferre presumat, sed monachi ibidem Deo servientes bonis prefatis, quesitis vel inquirendis, libere utantur. Et ut hec nostrae defensionis munitio firma et inconvulsa omni evo permaneat, hanc cartam inde conscriptam et ut infra videtur propria manu nostra corroboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.*

1103. Mart. 4.

fol. 26'.

*Signum domni Heinrici (M.)*[c] *tertii Romanorum imperatoris invictissimi.*

*Actum* 4. *Nonas Martii. Anno ab incarnatione Domini* 1103. *Indictione* 11. *Regnante Heinrico tercio Romanorum imperatore augusto anno* 49, *imperante autem* 18.

*Actum Spirae in Christi nomine ad salutiferam memoriam Heinrici tertii Romanorum imperatoris augusti, feliciter. Amen.*

Hoc loco quae de monasterio Abrinsberk superius omissa sunt inserenda arbitramur, videlicet donationem Cuonradi regis primi et privilegium Heinrici imperatoris secundi; quorum altera sub Hattone archiepiscopo et abbate, alterum sub Reginbaldo abbate factum est.

a) III. *superscriptum.* b) tris nostrae Agnetis . . . . . et, *scilicet unius lineae spatium, in cod. omissa sunt.* c) *monogramma deest in cod.*

[Donationes ad monasterium Abrinsberg.]

912 Aug. 23. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Cuonradus divina ordinante providentia rex. Quicquid Dei servorum exhortatione locis divinis cultibus aptatis devota mente conferimus, in* col. 2. *extremo examinis die centuplicatum a summo iudice nobis representari absque dubio confidimus. Idcirco omnibus sanctae Dei ęcclesiae nostrisque fidelibus, presentibus et futuris, notum esse volumus, qualiter nostrae pro mercedis augmento ac parentum in elemosina meorum, atque pro quorundam fidelium nostrorum, Thiedelachi episcopi nec non et Erkangeri comitis ac ceterorum, Erlolfi et Folnandi, rogatu, quasdam res proprietatis nostrae concedimus ad sanctum locum Aberinesburg dictum, qui est constructus in honore sancti Michahelis archangeli omnipotentis, hoc est, quicquid Folcmar proprietatis visus fuit habere in marcha et in villa Hanscuhesheim puncupata,* 6 *hobas serviles, et hoc totum Sigolfo, nostro quoque monacho, abbatis sui licentia ad dies vitae suae sibi in proprium habere nostra concedo potestate: hoc est in pago Lobotungowe, in comitatu Liutfridi comitis, et quicquid ad ipsum locum iure ac legitime pertinere videtur, cum domibus, edificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, accessibus et adiacentiis, finibus, exitibus ac regressibus. Hec igitur omnia iam aicto monacho ad prefatum locum, ac post ipsius de hac vita discessum fratribus in monasterio Lauresham Domino sanctoque*[a] *Nazario famulantibus, in proprietatem et dominationem perpetuam condonamus. Et iussimus eis fieri hoc nostrae auctoritatis preceptum, per quod volumus firmiterque precipimus, ut de his omnibus nunc et deinceps omni tempore liberam habeant potestatem faciendi quicquid eis placuerit, quatinus eos pro nobis misericordiam Domini melius exorare delectet. Et ut hec nostrae concessionis auctoritas firmior habeatur, ac per futura tempora a fidelibus nostris melius credatur et diligentius observetur, manu propria subter eam firmavimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.*

*Signum Chuonradi (M.)*[b] *serenissimi regis.*

*Oudalfridus*[c] *cancellarius ad vicem Piligrimi*[d] *archicapellani recognovi.*

*Data* 10. *Kalendas Septembris, in Monte Abirinesburg. Anno dominicae incarnationis* 912. *Indictione* 12. *Anno* 1°. *regni Chuonradi gloriosissimi regis. Actum ad Triburiam, palatio regio, feliciter. Amen.*

[Confirmatio immunitatis monasterii S. Michaelis.]

1023. Dec. 13. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus*[e] *divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Si venerabilia ęcclesiarum Dei loca alicuius commodi utilitate ad laudem Dei stabilire, confirmare ac sublimare studuerimus, nobis id ad animae remedium regnique nostri statum profuturum esse minime dubitamus. Quapropter noverit omnium Christi fidelium nostrorumque universitas, qualiter Reginbaldus, Laureshamensis ęcclesiae venerabilis abbas, nostram adiens serenitatem omni a nobis studio postulavit, quatinus sub nostrae confirmationis atque immunitatis auctoritate liceret sibi sub sancti Michahelis archangeli et omnium supernorum civium honore monasterium ordinare in Monte sancti Abrahae pretitulato nomine, sito in pago Lobetengowe, in comitatu vero Heinrici comitis. Rogavit etiam nos, eidem monasterio* fol. 27. *confirmare ad usum fratrum Deo ibidem sub regula sancti Benedicti servientium loca cum pertinentiis suis, his nominibus designata: Furde, Eressam, Wezzenloch, in Wibelinga* 4 *mansos, Scrizesheim, in Paphenhofun*[f] *unam ecclesiam cum* 4 *mansis, in Pergeheim* 8 *mansos, in Niwenheim* 8 *mansos, in Hanscuesheim* 7 *mansos, in Cilulfesheim* 3 *mansos. Cuius petitioni, quia rationabilis atque religioni dedita videbatur, aurem libentissime accomodavimus, atque eidem ęcclesiae ab ipso concessa per hanc nostram imperialem paginam concedimus atque confirmamus. Interdicendo itaque interdicimus, ut nullus posthinc abbas eidem monasterio de prenominatis locis aliquid auferre et ad suos usus conferre sive alicui militi in beneficium dare presumat. Si autem hoc, quod absit, fecerit, Dei omnipotentis offensam et sancti Michahelis archangeli omniumque supernorum civium inprimis incurrat, et ut banni nostri transgressor auri optimi libras* 100 *ad cameram nostram persolvat. Et ut haec nostrae ingenuitatis auctoritas stabilis et inconvulsa omni posthinc permaneat tempore, hoc preceptum inde conscriptum manu propria confirmantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.*

*Signum domni Heinrici (M.)*[b] *Romanorum invictissimi imperatoris augusti.*

a) que *superscriptum.* b) *deest monogramma in cod.* c) Wodelfridus *male pro* Odalfridus *habet cod.* d) Pilegrini *cod.* e) H. *superscriptum.* f) Paphenhoven, *corr.* Paphenhofun *cod.*

*Guntherius cancellarius vice Aribonis archicancellarii recognovi.*

*Data Idus Decembris. Indictione 6. Anno dominicae incarnationis 1023. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis 23, imperii autem 10. Actum in Triburia, regia villa.*

Venerabilis quoque abbas Ougo prefatum monasterium sua donatione sublimavit et hoc modo confirmavit:

[Ad idem.]

*Ougo*[a] *Dei gratia abbas Laureshamensis. Sanctae Dei ęcclesiae profectui tanto diligentius procurare debemus, quanto in celesti curia excelsius sublimari cupimus. Ecce in Hanscuehsheim ob aeternae retributionis mercedem iura constitutionum, quae ad nostrum servitium pertinent, sine ulla interdictione, fratrum nostrorum petitione, in presentia primatum nostrorum, ad servitium sancti Michahelis archangeli constituimus, quatinus inibi regularem disciplinam iuxta fratrum sancti Nazarii consuetudines eiusdemque loci constitutiones ad plenum firmaremus; et ne hanc constitutionem successorum nostrorum iniustitia vel inclementia subvertat, hanc chartam fecimus scribi et legaliter confirmari.* a. 1043 — 1052.

*Anno autem incarnationis dominicae* 1026[48], *indictione* 7, *regnante imperatore Heinrico*[b] *secundo, acta sunt haec feliciter. Amen.*

His[48*] succedens Deo dignus pater Anshelmus, sua nichilominus liberalitate id ipsum monasterium ditavit, pensionesque eius annuas in hunc modum annotari fecit:

[Ad idem.]

*Notum sit omnibus in Christo fidelibus, qualiter ego Anshelmus, sanctae Laureshamensis ęcclesiae licet indignus abbas, cum Zundeboldo preposito Abirinesbergensi, manu advocati Bertholfi aream et vineas in Scriezesheim*[49] *hobariis atque curtariis, preter ea quae iam in servitio habuerunt, sub annua et determinata pensione iure hereditario contradidi eisque concessi, ut cum aliquis hobariorum obierit, heres eius tantum quinque solidos Wormatiensis monetae supradicti loci preposito et unciam eius villico tribuat ac hereditatem suam possideat. Persolvere autem debent hobarii unam caraddam vini et* 30 *malter siliginis, curtarii vero* 4 *amas vini et* 20 *malder siliginis, nostrae autem constitutionis novi heredes* 25 *urnas vini,* 18 *malder siliginis et unum tritici; quae simul sunt duae carradae vini et dimidia, malder* 71. *Preterea hobarii solvunt villico prepositi in festo sancti Martini* 6 *uncias, et de molendinis solvuntur* 6 *unciae. Porro in Heteneshe**im*[50] *et in Cilolvesheim persolvuntur* 65 *malder tritici; set* 8 *malder tritici in Cilolvesheim dedimus in concambium pro molendino in Scrizesheim, quod pertinebat ad Aldenmunster. In Wibelingen*[51] *de area et de vineis in festo sancti Lucae persolvuntur* 53 *malter tritici, de tribus mansis* 30 *malder tritici, ex aliis autem bonis* 23 *malter tritici; que simul sunt* 106 *malder tritici in Wibelingen. De Niwenheim*[52] *solvuntur* 15 *malder tritici,* 18 *siliginis. De Rorbach*[53] *solvuntur* 36 *malter siliginis,* 2 *malder leguminum et* 10 *unciae. De Etingen in festo sancti Remigii* 1 *libra argenti. In festo sancti Remigii de Wezenloch*[54] *persolvuntur* 2 *talenta et dimidium de curtibus; in festo autem sancti Martini et in pascha de huobariis* 3 *talenta persolvenda sunt. De monte autem, ubi argentum foditur,* 1 *marca, et de mercato* 20 *marcae. De molendino vero* 20 *et* 6 *malder tritici. In festo sancti Martini de Blankestat persolvitur census* 6 *unciae et dimidia. In festo sancti Remigii persolvitur census de Bergeheim* 34 *unciae; in pascha ibidem* 31 *unciae. De Hanscuhesheim in festo sancti Remigii hic census persolvitur: de* 12 *hobariis pro servitio et reditu solvuntur* 8 *librae; de dimidiis vero hobariis et molendinariis et aliis curtariis* 9 *talenta et* 43 *solidi, carrada quoque vini et* 2 *urnae; item in festo sancti Martini persolvuntur* 8 *unciae preter* 4 *denarios. Ipso die de Etingen* 8 *uncie. Summa igitur totius census est* 54 *talenta,* 5 *unciae et* 6 *denarii; siliginis* 88 *malder, leguminum* 2, *tritici* 187 *malder, vini quatuor carradae et dimidia et duae urnae.* a. 1088 — 1095. col. 2.

[Descriptio hubarum et pensionum ad curiam Furde.]

*Item descriptio hubarum et pensionum ad curiam Furde pertinentium. In vico Columbach sunt* 11 *hubae, quarum* 10 *quelibet annuatim persolvunt*[c] *in festo sancti Michahelis* 15 *nummos,*

a) Ego, *post correctum* Ugo *cod.* b) Heinrico *deest cod.* c) persoluit *cod.*

48) Neque annus 1026, neque indictionis numerus iusti sunt, nam Hugo abbas ab a. 1043 usque ad a. 1052. Mai. 8. regnavit, qui anni incidunt in indictiones XI—V. 48*) scilicet Hugoni abbati eiusque successoribus, usque ad Winitherum abbatem. 49) Schriesheim. 50) Heddesheim. 51) Wieblingen. 52) Neuenheim. 53) Rohrbach. 54) Wiesloch.

*in festo vero sancti Martini de singulis solvuntur 20 denarii, itemque 10 ova et unus pullus in pascha: undecima vero huba villicationi adtinet, quatinus inde 8 parapsides, 8 staupi, unum mortarium in natali Domini, 40 quoque scutellae in pascha fratribus a villico ministrentur. In Crumbenbach 10 hubae, singulae solventes 15 denarios in festo sancti Michahelis, 10 ova et 1 pullum in pascha. Item mansus unus persolvens 12 denarios in die sancti Martini. In Branbach superiori 3 hubae, singulae 15 denarios in festo sancti Michahelis, in pascha 10 ova et pullum. In inferiori Branbach 4 mansi persolvunt villico 2 uncias. In vico Wisgoz 7 hubae,*
fol. 27 *singulae solventes 15 denarios in festo sancti Michahelis, in pascha 10 ova et 1 pullum. In Krechlenbach 8 hubae solvunt singulae 12 denarios in festo sancti Michahelis; in pascha 10 ova et pullum. Ad Varenbach 6 hubae singulae 20 denarios in festo sancti Michahelis, in pascha 10 ova et pullum. Ad Furden 11 hubae, singulae solventes 30 nummos in festo sancti Michahelis, in pascha 10 ova et pullum, insuper 12 camisilia, quorum unum villico assignatur. In vico Aldenlehter 4 huobae, singulae 15 denarios in festo sancti Michahelis, in pascha 10 ova et pullum. Redemptio vero operum, quae ex his hubis principali curiae in Furden tribus in anno mensibus, videlicet Februario, Maio et Septembri, iure exhibentur, talis est: in Varenbach 6 hubae solvunt his singulis mensibus singulae 6 denarios. In Furde 11[a] hubae singulae 3 denarios. In Crumbenbach 10 hubae, duae simul 3 denarios. In Branbach 3 hubae similiter. In Wisgoz 7 hubae similiter. In inferiori Branbach 4 hubae 4 denarios. In Creklenbach 8 hubae singulae 1 denarium. In Aldenlehter 4 hubae similiter. Duae vero partes omnium decimarum ad ecclesiam Furde aspicientium sunt in manu prepositi, preter salicas decimas, quae respiciunt Laurensem portarium, et preter decimas in Erlebach, quae ad villicationem in Furde pertinent; ex quibus idem villicus fratribus in Abrinsberk uno anno caldariam, altero patellam in festo omnium sanctorum exhibeat. Hec quoque ad villicationem pertinent, videlicet omne decimale fenum in Colunbach, Wisgoz, Branbach, Steinbach, Aldenlehter. Item molendinum in Wisgoz, solvens 2 solidos cum huba sua, quae solvit 15 denarios, et tota ipsius hubae decima. Item in Branbach 2 unciae, in Aldenlehter 2 solidi cum huba. Item capitales census familiae ad Furden pertinentis, et si quid in suppellectili morientium solidum aut minus valet. Nam quae maioris precii sunt, preposito deputantur. In hereditatum quoque susceptione de 5 solidis villicus accipit unciam, de 30 denariis 10 denarios. Item molendinum in Varenbach solvens 33 denarios, et 4 mansi qui coniunguntur solvunt 4 solidos, et areola una 3 denarios. Item in Furde 2[a] solidos. Item ibidem 18 denarios. Buobo ex duobus mansis et prato quod dicitur Rutbrehtesbruel et de una biunda[b] 30 denarios, et de molendino in Furden 5 uncias, solvere debet.*

Aliae quoque possessiones et villullae, videlicet Ezzilsbach, Ersam, Ramesowa, ad idem monasterium pertinent, Wezzenloch quoque cum aliis, quae memoriae non occurrunt, quarum pensiones et iustitias, quia in scriptis non reperimus, necessario pretermisimus.

Isdem quoque reverendus pater possessiones cellae Michlenstat, sive ab antecessoribus suis sive a se ipso eidem loco collatas, annotari precepit et hoc modo in posteros transmisit:

1095. Oct. 27. *In nomine sanctae Trinitatis et eiusdem individuae Unitatis. Ego humilis Anshelmus, provisor rerum sancti Nazarii, ratum duxi litteris innotescere omnium fidelium posteritati, qualiter cella Michlenstat dicta nobis antiquitus sit tradita, vel quemadmodum his novissimis temporibus Deo servientium congregatio inibi sit coadunata, quaeve eidem ad usus suos concessa sive*
col. 2 *donata vel etiam pro oportunitate locorum concambio meliorata seu certe precio sint adtracta; quae singula, relatu et memoria digna, hoc ordine sunt completa. Tempore igitur imperatoris Ludowici, cognomento Pii, quidam Einhardus, nobilitatis et dignitatis honore clarus, et uxor eius Imma, Karli Magni filia, predictam cellam sancto Nazario in Lauresham pari devotione tradiderunt, eadem libertate et integritate, qua et ipsi eam a prefato imperatore in proprietatem susceperunt. Quam traditionem, si quis plenius nosse desiderat, testamentum ipsorum apud nos servatum relegat. Idem vero Einhardus, cum predictam cellam ad dies vitae suae retineret, cetum Deo famulantium illic congregare voluit, set ideo effectum consequi non potuit, quia sanctis quos de Roma adduxerat, videlicet Marcellino et Petro, liberiorem locum Deus alibi predestinaverat. Sic itaque cella prenominata usque ad hec novissima tempora permansit quodammodo deserta et desolata. Ast ubi tempus miserendi venit, ut iniquitas deleretur et iustitia sempiterna adduceretur, gratuita Domini pietas, cuius universae viae misericordia et veritas, quosdam fratres divinitus inspiratos illuc direxit spontaneos, ad restaurandum diu neglecta,*

a) IIII, corr. II cod. b) i. e. locus septus, clausura cinctus; cfr. Du Cangium s. v. et Grimm, Deutsches Wörterbuch s. v. beunde.

*scilicet per 253 annos. Quibus etiam ad hec peragenda benignus fautor aderat gloriosius operando in minimis, qui in omnibus iudiciis et operibus suis legitur et tenetur mirabilis. Piissimus namque pater et pastor noster domnus Oudalricus, sacrae religionis amator immo propagator precipuus, auditis eorum votis libentissime assensit, et eis ad supplementum Mardbach, Buolaha, Rossebuoch cum omni iure concessit. Post cuius obitum cum successisset domnus Adalbertus, geminae caritatis dulcedine refertus, desiderans novellam plantationem radicando convalescere, antea concessis hec censuit quasi irrigando adicere: scilicet salicam terram cum pratis et horto et familiae servitio. Cui domnus Winitherus in regimine subrogatus, et ipse in augendo Christi servitio devotus, concessa adauxit et hec addidit, scilicet 14 iurnales in Winenheim cum omni iure, et Ameslabrunno, et decimas in Cunticha, Cella, Steinbeche, et servientium qui sunt in Stocheim, et huobam unam in Steinbach, et integram et dimidiam in Bisistat, et partem saltus in palude iuxta Basinsheim. Preterea Heinricus quartus rex dedit vineam unam ad Eichholz, in Ingilenheim. Et Bezecha de Obbenheim dedit vineam unam et curtile 1 in Basinsheim; et Diemarus de Niderenburc huobam dimidiam in Phungestat. Quorum ego ultimus, immo omnium minimus, qui Dei gratia sum id quod sum, hec concessis vel datis decrevi super adicere et stabilire in augmentum illorum, scilicet Erichesbuoch, Alingisbach, et huobam unam in Steinbach, et duas in Ertbach, et molendinum 1 et huobas 5 in Stocheim, et partem de novo saltu in Biuron iuxta Winenheim, et decimam ipsius saltus cum omni iure, et hûbam unam*[a] *et 4 iurnales et curtile 1 in Winenheim, et reditus et constitutionem 12 huobarum in Rêhbach, Steinbach, Stocheim; et pro dimidia huoba, quam Herebertus de Lauresham cum uxore sua et filio in Strazheim dederat, concambivi eis 14 iurnales in Bisistat. Bertholdus* fol. 28. *quoque advocatus cum Liutgarda uxore sua dedit hubas duas in Winemundesdale. Ad hec etiam ipsi fratres emerunt hubam unam in Cunticha, et vineam 1 in Basinsheim, et curtile 1 et prata duo et vineas 8 in Winenheim. Et Hildibertus de eodem loco emit eis vineam 1 in eodem loco. Et propterea existimavi congruum hoc eis conscribi testamentum, quatinus congregatio nunc inibi coadunata vel deinceps Christo propitio coadunanda, queque concessa, donata, concambio seu precio adtracta, sub huius auctoritate perpetua teneat stabilitate. Quod ut robustius teneatur et a posteris firmius credatur undique circumspectum, non nostro set patroni nostri Nazarii sigillo*[55] *voluimus insigniri, Deo videlicet dilecti martyris ac specialis sua patrocinia querentium protectoris.*

*Traditio cellae facta est pridie Idus Septembris, anno dominicae incarnationis 819,* 819. Sept. 12. *indictione 12, anno autem 6°. Ludowici imperatoris et 16°. Adalungi abbatis*[56]. *Adventus autem fratrum in ea factus est in parasceue, quod erat 4. Kalendas Aprilis, anno eiusdem incarnationis 1073, indictione 11, anno vero 17. Heinrici quarti regis et 19. Oudalrici abbatis.* 1073. Mart. 29. *Istud etiam testamentum factum est anno predictae incarnationis 1095, indictione 4, anno* 1095. Oct. 27. *quoque 40. prefati regis et 8. Anshelmi abbatis.*

*Ego itaque Notkerus, etsi indignus presbyter et monachus, iussu domni abbatis Anshelmi hoc testamentum descripsi, diesque et tempora diligenter distinxi.*

*Datum 6. Kalendas Novembris. In Dei nomine feliciter. Amen.*

Longum est evolvere, qualiter hic venerabilis pater, ante et[b] post reaedificatam ex incendiis Laureshamensem ęcclesiam, ornatum quoque ęcclesiasticum, quem Winitherus ambitu symoniaco expilaverat et in vadia exposuerat, plurima ex parte recuperaverit et curias supradictas suae dispositioni restituerit. Nec his contentus, familiam quoque ęcclesiae contra obpressores suos cepit viriliter manutenere et defendere, maximeque adversum Bertholfi advocati tyrannidem, qui fuit radix peccatrix huiusmodi quae adhuc vigent exactionum. Quem idem Bertholfus[c] cum militia tum iustitia et industria superiorem sentiens, quia vi non poterat, dolo circumvenire intendit. Auspicato igitur quo posset imprudentem et imparatum adoriri, in ęcclesia beatae Mariae semper virginis apud cellam Michlinstat fraudulenter obpressum captivavit, et in castro Vehingen, favente cognato suo Egenone comite, custodiae mancipavit. Ubi tamen prout res tulit honorifice receptus[d], extimplo per imperialem auctoritatem absolutus et suae dignitati restitutus est, auctoribus sceleris debita confusione multatis. Nec multo post, velut optata missione post laborem,

a) hûbam unam *iam erasa sunt.* b) ante et *superscripta.* c) B. *cod.* d) vel retentus *superscripsit alia manus coaeva.*

55) Eruitur ex hoc chartae loco, exeunte iam saec. XI. in monasteriis et ecclesiis quibusdam duplex sigillum in usu fuisse: unum patroni ipsius ecclesiae imaginem exhibens, alterum abbatis vel antistitis. ED. TEGERNS. 56) Cfr. supra pag. 360.

1102. Iun. 25. emeritus miles migravit ad Dominum 7. Kalendas Iulii, sepultusque est in Abrinsberg in oratorio sancti Stephani, quod ipse ut cerni datur construxerat. Qui ut memoriam in benedictione relinqueret, fratrum Laureshamensium servicio talentum in Sahssenheim de reditu col. 2. cuiusdam possessionis in anniversario depositionis suae die constituit, carratam quoque vini in festo beati Nazarii, ac 10 solidos in Husen et malter caseorum cum 100 ovis in vigilia pentecostes ipsis perpetuo tradidit. Rexit eandem ęcclesiam annis 13. Cui subrogatus est

Geroldus, incertum ex ipsa congregatione, an aliunde assumptus. Iste curtim dominicalem Stehelinmesela dictam iuri custodis Laureshamensis assignavit, sicut et alia eiusdem nominis, in qua abbas Anshelmus ob tuitionem ęcclesiae castrum[a] construxerat, in dispo- 1105. Mai. 8. sitionem portarii accessit. Quo post annos 6[b] vita excedente, Hugo quidam Gingenbacensis abbas, non quidem fratrum electione, set imperiali permissione, mox sicut institutus, ita et destitutus eadem est ęcclesia.

Per id temporis domestica discordia et inexorabile odium inter Heinricum IV. imperatorem patrem filiumque eius Heinricum V. coniuratione principum efferbuit, facileque tum quivis studia partium fovens ad quamlibet ęcclesiasticam dignitatem aspirabat. Prefuit tunc Hirsaugiensi monasterio post illum beatum et opinatum eiusdem loci patrem Willehelmum Gebehardus, tum natalium splendore conspicuus, tum etiam consilii vivacitate in palatio satis acceptus, cui se non tam fidelitatis quam ambitionis gratia familiarem exhibebat. Hoc optentu primo Laureshamensem abbatiam, deinde episcopatum a. 1105. Nov. 1. Spirensem[57], velut ex imperiali concessione vendicavit. Nec mora, rebus abbatiae plurimum profligatis, fratres, ipsius ęcclesiae filios, quorum odia sibi merito consciverat, propulsare statuit; arreptaque occasione, quasi sub religionis pretextu, Hirsaugiensium consuetudinum novitates quae nuper ęmerserant, per adventitios monachos ac barbatos ac huiusmodi larvas potius quam personas subintroduxit. Quibus ipsius ęcclesiae nutritii fratres pro defensione Gorziensis seu Cluniacensis ordinis, quem ab antiquo traditum servaverant, acrius obnitentes, Hirsaugiensium factione paene omnes domo propulsi ac aliquandiu dispersi sunt. Ev. Matth. 9, 16. Eoque factum est, ut exinde *commissura rudis panni, in vestimentum vetus missa*, peiorem scissuram fecerit, et utraeque consuetudines insimul permixte, immo confusae, neutram apud nos plenarie habeant observantiam. Qualiter vero prefati Hirsaugienses post mortem Gebehardi ex eodem loco profugati ac fratres honorificę sint reducti, consequenter explica- 1105. 1106. bimus. Nam tenuit ipsam abbatiam annis duobus[57*], Spiraeque sepultus est[58].

Heinrico IV. imperatore, postquam ab eo filius regnique principes desciverunt, non diu superstite ac Spirae tumulato, cum filius eius Heinricus regni quod prius invaserat gubernacula suscepisset, fratres Laureshamenses gravem iustamque in presentia eius querimoniam deposuerunt, tum pro sua dispersione, tum pro Hirsaugiensium invasione. Dato igitur ad Bertholfum advocatum ęcclesiae huius executionis precepto, debito cum honore revocati, ac Hirsaugienses dedecorose vel fuga elapsi vel eiecti sunt, illata tamen clam ab eis sacrario et armario reliquiarum et librorum non mediocri expilatione. Quod ne cui in dubium veniat, testimonio est epistola plęna lacrimarum, ab eisdem fratribus ad hunc ipsum regem, necdum imperatorem, metrico stilo directa, hunc continens modum:

*Summo post Dominum regi, pleno meritorum,*
*Cuius ius late protenditur imperiale,*
*Grex expulsorum de sede sua monachorum,*
*Quicquid revera poterunt oramina crębra.*
fol. 28'. *Plaudentes manibus, in laude Dei iubilamus,*
*Prosper et incolomis quia redditus es modo nobis,*
*Spretis et profugis, spes unica rebus in artis!*
*Ut pullus volucris, residens nido sine plumis,*
*Cum dapibus matrem vix expectat remeantem:*

a) castrum *superscriptum.* b) annos 4 [et dimidium?] *habet Catalog. abbat. Laur esh. apud Falk l. c. p.* 120.

57) Cfr. Trithemii Chronic. Hirsaug. I, pag. 334 sqq. et Codicem Hirsaug. (Bibliothek des litter. Vereins zu Stuttgart, Vol. I, p. 7. 8 et 21). ubi episcopatum Spirensem eodem quo Laurissensem abbatiam die, scilicet Kalend. Novembris, accepisse Gebehardum discimus. 57*) Immo annos quatuor, menses 4, scilicet usque ad. a. 1110. Kalend. Martias. 58) Obiit a. 1110 die 1. Martii; cfr. Catalog. Epp. Spirens. apud Eckhart, Corp. histor. med. aevi II, 2275, et Trithemii Annal. Hirsaug. Tom. I, p. 348. Ceterum Gebehardum Hirsaugiae, non Spirae, sepultum fuisse narrant Trithemius l. c. pag. 348 p. med. et Codex Hirsaugiensis l. c. pag. 8; tumulatus est ibidem in ecclesia maiori.

*Sic et nostra tuum sitientia corda recursum*
*Vix expectabant, et semper ad hunc inhi bant,*
*De merore gravi sperantia se relevari*
*Unde molestamur, lacrimisque per ora rigamur.*
*Et quia venisti, salvet te gratia Christi!*
*Hos et conquestus nostros adtende misertus!*
*Sunt igitur tecti quidam specie monachili,*
*Dicti de milio Milienses*[59] *nomine digno,*
*Factis silvestres, silvestria corda gerentes;*
*Qui quasi doctores discurrunt per regiones,*
*Simplicium mentes versute decipientes.*
*Hoc autem temere presumunt scisma docere:*
*Quod neque vir nuptus, casta quoque coniuge functus,*
*Et nec legitimo mulier sociata marito,*
*Umquam salventur, nisi primum dissocientur,*
*Et quae possideant disiuncti cuncta relinquant.*
*Hoc quia sit falsum legale probat documentum.*
*Nam cum fecit Adam Deus, uxorem dedit Evam,*
*Instituitque duos, velut uno corpore iunctos*
*Lege maritali mentisque fide sociali*
*Ad genus humanum procedere multiplicandum,*
*Ne fierent in eis defectus posteritatis.*
*Dicit et humanae stirpis factor Deus ipse:*
*A se coniunctum solvi non posse per ullum.*
*Praeceptoque pari mandat sententia Pauli,*
*Ut vir ad uxorem servans quem debet amorem,*
*Christus ut ęcclesiam, sincere diligat illam,*
*Ac velut una caro maneant ia fędere caro.*
*Multae sunt aliae novitates, dogmata, sectae,*
*Dando fel in melle quas grex docet et colit ille;*
*Quas, quia sunt vanae, piget et pudet enumerare,*
*Quae, rogo, de monachis Miliensibus haut stupet auris,*
*Illorumque loqui cui non sint facta pudori?*
*Aut ea quis referens non sit frontosus et amens?*
*Attamen hii tales simulant se spirituales,*
*Cum tantum visi mox inclamentur iniqui;*
*In quem doctorum non est despectus eorum,*
*Se preponentes in dogmatibus meliores?*
*Hii domni papae testantur nomen inane,*
*Sceptrigeroque tui faciunt obprobria iuri,*
*Ac vos iudiciis usos profitentur iniquis:*
*Ambos damnandos et ab ęcclesia removendos.*
*Atque (quod est gravius, et quod timide recitamus)*
*Affirmant cunctos, tibi per famulamina iunctos,*
*Aut quibus alloquium sit vel communio tecum,* col. 2.
*Torquendos flammis aeternae perditionis.*
*Ni cito peniteant, cesar, tua teque relinquant!*
*Spernunt in tantum rectores ecclesiarum,*
*Ut per eos aliqui penitus renuant benedici,*
*Et quaecumque gerant, statuant, doceant, ea spernant.*
*Quodque nefas factu, quod et est miserabile dictu:*
*Tam gravis in clerum turget contemptus eorum,*
*Ut nolint missas audire per hunc celebratas,*
*Nil divinorum querentes officiorum,*

59) Intelligit *Hirsaugienses*, nam *milium* nostra lingua *Hirse* dicitur. Fallitur itaque Du Cangius, qui nomine *Miliensium* pro *monachis* auctorem nostrum usum fuisse putat Tom. IV. ed. Henschel, p. 408, col. 2.

*His sacris illum dicentes haut fore dignum.*
*Dedecus, heu, magnum rectoribus ecclesiarum,*
*Talia de terra qui non curant abolenda!*
*Hii quoque semiviri, turpes, molles, vice plumbi,*
*Dissimiles auro fornacis in igne probato,*
*Quod libet, id faciunt, hoc et licitum fore dicunt;*
*Quae nolunt, per se statuunt non illa licere,*
*Ex toto spretis legalibus atque veternis*
*Consuetudinibus, quas abba docet Benedictus.*
*Hii quoque mansuescunt in vultibus ac hilarescunt,*
*Set sub mente dolum retinent rabiemque luporum.*
*Fraus facit hos vulpes, lepores metus, ira leones!*
*Hii per tonsuras grandes grandesque cucullas*
*Audent mentiri Christo, plane Pharisei,*
Ev. Matth. 23, 27. *Alba sepulchra foris, set ab intus plena fetoris*[a].
*Nam quoniam laudis sunt percupidi popularis,*
*Dilatant tunicas sibi, magnificantque cucullas,*
*Tristes, pannosi, pallore superstitiosi,*
*Demissa fronte. Quid multa? novi sicophontae,*
*Per caput abrasi, terratenus et manicati:*
*Tamquam non virtus monachum faciat, set amictus,*
*Aut quasi religio pietasque notetur in illo;*
*Cum non induvias hominis damnet Deus ullas*
*Veste sub agnina, si mens etiam sit ovina.*
*Nam nichil agnina prodest toga mente lupina.*
*Iam, rex insignis, tibi seductoribus illis*
*Strictim detectis, et olentibus undique sectis,*
*Nunc quoque Barbati qui sint, adtentius audi.*
*Sunt ergo laici Miliensibus*[60] *associati,*
*Quos risus populi dedit hoc agnomine fungi,*
*Sunt quia prolixis barbis, ad pectora pexis,*
*Deformes, hirti, revera moribus hirci,*
*Barbis hircorum, similes larvis tragicorum.*
*Quos quia vulgaris circumfert aura favoris,*
*Austera facie sunt et tonsi caput alte,*
*Cautius ancisis certoque tenore capillis,*
*Et sunt inmensis induti calciamentis,*
*Amphibalis longis utentes et spaciosis.*
*Quos quid habere putant, submissa fronte salutant:*
Gratia, pax vobis, benedicite, credite nobis,
Mille Pater noster demandat grex tibi noster!
*Per venias*[b] *centum verrunt barbis pavimentum,*
*Ut Domini servos pleps mobilis estimet ipsos;*
fol. 29. *Verum fallaces fore se produnt et inanes,*
*Dum nichil est intra quod in hisdem cernitur extra!*
*Federa namque thori iungentes more priori,*
*Sollicitant thedas*[61], *immo violant alienas,*
*De se tam natis quam natabus*[62] *generatis:*
*Intuitu duri, verum factis Epicuri.*
*Magna set ut parvis claudamus plurima paucis,*
*Hoc etiam certis dinoscitur experimentis,*
*Horum consiliis et cartis undique missis*

a) pedoris *cod.* b) venias *cod.; vervas editio Tegernseensis.* Veniae *appellantur inclinationes vel genuflexiones religiosorum; cfr. Du Cangium s. v.*

60) i. e. Hirsaugiensibus; cfr. supra notam ad vers. 17. 61) i. e. taedas, amores illegitimos. 62) i. e. filiabus.

*Plurima perfidiae mala sepe patrata fuisse,*
*Scismatis errorem totum spargendo per orbem.*
*Unde super regnum nunc constat surgere regnum,*
*Et contra gentem bellis confligere gentem,*
*Unde modo crebris dolet omnis terra querelis.*
*Nos quoque iam canos aetate laboreque tardos,*
*In claustris alitos per viginti quater annos,*
*Antiquas leges patrum ritusque sequentes,*
*Fecerunt profugos, nativo limine pulsos,*
*Dum dedignati sumus illis associari*[a]*,*
*Prefatas hereses sectasque sequi renuentes.*
*Nunc, o Romani rex inclite gloria regni,*
*Cuius honor sceptri pertingit ad ultima secli,*
*Talia cur pateris? cur hec finire moraris?*
*Cur non, domne, doles nostros miserando dolores?*
*Horis Teuthonicis cur pullulat hec ypocrisis?*
*Cur, invicte, tuis tardas finem dare curis?*
*Noveris in Christo: nisi tempore protinus isto*
*Concidat hec heresis, res adversas patieris.*
*Cura, labor crescent, et numquam bella quiescent!*
*Quare iudicium fac, Christo iudice dignum,*
*Confer opem miseris, inopumque movere querelis,*
*Unica tu nobis spes, portus et aura salutis!*
*Ad loca nos propere nativa iubeto redire,*
*Quo valeamus ibi Domino servire quieti,*
*Ut mos Teutonicus iubet atque pater Benedictus.*
*Et si fit*[b] *voti compos oratio nostri,*
*Oramus pro te tam nunc quam tempus in omne!*

Astipulatur his nichilominus epistola ad papam Paschalem a predictis fratribus directa:

[Epistola Laurissensium ad papam et imperatorem.]

*Sanctissimo apostolicae sedis pontifici Paschali, et gloriosissimo Romanorum regi Heinrico, ac cunctis primatibus regni, pusillus grex sancti Nazarii. Quia semper cura est sponso celesti de sponsa sua sancta ęcclesia, quam sanguine suo redemit, longe multum salutis eidem contulit, quando vos vicarios sibi prefecit. Peccatis enim nostris exigentibus, membra ipsius, scilicet matris nostrae Syon, hereticorum et scismaticorum livor iam per multos annos plurimum infecit. Set gratia divina magis ac magis ex mellifluo ore vestro distillante, speramus caput nostrum de celo respexisse, ut videat dolorem membrorum suorum ad se de variis tribulationibus cottidie clamantium. Huius rei gratia, pastor alme, flebiles preces prosternimus* col. 2. *ante faciem vestram et totius regni, orantes et deprecantes, quatinus proclamationem nostram audiatis, et audita iustum iudicium ex ea faciatis. Igitur innotescat auribus vestris et cunctis optimatibus regni, quod Karolus Magnus tempore sui imperii locum nostrum regia dignitate sublimavit et multis ornamentis amplificavit, et in honore apostolorum Petri et Pauli consecratum ad decus totius regni liberum fore permisit, et ad confirmandam hanc constitutionem subscriptionem sui nominis inibi fecit. Atqui vero post eum non fuit rex, neque imperator, neque aliquis Romanus pontifex usque ad hec tempora, quorum auctoritate privilegia libertatis non acceperimus. Set heu, hec omnia tempore instanti sunt contempta et annichilata a quibus minime licuit, si ullius precii vestra auctoritas et omnium bonorum dignitas apud eos foret. Set sane vos cum omni regno in nostra iniuria despecti estis. Ex inproviso namque quidam monastici nominis de Hirsaugia ad nos, quasi ad auxilium nostri collegii, venerunt, non sicut in Christo fratres, non ut humiles, set sicut depredatores et vastatores. Hii etenim non solum nos nostraque consortia spernebant, verum etiam unus ex eis, Ermonaldus*[63] *nomine, prius incipiens gerere magistratum quam sciret, non prius furorem suum mitigavit, quo usque*

a) vel assimilari *addita in cod.* b) sit *cod.*

63) cfr. Vitam Erminoldi abbatis Pruveningensis (SS. XII, 481 sqq.).

*sine precepto abbatis omnes nos exheredes nostri claustralis consortii effecit, et sua violentia unum post alium de claustro detrusit. Et ut singula vestrae paternitati pandamus, quae ex adventu eorum perpessi sumus, Bruomad, Langunga, Gingen, Liuthereshusen, theloneo et banno aquarum in Winenheim despoliati sumus, et tyrannis potius quam militibus in beneficia tradita sunt, quae religiosissimi viri servientibus vera militia Deo et sancto Nazario pro remedio animarum suarum tradiderunt. Super hec omnia quoque frumentum et vinum, fratrum victualibus adtinentia, ab eis hoc anno dispersum est, et ex eorum conspirationibus omnis familia sancti Nazarii, videlicet ministeriales et huobarii omnes, depredati sunt; et solum hac occasione autumant nostram conversationem reprehensibilem esse, ut tali diffamatione nobis expulsis possint nostram hereditatem retinere. Quo exurgat precamur vos in Domino, sanctissime papa Paschali, vestra apostolica auctoritas cum virtute omnium bonorum, et decernat ac precipiat eos ad pristinum locum conversationis sue redire, et nos quoque nostra recipere. Scilicet ut per vos, qui Paschale nomen ab hominibus meruistis accipere, vestra auctoritate mereamur in nostro cenobio novum pascha celebrare. Valete in Christo.*

Sopita igitur secunda persecutione, quarum prima sub Winithero, altera sub Gebehardo, velut post Neronem Domitiano grassante, per Hirsaugienses Laureshamensibus illata est,

Benno[64] ex Wizenburgensi[65] monasterio, mediante ut fertur symonia, imperiali favore eidem loco subintroductus est. Qui post aliquantos annos pro[a] morum levitate et insolentia, fratrum ac ministerialium ac precipue Bertholfi iunioris advocati conspirantibus odiis, diruto castro Winenheim de abbatia proturbatus, corraso in Lauresham et Abrinsberg atque
fol. 29'. alibi prout poterat ecclesiastico thesauro, ad imperatorem Heinricum quartum[66], tunc in Italia ferme decennio turbata re publica demorantem, contendit, ac per Godefridum palatinum Reni comitem, cuius sententia momentum curiae per id temporis fuit, restitutionem obtinuit, promissa eidem omnium beneficiorum, quae suis diebus ecclesiae vacarent, concessione. Quam conventionem mirabilis ac miserabilis excepit eventus. Nam septem prin-

a) pro *superscriptum*.

64) a. 1107—1119. 65) Weissenburg. 66) scil. quintum regem. Hoc loco supplendum, Heinricum imperatorem anno 1113 cellae Michelstadensi omnia bona ad eandem pertinentia privilegio suo confirmasse. Quod ab auctore Chronici omissum, ex autographo tabularii Erbacensis non sine vitiis impressum exstat apud Schneider, Erbachische Stammtafel u. Historie. Francfurt 1736. fol. pag. 509, et Simon, Gesch. der Dynasten u. Grafen zu Erbach. Frankf. a. M. 1858. 8°. Theil III (Urkundenbuch) Nro. I. Cuius igitur diplomatis tenor hic est:

Diploma Heinrici V. imp., quo fratribus cellae Michelstadensis beneficia ad eandem ecclesiam pertinentia privilegio confirmat. 1113, Mart. 20.

1113. Mart. 20. *† In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus. Omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus, notum fieri volumus, qualiter nos ob firmam stabilitatem regni et imperii nostri, et pro remedio anime nostre et aliorum nostrorum antecessorum, regum et imperatorum, et interventu eciam nostrorum principum, videlicet Brunonis Treverensis archiepiscopi, et porro Burchardi Monasteriensis episcopi, Erlungi Werceburgensis episcopi, Cuononis Strazburgensis[a] episcopi, Ruodolfi[b] Basiliensis episcopi, Frederici ducis, Herimanni marchionis, Godefridi comitis, et rogatu etiam Bennonis Laureshamensis[c] abbatis, et fratrum celle Michelstadt Deo servientium, hoc privilegium de omnibus beneficiis ad eandem supradictam cellam pertinentibus fieri iussimus. Quorum beneficiorum nomina hic scripta sunt: Marhtbac, Bulaa, Eringesbuc, Mingesbahc, Ertbuc, Widengeschez, duo mansus in Ertbac, septem mansus in Stocheim cum molendino, Ameslobrunna, septem mansus in Steinbach, ecclesia et quinque mansus in Rebac[1], in Quinteca[2] mansum unum et decimas, et decimas in Cella, decimas clientium in Stocheim, duos mansus in Winemundal[3], unum mansum in Nuenstat, duos mansus in Miniminga, mansum unum et dimidium in Fungestat, mansum unum et dimidium in Bisenstat, curtim cum vineis et pratis et agris in Heppeneheim, vineas in Besensheim, in Wineheim duos mansus cum pratis et vineis et agris, cum omnibus appendiciis ad supradicta beneficia pertinentibus. Hoc eciam firmiter precipimus et nostra imperiali auctoritate confirmamus, ut nullus episcopus aut abbas vel aliqua persona magna vel parva supradictum locum de predictis beneficiis disvestire, molestare vel aliquo modo inquietare audeat. Liberam eciam facultatem, ut cum eiusdem ecclesie utilitate fiat, eis dedimus dandi, vendendi et commutandi[d] et quicquid inde voluerint faciendi[e].*

*Ut autem hoc verum esse credatur, et ab omnibus inviolabiliter perpetuo conservetur, hanc cartam manu propria corroboratam impressione nostri sigilli iussimus insigniri. Si quis vero forte, quod[f] absit, huic nostro decreto contraire temptaverit, et quod fecimus irritum esse voluerit, sciat se compositurum centum libras auri, medietatem camere nostre, et*

1) Rehbach. 2) Cuoticha, cfr. supra diplom. nro. 141, p. 220. 3) districtus Weinert; cfr. Simon l. c. not. 3.
a) Stratburgensis *Simon*. b) Rudulfi *S.* c) Laursamnensis *S.* d) comutandi *S.* e) fariendi *S.* f) quid *S.*

cipalia beneficia, quae vulgo appellantur vollehen, morte septem nobilissimorum ęcclesiae fidelium in unam personam Godefridi in brevi devoluta sunt, et post ipsum ad generum eius ducem Welephonem transierunt, maximo videlicet ęcclesiae detrimento. Exinde siquidem militaris clipeaturae, scilicet herescilt, integritas confusa atque in diversa distracta est, et ęcclesiae status tam in militari frequentia quam in re stipendiaria in suis oportunitatibus et regalibus expeditionibus inminutus est, multorum serviciis in unam personam collatis, solumque remansit inane nomen dominii et hominii. Benno itaque restitutus, dum expulsis quibusdam fratribus emulos suos acrius insequitur, praeter ceteras enormitates Brumad ab ęcclesia sub nomine beneficii alienavit, vicum Bertholvesheim, ad cellam quae dicitur Capella pertinentem, partem quoque vineae Selewingart in Winenheim, Cunrado Sporilino concessit, cellamque Michlinstat profligare disposuit, odio venerabilis Libelini prepositi, qui destructionem castri Winenheim, eo quod cacumen ipsius montis quondam vinetis consitum ad eandem ęcclesiam aspiceret, ab imperatore impetraverat. Set antequam ad ipsum locum accederet, divina ultione gravissima infirmitate in via correptus est, eoque delatus post paucos dies diem clausit extremum[68]. Sepultus ibidem est, expletis in abbatia 13 annis. Post quem quidam Heidolfus ex monasterio sancti Pantaleonis Coloniae obtentu pecuniae ab imperatore intruditur, et statim extruditur. Deinde, velut quodam interregno habito, Laurishamensis ęcclesia 6[69] annis in dispositione imperiali fuit, videlicet usque ad mortem ipsius imperatoris pastore destituta.

Heinrico quarto igitur post 21um imperii ac regni annum apud Traiectum mortuo, 1125. Mai. 23. et Spirae iuxta patrem tumulato,

Heremannus ex preposito sancti Petri in Aldenmunster favore Adelberti senioris, Maguntini archiepiscopi, et Godefridi palatini comitis abbas constituitur, et anno necdum exacto Laurissae moritur[70] et sepelitur. Eodem anno

Lotharius dux Saxonicus, cuius precepto curiam Gannitam[71] et decem talenta in Bruo- 1125. Sept. 13. mat[72] recepimus, in regnum ungitur, et Diemo[73] ex Laureshamensi camerario in abbatem eligitur. Sub hoc eadem ęcclesia plurimum sudavit, tum variis in servicio regali occupationibus, tum ad sollemnes curias crebris evocationibus, tum in Spirensi obsidione[74], tum contra ducem Fridericum sumptuosa expeditione. Qui eleganti quidem et venusta facie, set mansueti et simplicis ingenii fuit, ac per hoc facile ei subripi poterat. Nam mortuo Godefrido comite palatino, cum eius beneficia ęcclesiae absolute vacarent, et Lotharius imperator ex his duo tantum, nam septem erant, Welephoni duci concedi rogaret, ipse uno verbo prolapsus est usque ad inremediabile detrimentum ęcclesiae: *Quicquid feodi*, inquiens, *Godefridus palatinus comes in supremo vitae articulo de manu nostra tenuit, eo vos vestimus.* col. 2. Unde multa vi multaque instantia tres curias vix retinuit, ex quibus Ruot fratrum infirmitorio, Wibilingen[75] et Otinkeim[76] usui prebendario assignavit. Set Otinkeim mutuata pecunia loco pignoris exposuit, profectus Romam ad generale concilium[77] Innocentii papae, quae postea creditori in beneficium cessit. Wibilingen quomodo alienata sit, post liquebit; Ruot in dispositione fratrum permansit. Principalem ecclesiam 41° post incendium eius anno[77'] per quinque episcopos consecrari fecit, videlicet Adelbertum Maguntinae sedis archiepiscopum, Buggonem Wormaciensem, Brunonem Argentinensem, Udalricum Constantiensem, Cunradum Curiensem, anno dominicae incarnationis 1130, indictione 8, fra- 1130. tribusque in anniversaria ipsius dedicationis die talentum de reditibus hubarum in ipsa villa constituit. Castrum quoque Winenheim ob tuitionem ęcclesiae reaedificavit, fundumque, quia fratrum in Michlenstat erat, tradito vico Munnenbach cum omni iure, huoba quoque in Kirsehusen, redemit. Quarundam etiam rerum commutationem inter fratres Laurissenses et fratres Sancti Stephani de Capella, hoc modo dispensatorie ordinavit:

*medietatem fratribus in eadem ecclesia Christo famulantibus.*

*Signum domni*[g] *Heinrici quarti (M.)*[h] *Romanorum imperatoris invictissimi.*

*Data* 13. *Kalendas Aprilis. Indictione* 6. *Anno dominice incarnationis* 1113. *regnante Heinrico quinto, rege Romanorum, anno [octavo]*[i], *imperante secundo. Actum est Wormatie. In Christo feliciter. Amen.*[k].

68) 1119, Febr. 20. 69) a. 1119—1125. 70) a. 1125 ante fin.; cum Chronico nostro non consentit Catalog. abbat. Lauresh. (apud Falk, l. c. pag. 121), in quo Heremannum abbatiao per anni spatium praefuisse scribitur. 71) Gent prope Noviomagum. 72) Brumat prope Hagenau. 73) Sedit inde ab anno 1125 ex. — 1139, Mai. 2. 74) a. 1129. 75) Weiblingen. 76) Ottingheim. 77) scil. Lateranense anni 1139. 77') Cfr. supra pag. 421.

g) domini *Simon.* h) *monogramma omisit Simon.* i) *lacuna in autographo.* k) *sigillum bene conservatum inscriptionem hanc exhibet:* Heinricus Dei gratia Romanorum IIII. imperator augustus.

[Commutatio inter fratres Laurissenses et fratres Sancti Stephani, et alia plura.]

1130. *Sciat universitas Christi fidelium, tam presentium quam futurorum, qualiter ego Diemo, Laureshamensis Dei gratia abbas, quorundam consilio et generali fratrum nostrorum consensu quandam rerum nostrarum commutationem fecimus, quae utilior videbatur et nobis et ęcclesiae nostrae et fratribus. Maioris igitur ęcclesiae fratres, scilicet Lauresham, vineam dederunt quam in villa Hantscuesheim habebant, illam videlicet quae vulgo vocatur Dalwingart, quae etiam per manus eiusdem villae villici colebatur, et in servitium eorundem fratrum impendebatur. E contrario fratres minoris ęcclesiae, quae vocatur Abrinsberc, ad sanctum Stephanum 5 hubas in villa Sahssenheim maiore reddiderunt, 16 videlicet uncias persolventes, quas domnus Anshelmus, piae memoriae abbas, ex proprio suo exemit et eidem ęcclesiae pro anima sua contradidit*[79]*. Hoc autem coram Domino testificamur, quod predicta vinea, quando tradebatur, in tantum fuerat adnichilata et devastata, ut nec dimidia ama*[79']* vini posset inde extorqueri. Ad hoc etiam, ne fratres nostri defectum prebendae sentiant, et ne villici quiddam querimoniae amplius inferant, decimationis partem ex iustitia nostra in monte qui cognominatus est Mulenberg addidimus, quae singulis annis, quando minus est, plus quam carradam, quando autem maius, plus quam duas vel etiam tres, persolvit. Quoniam vero decimatio eiusdem vineae ab antecessore nostro Geroldo abbate fratribus, qui etiam sunt in Abrinsberg in superiori monasterio, prius beneficiata fuerat, ex alia, que ad mensam nostram adhuc pertinet, vinea scilicet Butenstal, decimationem simili modo concambitam cum eisdem fratribus, assensu eorum benigno extorquebamus, et ita omnia in unum contracta prenominatis fratribus, ut dictum est, dono donavimus. Ut hec autem commutatio firma sit et inconvulsa, primum confirmata est coram fratribus in capitulo, deinde apud prefatam villam Hantscuhesheim coram*
fol. 30. *advocato et universa familia in placito. Et quia commune fratrum fuerat consilium et ex utraque parte utilitas, placuit eandem confirmationem litteris per ordinem conscribi et sigillo sancti Nazarii insigniri.*

*Huius vero rei testes sunt: Diemo abbas; et de monachis: Diemo camerarius, Wezel prepositus, Burkardus decanus, Ermbertus portarius, Marquardus, Gerlach, Diemarus, Ludewicus, ceterique per ordinem. De laicis autem: Cunradus advocatus. De servientibus: Arnoldus, Rumhardus, Gernod, Hartbertus. De familia: Hildebertus, Marcolfus, Anshelmus, Ebbo, Reginbodo; item: Marcolfus, Hildibertus, Bobbo, Diepoldus, et alii plures.*

*Acta sunt autem anno dominicae incarnationis 1130, regnante Lothario Romanorum imperatore augusto.*

*Marquardus solo nomine monachus scripsit hec feliciter. Amen.*

Sub eodem tempore quidam Dei famulus nomine Anshelmus, religiosus admodum et locuples, cellam Niwenburg[80] iniciavit, ęcclesiaque constructa et in honore sancti Bartholomei apostoli consecrata, habitaculis etiam Deo inibi servientibus apparatis, res et possessiones quas poterat eidem loco contulit; quae postea providentia domni Heinrici abbatis, ut in suo loco dicetur, aucta et meliorata sunt.

[Diemo quid neglexerit.]

Inter hec idem ipse abbas mansueti et simplicis, ut predictum est, ingenii, et qui ęcclesiae suae forsitan consultius prospexisset, si perversorum hominum, que sua, non quae Dei sunt, querentium, tabe infectus non fuisset, consilio familiarium et amicorum gratia corruptus, vicos Cellam[81] et Husen[82], itemque alium Cellen, theloneum cum plurima parte decimae in Michlinstat et Morlebach, beneficiavit, theloneum in Winenheim et partem agri dominicalis in castrense beneficium, itemque Mulnen, aliaque alibi sparsim ac dispersim distribuit. Preterea Bertolfo advocato, orta inter ipsum et episcopum Spirensem[a] Sigefridum inexorabili gwerra, per quam etiam Laurishamensis ęcclesia miserabiliter rapinis et incendiis profligata est, tres libros auro et argento gemmisque preciosis exornatos, crucem quoque auream, in vadio exponenda concessit, quae tamen neuter eorum redemit. Ex beneficio eiusdem Bertolfi[b], quod ei vacaverat, curiam Liutershusen[83] solam in manu ęcclesiae retinuit. Habito subinde generali concilio[84] sub Innocentio papa, Roma digrediens

a) *sequitur* episcopum *in cod.* b) B. *cod.*

79) cfr. supra pag. 421. 79') i. e. Ohm. 80) Neuburg, prope Heidelbergam. 81) Zell. 82) Klein-Hausen. 83) Leutershausen. 84) scil. Lateranensi, a. 1139, die 4. Aprilis incipiente.

Veronae languore correptus apud Brixiam, quae civitas est Tridentinae vallis, decessit[85] anno regiminis sui 14, sepultusque ibidem in latere matricis ęcclesiae ad limen meridiani introitus.

Lothario imperatore in Italia defuncto et Bruonswich tumulato, quarto decimo ex quo 1137. Dec. 3. regnare cepit anno,

Cunradus, Heinrici IIII. imperatoris ex sorore nepos, habenas regni sortitus est. 1138 Mart. 13. Per quem, interiecto post obitum Diemonis abbatis integro et semis anno, Baldemarus, Blidenstadensis abbas, Magontiensis tam moribus quam genere, symoniaco ut aiunt obtentu Laureshamensem invasit ęcclesiam[86]. Qui prima fronte fratrum ac ministerialium, Bobbonis quoque comitis et advocati, obliquis exceptus odiis, regali insuper offensione, quem promissis ex parte frustraverat, incendio prebente fomitem, in presentia Theotwini cardinalis, apostolicae sedis legati, criminaliter accusatus et necdum anno vertente canonico iudicio col. 2. depositus est. Cuius sententiae tenor talis fuit:

*Theotwinus Dei gratia Sanctae Rufinae episcopus, apostolicae sedis legatus, Baldemaro abbati de Blidenstat spiritum humilitatis et obędientiae. Quoniam contra sanctorum patrum instituta Lorsensem abbatiam occupasti, et de pluribus enormitatum capitulis apud nos accusatus, statuto die et loco vocatus nec venisti, nec canonicam excusationem misisti, consilio et iudicio religiosorum virorum te prefata dignitate privavimus, et ipsius abbatiae monachos, clericos et laicos a tua subiectione fidelitate et obedientia liberavimus et absolvimus. Mandamus itaque tibi et ex parte domni pape precipimus, ut de predicti loci amministratione et prelatione de cetero te non intromittas, eiusque res et personas inquietare invadere vel molestare nullatenus presumas. Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Act. Apost. 9, 5.

Hic castrum Winenheim, in quo tunc regale presidium fuerat, data pecunia, videlicet 70 libris, ęcclesiae restituit; pro qua postea deiectus curiam sancti Nazarii, Magontiae sitam, cum suis pertinentiis fratri suo Helphrico falso pignoris nomine locavit, quam Diedericus filius eius cum quibusdam portae decimis adhuc violenter detinet. Interiectu deinde circiter unius anni

Folcnandus ex preposito Sancti Petri in Aldenmunster fratrum votiva concordia abbatia induitur[87]. Quem Baldemarus apud sedem apostolicam adeo insectatus est, ut utriusque partis allegatio et totius causae retractatio, Maguntino archipresuli Heinrico apostolica auctoritate delegata, nisi tumultuariae appellationis remedio ex consilio regis Cuonradi in presentia quoque ipsius apud Kelsterbach preventa fuisset et interrupta, Baldemaro rursus increvissent cornua. Appellationis hec fuit forma:

*Ego Folcnandus Laurisshamensis abbas appello presentiam domni pape et invito ad audientiam eius Baldemarum Blidinstadensem abbatem, responsurum ibidem in festo sancti Andreae de dilapidatione rerum Laureshamensis monasterii, de falsa calumniatione suae depositionis et meae ordinationis, de subrepticiis litteris, quas a domno papa per mandatum obtinuit, et aliis, de quibus a me interpellabitur.*

Multis igitur hinc inde conflictationibus in Romana curia habitis, tandem dictante iustitia Baldemarus a Laureshamensi abbatia peremptorie decisus et a Blidinstadensi pro tempore suspensus est, Folcnando canonice confirmato a Celestino papa, successore[87*] Lucii. A quo Lucio privilegium apostolicae sedis cella Niwenburg[88] in hunc modum acceperat eodem anno:

[Privilegia Lucii papae.]

*Lucius[89] episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis, Marquardo preposito ęcclesiae* 1144. Mai. 14. *sancti Bartholomei apostoli de Nova Civitate, eiusque fratribus, tam presentibus, quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Ad hoc universalis ęcclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Neque enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam*

85) die 2. Maii a. 1139. 86) a. 1140. 87) Sedit a. 1142—1149. 87*) immo an ecessore. 88) Neuburg prope Heidelberg. 89) scilicet secundus.

*ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ęcclesia iuste et canonicę possidet, aut in futurum concessione ponti-* fol. 30'. *ficum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Advocatiam vero ipsius loci nullus ibi usurpare presumat, sed abbas Laurishamensis eandem ęcclesiam cum pertinentiis suis loco advocati a pravorum hominum infestatione defendat; peregrinos autem vel hospites vestros, qui se ibi sepiliri deliberaverint, sepeliendi facultatem liberam habeatis, si tamen excommunicati non fuerint. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ęcclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; set omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocesani episcopi canonica iustitia et apostolicae sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ęcclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. Bene valete.*

*Ego Lucius, catholicae ęcclesiae episcopus, subscripsi.*

*Ego Cuonradus Sabinensis episcopus subscripsi. Ego Gregorius diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bachi subscripsi. Ego Theodewinus Sanctae Rufinae episcopus subscripsi. Ego Gerhardus diaconus cardinalis Sanctae Mariae in Dominica subscripsi. Ego Albericus Ostiensis episcopus subscripsi. Ego Gwido diaconus cardinalis Sanctorum Cosmae et Damiani subscripsi. Ego Octavianus diaconus cardinalis Sancti Nikolai in carcere Tulliano subscripsi. Ego Petrus presbyter cardinalis de titulo Pastoris subscripsi. Ego Petrus Albanensis episcopus subscripsi.*

*Data Lateranis, per manum Baronis capellani et scriptoris, 2. Idus Mai., indictione 7, incarnationis dominicae anno 1144, pontificatus vero domni Lucii II. papae anno primo.*

Verum ut ad superiora revertamur, quoniam Folcnandus a Baldemaro coram Celestino papa de symonia insimulatus erat, expurgationis eius sententia religiosis personis decreta est hoc ordine:

[Mandatum Coelestini papae duobus abbatibus super symoniaco ingressu Baldemari abbatis Laurishamensis.]

1144. Ian. 2. *Celestinus episcopus*[90]*, servus servorum Dei, dilectis filiis Folmaro Hirsaugiensi et Adam in Ebera*[91] *abbatibus salutem et apostolicam benedictionem. Veniens ad sedem apostolicam Baldemarus abbas Laurisamensis abbatiae, ad quam se regulariter electum fuisse asserebat, et exinde absentem et sine iudicio spoliatum esse conquerebatur, restitutionem postulavit. Verum quoniam venerabilis fratris nostri Theodewini, Sanctae Rufinae episcopi, attestatione et multorum discretorum virorum litteris cognovimus, quod Laurisamum ad discussionem causae suae et obiectis respondere noluit interesse, et a regimine abbatiae Blidinstad ad ipsam absque Romanae ęcclesiae auctoritate translatus fuerat: et illam ad quam illicite transierat ei abstulimus, et ab altera quam primum habuerat eum suspendimus. Ceterum quoniam frater ille, qui in regimine Laurisamensis abbatiae substitutus est, de crimine simoniae apud nos est* col. 2. *diffamatus, et nos tantum crimen indiscussum preterire non possumus nec debemus, per presentia vobis scripta mandamus, quatinus, si personae apparuerint quae de symonia ipsum canonice impetant, congruo loco et tempore utraque parte ante vestram evocata presentiam, causam diligenter audiatis et fine canonico terminetis; alioquin idem frater quinta manu religiosarum personarum de tanto crimine se expurget. Quod autem a vobis exinde factum fuerit, de electione quoque et modo*[a] *electionis et utilitate personae veritatem nobis significare*

a) *sequitur* et *in cod.*

90) scilicet secundus. 91) Ebrach.

*minime differatis, ut tunc, veritate plenius cognita, quod ad honorem Dei faciendum fuerit, auctore Domino faciamus.*

*Data Lateranis* 4. *Nonas Ianuarias.*

Defuncto interim Celestino, litterae Hirsaugiensis abbatis ad Eugenium papam de expurgatione Folcnandi hoc modo sunt directae: 1144. Mart. 8.

*Domno papae Eugenio, verę apostolico, Folmarus qualiscumque minister Hirsaugiensis cum subditis sibi fratribus, ex affectu debitam obedientiam et devotissimam servicii et orationis instantiam. Sicut ex litteris beatae memoriae Celestini papae percepimus, domnus Folcnandus*[a] *Laurisamensis abbas de crimine symoniae apud sedem apostolicam erat infamatus. Pro qua causa canonice discutienda tam nos quam et abbatem Eberacensem Adam mediatores et iudices constituit ipse domnus apostolicus. Ad quod preceptum exequendum dies et locus designatus est fratribus ipsius ęcclesiae, contra abbatem suum quicquid possent in presentia nostri deferendi, et ipsi abbati ad huiusmodi obiecta respondendi. Aderat in hoc conventu predictus abbas Eberacensis cum alio abbate eiusdem ordinis, aderant nobiscum duo fratres nostri, abbas de Ottenheim*[92] *et abbas de Gotesaugia*[93]*, cum aliis fratribus, aderant etiam legati Spirensis episcopi. In quorum omnium conspectu et auditu cum nullus aliquid sibi obiceret, ipse abbas cum quinta manu fratrum suorum probatissimorum se expurgavit, neque pecunia, neque beneficio introitum suum in aliquo commaculasse. Supervenit etiam ipsa die legatio domni regis cum litteris ipsius in eadem verba, nichil umquam premii se accepisse quam firmiter adtestantibus. Huius rei testimonium dignum duximus ad aures sancti apostolatus vestri deferre, quem et hoc cupimus rescire, quia de possessionibus vel thesauris ęcclesiae, quos invenit, nichil umquam distraxit aut minuit, set semper ampliare et augmentare studuit. Unde et homines seculares infestos cernitur habere, qui semper solebant in suos usus res ęcclesiae distrahere. In hoc ergo testimonio cupimus eum sanctae paternitati vestrae esse commendatum, ut quia etiam iuxta ammonitionem nostram conversationem suam melioravit et fratrum suorum, sentiat se ab apostolica auctoritate confirmatum et contra omnes adversantes sibi sub tuitione beati Petri defensum.*

Folcnandus igitur, compositis in pace rebus, ad dispositionem ęcclesiae vigilem intendit oculum, unde et inter cetera curias Fridestorf[94] et Ramershoven[95], diu ablatas, multo labore et industria regali auxilio recuperavit. Quae tamen post mortem regis Cuonradi a suis obpressoribus reinvasae sunt, neque deinceps, licet ab Heinrico abbate instantissimis id studiis ęnisum sit, recolligi potuerunt, apud imperatorem Fridericum preponderante magis secularium gratia quam iustitia. Exstant super hoc preceptoriae litterae regis Cuonradi[b], quibus Laurisamensem ęcclesiam prefatis curiis revestiri precepit, in hunc videlicet modum:

[Praeceptum regis pro impetratione earundem curiarum; sed frustra emissum est.]

*Cuonradus Dei gratia Romanorum rex, A. comiti de Saphenberch gratiam suam et omne bonum. Frequens ad nos fidelis nostri Folcnandi venerabilis abbatis et monachorum Laurishamensium querimonia perlata est, quod predia quedam ad cottidianam ipsorum prebendam pertinentia, videlicet Ramershoven et Fridesdorph, in quibus tu advocatus existis, per violentiam quorundam ipsis monachis auferantur. Super quo experientiae tuae per presentia scripta mandamus et sub obtentu gratiae nostrae precipimus, quatinus postposita totius excusationis vel morae materia, prenominatas possessiones ad manum et potestatem predicti abbatis et monachorum recolligas, nec aliquam de cetero violentiam de cunctis reditibus eis inferri permittas. Quod si idem invasores dixerint, quod easdem villas a nobis et a regno habeant, tu nichilominus in dispositione monachorum eas esse facias, quoniam in presentia predecessoris nostri Lotharii ac postmodum in nostra manifeste probatum est, easdem possessiones ad proprietatem et beneficium regni nullatenus pertinere.* fol. 31.

Set cum Laurishamensis ęcclesia innumeris ac diutinis calamitatibus usque ad id temporis attrita prorsus fuisset et exhausta, ut servitio centum marcarum, quod regiae camerae singulis annis ex eadem, sicut et de aliis quibusdam ecclesiis, iure antiquo inferebatur, abs-

a) F. *cod.* b) C. *cod.*

92) Odenheim. 93) Gottesau. 94) Fritzdorf. 95) Ramershofen.

que maxima sui destructione minime sufficeret: Folcnandus communicato fratrum, ministerialium ac fidelium suorum consilio, tres abbatiae curias, videlicet Obbenheim, Wibelingen, Gingen, regiae potestati sub certis dumtaxat exceptionibus in concambium tradidit, atque ęcclesiam suam ab eiusdem servitio inmunem perpetuo reddidit, modicum id, quod adhuc exinde solvitur, mensae abbatis assignans. Cuius concambii confirmativum preceptum, a Cunrado rege traditum, ita se habet:

1147 Ian. 30. [Oppenheim, Wibelingen, Gingen regie potestati in cambium traduntur.]

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Cuonradus*[a] *divina favente clementia Romanorum rex secundus. Si antecessorum nostrorum, regum seu imperatorum, piae devotionis limitem prosequentes, ad cultum divinae religionis regalibus abbatiis in posterum providere et de statu et profectu illarum pro debito regiae auctoritatis oportune ordinare studebimus, id nobis tam ad presentis vitae tranquilitatem quam ad futuram beatitudinem promerendam profuturum non ambigimus. Eapropter omnibus, tam presentibus quam futuris, Christi regnique fidelibus notum esse volumus, quod Laureshamensis ęcclesia multis et diversis supervenientibus infortuniis tantum in exterioribus distracta est, ut servicium regium, centum scilicet libras, quas annuatim persolvere debebat, sine maximo sui detrimento explere non sufficeret. Divina igitur inspiratione, nec non petitione dilecti nostri Folcnandi abbatis omniumque confratrum, beneficiatorum, ministerialium eiusdem ęcclesiae commoniti, in hoc servitio persolvendo regiae maiestatis auctoritate sub certo concambio eidem ęcclesiae pepercimus. Tres enim curtes, Oppenheim, Gingen, Wibelingen, eidem ęcclesiae pertinentes, cum omni iure et utilitate, quae in presenti haberi vel in futuro inde elici potest, in servitium et proprietatem regni recepimus, exceptis his, quae de predictis villis homines seu ministeriales Laureshamensis ęcclesiae iure beneficiali ex antiquo possident; quae idcirco remisimus, ne forte dignitas regalis abbatiae* col. 2. *militari clipeo, qui vulgo dicitur herschilt, subtracto diminuatur; his quoque exceptis, quae de eisdem villis ad servitium prepositurarum, custodiae, portae, hospitalis ex antiquo deputata sunt; cetera, ut diximus, in servitium et proprietatem regni per manum abbatis consensu totius ęcclesiae contradita recepimus. Donamus autem et regia auctoritate confirmamus predicto abbati Folcnando et omnibus successoribus eius, ut beneficiati, ministeriales, villici subplementum, quod ad servitium regium hactenus conferebant, deinceps ad mensam abbatis libere et sine omni contradictione persolvant, nec aliquis abbas hoc concessionis nostrae donum inbeneficiare presumat. Hoc autem concambium et nostrae donationis statutum per presentis privilegii auctoritatem lege in perpetuum valitura confirmamus, edicto regali statuentes, ne aliquis successorum nostrorum, regum seu imperatorum, aut alia quaelibet persona, magna sive parva, hoc concambii statutum infringere presumat. Si quis vero, quod absit, cassare temptaverit, centum libras auri componat, quarum dimidiam partem camerae regiae, reliquam vero abbati Laureshamensi persolvat. Et ut hec verius credantur et omni deinceps tempore inviolata serventur, hanc inde cartam conscribi et sigilli nostri impressione signari fecimus. Testes quoque, in quorum presentia hec facta sunt, subter annotari iussimus, quorum nomina hec sunt: Heinricus Mogontinus archiepiscopus, Anshelmus Habelbergensis episcopus, Adolfus Fuldensis abbas, Heinricus Hersveldensis abbas, Wibaldus Corbeigensis abbas, Hermannus palatinus comes, Ludewicus provincialis comes*[96], *Godefridus et frater eius Bobbo comites*[97], *Heinricus comes, Sigebodo de Stubi, Lambertus comes, Ernestus comes, Wolframmus comes, Marquardus de Gruonbach, Bobbo comes et frater eius Bertholdus, Cuonradus Sporo.*

*Cuonradus*[a] *Dei gratia Romanorum rex secundus.*

*Signum domni Cuonradi*[b] *Romanorum regis secundi.*

*Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Mogontini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.*

*Datum 3. Kalendas Februarii. Anno dominicae incarnationis 1147. regnante Cuonrado Romanorum rege secundo, anno regni eius nono. Actum Fuldae. In Christo feliciter. Amen.*

Nec multo post Cuonrado rege Hierosolimitanam expeditionem aggresso, Folcnandus abbas, ad Remense concilium ab Eugenio papa evocatus, hoc ab eo privilegium obtinuit, tum de ęcclesiae suae libertate, tum de regalis concambii stabilitate:

a) Cunradus *cod.* b) Cunradi *cod.*

96) Thuringiae. 97) de Zigenhagen; cfr. diploma Conradi III. a. 1144, Oct. 17. (Böhmer nro. 2238).

[Privilegium Eugenii papae.]

*Eugenius episcopus*[1], *servus servorum Dei. Dilectis filiis, Folcnando abbati Laureshamensis* 1148 Mart. 29. *monasterii eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Apostolicae sedis, cui divina permittente gratia presidemus, auctoritate debitoque compellimur pro universarum ęcclesiarum statu satagere, et ut religiosi viri Dei servitio liberius insistere valeant eorum quieti salubriter providere. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum Laureshamense monasterium sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona in terris cultis vel incultis, vineis, pratis, nemoribus, pascuis, aquis, molendinis, castellis, villis, colonis, decimis seu aliis eadem ecclesia iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque* fol. 31'. *successoribus et illibata permaneant. Prohibemus autem, ut servitium centum marcarum, quas vestrum monasterium regi vel imperatori solebat singulis annis tribuere, a karissimo filio nostro Conrado, Romanorum rege, eidem monasterio indultum et scripti sui memoria confirmatum, nulla de cetero ęcclesiastica vel secularis persona presumat exigere et abbatem ipsius monasterii super hoc aliquatenus molestare; set prefatum monasterium, sicut ab ipso rege statutum est, ab eodem servitio liberum et inmune in perpetuum perseveret. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem fratres eiusdem monasterii communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum seu monachorum et benedictionem abbatis a diocesano accipietis episcopo, si tamen catholicus fuerit et gratiam apostolicae sedis habuerit, et ea gratis et absque pravitate aliqua exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis quemcunque catholicum malueritis adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Nulli ergo hominum liceat iam dictum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, set omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus si non presumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen. Bene valete.*

*Ego Eugenius catholicae ęcclesiae episcopus subscripsi.*

*Ego Octavianus diaconus cardinalis de Nykolai de Carcere subscripsi. Ego Iohannes diaconus cardinalis Sanctae Mariae Novae subscripsi.*

*Datum Remis per manum Gwidonis, sanctae Romanae ęcclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, 4. Kalendas Aprilis. Indictione 11. Incarnationis dominicae anno 1148. Pontificatus vero domni Eugenii III. papae anno quarto.* [Bulla, cui inscriptum:] *Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Eugenius papa tercius*[a].

Item epistola eiusdem pro eadem ęcclesia.

[Mandatum Eugenii papae super restitutione facienda[b].]

*Eugenius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis, episcopis,* 1148. *in quorum parrochiis Laureshamensis monasterii bona consistunt, salutem et apostolicam* Mart. 29. *benedictionem. Quantis Laureshamense monasterium possessionibus olim ditatum fuerit, quantumque largis imperatorum donationibus abundaverit, vestra fraternitas non ignorat. Set peccatis exigentibus propter plurimas perturbationes et regni necessitates admodum est imminutum; ideoque vestro plurimum auxilio indiget, et ut possessiones eius manutenere iuvetis et ab infestantium iniuriis defensetis, necessarium habet. Per presentia ergo vobis scripta* col. 2. *mandamus, quatinus parrochianos vestros, qui eiusdem monasterii bona iniuste detinent,*

a) Sanctus Petrus—Eugenius papa tercius *post* amen *posuit scriba codicis.* b) Mandatum—facienda *desunt cod.* 1) scil. tertius.

*reddere districtius moneatis; quod si facere noluerint, canonicam de ipsis iustitiam faciatis. Data Remis 4. Kalendas Aprilis.*

Religiosus deinde abbas Folcnandus, fratrum per omnia consulens utilitati, ne quem ex huiusmodi concambio prebendae defectum extraherent, has eis donationes pro subplemento fecit et scripto confirmavit:

[Provisio Folcnandi facta fratribus suis de monte Hemsberg novellando et colendo.]

1148. *In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Folcnandus, sola Dei misericordia Laurensis abbas, universitati omnium Christi fidelium ad presens et in posterum. Pastoralis officii ratio exigit euangelicos imitari pastores et non solum nobismet ipsis vigilare, verum etiam supra gregem dominicum vigilias noctis custodiendo excubare. Quocirca, ut nos quoque*[a] *inter dispensatores familiae Dei fideles inveniamur, defectui fratrum nostrorum, quem partim ex regali concambio de Obbenheim, Gingen, Wibelingen, partim ex aliis villicationum rationibus in subtracta victualium suorum iustitia sustinent, mederi cupientes, montem Hemmingisberg*[2]*, in termino Besinsheim*[3] *situm et ad cameram nostram pertinentem, eisdem fratribus nostris ad novellandum, colonis locandum, vineis vel agris conserendum, modis omnibus possidendum, colendum, utendum, cum censu, cum decima, cum omni contractu et elaboratu, omni denique iure et integritate, perpetuo donamus et donando confirmamus, et insuper 30 maldras tritici, quae nobis ex areis in eadem villa positis annuatim solvebantur, in usum eorum specialiter conferimus. Ac ne quid eis desit in ulla gratia, decimas quoque in Lûdenbach, quas a Bobbone comite, advocato ęcclesiae nostrae, 40 libris probati argenti absolutę redemimus, subplemento prebendae ipsorum perpetualiter assignamus et absque omni exceptione vel subreptione solum eorum dispositioni subiacere et usui proficere constituimus. Si quis igitur, quod absit, successorum nostrorum, seu alia quaelibet ęcclesiastica secularisve persona in quolibet ordine vel officio constituta hanc nostrae donationis et constitutionis stabilitatem rescindere, cassare, minuere vel in deterius permutare, dolo, vi, onsilio seu qualicumque malo ingenio presumserit, nisi cito resipuerit, fiat anathema*[4] *Maranathâ, et ex auctoritate beati Petri, principis apostolorum, ac vicarii eius domni Eugenii papae et antecessorum eius reum se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi alienus fiat, et in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Et ut haec per futuros temporum decursus certius credantur et firmius teneantur, hanc exinde cartam conscribi et ęcclesiae nostrae sigillo signari fecimus ac fideli testimonio roboravimus. Quorum hec sunt nomina: Bobbo comes et advocatus, Bertholdus frater eius, Cuonradus Sporo, Cuonradus de Hohenhart, Gerhardus de Scowenburg, Cuonradus de Hirzberg, Billungus, Magenes de Lindenveles, nobiles. De ministerialibus: Cuonradus, Bertholdus, Gernodus, Burkardus, Hildebertus, Berewelf, Rumhart, Ingram, Diedericus, Craft, Emicho, Engilfridus, Gebehardus, Winmarus, et de familia quam plurimi.*

fol. 32. *Actum Laureshám. Anno dominicae incarnationis 1148. Indictione 11. Regni vero domni nostri Cuonradi, gloriosi regis, anno 10. Regiminis autem in hoc monasterio anno 7. Feliciter in Christo. Amen.*

Idem quoque fidelis dispensator et prudens sustentationi fratrum in Aldenmunster decimas in Rorheim contulit, et libros Moralium in Abrinsberg privatus adhuc conscribi fecit; homo mirae continentiae et planę vir consilii, si meliora invenisset tempora. Qui delato apostolicae sedis privilegio, insequenti depressus infirmitate viam ivit universae carnis anno regiminis sui septimo[5]. Sepultus est in ęcclesia principali, in ipso occidentali introitu, in latere exeuntium dextro. Anima eius requiescat in pace. Amen.

Sub huius patris tempore quidam Dei famulus, Adalbertus nomine, ex laico monachum induens, templum Laureshamense, tum parvitate tum vetustate dignitati suae minime respondens, Deo cooperante renovavit et augmentavit, et, ut in presentiarum cernitur, fornicibus, absidibus, fenestris, laquearibus, tecto plumbeo venustavit. Preter hec etiam fratrum utilitati consulens, duas huobas cum area in Winenheim sitas, multa pecunia ab

a) ut nos quoque *bis scripta in cod.*

2) Hemsberg. 3) Bensheim. 4) imprecatio Syriaca; *maranatha* i. e. „Dominus venit". 5) 1149. Mai. 8.

heredibus comparatas, itemque curiam cum vineis in Hephenheim ipsorum victualibus adiecit. Decimas etiam in Winenheim cum molendino dominicali et decimas in Hantscuhesheim[a], ne beneficiarentur, ab ipsis biantium faucibus dato precio redemptionis extraxit aliisque compluribus circa eandem ęcclesiam bene meritis memoriam in benedictione promeruit.

Per idem tempus Billungus, vir nobilis de Lindenvels, ecclesiam in vico Cella[6] cum vinea proprietatis suae et parte montis Hemmingisberg, que contra eundem vicum respicit quamque abbas Folcnandus ad novellandum concesserat, fratrum usui tradidit, et ut eorum providentia tribus in ebdomada diebus in eadem ęcclesia divina celebrarentur instituit. Qui videlicet Billungus, cum in obpressione Laurensis familiae modum excesserit, eo tamen vel solo cum villico iniquitatis laudandus est, quod de rebus Domino fraudulenter subtractis in aliquo pro se prudenter fecit. Eius donatio talis est:

[De vico Cellae.]

*Notum sit caritati omnium fidelium ad presens et in posterum, quod quidam Dei famulus nomine Billungus et uxor eius*[b] . . . *pro se suisque parentibus ac posteris tradiderunt Deo et sancto Nazario de suis possessionibus in vico Cella ęcclesiam, in proprio domate fabricatam, tribus iugeribus vineti et una curte dotatam, ea nimirum ratione, ut eis superstitibus unciam in nativitate Domini annuatim inde persolvant, et post obitum eorum ipsa ęcclesia cum suis appendiciis ad locum istum omni iure pertineat; ita tamen, ut prior aut aliquis fratrum, cui ipse iniunxerit, in eadem ęcclesia divina misteria tribus diebus in ebdomada peragat. Idem ipsi Deo devoti dederunt nobis in Besinsheim*[7], *in proximo monte, quoddam novale,* 10 *argenteos quotannis, quoad ipsi vixerint, persolvens et post eorum excessum omni integritate ad nos pertinens; ea conditione, ut annualis census, qui de utrisque donationibus eis viventibus solvitur, ad confectionem cerei singulis annis determinetur. Hec traditio facta est regnante Cuonrado rege secundo*[8], *tempore Heinrici Magontini archiepiscopi, sub domino Folcnando abbate, ipso presente et ceteris fratribus, coram probatis et subnotatis testibus, videlicet: ipse Folcnandus abbas, et decanus Hunfridus; Adelradus, Marquardus, Udalricus, et item Udalricus, monachi. De nobilibus: Bobbo comes, Bertholfus frater eius, Magenes, Cunradus. De servitoribus:* col. 2. *Cunradus, Bertholfus, Craft, Dragebodo, Giselherus, Diedericus, et de plebe quam plurimi.*

[Ultio in Billingum, Laurissensis hereditatis et possessionis invasorem.]

Cum hoc Billungo ob meritum et vindictam beati martyris sui Nazarii Deus ultionum libere egit, itemque in ceteros sui similes, qui populum Domini humiliaverunt et hereditatem eius vexaverunt, extendit manum suam in retribuendo[c]. Nam ferme biennio mutus et elinguis ac dira omnium membrorum paralisi contractus, carne iam premortua, solo spiritu palpitans, dedecorose tandem et intestatus expiravit. Eberhardus de Ertbach subito preclusa voce impenitens obiit. Burkardus de Scarra[9] totus turgidus ac fetidus, scaturientibus quoque vermibus, ignominioso fine contabuit, omnesque tam officiales quam domini, *qui* Psal. 78, 7. *comederunt Io ob et locum eius desolaverunt, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem.* Psal. 72, 19. Bertholfus siquidem comes et advocatus, bello turpiter victus ac castris exutus, tristitia periit. Bobbo liberis et rebus omnibus exheredatus, implevit extraneos viribus suis, et cf. Prov. 5, 10. labores sui sunt in domo aliena. Ipse quoque palatinus Reni comes, frater imperatoris, Cuonradus, presens eiusdem ęcclesiae advocatus, divina animadversione sensit et expertus est

*Fraternas acies cognataque bella, profanis* Statius, Thebais I, in.
*Decertata odiis;*

sensit,

*Quam alta sedeant plus quam civilis* Lucan. Bell. civ. I, 32.
*Vulnera dextrae;*

et *in his omnibus nondum aversus est furor Domini, set adhuc manus eius extenta.* Terreatur Ies. 5, 25. ergo exemplo eius, cui propheta teste insultatum est: *Et tu vulneratus es sicut et nos, nostri* Ies. 14, 10 *similis effectus es*, et reliqua. Terreatur exemplo aliorum, terreat alios suo, noveritque profecto quia *reddet Dominus ultionem hostibus suis*, et *propitius erit terrae populi sui.* Deuteron. 32, 41. 43.

a) Hentscuhesheim *cod.* b) *sequitur lacuna in cod.* c) retbuendo *cod.*

6) Zell. 7) Bensheim. 8) immo tertio. 9) Scharrhof.

Defuncto igitur Folcnando, Hildebertus ex Fuldensi monasterio, tum Sanctae Mariae virginis in Michlenstat prepositus, primo quidem sub intentione, set postea reductis in concordiam partibus, abbas eligitur, et ab Heinrico rege, quem pater Hierosolimam tendens in regnum unxerat, vestitus necdum consecratus, sexto mense moritur[10] et ad introitum ęcclesiae in latere meridiano tumulatur. Cui e vestigio

Marquardus prepositus Sancti Petri in Aldenmunster substitutus, et ab eodem rege investitus, undecimo post electionem mense mortuus est[11] et inter duos antecessores suos medium sepulturae locum sortitus. Hic omne ius ac servitium, quod ex duabus huobis et area, ab prefato Adelberto in Winenheim conquisitis, exigebatur, dispositioni et usui fratrum adtribuit. Quo defuncto rursum Laureshamensis abbatiae procuratio ad regalem manum devolvitur. Unde fere per triennium fratres ad extremam redacti inopiam, tum ex annorum diutina sterilitate, tum ex procuratorum sua quaerentium ingluvie, (Ps. 106, 28.) *clamaverunt tandem ad Dominum, et de necessitatibus eorum liberavit eos.*

Ex consilio itaque regis Cuonradi

Heinricum ex monasterio Sunnensheim[12] concordi voto ac studio elegerunt[13], virum omni virtutum genere conquadratum, et in quo natura cum gratia, quicquid hominis est, ad unguem expolivit. Cuius ut animi dotes breviter perstringamus, nemo illo vultu gestuque gratior, moribus ornatior, gravitate modestior, severitate temperantior, in ęloquio torrentior, in consiliis acutior, in negociis expeditior, in dispensatione providentior, erga superbos erectior, erga subiectos subiectior, in omni denique vitae modo et ordine circumspectior fuit[a]. Qui primo introitus sui inicio in his, quae religionis, quae fraternae utilitatis erant, (fol. 32'.) interiora composuit; deinde ut etiam manus hominis sub pennis haberet, circa exteriora tam vigilis fuit efficatiae, ut edificiis exstruendis, restaurandis, ampliandis, exornandis, multam et impensam impertiretur et operam. In agricultura vero frugibus reditibusque contrahendis et conservandis nullus operosior, nullus exstitit diligentior, adeo ut in summa famis inopia, quae totam profligavit Teutoniam, bonis omnibus exuberaret, omnibusque, set precipue religiosis et pauperibus, pleno copiae ministraret cornu. In re familiari ac domestica frugalis et moderatus, circa sollemnes apparatus et spectabilium personarum celebres introitus et frequentias lautum se, liberalem ac magnificum exhibebat. Eoque summos principum miro sibi devinxit affectu, imperatoris etiam et aulicorum favorem concilians et gratiam, ipsique palatini[b] canes[14], quibus ab omnibus defertur, ei plurimum deferebant. Preterea cum Mediolani rebellionem et Longobardiae insolentias imperialis gladius protereret, Italicae expeditionis cingulo ęcclesiam suam multa summa bis absolvit[15]; tercio viriliter accinctus, sub Cremensi obsidione[16], ubi multo labore ac sanguinę Teutonicae virtutis desudatum est, imperialibus militavit aquilis. Nichil tamen inter tot sumptuosas necessitates vel in ecclesiastico thesauro vel in reditibus monasterio detrimenti importans, ea quoque tempestate, quae inter imperialem domum et fratrem eius, palatinum Reni comitem Cuonradum, intestina movit odia, Fortuna tunc superba vices vertente dextera, ita se caduceatorem et sequestrum interposuit, ut altero tamquam domino, altero tamquam amico utens, inter arma togatus ac feriatus fortuitos spectaret eventus, et cum studia partium non foveret, studiis partium foveretur. In explicandis vero negociis secularibus tam perspicax, tam consiliosus, tantae fuit experientiae, ut aut nullos infra ditionem suam[c] emergere motus pateretur, aut emergentes in ipso statim inicio reprimeret, semper rogans ea quae pacis sunt. Ceterum, ut ad interiora redeamus, erga obedientias monasterii et preposituras multa illi instantia, multa sollicitudo fuit, ut et religionis, quantum mollicies hominum et malitia temporum sinebat, aliquod vestigium servaretur, et rerum ac possessionum nulla fieret delapidatio. Unde quod ei a quibusdam vitio datur, et hanc solam ei notam inurunt, quod quasdam earum dispensatorie remotis personis per se administraverit; noverint, si volunt, non hoc eum ambitionis aut turpis lucri fecisse gratia, set potius conservandae religionis intuitu, et ne a se quocumque modo recollecta, alicuius inprudentia dispergerentur[d], quia subtractis necessariis, religionis rigor subtrahitur. Proinde si quis hoc eius exemplo nititur, utatur eius et industria, quia ibi iusta usurpatur[e] dispensatio, ubi bona fit[f]

a) fuerit *cod.* b) ipsaeque palatinae *cod.* c) suam *superscriptum.* d) dispergeret, *corr.* dispergerentur. e) usurpatus *superscriptum.* f) fit *superscr.*

10) 1149. Oct. 23. 11) 1150. Sept. 10. 12) Sinsheim in Alsatia. 13) Sedit a. 1153 — 1167. 14) i. e. comites palatini, monasterii oppressores et tyranni. 15) anno scil. 1154 — 1155, et 1158. 16) 1159. Sept. — 1160. Ian. 26.

recompensatio; et si quis inter dispensatores familiae Dei ad hoc intendit ut fidelis inveniatur: pro minimo ducit, si iudicetur ab humano die. Illud etiam, quod prescribunt, eum per introductum comitem palatinum iugum ecclesiae aggravasse: si recolerent quas minas, quas clades, quae exterminia imperator toti ecclesiae intentaverit, quamque id ei fratrum ac ministerialium precibus vix extortum fuerit, ac demum arcuato vulneri cauterium obponens, periculo periculum lenierit, veritati non inferrent preiudicium; canonico in idem consentiente decreto: *duobus malis urgentibus, quorum alterum sine altero declinari non potest, minus eligendum esse.* Inde est, quod etiam castrum Winenheim beneficio curtis Ulvensheim[17] ab imperiali possessione et presidio liberavit, satius arbitratus unius villae reditibus et pensionibus destitui, quam castrensium rapinis et incursibus totam ecclesiam perditum iri. Hic a Victore papa, qui et Octavianus, per manum Christiani[a] cancellarii infulam transmissam personae dumtaxat suae recepit, set eam ęcclesiae suae privilegio confirmari col. 2. minus integrum arbitratus est, ignarus quis finis scisma, quod inter ipsum et Rolandum, qui et Alexander, nuper exortum, in omnem ecclesiam iam tum proserpebat, excepturus esset, incertis casibus se et ęcclesiam suam[b] committere detrectans. Nam idem Victor, cum Teutonicorum et maxime ęcclesiasticorum principum favorem et affectum expeteret, scriptis eos[c] delenificis et promissionibus ambiens, etiam ipsi inter ceteros Cremae sua scripta direxit. Cuius confirmationi licet Papiense concilium subscripserit, cum se ab eodem explicare non posset, in neutram se tamen partem pronior inclinavit. Scripta Victoris fuerunt huiusmodi:

*Victor episcopus, servus servorum Dei, Heinrico dilecto filio, abbati Laureshamensi,* 1159. Dec. 5. *salutem et apostolicam benedictionem. Super devotione et constantia, quam beato Petro et nobis exhibuisti, et super sancto consilio, quod karissimus filius noster Fridericus, Romanorum imperator augustus, ad restaurandam ęcclesiae unitatem et heresim scismaticam resecandam tuo aliorumque sapientum consilio dispensavit, fraternitati tuae grates referimus, orantes, ut tam beata intentio gratum Domino sorciatur eventum. Nos autem, quantum ad apostolicam pertinet dignitatem, personam et ecclesiam tuam diligere et honorare intendimus, et tantis beneficiis tuam devotionem remunerare, quod alii ad diligendum nos promptiores efficientur, et tua nobilitas de nostra benivolentia honoris et utilitatis accipiet incrementum. De statu et proposito nostro venerabiles fratres nostri, H.*[18] *Verdensis et D.*[19] *Pragensis episcopi, te plenius certificabunt.*

*Data Vetrallae*[d] *Nonis Decembris.*

Infulationis vero concessio talis fuit:

*Victor episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Heinrico, abbati Laurishamensi,* 1160. Febr. 27. *salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos sibi filios consuevit honorare et christianorum principum, in quibus plurimum honoratur, petitionibus clementer annuere. Inde est, dilecte in Domino fili, quod ad petitionem karissimi filii nostri Friderici, Romanorum imperatoris, et ad venerabilis fratris nostri Regenoldi, Coloniensis electi, preces tibi de capite nostro mitram per dilectum filium Christianum*[e]*, Mersiburgensem*[20] *prepositum, transmittimus, et ut ea in sollemnibus diebus et processionibus ad honorem Dei et tuae personae utaris, auctoritate apostolica concedimus; monentes, quatinus hoc honore ab apostolica sede tibi concesso taliter utaris, ut Deus honoretur, et nos ad maiora tam tuam personam quam ecclesiam tibi commissam libentius promovere velimus. Cetera, quae petisti, tibi non duximus largienda, nisi tu in persona tua venias, aut honestum nuncium, ęcclesiae tuae filium, ad nostram transmittas presentiam.*

*Datum Papiae* 3. *Kalendas Martii.*

### [Restauratio cellae Nuwenburgk.]

Cellam Niwenburg, post obitum fundatoris sui Anshelmi provisorum incuria pene desolatam, divino instinctu denuo resuscitavit et aliquantis Deo servientibus ibidem collectis, aedificiis et possessionibus et quibus poterat modis non minimum ampliavit, donationes suas hoc testamento confirmans:

a) Cristani *cod.* b) suam *supersor. cod.* c) eis *cod.* d) Vetratt *cod.* e) Cristianum *cod.*

17) Ilversheim. 18) Hermannus. 19) Daniel. 20) legendum *Moguntinensem archiepiscopum;* cfr. supra lin. 11 huius paginae.

1165. Aug. *In Christi nomine Heinricus divina clementia Laureshamensis abbas, universis sanctae matris ęcclesiae filiis, presentibus et futuris, in perpetuum. Ecclesiae nostrae, cui Deo auctore deservimus, officio debitoque compellimur, non solum eius dispersa congregare et congregata* fol. 33. *conservare, verum etiam antecessorum nostrorum vestigia prosequentes, in tabernaculum Domini aliquid ex nostro ministrare. Quocirca cunctis Dei fidelibus, tam futuris quam presentibus, notum fore cupimus, qualiter nos divinae mercedis intuitu ecclesiam in Niwenburk, a quodam Dei famulo Anshelmo olim fundatam, set diu desolatam, instaurando reformavimus*[a], *atque ibidem religiosos fratres monasticae professionis, vel ex nostrae congregationis corpore vel aliunde assumptos, in unius tamen societatis et communionis concordiam adunare decrevimus. Quorum nos quieti et usui in posterum providere cupientes, preter ea, quae a prefato Anshelmo eidem monasterio collata sunt et in confiniis eiusdem cellulae sita certa determinatione dimensa sunt, ea, quae nos nostro conquisitu et industria in possessionem ipsius monasterii contulimus, litteris annotare posterorumque memoriae commendare dignum duximus. Videlicet predium in Blankestat cum forasto, agris, pratis et omnibus pertinentiis suis, quod ab heredum potestativa manu dato precio legitime comparavimus; undecim quoque iurnales proprietatis in Siggenheim, atque unius huobae decimationem, a Craftone dapifero nostro beneficiali concambio redemptam; item in Virnheim quatuor huobas cum omnibus pensionibus, reditibus ac iustitiis ad nos aspicientibus; in Gernesheim quoque hubam cum omni integritate, et decimas quae solvuntur de curia et agris fratrum in Hagen; in Sahssenheim etiam minore huobam, quam eis hereditario iure acquisivimus; in Sahssenheim maiore vineam proprietatis ad luminaria ęcclesiae pertinentem; item in Niwenheim duas vineas proprietatis, videlicet Flëcke et Luzelenbach; dimidiam quoque huobam hereditariae pensionis, itemque possessionem, quae vocatur Korngeld, aream etiam, id est hovestat; tres insuper vineas, videlicet Snowe, Steinrieth, Hagenbrunno, quas eis ex consensu fratrum sancti Stephani in monasterio Capella iure hereditario et sub annua pensione locavimus; rerum quoque, quas Anshelmus eidem monasterio acquisivit, decimas, omnesque iustitias cum omni integritate stabilimus; hec omnia, seu proprietariae seu hereditariae conditionis sint, prefato monasterio sancti Bartholomei atque fratribus Deo ibidem famulantibus perpetuo iure tenenda, possidenda, utenda tradimus atque confirmamus, inposterumque tum in simili, tum aliis iustis modis, utilitatibus eorum Deo propicio pro posse consulere deliberavimus. Si quis vero de familia seu colonis ęcclesiae nostrae quippiam hereditatis, possessionis sive rerum suarum, mobilium aut immobilium, pro remedio animae suae eidem loco conferre voluerit, id nos gratum et ratum atque optatissimum habemus ac presentis scripti auctoritate roboramus, cunctisque sepedictae ęcclesiae bona facientibus ac iusta servantibus misericordiam Christi ac vitam aeternam, impugnantibus autem eam et hec statuta nostra infringere aut cdssare conantibus, si non resipuerint, offensam Dei sanctorumque eius ac mortem perpetuam ex apostolicorum privilegiorum nostrorum interminatione imprecamur. Successorum etiam nostrorum benivolentiam in Christo et coram Christo optestamur et obsecramus, quatinus id ipsum monasterium paterno affectu ab omni incursu et obpressione defendant, manuteneant, et quantum potuerint promoveant, ac data sive constituta nostra ab* col. 2. *aliquo convelli aut labefactari non permittant, quatinus ab omnium bonorum largitore Deo premium vitae aeternae percipiant. Et ut hec nostrae constitutionis ac donationis auctoritas testabilis*[b] *et inconvulsa perpetuo permaneat, his eam litteris consignari precepimus et sigilli nostri impressione roboravimus.*

*Actum in ipsa ęcclesia Niwenburg*[c]*. . . Kalendas Septembris. Anno dominicae incarnationis* 1165. *Indictione*[d] 13. *Imperii gloriosissimi imperatoris Friderici anno* 14. *Domni quoque Heinrici abbatis anno* 14[21]. *Feliciter in Christo. Amen.*

Monasteria quoque Cisterciensis ordinis miro coluit affectu, adeo ut et in rebus mobilibus sanctorum necessitatibus communicaret, et in fundis ęcclesiae suae tum in agraria novellatione, tum in hereditaria locatione plurimum eis consuleret, servata dumtaxat utrimque aequitatis ratione, quatinus illis usufructuaria accessio et sibi suisque successoribus annua pensio non parum conferret emolumenti. Hinc est, quod fratribus in Sconaugia[22] predium in Grensheim[23] sub hereditaria pensione locavit, et ea quoque occasione predium in Gagersberg ęcclesiae suae conquisivit, facti memoriam huiusmodi scripto confirmans:

a) reformavimus *cod.* b) *sic cod.* c) *sequitur lacuna.* d) *numerum supplevi; lacuna in cod.*

21) immo a. XII. 22) Schönau. 23) Greinsheim.

*In nomine Dei omnipotentis. Heinricus, divina misericordia Laureshamensis abbas, universis Christi fidelibus, futuris ac presentibus, in perpetuum. Ad hoc a principe pastorum et patre misericordiarum Deo in dispensationem familiae suae misericorditer vocati sumus, ut servis suis, conservis nostris, ex caritatis affectu serviamus, et sufficientia nostra, quae ex ipso est, eorum indigentiae pro posse consulamus. Eapropter noverit universitas Christi fidelium ad presens et in posterum, qualiter nos divinae remunerationis intuitu fratrumque ac fidelium nostrorum precibus et consultu predium ęcclesiae nostrae, videlicet octo huobas in Grensheim, Cuonrado de Hohenhart et per ipsum Bliggero de Steinaha ex antiquo beneficiatas, set ab utroque nobis absolute resignatas, venerabilibus fratribus nostris in Sconaugia*[24] *iure hereditario sub annua pensione decem caseorum, habentium precium decem denariorum, perpetuo locavimus; prediumque Gagerensberg cum pertinentiis suis, a Bliggero, uxore liberisque suis, ęcclesiae nostrae proprietatis titulo huius rei gratia sollemnitate legitima traditum, predicto Cuonrado beneficii nomine concedentes, ipso eodem Bliggerum et filios suos revestiri fecimus. Huius itaque nostrae concessionis tenorem, ne successorum nostrorum vel inclementia rescindat vel auctoritas, eatenus ipsum lance dispensatoria moderati sumus, ut et servorum Dei commodis prospiceremus per caritatis officium, et ęcclesia nostra in nullo pateretur vel detrimenti vel alienationis preiudicium. De cetero statuentes et auctoritate Dei omnipotentis et nostra confirmantes, ne quis eos seu de familia, seu de ministerialibus ęcclesiae nostrae, nulla denique qualiscumque persona, tamquam a nobis accepto utens officio vel potestate, in hac ipsa a nobis concessa hereditate exactionibus, oppressionibus seu quibuscumque molestiis predictos fratres infestare seu perturbare presumat; set sub hac, quam prediximus, annua et memoriali pensione eandem hereditatem libere teneant, excolant et possideant. Verum ut huius nostrae concessionis et constitutionis integritas per futura temporum curricula rata et inconvulsa permaneat, cartam hanc exinde conscriptam sigilli nostri impressione roboravimus, atque illustrium et spectabilium personarum, in quorum presentia et sententia hec acta sunt, testimonio confirmavimus. Quorum hec sunt nomina. De clero: Cuonradus Wormaciensis episcopus, Cuonradus custos de Winphina. De liberis: Cuonradus de Hohenhart et filius eius Cuonradus; Waltherus de Husen; Billungus de Lindenvels; Cuonradus de Hirzberg; Bliggerus de Steinaha et filii eius Bliggerus et Cuonradus; Gerhardus de Scowenburc; Rudolfus de Kiselowa; Ruthardus de Crûtheim; Erpho de Hirzberg.* fol. 33'. *De ministerialibus: Wernherus de Wormatia; Ingram et Rumhardus de Hantscuhesheim; et ceteri quam plures.*

*Acta sunt hec Hantscuhesheim anno dominicaè incarnationis* 1165. *Indictione* 13. *Imperii vero gloriosi domni nostri imperatoris Friderici anno* 14. *Domni quoque Heinrici abbatis anno* 14. *Feliciter in Christo. Amen.*

1165.

Item eisdem ab eodem in termino silvae, pertinentis ad Virnheim, data confirmatio:

[De caseis ex monasterio Schonawe, cedentibus de quibusdam locis incultis in Firnheim.]

*In nomine Dei omnipotentis. Heinricus divina misericordia Laureshamensis abbas, universis Christi fidelibus, futuris ac presentibus, in perpetuum. Apostolica commonemur institutione, ut bonum facientes non deficiamus, quo*[a] *tempore suo metamus, precipue tamen necessitati sanctorum communicantes, quoniam*[b] *talibus hostiis promeretur Deus. Quocirca omnium Christi fidelium, futurorum ac presentium, noverit experientia, qualiter*[c] *nos respectu supernde*[d] *retributionis atque advocati*[e] *nostri Cuonradi*[f]*, illustris palatini comitis de Reno*[g]*, consensu et rogatu ceterorumque fidelium ac fratrum nostrorum persuasu commoniti, dilectis fratribus nostris in Sconaugia*[h, 24] *et vere Christi pauperibus quaedam loca inculta et saltuosa infra terminum villae nostrae Virnheim sita, partim agris, partim pascuis oportuna, certis limitibus determinata concessimus, quatinus ea iure hereditario teneant, excolant et possideant. Veruntamen ab exstirpatione eiusdem silvae et ab incisione lignorum, quae banno sunt obnoxia, nisi ex licentia nostra, prorsus abstineant. Atque ut proventus laboris eorum ęcclesiae quoque nostrae fructuosus existat, ipsorum annuente conniventia*[i] *statuimus, quatinus trecentos caseos, singulos precio denarii nostrae monetae, loco decimarum annuatim persolvant, quorum triginta*

a) quo *orig. apud Ioannem, Rer. Mogunt. SS. III.* 117; quod *cod.* b) quoniam *orig.*; quia *cod.* c) qualiter *orig.*; quia *cod.* d) supernae *om. cod.* e) advocati nostri, *manu recenti correctum:* vicini nostri *cod.* f) Cuonradi *Ioannis.* g) Rheno *Io.* h) Schonaugia *Io.* i) coniventia *cod.*

24) Schönau.

*parrochiano*[a] *in*[b] *Virnheim, reliqui nostro successorumque nostrorum*[c] *usui proveniant. De cetero ab omni infestatione alicuius pensionis, ab omni exactione iudiciariae potestatis liberi et immunes permaneant, et quicquid*[d] *pro oportunitate*[e] *sua in eisdem locis absque detrimento silvae elaborare vel excolere voluerint aut valuerint*[f], *ex huius nostrae concessionis auctoritate libera in omnibus faciendi potestate potiantur. Et ut huius concessionis et constitutionis nostrae soliditas postfuturis*[g] *temporibus certior firmiorque teneatur, cartam*[h] *hanc exinde conscriptam sigilli nostri impressione subter firmavimus, nobiliumque ac probabilium personarum testimonio commendabiliorem fecimus; quarum*[i] *nomina sunt haec:*

*De clero: Chunradus Wormatiensis episcopus; Heinricus Laurishamensis abbas; Cunradus custos de Wimpina. De liberis: Chunradus palatinus; Chunradus de Hohinhart, et filius eius Chunradus; Waltherus de Husen; Gerhardus de Schowenburch; Ruodolfus de Kiselowe; Billungus de Lindenvels; Chunradus de Hirzperg; Bliggerus de Steinahe, et filii eius Bliggerus et Chunradus; Ruothardus de Krutheim; Erpho de Hirzberg. De ministerialibus: Wernherus de Wormatia; Ingramus et Ruomhardus de Hantschuhesheim*[k]; *et ceteri quam plures.*

*Acta sunt haec Hantschuhesheim*[k] *anno dominicae incarnationis* 1165. *Indictione* 13.

Astipulatur[l] huic concessioni etiam diocesiani episcopi pontificalis auctoritas, et circa decimas, quas baptismalis ęcclesiae iustitia exigebat, canonica dispensatio:

[Novellationem agrorum et pratorum in Firnheim episcopus Wormatiensis locavit fratribus in Schonawe.]

1168. Iun. 13. *In nomine domini Dei omnipotentis. Cuonradus Dei gratia Wormaciensis ęcclesiae episcopus, universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus. Omnium quidem Dei fidelium, set maxime pontificalis providentiae est, servorum necessitatibus consulere et, ut liberius ad pedes domini Ihesu sedere ac divinae contemplationi iugiter inherere valeant, circa ipsorum frequens ministerium satagere. Eapropter nŏverit universitas cunctorum Christi fidelium ad presens et in posterum, qualiter nos divinae mercedis intuitu et maiorum ęcclesiae nostrae rogatu persuasi, dilectis fratribus nostris in Sconaugia novellationem agrorum seu pratorum, quatuor aratris sufficientem, in foraste ad Virnheim pertinente, cuius quidem fundus Laureshamense monasterium, regalis vero bannus nostram respicit ęcclesiam, hilariter indulsimus et*

col. 2. *presentis scripti auctoritate confirmavimus. Preterea ut inter ipsos et eiusdem ęcclesiae parrochianos totius contentionis et querimoniae materiam perpetuo decideremus, ipsius presentis parrochiani consensu et confratrum nostrorum mediante consilio decrevimus, quatinus triginta casei, singuli precio Wormaciensis denarii, loco decimarum, quae ibidem tam de fructibus quam de animalibus quoquo modo elici potuerint, prefato parrochiano suisque successoribus ab eisdem fratribus annuatim persolvantur, et preter hos duo casei similis precii episcopali camerae ob facti memoriam inferantur, atque de reliquo ab omni decimarum seu ceterarum exactionum molestia quieti et immunes permaneant. Et ut huius nostrae concessionis et constitutionis auctoritas per futura tempora conmendabilius prorogetur atque inviolabiliter conservetur, paginam hanc exinde conscriptam sigilli nostri impressione roborari iussimus, et testes, in quorum hec presentia gesta sunt, ut infra videtur, assignavimus. Cunradus Wormaciensis episcopus; Sigehardus Laureshamensis abbas; Gernodus, Cunradus, capellani; Orto magister de Niwhusen, Trutwinus de Winenheim, Bertholfus de Besinsheim, parrochiani; Rehwinus Laureshamensis decanus; Rudolfus prepositus Sancti Michahelis; Lanzo prepositus Sancti Petri; David, Gerungus monachi. De nobilibus: Gerhardus, Bertholfus, Godefridus de Scowenburc, Otto Sporo, Marquardus de Hemvelt.*

*Actum Lobedenburc Idus Iunii. Anno dominicae incarnationis* 1168. *Indictione* 1. *Regnante gloriosissimo imperatore Friderico anno* 16, *pontificatus vero domni Cunradi, Wormaciensis episcopi, anno* 18°.[m] *Feliciter in Christo. Amen.*

Similem humanitatis affectum et officium famulabus Christi in Gomersheim per hanc concessionem exhibuit:

a) parochiano *Io.* b) de Virnheim *cod.* c) nostrorum *om. Ioannis.* d) quidquid *Io.* e) opportunitate *Io.* f) valuerint et voluerint *Io.* g) futuris *Io.* h) chartam *Io.* i) quarum — indictione XIII. *ex orig. apud Ioannem l. c. impresso supplevi; codex post* fecimus *sic pergit:* Testes, dies, locus et annus qui supra. k) Hentschuhesheim *cod.* l) *spatium litterae initialis* A *vacuum relictum est in codice.* m) *lacuna in cod., numerum supplevimus.*

[Frenckenfelde in Gernsheimer marcha.]

*In nomine Dei omnipotentis. Heinricus divina favente clementia Laureshamensis abbas*[a], 1166. *universis Christi fidelibus, futuris ac presentibus, in perpetuum. Aequitatis ratio ac officii nostri debitum exigit, ut inter dispensatores familiae Dei nos quoque pro modulo nostro fideles inveniamur, et necessitatibus sanctorum pio affectu communicemus. Quapropter ad omnium Christi fidelium notitiam devolvimus, qualiter nos fratrum ac fidelium nostrorum precibus exorati, fundum ęcclesiae nostrae in vico Frenkenvelt*[25]*, in termino villae Gernesheim situm et ad dispositionem cellerarii fratrum nostrorum pertinentem, sustentationi ancillarum Christi in Gomersheim commanentium sub annua pensione concessimus; quatinus exinde predicto fratrum cellerario quinque uncias nostrae monetae annuatim persolvant, cum solita illatione decimarum, tam de animalibus quam de usufructuario, ad ecclesiam nostram ex antiquo aspicientium; statuentes, ut hec nostrae concessionis auctoritas a successoribus nostris firma et inconvulsa perpetuo conservetur, et quousque prefatae famulae Dei prefixum censum ac decimas integre persolverint, nullum a quolibet ibidem patiantur preiudicium, de cetero vero nullis exactionibus, nullis molestiis subiciantur, set rebus a nobis sibi concessis libere perfruantur. Ut autem huius facti observantia commendabilior et certior apud posteros habeatur, cartam hanc exinde conscriptam sigillo ęcclesiae nostrae confirmari precepimus, subnotatis etiam, qui presentes aderant, idoneis et probatis testibus. Rehwinus decanus; Lanzo et Ruodolfus prepositi; Fridericus et David monachi; Craft, Giselherus, Arnoldus ministeriales; Fridericus, Heinricus et Cunradus, et alii plurimi de familia sancti Nazarii.*

*Actum Laurissae. Anno ab incarnatione Christi* 1166. *Indictione* 15. *Regnante gloriosissimo* fol. 34. *Romanorum imperatore Friderico.*

[Altercatio frequens inter fratres Laurissenses et cives in Angeren.]

Sub eodem tempore vetus ac frequens altercatio inter fratres Laureshamenses et cives in Angeren super ęcclesia ibidem sita sinodali decreto apud Traiectum hoc modo conquievit:

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Godefridus, Dei gratia ecclesiae Traiectensis episcopus, omnibus fidelibus notum facio, presentibus et postmodum futuris, quod legatus abbatis de Lorsa, cum pulsaretur coram nobis pro aedificiis ęcclesiae in Angeren restaurandis, hoc tandem iudicio totius synodi generalis obtinuit, quod parrochiani in Angeren ęcclesiam preter sanctuarium in tecto et in caeteris aedificiis restaurare eique luminaria iure providere debeant. Quia igitur nostrum est, iusta iudicia confirmare, iniusta vero studiose propulsare, abbatem de Lorsa et ecclesiam suam ab hac impetitione absolvimus, et ne quispiam illam amplius super huiuscemodi inquietare presumat, auctoritate nostra omnimodo prohibemus. Ad confirmandam vero huius rei veritatem presentem scedulam impressione nostri sigilli corroboratam conscribi iussimus, nomina quoque illorum, qui presentes aderant, subnotavimus, ut eorum testimonio, quod iuste factum est, ratum et inconvulsum in posterum habeatur. Haec sunt nomina testium: Godefridus maioris ęcclesiae prepositus; Azelinus decanus; Iordanus prepositus Sancti Bonifacii; Andreas prepositus Sancti Petri; Theodericus prepositus Embricensis; Godefridus prepositus Tielensis; Arnoldus prepositus Sancti Iohannis. Decani: Lambertus, Herimannus, Cuonradus, Ruodolfus. Canonici: Alardus, Everardus, Ionathas Sancti Martini, Heinricus, Rudolfus, Lothewicus, Ricquinus Sancti Bonifacii, Alebrandus, Heinricus, Rudolfus, Odoldus Sancti Petri, Waltherus, Gozwinus, Theodericus Sancti Iohannis, Thidungus, Aluricus, Gerardus, Ebbo Sanctae Mariae. Abbates: Matheus Sancti Pauli, Hildebrandus de Werslo. Laici: Florentius comes de Holland, Godefridus et frater eius, Herimannus de Kiuc, Godefridus de Breda, Willehelmus comes de Stenre, Rudolfus advocatus, Hugo de Riene, Theodericus de Buchorst.*

[De curia Wormatiensi.]

Fratres quoque Laurenses cum Wernhero, Wormaciensi cive, pro curia sua in eadem civitate sita contentiosum diu funem trahentes, tandem ex consilio abbatis sui ac ministerialium hoc eum fine deciderunt:

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Servi servorum Dei, fratres Laureshamensis* 1160. *monasterii, universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, in perpetuum. Quoniam* April. *in hoc vocati, in hoc positi sumus, ut honori et profectui ęcclesiae nostrae, cui Deo auctore*

a) *verba* Laoresh. abbas *omisit cod.*

25) Frankenfeld.

*servimus, modis omnibus consulamus, necessario compellimur in dispositione possessionum et redituum eius et presentium oportunitatibus insistere et futurorum quieti ac usui prospicere. Eapropter universitati omnium fidelium notum esse cupimus, qualiter nos totius capituli nostri consilio et conìventia partem curtis nostrae in Wormatia, certis limitibus a reliqua distermìnatam, Wernhero honorato et spectabili viro sub annua pensione locavimus; ita dumtaxat, ut ipse suique prohaeredes eam bona fide et iusto haereditatis titulo possideant, et in festo sancti* col. 2. *Remigii 20 solidos Wormaciensis monetae exinde nobis annuatim persolvant. Quod si prefixos terminos quocumque modo vel ingenio transgressi fuerint, sive pretaxatam pensionem condicta die vel certe intra 14 proximos dies solvere neglexerint, hereditatis ipsius et iure et titulo perpetùo careant et precisa omni repetitione nullum de cetero ad ipsam recursum habeant. Verum ut huius facti memoria in posterum commendabilius prorogetur nullaque deinceps prescriptione sive in deterius permutatione rescindatur, cartulam hanc ad utriusque partis munimentum et cautelam unanimi consensu et subscriptione exinde confecimus et ęcclesiae nostrae sigillo ut infra videtur roboravimus, confirmante hoc ipsum idonearum atque probabilium personarum oculata fide et testimonio. Quorum hec sunt nomina: Cunradus Wormaciensis episcopus; Heinricus Laureshamensis abbas; Nibelungus vicedominus et prepositus Sancti Pauli; Sigefridus prepositus Sancti Petri; Cuonradus prepositus Sancti Andreae; Cuonradus prepositus Sancti Ciriaci; Heinricus decanus maioris ęcclesiae; Heinricus cantor; Meginhardus, Eberhardus, Gernodus canonici. De ministerialibus Wormaciensibus: Sigefridus et frater eius Burkardus de Steine, Giselbertus, Iohannes, Sigebodo, Ruggerus et Heinricus frater eius, Adelhunus et fratres sui, Gerlahus et Richinzo frater eius, Ravenoldus, Reginbodo de Lobedenburg, Heinricus. De civibus: Hertricus, Dietmarus, Wernherus, Gerlacus, Eberhardus, Heinricus, Godebertus, Sigebodo, Iohannes, David, Wikardus et alii multi. De ministerialibus Laurishamensibus: Cunradus, Bertholdus, Gernodus, Burkardus, Hartlieb, Hildebertus de Winenheim, Craft, Arnoldus, Giselherus, Hildericus de Besinsheim, Rumhardus et Ingram de Henscuesheim.*

*Actum Wormatiae*[a] *. . . Kal. Mai. Anno dominicae incarnationis* 1160. *Indictione*[a] [8]. *Imperante gloriosissimo imperatore Friderico, anno*[a] [5]. *Presidente in episcopatu Wormaciensi domino Cunrado episcopo, anno*[a] 11. *in abbatia autem Laureshamensi domino Heinrico abbate anno*[a] [7]. *Feliciter in Christo. Amen.*

### [De fine vitae et testamento ipsius Heinrici abbatis.]

Ut autem huius prememorati patris et memoria digni abbatis Heinrici quedam probe facta et iugis instantia circa ecclesiam sibi commissam posteris clarius liquescant, ad imitationis exemplum pauca e plurimis perstringamus, maxime his quae circa finem vitae gessit ad medium deductis. Cum enim prius cellam Niwenburg aedificiis et prediis ampliasset, item Abrinsberg, capellae Michlinstat, Aldenmunster, possessiones, quae a superioribus prepositis vel neglectae vel incultae vel gravi aere alieno obpressae fuerant, absolute restituisset, cumque in Siggenheim et Winenheim castro et villa non invenusta edificia fabricasset, ad extremum pavimentum principalis ęcclesiae, in quantum moderna fabrica complectitur, ęleganter stravit, conventum fratrum et refectorium, suum quoque solarium picturis decoravit, ambitum murorum ab extremis ruinis instauravit, pontem lapideum super fluvium Wisgoz multa impensa tam sua quam Christi fidelium fabricavit. Demum ad imperialem curiam Spirae evocatus, cum pro reformanda pace et concordia inter imperatorem et fratrem eius, Cuonradum palatinum comitem de Reno, multo labore multaque instantia, set frustra, desudasset, preponderantibus domesticis odiis sanitati consiliorum, in nativitate 1166. Sept. 8. beatae virginis Mariae, vergente iam vespere, lentis febribus correptus est, a quibus per totam hiemem excoctus, incandescente estatis fervore viribus corporis cepit destitui, et tum languor nullo remedio curabilis ad vivum persedit. Cumque per singulos dies morbus ingravesceret, pecuniam, quam multa parsimonia et providentia contraxerat, idcirco, ne ęcclesia sua propter crebras Italicas expeditiones, quae ab eo exigebantur, in possessionibus fol. 34'. suis aliquid detrimenti pateretur, beatius arbitratus dispergere et dare pauperibus, quam post obitum suum dispergi per non pauperes et dari non pauperibus, vasa sacrosancta, videlicet calices honestae et formae et ponderis, fabrefieri iussit, et monasteriis servorum Dei distribuit, Aldenmunster scilicet et Michlinstat, Hirsaugiae, Sunnensheim[26], Ottenheim[27],

a) *lacuna cod.*

26) Sinsheim. 27) Odenheim prope Bruchsal.

Sconaugiae[28], Bronnebach[29], Eberbach, Otterburg[30], Frankendal duos, Hagen[31] et aliis, quae animo non occurrunt, locis; Laureshamensi vero monasterio calicem deauratum, baccina duo[a] argentea, thuribulum argenteum[b], colam et ampullas duas[c] argenteas, ac preterea auri quinque et semis libras, estimatione videlicet 55 marcarum argenti, ad coemptionem sacrarum vestium tradidit, quibus comparatae sunt casula preciosa, dalmatica, stola auro texta, item casula, cappae tres cum aurifrigiis, palla altaris cum aurifrigio et alie cappae minores satis copiosae, stolae 6 sericae. Anulum quoque aureum cum lapide precioso et insuper 15 carratas vini veteris et vineam in Hemmingisbach[32] in anniversario suo fratrum usui contulit. Reliquam pecuniam ęcclesiis Dei in hunc modum expendit: ad Sunnensheim 45 marcas argenti in ęmptionem predii; ad Sconaugiam 20 in fabricam oratorii; ad Hirsaugiam 5; ad Ottenheim 5; ad Mulenbrunen 5; ad Sanctam Candidam 2; ad Kircheim 2; ad Godesaugiam 2; ad Hagen 10; ad Frankendal 8; ad Gomersheim 3; ad Otterburg 3; ad Eberbach 5; ad Eberaha 5; ad Bronnebach 5; ad Lobenfelt 2; ad Mulnen 2; ad Bonlanden 2; ad Sebach 2; ad Hegenhee 2; ad Kuningesbrucgen 3; sanctimonialibus et viduis Laureshamensibus 5 talenta; pauperibus in exequiis suis 3; ad hospitale Hierosolimitanum 1; sororibus in Bingen 30 solidos; ad tectum ęcclesiae sancti Stephani in Capelen 50 solidos; custodi 20 solidos ad luminaria; servitio fratrum in exequiis suis 30 solidos; ad tectum sepulturae suae 20 solidos; ad ęcclesiam in Uraha 40 solidos.

Extrinsecus autem fratribus carnis suae Sigewardo, Alberto et Swiggero dedit 30 marcas; servientibus suis 20; Ottoni avunculo suo cifum argenteum, pondo 5 marcarum; item duobus militibus, qui ei servierant, duas scutellas argenteas.

Summa igitur marcarum, quas Dei famulis erogavit, sunt 193, talenta 18 et dimidium. Porro calices omnes erant pondo 30 marcarum; baccina, thuribulum, cola et ampullae pondo 9 marcarum, et anulus aureus precio duarum; quas autem extrinsecus distribuit, cum cifo et scutellis, 57. Omnes ergo 291; talenta autem 18 et dimidium surgunt in marcas 15: et erit omnium universalis summa marcae 306. Frumentum et vinum, quod eo anno[d] abundantissime provenerat, cum his, quae ab anno preterito more suo copiose conservaverat, partim ab ipso distributum, partim temere distractum, partim imperiali munificentia successori suo donatum est.

Decessit 4. Kal. Octobris, hora quasi decima, anno dominicae incarnationis 1167; vir 1167. Sept. 28. per omnia consummatae fęlicitatis, et qui nichil umquam vel fortuitis eventibus deliquerit, in quo actus eius obfuscarentur: si solummodo iugum quod imperialis manus cervicibus ęcclesiae imposuerat, excutere potuisset. Quod tamen sub ipso pene computruerat a facie olei, set post eum a Deo ingravatum est, ut flagella mutata sint scorpionibus. Sepultus est exequiarum si recte dici potest magnifico apparatu, praesente palatino Reni comite[e] Cunrado, fideliumque ac ministerialium plurima frequentia. Sepultus est, inquam, in aquilonali introitu ad limen ęcclesiae, loco videlicet quem ipse longe ante designaverat, tumulo ibidem contra spem omnium divinitus oblato, reperto in eodem, ut pollinctores asserebant, pontificali corpore, ex indumentorum et sandaliorum ac virgae pastoralis indicio, incertum sane col. 2. cuius nominis aut temporis. Tantum reverentiae nimirum et gratiae delatum est ab ecclesia sua mortuo, quantum deferri solebat vivo et semper deferetur, quoadusque memoria ipsius apud superstites durabit. Epitaphium huiusmodi tumulo eius inscriptum est, breviter continens nomen ipsius, meritum et memoriam:

*Hoc iacet in tumulo dolor et decus omne suorum,*
*Abbas Heinricus, iugi prece dignus eorum.*
*Dic, rogo, qui transis, memor eius et hic positorum*[f]:

*Anima eius et animae omnium fidelium defunctorum requiescant in pace! Amen.*

Praefuit annis 15, mensibus 10.[g]

a) duo *superscr.* — b) thuribulum argenteum *superscr.* — c) duas *superscr.* d) anno *superscr.* e) *post vocem* comite 10—12 *litterarum spatium vacuum relictum in cod., nihil tamen erasum est.* f) *sequitur locus rasus; videntur verba:* advocato nostro *erasa esse.* g) *huc usque prima manus, sequentia manu secunda saec. XII. ex. exarata sunt.*

28) Schönau prope Heidelberg. 29) Bronnbach prope Wertheim. 30) Osterburg. 31) Hahn. 32) Hemsbach.

### [Magna Laurissensis ecclesiae tam in spiritalibus quam in temporalibus annullatio.]

Ex eo tempore Laurensis ęcclesia funditus concidit, eamque subinde iuxta vaticinium Ioel 2, 25. Iohel, *locusta, bruchus, eruca et erugo indesinenter comedunt*, adeo ut tam spiritalibus quam cf Iob. 2, 7. temporalibus ipsius propemodum annullatis, a planta pedis usque ad verticem non sit in ea sanitas.

Heinricho successit Sigehardus[33] ex monasterio Hirsaugiensi, nobilis quidem parentelae, set utinam eisdem, quibus antecessor suus auspiciis! Qui per cognatos suos, Cunradum videlicet Maguntinum archiepiscopum, set tum Sabinensem episcopum cardinalem et Salzburgensis ęcclesiae procuratorem, atque Ottonem fratrem eius ex palatino comite ducem Bawaricum, privilegium apostolicae sedis ab Alexandro papa tercio collatum obtinuit, missum ab universali concilio, quod Romae sub ipso habitum est. Usum quoque mitrae et anuli ceterorumque insignium prefatus papa eidem abbati suisque successoribus in perpetuum tradidit et scripto confirmavit, ut infra videtur:

### [Privilegia Alexandri papae tertii.]

1179. April. 7. *Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Sigehardo, abbati monasterii sancti Nazarii Laurissamensis*[a] *eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in vestro monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea* fol. 35. *quascumque possessiones, quaecumque bona idem monasterium inpresentiarum iustę et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prescriptum monasterium constructum est, cum omnibus pertinentiis suis; vetus Monasterium cum pertinentiis suis; Abrinesberc cum pertinentiis suis; Michelstat cum pertinentiis suis; Capellam cum pertinentiis suis; Nuhenburc cum pertinentiis suis. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas vel primitias exigere presumat. Liceat quoque vobis clericos et laicos, e seculo fugientes, liberos et absolutos recipere ad conversionem, et in vestro monasterio absque contradictione qualibet retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit de eodem loco absque licentia abbatis sui, nisi obtentu artioris religionis, discedere; discedentem vero sine communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis interdictis et excommunicatis, subpressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumunt. Ad hec vobis ex benignitate sedis apostolicae indulgemus, ut sine damno vicinarum ęcclesiarum cellas in locis vestris vel oratoria construendi cum assensu dyocesani episcopi licentiam habeatis. Prohibemus insuper, ne tu, fili abbas, vel alius possessiones, decimas, oblationes seu alia bona ipsius monasterii, ad mensam abbatis sive ad victualia fratrum, iusticias obedientiarum aut ad prepósituras pertinentia, inbeneficiare, vendere, locare vel alia modo quolibet sine communi fratrum consensu vel maioris et sanioris partis alienare presumat; quod si factum fuerit, iuribus carere sancimus. Preposituras cellarum vestrarum et obedientias monasterii tantum monachis capituli vestri, sapientibus* col. 2. *viris, salvis earum rebus, statuimus committendas. Advocatis etiam ipsius monasterii sub interminatione anathematis prohibemus, ne cuiquam liceat in possessionibus ipsius monasterii castella vel munitiones alias construere, familiam sive colonos ecclesiae novis et indebitis exactionibus fatigare, vel abbati in iusticiis ecclesiae requirendis seu obtinendis ausu temerario*

a) Laurissamensi *cod.*

33) 1167—1198.

*contraire. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam previderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; set omnia integra ac illibata serventur eorum, quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva sedis apostolicae auctoritate, sub cuius iure et patrocinio consistunt. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen. Bene valete*[a].

*Ego Alexander catholicae ecclesiae episcopus subscripsi.*

*Ego Hubaldus Hostiensis episc. ss. Ego Cunradus Salzburgensis ecclesiae humilis minister et Sabinensis episcopus subscripsi. Ego Iohannes presbiter cardinalis SS. Iohannis et Pauli, titulo Pamachii, ss. Ego Iohannes presbiter card. titulo S. Anastasiae ss. Ego Iohannes presbiter card. titulo Sancti Marci ss. Ego Theodorus presbiter card. S. Vitalis, titulo Vestinae, ss. Ego Petrus presbiter card. titulo S. Susannae, ss. Ego Petrus presbiter card. titulo S. Crisogoni, ss. Ego Vivianus presbiter card. titulo S. Stephani in Celio monte, ss. Ego Cinthyrs presbiter card. titulo S. Ceciliae, ss. Ego Hugo presbiter card. titulo S. Clementis, ss. Ego Arduinus presbiter card. titulo S. Crucis in Iherusalem, ss. Ego Matheus presbiter card. titulo S. Marcelli, ss. Ego Iacinctus diaconus card. S. Mariae in Cosmidin ss. Ego Ardicio diaconus card. S. Theodori ss. Ego Laborans diaconus card. S. Mariae in Porticu ss. Ego Rainerius* fol 35'. *diaconus card. S. Georgii ad Vinculum Aureum ss. Ego Gratianus diaconus card. SS. Cosmae et Damiani ss. Ego Iohannes diaconus card. S. Angeli ss. Ego Rainerius diaconus card. S. Adriani ss. Ego Bernhardus diaconus card. S. Nikolai in Carcere Tulliano ss.*

*Data Lateranis per manum Alberti, sanctae Romanae ecclesiae presbiteri cardinalis et cancellarii,* 7. *Idus Aprilis. Indictione* 12. *Incarnationis dominicae anno* 1179, *pontificatus vero domni Alexandri papae III. anno eius* 20.

*Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Sigehardo, Laurissamensi abbati,* 1179. April. 15. *salutem et apostolicam benedictionem. Speciali gratia et largitione muneris decorari meretur, qui erga beatum Petrum et sacrosanctam Romanam ecclesiam devotior invenitur. Quocirca et testimonio, quod de te accepimus, et dilectorum filiorum nostrorum, Petri tituli Sanctae Susannae presbiteri cardinalis, et Ottonis palatini comitis, precibus inclinati, tibi et successoribus tuis usum mitrae de consueta clementia sedis apostolicae indulgemus in perpetuum. Data Lateranis* 17. *Kalendas Madii.*

*Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Sigehardo, Laurissamensi abbati,* Iul. 14. *salutem et apostolicam benedictionem. Eos, qui in ecclesia Dei maiorem locum pro meritis suis obtinere noscuntur et Romanae ecclesiae devotiores existunt, decet nos in suis petitionibus facilius exaudire. Inde est, quod venerabilis fratris nostri Cunradi, Salzeburgensis archiepiscopi, apostolicae sedis legati, consanguinei tui, precibus inclinati, de apostolicae sedis benignitate usum anuli tibi tuisque successoribus duximus indulgendum. Datum Viterbii* 2. *Idus Iulii*[b].

---

*Rebus*[c], *honestate, successu, nobilitate,*
*Compta per Heinricos, Ottones et Lodowicos,*
*A Karolo cepta, quo principe culmen adepta,*
*Stemmatis*[d] *est clari, revera digna vocari*
*Regia, regalis locus et thronus imperialis,*
*Filia Romane sedis liberrima plane.*

a) Bene valete *margini adscripta.* b) *hic desinit secunda manus saec. XII.* c) Rebus — plane *addidit tertia manus saec. XIV.* d) stematis *cod.*

# HISTORIA WELFORUM

## WEINGARTENSIS

### EDITORE LUDEWICO WEILAND, PH. D.

*Cum inclyta Welforum familia origo et incrementa monasterii Weingartensis, dioeceseos Constantiensis, intime coniuncta sunt. Saeculo decimo ineunte Heinricus filius Etichonis abbatiam sanctimonialium in villa sua Altorf fundavit, cellaque monachorum, quam pater in Ammergau construxerat, ad Altomünster in Bawaria, dioeceseos Frisingensis, translata, ibi abbatiam satis magnificam condidit. Saeculo dein undecimo medio permutatio monachorum Altomonasteriensium et sanctimonialium Altorfensium facta est per familiam Welficam aut per Welfonem II. qui obiit a.* 1030, *aut per Irmintrudem viduam et Welfonem III. Carinthiorum ducem, filium eius*[1]. *Qui, non paullo post, anno scilicet* 1053, *monasterio Altorfensi igne consumpto*[2], *novam plantationem instauravit in monte prope iacentem, sanctoque Martino eam dedicans, nomen ei Weingarten imposuit. Hoc monasterio, quod chronicon nostrum vocat antiquum, funditus deposito, Heinricus Niger Bawariae dux a.* 1124 *novam abbatiam construxit*[3], *in qua et ipse in extremis vitae suae annis habitum monachalem induit. Hoc monasterium Altorfense seu Weingartense, haud procul a castro Ravensburg situm, quasi domesticum foverunt Welfi, hoc unusquisque eorum largissimis donationibus ditavit et ampliavit*[4], *hic locum sepulturae sibi plerique elegerunt. Inter huius etiam monasterii monachos surrexit qui fautoribus illustribus gratias relaturus, genealogiam et gesta eorum litteris mandare posteritatisque memoriae tradere sibi proponeret. Iam ad occasum vergere coeperant Welficae gloriae sidera, iuveni prole, Welfone VII. a.* 1167 *in Italia peste occiso, cum auctor noster opus suum aggrederetur, lapidemque ut ita dicam sepulcralem dominorum suorum familiae poneret. Quis fuerit nescimus, cum monasterii sui fata tantummodo obiter perstringat auctor; Wernherum abbatem, a.* 1182 *adhuc superstitem, eum fuisse, Hessius*[5] *suspicatus est, neque habemus*

1) Welfonem II. monachos transtulisse, traditio erat monachorum Weingartensium saec. XII. et XIII, qualis apparet in Historia nostra c. 10. et in relatione quadam libro Evangeliorum ms. nunc Fuldensi 12, olim Weingart. 6, manu saec. XIII. ineuntis (non vero, ut Hessius, Prodrom. p. 21 vult, saec. XIII. exeuntis, v. Wirtemberg. Urkundenbuch I, 301) inscripta, cuius errata historica recte Hessius castigat. Ipse equidem permutationem factam esse contendit per uxorem et filium Welfonis II. a. 1047 demum, nisus tabulis quibusdam (nimirum pictis seu lapide sculptis!) in monasterio Altomünster in loco capitulari et in Weingarten hypocausto recreatorio suspensis, quae numerum istum monstrarent (Prodrom. p. 17). Quarum tabularum fidem in dubium vocare velim, cum satis constat huiusmodi inscriptiones multoties e vana quadam traditione a monachis confictas esse; neque tamen relationem Historiae retinere audeo, plus quam saeculo ab ipso facto distantis. Fortasse rectum latet in verbis Herimanni Augiensis (SS. Tom. V, 122): 1036 *Sanctimoniales a domna Irmengarda Welf comitis vidua apud Altdorf pro clericis collectae sunt.* Nemo non videt, contrarium facto his verbis dici, sed confusio haec facile declaranda videtur. Quod ad verba ista interpretanda affert Hessius Prodrom. p. 17, certe absurdum est.

2) v. Herimann. Aug. SS. Tom. V, 132.

3) V. catalogum abbatum apud Hess, Prodromus p. 35.

4) testibus Necrologio apud Hess, Pars historica p. 133—157 et Codice Traditionum, cuius exordium v. in Archiv VI, 487—492.

5) in praefatione sua.

*nos quippiam ad opinionem eius seu refutandam seu confirmandam. Codex autographus, quem deperditum dolemus, exemplar picturae, Fridericum I. imperatorem cum duobus filiis Heinrico rege et Friderico duce repraesentantis, quam exhibet apographon saeculi XII. (cod.* 1.*)*[6], *certo iam continuit, ex qua astute ad tempus annorum* 1169 *et* 1184 *conclusit Hessius*[7]*: anno enim* 1169. *Heinricus rex electus, anno* 1184 *in festo pentecostes Maguntiae cum fratre Friderico gladio accinctus est, quo uterque in pictura adhuc caret. Autographon igitur intra hos annos exaratum sit oportet. Et in anteriore parte huius spatii, circa annum* 1170, *opus compositum esse censemus, cum nulla indicia in eo appareant, auctorem posteriores eventus, ut compositionem scismatis, Heinrici Leonis casum*[8], *transfusionem patrimonii Welfonis VI. ad Fridericum imperatorem, cognovisse.*

*Iam videamus quibus subsidiis adiutus fuerit auctor, quaeque fides ei sit attribuenda. Cum in anteriore parte operis, qua saecula diu praeterita tractat, traditionibus monasterii usus sit, non miramur, quod saepius falsa seu minus credibilia tradat, vel etiam genealogiam dominorum suorum minus recte describat. Amore veritatis inductum eum fabulas, quales de origine Welforum ferebantur, aspernatum et se nullum nominatim ante Guelfonem comitem, qui tempore Karoli Magni fuerat, invenisse fasteri, certe magni aestimandum est. E libris scriptis tantum Hugonis a S. Victore et Ottonis Frisingensis chronica cognovit. Illud, scilicet Ottonis chronicon, eum studio partium Welficarum stimulatum, quod attinet res inter Conradum III. regem et Heinricum Superbum ducem, pravissime interpolasse, clarissime evicit sodalis noster vir cl. Wilmans*[9]. *Ceterum in posteriore parte, qua res suo tempore gestae describuntur, opus maximi pretii esse, inter viros doctos iam diu satis constat. Continuationem ultimos annos Welfonis VI. continentem, in monasterio Staingaden, ab ipso fundato, paullo post a.* 1191 *scriptam, infra dabimus. E chronico nostro hauserunt Chronographus Weingartensis in utraque recensione, Chronicon Urspergense, quod maximam partem descripsit, auctor Summulae de Guelfis*[10], *qui scripsit saec. XV, Vitus Arnpeckh in Chronico Baioariae, Sundheimius in dissertatione de familia Welphorum a.* 1511 *scripta*[11]. *Praeterea auctor relationis quae dialecto Saxonica scripta compluribus chronici Repgawiensis codicibus subiuncta est*[12], *e chronico nostro hausisse videtur. Versionem Germanicam, in ipso monasterio circa a.* 1500 *factam continere videtur codex ille praestantissimus et lautis iconibus ornatus, nunc Hagae Comitum asservatus*[13], *qui descriptus est Archiv III,* 37.

*Nos editionem nostram instituimus iuvamine fulti codicum horum:*

1. Codex Fuldensis *D* 11, *olim Weingartensis G* 12 *membr. fol. foliorum* 150, *continet: a) f.* 1 *manu saec. XIII. duas traditiones sub Meingozo abbate et a.* 1231 *factas, quas sequitur manu saec. XIII. exeuntis relatio quaedam nullius momenti de electione Rudolfi regis. — b) f.* 1′—13 *Necrologium Weingartense, cuius fundamentum posuit manus saec. XII. ex. et cuius*

6) quam aere excudi fecit Hess. 7) Hessius autem coniecturam istam ad tempus, quo apographon (cod. 1.) exaratum sit, reiicit, certo perperam. Nam 1 eadem manu exaratos continet Annales Weingartenses, qui a. 1185 demum expliciunt. Econtra nos concludimus picturam a librario codicis 1 non esse inventam, sed ad instar antiquioris descriptam, quippe in ea principes adhuc post annum 1185. sine gladiis cernantur. 8) Heinricum c. 31. vocat *dominum nostrum*, cum tamen pro certo habeamus, eum a. 1181 omnia allodia in Suevia et Bawaria perdidisse. 9) Archiv XI, 40—45. 10) V. apud Hess p. 121—132. 11) V. apud Leibniz, Scriptores rer. Brunswic. I, 801—806. 12) V. Massmann p. 574: Der Welfen Herkunft. Versio Latina istius relationis v. ap. Ludewig, Reliquiae manusc. VIII, 150. 13) Nr. 1099, v. Archiv VIII, 569.

maximam partem dedit Hess p. 133—157. — c) Chronicon nostrum praecedunt: f. 13' pictura genealogica Welforum cum parvis adnotationibus manus saec. XII. exeuntis, de qua haec tantum notanda duximus: Welfonem III. et IV. hastas gerere signiferas, Friderici I. imperatoris imaginem vacare, iuxta Sophiam Heinrici Nigri filiam positam esse imaginem inscriptam Othaker de Stire; f. 14 pictura magna supra laudata Friderici I. et filiorum eius; f. 14'—29 Historia Welforum eadem ut videtur manu scripta, quae posuit fundamenta Necrologii. — d) f. 29—31 presso pede sequuntur Annales Weingartenses[14] eadem manu exarati. — f) f. 31 item enumeratio reliquiarum quarundam. — g) f. 31'—39 item Vita S. Conradi. — i) f. 39—40' item catalogus pontificum Romanorum usque ad Coelestinum III. et aliis manibus continuatus. — Haec prima pars codicis igitur post a. 1185, et quia Coelestinus III. annis caret regiminis, ante a. 1198 exarata est[15]. — k) f. 41—44' Chronographus Weingartensis brevior, diversis manibus saec. XII. ex. seu XIII. in. exaratus. — l) item f. 46—47' Incipit de miraculis mirifici sanguinis Domini. — m) f. 48—150' diversis manibus eiusdem temporis, quorum prima ei simillima, quae scripsit Historiam Welforum, Vitae apostolorum, S. Margarethae, S. Remigii. — Textum praebet codex optimum, non tamen omnibus mendis liberum, aliquando totas sententias omisit librarius. Lemmata quae praebet librarius suo Marte et arbitrio addidisse videtur, cum neque in 2 neque in 3 reperiantur. Contulit codicem olim vir ill. Pertz. Huius codicis apographa sunt:

1[a]. Cod. Carlsruhanus, olim Augiensis. saec. XV. vide Archiv XI, 784.

1[b]. Cod. Augustanus 143 chart. fol. a. 1493 exaratus, qui f. 1—13 Historiam et Chronographum, f. 14—16 breves Annales Frisacenses continet.

1[c]. Cod. Monacensis Lat. 4352. SS. Udalrici et Afrae Augustan. 52 chart. fol. manu saec. XVI. continet f. 216—242 Historiam et Chronographum. Codice isto Canisius et Leibnizius usi sunt.

1[d]. Cod. Harleianus 3668 chart. fol. saec. XVI. ex bibliotheca Peutingeri.

1[e]. Cod. Bruxellensis 8151 saec. XVII.

1[f]. Apographon, quod fecit saec. XVIII. in. Oswaldus Clesin, prior Weingartensis, ex quo, teste Hessio in praefationis p. 1, Leibnizius in tomo III. dedit emendationes textus.

Praeterea scriptor codicis Vindobonensis saec. XV, qui praebet textum partim decurtatum, partim e Necrologio, Chronographo, Historia sanguinis Domini ampliatum[16], codice 1 usus est.

Autographi codicis apographon exstabat etiam in monasterio Staingaden dioeceseos Augustanae: ad quod Hessius adhuc p. 4 not. m et p. 51 not. 14 provocat, ex quo Leibnizius Tom. III, p. 658 dedit Continuationem Staingademensem. Cum nunc nec Monaci neque alibi inveniri posset, tanto plus gavisi sumus, quod duo eius apographa nacti sumus, quibus menda codicis 1 emendaremus et pro fundamento textus Continuationis uteremur. Sunt autem:

2. Cod. Monacensis Lat. 12202, Raitenbuch. 2. membr. fol. foliorum 7, saec. XIII. ex. seu XIV. in. duobus columnis exaratus. In fine scriptum est: Iste liber est sancte Marie in Raytenbuoch. Finis adest operis, mercedem posco laboris. Sequitur tabula parva genealogica Welforum. Laus est finire, pudor est incepta perire. — Codex iste in involucro Copiarii

14) V. supra SS. Tom. XVII, 308. 15) Prima manus in Necrologio iam obitum Welfonis VI. adnotavit.
16) Quem typis excudit Iungius in Origg. Guelf. V, 31 sq. Cf. Hess p. 121 et 132 not.

*Raitenbuchensis a bibliothecariis venerandis Monacensibus positus est, quod manu saec. XV. in membrana scriptum f. 1—12' iterum Historiam Welforum descripsit (2*), f. 13—48 diplomata monasterii continet.*

3. Cod. Stuttgart. *hist.* 359 *chart. fol. a.* 1503 *exaratus, foliorum* 8, *sine medio ex exemplari Staingademensi descriptus est, quippe qui det lectionem satis bonam, accentusque, quales praebuit autographon saec. XII. exeuntis, retinuit. Codicem sicut et* 2. *ipse contuli mense Ianuario a.* 1869.

4. *Tertium apographon exemplaris Staingademensis saec. XV. exstabat in monasterio Weingarten, teste Hessio*[17], *qui ex eo textum codicis* 1. *emendavit et continuationem dedit. Paucas eius lectiones varias, quas dedit Hessius, adnotare non supersedimus*[18].

*Nos pro fundamento editionis nimirum usi sumus codice* 1, *cuius menda et omissiones primum adhibito codice* 2 *correximus et supplevimus; raro etiam* 3. *rectum praebuit, cum alii errassent. Praeterea cum nobis constaret Chronographum codicis Fuldensis et Chronicon Urspergense, qui Historiam nostram pro parte ad verbum describunt, non codice* 1 *sed autographo ipso usa esse, et ipsa in usus nostros vertimus. Continuationem e codice Raitenbuchensi damus, cum textus Leibnizii naevis scateat, adnotata sane sub sigla (L) varia eius lectione, sicut et* 3 *et* 4. *Lemmata, quae fert* 1, *quamvis non sint genuina, recepimus, capitum distinctionem de nostro fecimus.*

*Primam editionem Historiae a.* 1601. *dedit e codice SS. Udalrici et Afrae (*1*c.) Canisius tomo I. Lectionum antiquarum; quam editionem Basnage a.* 1725. *parte* 2. *tomi III. repetiit. Eodem codice iterum inspecto, secundam editionem procuravit vir ill. Leibnizius, tomo I. Scriptorum Brunsvicensium, et tomo III. variam lectionem apographi Weingartensis (*1*f.) dedit, continuationemque Staingademensem e codice monasterii istius addidit. Tertio a.* 1784 *iuxta codices* 1 *et* 4 *Historiam cum Continuatione edidit optime notisque doctissimis et perutilibus illustravit Weingartensis monasterii prior Gerardus Hess parte historica Monumentorum Guelficorum.*

*Berolini Nonis Februariis a.* 1869.

*LUDEWICUS WEILAND.*

## INCIPIT CRONICA[a].

1. Generaciones principum nostrorum[b] summa diligentia investigantes, ac multum in diversis chronicis et historiis[c] sive antiquis privilegiis querendo laborantes, nullum nominatim ante Guelfonem[d] comitem, qui tempore Karoli Magni fuerat, invenire poteramus. Necessario igitur narracionis[e] huius seriem ab eodem incipere oportebat. Scimus tamen ex plurimis circumstantiis et alios ante eum fuisse, qui hanc domum[f] etiam ante susceptam christianitatis fidem magnis divitiis et honoribus[g] gubernaverunt, et nomen suum per diversas provintias, utpote per longa tempora alii aliis succedentes, magna industria dilataverunt. Nam ut in antiquissima quadam historia[h] reperimus[19], isti a Francis illis originem traxerunt, qui quondam a Troia[i] egressi, sub Frantione[k] et Turcho[l] regibus[20] supra ripas Danubii Hugo. iuxta Traciam[m] consederunt, et civitatem Sicambriam[n] nominatam ibi edificaverunt[o], manseruntque ibi usque ad tempora

a) *lemma in* 2 Cronica Altorfensium; *in* 3 Genealogia welphonis ducis; *in* 4 Cronica ex monasterio Weingarten *et in marg.* Cronica Altorffensium. b) pr. genealogie ducis Welphonis 3. 4. c) hystoriis 2. 3. d) Gwelf. *plerumque* 2; Welph. 3. e) *sic* 2. 3. 4; racionis 1. f) generacionis videlicet eorum *add.* 3. 4. g) honororibus 2. h) hystoria 2. 3. i) Troya 2. k) francione 2; froncone 3. l) thurco 3. m) tratiam 3. n) siccambriam 3. o) edifficaverunt 1.

17) V. pag. 1. 51. 121 nott. Signatum erat *G.* 20.

18) Codex collegii Hispanici Bononiensis 231 Anonymi de Guelfis et Gibellinis, quem adnotat Archiv V, 590 nequaquam Historiae est putandus.

19) Hugonis nimirum a Sancto Victore chronico.

20) Francionis et Turci, qui populis Francorum et Turcorum nomina dederunt, ab Hugone fit mentio.

Valentiniani imperatoris. A quo inde expulsi, eo quod tributa Romanis iuxta morem ceterarum gentium solvere recusabant, egressi inde, sub Marchomiro[a], Sunnone et Genebaudo[b] ducibus venerunt et habitaverunt circa ripam Reni, in confinio Germanie[c] et Gallie[21]. Illis ergo loca illa[d] occupantibus, isti ob multitudinem eorum nimiam ab eis recesserunt, et terras has pene inhabitabiles et adhuc ut[e] cernitur nemorosas cum multis sibi adherentibus habitare ceperunt. Quod si cui minus credibile videatur, legat historias[f] gentilium, et inveniet omnes fere terras violenter ab aliis captas et possessas. Hoc Troiani[g], postquam expulsi a suis sedibus fuerant[h], facere solebant, hoc Gothi et Alani, hoc Huni et Wandali, hoc et Langobardi[i] et caeterae nacionum gentes, set maxime septentrionales. Igitur potiti[k] terra et habitatione certa confortati, nostri vires suas ultra protendere et in diversis provinciis predia et dignitates sibi accumulare[l] ceperunt. Unde et in tantum[m] ditati sunt, ut[n] diviciis et honoribus regibus prestantiores. ipsi quoque Romano[o] imperatori hominium[p] facere recusabant; et viribus propriis confisi, omnes terminos suos per se magna[q] industria et fortitudine defendebant. Domum quoque suam regio more ordinaverant, ita ut queque officia curie, id est[r] ministeria dapiferi, pincerne, marscalci, kamerarii[s], signiferi per comites vel eis equipollentes regerentur. Prefecerant etiam familie sue tam maiori quam minori unum de maioribus curiae, quem nominabant advocatum, qui vice sua pro omnibus suis staret coram regibus seu ducibus vel aliis iudicibus, et in quacumque causa vel querimonia pro eis responderet. Habebant et aliud quoddam[t] insigne quasi sub privilegio, ut proscriptos[u] quosque, si ad se confugerent, reciperent et usque ad excusationem vel condignam satisfactionem sine sanguinis tamen effusione[v] conservarent. Quae omnia ad honorem videlicet curiae pertinentia, a successoribus etiam adhuc inmutata consistunt. Ecclesias regales, scilicet Constantiensem, Augustensem, Frisingensem[w], Curiensem, Campidonensem, Utinburensem[x, 22], magnis prediis et multa familia ditaverunt. Quasdam vero ex integro a primo fundamento, que adhuc ad successores suos spectant, honorifice construxerunt.

2. *De nomine Welf.* His[y] ita prelibatis, de exordio nominis quod[z] Guelf[a] sonat, quia[b] plerique inde querere solent, sicut audivimus, in medium proferamus. Dicitur quod quidam ex antiquissimis istis filiam cuiusdam senatoris Romani[c], qui Katilina[d] nominabatur, in uxorem duxerit, ac filium ex ea progenitum Katilinam[e] nominaverit; quod quia deutonizatum[f] Guelf sonat, placuit omnibus, ut[g] lingue naturali satisfacerent, et Romano nomine refutato, Guelfum eum deutonice[f] nominarent. Alii dicunt, quod dum unus ex istis apud imperatorem moraretur, uxor eius filium peperisset[h]. Mittens ergo ad virum suum, quod factum fuit nuntiavit, ipsumque ad se revocavit. Ille leto nuntio gavisus, imperatori reversionem insinuat, causam tamen reversionis non indicat. Imperator vero rem percipiens, ridiculose eum taliter[i] affatur: *Pro guelfo*[23], *qui vobis natus est, repatriare festinatis?* At ille: *Nomen*, inquit, *quod iam infantulo dedistis, postea plenius dare debetis; nisi enim Deus aliter ordinare voluerit, eum sub hoc nomine de lavacro sancto suscepturus estis.* Quod ita[k] factum est. Alii utrumque verum esse coniciunt. Dicunt enim, primo quidem, ut[l] modo audistis, inventum esse, set deinde multo tempore refutatum et quasi in oblivionem traditum, denuo sic per imperatorem renovatum; et sic nomen quod in principio fuit abhominabile omnibus[m], postremo factum est in hac prosapia quasi naturale et acceptabile. Sed iam ad propositum redeamus.

3. *De primo Welfone* [n]Igitur Guelfo genuit filium Etichonem nomine, filiam[o] Iudith. Quam Iudith Ludewicus[p] imperator cognomento[q] Pius, Karoli Magni filius, defuncta uxore sua Irmingardi[r], ex qua tres filios Lotharium, Pipinum et Ludewicum[s] progenuit, duxit

a) marchomano 3. b) genebando 3. c) Germane 2. d) illa *deest* 2. e) ut adhuc 2. 3. f) hystorias 2. 3. g) traiani 1. h) p. a suis s. f. expulsi 2. i) long. *corr.* lang. 1; longobardi 2. 3. k) ponthi 3. l) acumulare 2 m) et iterum 2; et interim 3. n) in 3. o) romanorum 3. p) *vox saec. XIV. aut XV.* homagum *correcta* 1. q) in magna 2. 3. r) curie et 3. s) camerarii 2. 3. t) *deest* 3. u) prescriptos *prius scriptum fuisse videtur* 1. v) efusione 2. w) frisigiensem 1; frisiensem 3. x) Utſnburensem 2; ůtunburgensem 3. y) Hiis *semper* 2. z) qui 2. 3. a) Gewelf *saepius* 2; Gwelf 2*. 3. b) que 3. c) Rom. senat. 2; Romani *deest* 3. d) Catilina 2. 3. e) catilinam 2; catilinum 3. f) deut. *manu saec. XV. corr.* theut. 1; teut. 2; theut. 3. g) quod 3. h) risset. Mittens *ita incipit* 1[a]. i) talibus 3. k) et ita 2. 3. l) ita ut 2. 3. m) omnibus fuit abh. 2. 3. n) *hic incipit* 1[d] *saec. XVI:* Igitur Welfo genuit Ethichonem. o) et filiam 3. p) Ludowicus 2. 3. q) gnomento 2. r) Irmengarda 2, *man. saec. XVI. superscr.* in uxorem duxit; Irmingarda 3. s) lůdowicum 2; ludwicum 3.

21) *Alemannie* Hugo. 22) Ottenbeuern. 23) Animadvertendum ad totam hanc interpretationem, vocem *welf* proprio sermone significare id quod *catulus*.

uxorem. Que genuit Karolum Calvum, qui in divisione imperii regnum Francorum optinuit[a], et 45 annis strennuissime rexit[24], fratribus suis Lothario et Ludewico[b] in Italia et Alamannia[c] regnantibus, tercio, id est Pipino, defuncto.

4. *De Ethichone, qui fundavit Ambirgou.* Eticho, huius Iuditae[d] frater, patri defuncto pius heres successit. Qui[25] genuit filium Heinricum nomine I.[e] Hic itaque Heinricus cum ad militares annos pervenisset et sue voluntatis compos fieret, ignorante patre ad imperatorem se contulit. Cumque illi summa[f] familiaritate sociaretur et totius imperii vires terminos eius circueundo[g] et pertranseundo cognosceret, tandem consilio principum et maxime ipsius imperatoris instinctu hominium ei et subiectionem fecit, et in beneficio quatuor milia mansuum in superioribus partibus Baioarie[h] ab eo suscepit[26]. Quod cum pater eius percepisset, ratus[i] nobilitatem suam et libertatem nimis esse declinatam, ultra quam credi possit consternatus animo, dolorem suum omnibus caris suis exposuit, et assumptis 12 ex illis, infra montana, ad villam que dicitur Ambirgou[k], regalibus edificiis[l] et possessionibus ditissimis relictis, secessit et ibi non amodo visurus filium suum consenuit. Cepit et ibidem collectis monachis cellam construere, in qua etiam[m] postmodum cum 12 suis humatus requiescit[27]. Heinricus autem volens omnimodis dolorem patris mitigari, presentiam eius fugit, nec tamen solacium necessitudinis ei subtraxit; omnia enim sua illi confinia ex integro ad ministrandum ei subiecit. Deinde comperta patris morte, Heinricus considerans locum ubi cella incepta fuerat incommodum[n] et difficilem claustralibus, ad villam que dicitur Altenmunster[o, 28], ubi sanctus Alto confessor requiescit, supradictos monachos cum omnibus suis transvexit, et abbatiam ibi satis religiosam et divitem perfecit. Postea et in Altorfensi villa abbatiam cum sanctimonialibus, in loco ubi nunc parrochialis ecclesia[p] est, construxit.

5. Idem vero Heinricus uxorem duxit de Hohunwarthe[q, 29] in Baioaria[r], Beatam nomine, ex qua tres filios genuit: sanctum Counradum[s] Constanciensem episcopum[30], Etichonem[t, 31] et Roudolfum[u]. Sanctus igitur Counradus[s] in episcopatum promotus, patrimonium quod a patre possederat Alidorf[v], et Wolpoteswende[w], Berge[x], Fronehoven[y, 32] cum suis attinenciis[z], et omnia ultra fluvium nostrum Scuzina[a, 33] sita, sicut ad nos hodie pertinent, fratri suo Roudolfo[b] per concambium[c] donavit, et ipse ab eo remotiora recepit, id est[d] Ensilingen, Andilvingen[e, 34] cum omnibus appenditiis suis, et in Alsatia Colmir[35], et infra Retiam[f] Curiensem Amidis, Flumines, Lugeniz[36]. Que omnia ecclesie sue Constantiensi, partim fratribus maioris ecclesie ad meliorationem prebende, partim fratribus illis, quos canonice in ecclesia sancti Mauricii ordinaverat, contradidit. Eticho frater eius, sine legitimi matrimonii copulatione de hac vita decessit, et Constantie iuxta supradictam ecclesiam sepultus est. Genuit tamen ex quadam de ministerialibus suis filiam, quam frater eius Roudolfus[g] libertate donatam pro amore fratris cuidam nobili de Retia[h] Curiensi cum largis prediis copulavit. Ex qua illi de Heciliscella[i], de Ustera, de Raprehteswillare[k, 37] et eorum cognatio descenderunt.

a) obtinuit 2. 3. b) Ludowico 2. c) almannia *littera* a *manu recent. superscripta* 2; alemannia 3. d) iudenthe 2; iudinthe 3. e) I. *deest* 2. 3. f) summa *deest* 2. g) circuiendo 3. h) bawarie 3. i) iratus 2. k) amBirgwe 3. l) edifficiis 1. m) et 2. 3. n) inconmodum 2. o) Altinmunster 2; altunmünster 3. p) ecclesia *in marg.* 2. q) Hohenwarte 2; hohinwarte 3. r) bawaria 3. s) Kounrad. 2; Cůnrad. 3. t) ethichonem 3. u) rudolfum 3. v) Altorf scilicet 2; altdorf 3. w) Wolfpoteswendei 2; wolfpoteswendi 3. x) Berga 2. 3. y) fronhoue 2. z) adtinenciis 2. a) schuzina 3. b) kŏdolfo 1; rudolfo 3. c) concanbium 2. d) idē 2; id est 2*. e) enselingen andelfingen 3. f) Reciam 2. g) kŏdolfus 1: rudolfus 3. h) Recia 2. i) hebiliscella 3. k) Raprehteswileare 2; raprecheswyler 3.

24) Karolum Calvum 45 annos rexisse ex Hugone novit noster. 25) Eticho pater Heinrici, fundator monasterii in Ammergau, mortuus c. a. 910. alius est ac frater Iudithae, fortasse eius nepos. De tota genealogia sequente et de erroribus a nostro commissis v. Stälin, Wirtemberg. Gesch. I, 251. 556. 26) De hoc Heinrico cf. fabulam quam affert Annalista Saxo ad a. 1126. 27) Hanc cellam eo loco fuisse constructam, quo hodie celeberrimum coenobium Etthaiense seu vallis Ethiconis consistit, docuimus Prodr. monum. Guelf. pag. 23. HESS. 28) Altomünster in Bawaria superiore, Wittelsbach ad meridiem. 29) Hohenwart ad fluvium Paar. 30) 935—976. 31) Hunc vocat *Welfonem* Vita S. Counradi posterior (SS. T. IV, 437), *Etichonem qui et Welfus* Annalista Saxo SS. T. VI, 764. 32) Aulendorf praefecturae Wirtembergicae Waldsee, Wolpertschwende, Berg, Fronhofen praefecturae Ravensburg. STAELIN. 33) Schussen. 34) Langenenslingen ditionis Sigmaringicae, Andelfingen praefecturae Wirtembergicae Riedlingen. H. S. 35) Colmar. 36) Ems, Flims, Logenez terrae Graubünden, olim ad monasterium Pfeffers spectantia. H. 37) Rapperswyl. Cfr. Hormayr, Sämmtliche Werke II, 37.

6. *De Roudolfo fratre sancti Chounradi.* Roudolfus[a], frater superiorum, accepit uxorem de Oningen[b, 38] Itam nomine, cuius pater Couno[c] nobilissimus comes, mater vero eius filia Ottonis Magni imperatoris[d] fuit[39], Richlint nomine. Hic itaque Couno[e] quatuor filios progenuit, Eggebertum, Leopaldum, Liutoldum[e], Counonem[f]. Quorum primus, Eggebertus scilicet, marchiam illam que est in finibus Saxonie versus Danos, Stadin nominatam, obtinuit[40], et filios ac filias per diversas regiones disseminatas genuit. Habuit quoque idem Couno[g] quatuor filias, quarum una Roudolfo isti, alia cuidam de Rinveldin, parenti Zaringiorum[h, 41], tercia regi Rugiorum, quarta[42] comiti de Diezon[i] nupsit. Roudolfus prefatus ex sua Ita[k] duos filios, Heinricum et Guelfonem[l], et filiam Richgardam[m] nomine progenuit.

7. Hic est Heinricus, qui sub annis adolescentie in Venusta valle[43] iuxta villam Lounon[44] in venatione saxo percussus interiit. Richgardam[45] unus de maioribus Baioariae[n] comitibus[o, 46] uxorem accepit. Sed quia ex ea heredem non habuit, tres abbatias ex suis prediis magnifice, ut adhuc cernitur, fundavit. Que sunt Ebirsperc, Coubach, Gisinveld[p, 47]. Et insuper Guelfoni[q] fratri uxoris sue villas Utingen[48] et Selmbach[r, 49] cum omnibus appenditiis suis donavit. Ipsaque Richardis[s] Ebirsperch[t] sepulta est[50]. Denique Roudolfus postquam nature debitum persolvit, in Altorfensi[u] cenobio iuxta patrem et matrem humatus[v].

8. *De Welfone II. filio Roudolfi.* Guelfo[w] supra nominatus, Roudolfi huius[x] filius, uxorem duxit de gente Salica de castro Glizberch[y, 51], Imizam[z] nomine, sororem Heinrici ducis Noricorum[52] et[a] Friderici ducis Lotharingiorum et Adilberonis episcopi Metensis[53]. Per quam habemus[b, 54] regalem villam Moringen[c, 55] et in Langobardia[d] Elisinam cortem[e, 56] nobilissimam, cuius sunt undecim milia mansuum, uno vallo[f] comprehensi.

9. *Qualiter Augustensem urbem cępit.* Iste est Guelf[g] qui aliquando, auxiliante sibi Ernesto[h] duce, imperatori rebellabat[i], et cum Brounone[k] Augustensi episcopo, maximas predas et incendia faciens, nec non et castella et munitiones eius diripiens, tandemque
1026 ipsam civitatem capiens, diu dimicabat. Cui Frisingensis[l] episcopus[57] auxilium ferens, eadem ab eo[m] perpessus est.

10. Hic etiam abbatiam Altorfensem, transferendo huc monachos de Altenmunster[n], et sanctimoniales nostras illuc ponendo, permutavit[58]. In qua abbacia et ipse, postmodum defunctus, requiescit. Uxor vero eius adhuc diu superstes, in Altenmunster[n] sepulta est. Hic cum ad senectutem pervenisset et malorum, que ecclesiis Augustensi et Frisingensi[o] intulerat, sepius sepiusque revolvens animo recordaretur, ad emendationem cum magna cordis contricione anhelans, examinationem sibi per iudicium aquae frigidae elegit, in qua

a) Rŏdolf. *semper* 3. b) honingen *tam eraso* h 1. c) cŏno 3. d) filia *abundat* 2. e) lutoldum 3. f) Chŏnonem 2; cŭnonem 3. g) Chŏno 2; Cŏno 3. h) Zaringorum 3. i) dieshon 3. k) Itha 2. l) Welf em 2; welphonem 3. m) Richardam 2. n) bawarie 3. o) *man saec. XVI. in marg. adiecit* nomine Otto de valay 2. 2*. p) Ebrisperch Chŏbach Gisinuelt 2; Ebersberch Cŏbach Gisinuelt 3. q) Welfoni 2. r) Selembach 2. s) hiltgardis 3. t) Eb'sberch 2; Ebersberch 3. u) altdorfensi 3. v) est *add.* 3. w) Welfo 2. x) huius *deletum* 2. y) grăbberch 3. z) vnizam 3. a) *supra lin. add.* 2. b) *sic* 2—4; postquam he'mus 1; postquam heremus *codd. Augustani.* c) Moringin 2. d) Longobardia 2; lombardia 3. e) v *manu posteriori superscriptum* 1; curtem 2. 3. f) *sic* 1. 2. *Chron. Ursperg.*, una valle 3. 4. g) comes Gwelf 2; comes Welph 3. h) *littera* e *secunda in rasura* 2. i) rebellat 2. k) Brunone 2. 3. l) frisiensis 3. m) ab eo *desunt* 3. n) Altinmonstere 2; Altinmünstere 3. o) frisiensi 3.

38) Oeningen haud procul a lacu Bodamico, ubi Rhenus effluit. 39) minime. 40) nugae. Cfr. tamen quae ad explicandam confusionem dicunt Origines Guelf. II, 214. 41) Cunonem de Rheinfelden, patrem Rudolfi ducis Sueviae, ab Oeningensibus nomen hereditasse, ideoque nepotem fuisse Cunonis Oeningensis suspicatur Hess. De cognatione Rheinfeldensium cum Zäringensibus nil constat. 42) Kunizza nomine, iuxta traditionem Diessensium monachorum mortua a. 1020, Mart. 6 v. Notas Diessenses supra SS. T. XVII, 329 cum adnotatione. 43) Vintschgau. 44) Lana inter Meran et Botzen. 45) Rihlindis audit in Chronico Ebersbergensi supra SS. T. XX. 46) Adalbero comes de Ebersberg. 47) Kühbach prope Wittelsbach, Geisenfeld. 48) Utting ad lacum Ammersee. Cf. Ann. Altah. a. 1055. 49) Sielenbach prope Aichach. 50) obiit a. 1045. Iun. 2. 51) Gleiberg prope Giessen. 52) VII. a. 1047 mortui. 53) III. qui sedit a. 1047—1072. 54) Sensus exigit verba *per quam accepit;* nempe curtis Elisina nunquam erat monasterii Weingartensis, sed adhuc Welfonis VI. Recte igitur Chronicon Urspergense: *curiam Elsinam, quam et ipse ab uxore sua in dotem acceperat.* Cfr. infra et Contin. Staingademensem. 55) Möhring haud procul a fluvio Lech, ad meridiem Friedberg. S. 56) Vallis Lisina, pars Veltelini, secundum Hess, secundum alios praedia maxima iuxta Solisino haud procul ab Este, cfr. Stälin II, 109 not. 1. 57) Egilbertus. 58) Cfr. praefationem nostram not. 1.

non aliud precium sibi sufficere estimans[a], villas super villas cum omni iure suo in ipso examine accumulans composuit, et sic recompensando illatum dampnum ad perfectam purgacionem pervenit. Quas villas iuxta modum et qualitatem dampni utrique ecclesiae sine dilatione in perpetuam possessionem donavit. Hic genuit filiam, Chunizam nomine, quam Azzo, ditissimus marchio Italiae, cum curte Elisina[b] dotatam in uxorem duxit, et ex ea Guelfum[c] totius terrae nostrae futurum heredem et dominum progenuit, de quo suo in loco dicendum est. Genuit et filium sui nominis Guelfum[d], virum per omnia probatum; qui ducatum Carinthiorum[e] et marchiam Veronensem adquisivit[f, 59] et strennuissime rexit. Dicitur de eo, quod cum in procinctu esset, et imperatorem Heinricum tercium per triduum ultra statutum tempus in loco qui dicitur Rungalle[g], ubi totus exercitus convenire solet, quo et se venturum iuramento constrinxerat, prestolaretur, et nec nuntium quidem, qui causam more illius exponeret, haberet, erecto signo convocatis suis reversionis iter arripuit. Cui tandem imperator occurrens, nec muneribus nec promissionibus vel saltim minis ab incepta repatriatione removere potuit.

11. *Qualiter imperatori Veronae restitit.* Quodam etiam tempore cum imperator Veronensibus civibus exactionem inferens, mille marchas[h] ab eis extorsisset, ipse ex inproviso superveniens, tanta eum suosque severitate et contumelia afflixit, ut vix imperator pecunia ex integro reddita securitatem exeundi obtineret.

12. Idem[i] etiam Guelfo monasterium in monte antiquum[60] in honore sancti Martini fundavit, nomen Winigartin inposuit. In quod de villa translatis monachis et ossibus patris sui Gwelf et patrui Heinrici et avi Roudolfi, ecclesiam priorem parrochialem esse statuit[i]. Hic denique Guelf[k] sub iuvenili etate, cum esset in castro Botamo[l, 61], morbo correptus est; vidensque sibi inminere mortem, omne patrimonium suum cum ministerialibus, quia[m] heredem ex se non habuit, ad cenobium Altorfense sancto Martino in perpetuam possessionem donavit, et hoc perficiendum duobus de maioribus suis, qui tunc secum aderant, fidelissime commisit[62]. Ipse vero diem claudens[n] extremum[63], illo deportatus est et[o] cum maximo 1055. Nov. 13.
planctu suorum ac totius vicinitatis sepultus. Mox expleta sepultura, quibus iniunctum fuerat donationem perficere, volentes prohibiti sunt. Mater enim ipsius, sciens se heredem habere ex filia, missis in Italiam[p] legatis, iussit eum[q] adduci. Et veniens penitus donationem[r] interdixit, et se certum et verum esse heredem[s] proclamavit[t].

13. *De Welfone IIII. qui primus fuit dux Bawariae.* Hic est ille Guelf[u] qui primus ex 1070.
nostris ducatum Bawariorum[v] adeptus, magnifica multa in eo sicut et in aliis regni partibus peregit. Erat enim[w] vir armis strennuus, consilio providus, sapientia tam forensi quam civili preditus. Unde et omnes tempestates bellorum contra se et contra alios in invicem in finibus suis exortas, magna vel moderatione vel severitate compescuit. Imperatori[64] antequam machinationes in mortem suam patrasset et antequam ecclesiam Dei manifeste impugnasset, fidelissime adherebat, eique cum contra Saxones dimicaret, in tribus funestissimis congressionibus strennuissime militabat. At ubi multa inhonesta de eo in medium proferebantur, et quod maius est, domnum apostolicum Gregorium VII. Gwiperto Ravennatensi[x] archiepiscopo intruso, de sede sua[y] expulit, ipse cum aliis catholicis principibus[z] ab eo declinavit, et amodo eum multimodis inquietavit. Unde et cum Sigefrido Augustensi episcopo, qui parti[a], immo inhumanitati eius favebat, diu et acerrime dimicavit. Quem tandem cum multis in civitate sua comprehensum in vincula iecit, et in castro Ravens- 1084.
purch[b] cathenatum[c] multo tempore conservavit. Civitatem quoque eandem preda et incendio devastavit. Accepit autem reginam Anglie tunc viduam[65], filiam scilicet Baldu-

a) existimans 2. b) elizna 3. c) Welfonem, 2; Welphonem 3. d) Gewelfum 2; Welphonem 3. e) Carintiorum 2; Charinthiorum 3. f) acquisivit 2. 3. g) Rångalle 2. 3. h) marcas 3. i) Idem — statuit *desunt* 2. 3. k) Gwelf 2; Welpho 3. l) bothamo 3. m) que 3. n) cludens 2. o) est et *desunt* 2. p) ytaliam 2. q) eam 2. 3. r) don: pen. 2. 3. s) her. esse 2. 3. t) proclammauit 1. u) Gwelf 2; Welf 3. v) Bawarorum 2. w) enim *deest* 2. x) Ravennansi 1. y) sua *deest* 2. z) principibus *deest, man. recent. in marg. add.* 2. a) pri 2. b) ravensbůch 3. c) katenatum 2.

59) a. 1047. 60) Anno 1053. monasterio Altdorf flammis consumpto, ut refert Hermann. Aug. Welf palatium suum monachis cessit castro utcumque in cellulas aptato. Hoc scriptori nostro monasterium antiquum est. Sua enim aetate illud ab Heinrico Nigro anno 1124. inchoatum iam absolutum erat. H. 61) Bodman. 62) Cfr. quae refert Codex Traditionum, Archiv VI, 490. 63) Diem obitus v. in Necrol. Weingart. ap. Hess p. 154. Cfr. Ann. Altah. a. 1055. 64) videlicet Heinrico IV. 65) immo viduam Tostigi comitis Northumbriae, fratris Haraldi regis Angliae.

wini[a, 66] nobilissimi comitis Flandrie, Iuditham[b] in uxorem. Ex qua duos filios, Guelfonem[c] scilicet et Heinricum, quorum uterque ducatum Baioariae[d] alter post alterum possederat[e], progenuit. Hic est ille, qui primus ex nostris, eo quod fautoribus[f] suis in tot commotionibus bellorum predia sua distribuendo paternos reditus[g] comminuit, manus suas episcopis et abbatibus prebuit, et beneficia non modica ab eis recepit. Omnes possessiones Liutholdi[h] comitis, quas[i] in partibus istis habuit[i], preter illas quas in Zviviltun[k, 67] sancte Marie contradidit, cum duobus castris Achalm[l] et Wulvelingen[m], ipso donante possedit. Patrimonium quoque comitis Ottonis de Bouchorn[n] eo vivente et bona voluntate tradente recepit et obtinuit. Denique cum ad senilem etatem venisset[o] et Raitenbouchensem[p] ecclesiam construere cepisset et satis copiose dotasset[q], Altorfense quoque monasterium prediis, decimis et mancipiis, nec non et ecclesiasticis ornamentis habundantissime ditasset[r], alias etiam ecclesias ad se pertinentes aliquo modo meliorasset, volens Deo excessibus suis difficiliorem satisfactionem exhibere, Hierosolimitanum[s] iter arripuit. Quod et in maximis persecutionibus et periculis Ungariam et Greciam[t] transiens persolvit. Sepulcrum[u] enim Domini et alia sancta loca omnibus suis pene amissis visitavit, deinde ad reversionem se parans
1101. Nov. 8. Ciprum[v] adiit, ubi de hac vita decedens[68] sepultus est. Ossa tamen eius[w] postea inde sublata, ad[x] Altorfense monasterium translata et reposita sunt. Socii autem peregrinationis et laborum eius vel interfecti vel vivi Sarracenis, machinante perfidissimo Alexio impera-
Ott. Fris. Chr. VII, 7 tore Greco[y], traditi sunt. Inter quos Themo[z] Salzburgensis[a] episcopus[b] comprehensus et regi Mempheorum presentatus, ad idolatriam[c] angariatur[d]. Ille fanum[e] ingressus, animi et corporis viribus robustissimus idola que adorare debuit, non deos set opera manuum ostendens, in frusta comminuit. Ob hoc[f] productus exquisitisque suppliciis affectus, martirio coronatus est. Itam comitissam[g], matrem Leopaldi marchionis orientalis[69], que similiter in eodem comitatu fuit, unus de principibus Sarracenorum rapuit, et inpurissimo[h] sibi matrimonio copulavit ex eaque Sanguinem[i] illum sceleratissimum[70], ut aiunt, progenuit.

14. *De Welfone V, qui Mahthildam duxit et in Choufringin obiit.* Igitur post mortem patris Guelfo[k] maior natu paternum ducatum recepit. Vir moderatissimus, qui magis liberalitate et facilitate[l] quam crudelitate omnia sibi resistentia subiecit. Domum suam ordinatissime disposuit. Unde et nobilissimi quique utriusque provintiae filios suos eius magisterio educandos certatim commendaverunt. In Italia tamen cum his[m] qui patrimonium suum iniuste usurpaverant, et suos pessimis circumventionibus molestaverant, sepissime
1111. durissimos conflictus habuit. Rome cum imperatore Heinrico[n] V. fuit, cum papam Paschalem captivavit, inmunis tamen ab hoc scelere. Nam cum omnimodis[o] eum ab eo declinare non posset, mediatorem se ad compositionem faciendam interposuit; sicque factum est, ut imperator tandem eius consilio ad condignam satisfactionem[p] humiliaret, et papa eum pro bono pacis clementer ac paterne susciperet et consecraret. Accepit autem Mahtildam[q], nobilissimi ac ditissimi Italici marchionis Bonifacii[r] filiam, in uxorem, feminam virilis animi, que ad instar fortissimi principis totam terram illam suo dominio subiugavit. Quam tamen postea, nescio quo interveniente divorcio, repudiavit. Denique omnibus suis bene[s] com-
1119 s. 1120. positis morbo correptus, in villa Chufringen[t, 71] diem clausit extremum, et in Altorf[u] depor-
Sept. 24. tatus, iuxta patrem et matrem sepultus est.

15. *De Heinrico duce qui factus est monachus.* Heinricus[v] frater eius ducatum et omnia que illius erant optinuit[w] et potenter ditioni sue subiugavit. Qui uxorem iam dudum fratre vivente[x] de Saxonia accepit, filiam Maginonis ducis et Sophiae sororis regis

a) baldwini 3. b) iudintham 3. c) Gwelfonem 2. d) bawarie 3. e) possedebat *corr.* possederat 2. f) fortoribus 2. g) redditus 3. h) liitoldi 3. i) quas *deletum,* in — habuit *omnino des. sed in marg. manu recent. suppleta* 2. k) Zviuiltôn 2; Zwiwltûn 3. l) Achalmen 2. m) wiuelingen 3. n) bůchorn 3. o) pervenisset 2. 3. p) Raytenbǔchensem 2; raitenbůchensem 3. q) ditasset *corr.* dotasset 1. r) *sic* 2. 3. *Ursp.*; ditavit 1; dotasset 4. s) iherosol. 3. t) greliam 3. u) sepulchrum 2. 3. v) Cyprum 2, 3. w) eius *deest* 2. 3. x) et ad 2. 3. y) grecorum 3. z) chiemo 3. a) Saltzburg. 2. 3. b) archiepiscopus 3. c) ydolatriam 2. d) angaritur, *littera* a *postea super lin. add.* 2. e) phanum 3. f) hoc *in marg. add.* 2. g) Itham marchionissam 2. 3. *Ursp.* h) in p. 1; ipurissimo 2. 3. i) Sanguinum 2. 3. *Ursp.* k) Gwelfo 2. l) facultate 2. m) hiis 2. n) Hainrico 2. o) Nam et omnimode cum 3. p) *supple* se, *quod habet Chronographus.* q) Mahtihildam 2. r) Bonefacii 2. s) bene *deest* 2. t) Chuferingen 2; chufferingen 3. u) alttorf 3. v) Hainricus 2. w) obtinuit 2. 3. x) *sic* 2. 3. *Chronographus;* vivente patre 1.

66) huius nominis quinti. 67) Zwiefalten. 68) De die obitus v. Stälin II, 254. 69) Viduam Leopoldi III. marchionis. Ottonem Frisingensem prorsus latebat quae de aviae ipsius altero coniugio hic noster hallucinatur. 70) Emadeddin Zenki principem Aleppensem, qui a. 1144. Dec. 25. Edessam expugnavit, cfr. Otton. Fris. Chron. VII, 30. 71) Kaufering ad fluvium Lech, ad septentriones Landsberg. S.

Ungarie Colomanni, Wulfildem[a] nomine. Erat tamen eadem Sophia antea cuidam de Carinthia[b] copulata, ex quo genuit Poponem marchionem, qui duas filias suas unam[72] Bertholfo[c] comiti de[d] Andehse[e], aliam[73] Alberto[f] comiti[d] de Bogen copulavit. Porro soror huius Sophiae regi Grecorum nupsit. Aliam sororem eius[g] quidam[h] comes[74] ex claustro quodam sanctimonialium abstractam duxit, et ex ea Fridericum Ratisponensem advocatum genuit. Ipsa autem Sophia ex duce Maginone quatuor filias habuit[75]: Wulfildem[i] nostram, Ailicgam[k] matrem Adelberti[l] marchionis de Saxonia, terciam quam duxit dux Maravie[m], quartam quam Egehardus comes de Scirin[n] a quodam monasterio sanctimonialium in Ratispona abstulit, ac sibi matrimonio copulavit, Ottonemque palatinum ex ea progenuit. Heinricus[o] igitur dux ex Wulfilde[p], preter illos, quos infra annos[q] sinus celestis patrie suscepit, tres filios habuit, Counradum, Heinricum[o], Guelfonem[r]; et quatuor filias, Iuditham[s], Sophiam, Mahtildem[t], Wulfildem[u]. Iuditha[s] nupsit Friderico Suevorum[v] duci, quae Fridericum imperatorem nostrum et uxorem[76] Mathei ducis Lotharingiae progenuit. Sophiam Bertoldus[w] dux de Zaringen[x], et eo mortuo Leopaldus marchio de Stira in uxorem accepit[y]. Mahtildis[t] primo Theopaldo, filio Theopaldi marchionis de Voheburch[z], postea eo mortuo, Gebehardo[a] de Sulzbach[b] copulata est. Wulfildem[c] Roudolfus[d] Bregantinus comes duxit. Counradus in clericum ordinatus, cum sub puerilibus annis domi litterarum[e] studiis informaretur, tempore maturo Coloniensi archiepiscopo[77] altiori studio et disciplina claustrali[f] educandus committitur. Ibi[g] in utroque tantum profecit, set et aliis virtutibus vicia declinans tantum se exornavit, ut ab omni clero et populo amaretur, ab omnibus summo honore dignus iudicaretur. Ipse vero honores, divitias, laudem humanam fugiens, quibusdam se monachis sociavit, cum quibus[h], omnibus suis ignorantibus, Clarevallense monasterium adiit ibique se monachum fecit. Deinde[i] procedente tempore Hierosolimam[k] peciit, ubi cuidam servo Dei in heremo manente adhesit, eique[l] cum omni humilitate necessaria aministravit[l]. Tandem sentiens se quadam infirmitate tactum, de reversione cogitavit; et ingressus navem, Barram[m, 78] civitatem sancti Nicolai[n] pervenit. Ibi[o] beato[p] fine diem ultimum clausit, honorificeque sepultus ibidem requiescit. Circa idem tempus pater 1126. Dec. 13.
quoque eius et mater, pater monachum[q] professus in extremis suis[q], in castro Ravenspurch[r], mater in Altorf[s] decimo sexto die post mortem mariti, obierunt, et in monasterio sancti Martini sepulti sunt. 29.

16. *De Heinrico, primo Saxonum duce.* Igitur Heinricus[t] defuncto[u] patre ducatum eius adeptus, generalem conventum Ratispone[v] omnibus indixit. Quo collecto milite adveniens, quidquid insolentiae in civitate sive[w] extra circumquaque ad aures eius perlatum est, provida dispensatione[x] diiudicavit, discrimina bellorum inter principes seu maiores terre diu exagitata compescuit, pacem firmissimam omnibus annuntiavit et iuramento confirmari precepit; et[y] sic demum accepta a burgensibus pecunia, terrorem cunctis incutiens, civitatem egreditur et munitiones ac villas predonum et proscriptorum[z] per totam provintiam devastat. Interea missis legatis in Saxoniam ad deducendam[a] sponsam suam[b], Gerdrudem[c] scilicet, filiam Lotharii imperatoris, optimates quosque Bawarie ac Sweviae ad nuptias invitat[d]. Quibus laute in plano iuxta Licum fluvium, ultra Augustam in loco qui dicitur Conciolegum, in octava pentecostes celebratis, eandem in partes istas adduxit, et in castro Ravenspurch[e] usque in autumnum[f] stare constituit. Ipse vero ad imperatorem 1127.

a) Wlfildem *hic* 1. 3. b) Charinthia 2. c) bertolfo 3; berchtoldo 4. d) de — comiti *desunt* 1. e) andechse 3; andechs 4. f) albertho 3. g) Berchtam *inser. apographon August. Monac.* h) quidam quidam 2. i) wlfildam 3. k) Hailicgam 2; hailigam 3. l) Alberti 2. 3. m) moravie 3. n) schirin 3. o) Hæinric. 2. p) Wlfilde 1; welfilde 3. q) infra annos *des.* 2, *sed manu recent. in marg. suppleta.* r) Gwelfonem 2; Welfonem 3. s) iudinth. 3. t) Mahthild. 2; mathild. 3. u) wlfildem 3. v) Sweuorum 2. 3. w) Bertoldus *deest* 2; bertholdus 3. x) Zäringen 3. y) ex qua Odacarum I. marchionem genuit *add. August. Monac.* z) vohenburg 3. a) Gebhardo 2. b) Sulzebach 2; Sultzebach 3. c) wolfhildem 3. d) Rŭdolfus 2. 3. e) literarum 2. f) claustrū 1. g) Ubi 2. 3. h) quibus *deest* 2. 3. i) Dein 2. k) Ierosolimam 2; iheros. 3. l) eique — aministravit *desunt* 1; *supplevimus ex* 2. 3. *Ursp.*; ministravit 3. m) barbaram 3. n) Nycolai 2. o) Ubi 2. 3. p) bono 3. q) monachum — suis *desunt* 2. 3. r) raueosburg 3. s) in Altorf *desunt* 3. t) Hæinricus 2. u) sepulto 3. v) ratisbone 3. w) seu 2. 3. x) dissposicione dispensacione 3. y) ac 2. 3. z) pro *deest* 1. a) Sax. adducendam 2. b) suam *deest* 2. c) gertrudem 3. d) invitavit *corr.* invitat 2. e) Rauensb 2; rauensburg 3. f) autumpnum 2.

72) Sophiam. 73) Hadwigem. 74) Fridericus I. de Bogen. 75) Magnum ducem duas modo filias, Wulfhildem et Eilicam, habuisse satis constat. 76) Iuditham seu Bertham nomine. 77) Friderico I. a. 1099—1131. 78) Bari.

reversus, ducatum Saxoniae, Nourenberch[a], Gredingen et omnia beneficia, quae imperator ab episcopis et abbatibus habuit, suscepit, ac rebellionem[79] in[b] Fridericum[c] ducem[d], sororis sue maritum[e], pollicetur.

17. Interea Fridericus Ratisponensis ecclesiae advocatus, videns potestatem ducis prevalere, suum vero cottidianum[f] questum[g] in civitate minui, quorumdam consilio quibus pax odiosa fuit, unum de ministerialibus ecclesiae, qui duci cum omni fidelitate in civitate et extra astabat et ministrabat, dolo, ut aiunt, ad se invitatum[h] vita privavit. Quibus com-
1129. pertis, dux Bawariam festinanter ingreditur, ac castrum advocati fortissimum Falchenstein[i] obsidione cingit omnesque[k] suos ad obsidionem compellit. Dum hec in Bawaria aguntur, imperator quoque Spiram civitatem Reni in iniuriam Friderici[l] ducis obsedit, missoque nuntio ducem Heinricum[m] ut sibi quantocius in auxilium veniat, invitat. Qui omni cunctatione postposita, obsidionem et omne negotium sorori sue Sophie marchionissae tunc viduae, que eo tempore cum octingentis loricis advenerat, committens, ad imperatorem cum sexcentis et eo amplius festinat militibus[n]. Quo cum magno labore perveniens, castra ultra Renum posuit, et ut impetus et irruptiones Friderici[o] precaveret, militem[p] coadunatum prope se locavit. Fridericus[p] tamen, utpote vir armis strennuus, dum quadam nocte armato milite minus caute in castra irrueret, Heinricus[q] premonitus armis et equitatura paratus, ad fugam illum compulit, et ita fugientem usque in Gouningen[r] insequitur, amissisque ali-
1130. quot de suis et omnibus pene equitaturis ignominiose evasit. Deinde satisfactione et pactione Spirensium cum imperatore, Maguntino[s, 80] mediante, composita, Bawariam usque regressus, castrum iam diu obsessum capit suosque ibi ad tutandos fines illos et ad conservandum sibi castrum locavit.

18. Non multo post Fridericus dux memor pristinae iniuriae Altorf et Ravenspurch[t] armata manu invasit, et villas circumquaque nec non et Mammingen[u, 81] incendio devastat, et de nostris aliquod[v] captivos abduxit. Quod Heinricus ferrę non valens, sequenti estate copiosum exercitum congregat, finesque Friderici ingressus, a villa Tougindorf[82], quae est in ripa Danubii, incipiens, et ultra Stouphen perveniens, omnia circumquaque in transitu et in reditu incendio et preda devastat. Ad Ulmam vero divertere noluit; quia eius territoria et suburbia ac villas non longe ante dira vastatione destituit[w].

1132. 19. *De conflictu cum Ratisponensibus habito.* Circa idem tempus Ratisponenses mortuo episcopo suo[83], Heinricum[x], unum de nobilissimis, fratrem[y] scilicet Ottonis[z] de Wolveratenhusen[a, 84] machinante advocato cum aliis emulis ducis, eligunt et in locum illius substituunt. Quod dux in iniuriam sui factum compensans, ad depositionem eius omnimodis[b] laborabat, et apud imperatorem, ut investituram ei negaret, et apud apostolicum, ut consecrationem eius interdiceret calumnians[c], electionem eius non esse canonicam, satagebat. Illę vero inter huiusmodi discrimina metropolitanum suum festinanter adiit, et consecrationem ab eo suscipiens, nuntium apostolici prevenit, reversusque se et civitatem et omnes suos ad rebellionem preparat. Dux ergo cum huiusmodi detractionibus illum avellere non posset, ad aliud animum intendit[d], sine mora Bawariam ingreditur, civitatis suburbia et omnia ecclesiae territoria incendio et vastatione peragravit, castrum quoque episcopi Tounustouphen[e, 85] ex inproviso superveniens arripuit suisque custodiendum commisit. Quos burgenses duris congressibus sepius inquietabant, aliquando obsidebant, accessum et recessum eis interdum per insidias impediebant. Deficiente[f] vero aliquando annona, dux ipse collecto milite victualia circumquaque collecta illis apportabat, et sic tota illa provintia

a) Norenberch 2; nürenberg 3. b) rebellionem .i. 1. c) F. 2. 3. d) Sueuie *add.* 4. *Chronogr.* e) et contra Conradum fratrem eius *add.* 4. *Ursp. Chronogr.* f) quotidianum 3. g) questum *deest* 1; *adest* 2—4. h) invitavit 2. i) valkenstain 3. k) omsq; 2. l) F. 2. 3. *saepius.* m) H. 2. 3. *saepius.* n) mil. fest. 2. 3. o) F. 1. 2. 3. p) militem — Fridericus *desunt* 2, *manus rec. supplevit in marg.* coadunatum prope se locavit F. q) H. 2. 3. r) d'gningen (degningen) 2, *in marg. manu saec. XVI.* clingen; degninen 3; elingen 4; Gruoningin *Ursp.* s) maguntio 1; moguntino 3. t) Rauensb' 2; rauenspurg 3. u) Mangingen 2; memmingen 3. v) aliquod *corr.* aliquot *hic* 1; *alias semper* aliquod *scribit;* aliquot 2. 3. w) destitit 3. x) Hæinricum 2. y) *sic* 3; frm 2; fratrū 1; unum de nobilissimis Bawarie, patruum scilicet *Ursp. cfr. infra.* z) Otonis 3. a) Wolferatehusen 2; wolferateshusen 3. b) omnimode 3. c) calupnians 2. d) tendit 2. e) *sic conicio;* cǒnustophen 3; tǒmstouphen 1; toumstophen 2; tonstauphen 4. f) Defficiente 2.

79) i. e. impugnatio. 80) Adalberto I. 81) Memmingen. 82) Daugendorf infra Riedlingen. S. 83) Cunone I. a. 1132. Mai. 19. 84) Heinrici pater erat Otto a. 1122 mortuus, fratres duo Ottones; item fratruelis Otto, v. infra. 85) Donaustauf.

multis malis subiacebat. Interea his[a] malis et aliud non minus execrabile in superiori Bawaria assurrexit. Quadam enim die dum[b] dux per fines comitis Ottonis de Wolveratehusen[c] transitum fecisset, ille in ultionem episcopi, patrui sui, tam subito et inopinate eum supervenit, ut[d] nisi unus de suis de equo in quo sedit procidisset, et suum pro illius domino substituisset, inermem vita privasset. Unde et ille in equo domini fugere temptans comprehensus et multis vulneribus affectus, captivus abducitur. Quapropter dux collecto milite, circa purificationem sancte Mariae fines illius invadit, omnia inter montana devastat, castrum 1133. Febr. 2.
Homeras[e, 85*] obsidet et expugnatum incendit. Ad Wolveratehousen[f] vero propter sanctum Febr. 8.
quadragesimae tempus quod imminebat, divertere noluit; set assumpto Guelfone[g] fratre suo, qui eo tempore milites Transalpinos[86] in partes illas militiae gratia adduxit, ad civitatem usque revertitur, et suos, qui diu iam[h] in castro Tonustouphen[i] multis malis coartati[k] vexabantur, inde abduxit, et castrum igne succendit.

20. Sed quia Guelfonis[l] mentionem habuimus, non incongruum videtur, si aliqua de his[m], quae et ipse circa eadem tempora in Transalpinis[86] partibus egit, huic assertioni inseramus[n]. Igitur Guelfo sub annis adolescentiae sue, mediante fratre suo Heinrico duce[o], filiam Gotefridi[p] ditissimi palatini de Kalwe[q], Outam nomine, accepit uxorem. Unde et omnia que illius erant tam beneficia quam patrimonia optinuit[r]. Albertus igitur[s] comes, fratruelis eiusdem palatini, videns omnem suam spem, quam in morte patrui[t] posuerat, frustrari, de iniusta eum divisione hereditatis calumnians, ac medietatem omnium ad se hereditario iure spectare proclamans, castrum Caluwe[u] dolo[v] subripuit, et milites suos in eo locavit[w]. Deinde in brevi post milites Guelfonis[x] in villa Sindelvingen[y, 87] quadam nocte ex inproviso[z] superveniens, aliis ex eis captis, aliis in fugam conversis, omnibus pene[a] tam in armis quam in equitaturis penitus destitutis, villam succendit, ac predam ad castrum suum Wartinberch[88] adduxit. Dux ergo collecto milite sine mora idem castrum obsedit[b], et machinas nichilominus adduci[c] et preparari precepit. Albertus vero Fridericum et Counradum[d] duces auxilii gratia adiit, eisque de allodio suo villam cum ministerialibus ac aliis appenditiis eius, ut Guelfonem de obsidione propellerent[e], contradidit. Illi autem dum ad redimendum castrum collecta manu militum[f] properarent, Guelfo[g] impetum eorum preveniens, castrum armata manu, machinis quoque adhibitis, circumquaque inpugnat, ac sic laboriose captum, preda sua recepta et militibus ibidem[h] repertis captivis abductis, igne castrum succendit.

21. Eadem quoque tempestate Counradus[i] dux de Zaringen[k], avunculus uxoris sue, Scouwenburch[l, 89] castrum Guelfonis obsedit; set adiutorio Lotharii[m] imperatoris infecto negocio recessit[90]. Postea et aliud castrum prefati comitis, Lounstein[n, 91] scilicet, quod inexpugnabile cunctis videbatur, artificiosa congressione Guelfo[o] expugnat, aliquodque[p] de suis amissis, omnibus vero quos ibidem[q] repererat captivatis, incendio devastat. Post procedente tempore cum etiam Caluwe[r] castrum, quod idem comes ei dolose surripuerat[s], collecta multitudine obsidere vellet[t], ille se in extremo discrimine positum, nullumque refugium, nullum solatium se ulterius habere compensans, ad deditionem venit, ac se ad pedes ducis humilians, gratiam quam non meruit, invenit. Dux enim[u] pro solita mansuetudine[v] ac clementia illum[w] eodem castro ac aliis quibusdam villis inbeneficiavit, omnibusque suis restitutis honorifice dimisit; ac sic composita pace cunctisque[x] terre illius optimatibus ad se confluentibus, provincia tota ditioni sue subiecta quievit. Sed iam digressione omissa, ad inceptum redeamus.

a) hiis 2. b) dum *manu saec. XVI. add.* 2. c) Wolferatehusen 2 *et infra*; wolferateshusen 3. d) ut *deest* 2. e) Homerás 2. f) wolurateshusen 3. g) Gwelfone 2; welphone 3. h) iamdiu 3. i) tumstouphen 1; toumstouphen 2; cǒmstophen 3. k) coartari 2. l) Gwelfonis 2; welfphonis 3. m) hiis 2. n) *ins. ass.* 2. o) due *post corr.* duce 2. p) gotfridi 3. q) Caluwe 2; calwe 3. r) obtinuit 2. 3. s) igitur *deest* 2. t) patrui *deest* 2; patrui sui 3. u) calwe 3. v) dolo *deest* 2. 3. w) collocavit 3. x) Gv. 2; welphonis 3. y) Sindiluingen 2; sindilfingen 3. z) proviso 2. a) penê 2. b) idem *add.* 3. e) abduci 1. d) Cůnradum 2. 3. e) propelleret 2. f) mil. manu 2. 3. g) Guelf. 1. h) idem 1. i) cůnrad. 3 *semper.* k) zeringen 3. l) schownborch 3. m) Lotheharii 2. n) Lǒstein pref. comitis 1. o) Gwelfo 2; welpho 3. p) aliquotque 2. 3. q) idem 1. 2. r) calwe 3. s) subripuerat 2. t) voluit 1. u) Dux H. 3. v) manswet. 2. w) illum in 2. x) cunctis 2. 3.

85*) Ambras. 86) i. e. trans montana quae hodie dicuntur *die rauhe Alb.* 87) Cuius villae pars ad Welfonem e dote uxoris pervenit, v. Ann. Sindelfing. SS. T. XVII, 300, 301. 88) prope Cannstadt. S. 89) prope Oberkirch in magno ducatu Badensi. S. 90) Praecedentia c. a. 1133 contigisse statuit Stälin II, 371. 91) Löwenstein.

22. Heinricus igitur dux[a] finita paschali ebdomada tam copiosum exercitum in Bawariam reduxit, ut et[b] castrum supra nominatum[92] stricta obsidione clauderet, et se ab impetu illorum qui sibi contumaciter[c] comminabantur defenderet. Episcopus enim per totam Febr. 8 — Mart. 25. quadragesimam[d] cognatos et amicos suos conveniens, hoc agebat, ut ducem de finibus illis, si amplius eos hostiliter invaderet, ignominiose fugaret. Morante igitur in obsidione duce, episcopus cum marchione orientali Leopaldo seu aliis comitibus ac tocius Bawarie fortissimis, excepto palatino, coadunato milite appropinquat; et castra in plano prope Ysaram fluvium ponunt[e]. Econtra[f] dux acies suas informat, pedites suos[g] loco suo exordinat; obsidionem tamen non nisi in extremo discrimine positis relaxandam[h] confirmat[f]. Interea Otto palatinus, vir sapientia preditus, cui ad utramque partem accessus patuit, utriusque exercitus apparatum contemplatur, illisque nostrum copiosiorem esse denuntians, terrorem incutit; cogitansque quomodo ad bonum pacis perducat, Fridericum advocatum cognatum[i] suum promissionibus ac minis circumveniens[i] ad deditionem hortatur. Ille, utpote[k] omnibus suis destitutus[l], consiliis palatini adquievit[m], et assumpto eo in castra ducis veniens et ad pedes eius se humilians, gratiam eius recepit. Quo perpetrato, Ottonem quoque generum suum ad deditionem et satisfactionem, exponens ei miserias suorum, compellit[n]. Qui similiter eius et aliorum suorum consilio consentiens, ad deditionem venire non distulit, ac se ipsum cum castro in manus ducis sub omni humilitate contradidit. Dux vero, prout rigor iusticie exigit, illum patriam et omnes terminos Bawarie quoadusque per eum revocaretur[o], abiurare[p] coegit, et sic eum captivum suis commisit, et ad Ravensburch[q] secum abduci[r] precepit. Castrum quoque, omnibus[s] que auferri poterant, preter edificia[t], abstractis, igne succendit. Adducitur[u] ergo[v] uxor illius, que et ipsa in castro obsessa fuerat, quam dux benigne suscipiens et bene consôlans patri suo palatino commisit. Sicque omnis contumacia Bawariorum divina ordinatione suppressa est. Non multô post compositio quoque inter ipsum et episcopum fit, et comitatus ille quem ecclesia Ratisponensis circa Enum fluvium habet ab episcopo ei in beneficio conceditur.

Ott. Fris. Chr. VII, 19. 23. Circa hec tempora imperator in generali curia Babinberch[w] habita Counradum et Fridericum duces[x] interventu Bernhardi Clarevallensis abbatis in gratiam recepit, ac ita renovata pace expeditionem in Italiam secundo indixit. Quam expeditionem Heinricus[y] dux profecturus, Ottonem sepe dictum comitem et alios de Bawaria, quibus merito infestus erat, in[z] gratiam recepit, et stipendia condigna offerens, 1136. Aug. 15. ad expeditionem illexit. Similiter et alios ex utraque provintia; ita ut[a] per vallem Tridentinam[93] mille quingentos[b] milites in Italiam duceret. l. c. Cum imperatore ergo in citeriore Italia Gardam[c] et Garistallium cepit, quae et in beneficio ab eo suscepit. Ibi[d] Mediolanenses et Cremonenses[e] diutinum inter se bellum habentes, coram imperatore causam werre[f] exponunt. Cremonenses ergo a principibus Italiae hostes iudicantur, proscriptique discedunt[g]. Quos ipse subsecutus, territoria eorum ac villas seu castella destruxit, indeque Nov. 4. Papiam veniens, cives illos pactione pecuniae in gratiam suscepit. Ibi[h] et Otto comes de Wolveratehusen[i] vita privatus occubuit. Bononienses[k] quoque et Emilienses supplices, duce interveniente, recepit. Post usque ad Taurinum progrediens, totam citeriorem Italiam sine ferro subegit. Inde Adpenninum[l] transiens imperator Anchonam, Spoletum cum aliis urbibus seu castellis ulterioris Italiae in deditionem accepit. Deinde contra Rogerium aciem dirigens, Campaniam et Apuliam peragravit. Porro Heinricus noster per Tusciam exercitum duxit, quam, id est[m] Tusciam, etiam[n] ab imperatore in[o] benefitio optinuit, Romamque veniens, summo pontifici Innocentio usque ad imperatorem conductum prebuit. Suburbia Albe civitatis sibi resistere nitentis[p], VII. 20. expugnavit ac destruxit. Beneventum cepit ac papae[q] restituit. Imperatori non longe a Barra[r] cum summo pontifice obviam venit, ibique castrum quoddam, ubi presidia Rogerii fuerant, artificiose valde expugnavit, militesque in eo[s] repertos et precipue Sarracenos patibulo suspendit. Post eiecto de Campania et Apulia Rogerio, Reginaldo vero viro forti ac nobili ducatu Apuliae commisso, de reditu disponunt.

l. c. 24. Igitur de Italia per Tridentinam vallem redeuntes, imperator morbo correptus, in silva quae est 1137. Dec. 3. s. 4. inter Enum et Licum sub vilissima casa 13. regni sui anno diem obiit, ac inde per Augustam et orientalem Franciam in Saxoniam portatus, in monasterio Lûther[t] honorifice sepelitur. Dux ergo Heinricus gener eius, in quibus[u] finibus

a) dux *deest* 2. b) et *deest* 2. c) contumaciter *deest* 2. d) *deest* 1. e) ponī 1. f) Econtra — confirmat *desunt* 1; *adsunt in* 2. 3. 4, *partim etiam in Ursp.* g) *deest* 3. h) relexandum 2. i) cognatum *et* circumveniens *desunt* 2, *manu saec. XVI. suppleta in marg.* k) utpute 2. l) destitutis 1. m) acquievit 2. 3. n) conpellit 2. o) car *supra lin. add.* 2. p) adiurare 1. q) Rauensb' 2. r) adduci 2. 3. s) cum omnibus 1. t) edifficia 1. u) *sic* 2. 3; abducitur 1; adducitur *apogr. Weing.* v) etiam et 2. w) babenb' 2; babenberch 3. x) F. et C. duces 2. 3. y) H'. 2. 3. *saepius.* z) etiam 2. a) ut *deest* 2. b) quientos 2. c) gardas 2. d) Ubi 2. 3. e) cermonenses 3. f) gwerre 3. g) disced'. 2. h) Ubi 2. 3. i) Wolueratesbusen 2; wolferastenhusen 3. k) *littera* B *a rubricatore omissa* 1. l) adpennunum 1; apenninum 3; appenninum 4. m) idem 3. n) et 2; *deest* 3. o) in *deest* 1. p) renitentis 3. q) papie 2. r) ab arra 1. s) eodem 2. t) Luthêr 2; lucher 3. u) *leg.* cuius.

92) Wolfratshausen. 93) Per vallem Tridentinam imperatorem exercitum duxisse dicit Otto l. c.

obierat, regalia reservavit, ut in generali conventu principum, qui in proximo pentecosten[a] Moguntiae[b] condictus fuerat, VII, 22.
presentaret. Quidam autem ex principibus, timentes ne forte in generali curia Heinricus dux, qui tunc precipui
et nominis et dignitatis in regno fuit, per potentiam prevaleret, circa mediam quadragesimam consilio habito in oppido
Reni Confluentia conventum celebrant, ibique Counradum, Friderici[c] fratrem, de quo supra diximus, presente 1138.
Theodewino episcopo cardinali regem creant. At[d] Saxones et dux Heinricus aliique, qui electioni non interfuerant, regem Mart. 7.
non legitime set per surreptionem electum calumpniabantur[e]. Quibus omnibus in proximo pentecostes[f] generalis curia
Babinberch[g] indicitur. Quo Saxones omnes simul[h] cum viduata imperatrice Richenza[i] venientes, ultro se Counrado regi VII, 23.
subdidere. Heinricus dux regalia servans aberat[k], ad quae reddenda in festo apostolorum Petri et Pauli dies ei[l] Ratis-
pone prefigitur. Quo veniens regalia quidem multis illectus promissis reddidit[m], sed ad ea que ulterius
inter eos tractanda erant dies ei in brevi post Auguste[n] prescribitur[o]. Quo ex condicto
assumptis fidelibus suis et milite non modico venit, ac super Licum ex opposito civitatis,
rege civitatem tenente, castra posuit. Internuntii autem ac mediatores ad hanc causam
prenominati per triduum huc ac illuc sepius transmeantes, nichil profecerunt. Rex enim
non aliter compositionem fieri voluit, nisi dux quedam de his[p] quae a Lothario imperatore
susceperat ac possederat[q] resignaret. Quod cum dux rennuisset[r], ac se potius dubie sorti
supponi elegisset, colloquium infecto pacis negotio dissolutum est. Rex ergo[s] metuens aliquid
in se machinari, dum peracta cena cubitum se ire simularet, adductis[t] clam equitaturis,
cum paucis nulli de principibus valedicens exivit, ac militem suum reliquum in magno dis-
crimine relinquens, Herbipolim[u] pervenit. Ibi[v] iudicio quorundam principum dux proscribitur[94], duca-
tusque ei abiudicantur[w]. Dux ergo[x] in subsequenti die post egressum reg s de Augusta, suis
prout poterat propere[y] dispositis, non multis comitatus[z, 95] in Saxoniam properat. At[a] rex 1139.
ducatum Saxonie Alberto[b] marchioni, consobrino eiusdem ducis, Noricum vero, post in Bawa-
riam veniens, Leopaldo filio Leopaldi marchionis, fratri suo ex parte matris, tradidit.

25. Heinricus[c] ergo dux Saxoniam ingressus, cum casum et miserias suas fidelibus
et amicis suis exponeret, ad rebellandum eos imperatori et Alberto[b] excitavit. Inde[d] in
brevi eundem Albertum[b] auxilio eorum nec non et suorum qui de Bawaria et Suevia[e] eum
insecuti[f] sub specie[g] peregrinationis terram intraverant, adeo humiliavit, ut castris eius dirutis, terris Interpol. Ott. Fris.
circumquaque vastatis, ad regem auxilii gratia ire compelleret. Interea Leopaldus marchio, suscepto a rege Norico ducatu, VII, 25.
omnibus pene baronibus ad ducatum pertinentibus amore seu terrore ad se confluentibus, primo Ratisponam ditioni sue[h]
subdit, post collecto milite[96] superiores partes Bawarie[97] usque ad Licum pertransiens, amissis aliquod[i]
de suis, festinanter revertitur. Non multo post Heinricus dux dum, in Saxonia omnibus suis rite dispo- Interpol.
sitis, in Bawariam redire disposuisset[k], morbo correptus diem extremum clausit[l] ac sic[m] in monasterio Luther[n] iuxta[98] 1139.
socerum humatur[o]. Quo mortuo Saxones amore filii sui parvuli, quem eis adhuc vivens commendaverat, regi denuo Oct. 20.
rebellant[p]. Leopaldus vero ducatum Noricum exhinc se potenter habere confidens[99], dum in obsidione castri
Valeia[q] duorum fratrum, qui[l] in parte ducis Heinrici steterant, incaute moraretur, Guelfo[r], ducis eiusdem[s] frater, col- 1140.
lecto milite superveniens, fortissime dimicando cesis ex utraque parte pluribus, multis captis, Leopaldum
ignominiose fugere coegit[2]. Ipse enim[t] Guelfo[u] prefatum ducatum iure hereditatis ad se[v]
spectare proclamans[3], dum iusticiam apud regem impetrare non posset, ad rebellionem se
parat. Ob hoc rex circa idem tempus castrum eius Winisperch[w] obsedit. Quem Guelfo[u] Dec. 21.
collecto milite in proxima ebdomada nativitatis Domini dum incaute pugna[x] aggredi temptat,
amissis aliquod[y, 4], multis captis, cum paucis fugit e prelio. Non multo post Leopaldus moritur, eique in mar-
chiam frater suus Heinricus[z] successit. Cui rex Saxoniam ingressus, pacemque cum Saxonibus faciens, viduam Heinrici[a] VII, 26.
ducis in uxorem dedit, eique ducatum Noricum concessit. Quae res maxime discordie seminarium fuit. Guelfo[u] 1142.
enim ut dictum est eundem ducatum impetens, extimplo armata manu sub oculis eiusdem Heinrici

a) penthecosī. 2; penthecostes 3. b) mogontie 3. c) F. 2; H. 3. d) Et 1, E *rubro*; ac 3. e) calumniebantur 2. f) penthecō. 2. g) babenberch 2. h) similes 1. i) Richinza 2. 3. k) aderat 3. l) ei *deest* 2. 3. m) reddit 2. n) aguste 2. o) *sic* 2. 3. *Ursp.*; describitur 1. p) hiis 2. q) possiderat 2. r) renuisset 2. s) vero 3. t) *sic* 2. 3. 4. *Chronogr. et Ursp.*; abductis 1. u) herbipulim 2; herpibolim 3. v) Ubi 2. 3. w) abiudicatur 2. x) quoque 2. 3. y) *sic* 2—4. *Chronogr.*; prope 1. *Ursp.* z) commitatus 2. a) Et 1, E *rubro*. b) alberth. 3. c) Hæinricus 2. d) Unde 2. 3. e) Sweuia 2. 3. f) secuti 2. g) spe 1; spē 2. h) sue *deest, manu saec. XVI. in marg. suppletum.* i) aliquot 2. 3. k) et *add.* 3. l) cl. extr. 2. 3. m) sic *deest* 2. 3. n) Lûther 2. o) humatus 3. p) rebellauit 2. q) valeta 3. r) Gwelfo 2. 3. s) eiusdem ducis 2. t) etiam 3. u) Gwelfo 2; welpho 3. v) se *in marg. supplevit* 2. w) winsperch 2; winsperg 3. x) pugnam 3. y) aliquot de suis 2. 3. z) Hæinr. 2; H. 3. a) H. 2. 3.

94) Ottonis Frisingensis verba: *ac proxima nativitate Domini Goslariensi in palatio* industria omisit noster. Cfr. quae de isto loco a monacho Weingartensi falsato disseruit Wilmans, Archiv XI, 40—45. Chron. Ursperg. haec verba Ottonis rursus recepit. 95) *quatuor tantum comitatus sociis* Otto Frising. 96) *milite copioso* Otto. 97) *totam Baioariam* Otto. 98) abhinc ex Ottone VII, 25. 99) *potenter habuit* Otto. 1) *soli ex Noricis baronibus* industria omissa sunt. 2) *pluribus, ducem cedere coegit* Otto. 3) *praefatum ducatum se iure hereditatis contigisse calumpnians* Otto VII, 26. 4) *amissis multis* Otto.

partes illas ingreditur, cunctisque circumquaque[5] vastatis regreditur. Ob hoc Heinricus ille inflammatus, coadunato milite fines illorum qui Guelfonis fautores erant ingressus, munitiones illorum et villas destruxit. Cui[a] dum Guelfo restaurato milite occurrere parat[6], audito quod rex superventurus est, cessit. Porro Heinricus ille simul[b] cum rege castrum Tachouwe[c], scilicet comitis Counradi, qui ex parte Guelfonis erat, obsidione clausit[d], vastatisque in circuitu universis, adiutorio regis ad deditionem coegit ac igne succendit. Sic tota illa provintia in maximo bellorum discrimine laborabat.

26. Igitur Rogerius rex Siciliae audiens huiusmodi conflictationes inter Guelfum et regem, timens ne forte cessante gwerra Counradus rex quandoque Italiam intraret, ac eadem que a Lothario, ab eo quoque perpessurus[e] esset, Guelfonem adversus eundem muneribus illectum incitat, singulisque annis mille marcas se ob hoc daturum iuramento confirmat. Item quoque rex Ungariae[7] eundem Counradum metuens, Guelfonem ad se accersivit, dataque pecunia non modica, ac deinceps omni anno dandam pollicens, ad rebellandum nichilominus instigat. Guelfo itaque[f] strennui militis officium exercens[g], modo in Bawaria, modo in Transalpinis partibus Swevie, modo circa Renum[h] tot tempestates bellorum movit, ut regem potius ad defensionem sui quam ad exterarum[i] nationum invasiones excitaret.

1147. 27. Circa has tempestates gens Francorum[k] cum rege suo Loudewico[l], gens quoque Teuthonicorum[m] cum rege suo Counrado aliisque principibus, Friderico duce Sweviae[n], postea imperatore, episcopis, comitibus seu aliis cuiuscumque conditionis hominibus pro querimonia transmarinae aecclesiae Hierosolimitanum[o] iter aggrediuntur. Quod et Guelfum ducem, licet nondum sedata gwerra, ire compulit[8]. Egressi itaque anno dominice incarnationis 1147, per Ungariam et Greciam innumerabilem exercitum ducunt. Qui totus pene, exceptis principibus seu aliis plus cautis, vel media vel aeris intemperantia[p] vel ciborum insolentia vel Sarracenorum invasione infecto negotio interierunt. In hoc ergo laborioso itinere Counradus rex commilitoni suo Guelfoni, sic enim eum nominare solebat, sepissime in necessitate subveniebat, ac de omnibus quae a regio fisco Constantinopolitani imperatoris[9] sibi offerebantur, partem[q] illi tradebat. Denique Ierosolimam[r] venientes, cum alii procinctum sub rege Counrado contra Damascum moverent, Guelfo in[s] infirmitate captus ac in desperatione positus, ad reversionem se parat. Transito igitur mari, convalescens Siciliam attingit[t]. Ubi[u] Rogerius eum cum magno domus sue tripudio[v] suscipiens ac honorifice dimittens, iterum ad rebellandum regi maximis muneribus illectum incitat.

1150. Febr. 2. 28. Igitur reversus, in proxima hieme[w] circa purificationem sancte Marie collecto milite fines regis invadit ac castrum eius Flohperch[x, 10] forti inpugnatione sollicitans, dum in reversione militem nimis diffuse[y] et incaute duceret, a militibus regis circumventus, ac congressionibus[z] initis cum paucis, aliis circumquaque diffusis, plus ex infortunio quam ex instantia belli, nostri fugam arripiunt plurimisque captis, nullo occiso, ignominiose revertuntur. Ac sic gwerra diu anxie inter ipsum et regem agitata finita est. Nam Fridericus fratruelis regis, sororius[a, 11] eiusdem Guelfonis[b], medium se ad compositionem faciendam interposuit, captivosque duci reddi ac regem de cetero securum penes illum esse, provida deliberatione confirmavit. Rex ergo accepto consilio Guelfoni aliquos reditus[c] de fisco regni cum[d] villa Mardingen[12] concessit, ac sic confirmata pace, ipse in brevi post vita
1152. decedens[e], Friderico fratrueli suo sedem regni[f] reliquit. Qui avunculo suo Guelfoni marchiam Tuscie, ducatum Spoleti, principatum Sardiniae, domum comitisse Mahtildis[g] in beneficio tradidit; reditus tamen illos ad fiscum pertinentes, quorum iam mentionem habuimus, nichilominus recepit.

a) Qui 1, Q *rubro*. b) similiter 1. 2. c) tachŏv 2; vachowe 3. d) claudit 3. e) perpessus 1. f) itaque *et* bellorum *desunt, manu saec. XVI. suppleta* 2; igitur 3. g) exerc. officium 2. 3. h) *sic Ursp.*; modo *add.* 1. 3; 2 *sic:* bawaria, modo in sweuia, in transalp. part. modo, circa R. modo. i) addexterarum 2. k) francigenarum 3. l) rege s. ludwico 2. 3. m) teutonicorum 2. n) suveuie 2; sweuorum 3. o) ierosol. 2; iherosol. 3. p) *sic* 2—4. *Chronogr.*; temperantia 1. q) potestatem 3. r) ierosol. 2. s) *deest* 3. *Chronogr.* t) atingit 2. u) bi 1. v) *deest* 3. w) hyeme 2. x) flochperch 2; flochberch 3. y) *sic* 2—4. *Chronogr. Ursp.*; diffuse *deest* 1. z) *sic* 2. 3. *Chronogr.*, agressionibus 1; congressione *Ursp.* a) nepos ex sorore *Chronogr.*; filius sororis *Ursp.* b) welp 3. c) redditus 2. 3. d) de 3. e) discedens 2. f) cum regalibus *add.* 4. *Chronogr* g) mæhthildis comitisse 2; mahtilde 3.

5) *parteque provinciae vastata* Otto. 6) *occurreret* Otto. 7) Bela II. 8) De Welfonis peregrinatione cfr. etiam Otton. Fris. Gesta Friderici I, 40. 45. 58. 59. 9) Manuelis. 10) Flochberg prope Neresheim. 11) immo sororis filius. 12) Mertingen ad fluvium Schmutter prope Donauwörth. H.

29. Igitur dignitatibus prenominatis susceptis, Italiam intrat, ac civitates, castella seu villas per totam domum Mahtildis[a] pertransiens, negotia terrae civiliter pertractat. Ibi[b] legati de omnibus civitatibus Tusciae nec non et ex omnibus civitatibus Spoleti ad eum venientes ac munera condigna offerentes, subiectionem voluntariam promittunt. Cum quibus nuntios suos ad omnes civitates dirigens[c], ac se in brevi illo venturum promittens, suis rite dispositis revertitur. Post cum[14] imperatore collecta multitudine terram ingre- 1159. c. Michael. ditur, ac in obsidione Cremensi usque ad destructionem eiusdem castri[15] inmoratur. Deinde totam militiam suam in Tusciam movens, maximum conventum apud Sanctum Genesium[16] habuit. Ibi[d] baronibus terrae illius septem comitatus cum tot vexillis dedit, ceteris nichilominus de civitatibus seu castellis ad se confluentibus, unicuique quod suum erat tribuit. Simul et ipse sua, quae singulae civitates ad se iniuste contraxerant, recepit. Denique conventu dissoluto, Pisam in sancto sabbato cum maximo tocius civitatis apparatu 1160. Mart. 26. ingreditur, ac ibidem pascha iocundissime celebrans, egressus inde a Lucensibus non minori 27. tripudio suscipitur. Sicque ab omnibus civitatibus ad quas declinaverat honorifice susceptus atque[e] habitus, negotia terrae potenter pertractans, suosque ubique[f] in castellis seu villis[g] ad fiscum pertinentibus relinquens, versus ducatum Spoleti procinctum movet[h]. Ibi[i] similiter omnibus bene[k] dispositis, filio suo Guelfoni terram illam ac totam Italiam ad se spectantem conmisit, ac de suis strennuissimos[l] quosque secum relinquens, per vallem Tridentinam revertitur. Guelfo igitur iunior terra potitus, constantia animi, districtione iudicii, largitate et affabilitate inestimabili, omnibus se acceptabilem prebuit. Militibus imperatoris, qui eo tempore civitatibus Italiae preerant, quocienscumque fines suos iniusta oppressione invadere temptaverant, omnimodis[m] se opposuit, et ob hoc imperatoris offensam nonnunquam incurrit; popularem autem favorem eo magis sibi accumulans[n], omnium civitatum in se provocavit affectum.

30. *De execrabili pugna apud Tuoingin.* Interea Hugo palatinus comes de Touingen[o] in comitatu, quem a patre istius[p] possederat, quosdam de ministerialibus eius, iniusto ut aiunt iudicio dampnatos, patibulo suspendit, ac castrum eorundem Moringen[17] destruxit. Pro quo dux Guelfo querimonia eum impetens et pro satisfactione humile ab eo responsum recipiens, ut erat mansuetissimus[q], ab impetitione, licet querimoniam non deponeret, cessavit. Deinde procedente tempore pater filium de Italia revocavit, ipseque illo iturus et negocia terrae per se[r] tractaturus, filio omne patrimonium, et possessiones quas ex parte[s] matris habiturus erat, ex integro tradidit. Sicque factum est, ut recedente patre, Guelfo prefatam querimoniam renovaret[t], et palatinum illum pro satisfactione sepius ac sepius inpeteret. Ille autem non tam in suis suorumque viribus quam in Friderici ducis, filii Counradi regis, confidens, qui et eum ad hoc impellebat, quasi bone fame Guelfonis invidens, et honestis actibus eius[u] detrahens, responsionem contumacem ac minacem pro satisfactione obtulit, per quam et animum iuvenis ad rebellandum incitavit[v], et toti[w] Alamanniae execrabile infortunium et infaustam depopulationem machinabatur. Guelfo[x] enim sibi illatam iniuriam amicis, cognatis et fidelibus suis exponens, omnium animos in adiutorium sibi[y] cum optima voluntate ascivit. Conveniunt ergo[z] collecto milite episcopi tres, Augustensis[18], Spirensis[19], Wormatiensis[20], Bertoldus dux de Zaringen, Bertoldus marchio de Voheburch, Herimannus marchio de Baden[a], Roudolfus[b] comes de Phullindorf[c], Albertus comes de Habespurch[d], duo fratres comites de Calewe, duo de Berge[e], Gotefridus cum Roudolfo fratre de Roumesberch[f, 21], Hartmannus de Kilichperch[g, 22], Heinricus[h] de Feringen[i] comites, Counradus advocatus Constantiensis[23], cum ceteris terrae nostrae maioribus in duobus[k] milibus et ducentis armatorum et eo amplius, et castra non longe a Touingen[l] circa

a) mæhthildis 2. b) Ubi 2. 3. c) mittens 3 d) Ubi 2. 3. e) et 2. 3. f) ibi 3. g) in villis 2. 3. h) movit 3. i) Ubi 2. 3. k) pene 2. l) strennissimos 2. m) omnimode 3. n) acumulans 2. o) tuingen 2. p) illius 3. q) manswet. 2. r) per se *desunt* 2. s) ex potestate vel ex parte 3. t) reuocaret 2. u) eius *deest* 2. v) r. sibi inc. 3. w) tota 2. x) Gwelfo 2. y) sui 2. 3. z) igitur 3. a) H. de baden Ru. 2. b) R. 3. c) phullendorf 2; pfullendorf 3. d) habspurch 2. 3. e) berga 3. f) Gotefridus de Romesperch cum R. fratre suo 2. g) Harmannus de kilperch 2; kilberch 3. h) hæinricus 2. i) Fergen 1. 2. 2*; in *manu saec. XIV. addita in* 1; Veringen 3. k) n. nobilibus et m. tribus m. 3. l) tôigen 1. twingum 2.

14) immo post imperatorem. 15) a. 1160. mense Februario. 16) S. Ginesio. 17) Möbringen auf den Fildern, praefecturae Stuttgart; comitatus ille igitur in pago Glemsgau fuit et ex dote uxoris, comitissae de Kalw, ad Welfonem pervenisse videtur. Cfr. Stälin II, 374. 18) Conradus. 19) Gotefridus II. 20) Conradus I. 21) Ronsberg in Bawaria, iudicii ruralis Obergünzburg. 22) Kirchberg. 23) comes de Heiligenberg.

1164. Sept. 6. vesperam sabbati 8. Idus Septembris[24] ponentes, dominicum diem in quiete et otio deducere statuerunt. In adversa autem parte Fridericus dux cum omnibus quos amore vel terrore excitare poterat, Zolrenses[a] omnes cum magno apparatu[b] ac alii quam plures erant, et militem suum coadunatum secum in castro locaverant; totaque illa nocte alii[c] orationi incumbebant, alii de satisfactione et compositione anxie tractabant. Sed Domino, qui cf. Psal. 35, 7. omnium novit corda[d], cuius et iuditia abissus[e] multa, aliter ordinante seu permittente[f] terminatum est. Quidam enim de nostris minus providi ac parum premeditantes eventum rei[g], ceteris ignorantibus et diem otio deducere volentibus, e castris circa horam sextam prorumpunt, et cum quibusdam de hostibus, qui simili temeritate[h] a suis prodierant, prope castrum sub oculis inimicorum congrediuntur. Fit igitur clamor in castris; nostri prosiliunt, arma arripiunt, quique alios in quo poterant prevenire satagunt. Sicque fit, ut aliis precurrentibus, aliis subsequentibus, plurimi confusim et sine acie ad locum congressionis suis in auxilium perveniunt[i]. Interim et hostes de castello non minus properantes, locum tutiorem sibi eligunt et nostris aditum difficillimum super ripam fluminis in modum vallis eminentem presignant. Mox et multitudo nostrorum acie coadunata, Heinrico[k] comite de Veringen[l] signum ferente, advolat, set pre difficultate aditus perpauci ad locum congressionis transierant. Fortissime tamen ab his[m] qui congressi sunt per spatium duarum horarum pugnatum est, licet nullus utriusque partis excepto uno corruisset; adeo enim armis omnes muniti erant, ut multo facilius capi quam occidi potuissent. Itaque illis ut dictum est conflictum habentibus, ceteri fugam arripiunt, hostibusque inmeritam victoriam dantes, sibi ac posteris suis perpetuum obprobrium[n] accumulant. Hostes igitur cognita fuga primo illos qui congressi erant, paucis emersis, captivantes, ad castrum remittunt, deinde alios insequentes velut[o] oves de pascuis ad caulas propellentes, ut totam summam comprehendam, nongentos captivos cum maxima preda abducunt[p]. Reliqui presidio silvarum ac montium seu vicinorum castellorum effugiunt. Guelfo[q] ipse ad castrum Achalmen[r], tribus tantum comitantibus, pervenit.

31. Eodem tempore Guelfo pater de Italia reversus, audito quod[s] acciderat, pro redimendis captivis[t] agebat. Hugo igitur, inito consilio, captivos reddidit, et facta composi- 1165. tione[u], terra eius ab omni infestatione per annum quievit. Transacto anno pax inter eos rumpitur, terra comitis circumquaque depopulatur, castra eius duo, Chelminzen[v, 25] scilicet et Willare[w, 26], destruuntur, in quibus de suis 40[x] captivantur. Ille itaque[y] fractus[z] animo, propugnatorem suum Fridericum[a] ducem de auxilio interpellans, ad ducem Boemiae auxilii gratia ire compulit. Qui collecta multitudine Boemos, gentem horribilem ac Deo hominibusque odibilem, in fines nostros adduxit, totamque Germaniam a lacu Lemanno usque Boemiam execrabilibus spurciciis illorum et turrpissimis depredationibus ac incendiis inter epi- Ian. 6. — Febr. 2. phaniam et purificationem sancte Marie conmaculavit, anno videlicet[b] ab incarnatione[c] Mart. 9. Domini 1166. Humiliata est et[d] ilico eiusdem palatini contumatia. In feria[e] enim tercia capitis ieiunii[27] sub generali curia Ulme habita, in presentia ducis Heinrici[f], domini nostri, sub oculis quoque ipsius imperatoris ac Friderici[g] ducis, idem Hugo Guelfoni iuniori ad deditionem venit, ac se pedibus eius prosternens, custodie mancipari et vinctum abduci[h] non respuit, et sic in captivitate usque ad obitum ipsius Guelfonis, per annum scilicet et dimidium tenetur.

1167. Ian. 6. 32. In subsequenti vero hieme[i] circa epiphaniam Guelfo senior Hierosolimitanum[k] iter aggreditur, et in Italia imperatorem repperiens[l] ac filium suum cum omnibus ad se Apr. 9. spectantibus graciae eius conmendans, pascha sanctum apud sepulcrum Domini celebravit. Interea imperator Guelfum iuniorem multis illectum promissionibus ad se in Italiam revocat.

a) *in marg. ead. manus iterum scripsit* zorlrenses 2; *sic* 2* *in textu.* b) paratu 1. 2. c) et alii 2. d) corda *deest* 2. e) abyssus 2. f) permitente 2. g) rei eventum 2. h) teremitate 1. i) veniunt 2. k) hainr. 2. l) feregen 2; ferengen 2*; veringun 3. m) hiis 2. n) obproprium 2. o) velud 2. p) *sic* 3; adducunt 1. 2. q) Gwelfo 2. r) Achaln 3. s) quid 2. t) captivis captivis 2. u) compensacione 2. 3. v) chelminze 2; kelmunze 3. w) wilare 2; wilar 3. x) LX. *leg.* 2. 3. *Ursp.* y) igitur 2. z) fratris 3. a) F. 3. b) vedl' 2. c) v. incarnationis 3. d) est autem et 2. 3. e) Infra 2; in feria 2*. f) hainr. 2; H. 3. g) F. 3. h) adduci 3. i) hyeme 2; yeme 3. k) ierosol. 2; iheros. 3. l) reperiens 2. 3.

24) Dominica ipsa in diem 6. Septembris incidit, sabbatum ergo in Nonas Sept. 25) Kelmünz ad fluvium Iller. S. 26) Pfalzgrafenweiler praefecturae Freudenstadt. S. 27) Caput ieiunii i. e. dies cinerum in feriam quartam, non vero tertiam incidit.

Qui collecto milite sub paschali tempore Pirenêum[a] per iugum Septimi[b] montis, qua[c] Renus et Enus fluvii oriuntur, transcendens, Papiam usque pervenit; ubi legatos imperatoris inveniens et stipendium ab eis[d] promissum recipiens, in Tusciam negocia terrae ubique tractans transivit, et sic ad imperatorem circa medium Iulium non longe a Roma pervenit. Iul. 15. Eodem quoque tempore pater eius Ierosolimis[e] veniens[f], reversus Rome[g] ei occurrit; ac visis imperatoris detestabilibus piaculis, ipsum et omnem exercitum detestans, ad propria per vallem Tridentinam revertitur. Imperator enim tanta eo tempore in destructione ecclesiarum, in strage populorum, sive aliis abhominationibus Rome exercuit, ut vindictam Dei iusto iuditio sequi oporteret[h]. Maxima enim pars exercitus interiit. Episcopi Coloniensis[28], ille qui tocius mali huius nec non et scismatis diutini incentor fuit, Spirensis[28*], Ratisponensis[29], Bragensis[30], Werdonensis[31], Leodiensis[32], ac ceteri principes, Fridericus scilicet dux filius Counradi[i] regis, Guelfo dux filius Guelfonis ducis, Berengarius comes de Sulzbach[k], Sept. 12. Heinricus comes de Tuingen[l], cum pluribus regni huius maioribus occubuerunt. Quorum omnium pene[m] ossa carnibus per excoctionem[n] consumptis, ad propria reducta sunt[33]. Translata sunt autem et[o] ossa Guelfonis nostri et in monasterio Staingadem[p] a patre suo fundato[34] reposita sunt.

## CONTINUATIO STAINGADEMENSIS.

Igitur[q] Guelfo senior post obitum filii nullatenus heredem suscepturum se de coniuge ratus, cum et illam minus diligeret[r], et alienarum[s] magis amplexibus delectaretur, studuit per omnia solempniter vivere, venacionibus insistere, conviviis et voluptatibus deservire, in festivitatibus et variis donacionibus largus apparêre. Itaque ne talibus rebus minor[t] sumptus contingeret, principatum Sardinie, ducatum Spoleti, marchiam Tuscie, et egregiam curtim Elisinam[u], que dicitur domus[v] domne Mahthildis[w] cum suis appendiciis imperatori Friderico sororio suo tradidit, auri et argenti quantitate quam postulabat[x] accepta. Cuius pecunie non modicam partem diversis monasteriis pro remedio anime sue distribuit. Maxime tamen Staingadmensi[y] ecclesie quam fundaverat, obtulit. Cuius etiam artifices tam murorum quam aliarum edium quoadusque vixit singulis annis per se remunerare voluit. Eodem etiam tempore convocatis optimatibus tam Bawarie quam Suevie[z] in plano Lici 1175. ultra Augustam, in loco qui dicitur Concio legum, solempne penthechosten[a] celebravit, innumerabilemque[b] multitudinem undecunque coadunatam[c] laute pavit. Omne demum patrimonium suum Hæinrico[d] fratrueli suo, duci Saxonie et Bawarie[e], conventione facta tradere spopondit. Sed orto inter eos dissensionis[f] scandalo, ipsam transactionem ad imperatorem Fridericum[g] et eius filios convertit. Imperator ergo Fridericus vir in omnibus sagax et providus, in[h] auro et argento toto nisu satisfaciens awunculo, traditam sibi hereditatem lege gencium possedit, et quedam in signum possessionis sibi retinuit, reliquis vero ipsum Gwelfonem[i] inbeneficiavit, quedam etiam[k] de suis superaddidit. Exceperat tamen idem Gwelfo[l] quedam predia que iam dudum pro remedio anime sue daturum se Deo voverat, scilicet Vidanshoven[35] cum suis appendiciis, quod Sancto Petro in Augia[36] donavit, Berge et Wilare[m] cum suis appendiciis que Sancto Martino in Wingarten[n] delegavit, Widergeltdingen[o] et curiam in Hornem, Sardis[p], singula cum suo iure, que[q] Sancto Iohanni baptiste in Staingaden pro dote obtulit[37].

a) pyreneum 2. 3. b) VII. 1. 2. 3. c) *sic* 2. 3; qui 1, *man. saec. XV. corr.* quo. d) promissum ab eis 3. e) ab iheros. 3. f) *deest* 3. g) R. reversus 3. h) opporteret 2. i) C. 3. k) sulzebach 2; sulczebach 3. l) tōigen 2; twingen 3. m) penē 2. n) coctionem 2; exactionem 3. o) *deest* 3. p) staingademeno 2; staingadimeno 2*; steingadem 3. q) *pergunt* 2. *et* 3. *nullo spatio intermisso.* r) diligeretur *L.* s) alienorum *L.* t) Itaque ne — nimius 4. u) Elesinam *L*; elsinam 4. v) domus dicitur *L.* w) Mathildis 3. *L.*; Machtildis 4. x) postulabant *L.* y) Staingadiensi 2; Staingadimensi 2*; Staingadinensi 3; Staingadensi 4. z) t. S. q. B. 3. a) penthecb'. 1. b) innumeramque 3. 4. c) coadunā 2; coadunatam 2'. d) Heinrico 3. e) Saxonum et Bawariorum 3. f) dissentionis 3. g) F. 2. *L.* h) in *deest L.* i) Gw̄. 2; Gv. *L.*; Welfonem 4. k) et *L.* l) Gw. 2; Gv. *L.*; Welfo 4. m) Wilate *L.*; Weilar 2; Wilar 3. n) Weingarten *L.* o) Widergeltingen *L.* 3. 4. p) Horem, id est Stadel (*leg.* in Stadel) et bona in Schars 4; honorem *L.*; horn et bona in Scharst 3. q) que *deest* 4.

28) Reinaldus. 28*) Gotefridus II. 29) Eberhardus. 30) Daniel I. 31) Hermannus. 32) Alexander II. 33) Cfr. Ann. Ottenbur. Isingrimi a. 1167 supra SS. T. XVII, 315. 34) a. 1147. 35) Fidazhofen praefecturae Ravensburg. S. 36) Weissenau. 37) Cfr. chartas monasterii Mon. Boic. VI, 492 sq.

Hactenus quid de rebus et hereditate famosissima homo nobilissimus disposuerit[a], sat dictum putamus. Nunc qualiter de reliquo vixerat, paucis ostendemus. Siquidem de preteritis solempnitatibus in continuis sumptibus[b] nichil vel parum remisit. Arma preclara cum vestibus preciosis curie sue militibus et consociis ydoneis temporibus ministrando, proscriptos et undecunque refugientes[c] ad se benignissime fovendo. In amore mulierculārum plura dissipando; nec minus elemosinis studens, pauperum et maxime cecorum et leprosorum curam sollicitus agebat. Quid[d] multa? equidem quanto plura nitebatur expendere, tantô plura divinitas ei dignabatur impendere. Ut apte dicatur: quia hic homo fuerit, cui fortuna non cecis sed claris oculis arriserit. Tandem pater misericordiarum, qui flagellat omnem filium quem recipit, et hunc[e], dum[f] iam metas senectutis transisset, temptacione[g] cecitatis corripuit. Quod flagellum sic pacienter et honeste sustinuit, ut a paucis vix sciri potuerit. Extunc elemosinis magis intendit, a consuetis delectationibus temperavit, libidinem frugalitate mutavit, spiritalibus[h] hominibus, sed precipue Staingadmensi[i] loco toto desiderio subvenire satagebat. Uxori quoque sue Oute[k] nobilissime et castissime femine a Transalpinis partibus ad se vocate reconciliatus est, et sic demum Mammingen[l], ubi frequencius morabatur, infirmitate gravi correptus, anno etatis sue 76. plenarie penitens diem clausit extremum. Inde sublatus a suis ministerialibus, quos ipse vivens ad hoc fide data constrinxerat, versus Staingadem[m] deportatur. Sed in ipso transitu, talem honorem ut putamus honorabili principi Divinitate deferente, Hæinricus[n] imperator ex Italia regressus occurrit in Buorron[o], et illuc exanimi corpore delato[p] exequias eius satis honesto celebravit obsequio[q]. Imperatore vero iter suum aggrediente, corpus venerabile cum multo comitatu abbatum, prepositorum, clericorum, hominum nobilium et militum tam suorum quam comprovincialium ad prescriptum locum deducitur: ubi ab Augustensi[r] episcopo Oudalschalco[s] amicorum eius intimo[t] honore condigno iuxta filium sepultus quiescit[u].

a) disposuit *L.* b) in cont. sumpt. *desunt* 4. c) refugentes 2. d) Quod 2. e) *deest* 3. f) cum 3. g) teptacione 2. h) *sic* 3; spiritualibus 2. 4. *L.* i) Staingadinensi *L.*; Staingadiensi 3; Staingadensi 4. k) Otae *L.*; 3 *in margine* tôte. l) Maningen *L.*; Memmingen 4. m) Staingaden *L.*; Staingadin 3; Steingaden 4. n) H. *L.*; Heinricus 3. o) Bourron *L.*; Burrûn 3; Bewren 4. p) translato 3. 4. q) exequio 4. r) Augustano *L.* s) Udalschalco *L.*; v̊dal. 3. t) amic. eius int. *desunt L.*, perintimo 3. u) *add.* 2: Deo gracias *et rubro colore:* Iste liber est sancte Marie in Raytenbuoch; *add. L.* 2*: Deo gratias; *add.* 3: Amen. *et paulo infra:* 1503. I. ⚹ A., *tum recentiori manu:* Haec ut plurimum ex Urspergensibus chronicis transsumpta sunt.

# HUGONIS ET HONORII CHRONICORUM CONTINUATIONES WEINGARTENSES.

## EDIDIT LUDEWICUS WEILAND, PH. D.

*Quas hic proponimus adnotationes historicae in monasterio Weingartensi factae, postremo insimul editae sunt a Gerardo Hessio*[1] *sub nomine* ***Chronographi Weingartensis.*** *Sunt tamen inter se diversae, neque ab uno eodemque auctore scriptae, neque proprium et unum opus conficiunt. Immo continuationes tantum sunt aliorum auctorum, quos cognoscimus, operum. Exstabat enim in monasterio sancti Martini exemplar Historiae seu Chronici Hugonis a S. Victore, quod catalogum Romanorum imperatorum a Iulio Caesare usque ad Lotharium III. continet*[2]. *Hanc partem Chronici istius monachus quidam Weingartensis anno* 1191. *vel paullo post cum excerptis factis ex Imagine Mundi Honorii Augustodunensis, cuius etiam exemplar vetus exstabat in monasterio, ex Chronico Ottonis Frisingensis, ex Annalibus Weingartensibus, ex Historia Sanguinis Domini, et praecipue ex Historia Welforum, cuius maximam partem recepit, in unum opus contexuit, continuationemque Conradi III, Friderici I. historiam complectentem addidit, adnotatis etiam Heinrici VI. imperatoris primordiis. Hoc opus novum, cuius autographon deperditum est, primus e codice* 2, *quem infra descripturi sumus, inde a tempore Pippini regis edidit Hessius p.* 55—67, *omissis tamen excerptis Historiae Welforum.*

*Autographon nactus hoc opus monachus quidam alter in epitomen redegit, quae in eodem codice, qui Historiam Welforum continet, nobis asservata est*[3]. *Ea quidem ratione epitomes auctor versatus est, ut excerpta Historiae Welforum et Ottonis Frisingensis maximam partem rursus eiceret*[4], *Gesta Friderici I. imperatoris admodum decurtata, aliquoties immutata sententiarum forma, de suo transformavit*[5]. *Epitomator, si codicem* 1 *autographon eius duci licet, in media narratione peregrinationis Friderici I. in scribendo languescere coepit*[6], *perfectionemque alteri scriptori dimisit. Qui continuo addidit quaedam de obitu ultimi Welfonis. In sequenti codicis eiusdem folio, quod tamen fragmentis folii cuiusdam excisi assutum est, continuatio altera subiuncta est usque ad mortem Heinrici VI. imperatoris a.* 1197. *tendens, duobus manibus exarata, quarum postrema in foliis sequentibus* ***Miracula Sanguinis Domini*** *post*

1) Monumenta Guelfica. Pars historica. 2) V. descriptionem operis in Archiv XI, 306—308. 3) Cf. supra p. 456. 4) Vestigia Historiae, praeter adnotationes synchronas stemmatis Welforum, in cod. 1. tantum apparent in narratione peregrinationis secundae et infeodationis Welfonis VI. cum marchia Tusciae (v. Leibniz p. 798), Ottonis Frisingensis tantum in commemoratione Sanguinis regis Edessae sub Conrado III. rege (v. ibid.). 5) Semel modo occurrit in hac epitome sententia, e qua crederes, eam opus genuinum ab opere cod. 2 diversum esse, ubi auctor de turribus Mediolani depositis narrat, quae verba in 2 desiderantur. At liquet, hoc esse suo Marte additum ab epitomatore, qui excidio Mediolani fortasse adhuc erat coaetaneus. Ceterum 1 omnia excerpti prae se fert indicia. 6) V. infra *multitudine electorum militum. Transiens autem hiemavit.*

*a.* 1200. *scripsit. Opus hoc abbreviatum integrum cum continuationibus istis ex apographo codicis* 1, *olim monasterii SS. Udalrici et Afrae*[7], *dederunt Canisius tomo I. Lectionis Antiquae (ed. Basnage III. 2.) et Leibnizius tomo I. Scriptorum Brunswicensium sub nomine* **Chronici eiusdem Weingartensis monachi**; *Hessius tantum continuationes sub calce paginarum* 71—76 *ex autographo dedit.*

*Inter annos* 1198—1206.[8] *tandem in monasterio nostro Chronicon Hugonis cum amplificationibus et liber tertius Imaginis Mundi Honorii cum aliis operibus describendo in unum codicem coacta sunt. Exstat hic codex praestantissimus*[9], *a nobis signatus* 2, *quo Hessius pro fundamento editionis usus est, hodie in bibliotheca Fuldensi sign.* B 3, *olim Weingart.* G 11. *membr. fol. A principio una eademque manu scriptus continet: a) f.* 1—56 *Chronicon seu Historiam Hugonis, cui f.* 1 *inepte superscripsit manus saec. XVII.* Hugonis Novant Normanni historia. Monasterii Weingartensis 1628. *Pars qui inscribitur* De Romanis imperatoricus *opus genuinum usque ad primordia Heinrici VI. continens complectitur folia* 33—49′, *ultimae paginae ultimae duae lineae erasae sunt; porro idem scriptor fol.* 50—51′ *addidit continuationem usque ad Heinrici VII. mortem, diversam a continuatione codicis* 1. (Opere precium est — anno ab inc. Dom. 1197), *quam e codice nostro typis excudi fecit Hessius p.* 67—70. *Scriptor iam Continuatione Staingademensi Historiae Welforum usus est. Hanc continuationem f.* 51′—56′ *statim excipit* **Cronica** *seu Catalogus pontificum Romanorum Hugonis à nostro librario usque ad Innocentium III, cuius tamen anni regiminis desunt, protelatus. — b) f.* 57—68′ *continetur Honorii Augustodunensis Imaginis Mundi liber III. cum parva continuatione eiusdem manus usque Heinricum VI, quam vir cl. Wilmans dedit supra SS. Tom. X, p.* 133 *sub nomine* **Continuatio II.** *Dein f.* 68′—70 *presso pede alius librarius coaevus, seu idem posteriore tempore scribens, addidit Philippi et Ottonis regum discordiam usque ad Philippi obitum* (Quo decedente — illesus evasit), *cui rursus posteriore tempore gesta post Philippi mortem usque ad curiam Francofurdensem a.* 1208. *Nov.* 11. *celebratam adiecit* Regis vero relicta — potitus est). *Has continuationes operis Honorii Hessius continuationi Hugonis p.* 71 — 76 *subnexit, nos tamen infra sub proprio nomine dabimus. — c) f.* 71—165 *eadem, cui maxima pars codicis debetur, manu exarata continentur De vita Adae et de pueritio Salvatoris, Prophetia Methodii martyris, Epistola Iohannis presbyteri, Fulgentii fabulae. — Codicem* 2. *in nostros usus convertit olim cl. Wilmans, codicem* 1. *autem vir ill. Pertz, cui uterque ad editionem parandam benivolentissime a viro doctissimo bibliothecario et tabulario Fuldensi Berolinum transmissus est.*

## E CONTINUATIONE CHRONICI HUGONIS A SANCTO VICTORE.[10]

Hist. Welf. c. 28. Rex[a.10] ergo accepto consilio Gwelfoni — sedem regni cum regalibus reliquit filiumque suum Fridericum adhuc puerum cum ducatu Sweviae et omni suo patrimonio fidei illius commendavit, et sic in pace migravit[a].

Fridericus imperator[b], filius Friderici ducis et Iudintae[c] sororis Welfonis, regnavit anno ab incarnatione Domini 1152[d]. Hic avunculo suo Welfoni marchiam Tusciae, ducatum Spoleti, principatum

a) Rex — migravit *des.* 1; *praecedunt in* 2. Egressi itaque per Ungariam — provida deliberatione confirmavit *ex Hist. Welf. c.* 27. 28. b) *deest* 1. c) Iundinthae 2. d) r. a. ab i. d. 1152 *manu secunda, quae a.* 1190 *pergit, addita* 1.

7) V. supra p. 456 sub signo 1*. 8) Innocentii III. papae nomen quidem, non vero annos regiminis adnotat Catalogus pontificum. 9) Cf. Wilmans supra SS. Tom. X, 127 sub 1 C, qui codicem saec. XII. ex. ponit, et not. 22 ibid. 10) Conradus III. scilicet.

Sardiniae, domum comitissae Mahthildis in beneficio tradidit, et Heinrico duci Saxonum, filio Heinrici
avunculi sui, ducatum Bawariae, patruo suo Heinrico de Osterrich[a] ablatum, restituit; tali
compositione facta, ut quae prius marchia, exhinc ducatus per se consisteret[*].

Anno secundo divorcium factum est Constantiae inter Fridericum imperatorem et Adilam filiam Diopoldi Ann. Weing.
marchionis de Foheburc. Sequenti anno Fridericus expeditionem Romanam aggressus est cum Beatrice
uxore sua, filia ditissimi comitis de Sancto Egidio, in qua imperiali — revertens. Post haec imperator
secundo expeditionem — anno videlicet 1159. Eo anno piae memoriae Adrianus papa obiit, et Alexandro
canonice electo, scisma periculosissimum inter ipsum Alexandrum et Octavianum cepit.
Circa idem tempus in festo sancti Clementis — Constantiae.

Ea tempestate legati imperatoris[11] a Constantinopolitana urbe reversi quaedam magis
admiranda quam credenda referebant in scriptis huiusmodi, et hoc ex relatione Gabulensis
Episcopi de Syria. Iohannes quidam presbyter ultra — smaragdino uti dicatur. Eiusdem vero Iohannis Ott. Fris. Chr. VII, 33
quanta sit dignitas et potentia, plenius cognosci poterit ex epistola quam idem Emmanueli
imperatori Grecorum per apocrisarium suum misit[12]. Sed nunc redeamus ad ordinem.
Imperator Fridericus tercio expeditionem — Alexandriam. Tercio post haec anno unio ecclesiae — Heinricum Ann. Weing.
ducem Saxonum et Bawarorum filium avunculi sui duobus annis bellis attritum iudicio principum exilii pro-
scriptione dampnavit, et[b] ducatum Saxoniae Bernardo, filio Alberti marchionis de Anehalde,
Noricum vero Ottoni palatino comiti de Witilinspach concessit[b]. Quarto post haec anno
filii imperatoris Friderici — de Anglia reversus est, utroque ducatu cum beneficiis omnibus nec non patri-
monio destitutus, exceptis Brunswich et Luineburc et eorum appendiciis.

Sub hoc tempore Saladinus Sarracenus, ut aiunt, rex Babiloniae cum innumerabili 1187.
exercitu trans Iordanem veniens, omnem Palestinam et maritimam occupavit, ipsam Christi
urbem Hierusalem cum reliquis civitatibus et castellis cepit, exceptis Tripoli et Sôr, quae
et Tyrus, et Anthiochia et paucis castellis. Cuius facti miserabilem casum principes trans-
marinae ecclesiae et ceteri christianae professionis homines lacrimabili conquestione ad
aures Romani summi pontificis et serenissimi imperatoris Friderici curaverunt destinare.
Verum continentia literarum tam inopinabile malum explicans circa festum beati Clementis Nov. 23.
in haec verba cepit publice recitari:

*Accidit prima die Maii, quod venerabilis frater Gyrardus de Bidefort[c] magister miliciae* Mai. 1.
*Templi cum fratre Hursone, eiusdem domus senescalco, et fratre Robberto Frauiel marschalco et fratre Laquilino de Mali, strenuo milite, et venerabili fratre Rogerio de Molina, magistro Hospitalis, et aliis fratribus pro pace querenda cum Tripolitano comite[13], qui malignabatur adversus regem Hierosolimitanum, Tyberiadim pergerent. Turchi vero, maximo exercitu barbarorum congregato, ipsa die summo diluculo terram Nazareth intraverunt, vastantes et depredantes eam ab ipsa civitate sancta, in qua angelus Gabriel beatissimae Virgini apparuit, usque Achor. Igitur cum tam pertimescendus rumor auribus venerabilium nunciorum predictorum, fratrum Girardi de Bidefort[d] magistri Templi et magistri Hospitalis et ceterorum, insonaret, consulentes Dominum exercituum et in eo confidentes in cuius manu est victoria, et antiquorum facta*

* *Cod. 1 de sequentibus usque ad finem nil habet nisi haec:* Hic secundo expeditione in Italiam facta contra rebelles Mediolanenses, turribus tandem civitatis depositis eos subegit, anno regni sui septimo. Eo anno defuncto Adriano papa, scisma inter Alexandrum et Octavianum coepit.

Orta demum guerra, idem imperator Heinricum ducem Saxonum et Bawarorum, filium avunculi sui et Welfonis fratruelem, duobus annis bellis attritum, ablato utroque ducatu nec non beneficiis et praediis, exilii proscriptione dampnavit.

Sub hoc etiam Saladinus rex Babyloniae, omni Palaestina occupata, ipsam Christi urbem Hierusalem cępit, anno ab incarnatione Domini 1187. Anno dehinc tertio circa festum sancti Georii, imperator Hierosolimis expeditionem movit cum filio Friderico duce Swevorum et episcopis et comitibus et innumerabili multitudine electorum militum. Transiens[e] autem hiemavit in Grecia, et circa pascha cum omni multitudine transvectus brachium sancti Georgii, quod est mare Proponticum, cum incredibili periculo suorum tandem circa pentecosten venit Iconium. Qua subacta et omni recreato exercitu, cum summa alacritate ceptum iter aggreditur. Sed occulto Dei iudicio inter montes Angae lacrimabili obitu vita privatus, anno regni sui 38. Huius vero filius *etc.* — anno ab incarnatione Domini 1191.

a) Osterich 1. b) et ducatum — concessit *alia manu adduntur in margine* 2. c) *sic correxi pro* Ridefor *et infra* Ridefort 2. d) Ridefort 2. e) *incipit alia manus coaeva, nullo spatio interiecto in* 1.

11) De his legatis imperatoris Otto Frising. in Chronico nil habet. 12) Haec epistola eodem hoc codice inferius per extensum continetur. 13) Raimondo.

*commemorantes, congregaverunt modicam cohortem christianorum cum ipsa patrimonium Christi cupientes defendere. Exeuntes ergo de quodam castello Templi quod Faba*[14] *nuncupatur, direxerunt acies suas contra inimicos crucifixi, et obviaverunt eis ultra Nazereth in loco qui dicitur Casel Robert*[15]. *Ilico communientes se signo sanctae crucis dicentes:* nobis vivere Christus est et mori lucrum, *invaserunt eos; et propter peccata christianorum dedit eos Dominus in manus inimicorum suorum; et ceciderunt in medio campo magister Hospitalis et frater Robbertus Frauiel*[a], *et frater Laquelinus de Mali et plures alii strennui milites; pauci vero terga vertentes fugam arripuerunt. Inimici quoque Christi, collectis interfectorum spoliis, flumen Iordanis transiverunt. Quid plura? Ex tunc vastabat foris gladius et intus pavor. Interim Saladinus combustis universis frugibus et arboribus, et vineis extirpatis montis terre regalis, reversus est Damascum, et interim exercitu multiplicato cuius numerus numerum excedebat, venit ad pontem Tyberiadis; et fixis tentoriis mansit ibi, et post plurimos dies terram cum omni exercitu suo intravit, et Tyberiadem obsedit, et post diem tertium civitatem vi cepit. Rex autem Hierosolimitanus*[16], *qui cum exercitu suo ad fontem Saforiae tentoria et papiliones fixerat vel tetenderat, rumorem audiens accepto consilio a Templariis et Hospitalariis et ceteris probis hominibus, existimavit dispositis turmis suis civitati succurrere. Saladinus vero audiens regem venientem, perrexit obviam ei, et obviavit exercitus exercitui. Fuitque ibi clangor bucinae et strepitus equorum, et conclusit Dominus in gladio populum suum. Quid amplius loquamur? proh dolor! venerabilis Bernardus Liddensis episcopus capitis obtruncatione martyr effectus est, et domnus Rufinus Achornensis episcopus, qui crucem dominicam baiolabat, sagitta percussus tandem mortuus est. Ipsa vero crux dominica, in qua de latere Christi sanguis et aqua manavit, capta est, et rex in captivitatem ductus est, magister Templi et Aymericus, frater regis, et comestabulus et nobilissimus princeps Reynaldus*[17], *qui propria manu Saladini peremptus est, et alii christiani, quorum nomina longum est enarrare, tam servientes quam milites, tam seculares quam venerabiles fratres Templi et Hospitalis, alii sagittati, alii lanceis perforati, alii gladiis truncati, pro defensione christianitatis vitam finiverunt. Volens itaque predictus tyrannus virtutem dominicae crucis experiri, in presentia principum exercitus sui fecit eam in ignem vehementem prosterni, sed cum ilico egrederetur, stupefactus iussit eam in suo thesauro vehementer et reverenter custodiri. Haec igitur vobis notificamus lacrimabiliter deprecantes, quatinus pro redemptione animarum vestrarum terrae, quam Christus suo sanguine consecravit, consilio et auxilio vestro succurrere dignemini, nec eam ab inimicis Christi diutius coinquinari patiamini. Facta sunt autem haec anno ab incarnatione Domini* 1187.

1188. Sequenti anno Fridericus imperator Romanorum dominica in medio quadragesimae Mart. 27. curiam Moguntiae cum principibus et prelatis ecclesie habuit. Ubi recitatis literis de contritione transmarinae aecclesiae, ipse dominus imperator et filius eius Fridericus dux Swevorum cum episcopis, comitibus et innumerabili multitudine signo crucis accepto, expeditionem Hierosolimis disposuit.

1189. Item subsequenti anno circa festum sancti Georgii imperator expeditionem movit cum April. 24. filio Friderico et comitibus et episcopis et innumerabili multitudine electorum militum. 1190. Transiens autem per Ungariam in Greciam, hyemavit Andrianopoli, et sopito tunc demum quod inter ipsum et fratrem suum imperatorem Constantinopolitanum fuerat dissensionis scandalo, accepit ab eo octingentos obsides usque Iconium deducendos; et ministrante Mart. 25. Greco mille quingentas naves et viginti galeas in festo paschae brachium sancti Georgii, quod est mare Proponticum, omnem exercitum sanctae crucis traiecit septem diebus, ita quod nec unus homo periclitatus est. Ubi magnos legatos soldani multae devotionis baiolos accepit, et sic cum inumerabili periculo suorum tam ex fame quam ex itineris asperitate et frequenti paganorum incursione, circumventus et desolatus tam ab obsidibus Grecis quam Mai. 13. a legatis soldani, tandem circa pentecosten venit Iconium. Qua subacta, et omni recreato exercitu, cum summa alacritate ceptum iter aggreditur. Ubi cum summo honore a rege Leone christianissimo cum sua gente inter montes Ange[18] suscipitur, set occulto Dei iudicio inter ipsos montes in quodam flumine prefocatus, lacrimabili obitu vita privatur, anno regni

a) Franiel 2.

14) la Fève. 15) *Castel Robert* legendum censuit Hess; pugna facta est ad fluvium Kischon. 16) Wido de Lusignan. 17) de Chatillon. 18) Hos montes ex libro Iudith c. 2. v. 12. transtulisse videtur chronographus hic noster. H.

sui 38. Huius vero filius dux Fridericus princeps tocius exercitus constitutus Anthiochiae[a] veniens, carnem quidem[b] patris honorifice tumulavit, set ossa usque Accharon[c] transtulit, ubi et ipse cum multis nobilibus migravit.

Heinricus imperator[d], filius Friderici imperatoris, regnavit anno ab incarnatione Domini 1191.

*Continuatio codicis* 1.

Anno[e] 1191. 18. Kal. Ianuarias Welfo nobilis Altorfensis, principum nostrorum illustrissimus, Heinrici ducis videlicet et Woulfhildis filius, carne solutus migravit a seculo. In quo nobilitas Altorfensium non mediocriter completa desiit. Innatam siquidem nobilitatem virtutum ampliavit moribus, seculari etiam dignitate plenissime praeditus, circa statum spiritalis vitae summa vigilare studuit diligentia. Quid plura? Cottidie pauperum continuavit expensas, atque donis munificentiae suae monasteriorum vel aecclesiarum discrete supplevit indigentiam. Monasterio etenim Winigartensi principaliter a parentibus suis fundato, speciali condescendit benivolentia, et fratribus Deo et sancto Martino ibidem servientibus inter alia beneficia tradidit Berge et Willare cum non modica familia et suis appendiciis. Fratribus etiam in Augea pro remedio animae suae contulit praedium in Fidanshovin[19]. In montanis etiam claustrum Steingadim dictum a primaria fundatione constituit, quod suae providit sepulturae, quod et consecratione et multa dote ditavit. Quibus ex ordine rerum ita dispositis, nobile patrimonium cum praediis necnon advocatiis et ministerialibus Friderico Romanorum imperatori, filio videlicet sororis suae et filio illius Friderico duci Suevorum sub iure possessionis contulit. Quibus in expedicione Hierosolimitana mortuis, idem Welfo propter innatam familiaritatem et consanguinitatis lineam, praedictum patrimonium cum omnibus suis pertinentiis Heinrico illustri Romanorum imperatori sub hereditaria possessione contradidit.

*Diffusa late Welfonum nobilitate,*
*Nomine postremus obit et virtute supremus.*
*Sublato fatis hoc principe nobilitatis,*
*Gloria multorum ruit et lux aurea morum!*
*Plangant orbati vitam ducis incinerati,*
*Mortis in edicto qui vivimus ordine ficto,*
*Labimur ut fenum, cum florem perdit amenum.*

*De[f] ordinatione Heinrici imperatoris.* Anno ab incarnatione Domini 1191. Heinricus imperator, filius Friderici imperatoris, magno electorum militum comitatus exercitu circa mediam quadragesimam Romam ingressus est, et a domno apostolico Celestino in secunda feria dominicae resurrectionis gloriose consecratus. Apr. 14. A Roma vero digrediens, cum eodem exercitu Apuliam infestaturus adiit, et obtentis quibusdam castellis, circa mensem Augustum Neapolim obsidione vallavit. Ubi maximum exercitus consecutus est infortunium; nam ex insolita corruptione aeris cecidere quique maiores et nobiles, adeoque excrevit pestis illa miserabilis, ut idem imperator amissis viribus languesceret, et relicta obsidione, per montana rediens, mortalitatem illam quodammodo declinando vix evaderet. Transiens ergo per terminos Alemannie, Welfonem illustrem cognovit occubuisse, cuius omne patrimonium suo mancipavit dominio.

*De capitivitate regis Anglie.* Eodem anno Leopaldus dux Austriae Richardum 1192. regem Anglorum a mari ignotis in partibus vento precipitatum captivavit[20], et quandam habens de eo transmarini negocii querimoniam, imperatori tradidit. Set inter se facta com- 1193. positione idem rex a domno imperatore satis honeste dimissus est[21]. Circa terminum autem eiusdem anni Heinricus imperator casum primae expeditionis animo revolvens, Apuliam consultius disponit invadere; edictaque imperiali curia, cunctos regni sui convocavit principes, illisque paratis ad arma, secunda in Apuliam iuratur expeditio, atque larga militibus dantur stipendia.

*De secunda expeditione.* Anno 1194.[g] Heinricus imperator coadunato milite circa ascensionem Domini, montana transcendit, et a Mediolanensibus cum maximo gloriae Mai. 19. apparatu susceptus, potenti manu totam sibi subiugavit Apuliam. Palernam quoque

a) antiochiae 1. b) corpus *corr.* carnem quidem 1. c) accaron 1; acoharon 2. d) imperator *deest* 1. e) *eadem manu alio tempore addita.* f) *alia manus coaeva incipit.* g) II° *corr.* IV° *in* 1.

19) Fidazhofen. 20) Dec. 21. 21) Febr. 14. imperatori traditus, Iun. 23. dimissus est.

metropolim Siciliae obtinuit, atque Margaritam piratam pessimum cum aliis perfidis captivatum rediens ante se premisit. Utroque ergo regno tam Romanorum quam Syciliae in pace disposito, imperator gloriosus Hierosolimitanum coepit iter disponere, pollicitisque non modicis stipendiis multos accendit ad redimendam civitatem Domini.

Infra[a] idem tempus Chounradus illustris dux Swevorum mota guerra adversus Bertholdum ducem Zaringensem, omnes regni istius pene commovit provincias. Set eodem
1196. Aug. 15. Bertholdo in magno terrore posito, morte preventus in mense Augusto occubuit. Pro cuius requie, ministerialibus et hominibus suis mediantibus, non parva coenobiis donata sunt allodia. Inter quae monasterio Winigartensi collatum est predium in Berngartruite[22] cum aecclesia et omnibus appendiciis nec non familia. Heinricus Romanorum imperator in Apulia positus, audito tristi rumore, ultra quam credi potest animo consternatus est; quippe cuius mesticia ex tanti viri et fratris amissione vix alleviari poterat. Demum resumpta consolatione Philippo fratri suo penes se posito ducatum Sweviae concessit. Qui quamvis puer partes istas ingrediens, terram satis strennue rexit, Herena filia regis Grecorum[23] assumpta in matrimonium, quam pridem imperator devicto Palerno, filio Dancredi desponsatam, illi copulavit.

Anno ab incarnatione Domini 1197. Phylippus illustris dux Swevorum, convocatis cunctis terrae istius principibus, nec non adducta uxore in insigni equitatura in pentecosten
Mai. 25. gloriose arma sumpsit in loco qui Conciolegum dicitur. Transacto postmodum aliquanto tempore, assumptis iterum terrae maioribus, nobili militum apparatu dominum et fratrem suum imperatorem visitare volens, transmontanas partes adiit, ubi infausto quodam exagitatus omine, ut in sequenti linea videbitur, difficulter rediit.

Anno ab incarnatione Domini 1197. Heinricus Romanorum imperator regnum tocius Siciliae, Apuliae et Calabriae potenti manu nullo resistente tenuit. Set postquam multas indigenarum, ut aiunt, evasit insidias, post depositos terrae illius praefectos et tyrannos,
Sept. 28. post direptas munitiones et castella, morte interveniente diem clausit extremum.

*Eximium sydus lucens a sydere refert*[b],
*Quod factor fidus stellis hoc munere prefert.*
*Etheris infixa solio stat clarius una*[c].
*Cornibus innixa noctis fugat abdita luna.*
*Sydera regali sata partu quina ruere,*
*Lege pater tali genitrix sol, luna fuere*[d].

*Continuatio codicis 2.*

Opere precium est hic inserere divisionem ab imperatore Friderico factam inter filios suos, instante videlicet expeditione transmarina, quae talis erat: Heinrico iam pridem in regem inuncto procurationem imperii commendavit. Friderico cum ducatu Swevorum omne patrimonium tam Altorfensium quam Roudolfi comitis de Phullindorf concessit. Counrado cum Egire patrimonium Friderici ducis filii Counradi regis in Wizimburc[24] et Rotimburc tradidit. Ottoni cum patrimonio matris suae quaedam beneficia reliquit. Philippum vero minimum cuidam scolastico Coloniensi in clericum educandum commisit.

1190. Igitur imperator Heinricus, sopita gwerra inter se et Heinricum ducem de Saxonia, duos filios illius maiores[25] obsides accipiens, ex quibus seniorem secum habens Romam cum exercitu venit, et apostolica benedictione coronatus regnavit. Eo tempore defuncto Willihelmo rege Siculorum, Dancredus quidam Siciliam invaserat. Quem imperator dum eicere disponit, a Neapolitanis resistentibus, in quorum obsidione laborabat, est impeditus, multisque de exercitu mortalitate percussis, cum et ipse infirmitate desperabili teneretur, quum[e] eciam de fratris obitu, Friderici ducis, ibidem certificaretur, vix recuperata salute anno sequenti revertitur. Heinricus vero dux iunior, quem pro obside illo adduxerat, circumventum se dolens ad Neapolitanos confugerat. Quorum consilio et auxilio ad portum Massiliae descendens evasit, et sic per Galliam in Saxoniam ad patrem pervenit.

1191. In instanti vero defuncto nobilissimo principe Welfone ultimo, imperator ex Italia regressus,
Cont. Staing. occurrit in Buoirron, et illuc exanimi corpore delato exequias funeris satis honesto celebravit obsequio. Sicque tam ducatum Swevorum quam omne patrimonium Altorfensium per suos ad tempus disponens, tandem fratri suo Counrado ipsum ducatum cum supradicto patrimonio concessit.

a) *alia manus incipit coaeva vel paullo posterior.* b) *superscriptum* id est differt 1. c) *superscriptum* scilicet stella 1. d) *explicit* 1. e) quum 2.

22) Hodie vulgo Bergettreuta trans silvam ad viam regiam, qua Ravensburgo Memingam pergitur, iacet. H.
23) Isaaci Angeli. 24) Weissenburg prope Eichstädt. 25) Heinricum scilicet et Luderum.

Ea tempestate rex Anglorum a transmarinis partibus rediens versus Aquilegiam contra 1192. voluntatem devectus, dum per Carinthiam et Orientalem provinciam repatriare temptabat, a Liupoldo Orientalium duce ob quoddam latens odium per insidias comprehensus, imperatori Ratispone presentatur. Cuius iussu in confinia Reni deportatus in castro Trivelsa sub diligenti custodia prope per annum tenetur. Tandemque centum milia marcas argenti persolvens et hominium imperatori faciens, liber in sua revertitur.

Tempore sub eodem imperator habita curia Moguntiae[26] in pentecosten Counrado fratri 1193. Mai. 25. suo et Ludewico filio Ottonis ducis Bawariae arma sumenda ministravit, sed et utrique ducatum suum confirmavit. Ubi Heinricum filium Heinrici ducis Saxoniae gratia sua privatum hostem publice pronuntiavit, eiusque sponsam filiam Counradi palatini, patrui sui, Ludewico duci Noricorum matrimonio coniungere modis omnibus laborabat. Heinricus vero, tali machinatione imperatoris cognita, dubiae se sorti tradens, sub specie peregrinationis 1194. cum quibusdam suis fidelibus ad castrum Stâlegge festinanter accessit. Ubi inventa sponsa sua, matre puellae mediante, potitus est uxore. Quod factum dum ad aures imperatoris delatum est, efferatus animo adversus palatinum patruum suum, qui eo tempore secum in Spira morabatur, minis et ira vehementer exarsit. Tandem palatino cum principibus et amicis agente, imperator eundem Heinricum in gratiam recepit, factoque sibi sacramento, palatium cum suo iure illi concessit, et sic gwerra inter eos hactenus agitata decisa est.

Post haec imperator Heinricus, largissime donativo erogato, circa pentecosten, Mai. 29. assumpto Phylippo fratre suo minimo et Heinrico palatino cognato suo, procinctum movit in Apuliam, tam navali bello quam strenuo milite capturus Siciliam. Dancredo vero viam universae carnis iam ingresso, cunctisque nobilibus venienti imperatori ad deditionem occurrentibus, tam Siciliam quam Galabriam et Apuliam sine Marte cepit. Denique filiam imperatoris Greciae, nomine Hyrene, infra nubiles annos positam, quam in palatio Palernensi invenit, Phylippo fratri suo in matrimonio coniunxit, in beneficio traditis ei Tuscia cum Spoleto et omni domo domnae Mahthildis. Sicque omnibus pro voluntate illic dispositis, uxorem suam, scilicet filiam Rogerii, cum parvulo filio quem ex ea habuit in Sicilia reliquit, et anno sequenti regressus est.

Postea vero absque exercitu imperator Italiam tercio ingreditur anno ab incarnatione Domini 1196. Eo anno Counrado duce Swevorum imperatoris fratre mortuo, Phylippus frater ipsorum iunior, ab imperatore suscepto ducatu Swevorum, a Tuscia in successorem fratris dirigitur. Ipse vero imperator in Sicilia constitutus, dum de insidiatoribus regni sui sollicitus causaretur, quendam Riscardum nobilem comitem comprehensum execrabili suspendio dampnavit. Ea quoque tempestate Margaritam quondam famosum piratam, quem iam dudum in confinia Reni cum filio eiusdem Riscardi et quodam parvulo filio Dancredi Siculorum tyranni nec non et aliis episcopis, abbatibus et mulieribus per captivitatem transtulerat, missa legatione quosdam exoculari, quosdam incarcerari ab invicem separatos precepit. Eapropter dum plures Apulorum adversus eum malignarentur, callide comprehensos quotquot habebat suspectos, exquisitis et crudelissimis mortibus extirpavit. Ipse vero potentialiter regnans tam Siciliam quam Calabriam et Apuliam dum omnimodis edomitas sibique substratas prout iuvenis gloriatur, subito dolore correptus, anno imperii sui septimo circa festum sancti Michahelis inmatura morte decedit, anno ab incarnatione Domini 1197.

---

## CONTINUATIO HONORII AUGUSTODUNENSIS[a]

Quo decedente quemadmodum in kathalogo Romanorum regum[27] presignatum est, 1197 Phylippus frater eius minimus, qui Counrado duci Suevorum, fratri videlicet utriusque, in ducatum successerat, evocatus ab imperatore cum trecentis loricis Tusciam intraverat, ubi dum pro recreatione suorum in castro quod dicitur Mons Flasci[28] moraretur, vix de morte fratris imperatoris scilicet ad certum edoctus, redire maturavit, et non sine gravi periculo suorum evadens Augustam devenit. Exin profectus in confinia Reni a cunctis optimatibus regnique fidelibus cum alacritate multa suscipitur, et proxima nativitate dominica in Hagenou Dec. 25. peracta, quotquot regales thesauros illic invenit, large donando distribuit. His ita gestis 1198. citra ultraque Renum usque Mosam regni negotiis pro voluntate dispositis, proxima dominica mediae quadragesimae collectis principibus sibi faventibus, in Northusen regni apicem

a) *e cod.* 2.

26) immo Wormatiae. 27) id est in Chronico Hugonis a S. Victore, in quo in codice nostro nomen Philippi adhuc occurrit posteriore manu scriptum in calce Catalogi pontificum. 28) Montefiascone.

affectavit. Astipulantibus itaque principibus, quorum precipui archiepiscopus[a] Parthenopolensis, dux Noricorum, dux Saxonum, preses Turingiae, marchio de Misne cum aliis quam pluribus, singulis largis muneribus, beneficiis et promissionibus illectis, in Arnsperch[29] rex creatur. De cetero Coloniensis archiepiscopus malignabatur adversus eum, electionemque talem calumpnians cui nec Moguntinus archiepiscopus seu palatinus regalis aulae interfuerint — siquidem in transmarinis partibus morabantur —, conspirantibus secum episcopo de Argentina cum universis episcopis et principibus trans Mosam Ottonem, filium Heinrici ducis Saxoniae, Colonie vocatum regem creant. Que res seminarium cruentissimae discordiae fuit. Otto siquidem consilio et auxilio cunctorum suae partis ad urbem Aquisgrani descendit, et eiectis inde militibus quibus eandem urbem rex Philippus preoccupaverat, in
Iul. 12. throno regali solemniter a quodam cardinale et episcopo Coloniensi coronatus est. Exhinc procinctus moventur, exercitus congregantur, vastationes et incendia provinciarum tam ecclesiarum quam civitatum secuntur, sed magis ex parte Philippi, Ottone solummodo ad defendendum se laborante. Porro Philippus dum nullo conatu Aquasgrani posset adipisci, anno regni sui tercio indicta curia Moguntiae principes totius partis superioris regni coadunavit, et presentibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus et comitibus et innumerabili populo, nec non rege Boemiae cum multis Saxonibus a patriarcha Aquileiae, presente Counrado episcopo Moguntino solemniter consecratus, regalibus cum corona potentialiter potitus est. Post inde inaudita et futuris seculis incredibilia rursus annis duobus
1203. patrantur piacula. Tandem presidem Turingiae, qui prevaricans a se recesserat, rex
1204. Philippus ad deditionem coegit. Cui et Heinricus palatinus, frater scilicet Ottonis regis, tum necessitate coactus tum muneribus delibutus, se dedidit, et hominio prebito, quedam beneficia cum palatio recepit.

Ea tempestate Adoldus Coloniensis episcopus et ipse muneribus corruptus, Ottone relicto, deditionem fecit, et hominio regi Philippo cum sacramento facto, a suis civibus statim est eiectus, illis in animositate sua cum rege perseverantibus. Rex itaque Philippus exercitu pergrandi collecto, consilio et auxilio Coloniensis episcopi nec non Heinrici palatini, ducis quoque de Brabanden Aquisgrani descendit, et in throno regali ab archiepiscopis,
1206. scilicet Coloniensi et Treverensi, una cum regina sua gloriosissime coronatus est. Item
Ian. 6. procedente tempore Philippus rex cum procinctu Coloniam iam secundo invadit, et omine fausto magis adiutus quam vi, aciem procedentem ad pugnam, cui Bruno episcopus inter-
Sept. erat, qui ex mandato domni apostolici loco Adoldi episcopus tunc ordinatus fuerat, cuiusdam ducis perfidi nomine Walram[30] consilio premonitus, exterruit, fugavit et in quandam munitionem ire coegit. Ubi dum alii vulnerantur, alii occiduntur, reliqui cum episcopo suo capiuntur; sed dimissis omnibus episcopus Bruno solus abducitur et in Retiam Curiensem transportatus in castro Amedes[31] non sine vinculis servandus committitur.

1207. Hactenus tali gwerra inter Philippum et Ottonem protracta, tandem missi sunt duo cardinales ab apostolico ad pacem et compositionem inter reges faciendam. Sed et ipsi post multos tractatus infecto negotio Romam regressi sunt. Cum ecce ex divine potentie iussione seu permissione Philippus, ad vastandum Ottonem exercitu premisso, dum minus caute in Babenberch in cubiculo meridiana quiete pausaret, palatinus de Wittelinisbach, omnium perfidorum perfidissimus, inopinate subiit et velut iocando gladium gutturi gloriosi regis inmergens, solo ictu inermem vita privavit, anno videlicet undecimo ex quo regnare
1208. cepit, 10. Kal. Iulii, fretusque suis quos pre foribus ibidem isdem palatinus locaverat, illesus
Iun. 22. evasit. Regis[b] vero relicta Hyrene regina post decem ebdomadas plus minusve ex difficultate pariendi laborans, obitu miserabili decessit. Facta sunt autem hec anno magni cycli 152, solaris cicli 13, decennovalis 12, lunaris 8, indictione undecima, epacta una, concurrentibus duobus. Ea tempestate filii Belial, diabolico furore se propellente, res ecclesiasticas tam monasteriorum quam aecclesiarum tam intrinsecus quam extrinsecus diripientes, sed precipue per Sueviam et Alemanniam in locis que sub regis Philippi ditione et tuitione principaliter constiterant pene mortiferum fumum et nebulam desperationis et timoris invexerant.

Anno Domini 1208. Otto rex, filius Heinrici ducis Saxonie, universis pene principibus
Nov. 11. et optimatibus Romani regni coadunatis in Franchonwurth in festo sancti Martini, omnium voluntate nec non favore regno potitus est.

a) *post add. 2.* b) *haec posteriore tempore addita.*

29) immo Arnstadt, die 26. mensis Martii. 30) de Limburg. 31) Altenems seu Hohenems. H.

# GISLEBERTI
## CHRONICON HANONIENSE.
### EDIDIT WILHELMUS ARNDT PH. D.

*Edituris chronicon Gisleberti inprimis de auctore ipso videndum erit; nam cuius momenti sit narratio illius, magis elucebit, quum eum inde a iuventute usque ad senilem aetatem semper in curia comitum Hanoniensium versatum et gravissimis negotiis implicatum offendamus. Certe quidem tale tantique viri opus maximi erit aestimandum, quum per medium aevum raro advenerit, quod vir in mediis rei publicae negotiis positus otium suum stilo consecraverit, quin immo maxima auctorum pars monasterii sepibus clausa nil referat nisi domestica, magna autem gesta, facta, consilia principum eis fere semper incognita sint, vel haud bene perspecta. Comparandus igitur ante omnes Gislebertus noster Ottoni episcopo Frisingensi continuatorique Ragewino, qui ex vicissitudinibus, quae inter eos et Fridericum imperatorem intercedebant, imaginem nobis Friderici perfectissimam repraesentaverunt, vel etiam illustribus Ianuensium rerum scriptoribus, quorum agmen venerabilis ille senex Cafarus ducit; nam sicuti apud illos persona Friderici quasi centrum est unde radii excurrant, ita apud Gislebertum Balduinus quintus comes Hanoniensis similem occupat locum, et Cafaro aequiparandus Noster, quum senex historiam scribendo rationem dederit variorum negotiorum pro patria perpetratorum. Multum autem de vita Gisleberti cognitum habemus, tum ex chronico tum ex chartis, ita ut eum per quinquaginta fere annos persequi liceat. Pro chartis autem non solum libros impressos adivimus, sed etiam Bruxellensis, Montensis, Namucensis, Insulensis archivorum thesauros, ita ut non parva earum copia in unum a nobis collecta redactaque sit. Proponemus igitur in hac praefatione 1) regesta diplomatum quae Gisleberti mentionem faciunt, 2) vitam eiusdem adumbrabimus 3) de operibus eius praesertim de chronico, nec non 4) de codicibus manuscriptis a nobis ad novam editionem adornandam adhibitis dicemus.*

§. 1. 1175. *Balduinus V. de pace inter ecclesiam sancti Amandi et Karolum de Fraxinio.* — Ego Gillebertus comitis capellanus scripsi et sigillo munivi. — *Chartul. S. Amandi in archivo Insulensi, vol. II. (Liber albus) Nr.* 155. 1.

1178. *Balduinus V. pronuntiat quod Maniscendis comitissa Clarembaldo Altimontensis ecclesiae sancti Petri abbati allodium in territorio de Harigni dederit.* — Ego Gislebertus capellanus et cancellarius predicte donationi interfui, cartam scripsi et sigillo munivi. — *Duvivier Recherches sur l'ancien état du Hainaut. Bruxelles* 1866. *p.* 613—615. *Nr.* 143. 2.

1180. *Nov. Montibus. Balduinus V. confirmat donationem Iacobi de Avennis pro abbatia Alnensi.* — Actum Montibus per manum Gilberti secundi notarii mei. — *Devillers Description analytique de cartulaires et de chartriers du Hainaut. I. p.* 260. 261. 3.

1180. *s. d. Valencenis. Balduinus V.* . . . notum facio quod ecclesiam Valcenensem a parte winagii que in Hasprensi villa me contingebat eundo, redeundo, ducendo, portando liberam et quietam divine misericordie intuitu concessi esse, videlicet super universis que huius aecclesiae fratrum victui et eorum vestimentis et sui monasterii et suarum

mansionum edificationi, reedificationi et reparationi et omnibus usuariis suis oportunis forent necessaria — Datum per manum Gisleberti secundi notarii mei. — *Originale in archico Insulensi, fond de Vaucelles carton 2.* **4.**

1182. *Mart.* 30. *Montibus. Balduinus V. interventu Clarenbaldi abbatis Altimontensis suscepit in sua custodia nemus in territorio de Lovroeles pro annuali censu 20 solidorum monetae Valencenienis.* — Datum per manum Gisleberti secundi notarii mei. — *Devillers l. c. III. p.* 131 *sq.* **5.**

1182. *s. d. Bulceni. Balduinus V. declarat quod Walterus de Hunecurt decimam apud Nivir ecclesiae sancti Autberti Cameracensi legitime donaverit.* — Actum Bulceni per manum Gisleberti secundi notarii nostri. — *Originale in archivo Insulensi, fond S. Aubert, carton* 3. **6.**

1183. *Apr.* 1. *Heinricus comes Namucensis et Lusceleburgensis dedit Balduino V. omnia allodia sua.* — Actum per manus Roberti notarii mei Namucensis ecclesiae S. Petri praepositi, et Gilleberti clerici eiusdem ecclesiae canonici, prima die mensis Aprilis, in territorio de Gerpinis a. d. i. 1184.[1] — *Reiffenberg, Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur etc. I,* 128. **7.**

1183. *Apr. Leodii. Rodulfus episcopus Leodiensis cedit Balduino V. consobrino suo totam haereditatem sibi ab avunculo Heinrico comite Namucensi proventuram.* — Actum Leodii per manus Ionae clerici mei et Gilleberti clerici comitis Hainoensis. — *ibidem p.* 307 *sq. Orig. in arch. Bruxell.* **8.**

1183. *Nov. Abbatia S. Dionysii in Brocqueroye eligit Balduinum V. in advocatum eique cedit servos aliquot et ancillas.* — Actum per manum Gilleberti secundi notarii comitis Hainoensis. — *Miraeus III,* 574. *Originale in archivo Montensi, Tresorerie des chartes Nr.* 3. **9.**

1184. *Balduinus V. confirmat iura et consuetudines villae ac praepositurae Hasprensis, cuius sese et successores suos Hannoniae comites advocatiam habere cognoscit.* Actum per manum Gilleberti notarii mei. — *Miraeus III,* 351—353. *Martène et Durand Coll. I,* 962—965. **10.**

1188.[2] *Balduinus V. confirmat Heinrici de Senzelle donationem pro abbatia Alnensi.* — Actum per manum Gisleberti cancellarii mei, Montium prepositi et custodis. *Devillers l. c. I,* 262 *sq.* **11.**

1192. In nomine sancte et individue Trinitatis. Balduinus comes Flandrie et Hainoie et marchio Namuci primus, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Notum et certum vestre fieri volo discretioni, quod cum Deus omnipotens ad honorem Namucensis castri, quod me ex parte avunculi mei Henrici comitis Namuci et Lusceleborc iure hereditario contingebat, me sublimasset, et dominus Henricus sextus Romanorum imperator gloriosissimus ex honore ipsius castri et eius appendiciis me marchionem et principem imperii, preeunte principum suorum iudicio et eorum subveniente consilio, fecisset, intuitu caritatis et elemosine dedi ecclesie sancti Albani in Namuco quoquo anno 24 solidos denariorum Namucensis monete in censibus meis de villa et barbata que[3] Novavilla nominatur[4], ita inquam quod 12 solidos[5] in natali Domini, et 12 solidos[5] in festo sancti Iohannis baptiste ipsa ecclesia sancti Albani sine difficultate aliqua et dilatione accipiat. Denarii quidem illi in reparationem ipsius ecclesie convertendi sunt. Si vero nulla reparationis necessitas apparuerit, ipsi denarii in luminare ecclesie convertentur. Ut autem hoc ratum habeatur, et inviolatum permaneat, scripto annotatum et sigilli mei appensione signatum confirmavi et subscriptis testibus tam nobilibus quam ministerialibus corroboravi. Signum nobilium: Willelmi fratris mei, Nicolai de Barbentione, Clarenbaldi de Altaripa, Gerardi, Alardi et Henrici de Mula, Symonis de Mosam, Nicolay de Geslin, Philippi de Werda. Signum ministerialium: Willelmi et Nycholai de Mighesiis, Henrici de Aucrepia, Iberti de Ays et Iberti filii eius. Signum clericorum: Gilleberti Sancti Germani in Montibus et Sancti Albani in Namuco prepositi et custodis, Hermanni decani Sancti Albani. Actum per manum Gilleberti predicti in Hainoa et in Namuco cancellarii mei, anno d. i. 1192, Celestino papa tercio Romane ecclesie pontificatum gerente, Henrico sexto imperatore augusto Romanis imperante. — *Ex chartulario S. Albani saec. XIV. in archivo Bruxellensi asservato f.* 30. *Aeque invenitur in chartulario S. Albani archivi Namucensis f.* 7 *Nr.* 19. *Typis valde mendose datum apud Miraeum I,* 294. **12.**

1193. *Balduinus V. protegit ecclesiam S. Waldetrudis Montensem contra homines de Binchio. Inter testes memoratur:* Gillebertus prepositus. — *Duvivier l. c. p.* 654 *sq. Nr.* 150 *sexies.* **13.**

1193. *Donatio Clementiae de Goegnies monasterio Alnensi facta.* Huius rei testes sunt: — Gillebertus prepositus de Mons. — *In regestis apud Devillers l. c. I. p.* 104. *Nr.* 314. **14.**

1194. *Valencenis. Balduinus V. probat donationem abbatiae Altimontensi per Balduinum de Sancto Remigio factam.* — Testes: Gislebertus Montensis et Namucensis praepositus. — *In regestis apud Devillers l. c. III,* 137. 138. **15.**

1194. *Compromissio inter ecclesiam Hasnoniensem, Balduinum V. et Nicolaum de Ruminio de nemore de Brokeroie. Inter testes memoratur:* Gillebertus Montensis et Namucensis prepositus. — *Reiffenberg Monuments etc. I,* 319 *sq. Originale in tabulario Montensi (Trésorerie des chartes Nr. 7) inspeximus.* **16.**

1195. *Mai. Montibus in monasterio S. Waldetrudis. Heinricus castellanus Montensis remisit in manus Balduini V. quidquid habebat in Offies, qui id cedit Hospitali Ierosolimitano sub annuo censu 20 solidorum dando ecclesiae S. Waldetrudis. Inter fideles comitis Hainoensis testis commemoratur* Gillebertus Sancti Germani Montensis prepositus, *inter testes ecclesiae S. Waldetrudis Montensis* Gillebertus viceprepositus et custos et canonicus. — *Devillers l. c. II,* 50 *sq. Originale habetur in tabulario Montensi, fond S. Waudru. Mons* 752. **17.**

1195. *Dec.* 8. *(Montibus.) Balduinus V. cum Montensis ecclesiae dominus et abbas esset et de iure abbatiae in maiori parte allodiorum cum ipsa ecclesia participaret, recognovit et confirmavit quod*

1) v. infra Gislebertum ipsum fol. 42, ubi hanc chartam a. 1183 datam esse ostendimus. 2) certe post Nov. eiusdem anni datum, cf f. 89'. 3) et *chartulare.* 4) *sic chartul.* 5) solidi *chartul.*

*ipse et successores Montensem ecclesiam a constagiis, quae a summo pontifice et eius cardinalibus et legatis et a domino Remensi archiepiscopo et a domino Cameracensi quandocunque requiruntur, quae quidem gistae vel porsonia dicuntur, prorsus debeant liberare, et si necesse fuerit pro ipsa ecclesia constagia illa exsolvere. Inter testes:* Gislebertus prepositus S. Germani Montensis. *Inter testes ecclesiae:* Gislebertus predictus ipsius ecclesiae viceprepositus et custos. — *Originale invenitur in archivo Montensi, fond S. Waudru, Mons* 733. **18.**

1195. *Dec.* 8. *Balduinus V. pro ecclesia S. Waldetrudis.* — De hominibus ipsius comitis testes: Gislebertus prepositus S. Germani Montensis. — *Duvivier l. c. p.* 657 *sq. Nr.* 152. **19.**

1195. *Dec.* 8. *Balduinus V. fundat ac dotat altare S. Iacobi in Montensi S. Waldetrudis basilica.* — De hominibus comitis testes: Gislebertus prepositus S. Germani Montensis. — De ecclesia testes: — Gislebertus predictus ipsius ecclesie viceprepositus et custos. — *In transsumpto apud Miraeum I,* 107-109. *Originale extat in archivo Montensi, Trésorerie des chartes Nr.* 8. **20.**

1195. *Dec.* 8. *Balduinus V. ecclesiae Condatensi b. Mariae in Hannonia benefacit.* — De hominibus ipsius comitis testes: Gislebertus Montensis praepositus. *Miraeus I,* 721. **21.**

1195. *Dec.* 13. *(Montibus.) Balduinus V. in capella sua, quam Valencenis in honore S. Mariae construxit, canonicos instituit. Inter testes* Gislebertus Montensis prepositus. — *Miraeus II,* 981. *Duvivier l. c. p.* 658 *sqq. Nr.* 153. **22.**

1195. *Dec. Balduinus V. donat abbatiae Alnensi sex villas. Inter testes:* Gislebertus Montensis prepositus. — *Devillers l. c. I,* 263 *sqq.* **23.**

1195. *Dec. Balduinus V. reddit abbatiae Altimontensi nemora in locis Harbenchons et Erfreuval. Inter testes:* Gislebertus Montensis prepositus. — *Devillers l. c. III,* 138 *sq.* **24.**

1195. *s. d. et l. Balduinus V. Almanno, Wilhelmi fratris sui filio praebendam unam ecclesiae S. Albani Namucensis confert, eiusque sectionem in duas portiones decernit. Inter testes:* Gillebertus ipsius ecclesie prepositus et custos. — *Miraeus I,* 295. *Invenitur etiam in chartulario S. Albani in tabulario Bruxellensi asservato f.* 39, *quod inspeximus.* **25.**

1196. *Febr. Balduinus VI. confirmat diploma patris de constagiis pro ecclesia S. Waldetrudis solvendis. Inter testes:* Gislebertus prepositus ecclesie S. Germani. *Inter testes ecclesiae S. Waldetrudis:* Gislebertus predictus, ipsius ecclesie viceprepositus et custos. — *Transsumptum in archivo Montensi, fond S. Waudru, Mons Nr.* 755. **26.**

1196 *Febr. Balduinus VI. pronuntiat quod Nicolaus Sancti Germani in Montibus praepositus allodia iniuste possessa ecclesiae sanctae Waldetrudis Montensi restituerit. Inter testes commemoratur:* Gislebertus prepositus S. Germani, eiusdem ecclesie custos. — *Duvivier l. c. p.* 663 *sq. Nr.* 155. **27.**

1196. *Febr. Balduinus VI. pro ecclesia S. Waldetrudis de bonis in Hiung et de bonis olim ab Heinrico castellano Montensi, Balduini castellani filio, Balduino concessis et ab eodem ecclesiae S. Waldetrudis datis. Hic inveniuntur etiam haec verba:* Ad hec ipsius *(sc. Ierosolimitani)* Hospitalis conventus in Francia patri meo intuitu karitatis concessit, quod in ecclesia sua de Offiis quaqua ebdomada, dum viveret pater meus, pro ipsius salute duas missas de beata Maria, post decessum vero ipsius duas missas pro salute anime eius quaqua ebdomada perpetuo celebrari faciet. — *Inter testes commemoratur:* Gislebertus prepositus S. Germani, eiusdem ecclesie *(sc. S. Waldetrudis)* custos. — *Originale asservatur in archivo Montensi, fond St. Waudru, Hion Nr.* 4. **28.**

1196. *Febr. Balduinus VI. confirmat chartam patris de altare S. Iacobi in ecclesia S. Waldetrudis fundato. Inter testes invenitur:* Ghislebertus prepositus S. Germani, eiusdem ecclesie custos. — *Miraeus I,* 109 *sq. Duvivier l. c. p.* 660—663. *Nr.* 154. *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique. III, a.* 1866. *p.* 477—480. **29.**

1197. *Balduinus VI. donat ecclesiae S. Waldetrudis quasdam terras in potestate de Camberone, villam S. Vincentii, et annuos census in potestate de villa Lumbisa. Inter testes ecclesiae Montensis legitur:* Gillebertus prepositus S. Germani, custos et canonicus beate Waldetrudis, *inter eos curiae:* Gillebertus prepositus Montensis. — *Originale extat in archivo Montensi, fond S. Waudru, Mons Nr.* 615. **30.**

1197. *Balduinus VI. monasterio S. Dionysii prope Montes benefacit. Testis:* Gillebertus prepositus Montensis. — *Miraeus I,* 722 *sq.* **31.**

1197. *Balduinus VI. confirmat possessiones abbatiae Dunensis.* — Actum in monasterio de Dunis — Signum Gilberti praepositi de Montibus. — *Miraeus II,* 1320 *sq.* **32.**

1198. *Balduinus VI. abbatiae S. Dionysii prope Montes benefacit. Inter testes invenitur:* Gillebertus praepositus S. Germani in Montibus. — *Miraeus I,* 723. **33.**

1198. *Philippus comes et marchio Namucensis erigit decanatum in ecclesia collegiata S. Petri Namucensi. Inter testes de ecclesia S. Petri legitur:* Gillebertus custos, *inter testes ecclesiae beatae Mariae:* Gillebertus abbas, *inter eos ecclesiae S. Albani:* Gillebertus prepositus. — *Miraeus II,* 1203 *sq. valde mendose. Originale extat in archivo Namucensi, cf. inter Adnexa relationem de infeodatione comitatus Namucensis.* **34.**

1198. *Recognitio capituli Sonegiensis in Hannonia pro variis beneficiis a Balduino comite et Maria eiusdem uxore receptis, necnon fundatio eorum anniversarii. Inter testes:* Gillebertus S. Germani in Montibus prepositus. — *Miraeus III,* 67 *sq., Martène et Durand Coll. I,* 1018 *sqq. Originale extat in archivo Montensi, Trésorerie des chartes Nr.* 9. **35.**

1201. *Montibus in thesauraria S. Waldetrudis. Balduinus VI. donat ecclesiae S. Waldetrudis plures servos et ancillas sub onere anniversarii. In hac charta leguntur haec:* — Eiusdem autem ecclesie custos Gillebertus, prepositus S. Germani, fidelis meus, de mera liberalitate et gratia 25 solidos denariorum, quos a me annuatim in natali Domini habebat, de censu ad custodiam Montensis ecclesie pertinente pro villa Eugiis, in proprietatem et communitatem ipsius ecclesie per manum meam resignavit. De quibus medietas in anniversarium meum, et medietas in anniversarium dilecte coniugis mee Marie Flandrensis et Hainonensis comitisse perpetuo distribuatur in prebendas ecclesie. Assignavit

quoque ecclesie idem Gillebertus custos unum modium segetis annuatim in sua parte decime de Eugiis per ecclesiam percipiendum et in panem convertendum, et die cuiusque anniversarii medietatem pauperibus erogandam. Dum autem vixerimus, denarii illi et seges modo quo predictum est distribuentur in praebendas et pauperes die festo assumptionis b. Marie. — *Miraeus III*, 365 *sq. Reiffenberg Monuments etc. I*, 337 *sq. Compte rendu de la commiss. d'hist. II*, 5, 236. — *Originale habetur in archivo Montensi, Trésor. des chartes Nr.* 11. **36.**

1201. *apud Gerarmont. Balduinus VI. suscipit advocatiam monasterii Ninivensis.* — Signum Gisleberti prepositi de Mons. — *Miraeus I.* 562. **37.**

1206. *Capitulum ecclesiae S. Waldetrudis declarat quod Robertus de Harvenc, canonicus Leodiensis, omnem hereditatem suam et proprietatem Montibus et in tota potestate Montensi, ecclesiae concesserit. Inter testes:* Gillebertus prepositus S. Germani. — *Originale in archivo Montensi, fond S. Waudru, Mons N.* 597. **38.**

1206. *Capitulum ecclesiae S. Waldetrudis declarat, quod Nicolaus de Frameriis, S. Germani Montensis canonicus, mansuras suas Montibus infra fossatum sitas sibi vendiderit, cum assensu heredum suorum. Inter testes:* Gillebertus prepositus S. Germani. — *Originale in archivo Montensi, fond S. Waudru, Mons* 598. **39.**

1207. *Aug. Philippus marchio Namucensis pro ecclesia Andennensi.* — Testes quoque clerici mei fideles: Gillebertus abbas beate Marie in Namuco, prepositus Montensis. — *Originale in archivo Namucensi.* **40.**

1209. *Oct. Capitulum S. Waldetrudis concedit Heinrico I. duci Lotharingiae eiusque coniugi Mathildae, quod post eorum decessum anniversaria pro animabus suis perpetuo tam in vigiliis quam in commendationibus missae celebrare debeat. Inter testes:* Gillebertus prepositus S. Germani Montensis. — *Cartularium ducum Lotharingiae in archivo Bruxellensi, Chambres des Comptes I. fol.* 39. **41.**

1209. *Oct. Pactum inter Heinricum I. Lotharingiae ducem et ecclesiam S. Waldetrudis Montensem super constructione oppidi Herentalensis. Inter testes:* Gillebertus prepositus S. Germani Montensis. — *Miraeus I*, 197. **42.**

1210. *Mart.* 6. Ego Gillebertus prepositus, Petrus decanus et capitulum ecclesie sancti Albani in Namuco notum facimus universis, presentibus pariter et futuris, quod nos domino nostro Philippo marchioni Namucensi unanimiter concedimus et benigne omnium culturarum suarum, que sunt apud Anhee citra Mosam, nonam partem, exceptis illis culturis, quas ipse dedit Valeto de Anhee, et nos ex hoc bonum habemus excambium. Precamur igitur dominum Leodiensem episcopum ut id scripto et sigillo suo confirmare dignetur. Datum feria 6. ante Invocavit me, mense Martio, a. D. 1209. — *Ex chartulario S. Albani in archivo Namucensi asservato f.* 7'. *Nr.* 22. **43.**

1210. In nomine Domini. Ego Philippus marchio Namucensis notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod capitulum S. Albani Namucensis concessit Gilleberto preposito suo, fideli meo, omnia nemora tam maiora quam minora, tam ad communitatem suam quam ad preposituram spectantia, vendenda et extirpanda, aut in terram arabilem convertenda et ad census et redditus meliore commodo habenda, ut inde medietas permaneat ad beneficium et feodum prepositure illius, aliam vero medietatem nomine ecclesie habeat ipse Gillebertus prepositus quoad vixerit et preposituram illam tenuerit. Post eius vero decessum illa medietas redeat sine detrimento aliquo vel contradictione ad communitatem prebendarum Sancti Albani. Ut autem hoc ratum habeatur et inviolatum permaneat scripto presente et sigillo meo cum predicte ecclesie et predicti prepositi sigillis idem confirmari decrevi. Actum a. verbi inc. 1210. — *Ex eodem chartulario f.* 7. *Nr.* 20. **44.**

1210. In nomine Domini. Ego Philippus marchio Namucensis notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod fidelis meus Gillibertus, prepositus ecclesie sancti Albani in Namuco, de mera liberalitate concessit ecclesie eidem et mea interveniente peticione firmavit, ut omnes ecclesie cum altaribus et bonis suis ad donationem prepositi et canonicorum S. Albani pertinentes cedant perpetuo in communitatem et augmentum prebendarum S. Albani, postponendo et annichilando redditus caponum et denariorum, quos quedam ecclesie prefate debebant annuatim preposito S. Albani. Et earum fructus et proventus convertantur in cotidianam distributionem eis, qui matutinis interfuerint et in dormitorio iacuerint, in quibus prepositus et decanus S. Albani in horis predictis interfuerint duplicem habebunt portionem. Ut autem hec rata habeantur et inviolata observentur scripti presentis annotatione et sigilli mei appositione cum sepedicti et sepenominati prepositi sigillis eadem confirmari decrevi. Actum anno verbi incarnati 1210. — *Ibidem f.* 8. *Nr.* 28. **45.**

1211. *Mart.* 11. *apud Ath. Philippus marchio Namucensis confirmat quod Gislenus decimam de Mommegies donaverit abbatiae Alnensi.* — Actum apud Ath, vigilia S. Gregorii, mense Marcio, a. verbi inc. 1210. — *Inter testes:* Gislebertus prepositus Montensis. — *Devillers l. c. p.* 197. *Nr.* 680. **46.**

1211. *Sept.* 25. *Valencenis. Walterus de Fontanis allodium suum Busutum tradidit Philippo marchioni Namucensi. Inter testes:* Gilebertus prepositus Montensis. Actum Valencenis in aula, dominica ante S. Remigii, a. v. i. 1211. — *Reiffenberg Monuments I. p.* 132 *sq.* **47.**

1212. *Oct.* 6. *Philippus marchio Namucensis concedit ecclesiae S. Albani beneficium sacerdotale et statuit in eadem ecclesia quindecim libras Hanoniensis monetae singulis annis percipiendas in denariis feodi sui apud Bincium in purificatione sanctae Mariae. Inter testes legitur:* Gillebertus Montensis ac Namucensis prepositus. — *Ex chartul. S. Albani arch. Namuc. f.* 7'. *Nr.* 24. **48.**

1212. *Oct.* 6. *et* 12. *apud Blaton. Philippus marchio Namucensis quum infirmitati succumberet apud Blaton, feria* 6. *post festum S. Remigii (Oct.* 6.*) a.* 1212, *requisitus a Nicholao de Conduto et Balduino de Lobiis, protestatus est, quod hi duo nullam pecuniam vel aliquas a se vel per se haberent in custodia, astante inter alios G(isleberto) praeposito Montensi. Id repetit sequenti sabbato post festum S. Remigii*

*(Oct. 13.) astante iterum cum aliis G(isleberto) praeposito Montensi.* — Actum predicta die sabbati apud Blaton a. 1212. — *Devillers l. c. III,* 182 *sq.* **49.**

1213. *Namuci, in capitulo S. Albani. G(islebertus) praepositus, P(etrus) decanus et capitulum S. Albani concesserunt villicis et scabinis Namucensibus super allodium suum quod erat iuxta Sanctum Remigium appenticium facere, sub quo propter iniurias aeris placita sua quietius agere possent, ea tamen conditione, quod quandocunque ecclesiae placuerit illud sine aliqua contradictione ab eis vel ab ipsa ecclesia amoveatur, et quod ecclesia non solvet pro hac amotione et impensis eiusdem aliquid. — Ex chartul. S. Albani archivi Namucensis f.* 11′. *Nr.* 44. **50.**

1214. *Namuci. Charta G(isleberti) praepositi, Petri decani et capituli S. Albani super silvam Erakanoit secus Wotain iuxta Namucum sita. — Ibidem f.* 9′. *Nr.* 35. **51.**

1218. *Gillebertus praepositus et totum capitulum S. Germani Montensis notificat quod Sophia de Haweng concanonica beatae Waldetrudis quarundam mansurarum census et redditus quosdam a Radulfo Gossuini calcearii quondam filio acquisierit pro ecclesia S. Germani et ecclesia S. Waldetrudis. — Inter testes:* Ego Gillebertus prepositus. — *Originale extat in archivo Montensi, fond S. Waudru, Mons Nr.* 599. **52.**

1221. *Sept. Namuci in capitulo S. Albani. G(islebertus) praepositus, H(ugo) decanus et capitulum S. Albani de investitura Alardi cellerarii sui in quibusdam domibus ab eo constructis. — Chartul. S. Albani archivi Namuc. f.* 10 *Nr.* 37. **53.**

1221. *Oct.* 9. *Philippus II. marchio Namucensis ecclesiam S. Albani Namucensem dotat. Inter testes commemoratur:* Gillebertus praepositus S. Albani. — *Miraeus I,* 300. **54.**

1223. *Mart.* 26. Gillebertus prepositus, Hugo decanus et totum capitulum S. Albani Namucensis universis presentibus et futuris in perpetuum. Noverint quod communi assensu et consilio statuimus ut nemus nostrum, quod Marcha dicebatur, tam ad prebendas quam ad preposituram ecclesie nostre pertinens, extirparetur et in terras arabiles converteretur et ad excolendum hominibus traderetur sub annuo censu et reddituu quinque denariorum Namucensium et unius caponis pro singulis boneriis, ita quod medietas illorum censuum et reddituum ad communitatem prebendarum nostrarum perpetuo consistat, alia vero medietas ad beneficium prepositure remaneat. Hoc addito quod ego Gillebertus dictus prepositus pleno consensu et benigno favore dicti capituli medietatem ad prebendas pertinentem tota vita mea possidebo et post decessum meum ad prebendas revertetur. De predicto quidem nemore sub annuo et reddituu prefato concessimus 12 boneria Laurentio de Bretinio, Godescalcoque fratri eius 12 boneria, Balduino de Bretinio 2 boneria, et Garchivo fratri eius 4 boneria, Marcello 2 boneria, Lamberto vero sacerdoti 16 boneria. Ut autem hoc ratum habeatur sigillo Sancti Albani id firmatum est. Ego quoque G. prepositus eidem scripto sigillum meum apposui. Datum anno gratie 1222. in crastino annuntiationis beate Marie. — *Ex chartulario Geronsart, membranaceo s. XIV. in archivo Namucensi asservato, fol.* 12. **55.**

*§. 2. Gislebertus[6] quando natus sit, prorsus ignoratur, sed quum eum iam anno 1175 capellanum comitis Balduini V. inveniamus[7], non longe a vero aberrabimus, si ei tunc aetatem fere viginti quinque annorum vindicamus. Sicut ipse testatur[8], a pueritia sua in curia Hanoniensi usque ad senilem aetatem educatus fuerat, et grato animo se comitis Balduini V. alumnum profitetur[9]. Nec comitem, dum supererat, reliquit, sed fidelis executor negotiorum primum cancellarii munere functus est, tum autem ad maiora provectus, atque legatus saepius ad imperatorem missus, non ultimus effecit, ut Balduinus ad fastigium potestatis tandem sit promotus, quod tenuerat veluti comes Hanoniensis, Flandrensis, marchio Namucensis ac princeps imperii. Ex regestis, supra collectis, elucet, Gislebertum iam anno 1175 cancellarium fuisse[10], anno 1178 expresse hoc titulo laudatur[11], inde ab anno 1180 usque ad annum 1183 Balduinus eum secundum notarium suum nominat[12], in chartis usque ad comitis obitum expeditis et in chronico vel notarius vel cancellarius appellatur, talemque eum non solum in Hanonia sed etiam in Namuco, postquam haec marchia comitatui Hanoniensi addita est, habemus[13]. Clericus ex professione, iam anno 1183 canonicatum in ecclesia S. Petri Namucensi, nactus erat[14]. Sic bene praeparatus, mox in palaestram politicam, ut ita dicamus, descendit. Sed quid opus omnia hic repetere, quum ipse nobis dilucide repraesentet varia fata studiaque, quibus detentus fuerit; quum, qui comitis, principis illustris, actibus tam in prosperis quam in adversis fere omnibus interfuerat[15], nobis*

6) In originalibus nomen *Gislebertus* et *Gillebertus* legitur. 7) Reg. 1. 8) vide in adnexis *Ministeria curiae Hanoniensis.* 9) v. Chron. fol. 100′. Citamus secundum folia codicis Parisiensis in margine adnotata. 10) Reg. 1. 11) Reg. 2. 12) Reg. 3. 4. 5. 6. 9. 13) Reg. 12. 14) Reg. 7. 15) Chron. f. 102.

*graviores res a se gestas ipse exponat. Satis sit pauca tantum hic allegare, ita quidem, ut ratione temporis et loci praesertim habita, eum prosequamur vel in itineribus vel in curia domini sui versantem.*

*Pro maiori parte vita politica Gisleberti, quoad ex fontibus perspicere licet, in variis de hereditate Namucensi occupanda negotiis versatur. Iam anno 1183.[16] mense Aprili signat de eadem re confecta diplomata Heinrici comitis Namucensis et Rodulfi episcopi Leodiensis. Anno 1184. mense Maio exeunte una cum domino suo, comite Balduino, Maguntiam profectus, celeberrimae illi curiae interfuit, ubi Fridericus I. imperator splendorem maiestatis suae ita exhibuit clarum, quod poetae eam carminibus suis celebrarent. Noster autem inter gaudia tractavit res severiores, post varia consilia cum fidelibus imperatoris, inter quos Godefridus cancellarius, Radulfus protonotarius, Wernerus de Bollanden, Cuno de Minzenberch, Heinricus comes de Dietz nominantur, Fridericus imperator diploma expedire fecit, quo successionem in comitatu Namucensi Balduino promisit[17]. Gislebertus declarat hanc chartam secundum suam ordinationem esse redactam, id est ipse eam composuit; sed non ibidem inter testes comitis commemoratur. Cuius momenti haec imperialis promissio fuisset, elucet, nam nunc imperium in finibus suis fautorem tutoremque nactus erat fervidum potentemque, qui praesertim contra regem Francorum positus Germanicas res tuendus erat; comes econtra, adhuc pro comitatu Hanoniensi nil nisi homo ligius episcopi Leodiensis, se futurum principem imperii videbat.*

*Statim contra hanc conventionem variae diutinaeque machinationes exurgebant, non minima ex parte ab Heinrico Namucensi ipso commotae. Iterata igitur vice Noster imperatorem adiit, primo anno 1187.[18] mense Maio apud Tullum Leucorum, tum eodem anno mense Augusto[19] apud Wormatiam, ubi imperator quae iam promisisse comiti Hanoniensi, asseruit se servaturum, nec dum viveret permissurum, quod Heinricus comes Campaniensis vel aliquis potens Francorum comiti Namucensi succederet[20]. Eodem anno, mense Novembri exeunte, Gislebertus dominum suum comitatus colloquio quod inter Fridericum imperatorem Philippumque regem Franciae habebatur[21], intererat, et paulo post se inter testes iudicii[22], de his qui possessiones aliorum iniuste usurpent et detineant, a consiliariis curiae imperialis prolati, citat[23]. Anno 1188. mense Maio una cum Balduino comite videtur fuisse apud Seligenstadt[24], ubi Heinricus rex simulque pater eius privilegium de successione Namucensi renovaverunt. Aestate vero eiusdem anni dominum suum castellum Namucense expugnantem totamque illam provinciam devastantem comitatus est[25], mense Septembri adiit, a comite destinatus, Heinricum regem Francofurti morantem[26], ab eodem impetrat, ut diem constitueret Balduino apud Altenburg. Quo termino appropiante, comes inimicitiis quae praecipue ab Heinrico comite Campaniensi movebantur, impeditus, in propria persona curiam adire non poterat, sed misit legatos Gossuinum de Tulin et Gislebertum[27]. Qui Maguntiam profecti, certiores facti imperatorem regemque Erfordiae commorari et inde die tertia recessuros, celerioribus itineribus eodem se transtulerunt. Iam aderat legatus comitis Campaniensis, Petrus videlicet episcopus Tullensis, qui quamvis magnam pecuniae summam promitteret, si imperator, rex curiave domino suo fautores extiterint, tamen ad propositum venire non valebat, quin immo, quae a legatis Hanonien-*

16) De anno vide infra f. 42 et notam nostram.
17) v. Chron. ad a. 1184. f. 46.
18) f. 58.
19) f. 58'.
20) f. 59.
21) inter Ivoy et Mouzon.
22) apud Virton.
23) f. 60.
24) f. 62.
25) f. 65.
26) f. 68.
27) f. 69.

*sibus offerebantur, summae argenti minores accipiebantur, eisque datum est in mandatis, ut comiti Balduino renunciarent, quatenus ad negotium prorsus peragendum sese ipsum praesentaret imperatori. Hac de re diplomate expedito, nuntii domum reversi sunt. Gislebertus testatur se pro hoc negotio renunciasse duabus a se tantummodo possessis praebendis easque dedisse duobus viris in curia existentibus*[28]. *Sed inde non tulit incommodum, quoniam comes ei conferebat praeposituram S. Germani Montensis, in ecclesia S. Waldetrudis Montensi custodiam et praebendam, in ecclesia S. Petri Namucensi custodiam et praebendam, in ecclesia S. Albani Namucensi praeposituram, custodiam et praebendam, in Sonegiensi, Condatensi, Melbodiensi ecclesiis praebendas, etiam postea apud episcopum Leodiensem Albertum II. effecit, quod obtineret S. Mariae Namucensis abbatiam, id est donationem praebendarum. In fine eiusdem anni Balduinum comitem ad curiam imperialem proficiscentem comitatus est. Tunc comes homo ligius princepsque imperii effectus, recepit ab imperatore in feodo totam comitatus Namucensis Lusceleburgensis possessionem.*

*Anno* 1189. *circa mensem Iulium Gislebertum iterum in curia Heinrici regis invenimus, quo reducat Balduinum iuniorem. Mense Septembri autem legatus regem iterum adiit pro compositione inter comitem Balduinum et comitem Campaniensem de successione, mediante rege Francorum Philippo instituta, confirmanda ex parte regis Romanorum. Tandem quum anno* 1190. *comes Namucensis et Balduinus pacati essent inter se, Gislebertus mense Septembri ad curiam Heinrici regis Hallae in Suevia celebrandam profectus est, ibique a rege et principibus, non obstante novi ducis Brabantiae Heinrici contradictione, obtinuit, quod nunc palam Balduinus proclamaretur princeps imperii et marchio Namucensis, eique privilegium hac de re daretur festo S. Michaelis in civitate Augusta*[29]. *Quod privilegium Noster redux comiti Namuci obtulit. — Sic grave negotium ad finem felicissimum est redactum, et Balduinus comes in initio diplomatis cuiusdam, paulo post anno* 1192. *dati, paucis verbis declarat fidelibus suis rei eventum*[30].

*Iam supra allegavimus comites Hanonienses pro Hanonia homines ligios episcopi Leodiensis extitisse. Quid mirum quod quaqua vice, quum episcopus mortuus et novus eligendus erat, quam maxime intererat comitibus, ut eligeretur vir idoneus favorabilisque. Mortuo autem anno* 1191. *episcopo Radulfo, partes diversae inter se de successore constituendo contendebant, Brabantina Albertum Lovaniensem, altera cui et imperator et comes Balduinus favebant, Albertum de Reteste praeferebat. Sedes Cameracensis eo tempore similiter vacabat. Ad haec duo negotia promovenda Gislebertus una cum Walcero candidato Cameracensi iter arripuit, Teutoniam peragravit, Italiam intrat et Burgi Sancti Domnini rumores de morte comitis Flandrensis, in terra sancta defuncti, accepit. Quos per festinum cursorem statim domino suo communicans, iter coeptum peragit, imperatorem mense Septembri Reate invenit*[31]. *Imperator ibidem privilegium de Namucensi successione datum, nunc ex imperiali auctoritate renovari et aurea bulla sigillari fecit, simulque responsionem de episcopatibus Leodiensi et Cameracensi dans, declaravit se nemini alii quam comiti Hanoniensi gratiam suam de comitatu Flandriae adipiscendo adhibiturum*[32]. *Rediens autem Gislebertus comitem Balduinum invenit mense Octobri Atrebati. Pro eisdem negotiis iterum inter legatos ad imperatorem mense Decembri missos, et Wormatiae*[33] *et Hagenoae*[34] *Noster occurrit.*

28) f. 69'. 29) cf. fol. 76. 77. 30) Reg. 12. 31) f. 79'. 32) f. 80. 33) f. 81. 34) f. 81'.

*Hucusque Gislebertum chronico duce sequi possumus. Non dubitamus quin ultra adfuerit comiti, et ex diversis diplomatibus ubi testis commemoratur, coniicere licet eum ad latus morientis domini adstitisse. Certe nunquam postea ut cancellarius citatur, ut certum sit eum solummodo ecclesiasticis suis officiis vacasse, et anno* 1200. *eum non reperimus inter testes duarum illarum celeberrimarum chartarum, quibus Balduinus VI. pacis successionisque in feodis institutiones una cum magna nobilium Hanoniensium multitudine constituerat. Anno* 1201. *de villa Eugiis Gislebertus donat ecclesiae sanctae Waldetrudis viginti quinque solidos et unum modium segetis annuatim solvendum. Occurrit tum in nostris regestis saepius. Decessit autem secundum Necrologium Sanctae Waldetrudis Kalendis Septembris*[35], *certe inter annos* 1223 *et* 1225, *quum anno* 1226. *mense Ianuario iam Nicolaus laudetur praepositus ecclesiae S. Germani Montensis*[36].

*Haec est summa vitae. De moribus pauca alleganda. Domino suo, comiti Balduino V. semper fidelis, patriam amans, amborum extitit promotor; magnam partem Europae peragravit, varios variarum gentium hominumque cognovit mores. Attamen sibi servavit semper constantiam animae, iustus etiam in inimicos, non tacet de amicorum malefactis. Cum multis magnisque viris tam vitae consuetudine, quam variis intercedentibus vicissitudinibus arcte coniunctus erat. Supervixit longe domino, Balduinum VI. ad imperialem Constantinopolitanum thronum elevatum videbat, mortuus est iusto tempore, antequam patriae suae, quam magna ex parte construere adiuvit, potentia dilaberetur.*

*§.* 3. *De scriptis breves erimus. Cancellarius multa certe diplomata redegit, quae tamen scripta non sunt nominanda. Chronicon et Ministeria curiae Hanoniensis restant. De ministeriis videndum inter Appendices. Chronicon ante annum* 1200. *non composuit, nam Hugonem episcopum commemorat*[37], *qui hoc demum anno ad sedem Leodiensem promotus erat. Quem finem sibi proposuerit in principio operis his annuntiat verbis:* Cum de gestis et genealogia dominorum comitum Hanoniensium imperatorumque quorumdam Romanorum et Constantinopolitanorum et regum Francorum, Iherosolimitanorum et Sicilie et Anglorum, multorum quoque principum et aliorum nobilium cum ipsis comitibus sub brevitate dicere proposuerimus, ab Hermanno comite, qui post quamplures comites comitatum Hanoniensem iure hereditario possedit, et cum eius uxore Richilde comitissa, muliere prudentissima ac potentissima, inicium habere volumus, ut inde ad Balduinum comitem — et ad eius successores lucidius transire possimus. *Sed quod indicavit non absolvit. Exorsus est cum variis bellis, quae Richildis gessit contra Robertum Frisonem, allegat consuetudines et iura ecclesiae S. Waldetrudis Montensis, verba fecit de crucigerorum expeditionibus et de recuperatione terrae sanctae, dat amplas comitum familiarumque nobilium genealogias; tacet autem de successoribus. Inducimur igitur ad opinionem, Chronicon, sicuti in praesenti id habemus, nil esse nisi primam redactionem ab auctore confectam, haec enim dicit*[38]*:* redeamus inde ad Richeldem comitissam, *et ne verbum quidem amplius de ea habet; allegare vult chartam pacis Valencenensis*[39], *nec allegat; demum privilegia imperialia transscripta in sequentibus inveniri profitetur*[40], *nec inveniuntur. Chronicon, quale nunc manibus teritur, duabus constat partibus, quarum primam intro-*

35) v. Appendices. 36) Originale archivi Montensis, fond S. Waudru, Mons Nr. 750. *Nicholaus prepositus, Iohannes decanus totumque Beati Germani Montensis capitulum* de lite quadam cum ecclesia S. Waldetrudis. *Actum a.* 1225. *ense Ianuario.* 37) fol. 17'. 38) f. 10. 39) f. 21. 40) f. 79'.

*ductionem nominare possimus. Hic non respicit ordinem chronologicum. Cum anno* 1168. *autem exordium facit narrandi, et deinceps secundum annorum seriem filum texit orationis. Certe ab hoc anno usque narrat quae viderat, quibus interfuerat ipse. Versus finem chronici haec de opere suo profitetur:* Haec omnia conscripta a Gisleberto, huius comitis clerico, scripto commendata sunt, qui gesta quorundam imperatorum et regum, et comitum Hanoniensium et quorundam comitum Flandrensium, qui predecesserant, ex scriptis ecclesiarum quamplurium collegerat, et his iura beate Waldetrudis amiscuerat, et huius comitis Hanoniensis, principis illustris, actibus tam in prosperitate quam adversitate fere omnibus interfuerat[41]. *Indicat taliter fontes suos*[42], *sed quoad chronica non felices in eis detegendis fuimus. Eodem modo res se habet de consuetudinibus ecclesiae S. Waldetrudis. Contra pro diplomatibus farraginem non exiguam in notis collegimus, quae maior fuisset, si exstitisset integer thesaurus chartarum comitum Hanoniensium, quarum perpaucae tantummodo asservantur in archivo Montensi, ubi eas inspeximus. — Ars scribendi apud Nostrum simplex, quandoque oratoriam pompam sapit, ut in exclamatione de infortuno castro Lembecha*[43]; *digressiones saepius, ter hoc modo institutae, ut postea filum eisdem fere verbis denuo exciperetur, quibus ante digressionem usus erat auctor*[44]. *In prima parte errores multi variique, in secunda fere nulli, quos ubique, quoad potuimus, religiose adnotavimus.*

*§.* 4. *Codex unicus nobis servavit Chronicon integrum. Est autem* 1) *Sanctae Waldetrudis Montensis, nunc bibliothecae imperialis Parisiensis, Ms. Latin.* 11,105 *(Suppl. Lat.* 240*), chartaceus, formae octavae, saeculo XV. scriptus. Post quaedam folia vacua relicta, quorum quinto inscriptum est* Appartenant au chapitre de Ste Waudru 406, *sequitur Chronicon Gisleberti,* 102 *folia complectens. Excipit Gislebertum Chronicon Egmundanum. Textus, qualis hic continetur, admodum bonus, tamen lacunis parvis verbisque perversis non uno loco corruptus est, ita ut remedium hauriendum esset*

2) *ex Iacobi de Guisia Annalibus Hannoniae, in quibus fere totum continetur Gisleberti opus exscriptum*[45], *et ut verisimile est, ex eodem exemplari, quod fons est codicis Sanctae Waldetrudis. Adhibuimus autem non editionem a marchione Fortia procuratam, sed ipsum codicem Parisiensem Nr.* 5995, *membranaceum saec. XV. in folio, quem aeque ac codicem* 1. *Berolinum missum contulimus ipsi.*

*Editiones exstant duae:*

*I.* Gisleberti Balduini quinti Hannoniae comitis cancellarii chronica Hannoniae, nunc primum edita cura et studio marchionis Du Chasteler, Bruxellensis academiae socii. Accedunt notae altero volumine comprehensae. Bruxellis typis Emmanuelis Flon. MDCCLXXXIV. in 4°. — *Editor eodem codice manuscripto, quo nos, usus est*[46]. *Attamen editio multa movet desideria, textus aliquantum corruptus, abbreviationes saepius non intellectae, notae omnes*

41) f. 102.

42) Cf. quoque f. 54′: *Robertus de Bona — qui in multis regionibus multa gesserat mirabilia, unde adhuc quaedam scripta sunt.*

43) f. 42′.

44) Cf. f. 6: *Statutum fuit equidem,* et fol. 7; fol. 7: *ab his que a domino papa* et foll. 8′. 9; fol. 10′ *Iherusalem — Armenia — tenebatur,* et fol. 11′.

45) V. Annales nostros IX, 366 sq.

46) Attamen alterius codicis, nunc latentis habebat notitiam. Habemus hac de re litteras viri beatae memoriae De Ram, olim rectoris universitatis Lovamensis, a. 1864 ad Pertzium directas, in quibus haec: „Dans un rapport du 22. Mars 1784, adressé au comte de Belgioso, il dit que l'impression de Gislebert est achevée, mais qu'il en retarde la publication pour vérifier au Ms. qu'on m'assure ajoute-t-il, être plus ancien que celui que les dames chanoinesses de Ste. Waudru ont bien voulu me confier.“ Quibus conditionibus codex Sanctae Waldetrudis datus sit marchioni supradicto docet resolutio capituli, quam luci dedit Devillers l. c. I. in glossario p. XXVII.

*desiderantur, quas, quamvis numeri earum ubivis iam in marginibus additi sint, nunquam esse confectas credam*[47].

*II. Multo perfectior est editio in collectione Bouquetiana XIII*, 542—580. *XVIII*, 363—430. *Adepti sunt editores a marchione Du Chasteler copiam prioris partis (ubi tamen ex eorum instituto quaedam omiserunt), in volumine XVIII. secundum editionem primariam repetierunt opus passim ex Iacobo de Guisia correctum, ubivis notas adiiciebant, quarum aliquas repetimus.*

*In usum suum verterunt Nostrum auctor chronici Balduini*[48], *Aegidius Aureaevallensis cap.* 3, *Balduinus de Avennis, auctor chronici Gallica lingua conscripti quod edidit v. cl. Augustinus Lacroix sub titulo* Chronique de Mons et du Hainaut[49], *Iacobus de Guisia.*

*In nostra editione id praesertim egimus, ut, textu constituto, chronologiam adnotaremus, ubi monendum Gislebertum annum a pascha incepisse, notasque adiiceremus vel historicas vel geographicas.*

*Scribebamus Bruxellis mense Aprili a.* 1868.

*W. ARNDT.*

Cum de gestis et genealogia dominorum comitum Hanoniensium imperatorumque quorumdam Romanorum et Constantinopolitanorum, et regum Francorum, Iherosolimitanorum et Sicilie et Anglorum, multorum quoque principum et aliorum nobilium cum ipsis comitibus, sub brevitate dicere proposuerimus, ab Hermanno comite qui post quamplures comites comitatum Hanoniensem iure hereditario possedit, et cum[a] eius uxore Richelde comitissa, muliere prudentissima ac potentissima, inicium habere volumus, ut inde ad Balduinum comitem, virum illustrem animosum et prudentem, Balduini comitis et Yolendis comitisse filium, qui uxorem habuit Aelidem comitissam, Montibus in monasterio beate Waldetrudis, in superiori crypta[b] sancti Iohannis baptiste sepultam, — qui quidem comes post multos et inter multos labores bona comitatus sui Hanoniensis ampliavit, et demum Montibus in monasterio beate Waldetrudis in superiori choro sepultus fuit — et ad eius filium Balduinum comitem Hanoniensem et primum marchionem Namurcensem, virum sapientissimum et principem potentissimum — qui ex parte uxoris sue Margharete Flandriam per aliquot annos possedit, defunctusque Montibus in medio monasterio beate Waldetrudis ante altare beati Iacobi apostoli sepultus fuit — et ad eius successores lucidius transire possimus.

Sciendum igitur quod Hermannus comes, qui comes Montensis dicebatur, quia ipse Mons caput erat et est semperque erit totius Hanonie, uxorem habuit Richildem comitissam, prudentem et viribus pollentem, qui defuncto comite Valencenensi absque proprii corporis herede, tam iure hereditario quam coemptione facta cum quibusdam nobilibus qui in hereditate illa reclamabant, sibi in proprietatem comitatum illum vendicaverunt et ipsum comitatum Valencenensem comitatus Hanoniensis et castri Montensis honori addiderunt, filiumque[50] habuerunt et filiam, qui quidem filius claudus fuisse dicitur. Quibus pueris in
*fol. 1'. sua parvitate manentibus eorum pater Hermannus comes decessit, Richeldis vero* comitissa vidua supervixit et totam terram Hanoniensis comitatus tam de iure dotalicii quam de procuratione puerorum suorum tenuit; que nubsit illustri principi Balduino, comiti Flandrie, Balduini comitis et Aelide comitisse, filie Roberti regis Francorum, filio; qui demum in monasterio Haynoiensis[51] cenobii, quod reedificaverat, sepultus fuit.

a) *supra lin. add.* 1. b) *crota* 1.

47) V. eius praefationem ad finem; de historia editionis v. quoque Devillers l. c. I. p. XXVII sq. 48) Cf. Annales nostros IX, 369 sqq. Hoc de chronico in praefatione ad Balduini de Avennis genealogias longius disputandum erit. 49) Vide in adnexis. 50) Rogerium. 51) Hasnon, arrond. de Valenciennes, cant. de St. Amand.

Hic equidem Balduinus comes[52] potenter et viriliter Flandriam et Hanoniam possedit, et pro nimia avunculi sui Henrici[53] regis Francorum iuventute Franciam procuravit, et ex uxore sua Richelde duos suscepit filios, Arnulphum scilicet primum et Balduinum secundum, qui post nimios labores in nimia iniquitate a Flandria exheredati fuerunt, et comitatum Hanoniensem sibi in proprietatem retinuerunt. Dum vero Balduinus comes cum uxore sua Richelde et Flandriam et Hanoniam possideret, ipsa Richeldis, mulier astuta, videns primorum puerorum suorum, quos a comite Hermanno susceperat, in corpore debilitatem[54], ultimosque pueros quos a comite Balduino susceperat, maiori amplectens dilectione, primorum puerorum filium in clericum filiamque in sanctimonialem ordinari fecit, effecitque quod ipse filius clericus episcopatum Catalanensem[55] adeptus est. Perfecitque ipsa Richeldis comitissa cum viro suo Balduino, mediante coemptione et viribus prevalentibus apud primos pueros, quod totum comitatum Hanoniensem tam in allodiis quam in feodis et iusticiis sibi in proprietatem acquisierunt. Terram enim in comitatu Hanoniensi et Valencenensi sitam, que tunc temporis allodium erat, sub principum et nobilium testimoniis adepti sunt, feoda vero que ab imperatore Romanorum tenebantur, scilicet abbatiam, advocatiam Montensis ecclesie, et iusticiam comitatus per dominum imperatorem Romanorum susceperunt. Sicque Balduinus comes Flandrie cum Richelde uxore sua comitatum Hanoniensem proprie et hereditarie possedit.

Balduinus equidem sepedictus dum Flandriam et Hanoniam possidebat, ammonitu divino animatus, cenobium Hanoniense reedificavit, suisque bonis propriis tam in Flandria quam in Hanonia ditavit[56]; cum olim a Hunis destructum fuisset, et eius bona in manus alienas ita devenissent quod omnino ab illa ecclesia* alienata essent, que quidem bona post eius decessum Richeldis comitissa et eius filius Balduinus conferendo eidem ecclesie allodium suum Montinium[57] in Brabantia ampliaverunt. *fol. 2.

Balduinus sepenominatus, princeps illustris et potens, comes Flandrie et Hanonie, fratrem habebat, sed non germanum[58], Robertum nomine, agnomine vero Frisonem, quia in Frisia adultus fuit. Hic quidem nulla patrimoniorum participatione de iure gaudere debebat[59]. Attamen per eius iniustam reclamationem et versutiam, nimia Flandrie et Hanonie evenerunt excidia. Contigit enim ipsum Balduinum comitem apud Aldenardam[60] usque ad mortem egrotare, qui infirmitate oppressus, omnium ecclesiarum Flandrie omnia sanctorum corpora omnesque sanctorum reliquias ad se apportari iussit, omnesque fideles suos ad se invitavit. Quibus congregatis, de eorum consilio Flandriam Arnulfo primo filio, Hanoniam Balduino secundo filio suo assignavit[61]; ita quod si alterutrum eorum decedere contingeret, alter in utroque comitatu succederet. Unde ipsis filiis, tamquam iustis heredibus, ab universis patris fidelibus fidelitates et hominiorum securitates, tactis predictorum sanctorum corporibus et reliquiis prestite fuerunt, sed male a quam pluribus observate. Verum quia predicti filii pro corporum suorum parvitate et nimia iuventute[62] ad terras suas regendas non sufficiebant, pater eorum sepedictus Balduinus Arnulphi primogeniti et totius Flandrie procurationem fratri suo Roberto Frisioni sub intentione bona commisit, cum idem Robertus et Arnulpho et Balduino hominium et iuramentum fidelitatis exhibuisset, que postea ipse Robertus Dei sui oblitus penitus infregit. Balduini equidem sepedicti principis

52) Non quidem Balduinus Montensis Flandriam procuravit, sed pater eius Balduinus Insulanus. B.

53) minime, sed Philippi.

54) Cf. Flandr. gener. cap. 12: — *filium, quem vitricus eius Balduinus, pro nimia simplicitate minus seculo idoneum, clericatu et Catalaunensi episcopio sublimare procuravit, eius hereditate ita sibi usurpata.*

55) Rogerius episcopus Catalaunensis a. 1042 — 1066.

56) Diploma Balduini I. a. 1065. legitur in Gallia christ. III. pr. 82 et Duvivier Recherches sur le Hainaut ancien, p. 402 sqq. Nr. LI.

57) Montignies-lez-Lens, arr. de Mons, cant. de Lens. Diploma Balduini II. post mortem matris hac de donatione a. 1086 confectum invenitur apud Duvivier l. c. p. 444 sqq. Nr. LXX.

58) imo germanum, sed natu minorem. B.

59) V. hac de re memorandum locum in annalibus Lamberti (SS. V, 180 sq.) ad a. 1071: *in comitatu Balduwini eiusque familia id multis iam seculis servabatur quasi sancitum lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri potissimum placuisset, nomen patris acciperet et tocius Flandriae principatum solus hereditaria successione obtineret, ceteri vero fratres aut huic subditi dictoque obtemperantes ingloriam vitam ducerent, aut peregre profecti, magis propriis rebus gestis florere contenderent, quam desidiae ac socordiae dediti, egestatem suam vana maiorum opinione consolarentur. Hoc scilicet fiebat, ne, in plures divisa provincia, claritas illius familiae per inopiam rei familiaris obsoleret.*

60) Audenaarde ad Scaldim fl.

61) Aliter de partitione Hermannus Tornacensis apud D'Achery Spicil. (ed. 2.) II, 892 inter Robertum et Balduinum facta.

62) Secundum Flandriam generosam SS. IX, 321 Arnulfus quum pater Balduinus moreretur *quindennis* erat.

1070. Iul. 21. comitis Flandrie et Hanonie corpus defuncti in monasterio Hanoniensi, quod reedificaverat, sepultum fuit[63]. Robertus autem, miles animosus et in armis potens, sed in malicia et perfidia obstinatus, cum suum dominum suumque nepotem Arnulphum comitem iuvenem et Flandriam haberet procurare, omnes fere nobiles Flandrie et burgorum vires sue attraxit voluntati, acceptisque ab eis dolose securitatibus, et dominium Flandrie sibi penitus usurpare et dominum suum Arnulphum ab hereditate propria expellere non abhorruit. Arnulphus *fol. 2'. vero ad matris sue Richeldis comitisse et Balduini fratris* sui et nobilium Hanoniensium confugit auxilium, de quorum consilio ad dominum suum et avunculum Henricum[64] regem Francorum transivit, qui eum in militem licet satis iuvenem ordinavit. Ad hec ipse rex Francorum iuxta querimoniam Arnulphi Robertum sepedictum ad iusticiam prosequendam invitavit. Robertus vero de iure diffidens venire contempsit; et in sua perdurans iniquitate, Flandriam contra continuam Richeldis comitisse et Hanoniensium guerram[a] et regis Francorum minas sibi retinere non dubitavit. Rex equidem Francorum Arnulphi graviter ferens exheredationem, commoto exercitu, in Flandriam cum Arnulpho et Richelde matre eius et eorum viribus venit. Robertus autem cum Flandrensibus et Frisonibus ac Hollandensibus, Francis et Hanoniensibus multisque aliarum regionum hominibus occurrere non timuit. 1071. Febr. 20. Exercitus itaque utrimque armati convenerunt in loco qui Cassellum[65] dicitur, et cum gravi conflictu bellarent, Flandrensibus citius retrocedentibus, Robertus captus a Hanoniensibus fuit. Contigit econtra Richeldem comitissam, que ad suos animandos ad bellum accesserat, a Flandrensibus captam fuisse. Hanonienses autem nimia et ultra quam oporteret pro sue domine captione moti pietate, Robertum liberum concito reddiderunt, ut suam dominam liberam reciperent. Liberatis itaque et Roberto et Richelde, Flandrenses ad bellum reversi sunt, in quo quamplures Franci et Hanonienses ceciderunt. Cecidit eciam Arnulphus, iustus Flandrie heres, et a quodam homine suo ligio, Gerbodone[66] nomine, interfectus fuit. Prevaluit igitur in bello Robertus, et qui antea fortis satis extiterat, postea fortior effectus est. Richeldis vero comitissa, dolens de filii sui morte, in Hanoniam cum suis rediit, et cum Balduino filio suo iuniore exhereditationem Flandrie graviter ferens, contra Robertum inimicicias et insultus quos potuit commovit.

De Gerbodone, qui dominum suum Arnulphum manibus propriis interfecit, pretermittendum non est quod ille penitentia ductus, Romam adiens pedibus summi pontificis se prostravit confitens tanti sceleris peccatum. Ad hec dominus papa cuidam coquo suo manifeste indixit ut eum foras induceret, eique manus quibus dominum suum interfecerat, abscinderet. Iniunxit autem ei secretius ut si ad extensionem ictus manus illius trepidarent, *fol. 3. *illas ei abscinderet continuo; si non trepidarent, illum ad se sanum reduceret. Ductus vero Gerbodo ad supplicium, stetit manibus immotis et nequaquam trepidantibus. Quod videns coquus illum ad dominum papam reduxit. Dominus papa illi iniunxit titulo penitentie ut ad abbatem Cluniacensem[67] reverteretur, et eius preceptis obediret. Cuius intentionem bonam ipse abbas percipiens, illum in monachum ordinavit; qui postea operibus bonis et religione in Cluniacensi ecclesia claruit[68].

In diebus illis defuncto Gosscelone duce Lothoringie[69] — qui dux dicebatur Bullionis[70] castri, quod quidem castrum proprium erat allodium — illo inquam Gosscelone qui Odonem Campaniensem cum magno exercitu suo in bello vicerat et ipsum Odonem interfecerat[71], filius eius unicus[72] Godefridus, miles iuvenis, ei in omnibus bonis eius successit. Filias quoque habuerat ipse Gosscelo[73] duas: Raelendem scilicet primam Namurcensem comitissam Alberto[74] comiti desponsatam, et Ydam secundam comiti Boloniensi[75] in matrimonio traditam; que Yda filios habuit tres, Balduinum scilicet qui postea regnum obtinuit viriliter Iherosolimitanum, Godefridum ducem Bullionis,

a) ĝram 1.

63) Cf. Flandr. generosam l. c. p. 321; *Defunctus siquidem et apud Hasnonium sepultus*, ubi codices interpolati classis B addunt: *a. D.* 1070. 16. *Kal. Augusti*, i. e. Iul. 17. 64) immo vero Philippum I. 65) Cassel in Flandria Gallica, a St. Omer ad orientem. 66) Cf. Chron. S. Huberti Andagin. SS. VIII. p. 582 sq. 67) Hugonem, secundum Chron. S. Huberti Andag. l. c. p. 583. 68) Haec de Gerbodone narratio etiam in cap. 24. Chron. S. Huberti Andagin. l. c. legitur, sed quomodo *eisdem fere verbis*, ut Wattenbachio videtur, ibi inveniatur non video. 69) Goscelo I. iam anno 1044 defunctus est. 70) Bouillon. 71) apud Barum a. 1037. Nov. 15. 72) minime, secundum Herm. Aug. SS. V, 124 duos habuit filios, Goscelonem II. et Godefridum. 73) immo vero Godefridus Barbatus, filius eius. 74) II. 75) Eustacio.

qui idem regnum ante quam Balduinus possedit, sed numquam coronam regiam gestare voluit in regno Iesu Christi, ubi ipse Christus suam gestaverat coronam, et Eustacium Boloniensem comitem, militem probissimum. Godefridus autem[a] predictus, Goscelonis filius, absque proprii corporis herede decessit[76]. Quo defuncto, mota est contentio inter sorores, scilicet Raelendem comitissam Namurcensem, et Ydam comitissam Boloniensem, super allodiis et feodis. Et cum Raelendis comitissa soror prima super castro Bullione et maiori parte bonorum reclamaret, dominus episcopus Leodiensis[77] qui tunc temporis sedi Leodiensi[b] preerat, timens ne comes Namurcensis, qui et vicinia et dominio ei satis contiguus erat, contra ipsum fortior fieri posset, pecunie eciam donis et promissis corruptus, comiti Namurcensi Alberto et eius uxori in iure suo contrarius fuit, auxiliumque suum Yde comitisse Boloniensi omnimodis prebuit, tam super allodiis quam super feodis. Et cum difficiles a Namurco usque ad Bullionem essent transitus, tamen ipse episcopus, ad impediendum comitis Namurcensis transitum, in medio castrum, quod Mirwaldum[78] vocatum est, construxit[79]. Comite itaque Namurcense in iure suo non* prevalente, Godefridus Yde Bolo- *fol. 3'.
niensis filius, honorem ducatus et castrum Bullionem adeptus fuit.

Post disgressionem[80] redeundum est ad comitissam Richeldem, que castrum Belli-Montis[81] scilicet turri et aliis munitionibus construxit, et capellam ibidem in honore sancti Venantii instituit, quam bonis satis conpetentibus ditavit. Hec eciam comitissa cum Balduino filio suo in curia sua officia hereditaria instituit, dapiferorum scilicet et pincernarum, panitariorum et coquorum, camerariorum et hostiariorum; et cum in illis officiis Hanonienses institueret, cum eis quosdam Flandrenses, qui relictis bonis suis in Flandria cum domina sua Richelde et Balduino filio eius quasi exules in Hanoniam venerant, instituit[82]. Alii quoque quam plures nobiles et servilis condicionis, relicta Flandria, dolentes super domini sui exhereditatione cum sepedicta comitissa et filio eius Balduino Hanoniam inhabitaverunt, quos ipsa comitissa et filius eius honestis ditaverunt beneficiis[c]. Richeldis equi- 1071.
dem comitissa super morte filii sui Arnulphi plurimum dolens, exhereditationemque filii superstitis graviter ferens, allodia sua omnia in Hanonia sita episcopo Leodiensi Theoduino, principi potenti sibique satis vicino, danda obtulit, ut ab eo in vindictam contra sepedictum Robertum auxilium haberet, et accepta ab eo pecunia, stipendiarios proinde contra eumdem Robertum conduceret. Theoduinus autem episcopus, habito Leodiensis ecclesie suorumque fidelium nobilium et ministerialium concilio, tanta allodia tanto honore insignita gratanter suscepit, que quidem ipsi Richeldi et eius filio Balduino in feodo ligio tenenda concessit, maximamque pecuniam proinde eis tribuit. Que quidem coemptio conventuales ecclesias omnes Leodiensis episcopatus in thesauris suis auri et argenti graviter afflixit[83]. Hec quidem omnia Fossis[84] sub testimonio Godefridi ducis Bullionis, et Alberti comitis Namurcensis, et comitis Lovaniensis, et comitis Cyniacensis, et comitis Montisacuti in Ardenna, et aliorum Leodiensis ecclesie quamplurium fidelium, nobilium et servilis conditionis virorum ordinata fuerunt. Ad hec ipse dominus Theoduinus Leodiensis episcopus, vir prudens et potens, qui apud dominum Romanorum[d] imperatorem tempore[e]* illo gratia et familiaritate poterat *fol. 4.
plurimum, apud ipsum imperatorem servicio et donis mediantibus effecit quod ipse imperator Leodiensi ecclesie contulit[85] de consensu et laudamento predictorum, scilicet Richeldis

a) ante 1. b) qui — Leod. *in margin. add.* 1. c) *in margine ead. manu scr. est:* Nota 1 d) Romanū 1. e) *in fine paginae leguntur haec:* Nota donationem seu emptionem Hanoiensis comitatus factam cum episcopo Leodiensi 1.

76) immo vero Godefridus Gibbosus, filius Godefridi Barbati, filii Goscelonis I. Mortuus est anno 1076. Febr. 27; v. Lambertum ad hunc annum SS. V, 243. 77) Theoduinus. 78) Mirwart ad fl. Lomme, prope Bullonium. 79) a. 1082; v. Chron. S. Huberti Andaginensis SS. VIII, 591; v. quoque Albericum ad a. 1081 (Leibniz Acc. hist. II, 125). 80) Sequentia exscripsit Aeg. Aureaevall. cap. 3 (Chapeaville II, 9 sqq.). 81) Beaumont. 82) V. Ministeria curiae Hanoniensis, inter appendices. 83) Aeg. Aur. l. c. p. 11 pergit post hoc verbum: *Nam de maiori ecclesia centum libras auri consilio Hermanni praepositi, Walteri decani caeterorumque fidelium suorum accepit, de thesauro praefatae ecclesiae calicem magnum aureum cum patena, crucem etiam auream, in qua erat lignum Domini, monile aureum, cristam auream, duas armillas aureas, calices argenteos cum patenis, urceos, candelabra, tabulam argenteam, cum argento alio circiter marcharum* 175. 84) Balduinus de Avennis infra dandus sic habet: *Istis conventionibus presentes fuerunt apud Fossis Godefridus de Bullonio, comes Albertus de Namurco, comes Lambertus de Lovanio, comes de Chincio, comes de Monte-acuto in Ardenna et plures alii, secundum quod haec omnia in cronicis continentur monasterii Lobiensis.* 85) Vide dipl. apud Reiffenberg, sur la statistique ancienne de la Belgique in Nouveaux memoires de l'acad. de

et Balduini filii eius, omnia feoda que comes Hanoniensis ab eo tenebat, videlicet abbatiam et advocatiam Montensis ecclesie et iusticiam comitatus Hanoniensis, ita quod sepe dicta Richeldis et eius filius Balduinus sub una manu et uno hominio ligio universa allodia sua et familias et feoda ab episcopo Leodiensi receperunt, quod eciam successores eorum eodem modo prosecuti sunt, salvis tamen in omnibus beate Waldetrudis allodiis propriis, scilicet in Montibus tam in castro quam in villa et in villis Quaringnon[86] et Gamapia, Frameriis et Kevi, Braina-Wilhotica et Braina-Castello, Hal, Castris, Herinis, que omnia beata Waldetrudis diebus suis, preter ducatum suum Lothoringie, in proprietatem sibi retinuit, et ea ecclesie sue, quam in Monte, qui Castri-locus dicitur, instituit, perpetuo tenenda attribuit; et preter Comas[87] et Nimi[88] et Villam supra Hainam[89] et alia quamplura bona, que postea ipsi ecclesie attributa fuerunt.

In tot et tantorum allodiorum et feodorum predictorum assignatione Leodiensi ecclesie facta, et tanti viri scilicet comitis Hanoniensis, hominio ligio constitutum fuit quod comes Hanoniensis domino suo episcopo Leodiensi servitium et auxilium ad omnia et contra universos homines cum omnibus viribus hominum suorum tam equitum quam peditum debet, et hoc in propriis expensis episcopi, postquam ipse comes a comitatu Hanoniensi exierit. Si dominus comes ad dominum episcopum pro terra sua recipienda accesserit, dominus episcopus ei debet expensas, postquam a comitatu Hanoniensi exierit. Si dominus episcopus comitem Hanoniensem ad curiam invitaverit vel ad colloquium aliquod, similiter debet ei expensas. Si dominus imperator Romanorum comitem Hanoniensem ad curiam suam invitaverit ob aliquam causam, episcopus Leodiensis eum in propriis expensis ad curiam illam salvum ducere debet et reducere, et pro eo in curia iuri stare et respondere. Preterea si quis terram Hanoniensem ad malefaciendum aggressus fuerit, episcopus Leodiensis comiti Hanoniensi debet exercitum contra exercitum in propriis expensis episcopi. Si comes
*fol. 4. Hanoniensis* castrum aliquod, quod ad honorem suum pertineat, obsederit, vel contra eum obsessum fuerit, episcopus ei debet subvenire in propriis expensis cum quingentis militibus, et comes ei debet facere haberi forum victualium iustum. Si in campis herba pateat, vel alia victualia pateant equis necessaria, episcopus cum suis ea ad voluntatem suam accipere potest. Hoc quidem auxilium episcopus Leodiensis ter in anno quaqua vice videlicet quadraginta diebus debet comiti Hanoniensi. Cum comite Hanoniensi tres Hanonie castellani, scilicet castellanus Montensis, et castellanus Bellimontis, et castellanus Valencenensis, hominium faciunt episcopo Leodiensi. Episcopus Leodiensis in natali Domini debet comiti Hanoniensi tria paria vestium, quarum singule vestes debent valere sex marchas argenti pondo Leodiensis, et cuique castellano nominato vestes, que eciam singule sex marchas valere debent. Si quod allodium in toto comitatu Hanoniensi comiti datum fuerit, et postea ab ipso in feodo accipiatur, vel si aliquod allodium intra terminos sui comitatus, vel servos vel ancillas sibi in proprietatem acquisierit, ipse statim ea ab episcopo Leodiensi cum alio feodo suo tenet; et cum quamplures principes, duces et barones, scilicet et comites, et alii nobiles et eorum homines pacis Leodiensi iusticie habeant respondere et satisfacere, comites Hanonienses vel homines eius pacis eidem iusticie nequaquam tenentur respondere.

Richeldis comitissa et Balduinus eius filius de accepta ab episcopo Leodiensi pecunia coadiutores et stipendiarios multarum regionum contra Robertum supradictum, qui violenter Flandriam tenebat, quoscumque potuit conduxit, scilicet ducem Bullionis, comitem Namurcensem, comitem Lovaniensem, comitem Montis-acuti, comitem Cyniachi, comitem Altimontis[90] multosque alios, et Roberto quos potuit insultus fecit; attamen nichil eis profuit. Deinde Robertus qui a Hanoniensibus continuos sustinebat assultus, eorum vires parvipendens, commoto exercitu in comitatum Hanoniensem venit, cui Hanonienses in Brabantia, in territorio qui dicitur Brokeroia[91], prope Montes, occurrerunt et cum gravi bello dimicarent, Hanonienses numero pauci ad defensionem, ceciderunt quamplures; unde locus ille
*fol. 5. appellatus est* Mortalis Haya. Robertus equidem iniquitate et superbia accensus prope Mon-

Bruxelles a. 1832. p. 71. n. 1, ex ipso codice ut videtur datum. Copiam dant Ernst Histoire de Limbourg VI, 109 et Duvivier I. c. 413. Chartam imperatoris Heinrici IV. Leodii a. 1071. Mai. 11. expeditam invenies apud Chapeaville II, 11. 12; cfr. Boehmer Reg. 1842. Stumpf Reichskanzler 2743.

86) Quaregnon, Jemmapes, Frameries, Quévy, Braine-le-Comte, Braine-le-Château, Hal, Castres, Herinnes. 87) Cuesmes. 88) Nimy-Maisières. 89) Ville-sur-Haine. 90) immo Clarimontis; v. Reiffenberg Histoire du Hainaut I, 169. 91) silva Broqueroie.

tes, in loco qui dicitur Dura[92], Hainam fluvium transivit; sicque per Hanoniam transeundo in suis viribus, et pretermittens Valencenas[a], manere proposuit in loco qui dicitur Wauercins[93] super Scaldum fluvium, ibique munitione facta fossatis et lignis, secessit in Flandriam relictis ibi trecentis militibus, qui Hanoniam in viribus suis assidue infestabant. Balduinus autem iuvenis, Hanoniensis comes, super tanta clade contra inimicos suos querens subsidium, ad partes transivit Aduallenses[94], et cum auxilio domini sui Leodiensis episcopi et suorum quorumdam in multitudine militum ex improviso predictis hostibus suis, qui apud Wauercin manebant, incautis supervenit, quosdam quidem interfecit, quosdam captos detinuit; ita quod fere nullus evasit, eorumque munitio prostrata fuit.

Sepedicta Richeldis et eius filius Balduinus sic a Flandria iniuste prorsus expulsi manserunt; qui operibus bonis et elemosinis intendentes, in allodio suo proprio ecclesiam sancti Dyonisii in Brokeroia construxerunt[95], in qua monachos ad serviendum Deo instituerunt, et ipsam villam multisque in locis terras cultas et incultas, silvas, prata, aquas, servos et ancillas eidem ecclesie contulerunt et qua potuerunt libertate eam honoraverunt.

In diebus illis Montibus in ecclesia sancti Petri 13 erant canonici, quorum prebende ad donationem capituli beati Germani pertinebant. Unde sepedicta Richeldis comitissa et Balduinus filius eius effecerunt quod prebendas illas in usus monachorum sancti Dyonisii converterunt[96]. Et cum omnes oblationes altarium Montensium monasteriorum et capellarum ad capellanos beate Waldetrudis, scilicet ad canonicos Sancti Germani pertinerent, excepto monasterio sancti Petri, compositum fuit postea et firmatum quod ecclesia sancti Germani monasterium sancti Petri ab ecclesia sancti Dyonisii sub annuo censu sex denariorum[b], in ipsius sancti Dyonisii festo solvendorum in ipsa ecclesia sancti Dyonisii, suscepit perpetuo tenendum.

De ecclesia beate Waldetrudis, que caput est totius Hanonie, inter cetera dicendum est. Satis etenim constat* quod sanctus Walbertus dux fuit Lotharingie, cuius ducatus per Camera- *fol. 5'. cesium[c] et Hanoniam et Brabantiam et Hasbaniam[d] et Ardennam usque Renum[e] protendebatur, cuius uxor fuit sancta Bertilia. Inter cetera autem[f] bona[g] multa que habuit, allodiis multis propriis tam in Hanonia quam in[h] Brabantia ditatus fuit; qui de[i] predicta uxore sua[k] Bertilia sancta filias habuit duas sanctissimas, beatam scilicet[l] Waldetrudem et beatam Aldegundem. Defuncto autem sancto Walberto[m], cum filios non haberet, filia eius primogenita, beata scilicet[n] Waldetrudis, in ducatus honore ei[o] successit, pluribusque allodiis pro sua parte gaudebat. Beata equidem Waldetrudis nupsit viro illustri, Magdelgario[p] scilicet[q], qui postea sanctus Vincentius appellatus est; de quo filios habuit duos, Landricum et Deslinum, qui meritis suis exigentibus sancti dicti sunt, et filias duas, sanctam scilicet Aldetrudem et sanctam Madelbertam[r] virgines. Beata Aldegundis tam regum quam principum spernens nuptias soli Deo adhesit; que in proprio allodio suo, Melbodio[97] scilicet, ecclesiam suam construxit, et eam sua parte allodiorum ditavit, et in ea sanctimoniales ad serviendum Deo instituit, cum quibus ipsa[s] religionis habitum sibi[t] assumpsit[u]. Beatus Vincentius spretis mundanis in Alti-montis[98] ecclesia monachus effectus est, qui ecclesiam suam in Sonegiis[99] instituit, et in ea monachos instituit[v]. Ipsa autem ecclesia ab Hunis postea destructa fuit, deinde a quibusdam benefactoribus restructa, in qua canonici tunc instituti fuerunt. Beata Waldetrudis Deo prorsus placere desiderans, multa per loca ecclesiis in possessionum suarum largitione intendens benefacere, elegit sibi locum in proprio

a) Valencen̄ 1. b) den̊ 1. c) Cameracensium 1. Cameracisium 2. d) Hasebanium 1. e) Rethnum 2. f) aut. cet. 2. g) *deest* 2. h) *deest* 2. i) *deest* 2. k) *deest* 2. l) videlicet 2. m) Wauberto 2. n) beat. scil. *desunt* 2. o) ei hon. 2. p) Maldegario 2. q) *deest* 2. r) Madalbertam 2. s) ipsum 2. t) *deest* 2. u) sumpsit 2. v) stabilivit 2.

92) Dour, a La-Haine fl. ad meridiem. 93) Warcoing, a Tournay ad septentr. 94) i. e. Tungrensium terram. 95) St. Denis en Broqueroie. Chartam fundationis a. 1081 a Richilde Montibus datam invenies mutilatam ap. Miraeum I, 666. et Galliam christ. III. preuves p. 20, integram eam dedit Duvivier l. c. p. 430. Nr. LXIV. Abbatiam noviter fundatam subiecit comitissa abbatiae Silvae-Maioris, in dioecesi Burdigalensi, ut apparet ex eius charta a. 1082; cfr. Miraeus I, 667. Mabillon Acta SS. Ben. S. VI, 2, 871. Gallia christiana III. preuves 21. Duvivier l. c. p. 432. Nr. LXV. 96) Charta Balduini II. a. 1084 hac de re confecta legitur in Vinchant, Annales de Hainaut, edit. novissim. Montens. VI, 14. Gallia christiana III. preuves 22. Duvivier l. c. p. 438 sqq.; v. quoque chartam Balduini III. a. 1117 datam apud Miraeum I, 677 sq. 97) Maubeuge. 98) Hautmont, in Francia, arrondiss. d'Avesnes, cant. de Maubeuge. 99) Soignies a Montibus ad septentrionem.

allodio suo, qui Castri-locus[1] dicitur, ad habitandum, qui locus vastus erat penitus, in quo mons ab antiquo firmatus imminebat, ibique ecclesiam suam construxit, quam allodiis suis tam in Hanonia quam in[a] Brabantia honoravit, et in ea canonicas et canonicos instituit; canonicas quidem ut ecclesie deservirent, canonicos vero ut ecclesie in bonis temporalibus providerent, et ad necessitates omnes, et ad[b] omnia negotia ecclesie proquirenda[c] parati essent. Allodia autem que sibi beata Waldetrudis in proprietatem demum retinuit, eciam *fol. 6. sue ecclesie[d]* in perpetuo cum omni libertate contulit, scilicet illam[e] villam que Montes dicitur et ab antiquis Castri-locus nominabatur, et villas in Hanonia, Quarinum[f] scilicet et Gamapia[g], Frameries et Kevi, et in Brabantia villas Herinis, Castris[h], Hal[1'] et Brainam-Castellum[i]. Videns[2] autem filios suos[k] et filias omnino terrena spernere et celestibus inhiare, principatum ducatus qui ad ipsam iure paterno[l] devenerat, consanguinee sue, scilicet Aye, reliquit; que Aya[m] viro[n] nobili, militi strennuo nupsit, Hyldulfo[o] scilicet[p], cuius sancti corpus in Lobiensi ecclesia requiescit. Que quidem Aya[q] sancta allodia sua propria, scilicet Comas et Nimi et Braniam-Wilhoticam, ecclesie beate Waldetrudis[r] libera dedit, unde miraculum gloriosum, quod postea evenisse refertur, non est cum silentio pretereundum. Defuncta sancta Aya, cuius corpus in Montensi ecclesia requiescit honorifice, post eius decessum multis preteritis annis, malefactores quidam allodya[s] que sancta Aya ecclesie beate[t] Waldetrudis contulerat, sibi usurpare presumpserunt, dicentes ea de iure ad se pertinere. Post longam[u] vero inter ecclesiam et malefactores illos litem, et[v] ipsius ecclesie conventus non diffidens de iure[w], qui in Domino spem suam totam posuerat, testimonio sancte Aye, que per multos annos tumulata iacuerat, super his[x] se commisit. Que a sepulchro suo, utraque parte audiente, testata est allodia illa esse beate Waldetrudis propria et libera de iure; sicque omnia illa allodia ad ecclesiam beate Waldetrudis remanserunt, quousque de Braina-Wilhotica maior pars postea ad comitem Hanoniensem per concambium devenit.

Satis igitur patet quod Mons, qui et Castri-locus dicitur, de iure caput totius Hanonie esse debeat, cum beata Waldetrudis totius Lothoringie[y] ducissa in ipso loco tam vivens quam mortua seculo habitare elegerit, et cum comes Hanoniensis ad ipsius ecclesie abbatiam et advocatiam ab antiquo sublimatus fuerit, et cum bonis multis ipse et eius feodati tam in Hanonia quam in Brabantia ditati sunt; verum cum[z] et in prima ipsius ecclesie institutione abbatissa fuerit ad ecclesiam regendam ordinata, cuius electio ad capitulum ipsius[a] *fol. 6'. loci proprie pertinebat, incerti sumus quomodo abbatia ipsius ecclesie ad advocatos* suos comites Hanonienses in proprietatem devenerit et hereditatem. Statutum fuit equidem ut ad abbatiam proprie pertineret tercia pars predictorum allodiorum sancte Waldetrudis, ut per illam partem due partes in meliorem ecclesie provenirent commoditatem, meliusque ad eius usus salvarentur, scilicet in Quarignon[b], Gamapia, Frameries et Kevi et in Herinis. Verum cum[c] in prima ipsius[d] ecclesie institutione[e] abbatissa ad regendam ecclesiam[f] ordinata fuisset, multe et per multos annos in dignitate illa successerunt abbatisse. Cuius abbatisse electio ad capitulum pertinebat, electaque domino imperatori Romanorum presentabatur, a quo ipsa ad regendam ecclesiam regalia suscipiebat. Contigit autem quod cum[g] quedam abbatissa super quibusdam ecclesie negotiis ad dominum imperatorem Romanorum sepius recurreret, quidam comes Montensis ad abbatie illius dignitatem anhelans, cum ipse et gratia et consanguinitate apud quemdam dominum imperatorem satis posset; petiit ab ipso imperatore, ut abbatie illius dominationem[h] ei concederet, ita quod post electionem ipsa abbatissa de manu ipsius comitis et suorum successorum[i] dignitatis huius bona susciperet. Asserebat enim[k] ipse dominus comes, et suggerebat domino imperatori bona abbatie minime esse commoditatis. Cui quidem comiti dominus imperator dominium abbatie con-

a) *deest* 2. b) *deest* 2. c) perquirenda 2. d) eccl. sue 2. e) ipsam 2. f) quarynō 2. g) Gamapiam 2. h) castri 2. i) castrum 2. k) suas 2. l) divino 1. m) Aia 2. n) virgo 2. o) hidulpho 2. p) videlicet 2. q) aia 2. r) aldetrudis 2. s) allodia 2. t) eccl. beat. *desunt* 2. u) longuam 2. v) *deest* 2. w) de iur. non diff. 2. x) hiis 2. y) lotharingie 2. z) etiam 2. a) eiusdem 2. b) karignon 2. c) quia 2. d) *deest* 2. e) inst. eccl. 2. f) abbatiam 2. g) *deest* 2. h) *sic* 2; donationem 1. i) succ. suor. 2. k) etenim 2.

1) V. Duvivier l. c. p. 162 n. 4. Vita S. Aldegundis saeculo VIII. conscripta haec habet de nomine: *in loco qui vocatur Castrorum locus, ut comperimus ita vocatus, quia inibi quondam Romanus exercitus castra locaverat.* Act. SS. Ian. II, 1036. 1') Hal, prope Bruxellas. 2) Quae de sancta Aya sequuntur, eisdem verbis, paululum tantum eorum ordine mutato, leguntur in eiusdem lectionibus, quas ex officiis Montensibus recuderunt Bollandistae Act. SS. Apr. II, 579, 4.

tulit, sed non de consensu ecclesie. Contigit itaque paulo post abbatissam Montensem decedere. Qua defuncta comes ille abbatiam ipsam occupavit, dicens illam suam[a] esse propriam, capituli contradicens electioni. At capitulum in solita volens libertate manere, ad dominum imperatorem quosdam canonicos et canonicas[b] de saniore parte capituli transmisit, propalando ei iniuriam super electione sibi illatam, ibique de gratia et consensu domini[c] imperatoris, in eius presentia quamdam dominam Odam nomine in abbatissam elegerunt, que ad ecclesiam reversa nullam apud sepedictum comitem pacem habere potuit. Ecclesia autem offensam comitis nolens sustinere, dominumque imperatorem per multos labores magnasque expensas[d] in longinquis regionibus non valens prosequi, voluntati domini comitis suique advocati acquievit[e]. Abbatissa autem illa cedente, dominus comes Hanoniensis et abbas et advocatus mansit[f], sicque abbatia in comitum hereditatem devenit, qui de bonis que *ad partem abbatie pertinebant multa per loca, salva tamen donatione capituli, homines quosdam feodavit. *fol. 7. Statutum equidem fuerat ut ad abbatiam proprie pertineret tercia pars allodiorum sancte Waldetrudis, ut per illam partem due partes in meliorem provenirent prebendarum commoditatem, meliusque ad usus ecclesie salvarentur, et per illam abbatie partem ecclesia ab hiis que a domino papa[g] et eius legatis et domino Remensi et[h] domino Cameracensi et eorum officialibus quandoque[i] requiruntur, que quidem giste[3] vel porsonia[k, 3'] vulgariter dicuntur, ab abbate prorsus liberetur. Bona autem cum quibus cum capitulo abbas[l] participat sunt in villis Quarignon[m], Gamapia, Frameries et[n] Kevi et[n] Herinis et[n] Castris et[n] Hal et Braina[o]-Castello. Villam autem Montes sibi Montensis ecclesia beate Waldetrudis in proprietatem retinuit, ita[p] quod de decimis vel censibus ville nichil ad abbatiam statutum fuit. Teloneum[q] et foragia ipsius ville ad abbatiam pertinent; omnes mansure[r] ipsius ville debent censum beate Waldetrudi, unde canonici Sancti Germani, qui capellani sunt beate Waldetrudis, terciam partem habent in illis scilicet censibus, qui in cena Domini solvuntur. Habent etiam canonici predicti[s] ab ecclesia beate Waldetrudis in tota parrochia Montensi decimas segetum et pratorum, omnes eciam minutas decimas et oblationes altarium. Comes Hanoniensis tenet ab ecclesia Montensi situm castri sui sub annuo censu quinque solidorum in cena Domini solvendorum[t], exceptis aliis mansuris[u] quas dominus comes in eadem villa habet, unde ipsi ecclesie censum debet in cena Domini et in natali Domini. Comes nullam[v] in ipsa villa potest habere mansuram vel edificium aliquod construere nisi de consensu ecclesie et unde ecclesia censum habeat. Licet ecclesie pro censibus suis, si die iusto et determinato soluti non fuerint, supra ipsas mansuras absque villico et scabinis panna accipere pro censu et pro pena duorum solidorum, licet cuilibet homini mansuram suam in Montibus[w] dare beate Waldetrudi in elemosinam absque villici laudamento et scabinorum testimonio, ita quod Sanctus Germanus in illa[x] non participet[y]. Similiter habet Sanctus Germanus a beata Waldetrude ut cuilibet homini liceat mansuram suam Sancto Germano in elemosinam dare absque villici laudamento et scabinorum testimonio, ita quod beata Waldetrudis in illa[z] non participet. Quatuor[a] in Montibus sunt[b] mansure libere, *que comiti talliam[c] vel exactionem *fol. 7'. seu angariam aut exercitum non debent, nec in eis manentes per villicum et[d] scabinos iusticiantur, scilicet situs cambe beate Waldetrudis, et situs cambe beati[e] Germani, et due mansure advocatorum. Ecclesia beate[f] Waldetrudis potest habere semper in Montibus quatuor servientes liberos, qui comiti talliam[g] vel exactionem vel exercitum non debent nec[h] aliquam[i] angariam, nec per villicum et scabinos sed per capitulum beate Waldetrudis sunt iusticiandi. Omnium villarum suarum predictarum, tam illarum que fuerunt de proprio allodio beate Waldetrudis, quam aliarum que ex elemosina ad ecclesiam devenerunt, ipsa ecclesia habet

a) *deest* 2. b) et can. *desunt* 2. c) *deest* 2. d) expeñ 1. e) adquievit 2. f) permansit 2. g) *add.* 1: incipitur. h) ac 2. i) ỹnq; 2. k) personia 2. l) abb. c. cap. 2. m) Karignon 2. n) et *deest* 2. o) brania 2. p) in *tempore del.* 1. q) theloneum 2. r) mensure 1. 2. s) dicti canonici 2. t) persolvendorum 2. u) *sic etiam* 2. v) in 2 *post* villa. w) in Montibus *habet* 2 *post* licet. x) ітт 2. y) participat 2. z) illis 2. a) *addit* 2: sunt. b) *deest* 2. c) talia 2. d) nec per 2. e) sancti 2. f) sancto 2. g) taliam 2. h) vel 2. i) *deest* 2.

3) gallice *giste*, ius quod dominis feudalibus competebat in vassallorum suorum praediis, qui statis ac condictis vicibus eos domibus suis hospitio et conviviis excipere tenebantur. DUCANGE. V. in Reg. Nr. 18. 3') Ce passage est traduit de la manière suivante dans un manuscrit du seizième siècle: *Mgr. le Comte de Hainault pour les biens qu'il tenoit de l'Abbaïe Madame Ste. Waudrus doit paier, et acquiter ladite Eglise de Ste. Waudrus de toutes visitations, tailles, ou maltotes faictes par lui, par notre St. Pere le Pape ou ses Cardinaulx, ou Legaulx; par Mgr. de Reims, Mgr. de Cambrai, ou par leurs Officiers.* CHASTELER. Porsonia sine dubio sunt servitia personalia.

villicos et scabinos, et pre comite ipsius abbate et advocato aliisque domini comitis[a] feodatis ecclesia omnem habet dominationem et iura et totam iusticiam. Econtra dominus comes habet villicum Montensem et scabinos[a'] de iure abbatie, in quibus eciam Montensis ecclesia sibi retinuit proprie quod villicus Montensis cum aliis villicis ecclesie habet et testimonia et iudicia proferre; scabini autem Montenses cum scabinis aliis ecclesie habent et testificare et iudicare. Quorumdam autem villicorum dominus comes tamquam abbas habet hominia et quosdam redditus in natali Domini, scilicet de Quarignon[b] et Gamapia et Frameries[c] et Kevi, Comis et Nimi et unius villici de Villa supra Hainam[d] et de Herinis et Castris, Hal et Braina-Castello[e] et Braina[f]-Wilhotica, et dominus comes illos villicos in causam trahere non potest, nisi in ecclesia Montensi, qui quidem ibi per capitulum et per pares suos tractandi sunt. Si quis illorum villicorum per successionem hereditariam ad villicationem pervenire voluerit, si eius villicatio in villis Hanonie[g] fuerit, debet ecclesie beate Waldetrudis pro relevio[3] ipsius villicationis 40 solidos[h] Hanoniensis monete, de villis autem in Brabantia quisquis villicus qui comiti[k] hominium facit tamquam abbati, debet ecclesie pro relevio 60[h] solidos Nivellensis monete; qui cum[l] requisierit ab ecclesia villicationem et relevium persolverit et ecclesie fidelitatem fide interposita tactisque sacrosanctis fecerit, dominus comes tamquam abbas illius hominium ad presentationem ecclesie
*fol. 8. debet sine contradictione accipere. De aliis autem villicationibus *que comiti hominia[m] non debent, requisitiones ad misericordiam ecclesie sunt, scilicet de Maflis[n, 4] et Boviniis[5] et Ham[6] et Hovestada[7] et Risiniis[o, 8] et Bossut[9] et una villicatione de Villa supra Hainam. Omnium villarum beate Waldetrudis si villicationem[p] aliquam vendi vel invadiari[q] contigerit, hoc quidem per capitulum fieri oportet. In prima ecclesie institutione[r] preposita pro temporalibus et decana pro spiritualibus regendis et custodissa pro custodia sanctorum et thesauri et ceterorum ecclesie ornamentorum et protectione servorum et ancillarum et complemento luminarium et sonitu campanarum et aliorum multorum que ex ipsa custodia debentur ecclesie sub abbatissa fuerunt constitute. Verum quidam domini[s] comites ad quos de iure abbacie pertinet prepositure et custodie et prebendarum donatio, personatus illos, scilicet preposituram et custodiam quandoque clericis contulerunt, quia ad circumeundum et discurrendum pro negotiis tante ecclesie videntur melius posse laborare.

Prebende[10] ad titulum Sancti Germani ab ecclesia beate Waldetrudis institute fuerunt, ad hoc ut canonici permaneant sancte Waldetrudis capellani et monasterio eius in divinis deserviant[t]. Unde quaqua[u] die ipsi canonici in monasterio illo tenentur maiorem missam per sacerdotem canonicum et per[v] dyaconum et subdyaconum[w] exsolvere, et quaqua die dominica et in[x] rogationibus et in[x] ascensione Domini processionibus debent interesse. In

a) *deest* 2. a') scab' 1. b) Karignon 2. c) Frameriis 2. d) Haynam 2. e) brania castri 2. f) brania 2. g) Haynoie 2. h) .f. 1; ĩ 2. k) *addit* 2: Hanoniensi. l) quicumque 2. m) hano'ñ 2. n) Maflis 2. o) Resimis 2. p) aliq. vill. 2. q) vendi aut alienari aut mandari 2. r) inst. eccl. 2. s) *deest* 2. t) permaneant 2. u) quaqȝ 2. v) *deest* 2. w) et subdy. *desunt* 2. x) *deest* 2.

3) relevium est servitus realis sive patrimonialis. 4) Maffles, cant. de Chièvres, arr. Mons. 5) Bouvignies, arr. de Tournay. 6) Ham-sur-Heure, arr. de Charleroy. 7) an Hoves prope Enghien? 8) Roisin? cant. de Dour, arr. Mons. 9) Boussu, arr. et cant. Mons. 10) In codice parvi chronici gallice conscripti, quod inter appendices partim dabimus, haec reperiuntur: *Prebende ad titulum Sancti Germani ab ecclesia sancte Waldedrudis institute fuerunt ad hoc ut canonici permaneant Sancte Waldedrudis cappellani, et monasterio eius in divinis deserviant. Unde quaqua die ipsi canonici in monasterio illo tenentur maiorem missam per sacerdotem canonicum, per dyachonum et subdiaconum exsolvere, et quaqua die per canonicum celebrare capitalem missam* (una linea et dimidia erasae) *Item debent nobis quaqua die Lune subdyaconum et dyaconum pro missa in medio ecclesie celebranda. Tenentur eciam canonici sacerdotes omnibus dominicis diebus incipere terciam et dicere capitula et collectas necnon in omnibus diebus quibus debent ad ecclesiam convenire. Item debent ipsi canonici esse omnibus processionibus cum omnibus curatis ac presbiteris,* ....... *vicariis, rectoribus et clericis scolarum cum domicellabus canonicabus pro quacumque necessitate facere voluerint, sive ad recipiendum prelatum vel principem terre, vel ad portandum funus aut reliquias, pro aeris serenitate seu pro pluvia habenda, pro peste sive fame, vel pro pace et pro quacumque necessitate ecclesie vel patrie. Item pro alieno prelato vel principe, si eos contingat advenire, et omnibus processionibus quas dicte canonice consueverunt facere. Et sciendum est, quod illis diebus quibus canonici et clerici debent esse cum domicellabus nostris in ecclesia, campane non sonantur in ecclesia S. Germani nisi sit pro nobis, eciam ipsis diebus parrochianus non debet sonare campanas pro missa, pro vesperis neque pro sermone, dum tamen in ecclesia nostra hore finiantur, sed horis peractis potest sonare pro nuper defuncto. Et nota quod sepedicti canonici non possunt dicere missam cum notula in ecclesia S. Germani sine licencia nostra, sed dedimus eis licenciam cantandi cum notula usque ad voluntatem nostram pro obitibus et in die sancti Germani et in die dedicacionis ecclesie.*

quatuor natalis Domini[a] diebus et in circumcisione et in[a] epyphania Domini et in purificatione beate Marie et in pascha Domini quatuor diebus et in ascensione Domini et in pentecosten quatuor diebus et in assumptione et nativitate beate Marie et in festo omnium sanctorum et in diebus festivis beate Waldetrudis et dedicationis[b] ecclesie[c] beate Waldetrudis in[d] divinis officiis, scilicet in vesperis[e], matutinis et magna[f] missa, ipsi canonici Sancti Germani cum canonicabus tenentur deservire; in cena Domini et[f] parasceue et vigilia pasche et vigilia pentecostes missis debent interesse.

Sciendum autem quod canonici Sancti Germani habent quoquo[g] anno a[h] maiore ecclesia 10 modios[h] avene et quatuor modios yvernagii[11] pro missa que quaqua[i] die in altari sancte Waldetrudis celebratur, scilicet in posteriori altari quod quidem Adcaput dicitur. Omnium rerum que beate Waldetrudi offeruntur vel dantur, Sanctus Germanus terciam *habet[k] partem, exceptis[l] in mappis, in[m] terra et[n] auro et panno serico. E contra omnium *fol. 8'. rerum que Sancto Germano elemosinam dantur, habet beata Waldetrudis duas partes, exceptis similiter terra, auro et panno serico[o]. Omnia que in altaribus maioris monasterii offeruntur, si ad manum sacerdotis sub stola non venerint, hoc quidem ad prepositum Sancti Germani pertinet, si non fuerit terra vel aurum vel pannus sericus. In omnibus aliis monasteriis ville Montensis et capellis si quid in altaribus oblatum fuerit, et ad manum sacerdotis sub stola non venerint, ad custodem beate Waldetrudis pertinent, si non fuerit terra vel aurum vel pannus sericus. In omnibus aliis monasteriis ville Montensis et capellis si quid in altaribus oblatum fuerit et ad manus sacerdotis sub stola non venerit, hoc quidem ad prepositum Sancti Germani pertinet, si eciam fuerit terra vel aurum vel pannus sericus. Omnes candele die purificationis beate Marie omnium monasteriorum et capellarum, quomodocumque ad eos devenerint, pertinent proprie ad custodem beate Waldetrudis. Omnia eciam eorumdem monasteriorum et capellarum offertoria ad eumdem custodem proprie in parasceue pertinent. Omnium clericorum in villa Montensi residentium et canonicorum Sancti Germani et eorum capellanorum et canonicorum familiarium et clericorum scholarium et quatuor servientum beate Waldetrudis et cambarii[12] Sancti Germani et servientum domini comitis hereditariorum et eciam domini comitis et comitisse, dum in Montibus fuerint, cura spiritualis ad canonicos Sancti Germani pertinet omnino, et illis omnibus iura ecclesiastica a canonicis sacerdotibus Sancti Germani in monasterio beate Waldetrudis exhibentur tam in vita quam in morte. Canonici Sancti Germani ecclesie beate Waldetrudis in magna missa per sacerdotem et per dyaconum et subdyaconum sine intermissione tenentur providere, et in maioribus sollempnitatibus anni ad eamdem ecclesiam debent convenire; in monasterio Sancti Germani ad magnam missam et horas parochiales cogi non possunt. In monasterio equidem Sancti Germani singulis diebus festivis et quaqua die in adventu Domini et quaqua die in quadragesima vesperas et matutinas cum clericis debent celebrare, exceptis illis sollempnitatum diebus quibus hec, ut predictum est, maiori debent monasterio. Quaqua die ad missam et horas parrochiales[p] in monasterio sancti Germani canonici sepedicti debent convenire. Dominus comes Hanoniensis pro bonis que ex abbatia habet, ecclesiam beate Waldetrudis a quibusdam que a domino papa et eius cardinalibus et legatis *et *fol. 9. a domino Remensi et eius officialibus et[q] a domino Cameracensi et eius officialibus[q] quandoque requiruntur, que quidem giste vel porsonia[r] dicuntur vulgariter, debet omnino liberare et pro ecclesia[s] exsolvere. Per hoc et canonici[t] Sancti Germani, tamquam beate Waldetrudis capellani, ab hiis exactionibus liberantur. Si dominus comes Hanoniensis seu aliquis alius vim aliquam vel iniuriam intulerit ecclesie beate Waldetrudis, licet conventui ab officiis ecclesiasticis cessare, et insuper in sua proclamatione corpus beate Waldetrudis ad terram deponere, quousque super iniuriis illatis ipsi ecclesie satisfactum fuerit. Super depositione corporis sanctissime Waldetrudis multa et concita malefactoribus ex divina ultione sepius evenerunt tormenta, ita quod nichil impunitum in hoc seculo remansisse visum sit. Ne[u] dominus comes per advocatiam in nemoribus beate Waldetrudis aliquid habeat[v] reclamare, assignatum est ei nemus Montense in proprietatem. Donatio preposi-

a) *deest* 2. b) dedicacione 2. c) *deest* 2. d) et in 2. e) *addit* 2: et. f) et magna — Domini et *desunt* 2. g) quolibet 2. h) ab ecclesia sancte Waldetrudis 10 modios 2. i) quolibet 2. k) hab. terc. 2. l) *sup. lineam add.* 1; *deest* 2. m) et in 2. n) *addit* 2: in. o) *quae sequuntur usque l.* 39 sepedicti debent convenire *desunt* 2. p) proch' 1. q) et — off. *desunt* 1. r) personia 2. s) pro eccl. *desunt* 2. t) hoc eciam ecclesia 2. u) Et ne 2. v) h. aliq. 2. 11) Gallis *hivernacne*, pabulum hibernum. 12) i. e. cerevisiae confectores.

ture Sancti Germani ad dominum comitem de iure abbatie pertinet, ita quod ipse[a] prepositus et abbatiam, id est donum prebendarum, et preposituram et custodiam et advocatiam terrarum et hominum[b] sub una manu et uno hominio[c] a domino comite[c] tenet. Ad prepositum Sancti Germani[d] canonicorum Sancti Germani et omnium clericorum cuiuscumque ordinis in Montibus manentium pertinet iusticia, exceptis canonicis beate Waldetrudis qui per prepositum beate Waldetrudis et per capitulum iusticiandi sunt. Prepositus Sancti Germani et prepositus vel[e] preposita, custos[f] vel[g] custodissa beate Waldetrudis domino comiti, tanquam abbati, hominium et fidelitatem exhibere debent, unde in ipsius curia cum viris nobilibus iudicia et testimonia possunt proferre. Multa quidem et alia sunt[h] beate Waldetrudis iura, de quibus modo non est dicendum per singula. Attamen non est tacendum quid acciderit eis qui ordinem canonicarum beate Waldetrudis in alium ordinem transmutare attemptaverunt.

Olim etenim contigit quod quidam comes Montensis, severo consilio habito contra canonicas[i] beate Waldetrudis, accensus ira iuravit repente quod ab una die in crastinum canonicas[i] ab ecclesia expelleret et clericos in eadem ecclesia[k] institueret. Quod cum dominabus per quemdam domini[l] comitis secretarium fuisset intimatum, ipse ad terram *fol. 9'. ante corpus beate Waldetrudis prostrate proclamationem ad *Dominum[m] fecerunt, orantes ut eas a tam iniusta oppressione eriperet. Quarum vota Deus ex alto prospiciens, ut in solito ordine et antiqua libertate manerent, voluit[n]. Comes autem ille in sequenti nocte morte subitanea preventus a seculo migravit citius[o], sicque quod facere male meditabatur inperfectum remansit. Deinde contigit quod quidam comes, Reinerus[p] nomine, vir religiosus et litteratus, qui ecclesiam beate Waldetrudis in horis ecclesiasticis tam matutinis quam aliis devote[q] frequentabat, ad suggestionem quorumdam nequam, qui dicebant clericos melius in illa ecclesia posse proficere quam dominas, proposuit quod ex improviso clericos intruderet et dominas extruderet[r]. Quadam igitur nocte, in festo sancti Vincentii martiris ipse comes ad monasterium cum clericis ad occupationem prebendarum voluntariis et ab eo electis venit, dominabus adhuc in suo dormitorio dormientibus, et incongrua matutinarum hora, hostiis clausis et contra dominas obturatis, matutinas a clericis intrusis incoari[s] voluit, et sollempniter celebrari. Clericis itaque vocibus clamosis inchoantibus, domine de sompno evigilaverunt, properantesque ad monasterium intrare nequaquam potuerunt. Clerici invitatorium commune dicebant, scilicet[t] *Iustus florebit*[u]. Canonice in claustro ad hostia monasterii stantes et vim sibi illatam pacientes, matutinas altius decentiusque tamquam satis docte inchoaverunt[v] cum proprio invitatorio, scilicet[t] *Vincentem mundum*[u]. Quod audiens predictus comes hostia aperiri iussit, et dominas intromitti, clericisque quos intruserat dixit: *Discedite hinc; iste quidem in officio ecclesiastico instructe et edocte*[w] *sunt, vos autem*[x] *indocti*. Postea[y] contigit quod Balduinus comes, qui ante maius altare beate Waldetrudis sepultus fuit[z], defuncta quadam canonica, prebendam vacantem cuidam clerico, Gerardo[a] nomine, dedit; quem quidem canonice[b] conventus in canonicum recipere recusavit, graviter ferens[b] domini comitis oppressionem. Comes autem ille ecclesie[b] clamorem nolens audire, data non solito vel iusto ordine prebenda illa, statim Bincium[c] [11] secessit, *fol. 10. veniensque illuc, tanta[d] *subito detentus[e] fuit[f] infirmitate[g], quod stare vel sedere vel iacere non potuit[h]. Ad consilium autem quorumdam familiarium suorum, hominum prudentum[i], in ipsa nocte ad ecclesiam beate Waldetrudis, licet cum corporis sui gravamine, rediit, et penitentia ductus super malefacto[k] date prebende misericordiam a beata Waldetrude et capitulo cum omni humilitate petiit, et dominabus prebendam suam restituit. Quo facto ipse comes statim sanitatem recepit. Deinde ad suggestionem quorumdam perfidorum et eorum petitionem, clericorum scilicet multorum, et ad intercessionem uxoris eiusdem comitis, Alidis[l] scilicet comitisse, cuius[m] corpus in ipsa ecclesia in cripta[n] superiori tumulatum fuit, cardinalis quidam apostolice sedis legatus, Gerardus nomine, ortus de comitatu

a) *deest* 2. b) hominium 2. c) dominio ab uno comite 2. d) *sic* 2; Germ. et omn. 1, *sed* et *in loco raso*. e) aut 2. f) vel custos 2. g) aut 2. h) sub 1. i) dominas 2. k) i. e. e. *desunt* 1. l) *deest* 2. m) *addit* 2: celi. n) *deest* 2. o) cic. migr. 2. p) Raynerus 2. q) *deest* 1. r) excluderet 2. s) inchoari 2. t) videlicet 2. u) *addit* 2: etc. v) inchoarunt 2. w) docte 2. x) *addit* 2: penitus. y) postmodum 2. z) est 2. a) girardo 2. b) *deest* 2. c) binchium 2. d) *addit* 2: fuit. e) *deest* 2. f) *deest* 2. g) *addit* 2: prostratus. h) poterat 2. i) prudentium 2. k) facto male 2. l) aelidis 2. m) eius 2. n) cruta 2.

11) Binche.

Namurcensi, qui per partes Aduallenses[a] transeundo in Hanoniam venit, conductusque a comitissa ad ecclesiam beate Waldetrudis pervenit, in qua cum quedam prebende vacarent, ipse cardinalis eas supradicto Gerardo et aliis quibusdam clericis conferre attemptavit. Ipso quidem cardinali in choro beate Waldetrudis cum comitissa predicta residente et prebendas[b] clericis conferente et ad dominarum reclamationem, que iusticiam et iudicium postulabant, non cessante, domine in clericos irruerunt, et eos ab ecclesia expulerunt. Dominus cardinalis satis confusus recessit; at domine, que domini comitis sui benevolentiam habebant, in pace manserunt[c].

Redeamus inde ad Richeldem comitissam[12] et Balduinum eius filium, qui Roberto agnomine Frisoni multos et continuos et eius Flandrensibus moverunt guerrarum insultus. Balduinus[d] equidem miles iuvenis, comes Hanoniensis, probus in armis, pace cum Flandrensibus[e] inita, quandam Roberti comitis[f] neptem[g], quam necdum viderat, nec de eius deformitate nimia aliquid audierat, promisit[h] et iuravit ducere in uxorem[h, 13]. Unde Robertus vir astutus, ne Balduinus[i] posset resilire, Duacum[14] castrum, quod proprium erat comitis[k] Hanoniensis[l], sibi exinde obligari fecit, acceptis obsidibus qui castrum illud custodirent, et si comes Hanoniensis a nuptiis iuratis retrocederet, ipsum castrum ei pro quadam summa pecunie magna traderent[m]. *Contigit autem Balduinum illam vidisse, quam visam nimia *fol. 10'.
turpitudine indecentem[n] sprevit et despexit[o], et a pacto recedens nuptiali, duxit Idam in 1084.
uxorem, Lamberti[15] comitis Lovaniensis sororem, mulierem[p] religione et omni morum honestate ornatam; unde Duacum ita in manus Roberti Frisonis[q] et suorum successorum multorum[r] Flandrie comitum devenit, nec Hanoniensibus per pecunie solutionem nec per iusticiam retrahi poterat[s]. Hic Balduinus comes de Yda uxore sua filios habuit duos, Balduinum scilicet primum, qui in comitatu Hanoniensi ei successit, et Arnulphum secundum et filias duas.

Balduino igitur sic in Hanonia dominante, vir quidam nobilis, Gosvinus[t] nomine, de villa in Cameracesio, que Oysis[u, 16] dicitur, oriundus, par castri Montensis, cui ipse comes magna in territorio de Avethnis[v, 17] multisque aliis in Hanonia locis contulerat bona — unde ligium ei fecerat hominium et de omnibus que possidebat continuum in castro Montensi debebat stagium[18] — facte fidelitati obvians, domino suo ligio comiti[w] Hanoniensi in iure contraire et contra eius voluntatem et prohibitionem turrim in Avethnis[x, 19] cepit construere. Et cum ad monitionem domini sui iuri stare in eius curia dedignaretur, ipse comes in eum insurrexit; cui ille cum quot habere potuit viribus[y] occurrere presumpsit prope Sambram fluvium, et cum ibi acriter per duos dies bellassent, tercia die comes, obtenta super iure suo victoria, Gosvinum[z] predictum captum Montibus secum deduxit, quem tandem ad preces fidelium suorum virorum nobilium[a], abscisa barba abire permisit; qui postea habita domini sui gratia, turrim in Avethnis[b] perfecit, que quidem firmitas postea quandoque in detrimentum quorumdam comitum Hanoniensium fuit[c].

In diebus illis Iherusalem civitas sancta Armeniaque et Syria et pars Grecie a gentilibus usque fere[d] Brachium sancti Georgii occupata tenebatur. Unde ad subveniendum ecclesiis orientalibus quamplures imperii Romani et regni Francorum viri animati sunt; quorum consortio Balduinus sepedictus comes Hanoniensis bonis intendens operibus, miles potens in armis, largitor elemosinarum optimus, se ammiscere decrevit. Sciendum est

a) advallenses 2. b) prebend 1. c) permanserunt 2. d) Baduinus 1. e) *addit* 2: tandem. f) Frisoni 2. g) filiam 2. h) promisit ipsam accipere in uxorem 2. i) *addit* 2: inde. k) comitatus 2. l) *addit* 2: et ab antiquo. m) traderet 2. n) laborantem 2. o) et desp. *desunt* 1. p) *addit* 2: omni. q) Frisonis 2. r) *deest* 2. s) potuit 2, *qui addit:* usque ad tempora moderna. t) Gossuinus 2. u) oisis 2. v) Avesnis 2. w) comite 2. x) Avesnis 2. y) *deest* 2. z) Gossuinum 2. a) nobili 2. b) *sic et* 2. c) Hanonie extitit 2. d) *addit* 2: ad.

12) De Richilde comitissa ne verbum quidem amplius habet Gislebertus. *Ipsa quidem, postquam viriliter et bene terram suam tenuerat,* inquit Balduinus de Avennis, *mortua est a. D.* 1086. B 13) In sequentibus auctor errorum non est integer. Vide praefationem ad vol. XIII. collectionis Bouquetianae, p. LVII. 14) Douay. 15) Cfr. Albericum ad a. 1084: *Comes Montensis Balduinus uxorem duxit Idam, filiam Henrici Lovaniensis.* Non invenitur Lambertus aliquis inter comites Lovanienses; v. de Roy ad Bald Avesn. p. 13. 16) Oisy a Cameraco inter septent. et orient. 17) Avesnes. 18) mansionem, commorationem assiduam. 19) Constat Gosvinum de Oysiaco a. 1106 quam citius dominium Avesnense assecutum fuisse; quippe eo vel sequenti anno peremptum fuisse avunculum eius Theodericum de Avennis diserte tradit Herimannus Tongrensis (Bouq. XIII, 401). Unde quae narrat hic Gislebertus, de alio Balduino intelligenda sunt. B.

autem et ad questionem multorum respondendum, quis primus urbem Iherusalem edifica- *fol. 11. verit. In Genesi legitur quod Melchisedech *rex Salem proferens panem et vinum — erat enim sacerdos Dei altissimi — et benedixit Abrahe. In libro Iosue eciam legitur, dum terra promissionis sorte inter 12 tribus divideretur, quod Salem ipsa est Iherusalem. Quia ergo Melchisedech rex Salem fuisse dicitur, asserunt multi per hoc latenter innui quod eam edificaverit. Ipsum autem Melchisedech, Ieronimo teste, dicunt Hebrei fuisse Sem, filium Noe, et ab eo post diluvium eandem urbem conditam fuisse, et cum sua progenie in ea regnasse. Inde est quod eciam sacerdos fuisse dicitur, quia ante legem Moysi omnes primogeniti sacerdotes erant, et ipse Sem primogenitus fuit. Hec sunt primogenita que Iacob concupivit, cum Esau fratri primogenito dixit: *Vende mihi primogenita tua,* id est honorem sacerdotii. Urbem ergo Salem postea Gebusei captam ex nomine suo vocaverunt Iebus, sicut in libro Iudicum invenitur. Postea B littera mutata in R pro Iebus et Salem, vocata est Iherusalem. In ea primus rex David thronum et caput Israhelitici regni posuit, in qua Salomon templum edificavit, et ex nomine suo appellavit Iherosolimam, quasi Ierusalomoniam, sicut Ysidorus dicit. Hanc primus Nabugodonosor rex Babilonis, succenso templo, destruxit, et eius habitatores in Babiloniam captivos deduxit; sed post 70 annos Cyrus rex Persarum Iudeos redire et Iherusalem cum templo reedificari precepit. Post aliquot annos rex Antiocus, sicut in libro Machabeorum legitur, cum magno exercitu eam intravit, muros ex magna parte destruxit, Iudeos ad ritum gentilium transferre voluit, et in ipsa urbe arcem construxit, in qua gentiles posuit. Iudas vero Machabeus multis preliis gentiles inde expulit, et ipsam iterum munivit; arcem tamen capere non potuit, nec ipse, nec frater eius Ionatas post ipsum. Symon vero frater utriusque et in principatu successor et arcem cepit, et gentilibus expulsis totam urbem mundavit, et eam cum filiis suis possedit, donec posteris eius de regno et sacerdotio inter se litigantibus, sicut Iosephus refert, ab altero eorum rogatus Pompeius Cesar Iherusalem venit, tuncque primum[a] Iherusalem Romanis subdita fuit, et uno depulso principatum alteri dedit. Ad quam eciam urbem Cesaris concessu venit Herodes, in cuius tempore natus est Christus, qui et conversatione sua et miraculis suaque *fol. 11'. passione et sepulchro *sic eam glorificavit, ut Matheus ewangelista eam non dubitet nominare Sanctam-civitatem. Post passionem vero Domini Vaspasianus cum Tyto filio suo Matth. 24, 2. eam sic destruxit, ut, sicut Dominus in ewangelio predixerat: *non relinquetur in ea lapis super lapidem,* ita factum est. Helius autem imperator gentilis rursus eam edificavit, et ex nomine suo Heliam eam appellavit. Cum vero Constantinus augustus per sanctum Silvestrum baptizatus fuisset, mater ipsius Helena augusta crucem Domini diligenter quesitam in ea invenit, et per medium eam fecit secari, partemque unam ibi relinquens, alteram Constantinopolim detulit, que prius Bisantium vocata erat sed tunc a Constantino celsius et regalius edificata, et eius nomine Constantinopolis appellata est. Post multos annos Cosdroe gentilis, Persidis rex, Iherusalem cepit, medietatem crucis dominice inventam in Persidem detulit, et eam in fano quod sibi edificaverat posuit, filioque suo regnum tradens in eiusdem fani throno, gentilium exercitu regnum christianorum invasit. Sed occurrit ei Eraclius imperator Constantinopolitanus christianus cum christiana[b] expeditione, eumque in fluminis ponte nutu divino vicit et decollavit; sicque terram, quam de regno pater illius subtraxerat, per victoriam recepit. Subiugatis igitur sibi gentilibus, cum christiana milicia in Persidem abiit, et usque ad fanum in quo perfidus Cosdroe morabatur pervenit, sedentem eum in throno aureo repperit; quem, ut christianus fieret et regnum Persidis de manu sua susciperet, ammonuit. Quo nolente converti, protinus extracto gladio caput illi amputavit filiumque eius puerum baptizari fecit et eum de sacro fonte suscepit regnumque Persidis ei concessit, acceptis obsidibus ab eo quod ulterius sibi esset subiectus. Crucem dominicam, quam Cosdroe asportaverat, rursus Iherosolimis detulit, et ad selpulchrum dominicum reposuit, sicut in exaltatione sancte crucis publice per ecclesias legitur. Itaque longo tempore regnum Persidis imperio Constantinopolitano subiectum fuit, et christiane fidei cultus in Iherusalem et in multis urbibus Orientis floruit, donec christianorum peccatis offenso Deo, rursum error gentilitatis invaluit, ac de finibus suis egressi gentiles, Iherosolimam ac sepul- *fol. 12. chrum Domini pervaserunt, Armeniamque et Syriam partemque *Grecie pene usque ad illud mare quod dicitur Brachium sancti Georgii, obtinuerunt.

a) primum *bis script.* 1. b) christianus cum christianus cum christiana 1.

Demum[a] quidam Constantinopolitanus imperator, Alexis nomine, assiduis gentilium incursionibus minuto magna in parte regno suo, tremefactus misit nuncios in Franciam cum epistolis ad animandos principes, ut desolate Iherusalem et periclitanti Grecie subvenirent[b]. Unde confidentius scripsit Roberto seniori Flandrensium[c] comiti. Hic equidem Robertus frater fuit Balduini comitis Flandrensis et Hanoniensis, ut satis prediximus, qui eciam sororem habuerunt, Mathildem scilicet, coniugem Willelmi[d] comitis Normanorum, qui postea (1066. Dec. 25.) rex fuit Anglorum, de qua Mathilde ipse Willelmus rex tres genuit filios, scilicet Willelmum, Robertum et Henricum, et filiam Adelam, uxorem Stephani comitis Blesensis, de qua ipse Stephanus filium habuit Theobaldum, comitem potentissimum, qui bona sua in regno Francorum plurimum ampliavit, qui eciam filios habuit Henricum comitem Trecensem, et Theobaldum comitem Blesensem, et Stephanum comitem, et Willelmum Remensem archiepiscopum, et filias Adelam scilicet, reginam Francorum, matrem Philippi regis Francorum potentissimi, et ducissam Borgundie, et comitissam de Bar, et comitissam de Percea. Ex primis Willelmi regis Anglorum filiis, Willelmus primus filius patri mortuo[20] in regnum successit. Robertus vero factus est comes Normanorum, sed cum post paucos annos Willelmus rex, qui venatum in silvam perrexerat, a quodam milite suo interfectus fuisset[21], Henricus frater ei in regno successit. Cui quidem Henrico[22] nepos eius Stephanus, frater Theobaldi comitis Blesensis, qui eciam uxorem habuit filiam Eustacii comitis Boloniensis, fratris inquam Godefridi ducis et Balduini, qui postea regnum Iherosolimitanum obtinuerunt, successit in regno[23].

Insuper Alexis Constantinopolitanus imperator a domino papa Romano[e] Urbano super gentilium incursibus auxilium et consilium requisivit. Hic itaque Urbanus[24] ante papatum Odo vocatus fuerat, ex claro Francorum genere oriundus, et ex clerico factus monachus, Cluniaci prioratus rexit officium; inde proficiente merito ad episcopatum Ostiensem vocatus est, demum ad summum pontificatum vocatus, dictus est Urbanus. Hic itaque vir eximius cum[f] Alexis imperatoris[g] suique dilecti[h] precibus, sed multo propensius generali christianitatis periculo pulsaretur, in regnum Francorum venit et in urbe *que Clarus-Mons[25] in (*fol. 12'. 1095.) Alvernia[i] dicitur, concilium suum super hiis instituit, invitatis ad illud quampluribus Fran- (Nov. 18—28.) cie et Germanie viris, tam clericis quam laicis, quos[k] ipse dominus papa ad subveniendum sancte civitati Iherusalem et ecclesiis orientalibus pio sermone exhortatus est. Ad cuius (Nov. 26.) dulcem et congruam sermocinationem multi et magni viri signum crucis Domini cum arrepto citius itinere sibi assumpserunt. In quo quidem concilio ipse Urbanus papa secundus tanta refloruit auctoritate, ut eciam Philippum regem Francorum, qui propria uxore relicta Berta, Andegavensis comitis[26] uxorem Bertadam[l] sibi copulaverat, tanta constantia excommunicaverit[27], ut intercessiones spectabilium personarum et multiplicium munerum illationes contempserit, et quod intra regni sui limites[m] demorari non extimuerit. In hoc autem concilio dominus papa signum vociferationis Christi fidelibus dedit, ut cum ad bellum essent, una voce clamarent: *Deus vult, Deus vult*[n]. Quod et ita factum est. Celebrato itaque concilio, anno dominice incarnationis 1095, cum multi principes in auxilium Domini properarent[o], videlicet Boemundus[28], Tancredus[29], Remundus[p] comes Sancti Egidii, episcopus Podiensis[30], Hugo Magnus[31] frater Philippi regis Francorum, Robertus comes Normanorum, Robertus comes iunior[q] Flandrie, sepedicti comitis Roberti filius[r], et Godefridus dux Bullionis cum fratribus suis, Balduino scilicet et Eustacio[s], Balduinus sepedictus comes Hanoniensis, Richeldis[t] filius, Godefrido duci et eius fratribus ad auxilium Domini et eius honorem associatus est.

Sciendum quod cum Godefridus dux iter Domini arripere proposuisset, allodium suum proprium Bullionem[32] pro quadam summa pecunie assignavit Leodiensi ecclesie, hac inter-

a) *sic omissa de Ierusalem particula pergit* 2: Imperator autem Constantinopolitanus Alexis *etc.* b) subveniret 2. c) Flandreñ 1. d) Will'i 1. e) Romanorum 2. f) Qui cum 2. g) *deest* 2. h) dilecti sui 2. i) Alverna 2. k) quod 2. l) Bertradum 2. m) milites 1. n) *addit tertia vice* 2: Deus vult. o) apparent 2. p) Romundus 2. q) R. iunior dictus comes 2. r) seped. Rob. Frizonis fil. 2. s) Eustachio 2. t) Richildis 2.

20) Obiit a. 1087. Sept. 9. 21) a. 1100. Aug. 2. 22) Mortuus est a. 1135. Dec. 2. 23) 1135. Dec. 26. — 1154. Oct. 25. 24) II. 1088. Mart. 12. — 1099. Iul. 29. 25) Clérmont. 26) Fulconis. 27) V. quoque Bernoldi chron. SS. V. p. 464 ad a. 1095; cfr. quoque Brial, de repudiata Berta regina, in praefatione Collectionis Bouquetianae Tom. XVI. 28) filius Roberti Guiscardi. 29) Item, postea princeps Tripolitanus. 30) Ademarus. 31) comes Viromanniae. 32) Bouillon.

posita conditione, quod si Deo volente eum decedere in transmarinis partibus contingeret, illud Leodiensi ecclesie in proprietatem remaneret; si vero eum reverti inde Deus permitteret, illud pro accepta pecunie summa redimere posset[33]. Et quia regnum Iherosolimitanum adeptus nunquam inde rediit, ipsum Bullio castrum cum pertinentiis suis Leodiensi ecclesie in proprietatem cessit, iusticia vero ducatus Lothoringie et feoda ad ducatum pertinentia in manum imperatoris Romanorum devenerunt. Itaque ducatum cum suis pertinentiis cuidam viro nobili, Henrico scilicet de Lemborch, contulit, et sic ille et quidam eius
*fol. 13. filius ducatum illum tenuerunt[34], *unde postea multi de Lembor domini, licet duces non fuerint, tamen duces appellati sunt. At quidam comes Lovaniensis, Lambertus[35] scilicet, pater Godefridi[a] ducis, qui dux Barbatus appellatus est, principis inquam potentis, apud dominum imperatorem effecit, quod ducatus huius dignitatem ei concessit[36]. Et sic ducatus ad comites Lovanienses devenit; attamen nullam ex ducatu ipso extra terminos sue proprie terre unquam exercuerunt iusticiam.

Exercitus[b] christianorum post multos et per[c] magnos labores per Hungariam et Bogariam[37], Greciam et Constantinopolim transeuntes, subiugatis sibi quampluribus civitatibus, pervenerunt Anthiochiam. Quibus Alexis imperator iuramentum fecerat quod si eis necessitas incumberet[d], cum viribus suis subveniret, et inde ad eorum vires augendas Tatinum senescallum[e] suum cum tribus milibus armatorum transmisit. Nostri vero christiani iuraverant ipsi imperatori quod si esset eis auxiliator fidelis, totam terram a Constantinopoli
1097. usque Anthiochiam, et ipsam Anthiochiam eius ditioni redderent. Die autem illa qua Anthiochiam pervenerunt, et tentoria ad obsidionem urbis fixerunt, Balduinus comes Hanoniensis constitutus fuit retrocustos exercitus. Fixis autem tentoriis et principibus per loca circa urbem ordinatis, Balduino comiti Hanoniensi ad sua tentoria figenda locus non patuit. Balduinus vero Tatini[f] ab imperatore missi vires vilipendens, eiusque perfidiam erga christianos metuens, inter illius tentoria et civitatem sua tentoria figere non timuit[g]. Unde graves a Turcis et continuos patiebatur insultus. Cuius nominis fama pro tanta animositate
1098. Iun. 8. per totum christianorum exercitum dilatata est. Capta autem civitate Anthiochia, principes[h] exercitus pactum cum imperatore Constantinopolitanensi firmatum[i] volentes observare, nuncios ad eum direxerunt[38], scilicet Hugonem Magnum, fratrem Philippi regis Francorum, et Balduinum comitem Hanoniensem cum magna militum turma, ut civitatem reciperet, et que eis pepigerat expleret. Quibus euntibus insidie a Turchis pretente fuerunt, et ex eis quamplures occisi, alii vero capti, quidam autem per fugam elapsi sunt; in quo quidem
*fol. 13'. conflictu Balduinus comes Hanoniensis periit, sed cui infortunio *succubuerit adhuc ignotum est[39]. Unde eciam tacendum non est quod uxor eius Yda comitissa domini sui occasum ut audivit, sed incerta si occisus fuerit, vel captus teneretur, Deum et virum suum diligens, partes illas cum labore magno et gravibus expensis adire non dubitavit; unde ipsa prius de viro suo incerta, incertior rediit. Hec quidem mulier religiosa Romam orandi intuitu sepius adiit. Unde contigit quod cum a perigrinatione illa reditum faceret per Ardennam, ubi quedam allodia prope ecclesiam Sancti Huberti[40] habebat, comes Cyniaci[41] ei insultus violentos faciens, eam capere voluit. Que ad ecclesiam Sancti Huberti fugiens, ibi per aliquot tempus mansit, quousque illinc secure in Hanoniam transiit. Ex gratia autem et familiaritate quam cum illa ecclesia habuit, contulit ipse ecclesie in proprietatem allodia sua que in partibus illis habebat eidem ecclesie satis contigua, de quibus partem avia[k] Richeldis comitissa eidem ecclesie contulerat libere, partem vero in vadio tenendam concesserat. • In bonorum autem illorum collatione constitutum fuit inter ipsam ecclesiam et quoscumque

a) Gedefridi 1. b) siquidem 2. c) *deest* 2. d) incomberet 2. e) Tacinum senescaldum 2. f) Tacini imperatoris senescaldi vires 2. g) metuit 2. h) princeps 1. i) Const. firm. *desunt* 2. k) sua 1.

33) Cfr. Aegid. Aureaevall. l. c. p. 41: *ut offerret — praedictum castrum — conditione interposita, ut si infra tempus praefinitum a se vel a suis successoribus tribus, quos ipse praescripserat, non redimeretur, deinceps possessio sicut disposuerat cum castello perpetuo ecclesiae assignaretur.* Ubi paullo post pretium ab Oberto episcopo datum enumeratur. 34) Heinricus II. comes Limburgensis ducatum inferioris Lotharingiae tenebat ab a. 1101 usque ad a. 1106, cfr. Sigeb. ad a. 1101 et 1106. l. c. p. 368. 371. 372. Waleramus I. eius filius a. 1126 ducatum impetravit, posseditque usque ad a. 1138. 35) Cfr. supra p. 501; Godefridi pater erat Heinricus II. Lovaniensis comes. 36) Cfr. Sigebertum ad a. 1106. l. c. p. 372: *ducatus eius* (sc. Heinrici com. Limburg.) *datur Godefrido comiti Lovaniensi.* 37) Bulgariam. 38) V. S bei Gesch. des ersten Kreuzzugs p. 446. 39) Cfr. Hermann. Tornac. Bouq. XIII, 397: *unde necdum rediit, et utrum occisus an captus fuerit usque hodie sciri nequivit.* 40) St. Hubert. 41) Arnulfus.

dominos comites Hanonienses, ut quicumque abbas Sancti Huberti maneat capellanus comitis Hanoniensis, ita quidem quod ad monitionem ipsius comitis ter in anno debeat ad comitem accedere in Hanoniam pro divinis celebrandis in magnis sollempnitatibus, scilicet in natali Domini et in pascha et in pentecosten, et afferre duo vasa plena vino Leasure[42] que vasa barilii[43] vulgariter dicuntur.

Sepedicto Balduino comiti Hanoniensi, Balduini comitis Flandrie et Hanonie et Richeldis comitisse filio, successit filius eius iuvenis primogenitus Balduinus in comitatu Hanoniensi. Secundus autem filius fuit Arnulphus pater Eustacii senioris de Ruez. Filie autem fuerunt tres, quarum una Yda nomine viro nobili et bellicoso, Thome scilicet de Marla, maritata fuit; alia vero Richeldis nomine comiti Montisfortis in Francia, que a viro relicta[44], postea in Melbodiensi ecclesia sanctimonialis diu et honorifice vixit; alia autem, Alidis nomine, viro nobili Hugoni de Ruminio maritata* fuit. Balduinus comes Hanoniensis valde iuvenis uxorem *fol. 14. duxit nobilissimam Yolendem, nobilis et potentis comitis de Ghelra[45] filiam; aliam vero eiusdem comitis de Ghelra filiam habuit uxorem Henricus dux de Lemborch, ex cuius parte ad eius heredes, dominos de Lemborch, pro parte suorum allodiorum castrum Wassemberghe[46] proprie devenit. Balduinus autem comes Hanoniensis de Yolende uxore sua filios habuit Balduinum primum et Gerardum secundum, et filias duas, quarum una domino de Thoenio[47.a] maritata fuit, alia[48] vero castellano Tornacensi. Et quia tota terra Hanonie ecclesie Leodiensi erat assignata, et ab episcopo Leodiensi in feodo tenebatur, ad primogenitum tota deveniebat filium. Itaque fratres et sorores in hereditate illa nequaquam participant. Igitur Arnulphus, eiusdem comitis frater, filium habuit Eustacium de Ruez, qui Senior appellatus est, virum vividum et in Hanonia potentem, qui cuiusdam viri nobilis paris castri Montensis, Iohannis nomine, filiam duxit uxorem, et ex parte uxoris terram possedit, de qua factus fuit par castri Montensis, et in terris suis villas instauravit, scilicet Ruez[b.49] et Morlenwes[50], ubi eciam munitionem construxit. Hic de uxore sua Maria filios habuit, Nicholaum scilicet primum et Eustacium secundum, et filias Beatricem, Alidem et Adam. Nicholaus autem primus filius de voluntate matris ad litteras discendas puer hortatus fuit; qui maior effectus a litteratura recedere noluit, sed clericus manere et fratri in hereditate tota cedere voluit. Hic equidem Nicholaus satis litteratus et moribus honestis ornatus, clericus mansit bonis ecclesiasticis ditatus. Eustacius vero factus fuit miles probissimus et magni nominis vir et in curia Hanoniensi et nobilium consiliis potentissimus; qui de uxore sua Berta, Rassonis de Gauria et Damisoni[c] de Cirvia filia, filium habuit Eustacium[51] et filiam Beatricem. Soror eorum Beatrix viro nobili, pari castri Montensis, Waltero de Lens maritata fuit, que filium habuit Eustacium, et filias Ydam et Mariam. Alidis alia soror cuidam nobili desponsata fuit, quo mortuo absque proprii corporis herede, ipsa, religionis habitu assumpto in abbatia sancti Phoillani[52], in sanctitatis operibus decessit. Ada* vero viro nobili Nicholao de Bouleirs[d] maritata ex ipso filiam *fol. 14'. suscepit, ad quam hereditas patria pervenit; quo mortuo nupsit viro nobili Drogoni[53] de Boosiis, de quo filios habuit. Mortuo eodem Drogono, ipsa Ada nupsit cuidam militi Flandrensi, Gosuino nomine.

Soror sepedicti filii Balduini et Yde, scilicet comitis Hanoniensis Balduini, una, Alidis nomine, viro nobili de Ruminio[54] nupsit, que filium habuit Nicholaum, qui et Ruminium[55] et Florinas[56] castra possedit, et filias Beatricem et Alidem et Richeldem, et tres quarum nescio nomina. Nicholaus hic bona terre sue plurimum ampliavit, et de uxore sua Damison de Cirvia[57] filios habuit milites probos, Nicholaum scilicet, qui post ipsum Ruminium possedit, militem probum et prudentem, cuius fama bona longe lateque diffundebatur, et Hugonem qui Florinas castrum tenuit, et filias Iulianam viro nobilissimo Raynaldo de Roseto maritatam, de quo ipsa filium habuit Rogerum, et Clementiam Gerardo de Haslut, et

a) thoemo 1. b) Ruex 1. c) damisovj 1. d) bonleirn 1.

42) Liser ad Mosellam fluv. 43) barile Gallis *baril*, amphora, dolium. 44) Richeldis nupta fuerat Amalrico de Monteforti, cognomento Forti, a. 1089. perempto, teste Orderico Vitali, *post cuius obitum se reddidit in abbatia Melbodiensi*, inquit Balduinus de Avennis. B. 45) Gerardi. 46) Wassenberg, ab Erkelenz ad occid. 47) Rogerio. 48) Richeldis Evrardo. 49) Le Roeulx. 50) Morlanwez. 51) agnomine Kanivet. 52) Balduinus de Avennis l. c. cap. X: *facta est monialis monasterii sancti Foillani apud Rodium.* 53) *Eustachio* Bald. Avenn. l. c. 54) Hugoni. 55) Rumigny. 56) Florennes. 57) relicta Rassonis de Gauria.

Yolendem Henrico de Hirge et advocato Hasbaniensi et apud Winti[58] in Flandria maritatas. Predicti autem Nicholay sororum una, Richeldis scilicet, domino de Cuus nupsit, que filium habuit Egidium. Alia soror Beatrix scilicet, nupsit viro nobili Gossuino de Montibus, viro nobilissimo satisque potenti in Hanonia multisque possessionibus ditato, unde continuum in Montibus stagium[57*], et in Valencenis continuum stagium, et in Bellomonte continuum debebat, hoc excepto quod dum in Valenchenis stagium faciat, in Bellomonte facere non debet, et dum in Bellomonte illud faciat, ad faciendum in Valenchenis cogi non potest. Duarum autem paritiarum in Montibus ille par erat; qui eciam Gossuinus fratrem habuit clericum bone memorie, Nicholaum Cameracensem episcopum omni valore refertum, qui episcopatum suum potenter tenuit[59] et honeste procuravit, et ab Hanoniensibus plurimum amabatur. Gossuinus de uxore sua filium habuit unicum Gossuinum, et filias, Ydam scilicet viris nobilibus Sohero[60] videlicet de Aenghien, postea Renero de Iacea, et demum Balduino *fol. 15. Carim agnomine maritatam; et* Mathildem Waltero de Linea, deinde Waltero de Fontanis maritatam, et Aelidem Rogero de Condato et Rixam Stephano de Denen, et Beatricem Baldrico[61] de Roisin, et Agnetem Hugoni domino de Spinoit et de Antun maritatas. Gossuinus autem iuvenis antequam fieret miles decessit, itaque maior pars possessionum supradicti Gossuini, scilicet stagiorum et aliorum bonorum ad Ydam de Iacea et ad eius virum Renerum, et eorum filium Gerardum devenit. Supradicti Nicholay soror una, scilicet Alidis, nupsit domino del Tur[a], alia nupsit domino de Cheri prope Retest, deinde eadem nupsit domino de Doncheri. Una nupsit domino de Balehan, et una Ysaac de Barbencione, pari castri Montensis, que filium habuit Nicholaum, militem probum et discretum et in consiliis curie Hanoniensis pollentem.

Alia sepedicti comitis Hanoniensis soror[62] nupsit viro nobili et potenti ac bellicoso in Francia, Thome de Marla, de quo filiam habuit Ydam nomine, que Yda nupsit viro nobili Alardo de Cymaco, agnomine Poliere, pari Castri Montensis, de quo ipsa filium habuit Egidium. Defuncto autem Alardo, Yda nupsit Bernardo de Orbaiz, de quo ipsa filium habuit Engelramum.

Sepedictus Balduinus comes Hanoniensis, Balduini comitis et Yde comitisse filius, uxorem habuit, ut prediximus, Yolendem, comitis de Ghelra Gerardi filiam, de qua ipse Balduinus filios habuit Balduinum primum, qui Montibus in superiori choro ante maius altare sepultus est, et Gerardum secundum, et filias duas, quarum una[63] domino de Toenio[64], altera[65] vero castellano Tornacensi[66] maritata est. Unde sciendum est quod illa Toenii maritata filios habuit tres milites egregios et magni nominis, Radulphum primum, Rogerum secundum et Balduinum tercium, et Gaufridum quartum clericum pium honestum et satis litteratum. Balduinus autem in Hanonia nutritus fuit, et ab avunculo suo Balduino comite miles factus, Hanoniam cum eo semper inhabitabat. Cuius probitas de die in diem augmen- *fol. 15'. tum mirum cepit, omnem in corde mansuetudinem gerebat, in munerum effusione* delectabatur; qui cum Suessionem[67] orandi causa adiisset, in ipso reditu a seculo migravit. Cuius mors avunculum suum et homines cuiuscumque conditionis in Hanonia graviter turbavit, cuius corpus Valencenas allatum, ibidem in monasterio sancti Iohannis sepultum fuit. Gaufridus vero clericus, qui quandoque Hanoniam cum avunculo suo et eius filio inhabitabat, infirmitate apud Haimoncasnoit[68] oppressus, decessit, qui Valencenis iuxta fratrem suum honorifice sepultus fuit. Radulphus primogenitus eorum frater filium habuit Rogerum, qui in bonis suis ei successit. Alia predicti comitis Balduini et Yolendis comitisse filia, castellano Tornacensi maritata, filium habuit militem probum admodum et famosum Evrardum, cognomine Radonem, qui de parte matris sue Fienias[69] villam prope Melbodium possedit. Hic equidem de uxore prima, Roberti de Betuna[70] Atrebatensis advocati sorore, filiam habuit Richeldem, que nupsit viro nobili Gisleberto de Aldenarda, postea militi probo Waltero de Sothenghien. Evrardus autem, vivente prima uxore, aliam superduxit, matrem

a) deltur 1.

57*) Obligatio vassalli standi in castro domini sui, sive pro eo tuendo contra hostes, sive ex alio debito. DUCANGE. 58) Denderwindeke, ad Scaldim fl., a Ninove ad meridiem. 59) I. 1136—1167. Iul. 1. 60) *Sigero* Bald. Avenn. 61) *Balduino* Bald. Avenn. 62) Ida. 63) Gertrudis. 64) Rogerio. 65) Richildis. 66) Evrardo. 67) Soissons. 68) Le Quesnoy, in Gallia, arr. de Avesnes, cant. de Quesnoy. 69) Feignies, in Gallia, arr. de Avesnes, cant. de Bavay. 70) Béthune.

Cononis et Iohannis et Radulphi, qui comitatum Suessionensem et dominium Nigelle[71] et castellariam Brugensem possederunt, et ex ea filium habuit Balduinum.

Balduinus comes Hanoniensis, Balduini[a] comitis et Yde comitisse filius, satis iuvenis miles decessit, cuius corpus in Montensi ecclesia sepultum fuit ante chori introitum. Cuius 1120. filii parvi remanentes, primus filius Balduinus comitatum Hanoniensem obtinuit; iunior autem filius Gerardus allodia in Adualensibus partibus ex parte matris sue Yolendis comitisse pervenientia, scilicet comitatum de Dodewerda[72] et comitatum de Dala[73], habuit. Qui filium habuit comitem Henricum, militem probum. Yolendis vero comitissa vidua, tam de iure dotalitii quam de parvitate Balduini filii sui[74] Hanoniam diu tenuit, que nupsit cuidam fideli suo, viro nobili Godefrido de Bocheain, castellano Valencenensi, qui ex iure castellarie Ostrevannum[75] tenebat. Hic eciam et[b] Ribemontem[76] et Orinium[77] et castellum in Porcesio[78] possidebat. Qui de ipsa Yolende comitissa filium habuit Godefridum et filiam Bertam, a quibus,* Godefrido scilicet et Berta, frater eorum Balduinus comes Hanoniensis castellariam *fol. 16. Valencenensem et totam hereditatem eorum tam in Ostrevanno quam in Cameracesio acquisivit coemptione congrua. Godefridus ille absque proprii corporis herede decessit. Berta autem cuidam comiti de Duraz nupsit, deinde nupsit Egidio de Sancto Oberto, a quo filium habuit Gerardum et filiam Nicholao predicto de Barbencione in matrimonio traditam. Cuius equidem Egidii, Hanoniensis curie summi de iure hereditario dapiferi, gloriosi nominis et incomparabilis probitatis et largitatis fama, inter universos milites tam in regno Francorum quam in imperio Theutonicorum gyrovagantes, dum ille vixit, pre ceteris fuit exaltata. Mortua autem Berta, Egidius uxorem duxit Mathildem de Berlainmont, Egidii de Cin et Damison de Cirvia filiam, que Mathildis ex parte patris sui hereditaria Berlainmont[79] et summam Hanoniensis curie camerariam tenuit. Hic equidem Egidius de Cin, dum vixit, omnium militum in hoc seculo viventium probissimus in armis dictus est; qui in transmarinis partibus cum leone ferocissimo solus dimicans illum vicit et interfecit, non sagitta vel arcu, sed scuto et lancea. Hic ex parte uxoris sue Damison de Cirvia ipsum castrum Cirviam[80] possedit, et comitis Hanoniensis commilito fuit, et in quadam guerra, quam cum duce Lovaniensi habebat comes Namurcensis, ipse[c] Egidius interfectus apud Sanctum Gislenum[81] sepultus fuit. Egidius autem de Sancto Oberto, ex sua hereditate summus Hanoniensis curie dapifer et ex parte Mathildis uxoris sue summus camerarius, ex ea filium genuit Egidium, et Businias[82] villam instauravit, ubi turrim construxit, quam a comite Hanoniensi Balduino, Balduini comitis et Alidis comitisse filio, in feodo ligio susceperat; Bohain[83] eciam villam primus instauravit.

Balduinus comes Hanoniensis, Balduini comitis et Yolendis comitisse filius, qui multos labores et guerrarum insultus undique contra vicinos suos et contra omnes fere suos homines potentiores et maxime contra Theodericum comitem Flandrensem et eius uxorem Sibiliam, comitis Andegavensis filiam, passus est; in quibus, Deo auxiliante, nichil hereditatis vel honoris perdidit;* uxorem duxit nobilissimam Alidem, corpore eleganti et facie *fol. 16'. decoram, morum honestate refertam, operibus bonis et elemosinis intentam, Godefridi comitis Namurcensis et Ermensendis comitisse filiam, Henrici comitis Namurcensis et Lusceleborch sororem. Et quia aliis ipsius Alidis sororibus maritatis, scilicet ducisse Ciringhiorum[84] et comitisse de Retest[85] pars sua in allodiis fuerat assignata, quas quidem partes ipse sorores in partibus sibi vicinis iam tunc temporis tenebant, concessum fuit[86] in contrahendo matrimonio quod quandocumque Henricus comes Namurcensis decederet, omnia eius allodia et feoda et terre censuales ad sepedictum Balduinum comitem Hanoniensem et eius uxorem Alidem et eorum heredes redirent. Evolutis deinde quampluribus annis, Balduinus comes et eius uxor Alidis, a duabus ipsius Alidis sororibus, quarum una domino de Roseto, alia domino de Spinoit maritata fuit, partem suam in allodiis acquisierunt. Igitur

a) baduini 1. b) ecy 1. c) ipse 1.

71) Nesle, départ. de la Somme. G. 72) Dodewaard, in prov. Geldrensi Hollandiae. 73) Dalem, ibidem. 74) Quum a. 1120. Balduinus III. decessisset, Balduinus IV. filius non nisi undecim annis natus erat; cf. Reiffenberg, Histoire de Namur II, 5. 6. 75) Ostrevant. 76) Ribemont. 77) Origni. 78) Château-Porcien. 79) Berlaymont. 80) Chievres. 81) St. Ghislain, a Mons an occid. 82) Boussies. 83) Bohain, inter Cambray et Guise. G. 84) Clementiae, nuptae Conrado Zaringiorum duci. B. 85) Beatrici, Gontherii Retestensis comitis uxori. B. 86) cf. A. Pinchart, De l'inféodation du comté de Namur au comté de Hainaut. Mons 1850. p. 15.

cum Balduinus comes Hanoniensis et eius uxor Alidis, saltem in allodiis vivente eciam Henrico comite, tres partes debuissent possidere, tamen pro bono pacis compositum fuit ut Henricus comes Namurcensis et Roche[87] et Lusceleborch, ea dum viveret teneret, et post eius decessum omnia allodia cum feodis et aliis terris ad Balduinum comitem et ad Alidem comitissam sine calumpnia devenirent. Unde ipse Henricus sepedictis Balduino et Alidi, fide interposita et iuramentis, ab hominibus suis fidelitates et securitates exhiberi fecit, non semel sed multotiens, tam a militibus, nobilibus, quam a familiaribus, servientibus et burgensibus, tam de terra Namurcensi, quam de Durbui[88,a] et de Rocha et de Lusceleborch. Hic autem Henricus comes Namurcensis post decessum avunculi sui Willelmi[89] comitis de Lusceleborch comitatum de Lusceleborch sic adeptus est, quod medietatem allodiorum ex parte matris sue Ermesendis[b] comitisse iure hereditario adeptus fuit; feoda vero, scilicet dignitatem comitatus et Thiuwillam[90] et advocatias Sancti Maximini in Treveris, et Sancti Willebrordi in Eternacho[c,91], per gratiam domini imperatoris Romanorum[d], quia avunculus eius absque proprii corporis herede masculo decesserat, plenarie obtinuit contra conso-
*fol. 17. brinam suam, ipsius comitis Willelmi filiam,* que cum ipso Henrico comite Namurcensi in allodiis participavit, quam duxit in uxorem comes de Grandi-Prato, et ex ea filium habuit Henricum, militem probum, agnomine Wafflart. Sciendum est autem quod Godefridus comes Namurcensis, vir nobilis et potens, sepedicti Henrici comitis pater, duas habuit uxores. De prima quidem uxore[92] duas habuit filias, quarum una[93] domino[e] Rogero de Roseto nupsit, alia[94] vero nupsit cuidam nobili apud Spinoit[95] in Atrebathesio. De secunda uxore, Hermensende[96] nomine, duos habuit filios, Henricum scilicet comitem sepedictum et Albertum, qui iuvenis decessit, et filias tres, ducissam scilicet Ciringiorum et comitissam de Retest et sepedictam Alidem comitissam Hanoniensem. Illa autem domino Roseti maritata filios habuit, Raynaldum scilicet, virum probum et discretum, qui terram suam novis villis instauratis bene populavit et ditavit, et de uxore sua Iuliana, filia Nicholay de Ruminio, ut prediximus, filium habuit Rogerum. Domina autem illa Roseti, mater Raynaldi, alium habuit filium Raynaldi germanum, Rogerum Laudunensem episcopum[97], et filias, Alidem scilicet supradicto Egidio[f] de Cymaco maritatam, et Annchelisam viro nobili in comitatu Namurcensi maritatam, Philippo scilicet de Altaripa. Illa autem, de qua supra diximus, que apud Spinoit maritata fuit, filios habuit et filias, quarum unam habuit uxorem Theodericus de Anvennis[g]. Ducissa vero Cheringhiorum[98] tres filios habuit, Bertoldum ducem Cheringhiorum, principem potentissimum, et Radulphum Leodiensem episcopum[98*], qui antea in archiepiscopatu Mangontiense[h] electus fuerat, et Hugonem comitem. Hic Radulphus magnum et decorum in Leodio construxit palatium. Habuit eciam ducissa illa filiam, quam prepotentissimus omnium ducum dux Saxonum Henricus duxit uxorem. Fredericus autem Romanorum imperator timens vires ducis Saxonum et ducis Cheringhiorum, ne per matrimonium confederati sibi possent resistere, divortium in hoc quesivit et effecit matrimonio, et ad eorum vires minuendas Radulphum predictum in sede Mangontiense[i] electum ab illa dominatione amovit; qui[k] Radulphus auxilio avunculi sui Henrici comitis Namurcensis et Lusceleborch ad dignitatem Leodiensis episcopatus pervenit. Comitissa Retensis[99] filios habuit Manasserum comitem
*fol. 17'. Retensem, Henricum et* Balduinum milites, et Albertum clericum, Leodiensis ecclesie maiorem prepositum et archidiaconum, et filias, quarum unam[99*] potentissimus rex Sicilie Rogerus habuit uxorem secundam. Hic autem Rogerus de prima uxore filium habebat Willelmum, qui ei in regno Sicilie et ducatu Apulie et principatu Capue successit. Rogerus autem de secunda uxore filiam habuit Constantiam, quam Willelmus rex, ipsius Constantie frater, cum immensa auri copia et sub spe regni sui ad ipsam Constantiam perveniendi,
1186. Henrico Romanorum imperatori, Frederici imperatoris filio tradidit uxorem. Unde ipse Henricus, cum Willelmus absque proprii corporis herede decessisset, ex parte Constantie

a) Drubui 1. b) Emsendis 1. c) etnacho 1. d) romañ 1. e) una a dño 1. f) E. 1. g) ĩveñ 1. h) magontieñ 1. i) mangont̕ 1. k) Q' 1.

87) La Roche. 88) Durbuy. 89) immo Conradi a. 1136. defuncti. 90) Thionville. 91) Echternach. 92) Sibylla, Rogerii Porcensis comitis filia. B. 93) Elisabeth, primum Gervasio comiti Retestensi nupta, secundo Clarembaldo de Rosoi in Thierassia. B. 94) Flandrina. 95) Espinoy, arr. Arras, cant. Marquion. 96) filia Conradi I. comitis Luxemburgensis. B. 97) 1174—1201. 98) Clementia. 98*) 1167—1191. Aug. 5. 99) Beatrix. 99*) Beatricem.

imperatricis, sue uxoris, regnum Sicilie et ducatum Apulie et principatum Capue in labore nimio et suorum morte potenter adeptus fuit. Aliam comitissa Retensis habuit filiam, que nupsit viro nobili Hugoni de Petraponte; de qua ipse Hugo filios habuit milites, quorum unus fuit Robertus, miles probus et magni nominis, et Hugonem clericum satis litteratum et discretum, Leodiensis ecclesie maiorem prepositum, archidiaconum et abbatem et postea episcopum[1].

Sepedicta Alidis comitissa Hanoniensis cum viro suo Balduino comite filios habuit Balduinum primum, Godefridum secundum, Balduinum tercium, Henricum quartum, et filias omni decore omnique morum honestate ornatas, Yolendem, Agnetem, Lauretam. Balduinus primus satis iuvenis decessit, qui Bincii[2] in monasterio sancte Marie sepultus fuit. Godefridus autem qui tunc post ipsum mansit primus filius, pulcer et mansuetus et ab universis plurimum dilectus, uxorem duxit nobilissimam Aenoram, Radulphi comitis Viromandie filiam. Et cum Godefridus annorum esset circiter 16, et instaret tempus milicie eius, Montibus usque ad mortem egrotavit, ibique defunctus[3], in monasterio beate Waldetrudis in choro dominarum sepultus fuit. Duo igitur Balduini comitis et Alidis comitisse superfuerunt filii, Balduinus scilicet, qui Hanoniam primo, deinde et Hanoniam et Namurcum, postea et Flandriam et Hanoniam et Namurcum potenter tenuit, et Henricus iunior filius, cui pater in vita sua, assensu Balduini primi tunc filii, bona que ipse acquisierat, scilicet villam Sevorch[4, a] et villam Fait[5] et partem Angre[6] ville[b] et partem quartam in toto allodio de Gociliis[7] et advocatias in partibus illis prope Gocilias, in quibusdam villis Sancti Petri Lobiensis[8], assignavit. *De hiis omnibus Henricus fratri suo Balduino ligium hominium exhibuit. *fol. 18.

Balduinus comes Hanoniensis, Balduini comitis et Yolendis comitisse filius, quandam inter ceteras a Domino gratiam habuit. Cum a temporibus multorum comitum Hanoniensium fuisset inauditum quod aliquis ipsorum comitum aliquem filiorum suorum militem vidisset, vel filiam maritatam, iste comes vivens et potens suas filias tres tribus viris nobilibus et potentibus maritavit, quarum primam Yolendem perpulchram, elemosinis et divinis officiis intentam, duxit uxorem Ivo senior, nobilis comes Suessionis dominusque Nigelle, vir venerabilis et potens et largus in donis et omnium baronum Francie sapientissimus. De quo Ivone cum ipsa Yolende prolem non haberet et ipse Ivo decessisset, ipsa nupsit Hugoni Sancti Pauli, militi probo, de quo filias habuit Elizabeth et Eustachiam. Secundam autem Balduini comitis et Alidis comitisse filiam, Agnetem, facie decoram, dulcedine et omnium morum honestate imbutam, sed parum claudicantem, habuit uxorem vir nobilis, potens et dives Radulphus de Cocy, qui et Cociacum[9] et Marlam[10] et Vervinum[11] et Feram[12] castra possidebat. Que quidem Agnes, quamvis in terra illa homines inveniantur feri et superbi, tamen ab universis pre ceteris dominabus, quas habuissent, diligebatur. Que filias habuit tres, Iolendem scilicet, que nupsit Roberto comiti de Drecis et de Braina, militi probo filioque Roberti comitis, fratris Ludovici regis Francorum. Alia Agnetis filia nupsit Radulpho comiti de Roci, quo defuncto sine proprii corporis herede ipsa nupsit comiti de Grandiprato, non considerata supradicta progenie de Lusceleborch. Tercia autem filia, nomine Ada, nupsit viro nobili in Flandria Theoderico de Beverna, castellano de Dicamuda. In matrimonio autem Agnetis, que, ut prediximus, Radulpho de Coci nupsit, concessum fuit ei et eius heredibus ut habeant in Montibus, in assisa ville que fit in festo sancti Remigii, annuatim 80 libras denariorum[c], et Bincii in eodem termino 40 libras, quibus quidem Balduinus ipsius Agnetis frater, cum, mortuo patre, ad comitatum Hanoniensem pervenisset, addidit in eodem termino annuatim in Valencenis 60 libras. Terciam vero Balduini comitis et Alidis comitisse filiam Lauretam habuit* uxorem vir nobilis, miles iuvenis, Theodericus *fol. 18'. de Alost, Iwani de Gandavo et Laurete filius. Hanc quidem Lauretam, Iwano de Gandavo maritatam, de prima uxore filiam habuit Theodericus comes Flandrie, que quidem Laureta post Iwani decessum nupsit Radulpho comiti Viromandensi viduo, postea Henrico duci de

a) Sevorth 1, *etiam in marg.* b) angville, e *postea superscr. ut videtur.* c) tb denal 1.

1) II. 1200. Mart. 3. — 1229. Apr. 12. 2) Binche, in Belgia, arr. de Charleroi. 3) 1163. 7. Idus Aprilis. 4) Sebourg, in Gallia, arr. de Valenciennes. 5) Fayt-le-Grand et Fayt-le-Petit, in Gallia, arrond. d'Avesnes. 6) Angre, in Belgia, arr. de Mons, cant. de Dour. 7) Gosselies, in Hannonia, a Charleroi ad sept. 8) Lobbes. 9) Couci. 10) Marle, a Guise ad meridiem. G. 11) Vervins. 12) La Fere.

Lemborch, deinde Henrico comiti Namurcensi[13], quibus viris singulatim relictis, religionis habitum tandem sumpsit.

Hic pretermittendum[a] non est, ut sciatur tam a modernis quam posteris, quomodo ab antiquo sepedictus comes Balduinus et Alidis comitissa uxor eius et eorum heredes in bonis Henrici comitis Namurcensis et Lusceleborch ius habere visi sunt. Quod cum sepedictus Henricus comes Namurcensis et Lusceleborch predictam Lauretam in uxorem ducere voluisset, matrimonium nisi de consensu et laudamento Balduini comitis Hanoniensis et Alidis comitisse et eorum filii Balduini contrahere non potuit Quod quidem laudamentum
1163. Iun. apud Hepimas[14] factum fuit, sub multorum testimonio nobilium et ministerialium, ubi sepe nominatis Balduino et Alidi et eorum filio Balduino ab hominibus comitis Namurcensis et Lusceleborch super allodiis et feodis securitates antea facte fuerunt sollempniter renovate scriptisque autenticis commendate[15].

Theodericus de Alost miles iuvenis citius decessit, eiusque uxor Laureta, Balduini comitis et Alidis comitisse filia, per aliquot annos vidua mansit, terra autem quam Theodericus tenuerat, tam de Alost[16] quam de Waisa[17], ad Philippum Flandrensem et Viromandie comitem potentissimum devenit. Post decessum vero Balduini comitis et Alidis comitisse uxoris sue Balduinus filius eorum, comes Hanoniensis novus, Lauretam viduam sororem suam tradidit uxorem viro nobilissimo in Francia Bucardo de Monte Morenciaco[18], qui de ea filium habuit Matheum, quem avunculus suus Balduinus comes Hanoniensis militem ordinare festinavit, ut terre dominium valeret obtinere.

1138. Balduinus sepedictus comes Hanoniensis audiens sororem suam apud Toenium[19] mari-
Sept. 7. *fol. 19. tatam a quibusdam vicinis illius,* viris potentibus, graviter fuisse oppressam, illi cum 300 militibus succurrere non timuit, et non quesita licentia vel conductu per Franciam sane transivit, et de hostibus sororis sue graviorem sumens vindictam, et eam in bona pace et bono statu relinquens ad propria rediit.

Balduinus sepedictus comes Hanoniensis, Balduini comitis et Iolendis comitisse filius, qui sepedictam Alidem habebat uxorem, comitatum Hanoniensem potenter possedit, et Theoderico comiti Flandrie, a quo continuos guerrarum paciebatur assultus, in magne animositatis constantia restitit, et ab eo in iure suo et dominatione sua ledi non potuit; excepto hoc solo quod firmitatem quandam prope Duacum que a comite Hanoniensi tenebatur, scilicet Roncort[20], obsedit, et diu obsessam post multos militum conflictus acerrimos prostravit. In obsidione quidem illa in quodam conflictu occisus fuit miles probus Rasso de Gaura, qui post decessum Egidii de Cin Damison de Cirvia habuit uxorem. De qua filium habuit Rassonem militem potentem et vividum, et Bertam uxorem Eustacii de Rues, probi admodum militis, filii Eustacii senioris de Ruez, de quo, ut supradictum est, filium habuit Eustacium.

Balduinus sepenominatus comes Hanoniensis, Balduini comitis et Iolendis comitisse filius, Bincium villam, quam mater eius Yolendis instauraverat, muro circumdedit, castrum Montense muro circumdedit, quem filius eius melioravit. Haimoncasnoit villam instauravit, et in ea castrum construxit, fossatis et muris circumdedit, et filius eius muros melioravit. Bulcenum[21] muro cinxit, et ibi turrim construxit, quam filius eius perfecit. In Valencenis domum lapideam ad habitandum honestam et aptam supra Scaldum fluvium construxit. Ramis[22] villam instauravit, ubi turrim construxit ad reprimendos latrones Viconie[23] et ad conservandum transitus illos contra Flandrenses, qui semper Hanoniam vastare moliebantur. Turrim illam filius eius perfecit. Ath[24], villam in Brabantia, a viro nobili Egidio de Trasiniis,

a) pmittendum 1.

13) cf. Flandriam Generosam, M. G. SS. IX, 324: *Comitissa etiam Suanildis, pro cuius consanguinitatis cognatione plurima ſiebant mala, obiit, unicam tantum ſiliam ex comite habens nomine Laurentiam. Hanc dux de Lemburg accepit uxorem; sed quia consanguinei esse dicebantur, separati sunt. Deinde sortitus est eam Iwanus de Alst in coniugium; quo defuncto, nupsit Rodulfo comiti Peronensi; et illo mortuo, comiti de Namur.* Sed codex Gislensis ordinem maritorum hunc praebet: Henricum ducem Lovaniensem, Iwanum de Alost, Henricum de Lemburg, Radulfum. 14) Heppignies. 15) Hac de re diploma *actum in potestate de Hepiniis, a. d. i.* 1163, *mense Iunio* edidit Reiffenberg, Monument pour Namur etc. I, 127; cf. Pinchart l. c. p. 16. 17. 16) Alost. 17) hodie pays de Waes. 18) v. Gislebertum ipsum ad a. 1173. 19) Thuin. 20) Raucourt; cfr. Lamberti Waterloos Annales Cameracenses, SS. XVI. p. 518 ad a. 1150. 21) Bouchain, in comitatu Ostrevannensi. 22) Raismes, in Gallia, arr. de Valenciennes. 23) Vicogne, arr. de Valenciennes. 24) Ath in Hannonia Belgica sita, a Tournay ad orient.

milite probo et vivido, pare castri Montensis, patre inquam probissimi militis Ostonis scilicet, gloriosi nominis, fama preclari, emptione acquisivit; ubi* cum villam novam instaurare et castrum construere cepisset, Rasso de Gaura, Rassonis et Damison de Cirvia filius, de consensu et consilio Philippi comitis Flandrie et Viromandie ei contraire presumpsit. Veniens Cirviam, et ibi manens in multorum viribus militum, vivente adhuc matre sua, quam Nicholaus de Ruimino supradictus eiusdem comitis consanguineus habebat uxorem; comes autem, congregato apud Belki[25] exercitu suo, in viribus suis castrum de Ath construxit, invito et non prevalente Rassone de Gaura. Brainam Wilhoticam ab ecclesia Montensi per concambium acquisivit[26], ubi turrim construxit, quam filius eius perfecit. In acquisitione illa compositum fuit inter comitem Hanoniensem et ecclesiam Montensem, quod ecclesia Montensis retinuit sibi decimas censuum et decimas oblationum et terram que fuit Henrici senioris de Braina, que per elemosinam ad ipsam ecclesiam devenerat, et altare ipsius ville cum minutis decimis et dotaliciis et omnibus que ad altare pertinent, et propriam curtem suam liberam et in nemore allodii illius ligna ad ignem et edificationem curtis necessaria sine alicuius licentia incidenda servosque et ancillas in pristina libertate manentes et terciam partem decime; duas autem decime partes dominus comes sub annuo censu 12 denariorum sibi retinuit. *fol. 19'.

Cimacum[27] et totum allodium ad illud pertinens ita sibi acquisivit, quod dominus castri, qui pro quibusdam feodis continuum in Montibus debebat stagium, Cimacum et totum allodium ad illud pertinens stagio Montensis castri addidit. Unde compositum fuit et firmatum perpetuo ut milites et feodati totius allodii illius, et eciam omnes homines in Cimaco manentes qui etatem 15 annorum habuerint, debent comiti Hanoniensi fidelitatem tactis sacrosanctis exhibere. Quod si dominus castri ad ammonitionem suam castrum suum ei reddere noluerit vel ei in aliquo se opposuerit, milites illi et feodati et homines de Cimaco debent comiti Hanoniensi auxilium omnimodis contra dominum castri.

Ab eodem eciam comite Hanoniensi Balduino, Iolendis comitisse filio, fidelis eius Adam de Wallaincort, miles probus, sapiens et vividus, corpore magnus, qui bona terre sue augmentavit, et inter consanguineos et vicinos suos potens manebat,* et a comite Hanoniensi Wallaincort[28] et quedam alia bona in feodo ligio tenebat, castrum suum Perreusmont[29], quod novum construxerat, in feodo ligio accepit. *fol. 20.

Quod ius comes Hanoniensis in fidelitatibus et securitatibus omnium castrorum et munitionum in toto comitatu et dominatione Hanoniensi habebat, dicendum est. Quicumque in toto comitatu et dominatione Hanoniensi, tam in Hanonia quam Brabantia et Ostrevanno, castrum vel munitionem vel ab antiquo tenuerit vel noviter construxerit super feodum vel super allodium alicuius, oportet de iure ut comiti Hanoniensi primam inde faciat fidelitatem et securitatem cum hominio pre ceteris hominibus, quamvis situs firmitatis illius in alterius feodo vel allodio sit, ita quod comiti Hanoniensi vel eius credibili nuntio ad omnes monitiones suas, tam in eius necessitate quam in eius voluntate, castrum suum vel munitionem suam debeat reddere, comes autem sicut sanam invenerit, ita sanam debet reddere cum omnibus in illa inventis, peractis inde negotiis suis. Unde contigit quod cum super hiis huius comitis diebus controversia in eius curia verteretur, Walterus dominus de Avethnis, agnomine Pelukels, constitutus in presentia ipsius comitis coram multis paribus suis et nobilibus et servilis conditionis viris, cum quoddam iudicium in his sibi contrarium proferri deberet, subitanea morte preventus corruit. Waltero predicto successit Nicholaus filius eius, homo 1147.
pacificus et discretus; et cum sui antecessores comitibus Hanoniensibus sepius extitissent contrarii et rebelles, iste domino suo se opponere nunquam presumpsit. Iste bona terre sue plurimum ampliavit, et eam multis novis villis instauratis populavit et ditavit: qui castrum Landreciis[30] et castrum Condati[31] construxit, quod quidem castrum Condatense postea Balduinus comes Hanoniensis, Balduini comitis et Alidis comitisse filius, pro presumptione et excessu Iacobi filii Nicholai prostravit. Ille Nicholaus uxorem habuit Mathildem, filiam Henrici comitis de Rocha in Ardenna, patrui sepedicti Henrici comitis Namurcensis, et Alidis comitisse Hanoniensis, ex cuius Henrici patrui sui parte Henricus comes

25) Blicquy, in Hann. Belg., arr. de Mons, cant. de Chièvres. 26) a. 1150. Chartam Balduini IV. ex originali nunc in archivo Insulensi asservato dedit Duvivier l. c. p. 566 — 568. 27) Chimay. 28) Walcourt, a Charleroi ad merid. 29) Preux-le-Sart? 30) Landrecies, in Gallia ad Sambre fl. 31) Condé, in Gallia, arr. de Valenciennes.

Namurcensis, tam de parte allodiorum suorum quam de gratia domini imperatoris, et *fol. 20v. terram et comitatum de Rocha et advocatias Stabulacensis[32] ecclesie adeptus fuit. Mathildis autem de primo marito suo filium habuit militem probum et vividum et astutum et divitem Widricum de Wallecort, et filias multas. De secundo autem marito Nicholao de Avethnis filium habuit Iacobum et filiam, Willelmo optimo et honesto militi castellano Sancti Audomari maritatam. Iacobus valde probus fuit in armis et vividus in cunctis ac discretus plurimumque potens, sed domino suo comiti Hanoniensi quandoque contrarius, qui uxorem habuit Adelviam[a] Buchardi de Guisa filiam, ex cuius parte ipse Iacobus et Guisam[33] et Leschieras[34] possedit, filiosque ex ea habuit, quorum primus, Walterus scilicet, in terra Avethnensi[b] et in terra Brabatensi ei successit, et filias, quarum una Nicholao supradicto militi nobilissimo et probissimo, Nicholay de Ruminio et Damison de Cirvia filio, maritata fuit. Ipse autem Iacobus post multa sua gesta, de quibus subsequenter dicemus, demum in transmarinis partibus gloriose morti succubuit.

Ut de institutione legis Valencenensis, que pax nominatur, aliquid dicamus, redeundum est ad comitem Balduinum, Balduini comitis et Yde comitisse filium; qui videns[c] Valencenas, villam bonam[d] multisque hominibus populatam, quasi nulli legi[e] subiacere[f], unde ipsa villa 1114. minima pace gaudebat, habito hominum suorum consilio et consensu[g], legem instituit, que pax nominatur; in qua legis institutione milites patrie illius[h] servos suos[i] et ancillas suas[k] in eadem villa manentes eidem legi supposuerunt, ut eadem pace gauderent, et ab illis et aliis omnibus eiusdem ville hominibus, exceptis clericis et militibus, dominus comes in eorum morte mortuas manus posset accipere. Sed comes ille misericorditer cum illis agens, et eis parcendo, paucisque diebus post institutam legem vivendo, mortuas manus paucas accipiebat. Compositumque fuit ut de omnibus que comes Hanoniensis in Valencenis et in eius[k] appendiciis nunquam tenuerit[l] in proprietatem, nichil sibi liceat alicui dare in feodo vel ad censum vel in vadio, nec aliquo modo a manibus suis alienare. Balduinus autem *fol. 21. comes, eiusdem comitis Balduini et Yolendis comitisse filius, super quodam excessu, quem homines Valencenenses[m] contra ipsum in eius iuventute perpetrarunt, commotus, ita eos sue subdidit voluntati, quod de eorum iudicio communi mortuas manus ab universis, dum ipse vixit, plenarie accepit: quod eciam eius filius Balduinus post ipsum per aliquot annos fecit, deinde ab hiis eos absolvit[n]. Postea ipsas mortuas manus de communi eorum iudicio sibi readiudicari fecit[35], sicut plenius in subsequentibus ipsius comitis gestis per presens scriptum invenietur.

Sepedictus Balduinus comes, Yolendis comitisse filius, et eius uxor Alidis[o] comitissa[p], mulier religiosissima, in quibusdam mansionibus suis, scilicet in Montibus et in Bincio[q] et in Haimoncasnoit[r] construxerunt capellas[s], sed nullos eis certos redditus assignarunt[t]. At filius eorum[u] Balduinus certis eas honoravit[v] redditibus; capelle quidem Montensi in honore[w] sancti Servatii constructe, decimam in loco qui dicitur Troncois[x, 35*] et quedam alia bona assignavit; pro qua quidem decima comes Hanoniensis debet annuatim ecclesie beate Waldetrudis in censu 5 solidos[y]; Binciensi[z] autem capelle partem quandam decime apud Lestinas in Monte[36] assignavit in honore sancti Servatii[a] constructe; capelle de Haimoncasnoit[b], in honore sancti Iohannis ewangeliste constructe, decimam in loco qui dicitur Morteruels, assignavit[37].

Sepedicti comitis, Balduini et Iolendis comitisse filii, commilitones et consiliarii fuerunt viri probi et discreti magnique nominis, scilicet Egidius de Cin, Gossuinus de Montibus, Eustacius senior de Ruez, Hoelus de Kauren, Ludovicus et Karolus fratres de Frasne,

a) adeluiā 1. b) auethucā 1. c) Balduinus videns 2. d) vill. b. Valenceā 2. e) *addit* 2: scripte. f) *pergit* 2: et solis consuetudinibus initi, nimiaque pace gaudere. habito. g) assensu 2. h) patrie et ipsius 2. i) proprios 2. k) *deest* 2. l) tenuerunt 2. m) valenceā 1. 2. n) *sic habet* 2: hiis alios absolvit pro tempore. o) Aelidis 2 p) *addit* 2: Hanonie. q) Binchio 2. r) Haimontcaisnoit 2. s) cappellas construxit 2. t) assignavit 2. u) eius 2. v) eis adornavit 2. w) honorem 2. x) Tronchois 2. y) deā *addit* 1. z) Binchiensi 2. a) *addit* 2: etiam. b) haimontcasnoit. 2.

32) Stablo. 33) Guise. 34) Lequielles, a Guise ad septentr. G. 35) Huic loco Iacobus de Guisia statim adiunxit chartam pacis Valencenensis, quam in Appendice ex codice correctam damus. 35*) Tromcoute prope Clermont provinciae Namurcensis. 36) Estinnes-au-Mont. 37) In charta Balduini IV. a. 1167. pro monasterio Altomontensi data (ap. Duvivier l. c. p. 602 sq.) haec inveniuntur: *Addiderunt etiam silvam Morteruel dictam apud Harbinies, a nobis iam occupatam.* Harbignies est locus in Gallia, arr. d'Avesnes, cant. de Quesnoy-Ouest.

Theodericus de Linea, Iwanus de Waldripont, Henricus et Willelmus fratres de Braina, Robertus de Aisunvilla, Ysaac castellanus Montensis, Willelmus de Birbais.

Huius comitis diebus, defuncto bone memorie domino Nicholao Cameracensi episcopo, 1167. Iul. 1.
successit ei dominus Petrus clericus, frater Philippi comitis Flandrie et Viromandie. Qui Petrus electus, sed nunquam sacris ordinibus insignitus, episcopatum Cameracensem, non opprimens ecclesias, non decorans sacerdotes, per aliquot annos pacifice rexit. Qui tandem de consilio et suggestione fratris sui, comitis Flandrie et Viromandie*, militare offi- *fol. 21'.
cium assumpsit, relicta episcopatus dignitate; cui frater terram in Flandria assignavit in proprietatem, scilicet Lileirs[38] et Sanctum Venantium[39]. Ille autem uxorem duxit quandam comitissam[40] viduam de Nivernis[41], de qua filiam[42] habuit. Ipse autem cum uxore parum vivens, mortuus sepultus fuit apud Ixodunum[43]. Filia autem eius nupsit militi probo in Flandria, Roberto scilicet de Waurin[a], et bona patri suo assignata, scilicet Lileirs et Sanctum Venantium, tenuit.

Sepedicti Balduini comitis, Yolendis comitisse filii, diebus Karolus comes Flandrie ab hominibus suis ligiis Brugis in domo sua proditorie interfectus fuit; qui de Datia ortus[44], 1127. Mart. 2.
mortuo quodam[45] comite Flandrensi, ad comitatum Flandrensem iure hereditario pervenerat. Cui per electionem et iustam considerationem hominum Flandrensium Theodericus vir 1128. Mart. 11.
nobilissimus de Bithis[46] in Alcacia[47], frater ducis de Nanci, in comitatu Flandrensi successit; qui de prima uxore[48], ut prediximus, filiam habuit Lauretam. Secundam autem uxorem Sibiliam, filiam Fulconis comitis Andegavensis, Fulco etenim de prima uxore filium habuit Gaufridum et filiam Sibiliam, Theoderico comiti Flandrie maritatam. Hic autem Fulco, mortua prima uxore, Iherosolimam profectus est[49], ubi reginam terre illius duxit uxorem[50], quam regnum terre illius iure hereditatio contingebat, et ex ea filium habuit Fulconem[51], qui ei in regno Iherosolimitano successit. Gaufridus autem filius eius, qui ei in comitatu Andegavensi successit, filios habuit, quorum unus fuit Henricus predictus, qui primo ducatum Normannorum, deinde regnum Anglorum adeptus est cum labore magno, quod avunculus[52] eius rex gloriosus et potens Henricus obtinuerat. Henricus autem, Gaufridi Andegavensis filius, rex Anglorum, dux Normannorum, et comes Andegavensis, ducissam Aquitanie[53], Ludovici regis Francorum relictam, que de ipso rege Francorum filias duas susceperat[b], comitissam scilicet Campaniensem[54] et comitissam Blesensem[55], contra inhibitionem ipsius regis Francorum duxit uxorem, et pro ea ducatum Aquitanie possedit; sicque a rege Francorum in feodo habuit et Normaniam et Aquitaniam et Britanniam et Andegavim. De qua filios habuit quatuor et filias duas*, Henricum scilicet regem, iuvenem probissimum et largissimum ac *fol. 22.
pulcerrimum, qui quoscumque milites probos undecumque sibi commilitones retinebat, quem pater adhuc vivens in regem coronari fecit, quod postea ei in detrimentum versum est. Alius filius fuit Richardus miles atrocissimus, cui pater adhuc vivens ducatum Aquitanie dedit possidendum, qui Richardus comes Pictaviensis inde appellatus est. Tercius filius fuit Gaufridus, miles probus et largus, homo mansuetus, qui Britaniam per quoddam matrimonium obtinuit; unde comes Britaniensis nominatus est. Quartus fuit filius Iohannes, qui Sineterra nominatus est. Filiarum una[56] regi Hispanie[57] fuit maritata, alia[58] duci Saxonum, potentissimo omnium ducum, et fere omnium hominum superbissimo et crudelissimo, Henrico, qui de ea filium habuit Henricum probum et vividum. Quem Henricum, ducem tam potentem et divitem, regis Anglorum generum, Fredericus Romanorum imperator terra 1180.
cum[d] honore ei abiudicata, prorsus exhereditavit, relictis illi tantummodo quibusdam allodiis, scilicet Brunsewich[59] et Altascleva[60], et quadam terra que Nova-terra dicitur. Duo

a) Wauri 1. b) *deest* 1. c) cum 1.

38) Lillers, ab Hazebrouk ad meridiem. 39) St. Venant, a Lillers inter orient. et septentr. 40) Mathildem. 41) Névers. 42) Sibyllam. 43) Issoudun. 44) Cf. Lamberti Geneal. comit. Flandriae, M. G. SS. IX, 311: *Balduinus VII. — cumque a medicis curari non valuit, domnum Karolum comitatus sui praeordinavit successorem, quem Athela, soror patris sui Rotberti, peperit de Chutone, rege Danorum.* 45) Balduino VII, qui a. 1119. Iun. 17. mortuus erat. 46) ut videtur Bitche, a Weissenburg ad orientem. 47) Consentit Lamberti Geneal. com. Fl. l. c. p. 312: *— alius comes Theodericus de Helsaten, filius filiae comitis Roberti Fresonis superinducitur.* 48) Suanechilde. 49) a. 1120. prima vice, inde reversus est a. 1121. Anno 1131. regnum Hierosolymitanum adeptus est. 50) Melisendem. 51) Filii Fulconis Balduinus III. et Amalricus I. erant. 52) immo avus. 53) Alienoram. 54) Mariam. 55) Aelidem. 56) Alienora. 57) Alfonso IX. 58) Mathildis. 59) Braunschweig. 60) Haldensleben.

autem regis Anglorum filii, scilicet Henricus rex iuvenis et Richardus, duas regis Francorum filias Ludovici, quas de Constancia Hispaniensi habuerat, sic habuerunt, quod Henricus suam[61] habuit desponsatam et coronatam, Richardus vero suam[62] iuratam tantummodo, et illam honeste conservatam, nunquam desponsatam habuit; sed defuncto patre suo Henrico rege Anglorum et fratre suo Henrico[a] rege iuvene, ipse Richardus, qui patri in regno successit, illam sibi iuratam fratri suo Philippo regi Francorum reddere non timuit, et aliam duxit uxorem. Rex autem ille Anglorum Henricus ecclesias omnes terre sue conventuales contra Deum et iusticiam graviter oppressit. Defunctis enim episcopis vel abbatibus, ipse episcopatus et abbatias per multos annos ad voluntatem suam tenebat, nec licebat canonicis vel monachis electionem usque ad voluntatem suam celebrare, nec eligere nisi eum quem ipse rex eis presentabat. Defunctis autem comitibus vel viris nobilibus terre sue, rex terras eorum possidebat, quousque parvi pueri facti milites per gratiam ipsius ad possessiones
fol. 22'. suas redibant. Nulli eciam nobili viro in sua' terra propria iusticiam exercere licebat, nisi ad voluntatem regis. Rex iste regi Francorum Ludovico et eius filio Philippo multos guerrarum intulit assultus. Illi autem regi sanctus Thomas martir gloriosus Cantuariensis arciepiscopus pro libertate ecclesie contrarius fuit; unde iram tantam eius habuit, quod,
1170. Dec. 29. cum die quadam ipse rex Cantuarie[63] esset, et ipse rex coram omnibus hominibus suis, tanquam de mortali inimico suo querimoniam faceret, quidam milites familiares ipsius regis, assumptis armis suis, monasterium intrantes, ipsum divinis armis ornatum ante altare orantem interfecerunt. Pro cuius meritis Deus gloriosa multa fecit miracula.

Tempore Balduini comitis, filii Iolendis comitisse, potens[b] et dives erat in Viromandia comes Radulphus, qui magnum in diebus suis coadunavit thesaurum, qui filium habuit iuvenem Radulphum et filias duas Elizabeth scilicet et Aenoram. Elizabet habuit uxorem[c] Philippus potentissimus bonusque iusticiarius, Flandrensis comes, ecclesiarum vividus rector, filius gloriosi comitis Flandrensis Theoderici et Sibilie comitisse, comitis Andegavensis filie; Aenoram[d] vero, ut superius dictum est[e], habuit uxorem[f] Godefridus filius sepedicti comitis Hanoniensis[g]; que[h] mortuo Godefrido nupsit Willelmo[i] comiti Nivernensi; Willelmo defuncto nupsit probo militi et pulcro, Matheo comiti Boloniensi, fratri iam dicti Philippi comitis[k] Flandrensis. Defuncto autem ipso[l] Matheo, nupsit comiti Bellimontis in Francia Matheo[m]. Defuncto[64] Radulpho comite ditissimo Viromandie, filius eius parvus et iuvenis nimis successit ei in comitatu; unde pro puericia et parvitate eius terra Viromandie custodienda cum thesauro a patre congregato commissa fuit fideli illius[l], viro venerabili[l], vivido ac sapienti, Ivoni[n] supradicto[l] comiti Suessionensi et domino Nigelle. Cum autem a vicinis circummanentibus et ab hominibus ipsius comitatus guerrarum insultus ipsi terre inferrentur, Ivo terram domini[o] sui viriliter defensavit, et thesaurum sibi commissum non in proprios usus convertit, sed illos[p] ad defensionem honorum[q] et hereditatis domini sui prorsus expendit. Radulphus autem iuvenis comes Viromandie
fol. 23. egrotare cepit, et iuvenis mortuus' est[65]. Radulpho[r] vero iuvene comite Viromandiensi defuncto[r], Philippus[s] comes Flandrie qui sororem eius primogenitam habebat Elizabeth uxorem[t], totam Viromandiam et Valesium[u. 66] obtinuit. Que quidem[l] possessiones fuerunt[v] Sanctus Quintinus[67], Ribemons[w. 68], Ropis[x. 69], Boelis[y. 70], Perona[71], Athies[72], Claris[73], Capis[74], Roia[z. 75], Cannis[a. 76], Torota[b. 77], Choisis[78], Rissuns[79], Lachenis[80],

a) H. 1. b) Temporibus dicti Balduini comitis dicti edificatoris potens 2. c) in uxorem 2. d) Aenorem 2. e) ut — est *desunt* 2. f) in uxor. 2. g) Hanonie 2. h) ꝙ 2. i) Guiltmo. k) comiti 2. l) *deest* 2. m) Maheo 1. n) Yvoni 2. o) Ivo comes ius domini 2. p illos *et* iam 2. q) honoris 2. r) Rad. — def. *des.* 2. s) Et Philippus 2. t) videlicet 2. u) Valezium 2. v) *add.* 2. que sequuntur. w) Ribomons 2. x) Repis 1. y) Roclis 1. z) Roya 2 a) Caunis 2. b) Thorto 2.

61) Margaretam. 62) Adelidem. 63) Falsum, Henricus enim tum curiam suam tenebat apud Bur iuxta Baiocum. B. Cf. Robert. de Monte SS. VI, 519 ad a. 1171. 64) a. 1152. 65) a. 1163. cf. Hist. pontificalem SS. XX, 521. 66) Le Valois. 67) St. Quentin. 68) Ribemont, a St. Quentin inter meridiem et orientem. 69) Roupy, a St. Quentin inter meridiem et occidentem. 70) Poeuilly (Pouilly), a St. Quentin inter septentriones et occidentem. 71) Peronne, ad Somme fl. 72) Athies, a Peronne ad meridiem. 73) Clary (Clery), a Peronne ad septentriones. 74) Capy (Cappy), a Peronne ad orientem. 75) Roye, a Peronne inter meridiem et occidentem. 76) Canny, a Roye ad meridiem. 77) Thourotte, a Compiègne inter orientem et septentriones. 78) Choisy, a Clermont ad orientem. 79) Ressons sur le Mals, a Compiègne ad septentriones. 80) La Cheny, hodie Lassigny, a Compiègne ad septentriones.

Monsdudiers[a. 81], comitatus Ambianensis, Belscasnes[b. 82], quod castrum ipse Philippus construxit primus, hominium de Guisa[c. 83] et Leschieres[84], de Belnoir[85] et Goi[d. 86], de Ham[87], de Nigella[88], de Braio[e. 89], de Encra[90], de Marchais[91] de Vileir[f] quod dicitur Larenos[92], de Hangest[93], de Pirepont[g. 94], de Bona[h. 95], de Moruel[i. 96], de Pikini[k. 97], de Bretuel[l. 98] quod Radulphus comes[m] Clarimontis possidebat, de Bulis[n. 99] quod[o] probissimus miles Willelmus de Merlo[1], vir nobilis et vavasor vividus, possidebat[o], de Pois[2], de Milli[p. 3], de Marla et Vervin[q. 4], que cum allodia essent viri nobilis Radulphi supradicti[r] domini de Coci[s. 5], et odium ipsius Philippi comitis haberet, et ei auxilium et iusticia regis Francorum deesset, ea ab ipso comite in feodo accepit. Multa quidem alia feoda habuit ipse comes Philippus de honore Viromandensi[t] ex parte Elizabeth[u] uxoris sue, terram Valesium[v] dictam, scilicet Crispiacum[6], Mornenval[w. 7], Vilercoderest[x. 8], Viviers[9], Firmitatem Milonis[10], et alia multa bona propria et hominia.

Tempore sepedicti comitis Balduini, Yolendis comitisse filii, Ludovicus rex Francie regnabat, qui uxorem habuit ducissam Aquitanie[11], ex cuius parte Aquitaniam iure hereditario habuit, de qua filias duas habuit[y], que duobus potentissimis in Francia fratribus, Henrico scilicet comiti Campanensi et Theobaldo comiti Blesensi, maritate fuerunt[12]. Cum autem invidorum et perfidorum suggestionibus, qui dominum suum regem Francie tam potentem esse nolebant, quod et Franciam et Gasconiam obtineret, factum est inter eos divortium. Ipse Ludovicus rex duxit uxorem Constantiam, regis Hispanie filiam, mulierem omni bonitate plenam, de qua filias habuit duas. Mortua autem Constantia, que magnum in Francia habuit planctum, Ludovicus rex duxit uxorem Alam, sororem predictorum comitum, scilicet * Henrici comitis Campanensis et Theobaldi comitis Blesensis, qui filias eius habebant uxores; sororem eciam comitis Stephani et domini Willelmi, qui primo Carnotensis episcopus[13], deinde Senonensis archiepiscopus[14], postea Remensis archiepiscopus fuit[15], et ducisse Burgundie[16] et comitisse Bar-le-Duc[z. 17] et comitisse Percee[18] sororem. Ludovicus rex itaque de Ala regina filium habuit Philippum, et filiam[19] que cuidam imperatori Constantinopoli[20] fuit maritata. Hic autem Philippus, rex potentissimus, uxorem habuit Elizabeth, filiam Balduini comitis Hanoniensis, filii inquam Balduini comitis et Alidis comitisse, sicut subsequenter plenius indicabimus.

* fol. 23'.

Theodericus comes Flandrie de uxore sua Sibilia filios habuit et filias, quorum unus fuit Philippus comes Flandrie et Viromandie potentissimus, alter vero Matheus comes Boloniensis, qui ex parte uxoris sue[21] comitatum Boloniensem adeptus fuit. Cum enim comitatus Boloniensis ita vacaret, quod quasi nullus in eo heres compareret, compositum fuit per considerationem hominum terre illius quod quedam domina, que religionis habitum assumpserat, quia proxima heres videbatur, ad dignitatem comitatus suscipiendam vocata fuit. Quam ipse Matheus duxit uxorem, et ex parte eius comitatum Boloniensem possedit, et ex ea filias habuit duas, Idam scilicet, que post patrem comitatum Boloniensem tenuit, et primo nupsit Gerardo comiti de Ghelra, deinde Bertoldo Cheringiorum duci, postea

a) Monsdesiderii 2. b) Belcaisnes 2. c) Guisis 2. d) Goy 2. e) Brayo 2. f) Viler 2. g) Pierrepont 2. h) Rona 1. i) Maroeil 2. k) Pikigny 2. l) Bretoeul 2. m) *deest* 2. n) Buly 2. o) quod — poss. *des.* 2. p) Mili 2. q) Vrevin 2. r) predicti 2. s) Coicchi 2. t) Virom̃ 1. u) E. 1. v) Valezium 2. w) Morneval 2. x) Vilercodereth 2. y) *deest* 1. z) barleduc 1.

81) Montdidier. 82) Beauquesne, ab Amiens ad septentriones. 83) Guise, a St. Quentin ad orientem. 84) Lequielles, a Guise ad septentriones. 85) Beauvoir, a Peronne inter meridiem et orientem. 86) Gouy en Arrouaise, prope Le Castelet. 87) Ham, a St. Qnentin inter meridiem et occidentem. 88) Nesle, ab Ham ad occidentem. 89) Bray, a Peronne ad occidentem. 90) Encre, hodie Albert, a Bray ad septentriones. 91) Marche a Louarde, a Roye inter septentriones et orientem. 92) Villers les Roye ?, a Roye inter occidentem et septentriones. 93) Hangest, ab Amiens inter meridiem et orientem. 94) Pierrepont, item. 95) Bonnay, ab Amiens ad orientem. 96) Moreuil, ab Amiens inter meridiem et orientem. 97) Piquigny (Bequigny), ab Amiens ad occidentem. 98) Breteuil, ab Amiens inter meridiem et orientem. 99) Bulles, a Clermont inter septentriones et occidentem. 1) Merlou, a Clermont ad meridiem. 2) Poix, ab Amiens inter meridiem et occidentem. 3) Milly, a Beauvais inter septentriones et occidentem. 4) Marle et Vervins, a St. Quentin ad orientem. 5) Coucy, a Laon ad occidentem. 6) Crespy, a Senlis ad orientem. 7) Morienval, a Crespy ad septentriones. 8) Villerscoterets, a Crespy ad orientem. 9) Vivières, a Villerscoterets ad septentriones. 10) la Ferté-Milon. 11) Alienoram. 12) v. supra p. 513. 13) 1165. 14) 1168. 15) 1176. 16) Mariae, uxoris Odonis II. Burgundiae ducis. B. 17) Agnetis, nuptae Rainaldo II. comiti Barrensi. B. 18) Mathildis, Rotroco III. comiti Perticensi copulatae. B. 19) Agnetem. 20) Alexio II. 21) Mariae.

Rainaldo, comiti Domni-Martini in Francia, et Mathildem quam Henricus dux Lovaniensis habuit uxorem. Cum itaque ipse Matheus de uxore sua has duas filias suscepisset, placuit ipsi domine, que Deo votum fecerat, ad ecclesiam suam omnino reverti. Matheus autem, qui pro parvitate filiarum suarum comitatum illum possidebat, aliam duxit uxorem, Aenoram scilicet, filiam Radulphi comitis Viromandensis, sororem Elizabeth comitisse Flandrie. Qui Matheus in quadam guerra regis Francorum et regis Anglorum, in obsidione castri Driencort[22], letaliter vulneratus fuit[23]. Uxor autem eius vidua Aenora nupsit Matheo comiti fol. 24. Bellimontis, que tandem post multas passas iniurias' terram que Valesium dicitur et Sanctum Quintinum et partem Viromandie iure hereditario possedit. Tertium Theodericus comes Flandrie habuit filium Petrum scilicet, primo Cameracensem electum, deinde militem factum, ut prediximus, et filias quarum una, . . . . . .[24] nomine, primo nupsit comiti Morianne[25], postea viro nobili Hugoni de Oisi, et demum, assumpto religionis habitu, Deo sacrata in Mescinensi[26] ecclesia decessit. Una earum[27] soli Deo adherens et eum sibi sponsum eligens, in monasterio Fontis[a]-Evraldi[28] religionis habitum assumpsit. Terciam vero filiam, Margharetam nomine, scientia omnique morum honestate ditatam, Balduinus[b] comes Hanoniensis, Balduini[b] comitis et Alidis comitisse filius, habuit uxorem, de qua ipse filios habuit et filias, sicut subsequenter de illorum sublimitate satis per presentis scripti noticiam declarabitur.

Sepedicti comitis Balduini[b], Yolendis comitisse filii, diebus vir nobilis in Brabantia, fidelis eius, Hugo de Aenghien, vavasor potens, pater Gossuini et Engelberti, Soheri et Bonifacii, in Aenghien[29] villa, quam a comite Hanoniensi tenebat ligie, castrum fossato, muro et turri construxit, quod contra fidelitatem suam a duce Lovaniensi in feodo accepit. Unde per ipsum castrum in guerris, que comes contra ducem habuit, multa evenerunt terre comitis detrimenta, attamen ipsius comitis Balduini[b] filius Balduinus[b], Flandrie et Hanonie comes et marchio Namurcensis, ipsum castrum postea prostravit.

Sepe nominati comitis Balduini[b], Yolendis comitisse filii, diebus placuit quampluribus regibus, archiepiscopis et episcopis, ducibus et comitibus, et aliis nobilibus cuiuscumque conditionis, viris multis, signum crucis Domini sibi assumere, et iter Iherosolimitanum arripere ad minuendas gentilium vires et christianorum vires augendas. Eodem quidem tempore et in eodem comitatu Conradus Romanorum rex cum Ludovico predicto Francorum rege et cum multis principibus Theutonie et Francie Constantinopolim et Brachium Sancti Georgii transivit; sed quia uxores suas quamplures secum habebant, et in eorum comitatu cuiusque conditionis mulieres incedebant, ipse non sano vel iusto ordine incedentes, nichil fol. 24'. profecerunt. In illo autem comitatu Fredericus, 'Suevorum dux, miles iuvenis, ante Damascum pre ceteris in armis valuisse dicitur.

Sepe nominati eciam comitis diebus, defuncto Conrado Romanorum rege, principes[c] Teutonie, sicut iuris et moris est, in villa supra Mogum fluvium que Franchenevors[30] dicitur, convenerunt ad eligendum sibi imperatorem[31]. Cum autem super electione tanti honoris tot et tanti principes dissentirent, communi consensu et consilio in quatuor principes prepotentes super hac electione compromiserunt, quorum unus fuit Fredericus predictus Suevorum dux, nepos supradicti Conradi regis, qui Fredericus pre ceteris milicia et animositate florebat. Illorum autem quatuor, quorum dispositioni imperialis electio commissa erat, quisque ad ipsius maiestatis culmen anhelabat. Fredericus autem astutus et vividus, cuique sociorum suorum loquens secretius, quemque eorum ad imperium tendere faciebat, promittens cuique imperium si ei soli ab eis tribus tota[d] electio committeretur Tres igitur in quartum Fredericum Suevorum ducem, fide et iuramento datis securitatibus, totam electionem posuerunt. Convocatis autem aliis principibus omnibus qui in ipsos quatuor compromiserant et inde fidem fecerant, tres professi sunt quod soli Suevorum[e] duci totam electionem concesserant. Universis autem audientibus et non contradicentibus, Fredericus dixit se de sanguine imperatorum ortum esse, et ad regendum imperium se nullum meliorem scire, et ideo ad tante maiestatis apicem se eligebat. Unde multi

a) frontis 1. b) B. 1. c) princeps 1. d) toto 1. e) suen 1.

22) in Normannia. 23) a. 1173. die festo sancti Iacobi, v. Gervas. Dorob. ap. Bouq. XIII, 137. 24) Gertrudis. 25) Humberto. 26) Messines. ab Ypres ad meridiem. 27) Mathildis. 28) Fontevraut. 29) Enghien, a Monte ad septentr. 30) Frankfurt. 31) Num sequentia quadam electionis Lotharii III. recordatione hic referantur, in medio relinquo.

qui eum dilexerant maiori gaudio exultabant, quidam autem pro invidia et avaricia dolebant, sed electioni contraire nequaquam poterant. Fredericus autem, qui ad conventum electionis cum providentia venerat in tribus milibus militum armatorum, cum festinatione Spiram civitatem adiit, ibique se in regem coronari fecit, ne quis sibi ulterius posset resistere. Inde coronatus Aquis palatium venit, ibi coronam regiam gestavit, et postmodum nacto tempore Romam veniens, imperiali corona insignitus fuit, uxoremque duxit de Burgundia[32], ex cuius parte Besontionem civitatem[33] et magnam Burgundie partem obtinuit, et de eadem uxore filios habuit Henricum Romanorum imperatorem et Sicilie regem et Fredericum* ducem Suevorum et Ottonem comitem palatinum et Conradum ducem de *fol. 25. Rodinburch[a] et Philippum clericum, de quorum gestis in subsequentibus dicemus. Hic autem Fredericus[b] Romanorum imperator bona imperii sui plurimum augmentavit, Italieque civitates sibi rebellantes per multos labores sue subdidit voluntati. Hic imperator, cum contra Italiam nimios guerrarum labores in nimia suorum morte sustineret, anxius nimis et coartatus, fidelem et consanguineum suum Henricum prepotentissimum ducem Saxonum, ferum et ferocem virum, de cuius diviciis et potentia omnes audientes mirabantur, sepius adiit ut ab eo auxilium haberet; et cum ille auxilium ei negaret, imperator ultra quam deberet pedibus illius se prostravit; sed ille in sua perdurans nequicia, dominum suum exaudire et ad suos pedes iacentem sprevit relevare. Hiis autem et aliis iniuriis coadunatis, dominus imperator illum in causam trahens, terram suam cum honore ei fecit abiudicari; et cum videretur quod dux ille per vires hominum a tam longa et tam spaciosa terra et a tot et tantis castris fortissimis nequaquam eici posset, tamen peccatis suis prepeditus et hominum suorum odiis aggravatus, per dominum imperatorem prorsus mansit exheredatus, cuius bona dominus imperator multis principibus distribuit.

Anno Domini 1168, vigilia pasce, sepedictus Balduinus[c] comes et Alidis comitissa, 1168. Mart. 30. existentes Valencenis, cum filiabus suis, Iolende scilicet Suessionensi comitissa dominaque Nigelle et Agnete domina Cociaci et Laureta vidua, et filiis suis Balduino et Henrico, Balduinum filium suum in militem cum honore et gaudio ordinaverunt. Tunc autem impletum fuit quod ipse comes diu desideraverat, quia a multis annis antea preteritis inauditum fuerat, ut aliquis comitum Hanoniensium filium militem vel filiam maritatam vidisset. Ipse autem Balduinus, secunda feria post octavam pasce, cum multis militibus quibus tunc April. 8. temporis Hanonia florebat, Traiecti torniavit, ubi probissimus miles Walterus de Honecort, Walteri pater, occisus fuit. In ipsis autem diebus paschalibus, cum sepedictus comes Mart. 31. Balduinus cum uxore sua et filiis suis et filiabus supradictis* Valencenis moram faceret, et *fol. 25'. thalami magne aule perfecti essent, et ad perfectionem maioris aule operarii laborarent, contigit quadam die sabbati, cum sepedictus Balduinus comes et eius filius Balduinus[c] miles novus, et probi cum eis milites, Balduinus scilicet de Toeni, et Gaufridus agnomine Tuelainne, et vir prudens Ludovicus de Frasne, cum quibusdam aliis militibus et servientibus opus novum inspicerent, trabe magna grossa et nova sub eorum pedibus fracta, unde mirandum est, ab alto ceciderunt. Dominus autem comes, fracto crure, diu languit, at filius eius Balduinus miles novus, elocata manu cito convaluit, eorum autem socii predicti milites strenui, quassatis membris, languerunt.

Comite quidem ex cruris lesione languente Valencenis, uxor eius Alidis, mulier religiosissima, divinis obsequiis et elemosinarum largitionibus intenta, ibidem egrotare cepit, Iul. 31. et Deo spiritum reddidit. Cuius corpus Montibus allatum in monasterio beate Waldetrudis in cripta sancti Iohannis baptiste sepultum est[34]. Unde dominus comes ordinavit, ut sacerdos, qui pro anima illius divina celebraturus est, 15 boneria terre arabilis habeat in territorio de Norcin[35].

Sepedictus comes Balduinus[c], Yolendis comitisse filius, ordinem secularium canonicorum Valencenensis ecclesie sancti Iohannis baptiste, quorum ad ipsum proprie pertinebat institutio, in ordinem regularium canonicorum transmutavit[36], et eos a sua emancipans

a) Rodeinburch 1. b) Fredicus 1. c) B. 1.

32) Beatricem. 33) Besancon. 34) Sepulcbri inscriptio legitur ap. Miraeum I, 296. 35) Noirchin in Belgia, arrond. Mons, cant. de Pâturages. 36) paulo ante a. 1141, ut ex dipl. Nicolai episc. Cameracensis (ap. Miraeum I, 690) apparet: *ecclesiam sancti Ioannis baptistae Valentianis sitam sub regula beati Augustini, modernis temporibus abbate et regularibus canonicis ordinatam, amplificare decernentes, suscepta venerabilis fratris nostri Clarembaldi, primi eiusdem ecclesiae abbatis, petitione* etc.

institutione, abbatem eis prefecit; qui operibus bonis inherentes, apud eiusdem comitis filium Balduinum et eius uxorem Margaretam gratiam et familiaritatem habuerunt, et honeste vivendo bona ecclesie sue augmentaverunt.

Balduinus miles novus audiens multos in Hanonia fures et latrones commorari, qui de confidentia multorum potentum, ad quos sanguinis linea pertinebant, in malis operibus vivere non dubitabant, illos ubique perquirebat, captosque quos infames percipiebat, *fol. 26. quosdam suspendens, alios igne concremans, quosdam vero aquis submergens, alios* vivos sepeliens, nulli eorum pro magna parentela parcebat[37]. Ipse autem Balduinus[a] miles novus tornamenta ubique perquirens, quoscumque poterat milites probos magnique nominis sibi socios et commilitones adiungebat. Et cum pater eius et ipse eorumque homines a potentissimo comite Flandrensi et Viromandensi et eius hominibus odium et rancorem minasque sepius haberent, contigit inter cetera tornamenta que Balduinus[a] perquirebat, quod Philippus comes Flandrensis et Viromandensis quosdam Francos contra se ad tornamentum inter Gornai[38] et Rissuns[39] invitavit. Audiens autem Balduinus[a] comitem Flandrie in magnis viribus multorum scilicet proborum militum et servientium equitum et peditum ad tornamentum illud venturum, quamvis consuetudo esset militum Hanoniensium in tornamentis in loco illo nominatis cum Flandrensibus et Viromandensibus esse, tamen ipse Balduinus[a] cum probis quos secum habebat militibus, ad partem Francorum qui ibi pauci erant, ob rancorem quem contra comitem Flandrie et suos habebat, transivit, comitique Flandrie et eius magnis viribus viriliter restitit. Comes autem Flandrie, nimia accensus ira, cum suis hominibus tam equitibus quam peditibus quasi ab bellum ordinatis gravius Francis et Hanoniensibus occurrere cepit. Miles autem quidam in armis probissimus et atrocissimus, ipsius Balduini commilito, Gaufridus scilicet agnomine Tuelasne, percipiens domini sui Balduini[a] et suorum imminentem lesionem, comiti Flandrie in forti lancea occurrens, ictu quodam quod vulgariter de feltro[40] dicitur, in medio pectoris illum percussit; qui suis stipatus et supra equum retentus, velut mortuus diu stetit. In quo conflictu ipse comes Flandrie, ut a multis asseritur, captus fuit et detentus, sed permissione cuiusdam probi militis, Egidii scilicet de Aunoit, dicitur evasisse, indeque Balduinus[a] cum Francis contra Flandrenses victoriam dicitur obtinuisse.

Henricus comes Namurci et Lusceleborch in diebus illis contra iuratam compromissionem quam cum Balduino[a] sepedicto comite Hanoniensi et eius uxore Alide eorumque filio Balduino[a] firmaverat super suis possessionibus, ut satis predictum est, ire non formidans, cupiditate rehabendi Traiectum villam supra Mosam, quam mater eius Ermensendis comitissa et ipse Henricus apud imperatorem pro 1600 marcis argenti impignoraverant[b], *fol. 26'. *duxit uxorem valde senex Agnetem, filiam Henrici nobilissimi comitis de Ghelra, sepenominati comitis Hanoniensis Balduini[a] consanguineam. Sed quia in matrimonio concessum fuerat et promissum Henrico comiti Namurcensi quod comes de Ghelra, mediante pecunia, apud imperatorem efficeret quod ille Traiectum libere rehaberet — et hoc pactum nunquam fuit observatum — comes Namurcensis, qui[c] Agnetem per quatuor annos habuerat, sed ei in lecto nequaquam communicaverat, eam ad patrem remisit, quam postea, sicut subsequenter dicemus, recepit, unde mala infinita evenerunt.

1169. Transacto anno primo milicie Balduini[a], Balduini comitis et Alidis comitisse filii, mediante Flandrensium et Hanoniensium consilio consensuque concordi, Balduinus[a] tempore paschali, Apr. mense Aprili, anno Domini 1169, duxit uxorem Margharetam nobilissimam, admodum pulcram omnique honestate et bonitate ornatam, Theoderici[41] comitis Flandrie et Viromandie et Mathei comitis Boloniensis et domini Petri Cameracensis electi sororem. Et cum antea Balduini pater a comite Flandrensi annuatim pro concordia Duaci castri quod reclamabat, 200 libras denariorum[d] habuisset, 300 appositis in matrimonio illi, 500 libre denariorum[e] Balduino ad winagium[42] de Bapalmis[43] fuerunt annuatim assignate, firmata inter comitem Flandrie et comitem Hanoniensem confederatione[44], fide interposita tactisque sacrosanctis; ita quidem quod comes Flandrensis comitem Hanoniensem ad omnes necessitates suas contra omnes homines iuvaret, excepto domino suo ligio rege Francorum; comes

a) B. 1. b) impignaverant 1. c) que 1. d) cc. ℔. d. 1. e) D ℔. d. 1.

37) Cf. Iacobum de Guisia, ed. Fortia XII, 177—183. 38) Gournay prope Compiegne in ducatu Le Valois. 39) Ressons sur le Mals. 40) Gallis *feutre*, nobis *filz*. 41) immo Philippi. 42) Praestatio quae domino exsolvitur pro securo transitu. DUCANGE. 43) Bapaume, a Cambray ad occid. 44) Sigeberti Cont. Aquicinct. M. G. SS. VI, 412. hanc confoederationem ad a. 1168 retulit.

autem Hanoniensis comitem Flandrie ad omnes homines iuvaret, excepto domino suo ligio Leodiensi episcopo. O quam gloriosus matrimonii conventus tanti viri illustris ac potentis principis et valde sapientis, et tante matrone nobilissime ac honestissime ac prudentissime! Quorum fidem Deus ex alto prospiciens, eorum bona et potentiam plurimum ampliavit, eosque cunctis vicinis suis in potentia et gratia prefecit, prolemque ex eis gloriosam dedit, filiorum scilicet et filiarum, de quibus in subsequentibus quamplura dicemus. Balduinus autem, post desponsatam Margharetam, dum pater eius Balduinus comes Hanonie * vixit, ita *fol. 27. ei fuit obediens quod in nullo eum offendit.

Eodem anno, tempore autumnali, Henricus sepedictus comes Namurcensis et Luscelemborch contra Godefridum ducem Lovaniensem, comitis Hanoniensis consanguineum, qui eciam comitis Hanoniensis consanguineam, Henrici ducis de Lemborch sororem, habebat uxorem, guerram habuit. Balduinus autem comes Hanoniensis et eius filius Balduinus[a], sicut ad omnes necessitates suas semper fecerant, ita tunc comiti Namurcensi suum prebuerunt auxilium et commoto exercitu manserunt apud Scalcinas[45]. Et cum comes Hanoniensis 700 milites in exercitu suo haberet in armis, omnes illi de terra erant Hanoniensi, exceptis duobus suldariis, Waltero scilicet et Gerardo de Sothenghien. Itaque comes Hanoniensis et Balduinus[a] filius eius in auxilium comitis Namurcensis guerram et molestiam intulerunt duci Lovaniensi, et comitem Namurcensem ad pacem honestam produxerunt.

Balduinus[b] de uxore sua Marghareta filiam genuit gloriosissime recordationis Elizabeth, que potentissimo Francorum regi Philippo nupsit, et Francorum regina serenissima religiosissimaque et omnium dilectissima effecta est, quam mater eius Marghareta apud Insulam[46] in Flandria peperit mense Aprili anno Domini 1170. Quo eciam anno Balduinus de 1170. Apr. Toenio, miles probissimus, ut prediximus, a seculo migravit.

Eodem anno, mense Augusto[47], tornamentum apud Trasinias[48] fuit proclamatum, ad Aug. quod Balduinus, comitis Hanoniensis filius, causa torniandi venit; sed quia Godefridus dux Lovaniensis rancorem ei inferebat, ut in tornamento securior esset, quosdam servientes pedites secum habuit, circiter tria milia. Godefridus autem dux Lovaniensis cum multis militibus quoscumque habere potuit, et cum exercitu hominum armatorum, circiter triginta milia, quasi ad bellum venit. Balduinus autem et sui, ut haiam[49], que de Carnieres[50] dicebatur, transierunt, videntes ducis vires nimias, si potuissent citius retrocessissent. Sed quia difficile erat nemus illud absque multorum hominum perditione transire, ipsi contra ducem ad bellum se preparaverunt. Duce igitur et suis in malum Balduini et suorum festinantibus, *Balduinus, vivido assumpto animo, ab equo descendit super aquam que Pietencials[51] dicitur, *fol. 27'. ut sui videntes eum peditem non relinquerent, sed cum eo tam equites quam pedites ad bellum animarentur. Duci autem et suis cum superbia et ferocitate advenientibus Balduinus cum suis viriliter resistens, illos, Deo auxiliante, devicit, et eos in fugam convertens, multos cepit, multosque in viribus suorum paucorum peremit. Occisorum autem de exercitu ducis fuerunt circiter duo milia, captivorum autem fuerunt circiter sex milia. De hominibus vero Balduini quasi nulli occisi vel capti fuerunt. Que quidem victoria patri[c] eius Balduino comiti et Hanoniensibus gaudium et commodum protulit; duci autem Lovaniensi et Brabantinis dolorem et dampnum intulit.

Sequente anno Domini 1171, mense Iulio, Marghareta, Balduini[a] uxor, filium peperit 1171. Iul. Valencenis, Balduinum scilicet, qui post patrem et matrem comitatum Flandrie et comitatum Hanoniensem tenuit. Marghareta autem pro partu in Valencenis iacente, ipsa villa Valencenensis proprio igne concremata fuit in maiori et meliori parte, itaque domorum combustarum fuerunt circiter quatuor milia.

Tempore illo Philippus comes Flandrie, habito colloquio et consensu cum illustri comite Campanie Henrico — qui quidem Henricus Ludovici regis Francorum filiam de prima illius uxore habebat uxorem, cuius eciam sororem ipse rex habebat uxorem terciam — matrimoniorum conventiones cum illo firmavit, ita quidem quod ipsius Henrici primus filius Henricus Elizabeth, Balduini Hanoniensis et Margharete filiam, tunc puellam, haberet uxorem,

a) B. 1. b) Baduinus 1. c) pr 1.

45) Ecossinnes, a Soignies ad orientem. 46) Lille. 47) Lambertus Waterloos in Ann. Cameracensibus hoc proelium 3. *Idus Iulii* actum esse dicit. M. G. SS. XVI, 554. 48) Trazignies, a Nivelle ad merid.; v. Annales Parchenses a. 1169. M. G. SS. XVI, 606. 49) *haie* gallice. 50) Carnières in Belgia, arr. de Charleroy, cant. de Binche. 51) Picton fl.

Balduinus autem, Balduini[a] et Margharete filius parvulus, Mariam, Henrici comitis filiam, haberet uxorem, cum utrique ad annos nubiles pervenirent. Si quis autem utrimque filiorum ante annos nubiles decederet, alter filius superstes primus in matrimonio illi succederet. Si qua autem de filiabus nominatis interim decederet, alia superstes filia in matrimonio illi[b] succederet. Conventiones autem ille in parte fuerunt observate, et post * multa iura-
*fol. 28. menta in parte nequaquam, sicut in subsequentibus dicetur.

Eodem anno, tempore autumnali, Henricus comes Namurcensis et Lusceleborch ab hominibus suis ligiis et a vicinis tanta traditionum et guerrarum oppressione in terra de Lusceleborch coartatus detinebatur, quod castrum Lusceleborch, ne illud per traditionem aliquam ei subriperetur, exire timebat. Cui nepos suus Balduinus, comitis Hanoniensis filius, cum 300 militibus et totidem servientibus equitibus superveniens in propriis expensis, terram illam voluntati sue restituit, castrum Bretenghes[52] obsedit, obsessumque et graviter oppressum appositis machinis in viribus suorum cepit et prostravit, et terras eorum, qui[c] avunculo suo adversabantur, usque Metim civitatem, predis acceptis et igne apposito, vastavit. In quo exercitu cum ipso Balduino fuerunt milites probissimi magnique nominis, scilicet Iacobus de Avethnis, Egidius de Sancto Oberto, Rasso de Gaura, multique alii milites strenui, quibus Hanonia tunc temporis florebat. Indeque ad patrem gaudens et incolumis Balduinus rediit.

Eodem tempore et anno Balduinus[d] sepedictus comes Hanoniensis gloriosus, Yolendis comitisse filius, infirmitate Montibus[e] oppressus, mortem sibi imminentem metuens sueque anime saluti volens providere, ordinavit ut[f] quedam, que de iure suo in Montibus et in Valencenis habebat, que in gravamen universorum hominum in villis illis habitantium vertebantur, a gravamine removerentur et in meliores consuetudines converterentur. In Valencenis etenim et in Montibus ius erat comitum Hanoniensium et consuetudo, et in omni eorum adventu, dum in ipsis villis morabantur, culcitre et vasa coquine necessaria a domibus burgensium et aliorum[g] accipiebantur indifferenter[h], et ad curiam deferebantur ad usus dominorum comitum et curie eorum[i] perficiendos. Unde comes ille sepedictus Balduinus[k] ordinavit de communi[l] villarum illarum[m] consensu, ut ipse ville domino comiti Hanoniensi in culcitris sibi necessariis et vasis coquine provideant; in Valencenis autem scutelle cum aliis vasis domino comiti administrande sunt, sed reliquie mensarum pauperibus ville provide sunt distribuende[n]; sed in Montibus scutelle nequaquam
*fol. 28'. ei sunt attribuende. *Verum in Montibus debet villicus ipsius ville ad puteum castri situlam amministrare[o], castellanus vero cordam. In Montibus autem a solutione culcitrarum et vasorum coquine[p] excipiuntur domus clericorum et dominarum et militum, et camba sancte Waldetrudis, et camba Sancti Germani, et mansure due advocatorum, et domus fossato contigue a porta prope Sanctum Germanum in circuitu usque ad portam que Porta fori dicitur. Excipiuntur eciam inde domus servientium qui in curia domini comitis hereditaria habent officia. In Valencenis autem excipiuntur inde[m] domus clericorum et[q] militum et servientium comitis hereditariorum, et mansure in loco qui Castellum dicitur. Ipse eciam comes eadem detentus infirmitate, quedam winagia[r] apud Morcinpont[s, 53] et apud Denen[t, 54] prorsus remisit. Ipse quoque ipsa[u] nimis aggravatus infirmitate a seculo migravit — cuius corpus[a] in monasterio beate Waldetrudis ante maius altare sepultum est[v] in planctu et nimia hominum
Nov. 8. lamentatione — septima die a festo omnium sanctorum[55], anno Domini 1171[w].

Balduinus, sepedicti comitis filius, in comitatu Hanoniensi cum Margbareta uxore sua successit. Quasdam autem guerras et inimicicias mortales que per multos annos inter viros potentes illos, scilicet de Thrit et illos de Aunoit, duraverant, ipse Balduinus novus comes de consilio nobilium et sapientum suorum, illis licet invitis, concordavit. Ad hec ipse Balduinus comes novus de communi hominum suorum consensu et consilio quandam

a) B. 1. b) illo 1. c) q̄ 1. d) B. 1; *Iacobus de Guisia sic incipit:* Anno Dni 1171. Balduinus comes Hanoniensis gloriosus *etc.* e) in M. 2. f) v. 1. g) burg. et alior. *des.* 1. h) *deest* 1. i) et cur. eor. *des.* 1. k) saep. B. *des.* 2. l) *addit* 2: dictarum. m) *deest* 2. n) sed — distr. *des.* 1. o) administrare 2. p) *deest* 1. q) ac 2. r) Wignagia 2. s) Morchipont 2. t) Dononium 2. u) *deest* 2. v) sep. est *desunt* 2. w) Anno quo supra videlicet 1171. 2.

52) Brettingen. 53) Morsepont, a Valenciennes inter septentriones et orientem. 54) Donain, a Valenciennes inter meridiem et occid. 55) V. quoque Cont. Aquicinct. l. c. p. 413. Epitaphium v. apud Miraeum I, 296 ubi 8. *Nonas Novembris obiit.* Versio Gallica apud Vinchant, Ann. de Hainaut VI. p. 304 habet: *le 6. Novembre.*

in Hanonia pacem ordinavit et eam tenendam tam suo proprio quam hominum suorum maiorum iuramento confirmavit. In qua quidem pace expressum fuit pro homine interfecto hominem debere interfici, homicidam scilicet; pro membro vero ablato membrum ab ablatore debere tolli. Hec autem omnia non per legem, sed per veritatem tractanda sunt. Si quis autem super his maleficiis se absentaverit, et virtuti pacis ordinate se committere noluerit, maleficii sibi imputati reus iudicandus est, et ulterius misericordiam consequi non potest, nisi de communi consensu domini comitis et proximorum illius in quem maleficium perpetratum est. Si autem nobilis aliquis *rusticum interfecerit aliquem, aut membrum *fol. 29. abstulerit, dominus comes in vita vel in membris ei potest indulgere; sed tamen domini comitis pacem habere non potest, nisi de consensu proximorum illius in quem maleficium perpetratum est. Fugitivos autem, qui ad institutionem pacis venire et per eam agere noluerint ex presumptione vel timore, illorum proximi de consanguinitate illos abiurare debent, et sic in pace manere debent ab inimicis fugitivorum. Multa quidem et alia in pacis huius institutione fuerunt composita[56].

Comes iste Balduinus scilicet, Balduini comitis et Alidis comitisse filius, acceptis hominum suorum tam nobilium quam servilis conditionis fidelitatibus, pacem et iusticiam diligens, comitatum Hanoniensem in multis laboribus magnisque expensis viriliter et cum honore tenuit. Cui Deus, gratie copiam impendens, eum miro modo in actibus suis et bonorum suorum augmentatione plurimum exaltavit. Hic quidem comes, in dapibus semper affluens, domum suam honestis et splendidis cybis semper procuravit, servientibus suis hereditariis officia sua hereditaria plenarie recognovit et restituit[57], eosque diligens ubique locorum constitutus libentius secum habebat. De expensis autem eius grandibus tam in magnarum celebratione curiarum quam in guerrarum et tornamentorum exercitiis et de beneficiis probis militibus collatis, et quod milites semper verbis dulcibus et decentibus allocutus fuerit, nec pro aliqua commotus ira verbum aliquod turpe vel indecens contra eos moverit, tacendum non est. Hic eciam, quamvis secularibus deliciis deditus esset, tamen officiis divinis, scilicet missis et ecclesiasticis horis audiendis intendebat, pauperumque inopie compaciens escarum suarum largissimas eis impertiebatur elemosinas. Iste quidem novus comes sollempnitatem natalis Domini primo in Valencenis cum Marghareta uxore Dec. 25. sua in gaudio celebravit, in qua curia fuerunt milites 500, ubi Egidius sepedictus de Sancto Oberto, vir magne probitatis magnique nominis ubicumque terrarum, dapes tanquam summus Hanoniensis dapifer[58] amministravit, et cum eo milites et servientes *qui in officio *fol. 29'. illo ius hereditarium habebant. Arnulphus vero vir nobilis de Landast, qui mortuo Egidio de Aunoit summo Hanonie pincerna, uxorem illius duxerat, vinum tamquam summus pincerna propinavit, et cum eo milites et servientes qui in officio illo ius hereditarium habebant. Post ipsum natale Domini ipse Balduinus comes cum 80 militibus torniavit inter 1172. Bussci castellum et Cathalanum[59] civitatem, et illinc in terra Bria[60], in loco qui dicitur Vadum de Lisi[61], eundoque illuc et inde redeundo cum tot militibus in propriis expensis, ipse comes in spacium unius mensis perduxit. Sequente vero quadragesima ipse comes Leodium adiit, Mart. 5. et domino Radulpho Leodiensi episcopo, consobrino suo, debitum pro Hanonia fecit hominium.

Post pascha vero, anno Domini 1172, ipse comes perrexit ad torniandum in Burgun- post Apr. 16.

56) Gislebertus in errorem incidisse videtur, quum pax ista a Balduino VI. anno 1200. demum data fuerit. Vide textum inter appendices. Cfr. quoque Iacobus de Guisia XVIII, 2, ubi haec: *Hic dicit Gilbertus quod iste dominus comes Balduinus statuit et ordinavit pacem et legem Montensem que dicitur pax Hanoniensis. Sed salva sua reverentia, non est ita, quia eius filius qui sibi in comitatu successit, eandem composuit, et de communi consensu et voluntate parium ac omnium homagia tenentium patrie perpetuo tenendum stabilivit. Et hoc probo ex eo, quia iste dominus comes, prout inferius patebit, obiit anno Domini* 1195. *in mense Decembris*, 15. *Kal. Ianuarii, et pax Hanoniensis fuit ordinata, facta et proclamata anno Domini* 1200. *in mense Augusti, prout patet ex dictis ambarum cartarum et hoc inferius clarius manifestabitur, cum de Balduino comite patriarum Flandrie ac Hanonie et tandem Constantinopolis imperatoris vita describetur Deo duce. Forte posset dici quod iste comes Balduinus pacem et cartam composuerit et filius eius Balduinus consequenter eam proclamari aut manifestari fecerit, et sic starent dicta Gilberti in virtute.* 57) Ministeria curiae Hanoniensis a nostro Gisleberto et Wilhelmo patruo Fernandi comitis circa a. 1210. conscripta in appendice damus. 58) V. Ministeria curiae Hanoniensis. 59) Bussy-Lettrée, ut videtur, a Châlons ad merid., et Châlons sur Marne. 60) la Brie. 61) Lizy, a Meaux inter septentr. et orientem.

diam inter Montbar[62] et Rogesmont[63] cum militibus circiter 100, in propriis expensis; et cum comes Nivernensis, de cuius dominio castrum Rogesmont erat, inhibitionem torniandi omnibus advenientibus fecisset, et comiti Hanoniensi in castro suo Rogesmont hospitari negaret, comes tamen Hanoniensis contra inhibitionem comitis Nivernensis in ipso castro hospitatus est. In crastino vero cum comes Hanoniensis in parte sua quinque terre sue milites secum haberet, et ex adversa parte cum duce Burgundie Henrico quamplures in superbia nimia, servientibus peditibus stipati, advenirent; comes Hanoniensis vivido ac prudente animo assumpto, de armigeris suis et garcionibus[64] clientes pedites ordinavit, et eos quibus potuit armis quasi ad defensionem contra multos preparavit, militibusque multis ex adversa parte constitutis viriliter restitit, et eos expugnavit. In reditu autem suo apud Retest[65] torniavit, sicque per quinque septimanas eundo et redeundo in propriis expensis Iun. 4. cum militibus circiter 100 moram fecit. In festo pentecostes, eodem anno, Balduinus comes Hanonie dominum regem Anglorum Henricum, qui eciam dux Normanorum et Aqui- *fol. 30. tanie et comes Andegavensis *erat, adiit, et ei super 100 marchis sterlingorum magno pondo annuatim habendis hominium fecit, et sicut eius pater ab ipso rege et ab eius avunculo Henrico rege Anglie infeodatus fuerat, hominibusque suis Hanoniensibus quibusdam sua ab ipso rege feoda fuerunt recognita et reassignata, Eustacio scilicet de Ruez 15 marche, Waltero de Linea 10 marche, Amando de Provi 10 marche, Henrico de Braina 10 marche, Roberto de Carneriis 10 marche. Ibi Iacobus de Avethnis per intercessionem comitis Hanoniensis ab ipso rege triginta marchis infeodatus fuit.

In diebus illis Henricus idem rex Anglie, dux Aquitanie et Normanie et comes Andegavensis, filios suos maiori amplectens dilectione, illos in bonis suis omnique honore exaltavit et illos sibi prefecit. Deposita enim regia corona, Henricum filium suum militem probissimum, in muneribus indeficientibus largissimum, qui quoscumque poterat milites probos undecumque terrarum sue attrahebat societati, qui regis Francorum Ludovici filiam[66] habebat uxorem, in regem coronari fecit[67], retentis sibi terre totius ad regnum pertinentis fructibus et proventibus, retenta eciam sibi filii sui novi regis procuratione. Qui filius postea in patrem, auxilio Ludovici regis Francorum, insurgere non abhorruit[68], patremque expellere a regno voluit; verum patris non exigentibus meritis, sed filii peccatis obstantibus, contra patrem nichil per se vel per suos coadiutores proficere potuit. Predictus eciam Henricus rex secundo filio suo Richardo ducatum Aquitanie assignavit[69], qui eciam patri quandoque se opposuit. Tercio vero filio Gafrido comitatum Britannie per matrimonium acquisivit.

Sequente tempore autumnali, anno Domini 1172, cum Henricus dux de Lembor, comitis Hanoniensis consanguineus, mala quedam per predas et rapinas et incendia ipsius comitis *fol. 30'. avunculo, Henrico comiti Namurcensi et Lusceleborch *intulisset, et quorumdam castrorum hominia ad ipsum comitem Henricum de iure pertinentia ipse dux contra ipsum comitem sibi usurpasset, comes Namurcensis nepotis sui comitis Hanoniensis, sicut consueverat, auxilium districtius postulavit. Cui comes Hanoniensis festinum in 340 militibus et totidem servientibus equitibus lauricatis et 1500 clientibus peditibus electis tulit auxilium, et maius ducis de Lembor castrum, quod Erlons[70] dicitur, cum avunculo suo obsedit, et terram ducis circumiacentem predis acceptis et apposito igne vastavit. Dux autem eorum vires non valens sustinere, cum iam ipsi per decem dies in obsidione castri illius in copia panis et vini et carnium pisciumque mansissent, comiti Namurcensi dampna illata restituit et que comes contra ipsum reclamabat ei prorsus libera dimisit et quieta. In obsidione illa comes Namurcensis comiti Hanoniensi, suo tunc dilectissimo nepoti, fidelitates et securitates ab hominibus suis nobilibus et servilis conditionis, super possessionibus suis in spe succedendi, interpositis iuramentis, renovari fecit, indeque comes Hanoniensis, qui in propriis expensis cum tot predictis militibus et servientibus equitibus et peditibus per spacium unius mensis manserat in alienis partibus, ad propria rediit. In quo quidem exercitu fuerunt milites strenui, scilicet: Iacobus de Avethnis, Egidius de Sancto Oberto, Rasso de

62) Montbeliard, ad fl. Doubs. 63) Rougemont, a Montbeliard ad occidentem. 64) *garcons*, knappen. 65) Réthel. 66) Margaretam. 67) Lundoniae apud Westmonasterium a. 1170. Iun. 14; cf. Gervas. Dorobern. ad h. a. Bouq. XIII, 134. et Robertum de Monte l. c. p. 519. 68) anno 1173. 1174. 69) v. Gerv. Dorob. l. c. p. 132: *Richardus quoque filius regis Angliae accepit in uxorem filiam regis Franciae — et suscepit ducatum Aquitaniae, fecitque hominium regi Franciae super honore ducatus.* 70) Arlon.

Gaura, Evrardus Rado Tornacensis castellanus, Eustacius senior de Ruez et Eustacius filius eius, Karolus de Frasne et Egidius filius eius, Iohannes de Maicicort, Amandus de Provi, Polius de Vileir, Walterus de Lens et Eustacius filius eius, Egidius de Cymaco, Nycholaus de Barbencione, Walterus de Fontanis, Walterus de Linea, Willelmus de Hausi, Balduinus et Matheus Ade de Walencort filii, Gerardus de Waldripont, Gossuinus de Aenghien, Engelbertus et Bonifacius fratres eius, Hoelus de Cauren, Balduinus de Strepi, Arnulphus et Gerardus de Landast, Renerus de Trith[a], Stephanus de Denen agnomine Makrellus, Gafridus Tuelenne[b], Willelmus et Gerardus ipsius comitis fratres sed non germani, Nicholaus * fol. 31. de Pierewees, Gerardus de Bruella solam manum habens miles probissimus, Hugo et[c] Walterus de Crois, multique alii milites probi.

Eodem anno, post octavam epiphanie, ipse Balduinus[d] comes Hanoniensis sororem 1173. p. Ian. 13. suam viduam Lauretam, pulchram admodum et honestam, quam antea uxorem habuerat vir nobilis Theodericus de Alost, maritavit viro nobili Buchardo de Montemorenciaco in Francia, de qua ipse Buchardus filium habuit Matheum et filiam.

Sequente anno ab incarnatione Domini 1173. Henricus predictus iunior rex Anglie contra patrem suum guerram movit, auxilio Ludovici regis Francorum, inimicitiasque graves. Et cum rex Francie a parte Francie exercitus suos contra Normaniam moveret, Philippus comes Flandrie et Viromandie in magnis viribus ad auxiliandum domino suo et regi Anglorum iuniori, in regem Anglorum seniorem suum consobrinum insurrexit, et Normaniam intrando et gravius opprimendo, Albammarlam[71] castrum cepit, deinde Driencort[e][72] castrum obsedit, Iul. 24. in qua obsidione frater eius Matheus comes Boloniensis, miles admodum pulcer et probus et donis largissimus, letale vulnus suscepit. Quo suscepto vulnere post paucos dies vivendo a seculo migravit. Cuius mors peccatis fratris sui comitis Flandrie inputabatur, ex eo quod in commotione guerrarum illarum ipse comes Flandrie et Viromandie potentissimus ad pacem componendam plurimum potuisset valere. Deinde Ludovicus rex Francie et Phi- 1174. lippus comes Flandrie in viribus suis Rotomagum civitatem obsederunt, nichilque contra regem Anglie Henricum seniorem, virum astutum vividumque et nimia animositate pollentem, proficientes[73], pace inter se firmata[74], et possessiones suas omnes ei liberas et 73 quietas dimiserunt, et filium patri reconciliaverunt.

Cum autem in guerra illa comes Hanoniensis domino suo regi Anglorum, a quo 1173. 100 marchas annuatim in feodo habebat, auxilium prestare vellet, quia regi Francorum in hominio * vel aliqua dilectione nequaquam obligatus erat, et per terram sororii sui comitis * fol. 31'. Flandrie et Viromandie occulte transire proposuisset, et ad hoc cum militibus et armis iter arripuisset, a quibusdam Flandrensibus, Helino scilicet de Waurin et aliis, insidie in territorio de Bapalmis fuerunt pretente, ita quod comes Hanoniensis nullatenus transire potuit. Ipse autem comes ante arreptum iter illud, in villa que dicebatur Kiviniis, que postea Belfors[75] nominata fuit, firmitatem construere ceperat, quod in detrimentum Iacobi de Avethnis, sed non contra ius illius erat. Sciens autem Iacobus quod comes iter illud arripuisset, putansque illum diu in alienis regionibus moraturum, comitissam Hanoniensem Margharetam super hoc requisivit, ut opus inceptum faceret cessari, dicens illud contra ius suum prorsus fieri. Comitissa autem de iure domini sui comitis non deficiens dixit quod opus de iure domini sui inceptum ipsa, eo absente, pro posse suo suppleret. Iacobus autem ab ea recedens, ipsam diffiduciare presumpsit. Comitissa summonito per Hanoniam[f] exercitu, Melbodium venit. Comes autem Hanoniensis, qui propter insidias et insultus Flandrie ad regem Anglie transire non potuit, ad propria rediit et Melbodium venit, ubi comitissam uxorem suam et milites suos ad arma contra Iacobum paratos invenit. Iacobus vero contra ius domini sui ligii comitis Hanoniensis et eius vires venire formidans, pacem cum eo fecit. Sicque comes in loco predicto de iure suo turrim construxit, et locum illum Belfort nominari fecit, anno Domini 1173.

a) Tibit 1. b) tueleñe 1. c) de 1. d) B. 1. e) Briencort 1. f) hañ 1.

71) Aumale, ab Amiens ad occidentem. 72) apud Robertum de Monte, M. G. SS. VI, 522, *Dringcurt* nominatum; v. quoque supra p. 515. Est Driencourt, arr. de Péronne, cant. de Roisel. 73) a. 1174. in vigilia assumptionis S. Mariae, i. e. Aug. 14, obsidionem solverunt teste Roberto de Monte, M. G. SS. VI, 523. 74) Cf. Gervas. Dorob. l. c. p. 139: *in crastinum post festum S. Michaelis* (i. e. Sept. 29.) *filios suos in gratiam recepit.* 75) Beaufort in Gallia, arr. d'Avesnes, cant. de Maubeuge.

Eodem anno[a], tempore hiemali, miles probitate et nomine[b] preclarus, Egidius de Sancto Oberto, in castro suo Businiis[e] [76] egrotavit. Quem cum dominus suus Balduinus comes Hanoniensis ex[f] gracia et dilectione visitaret, ille castrum suum Businiis[g], quod construxerat et a nemine tenebat, ab ipso comite in feodo accepit[h] et de assensu primi filii sui Gerardi, quem de prima uxore sua[i] Berta supranominata, ipsius comitis amita[k], habuerat, consentiente etiam[l] secundo filio suo Egidio[m], quem de secunda uxore Matilde
* fol. 32. de Berlenmont habebat ita dedit, quod ipse et[n] filius* eius Egidius de ipso castro domino comiti ibidem fecerunt hominium[o] ligium[p], addentes illud feodo de Berlenmont[q] [77] et feodo camerarie summe Hanoniensis[r]. In infirmitate illa ipse Egidius signum crucis Domini sibi assumpsit et cum eo Gerardus filius eius, multique probi milites Egidii commilitones.

1174. Anno Domini 1174, tempore paschali, dominus Petrus supradictus Cameracensis electus, de voluntate et suggestione fratris sui Philippi comitis Flandrie et Viromandie relicto episcopatu et ordine clericali, miles factus est; qui postea in terra Nivernensi, ut prediximus, quandam comitissam viduam habuit uxorem, de qua filiam habuit, que postea Roberto de Waurin, summo Flandrie dapifero, militi probo, maritata fuit. In episcopatu
78 successit vir prudens potensque et vividus, Robertus nomine, de civitate Carnoto[78] ortus, quem de paupere clerico Philippus comes Flandrie ditissimum fecerat et in Flandria et Viromandia potentissimum. Qui cum omnium fere ecclesiarum in Flandria preposituras obtineret, tamen nomen prepositi de Aria[79] semper habuit. Qui Robertus a Cameracensi ecclesia electus, susceptis a domino imperatore Romanorum Frederico regalibus, bona episcopatus studiosius cepit perquirere, super quibus mota est controversia inter ipsum et Iacobum de Avethnis. Cum autem ipse electus tempore autumpnali in Brabantiam ad predium episcopatus Melin[80] transire vellet, quia super minis Iacobi sibi illatis dubitabat, a domino comite Hanoniensi conductum securum requisivit, cui dominus comes virum nobilem Ludovicum de Frasne conductorem prebuit. Ipso autem electo per Condatum[81],
1174. Oct. 5. Iacobi castrum, absque metu aliquo transeunte, pretentis sibi a quibusdam servis Iacobi insidiis, turpiter ab illis in descensu pontis interfectus fuit[82]. Quo audito, dominus comes Hanoniensis, quia id in dedecus suum, contra conductum suum et contra terre sue iusticiam perpetratum erat, ipsam villam Condatum igne concremavit, et castrum, turri et muris tunc temporis fortissimum, obsedit. Quod tandem ad eius voluntatem in manus eius
* fol. 32 fuit resignatum. Comiti* autem Flandrie pro occisione clerici sui et alumpni dilecti et familiaris, castra Iacobi ad honorem Viromandensem[s] pertinentia, Guisa[83] scilicet et Leschieres[84], fuerunt reddita. Attamen Iacobus citiorem levioremque a comite Flandrie quam a comite Hanonie pacem habuit. Domino Roberto Cameracensi electo dominus Alardus, Cameracensis ecclesie in Hanonia archidiaconus, vir maturus et honestus, in
Dec. 25. episcopatu successit. Eodem anno dominus comes Hanoniensis curiam suam in natali Domini hominibus suis maioribus Montibus indixit, ubi quam plures probos milites circiter 350 secum habuit. Ubi cum Egidius de Sancto Oberto cruce signatus domino suo comiti dapes tamquam summus dapifer amministrasset, honesto dono ab ipso comiti ad supplementum itineris sui accepto, licentiam peregrinandi a domino suo comite et ab universis in curia accepit. Iacobus autem a domino suo comite castrum suum Condatum ibi recepit interposita conditione illud comiti ad omnem eius voluntatem reddendum. Egidius vero de Sancto Oberto in sua peregrinatione in mari decessit. Gerardus autem filius eius, comitis Hanoniensis consobrinus, peracta peregrinatione sua, rediens patri in maioribus bonis successit.

1175. Aug. Deinde anno Domini 1175, mense Augusto, tornamentum inter Suessionem civitatem et Brainam[85] castrum ex superbia et arrogantia a preclaris et probissimis militibus Campa-

a) Anno eodem 2. b) nobilitate 2. e) Buzegnies 2. f) et 2. g) suum de Busegnies 2. h) recepit 2. i) *deest* 2. k) amica 1. l) consentiente etiam *desunt* 1. m) 2 *sequentia sic exhibet:* qui ambo cum patre eorum de ipso castro domino comiti ibidem fecerunt. n) et *deest* 1. o) homagium 2. p) legium 2. q) Berleumont 2. r) Hanoniensi 2 s) Virom̄ 1.

76) Bousignies in Gallia, a Maubeuge ad orient. 77) Berlaimont ad Sambre flov., a Maubeuge ad merid. 78) Chartres. 79) Aire. Robertus iam a. 1173. electus Atrebatensis episcopus erat, v. Cont. Aquic. l. c. p. 414. 80) Meslin-l Evêque, arr. de Tournai, cant. d'Ath. 81) Condé. 82) Cf. Gesta epp. Camerac. Cont. M. G. SS. VII, 509. 83) Guise. 84) Lesquielles vel Lequiette, in districtu quem dicunt Aisne. 85) Braine, a Soissons ad orientem.

nensibus scilicet et Francis quampluribus, contra Balduinum comitem Hanoniensem fuit proclamatum. Ad quod comes Hanoniensis cum 200 militibus et 1200 peditibus electis venit, et in parte sua duos sororios suos, scilicet Radulphum de Cociaco et Buchardum de Montemorenciaco, et cum eis Radulphum comitem Clarimontis, militem probissimum, habebat. Campanensibus autem et Francis numero pluribus et nomine maioribus in Braina existentibus exire dedignantibus vel dubitantibus, comes Hanoniensis usque ad montem et vineas Braine in manu armata equitavit et ibi usque ad vesperam stetit. Die autem advesperascente ceperunt omnes ad hoc comitem cogere, ut illinc recederet, cum nemo compareret qui ei se opponere vellet. Ipse autem propositum *firmaverat quod tota die illic maneret et firmatam torniandi pactionem servaret. Vespere autem facto, cum maior pars militum de parte comitis Hanoniensis recessisset et iam Suessionem pervenisset et clientes pedites retrocedentes iam in media via essent et nox superveniret, ita quod comes Hanoniensis iter recedendi arriperet, Campanenses et Franci in parte Braine constituti ceperunt exire et comitem Hanoniensem insequi. Comes autem Hanoniensis cum comite Clarimontis et cum paucis armatis, multis resistebat et revocatis clientibus suis peditibus per illorum vires adversarios per valles et vineas in fugam convertit, eosque gravius expugnavit. De quibus adversariis in introitu ville Braine et de illorum peditibus quamplures interfecti, multique aquis submersi, quidam vero capti fuerunt. Sicque dominus comes Hanoniensis, adepta de nocte victoria, cui claritas lune admodum profuit, gaudens et incolumis inde rediit. * fol. 33.

In diebus illis Henricus, Ludovici regis Francorum et Roberti comitis Braine et Petri de Curtenai frater, archiepiscopatum Remensem regebat[86], qui bona ecclesie multa per loca augmentavit. Ipse castra Sessals[87] et Curmesi[88] et in Remis domum fortissimam in loco, qui Porta Martis dicitur, construxit, qui predicto eodem anno decessit. Cui Willelmus Senonensis archiepiscopus, qui et Senonensis archiepiscopatum et Carnotensem episcopatum regebat, frater inquam Adele Francorum regine et Henrici comitis Campanensis et Theobaldi comitis Blesensis et Stephani comitis, in archiepiscopatu Remensi successit[89].

Eodem anno cum Walterus Laudunensis episcopus pro debilitate sui corporis episcopatui suo renunciasset, et quidam eius nepos Walterus, Laudunensis tesaurarius ecclesie, a quadam parte capituli electus et a summo pontifice confirmatus et consecratus, in reditu a curia Romana decessisset, dominus Rogerus, Reinaldi de Roseto frater, sepedicti comitis Hanoniensis consobrinus, per intercessionem magnamque ipsius comitis Hanoniensis industriam ac laborem ad episcopatum illum promotus fuit[90], a quo episcopatu ipse Rogerus post suam electionem et consecrationem eiectus fuisset et eius proximi dampna nimia incurrissent nisi comitis Hanoniensis* sapientia eis profuisset et eius vires maxime contra regem Francorum Ludovicum eis subvenissent, sicut in subsequentibus loco suo plenius dicetur. * fol. 33'.

1175. Eodem anno orte fuerunt discordie inter comitem Hanoniensem et eius fidelem et consanguineum Iacobum de Avethnis super quibusdam iniuriis, quas ipse Iacobus domino comiti inferre videbatur, unde dominus comes ab ipso Iacobo in ius vocato castrum Condatum ut sibi redderet, sicut pepigerat requisivit. Super quo ipse Iacobus multas querens occasiones frustratorias vanaque[a] subterfugia, castrum illud tandem ei reddere prorsus negavit. Quid autem faciendum inde esset, dominus comes fidelium suorum, Iacobi scilicet parium et aliorum nobilium, iudicio commisit. Unde iudicatum fuit quod Iacobus in castro suo nichil iuris ulterius habere videretur, nisi de gratia et voluntate domini comitis illud obtinere valeret. Post multas autem per Philippum comitem Flandrie, qui pro Iacobo comitem Hanoniensem precibus sepius sollicitabat, acceptas inducias, ipse comes Hanonie, commoto exercitu, termino pascali, anno Domini 1176, non contra castrum predictum, sed contra maiorem et meliorem partem terre Iacobi, scilicet adversus Avethnas, Iacobum asperius aggredi cepit, et ut exercitus suus facilius transire posset nemus, quod Haia de Avethnis dicebatur, in viribus hominum suorum incidi fecit, ut homines 100 de fronte transire absque impedimento possent, Iacobo ex adversa parte cum viribus suis existente tam militum multorum a Francia et a terra sua a multisque locis congregatorum quam 1176. c. Apr. 4.

a) vnaq; 1.

86) a. 1161—1175. pridie Idus Nov. 87) Selles, a Remis ad orient. 88) Cormicy, a Remis ad sept. 89) a. 1176. 90) a. 1176.

aliorum equitum et peditum, vidente et cum domino comite Hanoniensi congredi non audente. Cum autem Iacobus domini sui comitis vires sustinere non valeret, eius misericordiam postulavit et ad pedes ipsius comitis armati procidens castrum Condatum eius voluntati reddidit. Misertus autem dominus comes hominis illius castrum illud recepit et prostravit, villam autem ei restituit et pacem concessit. In quo exercitu cum comite Hanoniensi fuit eius avunculus Henricus comes Namurcensis et Radulphus comes Clarmontis in Francia.

*fol. 34. *Eodem anno, tempore autumpnali[1], motis querelis quibusdam inter Iacobum de Avethnis et potentissimum comitem Flandrie et Viromandie Philippum, ipse comes Philippus castra ad comitatum Viromandie pertinentia, que Iacobus ab ipso tenebat, scilicet Guisam et Leschiereas, ab ipso Iacobo ut ei redderet requisivit. Et cum ille castra illa ei reddere negaret, comes Flandrie et Viromandie in viribus suis castrum Guisam obsedit. Comes autem Hanonie eidem comiti Flandrie et Viromandie, sicut supradictum est, confederatus, in auxilium eius castrum Leschiereas cum exercitu suo obsedit. Iacobus autem astucius agens super aliis castris suis custodiendis, que a comite Hanonie tenebat, scilicet 2 Avethnas et Landrecias[2] et Leusam[3], ipsi comiti Hanoniensi, tamquam eius ligia feoda, custodienda commisit. Quibus comes Hanoniensis susceptis, ea fideliter conservavit quousque ea ad voluntatem Iacobi ipsi Iacobo restituit. Verum ipse comes in viribus suis et machinis ad auxilium comitis Flandrie existens, castrum Leschieras cepit et turrim illius magnam in altiori mota[4] constitutam per voluntatem comitis Flandrie prostravit. Guisa autem castrum a comite Flandrie diu obsessum tandem ei fuit redditum, quod postea ipse comes Flandrie Iacobo illesum restituit.

Anno Domini 1177. Philippus comes Flandrie et Viromandie, cruce Domini signatus, congregatis apud Insulam baronibus suis, Balduino comiti Hanoniensi et eius uxori Margharete comitisse, quia ipse proprii corporis herede carebat, fratresque sui Matheus et Petrus a. decesserant, super hereditate Flandrie obtinenda, tamquam iustis et propinquioribus heredibus, ab hominibus suis Flandrie fidelitates et securitates fecit exhiberi, concedente eciam sorore sua[5], in Messinensi[6] ecclesia sanctimoniali, quam primo comes Sabadie, postea vir nobilis Hugo de Oisi habuerant uxorem. Peractis autem securitatibus illis, ipse comes c. Iun. 12. Flandrie, terra sua ordinata et custodie fidelium suorum tradita, Iherosolimam cum multis probis viris adiit[7].

Dec. 6. Eodem anno, defuncto domino Alardo Cameracensi[a] episcopo, orta est dissentio[b] in Cameracensi ecclesia super episcopali electione. Dominus etenim comes Hanoniensis pro consobrino suo Gaufrido de Toenio, viro honesto et admodum litterato, ut ad episcopatum illum promoveretur, artius laborabat. Econtra vir nobilis, in[c] Cameracensi regione potens, Hugo de Oisi[d], qui a comite Hanoniensi castra duo ad comitatum Hanoniensem pertinentia in feodo ligio[e] tenebat, scilicet Crievecuer[f. 8] et Allues[g. 9], pro fratre suo Petro, eiusdem ecclesie maiore archidiacono, modis quibuscumque poterat[h] ad dignitatem illam adquirendam[i] intendebat. In hac quidem dissentione[k] dominus Rogerus de Waurin, acquisito sibi comitis Hanoniensis[l] auxilio, in episcopatu Cameracensi[m] electus fuit et consecratus[10], qui postea in transmarinis partibus ad auxilium dominici sepulcri decessit[11].

1178. Eodem anno dominus Rogerus Laudunensis episcopus[12], commoto quo potuit exercitu, et amicis suis ad arma convocatis, terram suam, que Laudunum dicitur, contra homines eiusdem terre, qui vi fulti regia[13] communiam contra Laudunensem ecclesiam fecerant,

a) Cameracensium 2. b) dissensio 2. c) *sic* 2; et 1. d) Ozy 2. e) legio 2. f) Crieuecrer 2. g) Alleex 2. h) patat 1. i) conquirendam 2. k) discensione 2. l) Hanonie 2. m) episcopatum Cameracensem 2.

1) Cf. Sigeb Cont. Aquic. 1176. l. c. p. 415: *Orta iterum inter Philippum comitem et Iacobum simultate, post messem Augusti* etc. 2) Landrecies, ab Avesnes ad occid. 3) Leuze, a Tournay ad orient. 4) i. e. colle. 5) Gertrude. 6) Messines prope Ypres. 7) Cf. Sigeb. Cont. Aquic. l. c. p. 415: *Philippus comes Flandrie circa pentecosten Iherosolimam petiit.* 8) Crevecoeur, a Cambray ad merid. 9) Arleux? ab Arras ad orient. 10) a. 1178; cf. Cont. Aquic. p. 417. 11) a. 1191. 12) Cf. hac de re Anonymum Laudunensem contemporaneum apud Bouq. XIII, 681. 682. 13) Ludovici regis Francorum; cf. Cont. Aquic. p. 417, ubi haec ad a. 1178. referuntur: *Eodem die* (sc. 3. Non. Martii) *Rogerus Laudunensis episcopus, cum pagenses episcopii sui a communione, inter se assensu Ludovici regis perperam iurata, minime retrahere posset, malo accepto consilio, militum auxilia undecumque contrahens,* 2. *Non. Marcii* (i. e. Mart. 6) *in diebus scilicet quadragesime, eos agressus est. Ubi quidam interfecti, multi etiam capti, quidam autem eorum, dum fugerent, in quodam flumine necati sunt.*

invasit. Ubi homines terre illius cum quibusdam domini regis Francorum hominibus, scilicet communia Suessionensi et communia de Velli[14] et hominibus Sancti Medardi[15], contra se ad defensionem paratos invenit, quos viriliter invadens, multis captis, multisque interfectis, cito devicit. Unde regis Francorum Ludovici offensam incurrit ipse episcopus, licet ille pro iusticia et libertate ecclesie sue laborasset. Quapropter ipse dominus rex fervidiore accensus ira[a], commoto exercitu[16], Laudunensis episcopi bona occupavit, et Laudunum 16 transiens, terram Hugonis de Petraponte et Rainaldi de Rosoit, fratris ipsius episcopi, et Iacobi de Avethnis, qui ipsi episcopo in expugnatione illorum hominum tulerant auxilium, vastare proposuit. Unde Rainaldus domini comitis consobrinus et Iacobus de Avethnis, ipsius eciam comitis consanguineus et homo ligius, et Hugo de Petraponte, qui eciam ipsius comitis consobrinam habebat uxorem, domini comitis Hanoniensis auxilium et consilium tanquam sui protectoris summi postulaverunt. Qui quidem comes, congregato exercitu 700 militum *et *fol. 35. 60 milium hominum armatorum, usque Streas[17] pervenit ad auxilium amicorum suorum contra regem Francorum, qui iam usque Nisi castellum[18] pervenerat ad destruendas terras predictorum virorum nobilium. Quo audito dominus rex, relictis in pace terris illis, retrocessit; bona autem episcopatus ad voluntatem suam, dum sibi placuit, occupavit, que postea eidem episcopo per mandatum apostolicum et domini comitis Hanoniensis intercessionem restituit.

In anno eodem dominus comes Hanoniensis inter Venduel et Feriam[19] torniavit. 1178. Ubi cum in parte sua tot milites non haberet quot in parte altera contra se erant, tamen prevaluit et dominum Ferie castri, scilicet Radulphum sororium suum cepit. Cepit eciam probissimos milites, Radulphum scilicet comitem Clarimontis et Symonem fratrem eius et Matheum comitem Bellimontis, et cum eis multos milites, quos omnes liberos dimisit.

Anno Domini 1178. Ivo bone memorie Suessonensis comes et Nigelle dominus in[a'] Aug. introitu mensis Augusti a seculo migravit. Qui Yolendem[b], comitis Hanoniensis sororem, habuit[c] uxorem, et quia proprii corporis herede carebat, Cono nepos eius, Brugensis castellanus, qui castrum Petrepontis[20] ex parte Agathe uxoris sue possidebat, in omnibus bonis 20 suis eis successit Qui comitis Flandrie viribus, cuius homo erat et consanguineus, Iolendi comitisse super dotalicio suo, quod erat medietas totius honoris Nigellensis, et insuper Faleviacum[21], contra comitem Hanoniensem plurima dampna fecit et detrimenta.

Eodem anno cum[d] sepedictus comes Flandrie et Viromandie[e] Philippus[f] a Iherosolimis redisset[g, 22], Iolendis[h] vidua, comitis Hanoniensis soror[h], nupsit Hugoni comiti[i] Sancti Pauli, probo militi ac iuveni; que cum nunquam prolem habuisset et iam etatis esset 47 annorum, postea filias habuit duas, Elizabeth scilicet[k] et Eustachiam.

In diebus illis in ecclesia Romana super electione summorum pontificum scisma diucius duraverat, in quo imperator Romanorum Fredericus, cuidam parti favens contra Deum et iusticiam, tribus obedivit electis, contra latam in eos excommunicationis sententiam consecratis, *cum dominus Alexander papa ad honorem Dei de iusticia electus ac consecratus *fol. 35'. esset. Cui Ludovicus rex Francorum Francique universique christiani, qui Frederici imperatoris minas non dubitabant, prorsus obediebant. Fredericus autem Romanos et Tuscos Theuthonicosque suis apostolicis fecit obedire; attamen Lumbardi, Venetiaci et Pisani Alexandrum fovebant et ei obediebant. Tandem Deo volente Fredericus imperator, a malo recedens proposito suo, abiuravit[l] apostolico Victori nomine, pedibusque Alexandri pape prostratus, misericordiam postulavit. Pace igitur et unitate universalis ecclesie in Venetia 1177. reformata, concilium anno eodem, scilicet anno Domini 1178, universis ecclesiarum pre- 1179. Mart. 5. latis Rome fuit indictum, dominica Letare Iherusalem, et Laterani celebratum. De quo Alexandro, viro prudente vividoque et admodum litterato et ad omnes in votis suis et iustis petitionibus benigno et mansueto ecclesieque rectore provido, miraculum satis manifestum evenit. Cum enim post beatum Petrum nullus in papatu tantum vixisset quantum ipse beatus Petrus, iste annis pluribus supervixit ut contra scismaticos prevaleret, et sancta ecclesia per eum in unitatem rediret.

a) *deest* 1. a') in — Aug. *des.* 2. b) Yolendam 2. c) habuerat 2. d) Unde cum 2. e) et Virom. *des.* 2. f) prefatus Ph. 2. g) rediisset 2. h) Iol. — soror *des.* 2. i) nupsit eam comiti 2. k) *deest* 2. l) adiuravit 1.

14) Vailly, a Soissons ad orient. 15) scilicet Suessionensis. 16) aestate secundum Anonym. Laud. l. c. p. 682. 17) Estrées S. Denis, a Soissons ad occid. 18) Nizy-le-Comte, a Laon ad orientem. 19) Vendeuil, a S. Quentin ad merid., et la Fère, a Vendeuil ad merid. 20) Pierrepont, a Laon inter sept. et orientem. 21) Falvy, départ. Somme. 22) mense Octobri: cf. Cont. Aquic. l. c. 417.

1179. Mai. 13. Anno Domini 1179. sepedictus comes Hanoniensis, dominica post ascensionem Domini, in Trecis[23] civitate, cum Henrico ipsius civitatis comite palatino conventiones matrimoniorum, quas prius comes Flandrie cum illo firmaverat, scilicet de Elizabeth filia comitis Hanoniensis et de Henrico filio comitis Trecensis, qui vulgariter comes Campanie dicebatur, et de filia ipsius comitis Henrici Maria et de filio comitis Hanonie Balduino recognovit et iuravit. Ipsa autem die Maria Henrici comitis uxor ibidem filium peperit Theobaldum.

Eodem anno, tempore autumpnali, Gerardus, comitis Hanoniensis frater sed non germanus, miles probus et animosus, vir honestus, admodum pius et benignus, Montibus infirmitate aggravatus a seculo migravit; cuius corpus in monasterio beate Waldetrudis sepultum fuit.

Eodem anno Cono comes Suessionensis et dominus Nigelle et dominus Petrepontis *fol. 36. castellanusque Brugensis* a seculo migravit. Cui in dominio Nigelle et castellaria Brugensi Iohannes frater eius successit, Radulphus alius frater in comitatu Suessionensi, dominium autem Petrepontis castri ad ipsius comitis uxorem Agatham, tamquam sua hereditas, proprie devenit; que postea ipsum castrum et maiora bona sua non satis prudenter et honeste vivendo, Philippo regi Francorum vendidit.

Nov. 1. Eodem[a] anno Domini 1179. Ludovicus sepedictus[b] Francorum rex filium suum unicum Philippum[c], quem de tercia uxore sua Adela[d], Willelmi Remensis archiepiscopi et Henrici et Theobaldi et Stephani comitum sorore, habebat, senio et corporis debilitate gravis, Remis in festivitate omnium sanctorum in regem coronari fecit. Ad hoc coronamentum et regis edictum, cum omnes Francie principes accederent, Philippus Flandrie et Viromandie comes potentissimus, qui in gestamine gladii regalis ius reclamabat, cum armis et militibus multis venit. Ad cuius comitis preces comes Hanoniensis[e], qui[f] in nullo regi Francorum obligatus[g] erat; quia nec hominio quocunque[h] nec confederatione aliqua vel familiaritate eidem regi tenebatur, cum 80 militibus et armis ad illud coronamentum in propriis expensis venit. Sicque Philippus cum summa veneratione et reverentia inunctus et in regem coronatus fuit. Ibique comes Flandrie gladium regalem gestavit. Illinc[i] vero comes Hano- 24 niensis ad tornamentum[k] inter Retest[l] et Castellum[24] venit, ubi Henricum comitem de Bar[m] militem probissimum, Philippi novi regis consobrinum, copia proborum militum stipatum, cepit et Valencenas deductum eum liberum[n] dimisit.

Eodem anno cum sepedictus Laudunensis episcopus dominus Rogerus, comitis Hanoniensis consobrinus, Ludovico regi Francorum invisus, apud dominum papam Alexandrum super occisione hominum Laudunensium fuisset accusatus, purgatio innocentie eius quibusdam iudicibus delegatis in Francia fuit commissa, ut si episcopus ipse Laudunensis iuramento suo et trium episcoporum probare se posset manibus propriis nullum interfecisse hominem et quod in perditione illa hominum factum fuerat, hoc pro libertate ecclesie *fol. 36'. factum erat, liber et prorsus quietus maneret Laudunensis episcopus. *Cum autem hec omnia per gratiam Ludovici regis Francorum sanius et pacificius oporteret fieri, et inde dies purgationis Meldis[25] civitate esset constituta infra octavam natalis Domini, ipse Laudunensis episcopus domini comitis Hanoniensis auxilium postulavit, ut per eius intercessionem domini regis Francorum, licet comes Hanoniensis eius non esset fidelis vel familiaris, gratiam mereretur obtinere. Comes autem cum ipso dominum regem adiit. Quem dominus rex et eius uxor Adela regina benigne suscipientes, concesserunt ei ut episcopus Laudunensis constitutam sibi faceret purgationem, qua facta consilium inde bonum et comiti Dec. 25. Hanoniensi gratum haberent. Comes autem festum natalis Domini in burgo Sancti Dyonisii celebrando, ibi cum abbate et ecclesia composuit super quodam Sancti Dyonisii allodio vasto, et in illo villa nova que Forez[26] dicitur construenda. Que conventiones scripto et

a) *sic* 2: Anno videlicet 1179. Lud. b) *deest* 2. c) ph. 1. d) *addit* 2: susceperat. e) Hanonie 2. f) quia 2. g) *deest* 2. h) *deest* 1. i) illic 2. k) torneamentum 2. l) Regitestem 2. m) Barro 2. u) deductum cum liberis 2.

23) Troyes. 24) Réthel et Châtillon sur Marne. 25) Meaux. 26) Forest, arr. Avesnes, canton de Landrecies. Cf. Le Glay Glossaire topographique de l'ancien Cambrésis, Cambrai 1849. p. 68 sqq., ubi hoc diploma luci datum est. Haec repetimus: *Noverint omnes tam presentes quam futuri quod ego Willermus Dei gratia ecclesie beati Dyonisii abbas, consensu et consilio totius capituli nostri, concessimus Balduino comiti Haynonie et Margarete comitisse, uxori sue, omnia nemora que erant in potestate Solemie, sub annuo censu trium bizantiorum persolvendo in curia Solemie, in festo sancti Dyonisii et in manu prepo-*

ecclesie Sancti Dyonisii[27] sigillo et ipsius comitis sigillo, fuerunt confirmate, et villa ibi constructa Forez nominata, que ad nullum comitis heredem potest venire, nisi ad eum qui comitatum Hanoniensem tenebit. Illinc autem Meldis civitatem venerunt, ubi episcopus 1180. Laudunensis sibi concessum expiamen complevit, auxilio Cameracensis, Noviomensis, Atrebatensis episcoporum. Qua peracta purgatione, dominus cum ipso episcopo Parisius rediit, ubi a domino rege impetrarunt quod ipsi episcopo bona sua omnia restituit et ei pacem et gratiam suam concessit.

Eodem anno per quosdam Ludovici regis Francorum senioris et filii eius novi regis Philippi familiares et consiliarios mota fuerunt verba matrimonii Philippi novi regis Francorum satis iuvenis, et Elizabeth filie comitis Hanoniensis, puelle satis iuvenis et admodum pulchre et honeste. Que tamen verba cum Philippo comite Flandrie magis quam cum comite Hanoniensi tractabantur, unde ad hoc verba producta fuerunt quod ipse comes Flandrie et Radulphus comes Clarimontis et alii quidam precipui regis Francorum familiares et consiliarii comitem Hanoniensem et eius uxorem Margharetam Montibus requisierunt termino quadragesimali, ibique per tres dies manserunt. Comes autem Hanoniensis, quamvis filiam suam ad tanti honoris apicem promoveri posse videret, *tamen conventiones matri- *fol. 37. moniorum quas cum Henrico comite Campanensi firmaverat observare volens, pro iuramento suo salvando petitionibus illorum contrarius stabat. Verum comitis Flandrensis voluntate preeunte, ad hoc inductus fuit licet dolens quod filiam suam voluntati comitis Flandrie exposuit. Quam comes Flandrensis statim illinc secum in Flandriam deduxit. Dolebat quidem comes Hanoniensis quod pars Flandrie pro matrimonio illo ad regem Francorum post decessum comitis Flandrie devenire debebat; compositum enim fuit, ut Atrebatum civitas et Sanctus Audomarus Ariaque[27*] et Hesdinum[28], videlicet terra extra Fossatum[29], ad regem Francorum deveniret, alie vero comitis Flandrie possessiones omnes ad comitem Hanonie[a] et uxorem eius Margharetam et eorum heredes devenirent[30]. Compositum fuit equidem quod si filia comitis Hanoniensis Philippo regi nupta absque proprii corporis herede decederet, predicte possessiones ad comitem Hanoniensem et eius heredes redirent; si eciam Elizabeth proprii corporis heredem haberet, et illum heredem absque proprii corporis herede decedere contingeret, omnia predicta bona non minus ad comitem Hanoniensem et eius heredes redirent, et nequaquam regno adderentur. Philippus autem rex Elizabeth duxit uxorem in castro comitis Flandrie Bapalmis[31], feria secunda post octavam pasche, anno Apr. 28. Domini 1180, quam ipse rex in sequenti die festo ascensionis Domini eodem anno apud San- Mai. 29. ctum Dyonisium in Francia inungi et regia corona insigniri qua decuit veneratione fecit[32]. Ubi ipse, ad sue nupte noveque regine honorem, regalem cum ea gestavit coronam, presente Balduino comite Hanoniensi patre ipsius regine, astante eciam ipsius regine avunculo Philippo Flandrie et Viromandie comite et ibidem gladium regalem gestante. Eodem anno Ludovicus rex Francorum senior, Philippi sepedicti regis pater, a seculo migravit. Eodem anno Sept. 18. Philippus novus[b] rex Francorum omnes Iudeos a civitatibus suis propriis et[c] castris eiecit et prorsus eliminavit, pro quorum expulsione a christianis Francie[d] immensam pecuniam accepit.

a) hañ 1. b) *deest* 1. c) et propriis 2. d) Francie *deest* 1.

*siti nostri ad edificandam villam Forest nominatam, liberam ea lege qua erat Haymonis Quercetus. — Hoc egimus ea conditione ut comiti vel comitisse aut eorum heredi, qui comes fuerit Haynonie, non liceat vendere vel donare hanc villam vel extra manum suam ponere nisi ecclesie beati Dyonisii. — Et ut res ista rata firmaque permaneat, sigillo beati Dyonisii et sigillo sepedicti comitis et sigillo comitisse curavimus insigniri. — Actum a. ab i. D.* 1180. 27) S. Dénys en Broqueroie. 27*) Aire. 28) Hesdin, ad la Canche fl. 29) i. e. Fossam Bolonam (Fossé Neuf); terra quae postea Artois dicitur. 30) Quum haec iam typis data essent, amicus Theodorus Toeche v. d. nobiscum ex codice epistolari Hildesheimensi, cuius editionem secundum manuscriptum Veterocellensem nunc Lipsiensem (Archiv XI, 351 sq.) parat, communicavit formulam, quae ibidem sub numero 33, fol. 134 legitur, hanc: *Ut que geruntur in nostro tempore firmiora permaneant et quacumque notitia propagentur in posteris, litterarum solent memoria perhennari. Sciant ergo presentes et posteri, quod ego P. Flandrensis comes domino meo Phil. regi Francorum, cum ad tantam humilitatem se vellet inclinari, quod cum nepte mea coniugii sacramentum acciperet, terram meam post obitum meum habere concessi, tali tamen apposita pactione, ne per eum terre depereant instituta. Ceterum ut hoc factum illibatum permaneat nec deleri possit processu temporis, advocavi testes ydoneos, quorum sunt nomina in presenti pagina parata. Actum p. et cet.* Cfr. quoque Robertus de Monte ad a. 1181, M. G. SS. VI, 529. 31) Bapaume. 32) Cfr. Robertum de Monte ad a. 1181. l. c. p. 529.

*fol. 37'. Eodem anno dominus rex Francorum Philippus, volens in Alverniam ad iura sua studiosius perquirenda[33] transire, comitem Hanoniensem[a] rogavit[b], ut ei in servientibus peditibus secum ducendis, quia in Hanonia tunc temporis electiores animosioresque videbantur, sibi provideret. Cui dominus comes satisfacere volens, tria milia clientum peditum electorum[c] bene armatorum in propriis expensis transmisit. Qui cum Parisius pervenissent, dominus rex iter suum differens, illos ad comitem cum gratiarum actionibus remisit. Eodem eciam anno Philippus rex Francorum cum rege Anglorum seniore Henrico multas habuit discordias; unde post multa colloquia[d] inter se habita sepius pacificati sunt[34]. Quibus colloquiis comes Hanoniensis cum ipso rege Francorum et cum comite Flandrie ad eorum petitionem in magnis et arduis[e] propriis expensis semper intererat[f].

Eodem anno Philippus[g] comes Flandrie et Viromandie Radulphum de Cociaco[h] super quibusdam discordiis invisum habebat dilectissimum comitis Hanoniensis sororium[35], contra quem tempore hyemali guerram movit. Unde ipse comes Flandrie comitem Hanoniensem tanquam sibi confederatum ad auxilium suum invitavit. Comes igitur Hanoniensis per decem dies milites centum et totidem servientes equites loricatos[i] in propriis expensis apud Ribemontem habuit in auxilio comitis Flandrie. Et quia[k] tunc temporis comes Flandrie contra regem Francorum rancorem conceperat et rex contra ipsum comitem, comite Hanoniensi mediante, inducie[l] inter ipsum[m] regem et comitem Flandrensem[n] et Radulphum de Cociaco[o] sepius fuerunt firmate. Quorum discordie quandoque bonum finem, aliquando vero malum sortite sunt, sicut in subsequentibus[p] plenius[q] manifestabitur.

Anno Domini sequente[r] 1181. per mediatores quosdam, defuncto Henrico sepedicto Trecensi comite palatino, eius uxor vidua Maria comitissa eiusdemque Henrici fratres, Willelmus[s] scilicet Remensis archiepiscopus et Theobaldus et Stephanus comites, cum sepedicto comite Hanoniensi et cum Philippo comite Flandrensi conventiones matrimoniorum *fol. 38. antea[36] bis iuratas, quia per matrimonium Elizabeth regine Francorum *in parte lese videbantur, renovaverunt, multorum iuramentis interpositis. Unde comes Hanoniensis cum Mai. 14. comite Flandrensi eodem anno, die ascensionis Domini, Pruvinum[t, 37] comitis[u] Campanensis[v] castrum ditissimum veniens, pactiones illas sollempniter renovavit, ita quidem quod pro parte comitis Hanoniensis iuraverunt ipse comes Hanonie et comes Flandrie et vir nobilis Radulphus[w] de Cociaco[x] et milites strenui comitis Hanoniensis fideles et commilitones[y], Eustacius scilicet iunior[z] de Ruez[a], Osto de Trasiniis[b], Walterus de Fontanis, Alamannus de Provi[c], Walterus de Waurin[d]. In parte autem Campanensis[e] iuraverunt Maria comitissa vidua, Adeia Francorum regina vidua, Philippi regis mater, soror predicti Henrici comitis, Theobaldus comes Blesensis et Stephanus[f] comes[g], ipsius Henrici fratres, et Henricus dux Burgundie et Henricus comes de Bar, nepotes eorum, et multi alii nobiles. Insuper dominus Willelmus[h] Remensis archiepiscopus super pactionibus istis utrimque[i] se obsidem constituit. Compositum fuit equidem ut Henricus primus comitis[k] Campanensis[l] filius Yolendem[m] Balduini[n] comitis Hanoniensis filiam haberet uxorem, Balduinus autem primus comitis Hanoniensis filius Mariam comitis Campanensis[o] filiam haberet uxorem. Si autem

a) comite hanoniensi 2. b) *deest* 1. 2. c) *addit* 2: et ad bellum expeditorum. d) parlamenta 2. e) et arduis *desunt* 1. f) intererant 2. g) ph̄s 1. h) Couchyaco 2. i) lauricatos 1. k) Quod quia 2. l) *addit* 2: sepius. m) *addit* 2: et. n) Flandrie et inter comitem Flandrie 2. o) Couchyaco 2. p) sicut forte in sequentibus 2. q) *deest* 2. r) *deest* 2. s) Villūs 2. t) prunū 2. u) comitem 2. v) campanie 2. w) *deest* 1. x) Couchiaco 2. y) et comm. *desunt* 2. z) scil. iun. *desunt* 2. a) Roes 2. b) Trasegnies 2. c) prouuy 2. d) Wargny 2. e) Campaniensis 2. f) Seph's 1. g) *deest* 1. h) Walterus 2. i) utrinque 2. k) comes 2. l) Campanie 2. m) Yolendam 2. n) *deest* 2. o) Campanie 2.

33) Cfr. Benedicti Petroburg. vitam Heinrici II. ap. Bouq. XIII, 173: *Et post festum sancti Martini* (sc. a. 1177) *ipse et rex Franciae convenerunt apud Graszay, colloquium habituri de controversiis quae vertebantur inter eos de terris et divisis Alverniae. In quo colloquio convocatis comitibus et baronibus Alverniae, rex Angliae volens per eos certificari de iure suo, quaesivit ab eis quod ius praedecessores sui, scilicet duces Aquitaniae, habebant in Alvernia. Et responderunt totam Alverniam, excepto episcopatu* (i. e. Claromontensi), *quem dicebant pertinere ad dominationem regis Franciae. Sed Lodowicus rex Franciae noluit consentire huic definitioni, sed elegit ex parte sua tres episcopos et tres barones; similiter rex Angliae elegit ex parte sua tres episcopos et tres barones, ad inquirendum diligenter quis illorum maius ius haberet in Alvernia. Et placuit utrique regi stare bona fide et sine malo ingenio dicto et inquisitioni supradictorum duodecim virorum, secundum praescriptam conventionem superius inter illos factam.* 34) V. pacis instrumentum 4. Kal. Iul. inter Gisortium et Triam datum ap. Bouq. XVII, 441, 442. 35) ex Agnete, sorore Balduini V. 36) a. 1179. 37) Provins, dép. Seine-et-Marne.

filiorum illorum[a] aliquis decederet ante contractum matrimonium, superstes filius primus in matrimonio succederet. Eodem eciam modo de filiabus factum fuit.

Eodem anno Gerardus prepositus Duacensis, miles dives et potens, parentelaque magna tam in Hanonia quam in[b] Flandria et in[b] Viromandia stipatus, qui et a comite Flandrensi et a[c] comite Hanoniensi[d] multa bona in feodo ligio habebat, quemdam consobrinum suum Renerum de Rocurt[e] super quibusdam controversiis, que inter eos versabantur, vulneravit. Comite[f] autem Hanoniensi[g] a quodam tornamento[h] de Blangi redeunte et hoc percipiente, quia id contra iusticiam et pacem terre sue perpetratum erat, ipse comes domos prepositi apud Ermencicort[i, 37*] in Ostrevanno combussit, et firmitatem illius in eadem villa prostravit, et bona eius[k] que sub dominatione[l] Hanoniensi habebat, omnino occupavit tempore autumpnali[m]. Ex qua mota ira quidam ipsius prepositi nepos Willelmus[n] miles de Rueth, Hugonis frater, quemdam comitis Hanoniensis servientem incautum interfecit in[o] ipsius comitis offensam et detrimentum, in villa que Dichis[p, 38] dicitur termino paschali[q]. Comes autem 1182. Hanoniensis cum festinatione in Ostrevannum veniens, villam Rueth[38*] igne concremavit, et *fol. 38'. ad maiorem ultionem exercendam omnium consanguineorum prepositi domos et villas in Ostrevanno, licet illi huius culpe immunes essent, igne succendit; deinde ipsum prepositum a[r] proximis et amicis suis, nulla interposita conditione, prorsus abiurari[s] fecit.

Anno Domini 1182. Philippus comes Flandrie et Viromandie super quibusdam contro- 1181. versiis que inter ipsum et dominum suum[t] regem Francorum vertebantur, occulte assumpta Iul. occasione, contra Radulphum de Cociaco[u] mense Iulio[v] movit exercitum. In quo comitis Hanoniensis auxilium, sicut[w] consueverat, postulavit. Comes autem Hanoniensis, intuitu dilectionis et iurate confederationis respectu, cum exercitu 400 militum et 60 milium hominum tam equitum quam peditum ad auxilium illius venit super fluvium qui dicitur Ysara, inter Erini[x] et Machini[39], ubi comes Flandrie suum exercitum congregaverat; comitis autem Flandrie exercitus ad mille milites et ad ducenta milia hominum tam equitum quam peditum extimabatur[a]. Exercitibus autem illis congregatis et in malum Radulphi de Cociaco[b] paratis, inducie per nuncios[c] regis Francorum et per intercessionem comitis Hanoniensis fuerunt firmate. Comes autem Hanoniensis ab expeditione illa rediens, statim ad auxilium comitis Namurcensis avunculi sui super quadam guerra cum exercitu suo tam equitum quam peditum properavit et cum avunculo suo castrum Rocefort[d, 40] obsedit. Avunculo autem suo per tantas vires[e] ad pacem sibi honestam perducto, comes Hanoniensis, qui et in expeditione comitis[f] Flandrie et avunculi sui expeditione[f] in propriis expensis moram fecerat, ad propria rediit. Deinde suadente dyabolo orte sunt nimie inter comitem Flandrie 1181. et Viromandie Philippum[g] et dominum suum[h] regem Francorum Philippum[i] discordie. In post Nov. 1. qua discordia Radulphus comes Clarimontis, prepotens in consiliis ipsius re is, dicitur laborasse, cum nec comiti rex super aliquo honore vel hereditate videretur iniuriam inferre, nec comes adversum regem in aliquo honore vel hereditate videretur *contrarius; sed quisque *fol. 39. in sua confidens feritate et potentia nimia, ad guerram pervenire festinavit[k]. Unde comes assumpta occasione, a Radulpho comite Clarimontis castrum suum Bretuel[l, 41], quod ab eo[m] tenebat, sibi reddendum requisivit. Qui domini regis Francorum fultus auxilio, castrum suum[n] domino comiti[o] reddere negavit. Unde comes adversus regem ira succensus, exercitu congregato, in dominum regem insurrexit. Ad cuius comitis auxilium comes Hanoniensis ei confederatus et coniuratus[p], licet guerra contra regem Francorum[q] generum suum ei displiceret multum[r], cum 220 militibus et 100 servientibus equitibus loricatis venit. Comes autem Flandrie primos regi Francorum inferens guerre assultus[s], Noviomum[42] civitatem feria sexta ante adventum Domini usque ad muros igne succendit. Illinc cum comite Nov. 27. Hanoniensi[t] Monsdidier[43] transivit. Comes autem Hanoniensis pro guerra diu duranda

a) suorûm 2. b) *deest* 1. c) *deest* 1. d) han 1. e) Bernerium de Roucourt 2. f) comes 2. g) Hanonie 2. h) torneamento 2. i) ermencicourt 2. k) illius 2. l) dominio 2. m) temp. aut. *desunt* 2. n) Willermus 2. o) etiam 2. p) dicis 2. q) term. pasch. *desunt* 2. r) *deest* 2. s) *ita* 2; adiurari 1. *ubi deest* prorsus. t) dom suum *desunt* 2. u) Couchiaco 2. v) mense Iulio *desunt* 2. w) prout 2. x) Origni 2. a) estimabatur 2. b) Couchiaco 2. c) nuncium 2. d) Rochefort 2. e) victorias 1. f) comitis — expeditione *des.* 2. g) ph'. 1. h) et — suum *desunt* 2. i) *deest* 2. k) festinat 2. l) Bretoeil 2. m) illo 2. n) *deest* 2. o) suo 2. p) iuratus 2. q) Francie 2. r) multum *deest* 1. s) insultus 2. t) cum auxilio comitis Hanoniensis 2.

37*) an idem ac Hermiscurtis? (Hermies, arr. de Arras, cant. de Bertincourt) v. Le Glay, Glossaire etc. XXXV. 38) Decby prope Douay? 38*) Roeulx in Francia, prope Bouchain. 39) Origny et Macquigny ad Oise fl. 40) Rochefort prope Jemelle. 41) Breteuil, a Beauvais ad septentr. 42) Noyon. 43) Montdidier.

per voluntatem comitis Flandrie 120 milites in Hanoniam ad propria remisit, centum autem milites electos et totidem servientes equites loricatos secum in propriis expensis suis retinuit. Audivit autem comes Flandrie quod dominus rex, ordinatis ubique in marchia[a] contra comitem Flandrie militibus et servientibus equitibus et peditibus in civitatibus et castris suis, ipse rex congregato apud Silvanectum[44] civitatem exercitu, terram ipsius[b] comitis, Valesium[45] scilicet, invadere proponebat. Milites equidem apud Crispiacum[46] manentes, Helinus[c] scilicet de Waurin, Flandrie senescalcus[d], et alii quidam, terram regis[e] sibi vicinam predis et igne vastaverant[f]. Itaque Danmartin[g, 47] in Goelia intrantes et igne concremantes, ibi milites multos et homines pedites ceperunt, quorum insultus Francis usque Parisius metum intulerat. Comes autem Flandrie, relicto apud Monsdidier[h] comite Hanoniensi cum quibusdam militibus et servientibus equitibus[i] pro terra illa custodienda, ipse comes Flandrie cum multis militibus et servientibus electis equitibus et peditibus per Causiacum[48] castrum suum et per Petrefontem[k, 49] castrum[l], quod tunc in auxilio suo erat ex benevolentia Hugonis de Oisi[m], domini tunc castri illius, transivit, et Crispiacum castrum suum nobile pervenit. Comes vero Hanoniensis, qui Monsdidier[n] manebat, terram de Sancto-
*fol. 39. Iusto[50], castro episcopi Belvacensis, et terram de Bretuel[o] *igne totam, extra castra, combussit, et pro parte comitis Flandrie eius guerram contra hostes viriliter et fideliter exercuit. Domino autem rege Francorum Philippo, qui Henricum iuniorem regem Anglorum cum 600 militibus secum habebat, ad bellum contra comitem Flandrensem properante[p], comes Flandrie undique homines suos in marchia constitutos ad se vocavit; comiti autem Hanoniensi, ut ad se cum festinatione veniret, mandavit. Qui super hoc comes Hanoniensis festinus Torotam castrum propter nimiam aquarum inundationem[q] vix transivit; sed tamen cum labore nimio transiens, Causiaci pernoctavit. In crastino vero Crispiacum venit. Cui comes ad hospitandum largius et equorum pabula copiosius habenda, villam Feniz[r, 51] vino, frumento, avena et ceteris pabulis refertam concessit. Inimiciciis autem inter dominum regem Francie et comitem Flandrie invalescentibus, utrinque per duos dies ad bellum armati fuerunt. Ubi comes Flandrie primum bellum exercendum comiti Hanoniensi commisit, ad quod comes Hanoniensis armatus vexillum suum, quod baneria[s] dicitur, cuidam commilitoni[t] et fideli suo Hugoni de Croiz[u], militi forti et magno, animoso et sapienti, gerendum commisit. Armatis itaque ad bellum domino rege Francorum ex una parte et comite Flandrensi ex alia, Deo volente ad bellum nequaquam pervenerunt. Cum autem comes Hanoniensis in terra Valesii moram faceret, comes Flandrensis dominum comitem Hanoniensem apud Mondisdier[v] pro terra illa custodienda remisit. Illuc autem in abscentia comitis Hanoniensis Henricus iuvenis, necdum miles, ducis Lovaniensis Godefridi filius, cum 30 militibus et totidem servientibus equitibus venit, et in propriis expensis comitis Flandrie in
Dec. 25. illo exercitu fuit. Adveniente autem sancta Domini nativitate, inducie usque ad octavam
1182. Ian. 13. epyphanie inter dominum[w] regem Francorum et comitem Flandrie fuerunt firmate. Comes autem Hanoniensis, qui in[x] propriis expensis semper in guerra illa fuerat, ad propria rediit. Ducis autem Lovaniensis filius Henricus, qui in propriis[y] expensis comitis Flandrie fuerat, pre cunctis apud comitem Flandrie gratiam obtinuit. Mora comitis Hanoniensis eundo ad guerram, et ibi morando et inde redeundo, spatium quinque septimanarum continuit;
*fol. 40. expensa[z] autem comitis Hanoniensis fuit in[a] 1850 marcis[b] argenti magno pondo. *Post octavam vero epyphanie, eodem tempore et anno iterum ad guerram et dominus rex Francorum et comes Flandrie reversi sunt. Unde comes Flandrie comitem Hanonie, quem ad omnes necessitates suas paratum semper habebat, ad eandem guerram ad auxilium sibi tanquam confederatum[c] et iuratum suum submonuit. Comes autem Hanoniensis secundum ipsius[d] comitis Flandrie dispositionem cum 80 militibus et totidem servientibus equitibus loricatis in auxilium eius apud Mondisdier[e] venit, et in villa que Faveroles[f, 52] dicitur, prope Mondisdier, hospitatus est. Comite autem[g] Flandrie apud Mondisdier quandoque quiescente,

a) mechia 2. b) ipsius *bis script.* 1. c) Hellinus 2. d) senescaldus 2. e) *deest* 2. f) vastaverunt 2. g) damartin 2. h) Mondidier 2. i) peditibus 2. k) petrifontem 2. l) *deest* 2. m) Oisy 2. n) mondidier 2. o) Bretol 2. p) ꝑpanto 1. q) inundantiam 2. r) Fenis 2. s) beueria 1. t) militi 2. u) Croix 2. v) Mondidier 2. w) *deest* 2. x) *deest* 2. y) *deest* 2. z) expenſy 2. a) *deest* 1. b) marchis 2. c) federatum 2. d) *deest* 2. e) Mondidier 2 *semper.* f) Fauroles 2. g) *deest* 2.

44) Senlis. 45) le Valois. 46) Crespy en Valois, a Senlis ad orient. 47) Dammartin, a Senlis ad merid. 48) Choisy-au-Bac, dép. Oise, cant. de Compiègne. 49) Pierrefonds, a Soissons ad orient. 50) S. Iust, a Montdidier ad merid. 51) an Vez? a Crespy ad orient. 52) Faverolles, dep. Somme, arr. de Montdidier.

comes Hanonie cum suis et cum quibusdam Flandrensibus tempore frigido et pluvioso equitabat. In qua equitatione comes Hanoniensis per marchias[a] illas terram regis usque Compendium et usque in[b] Belvacensem[c, 53] regionem[d] igne et predis vastavit. Quo incendio Novam-villam Regis[54] in Belvacesio[e] combussit, unde quamplures et graves labores sustinuit. Adveniente autem tempore quadragesimali, firmatis utrinque induciis, comes Hanoniensis, qui in propriis expensis eundo ad guerram et ibi morando et redeundo sex ebdomadas compleverat, ad propria rediit. Comitis autem Hanoniensis expensa fuit in[f] 1600 marcis[g] argenti[h] magno pondo. Ducis autem Lovaniensis filius Henricus, qui Mathildem comitis Boloniensis filiam, comitis Flandrie neptem, habebat uxorem, cum 40 militibus et totidem servientibus equitibus et 10 balistariis ad exercitum illum venit, et in[i] expensis comitis Flandrie prorsus[k] fuit; attamen pre cunctis apud[l] eum gratiam adeptus est[l]. In exercitu[m] comitis Hanoniensis ante natale et post natale Domini[n] fuerunt milites strenui, fama[o] probitatis et scientie preclari, Evrardus Rado, Eustacius iunior de Ruez, Willelmus frater comitis, Eustacius[p] de Lens, Nicholaus de Barbencione[q], Osto de Trasiniis[r], Walterus de Warini[s], Rogerus de Condato, Walterus de Blanden[t] et[u] frater eius Gerardus de Waldripont[v], Almannus de Provi[w], Polius de Vileir[x], Nicholaus de Peruwez[y], Baldericus[z] filius eius, Hugo de Croiz[a], Walterus de Fontanis, Wido et Fulco fratres eius, Walterus et Arnulphus de Goi[b] nepotes eorum, Helvinus de Turri, Wilelmus de Ausen, Walterus de Birbais, minimus corpore, maximus[c] animo, Egidius de Bermeren[d], *Bonerus[e] frater eius, Richardus de *fol. 40'. Orca[f], Willelmus Flauns[g], Baldricus de Roisin, Gerardus de Malcicort[h], Nicholaus agnomine Monachus[i], Iohannis Cornutus, Renerus de Trit, Balduinus et Renardus de Strepi[k], et quamplures alii tam maiores quam minores.

Anno Domini 1182, cum dominus comes Hanoniensis ad quoddam tornamentum[l] tempore autumpnali[m] apud Astam[n, 55] esset in parte Aduallensium[o], sicut consuetudo erat Hanoniensium, contra Flandrenses; et in illo tornamento[p] esset Henricus ducis[q] Lovaniensis filius, necdum miles, homines ducis, quodam malo instructi consilio, comiti Hanoniensi et suis tornamento intendentibus rapuerunt hernesia[r] sua, scilicet vestes[s], palefridos, runcinos[t] et huiusmodi. Quo audito comes super hoc Henricum ducis Godefridi filium requisivit ut hernesia sua, que homines sui rapuerant et in terram suam deduxerant, redderet. Ipse autem Henricus ducis filius et eius pater restitui fecerunt mediam[u] partem, aliam promittentes reddere in termino constituto[u]. Dum autem alia pars reddenda requirebatur, ipse Henricus circiter festum sancti Martini, firmitatem quamdam que a comite Hanoniensi in c. Nov. 11 Brabantia tenebatur, scilicet Wasnacham[56], comite improviso, ipsiusque firmitatis possessore non premeditato, violenter occupavit, et eam hominibus et armis munivit. Quod audiens comes, undique amicos suos ad auxilium suum invitans, exercitumque[v] suum summovens[w] cum paucis militibus Brainam-Wiboticam[x] venit, et inde Tubisam[y, 57] firmitatem, que a duce Lovaniensi tenebatur, occupavit et eam hominibus et armis et victualibus munivit, et novis fossatis et berefectis[z, 58] informavit, congregatoque exercitu magno, in quo secum[a] habuit Hugonem Sancti Pauli comitem, sororium suum, et Radulphum de Coci[b], qui eciam sororem suam Agnetem habuerat uxorem[c], et Manasserum comitem Retensem[d], consobrinum suum, et episcopum Laudunensem[59] et eius fratrem Rainaldum de Roseto, consobrinos suos[e], et Robertum de Petraponte[f], consanguineum suum, Radulphum de Tur[g], Gaufridum[h] de Baleham, Widonem de Cheri[i] et eius fratres Rainaldum et Balduinum de Doncheri[k], consanguineos suos, Radulphum comitem Suessionensem et eius fratrem

a) marchas 2. b) *deest* 2. c) Belvacum 2. d) *deest* 2. e) Belvacisio 2. f) in *deest* 2. g) marchis 2. h) *deest* 1. i) et semper in 2. k) *deest* 2. l) apud ipsum semper adeptus est graciam 2. m) *addit* 2: autem. n) ante — Domini *desunt* 2. o) fame 2. p) Eustachius 2. q) Barbensione 2. r) Trasegnies 2. s) Wargny 2. t) Blandam 2. u) et *deest* 1. v) Wandripont 2. w) Prouui 2. x) Viller 2. y) *sic* 2; pereweis 1. z) Baldricus 2. a) Croix 2. b) Goy 2. c) sed magnus 2. d) bermeram 2. e) bouerus 1. f) Orcha 2. g) flauus 2. h) mencicourt 2. i) Nicolaus cognomine Monachus 2; Manachus 1. k) Strepy 2. l) torneamentum 2. m) autumpni 2. n) aseam 2. o) aduallen 1; advalentur 2. p) torneam. 2 *semper*. q) dux 2. r) harnesia 2. s) *addit* 2: utensilia. t) roncinos 2. u) mediam — constituto *desunt* 1. v) et exercitum 2. w) summonens 1; submovens 2. x) Wilhotam 2. y) Tubisiam 2. z) belfractis 2. a) *deest* 2. b) Couchy 2. c) *deest* 2. d) Manasserium Regitestensem comitem 2. e) consobrino suo 2. f) Petreponte 2. g) Turri 2. h) Gaufredum 2. i) Ciri 2. k) Doncery 2.

53) Beauvais. 54) Neuville le roi, a Montdidier ad merid. 55) Ath? 56) Wissenake, prope Tirlemont. 57) Tubize, a Nivelles ad septentr. 58) idem ac belfredis, sunt machinae bellicae, in modum turris constructae. 59) Rogerum.

*fol. 41. Iohannem[a] dominum Nigelle, amicos suos, filiorum[b] *suorum consanguineos multosque Flandrie nobiles suosque Hanonienses[c], Iacobum de Avethnis, Hugonem de Oisi, Rassonem de Gaura, Gerardum de Sancto Oberto, Evrardum Radonem, Nicholaum et Hugonem de Ruminio, Nicholaum de Barbencione, Eustacium seniorem de Ruez et Eustacium filium eius, Ostonem de Trasiniis, Walterum de Warini, Balduinum et Matheum de Wallaincort, Renerum de Trit, Willelmum fratrem ipsius comitis, Almannum de Provi, Gerardum de Waldripont, Walterum de Fontanis et fratres eius, Egidium de Cyniaco, Nicholaum de Perwez et Balduinum filium eius, Walterum de Lens et Eustachium filium eius, Gossuinum de Angien, Walterum de Hunecort, Bernardum de Sancto Walerio, virum potentissimum, castellanum de Belmeiz, Hugonem de Ruet, Hoelum de Kauren, Karolum de Frasne senem, Polium de Vileirs, Balduinum de Strepi, Rogerum de Condato, Hugonem de Croiz, Balduinum Montensem; Henricum Bincensem, Gislenum Bellimontis castellanos, Iohannem Cornutum, Baldericum de Roisin, Gerardum Makrellum de Denen senem, Stephanum de Denen, Gerardum de Malcicort, Willelmum de Hausi, Simonem de Aunoit, Fulconem de Semeriis senem, multosque alios, multosque[d] de terra avunculi sui comitis Namurcensis milites. Dominus comes Hanoniensis villam in Brabantia Lembecham[e] [60], in comitatu Hanoniensi sitam, quam noviter a fideli suo Gossuino de Aengien[f] in vadio acceperat, quam ipse Gossuinus a Waltero de Lens in feodo tenebat et eandem Walterus a comite Hanoniensi ex stagio Montensis[g] castri tenebat, firmare proposuit. Dux autem Lovaniensis Godefridus et eius filius Henricus, quia Sancta Gertrudis Nivellensis in potestate illa quedam bona, sed pauca tamen, habere dicebatur, cuius Sancte dux Lovaniensis se esse advocatum asserit, firmitatem fieri contradixerunt et suum econtra exercitum commoverunt. Dominus autem comes[h] super hoc domini comitis Flandrie Philippi[i] auxilium, tamquam confederati et iurati sui, requisierat, tamquam ei cui ad omnia pro voluntate sua servierat, hac tamen intentione ut si comes Flandrie ei auxilium non ferret, saltem ei nocere non vellet. Comes autem *fol. 41'. c. Nov. 28. Flandrie ad ipsum *locum accedens, congregatis circiter adventum Domini exercitibus illis, comite Hanoniensi vires ad firmitatem illam, licet duce invito, faciendam sufficientes habente, habitis hinc inde consiliis, comitem Hanoniensem ad hoc precibus et blandiciis coegit, quod 1183. Ian. 13. comes Hanoniensis inducias firmandi et treugas guerre duci concessit usque ad octavas epiphanie sequentis. Dominus autem comes Flandrie comiti Hanoniensi promisit quod, intellecta interim iuris sui veritate, eum et in hiis et in aliis diligenter et fideliter iuvaret, consulens ei ut non minus ad guerram cum quotcumque[k] habere posset, tam equitibus quam peditibus[l], sibi provideret. Interim autem dominus comes Hanoniensis cum[m] predictis[n] amicis suis, scilicet comite Retensi[o] [61], episcopo Laudunensi et fratre eius Rainaldo, Radulpho de Cocy[p], Nicholao[q] de Ruminio, Widone de Cheri, Gaufrido[r] et Ernoldo[s] de[t] Baleham, Roberto de Petraponte et multis aliis, in villa que dicitur Vinoiz[u] colloquium[v] habuit super auxilio[w] sibi in hereditate sua retinenda ferendo[x]. Qui omnes ad auxilium suum cum omnibus electis militibus, quos habere potuerunt[y], venerunt. Interim eciam dominus comes ad tornamentum inter Brainam[62] et Suessionem sine armis transivit et in utraque parte quotcumque poterat milites ad auxilium suum precibus et promissis convertit.

1183. Ian. 13. In octavis autem epyphanie, congregatis in Montibus multis militibus cum armis, comes Flandrie illuc ad comitem Hanoniensem et ad sororem suam Margharetam comitissam et filios satis tunc temporis parvos accessit, auxilium et consilium in his[z] et in aliis maximum Ian. 14. eis[a] promittens, et in crastino cum comite Hanoniensi ad ipsam villam Lembecham[b] accessit, ubi dominus comes totum exercitum suum adunaverat, qui omnes predictos amicos suos et alios multos et de imperio et de[c] regno Francie[d] et homines suos Hanonienses iam nominatos habebat[e]. Videns autem comes Flandrie nimias comitis Hanoniensis contra ducem Lovaniensem vires, treugas ab ipso comite Hanoniensi precibus multiplicatis et blandiciis

a) *deest* 2. b) filiorumque 2. c) *addit* 2: plures. *Omnia nomina sequentia* 2 *non exhibet.* d) aliosque multos 2. e) Lembeccam 2. f) Gossuino Denghien 2. g) Montensi 2. h) *addit* 2: Hanonie. i) *deest* 2. k) quotquotque 2. l) tam ped. quam eq. 2. m) *deest* 2. n) dictis 2. o) Regitestensi 2. p) Couchy 2. q) Nicolao 2. r) Goffrido 2. s) E. 1. t) *deest* 2. u) vinois 2. v) parlamentum 2. w) auxilium 2. x) ferendum 2. y) poterunt 2. z) hiis 2. a) *deest* 2. b) Lembeccam 2. c) *deest* 2. d) Francorum 2. e) H. nobiles et alios habebat 2.

60) Lembecq, arr. de Bruxelles, cant. de Hal. 61) Manasse. 62) Braisne, ad Vesle fl., a Soissons ad orient.

admixtis[a] requisivit usque ad reditum ducis Godefridi a Iherosolimis, qui tunc cruce[b] Domini signatus erat. Quibus treugis dandis comes Hanoniensis, in viribus suis et in iure suo confidens, admodum extitit contrarius. Comes autem Flandrie Philippus potentissimus[c], dilectionem ducis Lovaniensis et Henrici[d] filii sui preponens, *et debitum comitis Hanoniensis *fol. 42. postponens auxilium, dixit et asseruit manifeste, quod firmitatem ibi nullatenus fieri permitteret et si comes Hanoniensis super hoc precibus eius non acquiesceret, ipse ducem Lovaniensem iuvaret. Comes autem Hanoniensis ut[e] serviciorum comiti Flandrie exhibitorum grates non[f] amitteret, sed sperans quod adhuc[g] gratiam illius aliquando[h] mereretur obtinere, de hominum et amicorum suorum consilio, licet dolens. treugas concessit usque post reditum ducis Godefridi a Ierosolimis. O mala Lembecha[i] per quam, motis per imperium et per regnum Francorum nimiis inimiciciis, inde comitatus Hanoniensis longe lateque supervenientibus exercitibus in maiori parte igne concrematus est! O mala Lembecha[i] per quam ducis Lovaniensis terra sepius predis et igne vastata est! O mala Lembecha[i] per quam Henricus comes Namurcensis castrum suum Namurcum et eius dominium[k] amisit, et Henricus comes Campanensis[l], multis factis expensis, exercitus magnos commovit, sed non profecit! O mala Lembecha[i] per quam Iacobi de Avethnis[m] terra in maiori parte predis multis et magnis factis et igne vastata est! O mala Lembecha[i] per quam sepedictus comes Flandrie Philippus potentissimus una die civitatem unam et castra 65 amisit, sicut in subsequentibus plenius de singulis predictis[n] manifestabitur.

Eodem tempore hyemali, supradicto anno, scilicet Domini 1182, Henricus comes Namurcensis et Lusceleborch apud Lusceleborch egrotavit; et cum duos oculos haberet quorum unius lumen a multis annis extinctum erat, alterius lumen Deo volente amisit; itaque, toto oculorum lumine perdito, cecatus est. Quo audito nepos eius comes Hanoniensis eum visitare festinavit, cui comes Namurcensis a nobilibus terre illius et familiaribus et burgensibus de Lusceleborch novas fecit fieri securitates[63]. Quas quidem securitates et hominia 1183. Apr. 1. comiti Hanoniensi milites fecerunt, Wildricus de Walcort, Arnulphus de Luceleburch et Iohannes filius eius, Walterus de Weis et Richardus et Walterus filii eius, Wildericus de Lusceleborch et Elizabeth uxor et Arnulphus eorum filius, Hessello[64] de Bretengis advocatus de Lusceleborch et Robertus *frater eius, Cono de Orwe, Arnulphus et Cono et Egidius *fol. 42'. filii eius, Arnulphus de Roketa, ipsius Cononis frater, Iohannes de Bursi, Helbrannus de Falconpire[o], Radulphus, Anselmus, Henricus, Fredericus de Cavena fratres, Nicholaus de Betengis, Rogerus et Menis de Husdengis filius eius[p], Hermannus de Ninnaia, Walterus de Meseborch, Matheus de Rokengis, Theodericus de Rulant, Steppo et Henricus de Erloncort, Bartholomeus de Ascha, Godefridus, Henricus, Willelmus, filii eius, et cum istis quidam alii milites et servientes et burgenses.

Anno[q] Domini 1183, tempore quadragesimali, penitentiali ebdomada ante pascha 1183. Mart. 26. Domini, Elizabeth nobilissima Flandrie et Viromandie comitissa, Philippi comitis uxor, a Flandrensibus et Viromandensibus plurimum dilecta, a seculo migravit[65]. Pro cuius morte Philippus[r] comes Flandrie, timens terram Viromandiam[s] perdere, plurimum doluit, quod comiti Hanoniensi significavit, et[t] ei ut ad se accederet[t] pro consilio habendo mandavit. Dominus[u] autem rex Francorum cum comitissa Bellimontis Aenora, ipsius Elizabeth sorore, ad saisiendam[v] Viromandiam et Valesium se preparavit. Cum vero[w] comes Hanoniensis ad comitem Flandrensem apud castrum suum novum[x] Belcasne[y, 66] termino[z] paschali per- Mart. 28.

a) amixtis 2. b) tunc de cruce 2. c) *deest* 2. d) *deest* 1. e) Han. ut *desunt* 2. f) *deest* 1. 2. g) quandoque 2. h) *deest* 2. i) Lembecca 2. k) domum 2. l) Campanie 2. m) Avesnis 2. n) *deest* 2. o) *in margine* 1: Falconpetra. p) Menis filius eius de H. filius eius 1. q) 2 *sic incipit:* Anno Domini 1183 in ebdomada maiori Elizabeth, uxor Philippi comitis Flandrie et Viromandie comitissa a seculo migravit. Pro *etc.* r) *deest* 2. s) Viromandie 2. t) et ut ad ipsam acc. 2. u) *deest* 2. v) saisiandam 2. w) autem 2. x) castr. — novum *desunt* 2. y) Beaukaisne 2. z) tempore 2.

63) sine dubio illas quas Reiffenberg edidit Monuments de Namur etc. I, 128. Quae quoniam annum 1184 prae se ferant, nec in testium nominibus ubivis cum nostro concordent, tamen minus est dubitandum, quum Gislebertus ipse una cum Roberto notario comitis Namurcensis diploma expedierit, traditioque solennis necessaria fuerit, antequam ad curiam imperialem res deferretur. Accedit quod eodem anno 1183 eodemque mense Aprili Rodulfus episcopus Leodiensis comiti Balduino resignaverit omnia iura quae sibi de avunculi sui comitis Namurcensis hereditate provenirent. Quae charta etiam a Gisleberto est redacta. Invenies eam apud Reiffenberg l. c. pag. 307 sq. 64) Dans une charte de 1182 il est nommé Wecelo (Hist. de Luxembourg, T. IV, p. 29, aux preuves). CHASTELER. 65) V. Cont. Aquic. ad 1182. l. c. p. 420. 66) Beauquesne, dép. Somme, arr. Doullens.

venisset, comes Flandrensis et[a] consilium et auxilium requisivit[b]. Comes quidem Hanoniensis, qui nunquam ei[d] in iure suo[e] vel in iniuria[e] defuerat, laudavit ei ut exercitum suum Flandrie commotum versus Sanctum Quintinum et versus[f] Chauniacum[66] dirigeret, ubi iam tunc aditus comitis Flandrie hominibus negabatur[g]. Ipse autem comes, missis in Hanonia cum festinatione nunciis, hominibus suis omnibus tam equitibus quam peditibus, ut illuc properarent, mandavit. Dum autem Hanonienses ad auxilium comitis Flandrie properabant, comes Flandrie et comes Hanoniensis cum domino rege Anglorum seniore Henrico et eius filio Henrico iuniore, rege Anglorum, apud Gerberoam[h, 67] colloquium habuerunt, unde per ipsum regem Anglorum et per quosdam mediatores regis Francorum homines colloquium inter dominum regem Francorum[i] Philippum et comitem Flandrie Philippum
*fol. 43. inter Silvanectum civitatem regis et *Crispiacum castrum ipsius comitis fuit nominatum, in loco qui dicitur Grangia Sancti Arnulphi, anno[k] Domini 1183, tempore paschali[k]; unde sub spe pacis future et comes Flandrie suo exercitui, et comes Hanonie suo contramandavit. In colloquio illo, mediantibus rege Anglorum Henrico seniore et Henrico filio eius rege iuniore et Willelmo Remensi archiepiscopo et comite Theobaldo[68] et comite Stephano et duce Burgundie[69] et comite Hanoniensi, qui et pacem regis et pacem comitis Flandrie desiderabat, pax[70] ordinata est inter comitem Flandrensem et dominum regem Francorum et comitissam Bellimontensem ita, quod comes Flandrie totam terram Viromandiam et Valesium quasi pro 14 milibus[l] libris denariorum Cathalanensium[m] in vadio retinuit; attamen comes, nemini redimere volenti, hoc redimere dum potuisset promisisset. Hoc quidem vadimonium quadam simulatione compositum fuit, ne videretur prorsus exheredatio, quod comes Flandrie per suas nimias vires faciebat. Philippus autem comes in ipso anno cum et Viromandiam et Valesium ad voluntatem suam sibi retinuisset, tamen quadam fretus benignitate et ratione Valesium comitisse Bellimontis Aenore liberum reddidit, interposita conditione quod totam Viromandiam, sicut comes Radulphus possederat, dum viveret, in pace possideret[71].

1183 Tempore illo Henricus iunior rex Anglorum, miles probus, sibi retinebat commilitones ubicumque habere poterat milites probos, et quecumque habere poterat eis liberaliter erogabat, et cum[n] nichil de patris vel matris hereditate possideret, et frater suus Richardus totam terram matris, scilicet Pictaviam et Gasconiam, possideret, ipse terram illam reclamans in fratrem insurrexit. Cui Richardo eorum pater Henricus rex Anglorum, dux Normanorum, comes Andegavensis auxilium ferebat; cum autem ipse iunior rex castra multa et villas bonas abstulisset fratri, et multos viros potentes ad partem suam convertisset, quia
Iun. 13. Richardus a paucis amabatur, ipse rex infirmitate superveniente, a seculo migravit in burgo quod Martellum[72] dicitur.

Aug. *fol. 43'. Eodem anno, mense[o] Augusto, domina Marghareta, Hanoniensis *comitissa, iter peregrinationis ad Sanctum Egidium[73] arripuit, et prospere incedens et rediens in crastino sancti
Oct. 19. Luce Montibus, unde moverat, sana et incolumis rediit.

Eodem anno Walterus de Fontanis, miles probus, pulcer et sapiens et comitis Hanoniensis consiliarius et commilito dilectus, egrotans Montibus religionis Alnensis ordinem et habitum assumpsit[74], et monachus factus, cito mortuus est.

Eodem anno, cum dominus comes Hanoniensis pro gratia domini imperatoris Romanorum super terra avunculi sui comitis Namurcensis et Lusceleborch omnimodis laborare vellet, nuncios suos duos, scilicet milites Gossuinum de Tulin, hominem discretissimum et facundissimum, et Walterum de Stankirca[p], militem probum, ad dominum imperatorem transmisit. Iacobus autem de Avethnis interim, qui ad dominum imperatorem Fredericum accesserat, pro fratre suo Widrico de Walecort et pro se ipso super comitatu de Roka

a) *deest* 2. b) aux. ab ipso expostulavit 2. c) autem 2. d) *deest* 2. e) suo — iniur. *desunt* 2. f) et versus *desunt* 2. g) denegabatur 2. h) gberoam 1. i) Francie 2. k) anno — paschali *desunt* 2. l) milibus *deest* 1. m) cathalanneñ 1. n) *deest* 1. o) *pro* mense *habet* 2: in. p) Staukirca 1.

66*) Chauny ad Oise fl., a S. Quentin ad meridiem. 67) Gerberoy, dép. Oise, arr. de Beauvais. 68) Blesensi. 69) Hugone III. 70) V. Bouq. XVIII, 133. 134. 71) Litterae regis Angliae de hac pace ad Ranulfum de Glanvilla directae habentur ap. Bouq. XVIII, 133. 72) Martel dép. Lot, arr. de Gourdon. 73) St. Gilles. 74) Alnense coenobium regulam Sancti Benedicti sequebatur. — Exstat charta Balduini IV. comitis Hanoniensis, in qua conventiones, quae inter ecclesiam de Alna et Walterum de Fontanis existebant, enumerat. Devillers, Cartulaires du Hainaut I, 255.

laborabat, sed nil proficere poterat. Dominus vero imperator, nunciis domini comitis 1184. Hanoniensis benigne respondens, comiti Hanoniensi ut ad se in propria persona veniret[a] mandavit. Comes autem, assumptis secum viris probis et discretis, scilicet Reynero de Iacea et Eustacio seniore de Ruez et Eustacio filio eius, Ostone de Transiniis, Nicholao de Barbencione, Almanno de Provi, Renero de Trit, Hugone de Crois, Gossuino de Tulin, Waltero de Stankirca, Iohanne Cornuto, Nicholao Monacho, ad dominum imperatorem apud Haghenoam[78] in Alsatia, dominica Letare Iherusalem, per Namurcum, ubi avunculus suus Mart. 27. comes Namurcensis litteras deprecatorias ad dominum imperatorem concessit, et per Durbui[79] et per Rocham[80] et per Lusceleborch et per Treverim et per Toleam[81] et per Hornebac[82] — ubi Renerus de Iacea vir nobilis egrotavit et, dum comes erat in curia, ibi decessit et ibidem in maiori monasterio, scilicet abbatia monachorum, sepultus fuit — et per Bitthas[83] et per Castra[84] transiens venit. Dominus imperator et eius filii, Henricus scilicet rex, necdum miles, et Fredericus dux Suevorum, *comitem Hanoniensem benigne suscipien- *fol. 44. tes, et super omnibus possessionibus comitis Namurcensis gratiam suam ei concedentes, ut sanius et plenius fieret eius peticio, diem sibi constituerunt in festivitate pentecostes apud Manguntiam civitatem, ubi ipsi domini imperatoris filii novi milites ordinandi erant, et apud Enghelebem[85] torniare in crastino octave pentecostes proposuerant, et super ipsum comitem pro ipsorum honore plurimum precati sunt. Quod quidem comes eis diligenter concessit, se venturum tam ad curiam quam ad tornamentum. Reditus eius ab Haghenoa fuit per abbatiam Zesse[86] et per Spiram et per Wormaciam, per Spanehem[87] et per Kirepere[88], terram consanguineorum suorum, Radulphi comitis filiorum, Henrici scilicet, Symonis, Ludovici militum, Alberti, Godefridi et Friderici clericorum, et per Treverim et per Lusceleborch. Conductor autem comitis Hanoniensis ad curiam ex parte domini imperatoris a Treveris usque ad curiam, et redeundo usque Treverim, fuit ipsius comitis consanguineus predictus Symon de Spanehem, miles probissimus.

Eodem anno Domini 1183[89], quia comes Hanoniensis comiti Flandrie contra regem 1184. Francorum debitum ferebat auxilium, tamen Elizabeth Francorum regina a Francis iniuste habebatur invisa. Unde, firmatis contra eam consiliis malignis, super faciendo inter regem et ipsam divortio concilium malivorum apud Silvanectum statutum fuit, ipsa regina incauta, patre eciam eius comite Hanoniensi et comite Flandrensi nescientibus. Ad quod divortium prepotentes, scilicet Willelmus Remensis archiepiscopus et Theobaldus comes et Stephanus comes, regis Francorum avunculi, et Henricus dux Burgundie et Radulphus comes Claromontis omnesque precipui regis Francorum consiliarii laborabant. Die autem ad divortium faciendum statuto, ipsa regina, vestibus preciosis depositis, assumptisque vestibus humilimis, per ecclesias civitatis illius nudipes circuibat, Deum exorans altissimum, ut eam a malignantium consiliis, que contra ipsam arcius tractabantur, eriperet; pro qua leprosi universique pauperes, tractatum malignum percipientes, ante palatium regine confluebant et clamosis vocibus, ipso rege audiente cum suis, Deum orabant ut adversarios regine confunderet, eamque ab *eorum mala potentia eriperet. At Dominu omnipotens humilitatem *fol. 45. ancille sue respiciens, quosdam viros ad subveniendum ipsi regine animavit, scilicet Robertum comitem de Braina, regis Francorum patruum, et eius filios, Robertum scilicet de Drecis comitem et Philippum episcopum Belvacensem et Henricum episcopum Aurelianensem, quorum consiliis intervenientibus, dominus rex a malo recedens proposito, super hoc sustinuit, sed ipsi regine in thoro et debito coniugali non communicabat.

Iterum suscitate sunt discordie inter dominum regem Francorum et comitem Flandrie Philippum. Unde anno Domini 1184, termino paschali, colloquium fuit prope Rothomagum[90] Apr. 1. civitatem, in quodam nemore, in mansionibus quorumdam fratrum religionis Grandismontis, inter seniorem Anglorum regem et comitem Flandrie. Cum quo comite ad colloquium venit Balduinus comes Hanoniensis. Rex autem Anglorum ex parte regis Francorum a comite Flandrie requirebat ut castra Torota et Causiacum in manus fratrum Hospitalis committerentur, dum comes Flandrie viveret[a], tota autem alia terra Viromandie comiti

a) veniret 1.

78) Hagenau. 79) Durbuy, a Leodio ad merid. 80) La Roche, a Durbuy ad merid. 81) Tholey, a Birkenfeld ad merid. 82) Neu Hornbach, a Zweybrücken ad merid. 83) Bitche, a Neu Hornbach ad merid. 84) Blicastel. Ordo locorum paulisper corruptus est. 85) Ingelheim. 86) Seltz ad Rhenum fl. 87) Spanheim. 88) Kirchberg. 89) Cont. Aquic. l. c. p. 422 sequentia ad a. 1184 refert. 90) Rouen.

1184. Flandrie per omnes Francie principes, dum viveret, tenenda confirmaretur. Cui quidem compositioni ipse comes acquievisset; sed eius precipuus tunc temporis consiliarius, Iacobus scilicet de Avethnis, contradicebat, dicens quod si comes Flandrie unum pedem Viromandie regi Francorum relinqueret, non ulterius ei serviret, nec in eius hominio maneret; sicque, nulla facta pace, comes Flandrie ad propria rediit, et res in contrarium remanserunt. Comes autem Hanoniensis[a], pro pace laborans, Betisiacum[a*, 91] castrum venit, ubi dominum regem conveniens, nichil pacis vel induciarum invenit. Illinc dominus comes Hanoniensis ad filiam suam Francorum reginam apud Pontisaram[92] transivit, ut eam quam in diu non viderat, tunc saltem videret. Ipsa autem Elizabeth, illustris Francorum regina, mulier sanctissima, patrem suum et eius commilitones in lacrimas tota defluens orabat, ut ipse pater suus misereretur[b] sui, et eius dominum regem, quem diu pro comite Flandrie offenderat, vellet *fol. 45. iuvare contra comitis Flandrie versutias, ut ipsa inde apud dominum suum regem *et apud Francos carior haberetur. Comes autem Hanoniensis et ipsi regine et ipsi regi respondit quod quidquid posset, salva fidelitate, pro eis faceret. Invidi autem quidam et malivoli retulerunt comiti Flandrie quod comes Hanoniensis domino regi confederatus erat et ei auxilium contra comitem Flandrie promiserat, unde comes Flandrie comitem Hanonie, horum nescium, suspectum et invisum habuit. Appropinquante termino pentecostes, eodem tempore et anno, comes Hanoniensis, qui ad curiam Maguncie celebrandam pro hereditate sua perquirenda ire proposuerat, comitem Flandrensem, eius suspectionis ignarus, postulavit — qui ad curiam illam dirigere nuncios suos debebat — ut ipse dominum imperatorem et consanguineum suum Henricum regem, imperatoris filium, pro eo per nuncios suos rogaret; quod comes Flandrie ei concessit et promisit; attamen per nuncios suos Gerardum clericum de Mescinis[93], sigillarium suum, Insulensem prepositum, et per Radulphum militem de Hansebruech, comiti Hanoniensi, quem iuvare promiserat, si potuisset nocuisset. Comes autem Hanoniensis ad curiam illam cum probis et discretis viris Eustacio de Rues iuniore, Ostone de Trasiniis, Waltero de Warini, Nicholao de Barbencione, Renero de Trit, Hugone de Crois, Almanno de Provi, Polio de Vileir, Godefrido de Ascha castro in Ardenna, Nicholao Monacho, Waltero de Stankirca et Henrico ipsius comitis germano, milite novo, sericis vestibus ornatis, per Namurcum et per Leodium, per Aquas et per Confluentiam Mai. 19. transiens, venit vigilia pentecostes cum magno et honesto apparatu, tam vasis argenteis multis quam ceteris sibi necessariis, et cum servientibus honeste ornatis. In eadem eciam curia comes Hanoniensis quamplures nobiles de terra Lusceleborch secum habuit. Pre nimia quippe hominum copia supervenientium dominus imperator in pratis Maguncie ultra Renum fluvium tentoria sua et omnium advenientium figi ordinavit, ubi domos sibi necessarias ipse imperator proprias fieri fecit. Ibi dominus comes Hanoniensis plura ceteris et pulcriora tentoria habuit. Congregatis equidem de toto imperio ex hac parte Alpium ad *fol. 45'. curiam principibus, archiepiscopis, episcopis, *abbatibus, ducibus, marcionibus et comitibus palatinis et aliis comitibus et viris nobilibus et ministerialibus fuerunt numero iuxta veram extimationem milites in curia illa 70 milia, exceptis clericis et cuiuscumque conditionis Mai. 20. hominibus. Die autem sancto pentecostes[c], ipse dominus[a] Fredericus Romanorum imperator et eius uxor imperatrix[94] cum magna et debita sollempnitate imperiales gestaverunt coronas. Henricus quoque rex eorum filius cum eis regalem gessit coronam. Cum autem in coronamento illo principes potentissimi gestamentum gladii imperialis de iure reclamarent, scilicet dux Boemie[d, 95], qui in curia cum duobus militum milibus, et dux Austrie Lupoldus[e], miles probus et largus, cum 500 militibus, et Bernardus dux novus Saxonie factus cum 700 militibus, et Conrardus comes palatinus Reni, ipsius imperatoris frater, cum mille[f] et pluribus militibus, et langravius Duringie[96], vir strenuus, imperatoris nepos, qui cum mille aut pluribus militibus erat, dominus imperator gladium illum comiti Hanoniensi commisit gestandum. Cui nemo contradixit, cum ipse vir magni nominis[g] ubique terrarum esset[h], et in curia novus videretur, et in eadem curia principes multos haberet consanguineos Mai. 21. prepotentes cum aliis nobilibus[i]. Feria secunda pentecostes, dominus Henricus rex Romanorum et Fredericus dux Suevorum, domini Frederici Romanorum imperatoris filii, novi

a) Han. *in marg. add.* 1. a*) Ret. 1. b) miserētur 1. c) penthecostes in dicta solempni congregatione dominus 2. d) bohemie 2. e) Lempoldus 2. f) *sequentia sic tantum in* 2: mille militibus. Et plus erat. Dominus imperator gladium. g) *addit* 2: esset. h) *pro* esset *habet* 2: famatus. i) cum al. nob. *desunt* 2.

91) Bétisy in Le Valois. 92) Pontoise. 93) Messines ab Ypres ad meridiem. 94) Beatrix. 95) Fridericus. 96) Ludovicus III.

ordinati sunt milites, pro quorum honore ab ipsis[a] et ab universis principibus et aliis nobi- 1184. libus multa militibus[a], captivis[b] et cruce signatis et[b] ioculatoribus et ioculatricibus data sunt, scilicet equi, vestes preciose, aurum et argentum. Principes enim et alii nobiles non solum pro dominorum suorum, scilicet imperatoris et eius filiorum honore, sed eciam pro sui proprii nominis fama dilatanda, largius sua erogabant. Feria secunda et[c] feria tercia[d] post prandia[e], ipsi imperatoris filii gyrovagari[f] ceperunt, in quo gyro per extimationem[g] fuerunt milites 20 milia et amplius[h]. Gyrum autem sine armis fuit; in scutis etenim gerendis et hastis et baneriis et cursu equorum absque ictibus delectabantur milites. In eodem[i] gyro ipsum dominum imperatorem Fredericum, quamvis ceteris non esset corpore maior vel decentior, tamen pre ceteris eum gerere scutum suum *decebat, cui comes Hano- *fol. 46. nie[k] in illo gyro famulans, hastam suam ei portabat. Ipsa autem feria tercia[l] ad vesperam[m] Mai. 22. ventus[n] validus insurrexit, qui capellam domini imperatoris et quasdam domos, ibi noviter factas in pratis iuxta Renum propter populi multitudinem, prostravit[o]. In quarum ruina homines aliquot[p] mortui sunt, tentoria[q] multa disrupit et universis metum intulit[q]. Satis autem constat in curia illa, sicut supra dictum est, 70 milia[r] milites fuisse, cum iam nominati principes tot habuerunt[s] ibi milites, scilicet dux Boemie[t] duo milia, dux Austrie 500, dux Saxonum 700, comes palatinus Reni 1000 aut plures, langravius[u] Duringie 1000 aut plures[u], dominus Conrardus Maguncie archiepiscopus, imperatoris consanguineus, 1000[*], dominus Philippus Coloniensis archiepiscopus, comitis Hanoniensis consanguineus, 1700, dominus archiepiscopus Maldeburgensis[1] 600, dominus abbas Voldensis[1*] 500; exceptis aliis principibus, scilicet archiepiscopo Treverensi[v, 2], archiepiscopo Bremensi[w, 3] archiepiscopo Besentionensi[4], archiepiscopo Resneburgensi[5], domino Rogero Cameracensi episcopo, domino Radulpho Leodiensi episcopo, episcopo Metensi[6], episcopo Tullensi[7], episcopo Virdunensi[x, 8], episcopo Traiectensi[9] comitis Hanoniensis consanguineo, episcopo Wormaciensi[y, 10], episcopo Spirensi[11], episcopo Argentenensi[z, 12], episcopo Basiliensi[13], episcopo Constantiensi[14], episcopo Curiensi, episcopo Erbipolensi[a], episcopo Balbeburgensi[b], episcopo de Monasterio, episcopo Heldensi[c, 14*], abbate de Camberc[d], abbate Lonensi[e], abbate Prumensi[f]; principibus duce Otone[g] Bawarie, Theoderico[h] comite palatino Bawarie, fratre ipsius ducis, Welffone[i] duce Bawarie seniore, imperatoris avunculo, landgravio Bawarie, Bertoldo[k] duce Cheringiorum[l], comitis Hanoniensis consobrino, marcione de Brandeburch[m, 15], marchione de[n] Minse[16], marchione de Stire[17], duce de[o] Nanci[p], Gerardo comite Vienne[q] super Rodanum[r], domine imperatricis avunculo, comite palatino de Tuinge[s] aliisque multis archiepiscopis[t], episcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus et comitibus palatinis et comitibus landgraviis nominatis aliisque multis comitibus et viris nobilibus et ministerialibus, cum omnes in Bawaria, Saxonia, Suevia, Franconia, Austria, Boemia, Burgundia, Lothoringia ad hoc invitati fuerint[u]. Tornamentum autem[v] apud Engelehem[w] *villam supra Renum, *fol. 46'. que distat duobus miliaribus a Maguntia, nominatum de consilio principum pretermissum fuit. Comes Hanoniensis in curia de suo proprio cum domino imperatore tractans negocio[x], cum consobrino suo Bertoldo[y] duce Ceringiorum[z], qui in hereditate avunculi sui comitis Namurcensis, licet iniuste, reclamabat, concordiam, ut ei dimitteret omnia, facere voluit; et quamvis mater ipsius ducis pro sua parte allodiorum duo castra[a] habuisset, tamen comes Hanoniensis, pro maiori pace, 1600 marcas[b] puri argenti, pondo Coloniensi, infra octo menses solvendi[c], ipsi duci dare volebat, unde ipsum comitem cum difficultate et tedio

a) ab ipsis — militibus *desunt* 2. b) *addit* 2: militibus. c) et — secunda et *des. omnia* 2; *qui codex tantum post cruce signatis exhibet:* multa distributa fuerunt. d) *addit* 2: consequenter. e) prandium 2. f) girov. 2. g) estimationem 2. h) milia et amplius *des.* 1. i) ipso 2. k) Hanoniensis 2. l) Ipsa — tercia *des.* 2. m) vespm 1. n) *addit* 2: vero. o) *sic* 2 *habet. In* 1 *vero haec leguntur:* quasdam eius domos ibi factas novas prostr. p) *pro* homines aliquot *habet* 2: multi. q) tent. — intul. *des.* 2. r) *deest* 1. 2. s) habuerint 2. t) bohemie 2. u) langr. — plur. *des.* 2. *) tria milia 2. v) Triverȝ 2. w) Remensi 1. x) Verdunensi 2. y) Warmatiensi 2. z) argentinensi 2. a) Herbipolensi 2. b) baldeb'geñ 1; baldebgeñ 2. c) ђeldeñ 1. 2. d) camb'c 1. 2. e) loñeȝ 2. f) prumeneñ 2. g) Othone 2. h) Theouoico 2. Welfone 2. k) bertholoto 2. l) Cheringorum 2. m) Brandeburg 2. n) *deest* 2. o) *deest* 2. p) Nauci 1; naci 2. q) de Viane 2. r) rodañ. 1. s) thuinghe 2. t) *addit* 2: et u) fuerunt 2. v) *addit* 2: et w) Engheleħẽ 2. x) *in* 2 *statim post* proprio *exhibitum.* y) bertheldo 2. z) Cheringorum 2. a) castella 2. b) marchas 2. c) solvendas 2.

1) Wichmannus Magdeburgensis. 1*) Conradus Fuldensis. 2) Arnoldo. 3) Sigefrido. 4) Theoderico. 5) Regensburgensi episcopo Conrado. 6) Bertramo. 7) Petro. 8) Henrico. 9) Balduino. 10) Conrado. 11) Udalrico. 12) Henrico. 13) Ludovico. 14) Hermanno. 14*) Henrico Curiensi, Reinhardo Herbipolensi, Ottone Babenbergensi, Hermanno Monasteriensi, Adelogo Hildesiensi. 15) Ottone. 16) Ottone Divite. 17) Ottocaro.

1184. finire oportebat. Quod audiens dominus imperator, suasit comiti ut hoc non[a] faceret, cum pateret ipsum ducem iam nimis corpore gravem citius posse decedere quam comitem Namurcensem; sicque comes Hanoniensis ab hac compositione retrocessit. Mortuus autem est dux ille[b] in[c] ipso anno[d, 18]. Itaque comes Hanoniensis per domini imperatoris benignum consilium tantum argentum illi duci dandum lucratus fuit. Dominus autem imperator Romanorum comiti Hanoniensi gratiam suam super omnibus bonis avunculi sui comitis Namurcensis, tam allodiis quam feodis, concessit, et ei secundum consilium sociorum suorum et eorum dispositionem et Gisleberti[e] ipsius comitis notarii ordinationem privilegio[f]
Mai. 22. suo confirmavit[19]. In quibus consiliis cum principibus fuerunt Godefridus imperialis aule cancellarius, homo[g] discretus et vividus, qui postea episcopatum Erbipolensem habuit[g, 20], et Radulphus imperialis aule prothonotarius, postea[h] Verdunensis in Saxonia factus episcopus[h, 21], Wernerus de Bollanda[22], ministerialis imperii, homo sapientissimus et castris[i] 17 propriis et villis multis ditatus et hominiis 1100 militum honoratus[i] — iste semper negotia comitis dum vixit[k] promovit, qui filium[l] habuit probissimum Philippum, qui trans Alpes, dum cum domino suo Henrico rege Romanorum, imperatoris Friderici filio, esset, mortuus est[l, 23] — Cono de Minsenberch[m, 24], ministerialis imperii, qui[n] dives et sapiens castra sua, bona et militum hominia multa habebat[n], Henricus comes de Diecea, homo[o] admodum sapiens, comitis Hanoniensis devotus amicus[o]. Confirmatio autem bonorum comitis
*fol. 47. Namurcensis eius nepoti comiti Hanoniensi in curia illa fuit, tam *super comitatu Namurcensi[p] quam super comitatu[p] de Lusceleborch[q] et de Rocha. In curia illa fuerunt nuncii predicti comitis Flandrensis, ut auxilium regis Henrici, imperatoris filii, et archiepiscopi Coloniensis et aliorum multorum comes Flandrie contra regem Francorum haberet[25]. Que quidem auxilia omnia[r] statim ei fuerunt concessa et ad festinam guerram parata et demum in malum comitis Hanoniensis et terre sue grave detrimentum perducta. Comes Hanoniensis, peracta bene in curia illa voluntate negotii sui, et ibi pre ceteris principibus[s] hono-
Mai. 25. ratus, accepta a domino imperatore licentia, feria sexta pentecostes[t] a curia recessit, et per Bingham[26] et per Treverim et per Lusceleborch rediit.

Interim dominus rex Francorum cum comite Flandrie inter Compendium et Causiacum habuit colloquium, et ibidem inter eos treuge firmate fuerunt[27]. Quisque autem suos auxiliatores ibidem nominavit, ut illi in treugis securius manerent. Comes quidem[u] Flandrie Stephanum comitem, domini regis hominem ligium et avunculum, in suis treugis, sicut diu illum contra regem habuerat auxiliatorem, posuit; econtra dominus rex ex sua astucia dominum comitem Hanoniensem[v], ignarum tamen, in suis treugis posuit, ut per hoc inter comitem Flandrensem et comitem Hanoniensem aliquam seminaret discordiam, per quam comitem Hanoniensem in parte sua prorsus posset habere[w]. Quod audiens comes Flandrie ira adversus comitem Hanoniensem succensus est, eumque[x] in induciis regis Francorum, horum omnium nescium, manere concessit; quod non facere, sed potius guerram domini regis Francorum[y] sustinuisse debuisset, quo usque voluntatem eius in propria persona vel per fideles nuncios audivisset. Unde rumores[z] ad dominum comitem Hanoniensem a curia
Iun. 3. revertentem dominica prima post octavam[a] pentecostes apud Amberlues[28] in Ardenna pervenerunt. Comes autem Hanoniensis in sua absentia exercitum terre totum summonuerat[b],

a) nullo modo 2. b) ipse dux 2. c) *deest* 2. d) eodem anno 2. *Pergit* 2: Et sic per imperatoris consilium comes Hanonie lucratus est illam summam pecunie. Dominus autem *etc.* e) Gilberti 2. f) previlegio 2. g) homo — habuit *des.* 2. h) postea — episc. *des.* 2. i) et castris — honor. *des.* 2. k) dum vixit *des.* 2. l) qui fil. — mort. est *des.* 2. m) Minseberch 2. n) qui — habebat *des.* 2. o) homo — amicus *des.* 2. p) Nam. — comit. *des.* 2. q) lusebourcg 2. r) *deest* 2. s) *deest* 2. t) sexta post penthecosten ad propria reversus est. Interim *etc.* 2. u) autem 2. v) *addit* 2: penitus. w) inclinare 2. x) cumque 1. 2. y) *deest* 2. z) responsores 2. a) octavas 2. b) summoverat 2.

18) a. 1184. 19) Diploma hoc edidit Toeche l. c. p. 600, Prutz, Heinrich der Löwe 488. Cfr. Stumpf, Reichskanzler Nr. 4375. 20) 1184. Aug. 12. — 1190. Mart. 6. Cfr. de eo Stälin, Wirtembergische Geschichte II, 390 sqq. 21) 1189—1205. Mai. 29. 22) Feodorum ab ipso possessorum series circa a. 1190. redacta invenitur apud Köllner, Geschichte der Herrschaft Kirchheim-Bolland p. 20. 23) a. 1187, post Iun. 23. 24) Cfr. Toeche, Heinr. VI. p. 508 n. 25) Cfr. Bened. Petroburg. ap. Bouquet XVII, 460. 461, ubi etiam de causa belli agitur. 26) Bingen. 27) Cfr. Bened. Petroburg. l. c. p. 459: *Henricus vero rex Angliae, volens pacem facere inter eos, cepit colloquium inter eos apud Choisi; in quo colloquio, cum inter eos non potuisset convenire, rex Angliae statuit treugas inter illos tenendas ab instanti festo nativitatis sancti Iohannis baptistae* (i. e. Iun. 24.) *usque ad finem anni sequentis. Quod ex utraque parte concessum est.* 28) Amberloup, villa a St. Hubert ad orient.

ut cum rediret ad auxilium comitis Flandrie, sicut consueverat, paratus esset. Comes autem 1184. Hanoniensis ad partes suas reversus totus stupefactus de hiis que sibi referebantur[a] comitem Flandrie sepius per nuncios requisivit, ut ei in[b] marchia terre sue loqui vellet aut, si ipsi comiti Flandrensi placeret, comes Hanoniensis *ad ipsum ubicumque locorum in Flan- *fol. 47. dria vel Viromandia accederet; quod comes Flandrie, aliis pretentis occasionibus, semper refutabat, rancorem nimium gerens in corde contra illum[c].

Eodem tempore et anno ipse Philippus comes Flandrie, qui uxore carebat, ad habendam uxorem studiosius laborabat. Unde nuncios suos in Hyspaniam direxit. Qui nuncii, milites scilicet et abbates, quos ad querendam sibi uxorem miserat in longinquam regionem, adduxerunt ei Mathildem[29] Portigalensis regis sororem cum multo auro et panniis sericis Aug. preciosis, quam ipse comes cum gaudio desponsavit[30], et eam multis bonis in nuptiis dotavit, scilicet Sancto Audomaro et Aria[31], que post suum decessum in partem regine Francorum Elizabeth cedere debebant. Dotavit eam eciam Duaco, Sclusa, Orciis, Insula, Nieppa, Cassello, Furnis, Dicamuda, Berghis, Berburch[32], que ad comitissam Hanoniensem et eius filios pervenire debebant. Habita autem adversus comitem Hanoniensem maiore ira, ceteris bonis, que in partem comitisse Hanoniensis et filiorum suorum debebant cedere, contra leges et decreta dotavit, scilicet Brugis, Gandavo, terra Waisa, Alost, Geralmont, Ispra, Curtraco, Aldenarda[33].

Cum autem Godefridus dux Lovaniensis a Ierosolimis rediisset, Henrici iunioris ducis pater, et treuge in festo sancti Petri, intrante mense Augusto, super Lembecha finem capere Aug. 1. deberent; dominus comes Hanoniensis omnes amicos suos ad auxilium suum invitavit et quotcumque potuit milites probos stipendiarios adunavit. Unde eciam comitem Flandrie, sano habito consilio, tamquam illum cui semper ad omnia cum multis hominibus et grandibus expensis servierat, requirere proposuit, assumptisque secum viris probis et discretis, Eustacio seniore de Ruez et Eustacio filio eius, Nicholao de Barbencione, Ostone de Trasiniis, Waltero de Warini, Almanno de Provi, Renero de Trit, Hugone de Crois, Balduino castellano Montensi, Gosuino de Tulin, Iohanne Cornuto, Balduino de Wallaincort, Willelmo de Hausi et multis aliis, apud Atrabatum ad ipsum comitem venit, quem cum *multis mili- *fol. 48. tibus Flandrensibus et Viromandensibus ibi invenit, quadam dominica[34], ante festum sancti Petri die tercia. Cui comes Flandrie turbidum nimis vultum pretendit; sedentibusque uni- Iul. 29. versis et pro turbatione ipsorum comitum tacentibus, comes Hanoniensis comitem Flandrie tamquam confederatum et iuratum suum submonuit ut contra ducem Lovaniensem eum iuvaret super honore suo et hereditate sua retinenda. Comes autem Flandrie, querens occasiones, rogabat comitem Hanoniensem ut inducias daret duci Lovaniensi, et ipsum contra inimicum suum mortalem regem Francie iuvaret. Ad hoc comes Hanoniensis respondit quod nullas duci Lovaniensi super his daret inducias; sed si ipse comes Flandrie statim domino regi Francorum guerram moveret, ipse statim eum contra regem Francorum in totis viribus suis iuvaret; si autem statim contra regem Francorum guerram facere nollet, ipse comes Hanoniensis eius auxilium contra ducem Lovaniensem habere vellet. Sic itaque comite Hanoniensi auxilium a comite Flandrensi contra ducem Lovaniensem requirente, comite autem Flandrie treugas postulante pro guerra quam ipse contra regem Francorum habere debebat et comite Hanoniensi statim ei auxilium ferre volente, tandem comes Hanoniensis ab eo absque auxilio recessit. In crastino autem, sancti Petri scilicet vigilia, inter Iul. 31. se colloquium habuerunt in Warda sancti Remigii[35]. In hiis autem verbis communibus comes Flandrie a comite Hanoniensi requirebat ut cognosceret si in treuga regis Francorum contra ipsum manere vellet. Ad hec comes Hanoniensis respondit quod quicquid regi

a) totus — refer. *des*. 1. b) in *deest* 1. c) eum 2.

29) V. Lambertum Ardensem ed. Godefroy de Ménilglaise p. 381: *Therasia apud suos Portugalos, apud nos Mathildis.* Cont. Aquic. l. c. p. 422. eam nominat Tharasiam, Radulfus de Diceto Beatricem. Erat filia Alphonsi I. et soror Sancii. 30) Secundum Bened. Petroburg. l. c. p. 458 post nativitatem S. Iohannis baptistae in Normanniam venit, et conducta est in castellum Pova. *ubi comes illi obviam venit et sibi eam desponsavit antequam terram ipsius ingrederetur,* secundum Cont. Aquic. mense Augusto. 31) St. Omer, Aire. 32) Douai, L'Ecluse, Orchies, Lille Nieppe, Cassel, Fournes, Dixmude, Bergues, Bourbourg. 33) Brügge, Gent, pays de Waes, Aalst (Alost), Grammont (Geersbergen), Ypern, Courtray, Audenaarde. 34) Dies dominica Iul. 29. est; dies tertia ante festum S. Petri autem Iul. 30. 35) *in loco qui nuncupatur Mons sancti Remigii* Cont. Aquic. l. c. p. 422. Estinnes-au-Mont, arr. de Charleroy, cant. de Binche.

1184. Francie ex propria voluntate egisset, ipse statim contra ipsum regem comitem Flandrie
iuvare paratus erat, nec sibi plus dicere volebat. Ipsis itaque comitibus et eorum hominibus
Aug. 1. super his discordantibus, comes Hanoniensis die festo sancti Petri Tubisam[36] venit, ubi
exercitum suum paratum invenit. In cuius auxilio fuit dominus Rogerus Laudunensis episcopus, consobrinus comitis, et eius frater Raynaldus cum 80 electis militibus, Manasserus
Retensis comes, cum 140 militibus, Wido de Cheri, Reginaldus[a] de Doncheri frater eius,
Radulphus de Tuin[b, 37], Gaufridus de Baleham, consanguinei ipsius comitis, Robertus de
*fol. 48'. Petraponte consanguineus comitis Hanoniensis, Gaufridus *et Ludemarus fratres de Vienna,
Aug. 2. milites probissimi, Radulphus de Cochy cum 50 militibus. In crastino autem Iacobus de
Avethnis ad auxilium domini sui ligii comitis Hanoniensis cum paucis veniens, comiti Hanoniensi suggessit ut treugas daret, asserens ipse Iacobus quod dux Lovaniensis auxilium comitis Flandrie statim secum habebat, et si necesse haberet, totum Flandrie exercitum in auxilium suum paratum haberet; quod comes Hanoniensis vix credere potuit, attamen ipsi Iacobo de consilio hominum suorum concessit ut super hoc verba cum duce et suis haberet, quousque, ordinatis et acquisitis viribus maioribus, melius contra ducem et contra comitem Flandrie, ipsius ducis novum auxiliatorem, ius suum retinere valeret. Dum autem ad ducem Iacobus transisset et cum eo super his conferret, et dominus comes Hanoniensis eius reditum et moram nimiam expectaret, dux Lovaniensis, qui apud Hal[38] cum exercitu suo erat, Lembecham concremavit, comite non adhuc sibi providente. In auxilio ducis Lovaniensis erat ex parte comitis Flandrie Helinus de Waurin, Flandrie senescalcus, cum 300 militibus et multis servientibus equitibus et peditibus. Hanonienses autem milites et servientes equites, videntes incendium Lembeche, cito Aduallensibus insultum fecerunt et cum festinatione incedentes, non ordine[c] bellicoso, qui primus ad illos veniebat primus feriebat. Comes autem ad pontem Tubise, super aquam Sainnam[d, 39] veniens paucos transire permisit, cum omnes Franci et Hanonienses et Ardennenses transire desiderarent, nolens cum hominibus comitis Flandrie in armis congredi, dum sustinere posset, sperans quandoque apud illum, cui semper pro posse servierat, aliquam amiciciam obtinere. Pauciores autem ex parte comitis Hanoniensis in conflictu illo pluribus in parte ducis dampna maiora in occisione hominum et captione et equorum interfectione fecerunt. In conflictu illo, nunquam meliore ad arma in tanta hora viso vel audito, qui vulgariter pognis[e] dicitur, in parte comitis Hanoniensis equi circiter 80 occisi sunt, in parte ducis circiter 340. Ibidem quidam de hominibus et commilitonibus comitis Flandrie capti fuerunt. Sequenti autem die, mediante Iacobo, cui ab Hanoniensibus incendium Lembeche ex nimia ipsius mora imputabatur[40],
*fol. 49. *treuge usque ad duos annos fuerunt firmate, sed a duce nunquam observate. Comes autem
Hanoniensis militum vadiis tam domesticorum quam extraneorum liberatis largissime, et eorum prediis ad voluntatem suam restitutis et stipendiariis honorifice remuneratis, omnibus licentiam dedit benignam, amicis suis super hoc auxilio gratiarum actiones referens.

Deinde dominus comes Hanoniensis ad dominum regem Francorum Parisius cum paucis venit. Ubi facta cum domino rege contra comitem Flandrie confederatione, quia ipse eciam rex ibi cum paucis erat, dominus rex ei diem constituit Suessionis[f], ut[g] ibi plures principes et nobiles Francie haberet, et ut comes Hanoniensis plures terre sue viros probos et valentiores ad confederationem illam confirmandam adduceret. Ad diem illum Suessionis[f] constitutum dominus comes Hanoniensis ad dominum regem Francorum cum 140 militibus de nobilibus et potentioribus terre sue accessit, ubi in abbatia Sancti Medardi ab hominibus domini regis super confederatione conservanda fidem et iuramenta accepit. Econtra dominus rex ab hominibus comitis Hanoniensis super eadem confederatione tenenda fides et iuramenta suscepit. Comes autem Flandrie, super his nimia accensus ira, omnem quem potuit contra comitem Hanoniensem movit exercitum, certus satis quod tunc dominus rex Francorum, quorumdam perfidorum seductus consilio, nullum comiti Hanoniensi ferret auxilium, cum comes Hanoniensis in eius auxilio spem haberet. Comes quippe Flandrie in auxilio suo habuit Iacobum de Avethnis, comitis Hanoniensis hominem bis ligium, qui

a) R....... 1. b) Tui 1. c) odiē 1. d) fāinā 1. e) *vox pugnae genus significans.* f) Suessioñ. 1. g) et 1.

36) Tubize, a Hal ad merid. 37) Radulphus decanus Thudiniensis offenditur a. 1177 et 1183. V. Devillers l. c. p. 69. 73. 38) Hal, ad Senne fl. 39) Saine vel Senne fl. 40) V. Cont. Aquic. l. c. p. 422: *Balduinus comes Montensis super Henricum ducem Lovanie cum exercitu in loco qui dicitur Lembecca vadit; sed ducem imparatum non inveniens, et ut quidam asserunt, a suis proditus, inefficax rediit.*

continuum in Montibus stagium pro terra Avethnis et continuum in Valencenis pro terra Brabancie debebat. 1184. O mira Iacobi prodicio! cum enim ipso tempore autumpnali comes Hanoniensis perfidiam Iacobi timeret, antequam ad guerram ventum esset, dominus comes ex astucia et iure illum summonuit[a] ut castrum[c] Montense custodiret, et ibi continuum quem debebat stagium faceret. Unde ipsi Iacobo diem satis ad hoc aptum[b] constituit. Iacobus autem die constituta Montibus venit, ubi honesto tunc habito consilio comiti Hanoniensi stagia in castris suis *scilicet in Montibus et in Valencenis debita recognovit coram paribus *fol. 49'. suis Montensibus[c], Eustacio scilicet de Ruez[d], Nicholao de Barbencione[e], Waltero de Lens, Ostone de Trasiniis[f], Rassone de Gaura, Ida[g] de Iacea, Egidio de Cimai[h], Willelmo de Kevi[i], Gerardo de Hamaida[k], et coram paribus suis Valencenensibus[l], Almanno scilicet de Provi[m], Renero de Trit, Nicholao de Cauderi[n], Karolo de Frasne Ludovici filio, Olivero de Peresel[o], Ida[g] de Iacea pare eciam Valencenensi. Cum autem hic Iacobus[p] domino suo plenius recognovisset[q], rogavit eum ut a stagio summonito tunc differret, promittens ipsi comiti quod quandocumque guerram contra comitem Flandrie haberet comes Hanoniensis, ipse comiti Hanoniensi castra que ab eo tenebat redderet in auxilium guerre sue, et in proprio corpore suo ei serviret cum omnibus hominibus ad feoda comitis Hanoniensis pertinentibus; comitique Flandrensi castra, que ab eo tenebat[r], scilicet Guisam[s] et appenditia, redderet. Comes vero Hanoniensis de consilio hominum suorum sic ei concessit; quod quidem Iacobus Montibus in capella comitis iuravit, et osculo pacis et dilectionis comiti et comitisse et eorum filiis, Balduino, Philippo, Henrico, dato, benigne ab eis recessit. Que iuramenta et pacis oscula citius lesa fuerunt.

Cum enim comes Flandrensis ante completos ab hac promissione et[t] iuris recognitione 40 dies in comitem Hanoniensem insurgeret, ipse Iacobus castra sua que[u] a comite Hanoniensi tenebat, scilicet Avethnas[v], Landrecias et Leusam[w], in manus comitis Flandrensis tradidit; postea die eadem qua terram suam cum armis intravit, diffiduciare non abhorruit. Comes autem Flandrie dominum Philippum Coloniensem archiepiscopum, comitis Hanoniensis consanguineum, Gossuini de Falcomonde filium, et Godefridum ducem Lovaniensem et eius filium Henricum habuit auxiliatores. Castris autem terre sue in marchia contra regem Francorum ornatis et militibus et aliis hominibus munitis, militibusque et servientibus equitibus et peditibus contra comitem Hanoniensem in Geralmont, in Leusa, in Duaco, in Castello[41], in Camerachio, in Landreciis, in Avethnis positis, ipse cum militibus circiter 500 et cum hominibus equitibus loricatis *circiter 1000 et cum hominibus peditibus bene armatis *fol. 50. circiter 40 terram comitis Hanoniensis, per Cameracensem regionem veniens, invasit. Nov. Die autem qua terram eius intrare volebat, ipsum per quemdam militem suum Lambekinum de Rinenghis diffiduciavit. Iacobus autem de Avethnis dominum suum bis ligium et consanguineum per fidelem suum Iohannem de Orcha diffiduciavit apud Haismoncanoit. Comiti autem Flandrie apud Vieilliz[42] pernoctanti[x] Osto de Trasiniis nocte fecit insultus, ubi accensis quibusdam domibus, quosdam de hominibus suis interfecit, quosdam captos duxit, comes Flandrensis in suo adventu munitiones quasdam parvas et pravas cepit, scilicet Solennam[43], Sanctum Pitonem[44] et Hausi[45], quod muro tantum parvo et basso circumdatum dominus comes Hanoniensis, non sano habito consilio, militibus munivit; qui licet viriliter se defendentes in pravis propugnaculis, tamen per vires comitis Flandrie capti fuerunt milites circiter 45. Firmitates quidem illas comes Flandrie, considerata earum debilitate, nullam sibi retinere voluit, sed regionem illam comburendo usque Haismoncasnoit pervenit. Comes vero Hanoniensis villam illam, ne ad obsidendum castrum in ea hospitarentur, comburi fecit, castrumque illud multis militibus electis et servientibus equitibus et multis peditibus munivit. Archiepiscopus autem Coloniensis Philippus, princeps prepotens, in auxilium comitis Flandrie cum 1300 militibus et multis servientibus equitibus, et dux Lovaniensis Godefridus et eius filius Henricus iunior dux, ruptis treugis predictis quas cum comite Hanoniensi firmaverant, et non eis renunciantes, cum 400 militibus et 60 milium hominum tam equitum

a) sommonuit 1. b) satis aptum ad hoc 2. c) mōteñ 1. d) Rues 2. e) Barbensione 2. f) Trasegnies 2. g) Yda 2. h) Chimay 2. i) Keuy 2. k) Halmadia 2. l) Valencenis 1. m) Prouy 2. n) N. de Canderi 1; Nicolao de Caudry 2. o) Oliverio de Presel 2. p) autem Iacobus hoc 2. q) cognovisset 1. r) tenebat *deest* 1. s) Guiziam 2. t) *deest* 2. u) *deest* 2. v) Avesnas 2. w) Landrechias et Leuzam 2. x) pernoctauit 1.

41) Casteau, a Mons ad septent. 42) Viesly, arr. de Cambray, cant. de Clary. 43) Solesmes, arr. de Cambray, cant. de Solesmes. 44) Saint-Python, ibidem. 45) Haussy, sur la Selle, ibidem.

1184. quam peditum venientes, per nemus Carboneriam[46] transierunt; et Ruez[47] villam comburentes et ante Bincium[48] transeuntes, Lestinis[49] pernoctaverunt, et ibi quadam die Veneris, victualibus deficientibus, multi eorum oves fame arctati comederunt. Sicque terram illam vastantes, in locum qui Belmontes[50] dicitur, qui distat uno miliari a Montibus pervenerunt. Comes autem Flandrie qui ante Haismoncasnoit[a] per duos dies in nemore parvo, *fol. 50'. quod Gars dicebatur, damis et vaccis silvestribus repleto, *manserat, cum exercitu suo Bavacum[51], deinde Melbodium transiens, ad Coloniensis archiepiscopi et ducis Lovaniensis exercitum in loco illo nominato pervenit, et apud Kevi[52] cum suo exercitu mansit. Si autem comes Hanoniensis cum illis non congrediebatur, non est mirandum, cum tota eius intentio circa castra sua conservanda versabatur. Comes itaque Hanoniensis castris suis conservandis intendens, Valencenas fossato firmari in ipsa guerra faciebat, et illam multis militibus cum ipsius ville hominibus munivit. Bulcenum[53] castrum militibus et servientibus equitibus et peditibus munivit. Vileir[54] castellum in Warda sancti Remigii et Lalen[55] prope Duacum militibus et servientibus equitibus et peditibus munivit. Ramis[56] servientibus equitibus et peditibus munivit. Haimoncasnoit eciam, ut supra dictum est. Balduino de Wallaincort ad suas firmitates, scilicet Wallaincort[57] et Pernesmont[58] muniendas, et Egidio de Businiis ad Businias[59] muniendas, in militibus et hominibus peditibus et denariis auxilium fecit. Sanctum Obertum[60] eciam per aliquot dies munivit; Moncellum[61], Belfort[62], Bellummontem[63], Solram[64] militibus, servientibus equitibus et peditibus munivit. Bincium eciam militibus et servientibus equitibus et peditibus de Hasbanio circiter bis mille[b] et 300 stipendiariis munivit. Eustacius senior de Rues et Eustacius filius eius, qui comiti in guerra magnum, si sibi liceret, auxilium facere potuissent, castro suo Morlainweiz[65] custodiendo satis erant intenti, qui in transitu archiepiscopi et ducis aliquos ceperunt, et homines aliquos interfecerunt. Brainam Wihoticam et Scalsinas[66] et Thubisam — quam duci pro Wasnaca sibi ablata abstulerat[67] — et Ath[68] et Blatum[69] militibus multis et servientibus equitibus et peditibus munivit. Castrum vero Montense, quod parvo et basso muro circumdatum erat, in quo domina comitissa Marghareta, ipsius comitis Flandrie soror, pro partu infirma iacebat, 140 militibus et balistariis ad defensionem necessariis munivit. His autem omnibus, tam equitibus quam peditibus, quos comes Hanoniensis hostium insultibus undique vallatus ad *fol. 51. defensionem castrorum *suorum ordinaverat, in suis propriis expensis copiose providebat, hominibusque suis tam maioribus quam minoribus solatium vultu hilari faciebat dicens: *Confortamini et robusti estote, quia hostes nostri quandoque recedent, et terras nostras nobis relinquent, quia eas secum portare non poterunt.* In ipsa guerra habuit comes Hanoniensis stipendiarios milites circiter 300, et servientes eciam stipendiarios tam equites quam pedites circiter tria milia. Habuit eciam milites auxiliatores circiter 300, qui quamvis non essent solidarii, tamen in expensis eius erant, quorum quidam de Francia, quidam vero de Lotharingia advenerant[c].

Temporibus illis dominus comes Balduinum Carun[d], militem magnum, pulchrum et fortem ac probissimum, Rogeri de Ruma filium, qui a comite Flandrie pro quadam discordia recesserat, susceperat commilitonem, et ei 600 libras in feodo ligio dans, ei denarios[e] illos super Karinen[70], villam prope Valencenas, assignavit. Hugonem quoque de Antun, militem tunc pauperem, sibi commilitonem retinuit, fratrem Gosselini et Willelmi de Antun, et ei villam Artrain in Brabantia, quam in vadio ab eius antecessoribus habuerat pro 400 libris, liberam reddidit. Balduinum quoque de Nova-villa, Eustacii fratrem, sibi retinuit et eum 300 libris infeodavit, unde ei winagio Melbodiensi[f] 30 libras[g] annuatim assignavit.

a) Haismoncasnoit 1. b) ĩĩ 1. c) advenerat 1. d) Curun 1. e) deñ 1. f) melbodieñ 1. g) lb 1.

46) De Carbonaria silva copiose agit Duvivier l. c. p. 11 sqq. 47) Roeulx. 48) Binche. 49) Estinnes au Val. 50) Beaumont. 51) Bavay, a Maubeuge ad occid. 52) Quévy-le-Petit et Quévy-le-Grand, arr. de Mons, cant. de Pâturages. 53) Bouchain. 54) Villers, prope Estinnes-au-Mont, a Mons ad orientem. 55) Lalaing, ad Scarpe fl., a Douay ad orient. 56) Raismes, a Valenciennes ad septent. 57) Walcourt. 58) Bouquet, l. c. p. 377 habet Perwesmont. 59) Busigny, a Cambray inter merid. et orient. 60) Saint Aubert, arr. de Cambray, cant. du Cateau. 61) Monceau-Saint-Vaast, arr. de Avesnes, cant. de Berlaimont. 62) Beaufort, ab Avesnes ad septent. 63) Beaumont. 64) Solre-le-Château, a Beaufort ad orient. 65) Morlanwelz, a Binche ad sept. 66) Ecossinnes, a Soignies ad orient. 67) V. supra p. 533, ad a. 1182. 68) Ath, a Tournay ad orient. 69) Blaton, arr. de Tournay, cant. de Peruwelz. 70) Querenain, a Valencenis ad merid.

Robertum de Belren, militem probissimum et magni nominis, retinuit commilitonem, et ei terram apud Forest[71] villam in feodo dedit, et cum terra 20 libras. Waltero quoque de Warini, militi probo et admodum in armis et ceteris necessariis discreto, vadium quoddam 700 librarum, unde villam Belen[72] iuxta Valencenas habebat, in feodo ligio dedit. Richardo de Orca 200 libras dedit, ut in feodum ligium eas converteret. Quosdam eciam milites de regno Francorum probos magnique nominis, Robertum scilicet de Condato et Gerardum de Geri, et eciam Willelmum de Petraponte infeodavit feodis annuatim habendis; Robertum quidem de 20 libris denariorum, Gerardum de 20 libris, Willelmum de 20 marchis. 1184.

Inde dicendum est, quomodo comes Flandrie et archiepiscopus Coloniensis et dux Lovaniensis a Hanonia recesserunt, et quid *comes Hanoniensis post eorum discessum egerit. Dum comes Flandrie et archiepiscopus Coloniensis et dux Lovaniensis cum exercitibus suis apud Belmoncel[73] essent, comes Hanoniensis per quosdam mediatores cum ipso archiepiscopo colloquium habuit, qui archiepiscopus a comite Hanoniensi ut faceret pacem requirebat. Comes vero sciens hostibus suis victualia deficere et eos egere, archiepiscopo nil certitudinis respondebat, ut sic eum verbis posset detinere et in cladem famelicam perducere. Fingens igitur comes consilium super hiis accepturum, tribus diebus archiepiscopum verbis ociosis detinuit. Archiepiscopus equidem et ceteri hostes astuciam comitis Hanoniensis percipientes illinc recesserunt, et inter Montes et Bincium transeuntes Carneriis[74] venerunt, ubi duabus noctibus pro via latiore ad transeundum per haiam facienda moram fecerunt. Die autem tercia archiepiscopus Coloniensis et dux Lovaniensis retranseuntes ad propria reversi sunt; comes Flandrie cum illis transiens haiam, inde per terram ducis Lovaniensis in Flandriam rediit, deinde in gravamen comitis Hanoniensis contra terram Ostrevannum cepit regressum. Iacobus autem firmitatibus domini comitis Hanoniensis, quas pre ceteris oderat, scilicet Belfort et Moncello, graves intulit assultus, ubi pauci manentes multis assilientibus viriliter resisterunt. Iacobus autem inde nichil de voluntate sua faciens, satis confusus recessit. Comes quidem Flandrie per duas dies Vileir castello in Warda sancti Remigii insultus per milites, per servientes equites et pedites, et per balistarios et per manghenellos fecit, ubi custodibus castri viriliter et animose se defendentibus, comes Flandrie in cede et vulneribus suorum nimis confusus recessit. Rasso de Gaura, qui quamvis comitis Hanoniensis homo esset ligius, tamen comiti Flandrie magis astrictus hominio et timore pro parte comitis Flandrie a Geralmonte comiti Hanoniensi faciens insultus continuos, terram magna in parte succendit, et munitionem domus de Gislenghien[75] parvam et pravam capiens, in viribus suis quosdam servientes in ea captos secum duxit. Comes autem Hanoniensis, post reversionem archiepiscopi Coloniensis et ducis Lovaniensis, terram Iacobi in Brabantia predis multis et igne apposito vastavit, ubi 72 villas tam proprias quam de feodo *suo concremavit, et Condatum totum succensum saisivit, et ibi firmitatem restruere incepit quasi perpetuo possidendam. Quam tamen postea per intercessionem regis Francorum cum ipsa villa Iacobo restituit. Dominu autem rex Francorum, qui apud Compendium exercitum suum ad auxiliandum comiti Hanoniensi contra comitem Flandrie congregaverat, quorumdam perfidorum suggestion retrocessit, arripiens iter suum contra comitem Stephanum avunculum suum, qui pro auxilio comitis Flandrie ipsi regi guerram moverat[76]. Cui quidem dominus rex per aliquem satis parvum principem resistere potuisset, sed malo suorum fretus consilio nullum in guerra illa comiti Hanoniensi tulit auxilium, cum comes Hanoniensis per[a] dictam confederationem ipsi regi esset obligatus, et ipse rex comiti Hanoniensi per eandem confederationem in omni auxilio debito esset de iure et conditione astrictus. Itaque in guerra comitis Hanoniensis nec eius hominibus vel nunciis vel auxiliatoribus nullus patebat a Hanonia introitus vel exitus, nisi per Tudunum[77] castrum vel per Cymacum. Comes Hanoniensis domini sui ligii episcopi Leodiensis Radulphi, suique consobrini, cum guerra sibi immineret, et in ipsa guerra auxilium debitum requisivit, cui episcopus nullum fecit auxilium. In guerra autem comes Hanoniensis pro metu comitis Flandrie et archiepiscopi Coloniensis filios suos Balduinum, Philippum, Henricum pro maiore et saniore tutela apud Tudunum, episcopi Leodiensis

*fol. 51'. — *fol. 52.

a) ꝑ 1.

71) Forest, arr. d'Avesnes, canton de Landrecies. 72) Belaing a Valencenis ad occid. 73) supra p. 544. l. 4. *Belmontes* nominatum. 74) Carnières, arr. de Charleroy, cant. de Binche. 75) Ghislengien. 76) v. Libr. III. Historiae regum Francorum, Bouq. XVII, 425. 77) Thuin, ad Sambro fluv.

1184. castrum, miserat. Sicque guerra inter comitem Flandrie et comitem Hanoniensem durante,
Iacobus de Avethnis per quendam hominem et commilitonem suum, Willelmum scilicet agnomine Pisiere, domino comiti Hanoniensi insinuavit, quod si aliquis miles eum proditionis redarguere vellet, quin[a] ipse contra comitem Hanoniensem iuste egisset et ab eius hominio legitime recessisset, ipse in quacumque curia provocaretur, scilicet curia regis Francorum vel regis Anglorum, proprii corporis sui duello contra militem illum probaret; quod quidem multis Hanoniensibus probis militibus duellum hoc habere contra illum optantibus, multum placuit. Loco autem et tempore oportuno Iacobus hoc complere recusavit. Guerra illa a
Nov. 1. festo omnium sanctorum usque duodecimam diem ante natale Domini duravit. Tunc autem
Dec. 14. — 1185. per quosdam mediatores inter comitem Flandrie et comitem Hanoniensem treuge concesse
Ian. 13. *fol. 52'. usque ad octavas[b] epyphanie fuerunt *firmate; in quibus treugis comes Flandrie ducem Lovaniensem et Iacobum de Avethnis posuit. Firmatis itaque utrinque treugis, comes Hanoniensis auxiliatoribus suis in guerra expensarum[c] vadia largissime liberans et perdita sua eis restituens, benignam cum gratiarum actionibus recedendi eis concessit licentiam, stipendiariisque suis universis, tam militibus quam clientibus, equitibus et peditibus et balistariis servicia sua honorifice et gratissime remuneravit. Deinde ipse comes Hanoniensis
Dec. 25. ad dominum regem Francorum in natali Domini apud Laudunum accedens, cum multis probis militibus inde cum ipso rege venit ad colloquium quod ipse rex habuit cum comite Flandrie inter Compendium et Causiacum, infra octavas[d] natalis Domini. In quo colloquio Eustacius iunior de Ruez et Osto de Trasiniis certatim paratos se et voluntarios offerebant ad provocandum Iacobum de Avethnis ad duellum, quia male contra dominum suum ligium comitem Hanoniensem egisset. Sed quia ipse in induciis comitis Flandrie erat, sine ipsius comitis Flandrie licentia super hoc comes Hanoniensis illum ab aliquo provocari non permittebat, ne in aliquo fidem super induciis datam ledere videretur. Attamen comes Hanoniensis, audientibus universis, a Iacobo requirebat ut verbum Valencenis mandatum et propositum prosequeretur, et apud comitem Flandrensem ut sine fidei lesione conveniri posset. Iacobus propositum illud nolens prosequi, umbra treugarum comitis Flandrie satis indecenter tectus, ad hoc respondere nolebat, quantum ad honorem probi militis et viri nobilis pertinebat. Ibi autem inter comitem Flandrie et dominum regem Francorum et eius auxiliatorem comitem Hanoniensem treuge fuerunt firmate usque ad proximum instans
— 1185. Iun. 24. sancti Iohannis festum[78].

In diebus illis comes Hanoniensis a quodam homine suo ligio, qui castellanus de Fanmars[79] dicebatur, bona quedam que ille ab eo tenebat acquisivit, emptione interveniente, scilicet donationem prebendarum in Condatensi ecclesia tredecim et gentem de Staplo Valencenensem et molendina quedam in Valencenis et medietatem ville Artre[80] et 25 hominia militum et omnia que ipse a comite tenebat.

*fol. 53. *Tempore illo Gossuinus de Waurin, miles probus, Helini de Waurin Flandrensis senescalci frater, occiso quodam serviente comitis Flandrie Lamberto nomine, ad comitem Hanoniensem venit; quem comes Hanoniensis commilitonem sibi retinuit, et in ipso anno ei uxorem dedit consanguineam suam Adam viduam, Eustacii de Ruez filiam, prius Nicholay de Bouleirs[e], postea Drogonis de Boziis uxorem, et eidem Gossuino comes Hanoniensis ... libratas[f] terre in villa Kerinen prope Valencenas in feodo ligio assignavit. Et in eodem anno Balduino Karum Idam de Iacea, nobilissimam consanguineam suam, viduam, Raineri de Iacea primo uxorem, dedit uxorem, probitatis eiusdem militis respectu.

1185. Apr. 21. Deinde termino paschali, anno Domini 1185, cum treuge inter regem Francorum et comitem Flandrie finem necdum cepissent, quidam miles nobilis castellanus de Perona castrum suum Brainum[81] quod a comite sepedicto Flandrensi et Viromandensi Philippo diu quocumque modo tenuerat, in manus regis Francorum tradidit, et illud ab ipso rege in feudo recepit, quod dominus rex contra comitis Flandrensis minas militibus munivit. Quapropter comes Flandrie et Viromandie Philippus, commoto exercitu, ipsum castrum obsedit.

a) q̃n 1. b) oct' 1. c) expeñ 1. d) oct' 1. e) Bonleirs 1. f) libãtas 1. *Iacobus de Guisia habet:* sexaginta. *Lib. XVIII. cap.* 15.

78) Consentit Cont. Aquic. l. c. p. 423 ad a. 1185, ubi leguntur haec: *Post festivitatem sancti Iohannis induciis finitis* etc. 79) Hoc verbum contractum est ex *Fanum-Martis*, est autem locus *Famars* in Gallia, cant. et arr. de Valenciennes. De origine verbi cf. etiam Duvivier l. c. p. 31. 80) Artres prope Valenciennes. 81) Braine in regione Suessionensi.

Dominus autem rex ad subveniendum castro sibi concesso, et militibus in illo positis, exercitum suum undique contra comitem Flandrie commovit, et Bonam[82] villam super Summam[83] fluvium prope Ambianum[84] civitatem in viribus suis venit, et ibi mansit. Econtra comes Flandrie et Viromandie Philippus cum exercitu venit ex altera parte fluvii. Exercitus domini regis Francorum Philippi fuit per existimationem in duobus milibus militum et in 140 milibus tam equitum quam peditum. Dominus equidem rex et comes Flandrie cum exercitibus suis ibi per tres ebdomadas manserunt. Comes vero Flandrie et Viromandie milites circiter 400 et homines tam equites quam pedites circiter 40 milia habebat. Nec mirum si comes Flandrie solito pauciores secum habebat milites et alios homines, cum ipse contra dominum regem Francorum et suos Ribemontem, Sanctum Quintinum, Canniacum, Bellumlocum, Torotam Causiacum, Rissuns, Lacheni, Monsdidier[a], Hangest, *Bulas, Milli, Pois, Belcasne[85], Ambianensem civitatem et alia multa militibus et servientibus equitibus et peditibus munivisset, nec aliqui in marchia constituti homines pro custodia rerum suarum ad exercitum venire auderent. Similiter contra comitem Hanoniensem castra, Castellum in Cameracesio[86], Duacum, Cawercin, Sclusam, Aldenardam, Geralmontem et alia multa tam militibus quam servientibus equitibus et peditibus munire oportebat comitem Flandrie, nec hominum terrarum illarum aliqui pro suarum custodia rerum terram suam exire audebant. Insuper auxilium ducis Lovaniensis et illius virium magnarum et auxilium Iacobi de Avethnis et suorum pro guerra comitis Hanoniensis ipsi comiti Flandrie defuit. Preterea auxilium comitis Hanoniensis si habuisset cum illius viribus, sicut solebat, satis domino regi restitisse potuisset. Interim comes Hanoniensis, commoto exercitu, terram Iacobi de Avethnis, predis multis factis igneque apposito in maiori et meliori parte vastavit. In qua vastatione villas circiter 110 succendit, vastataque terra illa ad dominium Avethnense pertinente, ipse comes cum exercitu suo inde remeans, in terram comitis Flandrie versus Geralmont et terram ducis Lovaniensis transire proposuit. Et cum in pratis de Bossut[87] super Hainam fluvium cum exercitu suo esset, nuncios regis Francorum habuit, ut cum festinatione ad ipsum accederet, et comiti Flandrie et eius auxiliatoribus interim pacem teneret. Colloquium etenim inter dominum regem et comitem Flandrie nominatum erat. Comes vero Hanoniensis graviorem de hostibus suis intendens sumere vindictam, super induciis illis doluit, et colloquium nominatum sibi displicuit; attamen quia de consilio suorum hominum agere semper consueverat, ipsorum consilio ad dominum regem Francorum per terram comitis Flandrie, ipsius comitis licentia et conductu habito, transivit. Quem apud Bonamvillam cum exercitu suo invenit. Ex altera parte aque Summe comes Flandrie cum exercitu suo sedebat. Ubi de pace inter dominum regem Francorum et comitem Flandrie tractabatur. Pacis autem erat forma, ut comes Flandrie comitisse de Bellomonte Aenore Causiacum, Rissuns, Lascheni statim redderet tamquam hereditatem suam, et ei in winagio de Roia 200 libras annuatim assignaret. Domino autem regi Francorum comitatum *Ambianensem et omnia hominia illius, Monsdidier[b] cum appenditiis illius et hominiis, Causiacum, Torotam, hominia de Bretuel[88], de Pois, de Milli, de Bules, de Hangest, vicedominium de Pinkini[89], dominium de Bona, dominium de Moruel et alia in partibus illis ex assensu ipsius comitisse Aenore de Bellomonte, ipsius terre iusta herede, perpetuo possidenda daret. Comes autem Hanoniensis in amorem et confederationem comitis Flandrie et eius hominium[c] rediret[d], scilicet de 500 libris quas comes Hanoniensis in winagio de Bapalmis habebat annuatim pro reclamatione hereditatis Duacensis et pro matrimonio suo, salva tamen confederatione quam cum domino rege Francorum comes Hanoniensis firmaverat, Iacobus autem de Avethnis pacem comitis Hanoniensis haberet et in eius ligium hominium rediret. Cuius quidem pacis ordinatio domino regi Francorum placuit admodum, satisque placere debuit, cum ipse per hanc pacem non solum honores nominatos lucraretur, verum etiam Noviomum civitatem suam et Corbeiam et Monasteriolum supra mare[90] et Sanctum Richerum[91] in Pontiaco, villas regales viribus comitis Flandrie hactenus astrictas et suis castris circumdatas, ulterius in pace et ad suam

1185.

*fol. 53'.

*fol. 54.

a) Mōsdid' 1. b) mondisdier 1. c) hoīm̄ 1. d) *deest* 1.

82) Bonnay, prope Amiens. 83) Somme fluv. 84) Amiens. 85) Ribemont, S. Quentin, Chauny, Beaulieu, Thourotte, Choisy au Bac prope Compiègne, Ressons sur le Mals, Lassigny, Montdidier, Hangest, Bulles, Milly, Poix, Beauquesne cf. pag. 514. sq. 86) Château-Cambresis. 87) Boussu. 88) Breteuil-sur-Noie, dép. de l'Oise. 89) Piquigny, dép. de l'Oise. 90) Montreuil-sur-mér. 91) Saint-Riquier.

1185. voluntatem haberet. Comiti autem Hanoniensi non satis placuit, cum super dampnis suis et hominum suorum et grandibus expensis et malis multis a comite Flandrie et a Iacobo de Avethnis illatis plurimum doleret. Attamen ipsi Iacobo et toti terre sue tam in Hanonia quam Brabantia dampna multa predis et igne et hominum captione et morte nimia detrimenta fecerat. Dominus autem rex[a] comitem Hanoniensem quasi flexis genibus tamquam patrem suum et summum post Deum auxiliatorem orabat, ut huic paci acquiesceret pro ipsius regis tanto incremento. Videns autem comes Hanoniensis domini regis, generi sui, maximum honoris incrementum et honoris comitis Flandrie maximum detrimentum, quod ab universis ex utraque parte in colloquio[b] ab ipso comite Hanoniensi[b] procedere dicebatur, voluntati ipsius regis acquievit, et eandem pacem fieri laudavit, domino rege sibi bona multa promittente, sed non satis secundum promissa ad maiores necessitates prosequente. Predicta castra Aenore comitisse Bellimontis libere fuerunt reddita; alia vero, sicut supra dictum est[c], domino regi et regno[d] ex ipsius comitisse assensu fuerunt tradita. Que[e] *fol. 54'. *castra a comite Flandrensi et Viromandensi reddita tam propria quam feoda[e] usque ad 65 cum una civitate, Ambianensi scilicet[f], computata fuerunt[g]. Patet igitur de malis que per Lembecham, sicut supra dictum est, evenerunt contra comitem Hanoniensem primo, deinde contra Iacobum de Avetnis, postea contra comitem Flandrie. Comes Hanoniensis in hominium et confederationem comitis Flandrensis, salva confederatione domini regis, rediit; Iacobus in hominium ligium comitis Hanoniensis reversus est. Iacobus de Avethnis[h] summus[i] comitis Flandrie consiliarius[i] pro hac[k] pace facienda et ad tot castra domino regi danda premium[l] occulte promissum scilicet[l] 100 libratas terre in feodo ab ipso domino rege habere debuit; quod[m] quidem usque ad donationem feodi illius paucis notum fuit[m]. Quas quidem 100[n] libratas terre[n] dominus rex postea ipsi Iacobo apud Crispiacum in Laudunesio assignavit. De pace illa et Tubisa duci Lovaniensi et Wasnacha comiti Hanoniensi restituta fuit. In colloquio autem pacis facte Robertus de Bona, vir nobilis et magni nominis, qui in multis regionibus multa gesserat mirabilia, unde adhuc quedam scripta sunt, facto novo hominio domino regi, comiti Flandrie quem oderat in obprobrium dixit: *Domine comes, hactenus homo vester fui, nunc autem Deo volente pro vobis factus sum et vobiscum in curia domini regis habeo iudicare*[o].

Eodem anno comes Hanoniensis murum castri Montensis exaltari et propugnaculis ornari fecit, turrim renovavit, fossatum magnum, multis prostratis domibus, ad tuitionem maiorem ipsius ville et patrie, sicut olim a multis annis fuerat, fieri fecit. Murum Bincii renovari et exaltari fecit. Turrim de Braina Wilhotica exaltari et superiore testudine construi fecit. 93 Turrim de Bulceno[93] exaltari et testudine construi fecit, et muros ipsius ville renovavit. Turrim de Ramis[94] exaltari et superiore testudine ornari fecit. Fossatum maximum Valencenis et tunc et postea construi fecit. Bellummontem muro circumdedit. Ath murum exteriorem circa mansionem suam fecit. Hec enim ipse comes Hanoniensis, vir prudens et animosus, contra versutias quorumcumque hostium et adversariorum construebat, *fol. 55. *quia in paucorum promissis vel debitis fidem sanam invenerat.

Cum autem inter regem Francorum et comitem Flandrie de pace tractabatur, dux Lovaniensis Godefridus et filius eius Henricus iunior dux, commoto exercitu, in comitem Namurcensem insurrexerunt. Unde comes Hanoniensis a loco supra dicto pacis facte rediens, nuncios apud Cameracum habuit. Ipse autem, commoto cum festinatione exercitu, tercia die post auditos rumores ad auxilium avunculi sui in terram Namurcensem venit, quia pacem novam de Hanonia et Brabantia factam infringere nolebat; veniensque cum 300 militibus et hominibus tam equitibus quam peditibus circiter 30 milia, avunculum suum cum 200 militibus et hominibus equitibus et peditibus circiter decem milia invenit[p]. Dux autem Lovaniensis, audito adventu comitis Hanoniensis, omnes predas terre sue in marchia contra terram comitis Namurcensis iacentes, et omnia mobilia que in burgo quod Gembluez dicitur, congregari fecit, ibique meliores et fortiores burgenses et servientes et aliquot milites ad defensandum posuit. Duce autem cum multis militibus et hominibus equitibus et peditibus illinc prope astante, comes Hanoniensis cum comite Namurcensi

a) *add.* 2: Francorum. b) in coll — Han. *des.* 2. c) sic. supr. est *des.* 2. d) et regno *des.* 2. e) Que — feoda *des.* 2. f) videlicet Ambianensi 2. g) comp. fuer. *des.* 2; *sequuntur in* 2 *haec:* Ex quibus patet quanta mala venerunt ex Lembecca prout superius propositum fuerat. h) Avesnis 2. i) 2 *habet haec:* summus consiliarius Philippi comitis Flandrie. k) dicta 2. l) premium — scil. *des.* 2. m) quod — fuit *des.* 2. n) 100 — terre *des.* 2. o) indicare 1. p) *deest* 1.

93) Bouchain. 94) Raismes.

Gemblodium invasit, homines autem in ea positi diu et viriliter se defendentes, Hanonien- 1185. sibus et Namurcensibus resistebant. Tandem ipsa villa per vires comitis Hanoniensis capta est, homines autem illi post captionem ville in domibus et in monasterio se diu defensaverunt, sed nec monasterium eis potuit esse refugium securitatis vel defensaculum fortitudinis. Ipsa villa igne concremata est[95], homines ducis ibi multi occisi sunt, capti autem circiter tria milia[a]. Hanonienses illinc multos equos et alias bestias multas et arma, vestes et alia multa mobilia abstraxerunt. Deinde comes Hanoniensis cum avunculo suo villam, que Mons sancti Wiberti[96] dicitur, et villas alias multas, vidente eciam duce, succendit. Destructio autem illa in Gemblodio facta ducem et terram suam ex dampnis factis et hominum occisionę et captione graviter afflixit. Patet itaque cum aliis dampnis predictis id malum a Lembecha processisse ad detrimentum ducis Lovaniensis. Sic autem comes Hanoniensis de hostibus suis parvo in tempore gravem *sumpsit vindictam, scilicet de comite Flandrie pro tantorum *fol. 55. castrorum supradicta redditione et de Iacobo de Avethnis per terre sue magnam combustionem et depredationem et de duce Lovaniensi per destructionem Gemblacensem.

Eodem tempore, post factam pacem cum rege Francorum, Philippus comes Flandrie ad dominum suum et consanguineum Henricum Romanorum regem, Frederici imperatoris filium, in Theutoniam transivit, et de domino rege Francorum et de comite Hanoniensi gravem fecit querimoniam. Mirabatur autem rex Henricus quod ipse comes suum auxilium, quod ipsi comiti contra regem Francorum fuerat paratum, non expectasset, cum ipse rex Romanorum auxilium ei ferre proposuisset per utramque Lotharingiam, scilicet per Brabantiam et Hanoniam et per Metensem regionem; attamen ipse rex Henricus iterum ei auxilium promisit. Dominus autem rex Francorum paulo post comitem Flandrensem convenit, ut sibi castrum quod edificaverat novum, Belcasne scilicet, ex predicta compositione liberum dimitteret, dicens illud ad dominium Ambianense pertinere, comes autem Flandrie illud de dominio Attrebatensi esse dicebat. Itaque dominus rex Francorum comiti Flandrie inde diem constituit aliquando Compendii, aliquando Parisius; ad quas dies comes Flandrie venire recusabat expectans auxilium domini Henrici regis Romanorum. Unde ipse rex Romanorum ad suggestionem comitis Flandrie et archiepiscopi Coloniensis et ducis Lovaniensis Leodium tempore autumpnali venit, ad proquirendum auxilium contra regem Sept. Francorum et ad comitem Hanoniensem opprimendum, ut ab amore et confederatione regis Francorum separaretur, et eciam terra eius per transitum regis Romanorum vastaretur. Dominus equidem rex Romanorum Leodium venturus, comiti Hanoniensi districtius mandavit, ut illuc ad se veniret. Comes autem Hanoniensis illuc ire disponens, usque ad Andennam[97] cum militibus circiter 200 venit, et ulterius, quia in curia illa principes erant viri potentissimi, qui sibi inimicabantur, scilicet archiepiscopus Coloniensis Philippus et comes Flandrie et dux Lovaniensis, transire absque sano conductu noluit. Dominus autem rex conductores quos comes Hanoniensis voluit obviam misit, scilicet Coloniensem archiepiscopum, Radulphum Leodiensem episcopum, Conrardum comitem palatinum Reni, Henricum ducem *de Lemborch et Aubertum comitem de Danborch. Dominus quidem *fol. 56. rex Romanorum comitem Hanoniensem summonitionibus districtis coarctabat ut ipsum comitem Flandrie contra regem Francorum iuvaret et ad maius auxilium hominibus suis de imperio contra regem Francorum castra sua in Hanonia deliberaret et transitum per terram suam pararet. Ad hec comes Hanoniensis respondebat quod mirabatur si comes Flandrie contra dominum suum ligium regem Francorum, cum quo noviter pacem fecerat, et ab eo tamquam eius homo et amicus recesserat, nec postea eum diffiduciaverat, nunc in illius detrimentum laborabat. Dicebat eciam comes Hanoniensis, quod comitem Flandrie iuvare debebat. Dicebat eciam comes Hanoniensis, quod hominibus regis Romanorum castra sua reddere non debebat, nec transitum eis per terram suam pararet, cum in hoc vastatio terre sue immineret. Ipse enim in marchia imperii Romanorum et regni Francorum manens, terram suam custodire debebat in eorum guerris. Insuper dicebat comes Hanoniensis, quod terram totam Hanoniensem ab episcopo Leodiensi, qui ibi aderat, tenebat, quem nunquam fefellerat, sed ei semper quidquid debebat fecerat tamquam domino suo ligio.

a) m 1.

95) Cf. De combustione mon. Gembl. auct. Guiberto M. G. SS. VIII, 563. — Cont. Aquic. l. c. p. 424 incendium ad a. 1186. refert. 96) Mont St. Guibert, a Wavre ad meridiem, in Brabantia provincia. 97) Andenne a Namur ad orientem.

1185. Unde eciam comes Hanoniensis dicebat, quod si dominus suus Leodiensis episcopus aliquid super terra sua vel castris suis haberet dicere, ipsi statim per consilium parium suorum paratus erat de iure satisfacere. Quo audito Leodiensis episcopus de consilio ecclesie sue et hominum suorum domino regi Romanorum offerebat, quod si quid adversus eius fidelem comitem Hanoniensem haberet dicere, de eo quicquid pares sui principes imperii iudicarent[a], faceret. Itaque comes Hanoniensis imperterritus a curia illa cum malivolentia regis Romanorum sibi graviter minantis recessit, nullam boni spem habens in ipso rege Romanorum potentissimo, sed potius eius grandia expectans gravamina. Contra quem cum ipse comes Hanoniensis sibi et terre sue viriliter et astute providisset, Dominus eum a tantis minis eripuit. Cum equidem dominus rex Romanorum auxilium comiti Flandrie pararet, et in comitis Hanoniensis malum per terram suam transire proponeret, comes Flandrie cum domino rege Francorum treugas firmavit, inscio et inconsulto ipso rege Romanorum[1].

Eodem tempore autumpnali comes Namurcensis Henricus instinctu Coloniensis archiepiscopi et comitis Flandrie et ducis Lovaniensis, qui in exheredationem comitis *fol. 56. Hanoniensis moliebantur, Agnetem *uxorem suam a se per 15 annos remotam, Ottonis comitis de Gelhra sororem, comitis Hanoniensis in secundo gradu consanguinitatis consanguineam, recepit, que cito concepit filiam, quam postea mense Iulio peperit, Ermensendem nominatam. Unde mala multa comiti Namurcensi et toti terre sue et labores comiti Hanoniensi et suis ducique Lovaniensi dispendia et detrimenta grandia evenerunt; que omnia a Lembecha malam sumpserunt originem.

Dec. 1. Eodem anno in adventu Domini, cum ex mandato regis Francorum comes Hanoniensis ad ipsum apud Senonensem civitatem[2] accessisset, et in loco quodam in partibus illis cum comitissa Campanensi[b], sorore sua, colloquium haberet dominus rex, comes Hanoniensis qui colloquio intererat, ab ipsa comitissa et archiepiscopo Remensi et Theobaldo comite et Stephano comite et duce Burgundie coarctatus[c] fuit, ut conventiones matrimoniorum de pueris suis et pueris comitisse Campanensis firmatas fide interposita et iuramento prestito teneret, cum filius comitis Hanoniensis primogenitus iam annos et Maria comitisse Campanensis filia annos ad conveniendum in matrimonio sufficientes haberent. Comes autem Hanoniensis inducias super hoc requirebat, quousque Yolendis filia sua tantos annos haberet, quod Henricus comes Campanensis iuvenis eam rationabiliter posset ducere uxorem[d]. Quas quidem inducias habere non potuit, cum filius suus primogenitus Balduinus et Maria comitisse Campanensis filia annos ad hoc haberent sufficientes. Illis autem inducias super hoc comiti Hanoniensi[e] negantibus, suumque auxilium comiti Hanoniensi plurimum promittentibus, timens comes ipse religionem sue fidei ledere, illinc Trecas[3] civitatem veniens, ibi matrimonium Balduini Hanoniensis et Marie Campanensis 1186 Ian. 13. contrahendum in sequentis epyphanie octavis[f] utrinque iuratum fuit. Iuratum eciam fuit utrinque, quod quando Yolendis comitis Hanoniensis filia etatem ad nubendum sufficientem haberet, Henricus comes Campaniensis eam sine occasione et[g] dilatione duceret uxorem, quod quidem ipse Henricus comes Campaniensis annos 16 aut plures habens iuravit. Iuravit eciam pro parte illius[h] mater eius Maria Campanensis comitissa et eorum homines *fol. 57. multi nobiles. *Unde eciam dominus Willelmus Remensis archiepiscopus, comitis Campanensis avunculus, obsidem se constituit. Iuravit eciam comes Hanoniensis et sui homines ibidem presentes. Que quidem iuramenta postmodum[i] male fuerunt observata, non enim illis suffecit ut in iuramentis illis comitem[k] Hanoniensem fallerent, sed ut per aliud[l] quesitum matrimonium in exheredationem eius nimiam[m] laborarent, sicut[n] in subsequentibus dicetur. Iuxta hanc quidem compositionem Balduinus[o] comitis Hanoniensis filius, etatem habens 13 annorum, Mariam comitis Campanensis sororem accepit uxorem, etatem 12 annorum habentem, apud Castellum Tyeri[p] [4]. Que quidem Maria obsequiis divinis in orationibus, vigiliis, ieiuniis et elemosinis satis iuvenis cepit intendere; quam vir eius Balduinus, iuvenis eciam miles, caste vivendo, spretis omnibus aliis mulieribus, ipsam

a) indicarent 1. b) Campanie 2. c) coartatus 2. d) in uxorem 2. e) comiti Han. *des.* 2. f) oct 1. g) occasione et *des.* 2. h) eius 2. i) *deest* 1. k) ut in dictis iuram. com. 2. l) alium 2. m) nimium 2. n) prout 2. o) Balduini 2. p) Thiery 2.

1) Cf. Toeche l. c. p. 536, qui diserte docuit Gislebertum hoc loco plus iusto partes fovisse. 2) Sens. 3) Troyes. 4) Château-Thierry ad fluvium Marne.

solam cepit amare amore ferventi, quod in aliquo homine raro invenitur ut soli tantum intendat[a] mulieri et ea sola contentus sit. Nuptiarum quippe sollempne gaudium Valencenis in copia militum et dominarum et cuiuscumque conditionis hominum fuit celebratum. 1186.

In diebus illis comes Hanoniensis villam quamdam, suum proprium allodium quod a quibusdam nobilibus acquisierat, Bailueiz[b, 5] scilicet[c], prope Cymacum[d], Egidio ipsius castri domino, fideli suo consanguineo[e], in augmentum[f] feodi sui dedit, qui quidem Egidius ipsam villam Bailueiz[g] et villam Mominiis[6], quam novam instituerat, stagio Montensis castri addidit.

Eodem anno tempore quadragesimali, anno scilicet 1185[h], cum dominus rex Francorum cum domino[i] rege Anglorum et comite Flandrie super querela supradicta de Belcasne[k] colloquium inter Triam et Gisors[6'] habuissent, in quo colloquio comes Hanoniensis cum domino rege Francorum fuerat, inde revertentes scilicet et rex Francorum et comes Hanoniensis et comes Flandrie, Ambianum[l] civitatem venerunt; ubi comes Flandrie domino regi Francorum pro Belcasne[m] castro retinendo Roiam[n, 7] in Viromandia dedit, rex autem dominio Atrebatensi addi castrum Belcasne[m] concessit. Ibidem dominus rex Francorum Mathildi uxori comitis Flandrie, que se reginam appellari faciebat, dotalicium a comite Flandrie sibi concessum confirmavit. Comes autem Hanoniensis et tunc et alias super hoc *requisitus, illud approbare nolebat. Mart. 10. *fol. 57'.

Tempore paschali, anno dominice incarnationis 1186, comes Hanoniensis, habito secretariorum[o] et familiarium suorum consilio super debitis suis magnis pro expensis et militum et servientium stipendiariorum remunerationibus, cum comite Flandrie contra regem Francorum et cum rege Francorum aliquando et quandoque per[p] se contra comitem Flandrie et ducem Lovaniensem et Iacobum de Avethnis[q] factis, studiose Montibus in[r] castro suo computavit. Que quidem debita usque ad[s] 41 milia libras[t] Valencenensium denariorum fuerunt computata. Unde comes Hanoniensis, licet dolens, terram suam graviter tailliis[u] opprimendo, partem maiorem et fere totam infra 7[v] menses persolvit. Apr. 13.

Eodem anno et tempore, mense Iulio[8], tempestas quedam magna cum tonitruo et grandine et pluvia a Warda[w] sancti Remigii per mediam Hanoniam in longum transvolans, segetes in campis non solum prostravit, sed totas contrivit, arbores desiccavit, aves in nemoribus et campis et lepores et feras in silvis interfecit, bestias eciam in pascuis occidit, et Hanoniam[x] graviter afflixit. Eodem mense et anno vir nobilis et miles acerrimus et magni nominis Eustacius[y] de Ruez, Eustacii senioris filius, decessit, et[z] in monasterio Sancti Foillani[a] apud Ruez sepultus fuit; unde comes Hanoniensis et sui doluerunt. Iul.

Eodem anno, circiter festum sancti Martini, reliquie Parisius in monasterio veteri sancti Stephani sub altari a quodam monacho, Iohanne nomine, Clarevallis, fuerunt invente, cui Deus eas revelaverat in sompnis, quarum reliquiarum inventioni comes Hanoniensis, a domino rege rediens a Monteleherio[9] interfuit. In quibus reliquiis de capillis beate Marie Dei genitricis, caput sancti Dionysii, costa sancti Laurentii, de lapidibus quibus sanctus Stephanus lapidatus fuit, continebatur. Scriptum enim[b] cum reliquiis inventum indicabat quod quedam regina[10], uxor Clodovei regis Francorum, qui primus regum Francorum baptismum suscepit a beato Remigio, templum illud consecrari et reliquias predictas in illo fecerat sigillari, quia *templum illud civitatis Parisiensis capitalis ecclesia olim fuerat, et ibi sedes fuerat metropolitana, que postea ad sedem Senonensem fuit translata. Illinc comes Hanoniensis Cassellum venit, ubi Evrardus Rado duellum contra Iohannem de Cysun[c] aggredi debebat, qui quidem instinctu comitis Flandrie ipsum Evrardum, comitis Hanoniensis consobrinum, ad duellum provocaverat. Videns autem comes Hanoniensis, quod comes Flandrie odio gravi Evrardum oderat, quia[d] comes Flandrie dominus erat et iusticiarius duelli, laudavit Evrardo ut si pacem facere posset, faceret antequam duellum aggrederetur, per illius iusticiam per quem et pro quo ad duellum provocatus erat. Itaque c. Nov. 11. *fol. 58.

a) *vel* incendat 1. b) Baillues 2. c) *deest* 2. d) Cimacum 2. e) suo et cons. 2. f) augmento 2. g) Baillues 2. h) MCLXXXVI. 2. i) dicto 2. k) Belcane 1; Belcaisne 2. l) Ambianis 2. m) Belcaisne 2. n) Royam 2. o) secretario 2. p) pro 2. q) Avesnis 2. r) *deest* 2. s) a 2. t) lb 1; librarum 2. u) taillis 2. v) sex 2. w) a villa f Warda 2. x) hañ 1. y) Eustachius 2. z) dec. et *des.* 2. a) Foilliani 2. b) autem 2. c) Cisun 2. d) qui 2.

5) Bailleux, a Chimay ad orientem. 6) Momignies, a Chimay ad occid. 6') Trie, départ. de l'Oise; Gisors, départ. de l'Eure. 7) Roye, a Montdidier ad orient. 8) *pridie Kal. Iulii*, Cont. Aquic. l. c. p. 424. 9) Montlhéry, a Parisiis ad meridiem. 10) Clotildis.

Evrardus pacem faciens, castrum suum Moretaniam[11], quod in allodio tenebat, situm quidem in comitatu Hanoniensi, quod quidem castrum comes Flandrie de feodo suo esse dicebat, ab ipso comite Flandrie in feodo accepit; et illud dominio[a] Flandrie fuit additum.

1187. Adveniente inde[b] termino paschali, anno Domini 1187, comes Namurcensis in malum
Mart. 29. et exheredationem comitis Hanoniensis nepotis sui laborans, dum ei amicicie vultum[c] pretenderet, conventiones matrimonii filie sue parvule Ermensendis[d], nundum annum habentis, comiti Campanensi Henrico tradende, per nepotem suum Manasserium comitem Retensem, comitis Campanensis hominem, firmavit, occulte promittens illi totius terre sue hereditatem, cum ipse comes Campanensis comitis Hanoniensis iurasset filiam accipere uxorem. Quod cum comiti Hanoniensi fuisset intimatum, ipse nuncios suos, scilicet dominum Lambertum, venerabilem abbatem Sancti Gisleni[e], et Gislebertum clericum suum, ad dominum imperatorem Romanorum Fredericum transmisit, ut hec ei significarent et eius voluntatem super hoc audirent. Quibus dominus imperator apud Tullum[12] civitatem in
Mai. 17. Lotharingia[g] respondit in sollempnitate pentecostes, quod, post decessum comitis Namurcensis et Lusceleborch[h], omnia feoda de dono suo erant, et ea nemini concederet, nisi soli[i] comiti Hanoniensi[k], cui[l] et feoda et allodia in curia Maguntina[m] confirmaverat; in allodiis autem comitis Namurcensis neminem de regno Francorum illi succedere permitteret. Imperatore autem comiti Hanoniensi multa bona promittente, ipsi[n] nuncii ad dominum comitem Hanoniensem reversi sunt.

*fol. 58'. Tempore illo cum miles probissimus Osto de Trasiniis[o], homo et commilito comitis Hanoniensis, a transmarinis partibus fuisset regressus[p], dominus comes ad augmentum
13 feodi sui et stagii Montensis dedit villam in Brabantia Abechias[13] et partem quam in winagio[q] de Haspre[14] habebat.

Eodem anno[15], scilicet 1187, Richardus[r] regis Anglorum filius adversus dominum regem Francorum intercepit[15*]. Unde dominus rex Francorum contra illum, qui Pictaviam et Gasconiam tenebat, exercitum movit, et castra, que ab illo et a[s] patre eius Henrico rege Anglorum tenebantur, occupando, scilicet Issodunum[t, 16] et alia quedam, usque ad locum qui Castellum Radulphi[17] dicitur, cum exercitu suo pervenit, et dimidio miliari a castro illo tentoria sua fixit. Rex autem Anglorum et filii sui Richardus et Gaufridus[u] et Iohannes cum exercitu suo in castro illo erant[v]. In auxilium autem regis Francorum comes Hanoniensis cum 110 militibus electis et 80 servientibus equitibus loricatis in propriis expensis venit, et ibi et in reditu in propriis expensis semper fuit. Cum autem nullis
Iun. 23. mediantibus ad pacem vel treugas convenire possent, in vigilia beati Iohannis baptiste ad bellum utrinque[w] armati fuerunt. Cum autem super primo bello habendo comes Flandrie Philippus cum comite Campanensi Henrico coram rege contenderet, et quisque in hoc ius reclamaret, dominus rex de consilio principum suorum illud primum bellum comiti Hanoniensi commisit. Armatis equidem universis, homines comitis Hanoniensis ad videndum decentes erant, cum omnes milites eius, excepto solo[x] milite probissimo Balduino scilicet de Strepi, equos ferreis[y] coperturis ornatos haberent. De servientibus autem plures equos ferro coopertos habebant, armati ut milites. Viris autem religiosis mediantibus, treuge inter reges fuerunt firmate. Castra quidem que rex Francorum occupaverat sibi tenenda remanserunt.

Iul. Eodem anno, mense Iulio, Henricus comes Campanensis Namurcum venit, ibique per se et per homines suos milites probos, quibus tunc Campania[z] florebat, filiam comitis Na-
*fol. 59. murcensis iuravit se accepturum[a] uxorem, quam in partes suas, *unum annum habentem, vehi fecit. Comes autem Namurcensis ibi securitates ab hominibus suis super terra sua

a) domino 2. b) autem 2. c) dum omni am. voltum 2. d) ermentsendis 2. e) Guisleni 2. g) Lothoringia 2. h) Luscebourg 2. i) *deest* 2. k) *addit* 2: tantum. l) *deest* 2. m) megunciaria 2. n) multi 2. o) Trasigniis 2. p) reversus 2. q) homagio 2. r) Ricardus 2. s) *deest* 2. t) Yssodunum 2. u) Ricardus Godefridus 2. v) erat 2. w) utriusque 2. x) uno 2. y) ferreos 2. z) campus 2. a) accepturam 2.

11) Mortagne. 12) Toul, falso Annales Colonienses maximi M. G. SS. XVII. p. 792 dicunt: *pentecosten Aldeburg celebrat.* 13) Aubechies, arr. de Tournay, cant. de Quevaucamps. 14) Haspres, arr. de Valenciennes, cant. de Bouchain. 15) Certe ad a. 1186. trahendum, quamvis magna scriptorum pars annum 1187. habeat. Gaufridus filius regis Angliae iam a. 1186. mortuus est. Cf. Cont. Aquic. l. c. p. 424 ad a. 1186. et Rigordum de Gestis Philippi Augusti apud Bouq. XVII, 21. 15*) i. e. surrexit. 16) Issoudun, dép. de l'Indre. 17) Châteauroux, dép. de l'Indre.

post decessum suum obtinenda, tam a militibus quam servientibus et burgensibus per totam terrem suam[a] exhiberi fecit, quod audiens comes Hanoniensis Namurcum cum probis et discretis viris simpliciter et[b] sine armis venit, comitemque Namurcensem avunculum suum in atrio Sancti Albani inventum et eius homines et burgenses et milites summonuit, ut securitates et fidelitates patri suo et matri sue primo, deinde sibi factas observarent, tamquam super iusta hereditate sua; comitemque Campanie[c] rogavit et inhibuit, ut hereditatis sue securitates vel hominia sibi non usurparet; proponens ei, quod ipse filiam suam accipere uxorem[d] iuraverit, et sui homines, qui presentes aderant, idem iuraverant. Comes autem Namurcensis fidei et iuramenti religionem erga nepotem suum nequaquam observans, matrimoniumque filie comitis Hanoniensis cum comite Campanie[e] primo iuratum contempnens, comiti Campaniensi securitates et hominia ab hominibus suis, contradicente comite Hanoniense[f] et reclamante, fieri fecit. Quas quidem fidelitates et hominia homines comitis Namurcensis, quidam pecunia a comite Campanensi accepta, quidam metu comitis Namurcensis, ab eo coacti fecerunt. Audiens autem comes Hanoniensis, quod dominus imperator Romanorum[g] Fredericus eodem tempore mense Augusto, in assumptione beate Marie, apud Wormaciam principibus suis curiam indixisset[h], ubi domino Philippo Coloniensi archiepiscopo, quem tunc graviter oderat, diem constituerat, illuc nuncios suos, Gossuinum scilicet de Tulin[i], militem discretum, et Gislebertum[k] clericum, notarium suum, misit. Qui in curia coram domino imperatore et principibus suis ius comitis Hanoniensis, quod in terris comitis Namurcensis habebat iure hereditario et ex ipsius comitis dono, et securitatibus et privilegiis comitis Namurcensis confirmatum reclamabant, privilegiaque comitis Namurcensis sigillo roborata[l] super hoc[m] et vetera et nova monstraverunt. Quod audientes universi, super perfidia[n] comitis Namurcensis mirati[o] sunt, quod nepotem suum comitem Hanoniensem, qui eius[p] defensor contra omnes homines fuerat, ita in[q] iure suo defraudaverat. Dominus vero imperator comiti Hanoniensi super his[r] et aliis omne bonum *promittens, universis audientibus principibus et aliis viris nobilibus, dixit et asseruit, quod dum ipse viveret, comes Campanensis vel aliquis potens Francorum princeps comiti Namurcensi[s] in tantis bonis nequaquam succederet. Sicque nuncii illi cum gratia domini imperatoris a curia recesserunt.

1187. Aug. 15. * fol. 59.

Eodem anno Domini 1187, mense Augusto, Elizabet[t] Francorum regina, comitis Hanoniensis filia, filium peperit Parisius Ludovicum, cuius nativitas Francis et Hanoniensibus magnum dedit[u] gaudium[18].

Eodem anno in festo apostolorum Symonis et Iude, Albertus clericus, Leodiensis archidiaconus, Godefridi ducis Lovaniensis filius, Henrici ducis iunioris frater[v], relicto officio clericali, comitem Hanoniensem adiit, ut eum militem faceret. Quem comes Hanoniensis, licet pater[w] illius et frater[x] diutius extitisset invisus, tamen eum honoris intuitu benigne suscepit, et eum honorifice Valencenis militem ordinavit. Oct. 28.

Tempore autumpnali eodem anno, rumores ad Francos et universos[y] ex hac parte Alpium constitutos pervenerunt, quod victis in transmarinis partibus christianis, et rege Ierosolimitano[19] capto cum multis, civitas sancta Iherusalem ab inimicis fidei catholice occupata sit. Unde Gregorius papa, vir sanctissimus, ad Francos et Teutonicos[z] misit Henricum Albanensem episcopum, sancte Romane ecclesie cardinalem, apostolice sedis legatum, hominem admodum discretum et honestum, ad predicandum populis, ut[a] terre Iherosolimitane subvenirent, cum solus, post bellum illud, princeps, Deo volente, ad partes illas venisset, vir probus, princeps potens, discretus et animosus, Conrardus[b] marchio Montis-Ferrati, imperatoris Romanorum et regis Francorum consanguineus, qui solus Acram et Tyrum[c] conservabat continuosque a Sarracenis insultus sustinebat. Quibus auditis rumoribus, statim Richardus dux Aquitanie, regis Anglorum filius, et Philippus Belvacensis

a) *deest* 2. b) simpl. et *desunt* 2. c) camp̃. 1. d) *addit* 2: suam f) Hanoniensi 2. g) Romanus 2. h) indicisset 2. i) Thulin 2. k) Gilebertum 2. l) laborata 2. m) hoc 2. n) perfidiam 2. o) jurati 2. p) *deest* 2. q) *deest* 2. r) ꝧ 2. s) comitis Namurcensis 2. t) elizabeth 2. u) attulit 2. v) *habet pro hoc* 2: super (sup). w) patri 2. x) fratri 2. y) univ. et Francos 2. z) Theut. 2. a) et 2. b) Conradus 2. c) Tirum 2.

18) Iean d'Outremeuse, cod. manusc. bibl. Burgundicae 21, 597 p. 139 haec habet: *En tel an meisme* (sc. 1187) *li 5 jour de Septembre, et es croniques de Saint Donis dist que chu fut li vigiel del assumption nostre dame* (Aug. 14.) *en Auoust, fut neis Loys li fis Philippe le roy de Franche de la reyne Ysabeal filhe al conte de Hennav dont grant joie fut a Paris. Car li pueple per 7 jours toutes les nuis a tout chierges et torches en rendoient loienghe a Dieu.*
19) Guidone

1187. episcopus, et Robertus Drecensis comes frater eius, filii Roberti comitis de Braina, et Iacobus de Avethnis[a] signum crucis sibi[b] assumpserunt, et cum eis et post illos alii multi[c].

*fol. 60. Nov. 29. In adventu vero Domini, colloquium Frederici imperatoris Romanorum et regis Francorum Philippi, inter Iuvir et Mosum[20] constitutum fuit; cui colloquio ut comes Hanoniensis interesset cum eo, dominus rex Francorum primo mandavit ipsi comiti; dominus[d] vero imperator similiter mandavit comiti Hanoniensi, ut cum eo ad colloquium illud veniret. Dominus autem comes, licet nemini illorum hominii fidelitate obligatus esset, tamen[e], quia de imperio erat, ad dominum imperatorem transivit et cum eo in colloquio illo fuit, et inter ipsos[f] dominos, scilicet imperatorem Romanorum et regem Francorum, summus fuit consiliarius. In recessu vero a colloquio, cum in villa quadam Ludovici comitis Cismacensis, comitis Hanoniensis in secundo gradu consanguinei, Vertun[h, 21] scilicet, dominus imperator pernoctaret, comes Hanoniensis sententiam quesivit super illis, qui possessiones aliorum iniuste[i] usurpant et eas per aliquot[k] annos vel tempus iniuste detinent[l]. Unde principes imperii et alii fideles domini imperatoris comiti Hanoniensi et hominibus suis sententiam exposuerunt, quod si aliquis[m] in possessionem alterius intraverit et inde ad dominum clamor factus fuerit, dominus veridicos, qui circummanentes dicuntur, constituere super hoc debet; si quis equidem ex illorum relatione in alterius possessione iniuste inventus fuerit, ipse illi, cuius in hac ius est, possessionem suam liberam in pace dimittere debet, et dampna illata per veritatem illi restituere debet, deinde excessum facti domino comitatus per decem libras denariorum comitatus emendare debet. Homines domini imperatoris iudicatores fuerunt Iohannes cancellarius, Radulphus Leodiensis episcopus, archiepiscopus Maguncie, episcopus Metensis[n], comes palatinus Reni[22], H. comes de Diecea[o, 23], Wernerus[p] de Bollanda, Cono de Minseberch, comes de Leninghis[q, 24], G. comes de Loz[r, 25], F. de Husa[26]. Homines comitis Hanoniensis, quibus iudicium commissum est, Eustacius senior de Ruez, Nicholaus[s] de Barbencione[t], Osto de Trasiniis, Hugo de Crois[u], Almannus de Provi[v], Renerus de Trit, Iohannes Cornutus, Balduinus Montensis castellanus, Gislebertus[w] clericus Montensis prepositus, *fol. 60'. et alii multi. In colloquio equidem illo comes Campanensis apud dominum *imperatorem per se et per patruos suos, Willelmum[x] scilicet Remensem archiepiscopum et comitem Theobaldum et consobrinum suum ducem Burgundie, super terra[y] comitis Namurcensis, ut eius gratiam haberet, laborabat, sed nichil ei profuit. Dominus autem rex Francorum plus pro comite Hanoniensi, quam pro comite Campanensi, nepote et consobrino suo, rogabat imperatorem[27]. Cum autem dominus comes Hanoniensis cum domino imperatore conventiones pro terra illa renovare vellet, dominus imperator benigne comiti respondens dixit, quod nichil novum super hoc absque consensu et presentia filii sui Henrici Romanorum regis ordinare vellet; verum cum filius suus in proximo ab Italia[z] rediturus in Theutoniam perveniret, comes Hanoniensis et[a] ad ipsum imperatorem et ad eius filium accederet. Promisit itaque ei dominus imperator, quod filium suum proprium super sua gratia habenda precaretur. Inde comes Hanoniensis per Bullionem[28] et per Dinant[29] ad propria rediit; et Dec. 24. vigilia natalis[b] Domini Bincium[c] veniens, Dec. 25. ibi die sancto natalis[d] Domini mansit. Inde Valencenis[e] venit ad suscipiendum ibi dominum regem Francorum.

Dec. 27. Dominus equidem rex Francorum tercia die natalis[d] Domini Valencenis[f] venit; quem Dec. 28. comes Hanoniensis honorifice in hospicio suscepit. Quarta autem die Tornacum venit. Inauditum enim erat, quod aliquis antecessorum suorum[g] umquam illuc venisset, sed cives[h], qui semper soli episcopo, domino suo, servierant, tunc voluntati domini regis ita subditi fuerunt, quod postea ipsi regi et in pecunia danda et in suis expeditionibus ad voluntatem suam, servirent[i, 30]. Per vires enim comitum Flandrensium regibus Francorum transitus

a) Avesnis 2. b) *deest* 2. c) 2 *addit haec:* Dominus vero imperator comiti Hanoniensi similiter mandavit, ut cum eo ad colloquium illuc veniret. d) Dominus — veniret *desunt* 2, *sed habet ea prius.* e) tum 2. f) ipsos *deest* 1. h) uterini 2. i) *addit* 2: sibi. k) post a. 1; per aliquos 2. l) retinent 2. m) quis 2. n) Methensis 2. o) Dictes 2. p) Warnerus 1. q) Leninghes 2. r) Los 2. s) Nicolaus 2. t) Barbentione 2. u) Crois 2. v) Prouy 2. w) Gillebertus 2. x) Willermum 2. y) terram. z) Ytalia 2. a) ut 1. b) nativitatis 2. c) Binchium 2. d) Nat' 1. e) Valencenas 2. f) Valenceñ 2. g) *deest* 2. h) *addit* 2: illi. i) servierunt 2.

20) Ivoy et Mouzon. 21) Virton a Luxemburg ad occidentem. 22) Conradus. 23) Henricus. 24) Emicho de Leiningen. 25) Gerardus. 26) Fridericus. 27) Cfr. Toeche l. c. p. 100 n. 1. 28) Bouillon. 29) Dinant. 30) Eo in itinere rex Francorum burgenses Tornacenses obsequio suo devinxit, quibus et communiae leges concessit litteris quas recitat Acherius tom. XI. Spicil. p. 345, tomo deinde XI. ordinationum regiarum insertas p. 248. B.

ad illam civitatem difficilis erat. Isti autem regi per familiaritatem comitis Hanoniensis levior patuit aditus ad suam prorsus explendam voluntatem. A quibus siquidem serviciis domino regi Francorum et in hiis et in aliis sepius prestitis, dominus comes anoniensis minimas grates nullasque remunerationes loco et tempore oportuno accepit, sicut in subsequentibus satis declarabitur.

Eodem tempore et anno, predictus Henricus[a] Albanensis episcopus, cardinalis et legatus 1188. per Franciam multos per[b] suam predicationem ad crucem sumendam convertit. Qui in Hanoniam[c] veniens, a domino comite, tamquam ab abbate ecclesie Montensis, in castro *ipsius *fol. 61. honorifice susceptus, per duas noctes hospitatus est; qui in dominica qua cantatur: *Exurge, quare*[d] *obdormis, Domine*[e], in monasterio beate Waldetrudis divina celebravit. Febr. 21. Ad cuius predicationem vir probissimus Osto de Trasiniis[f] et multi alii milites, et cuiuscumque[g] conditionis homines cruce signati sunt. Comitis autem honorificentia admodum ei placuit. A quo accepta benigna licentia, per Nivellam transivit, ubi multos ad crucem convertit; deinde Lovanium venit, ubi Henricum ducem iuniorem cruce signavit; qui citius, abiecta cruce guerrarum insultus longe lateque multos movit. Inde[h] Leodium ubi symoniam inter cetera vicia vigere nimiam audivit, in ipsum episcopum Radulphum exacerbatus venit. Comes autem[i], austeritatem nimiam domini sui et consobrini considerans, timuit, ne ipse predicationem in populo illius, vel decreta et ordinationes circa ecclesiam sanctam sperneret, ipse Leodium ad dandum consilium et auxilium domino et consobrino suo venit. Cum autem ipse cardinalis et legatus multos in Leodio ad signum crucis convertisset, de symonia predicare cepit[31], et inde ordinare de consilio maiorum Leodiensis ecclesie et tocius episcopatus, cui dominus Radulphus Leodiensis episcopus, homo austerus, et nulli dum posset consilio acquiescens, sed sue voluntati semper intentus faciende, contrarius esset; quem eius consobrinus et fidelis comes Hanoniensis ad voluntatem ipsius cardinalis prosequendam induxit. Congregatis autem in palatio episcopi clericis, scilicet abbatibus, archidiaconis, prepositis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis, aliisque clericis circiter duobus milibus[k], presente et cum cardinali residente episcopo Leodiensi et cum eo comite Hanoniense[l], qui solus laycus omnibus clericorum interfuit consiliis, clerici tam maiores quam minores circiter 400, bona sua, scilicet archidiaconatus, abbatias, preposituras, prebendas ecclesiasticas, parrochias, et alia quam plura beneficia, in manum cardinalis libere resignaverunt, quorum plures ista ab ipso episcopo Radulpho ibidem presente emptione acquisierunt. Dominus autem cardinalis illos a peccato isto absolvens et eis penitentiam iniungens, mutans personatus et alia bona ecclesiastica, quod[m] unus possederat alii conferebat; sicque cuique in alterius bonis[n] iustam recompensationem faciebat, aliquibus ipsa bona, que resignaverant, reddebat. His[o] equidem bonorum *restitutionibus manum apposuit ipse Radulphus Leodiensis episcopus; *fol 61'. Albertus autem, ducis Lovaniensis filius, officio militari abrenunciavit[p] et bonis suis ecclesiasticis et ordine clericali restitutus, cruce ibidem signatus est. Illinc ipse cardinalis et legatus usque Manguntiam[q] civitatem transivit, Mart. 27. ubi dominum imperatorem Romanorum Fredericum et principes multos invenit, et milites et clericos et cuiusque[r] conditionis homines congregatos. Ibi dominus imperator et filius eius Fredericus, dux Suevorum, miles probus et largissimus, cruce signati sunt, et cum eis milites multi, et ibi per totum imperium de potentioribus et valentioribus imperii principibus et aliis militibus, exceptis archiepiscopis, episcopis et aliis clericis et plebe. De signatis autem cruce, tam per imperium Romanum, quam per regnum Francie et per regnum Anglorum, quamplures in transmarinis partibus succubuerunt morti, quidam vero, peracto eciam Christi negotio, tam maiores quam minores inde ad propria redierunt. Eodem tempore et anno, cum rex Francorum Philippus et rex Anglorum Henricus et filii eius et comes Flandrie Philippus, in quodam colloquio inter Triam et Gisors[32] convenissent, Dei inspirante gratia, cruce Domini Ian. 21. signati sunt, scilicet Philippus rex Francorum, Henricus rex Anglorum, Philippus comes Flandrie, Theobaldus comes Blesensis, Stephanus comes[33], Radulphus comes Clarimontis,

a) H. 1. 2. b) ad 1. c) Hanonia 2. d) quaris 2. e) d' 1. f) Trasiniis 2. g) cuiusque 2. h) In 1. 2. i) *addit* 2: Hanoniensis. k) m 2. l) Hanonie 2. m) que 2. n) hominis 2. o) hiis 2. p) renunc. 2. q) Maguntiam 2. r) cuiuscunque 2.

31) Cfr. Aegid. Aureaevall. l. c. p. 133. 32) Trie et Gisors, a Beauvais inter merid. et occid. Ibi a die 13 Ian. usque ad diem 21. eiusdem mensis de pace tractabatur. V. Toeche Heinrich VI. p. 93. Cfr. Rigordum de Gestis Philippi Augusti, Bouq. XVII, 25. 33) Etienne Comte de Sancerre. CH. (Sacri Caesaris.)

1188. multique alii et super discordiis suis usque post reditum suum a Iherosolimis treugas inter se ordinari et firmari fecerunt. Quequidem inducie non satis fuerunt observate, ut postea dicetur. Eodem tempore Henricus dux de Lemborch et Henricus et Walramus[a] filii eius, cruce Domini signati sunt; qua cito abiecta, multa mala[b] et guerras per imperium moverunt. Gerardus comes de Loz tunc cruce signatus est; quam cum per 5 annos et amplius gestasset, iter arripuit. Comes[c] de Hostada tunc eciam cruce signatus fuit, quam cum duobus annis gestasset, iter arripuit[c], et cum in Apuliam ad dominum imperatorem novum Romanorum Henricum venisset, ibi cum eo moram fecit, et cum eo ad propria rediit, ubi
fol. 62. cito post reditum suum mala multa et detrimenta[d] *graviora passus est.

Apr. 17. Anno Domini 1188, termino paschali, audiens dominus comes Hanoniensis quod dominus Henricus rex Romanorum, domini Frederici imperatoris filius, ab Italia[e] in Teutoniam[f] regressus esset, iter ad ipsum dominum imperatorem et eius filium Henricum regem transire proposuit. Cui comes Namurcensis avunculus suus adulari volens, ne ipse nepos eius aliquid in curia imperatoris sibi contrarium machinaretur, Namurci ei obviam venit, amoris et boni copiam ei promittens. Comes attamen Hanoniensis non magis ei credens, litteras deprecatorias ad dominum imperatorem ab illo accepit, et per Lusceleborch[g] et per Treverim civitatem transiens, dominum regem Romanorum Henricum apud Engelehen[h. 34] imperiale palatium invenit, de cuius non tantum quam tunc[i] de gratia patris confidebat. Cum autem comes super negotiis suis pro hereditate sua Namurcensi eum conveniret et precaretur, ipse benigne et amicabiliter ei respondens, eciam apud patrem suum imperatorem auxilium suum et consilium promisit, cum pater suus pro comite precari eum proposuisset, ipsumque comitem cum quibusdam secretariis suis ad patrem suum apud Selestat[k. 35] ultra Renum transmisit, et per secretarios suos missos patrem suum pro comite Hanoniensi precatus est. Quod quidem ipsi imperatori placuit. Ut autem negotium comitis plenius fieret, ipse imperator filio suo Henrico regi mandavit, ut cito ad se accederet. Qui citius ad patrem venit; habitoque, et pater et filius, communi[l] consilio, comiti Hanoniensi super allodiis et feodis avunculi sui gratiam suam concesserunt, quod nunquam ipsi duo
Mai. 16. communiter[m] fecerant, et ei eadem privilegiis suis confirmaverunt[36]. Dominaque Constantia regina, regis Henrici nova nupta, comitis Hanoniensis consanguinea, pro ipso[n] apud dominum imperatorem et eius filius Henricum regem, precibus, quibus poterat, intercedere studebat. Inde comes accepta[o] benignius licentia[p] Namurcum venit, ubi avunculus suus eum expectabat, certus, quod comes Hanoniensis gratiam domini imperatoris et domini regis habebat. Comes igitur Namurcensis, percipiens plenius quod comes Hanoniensis, nepos
*fol. 62'. suus, in curia domini imperatoris, apud ipsum *imperatorem et Henricum[q] regem[r] filium eius communiter[s] et reginam, voluntatis sue petitiones omnimodis consecutus sit, cum ipso comite pacem novam et concordiam fecit, et congregatis hominibus suis multis, militibus, servientibus, clericis et burgensibus in atrio beate Marie, recognovit comes Namurcensis comiti Hanoniensi[t], eum[u] omnium bonorum suorum iustum esse heredem, fide interposita, tactisque sacro-sanctis, iurans, quod nichil ulterius faceret, unde comes Hanoniensis ab hereditate sua alienari posset, qui in[v] omnibus bonis suis ei succederet; et ab hominibus suis, scilicet Clarebaldo de Altaripa[w], et Bastiano de Gordinis, et Godefrido de Orbais[x], et Theoderico de Faan, et Willelmo[y] de Mosain, Iberto de Ais, Henrico de Merlemont, Willelmo[z] de Unghesiis, Iohanne de Golesinis, et aliis multis, securitates et fidelitates sepius antea factas renovari fecit, ibique comes Namurcensis comiti Hanoniensi iusticiam et provisionem terre sue commisit; promittens ei, se omnimodis laboraturum ad hoc, ut filiam suam rehaberet, et a conventionibus, quas cum comite Campanensi firmaverat, recedere vellet. Comes autem Hanoniensis ei iuravit cum hominibus suis, quos ibi secum habebat, quod comitem Namurcensem contra omnes homines iuvaret, et eius terram et honorem bona fide conservaret, debitamque in terra illius iusticiam exerceret. Unde ipse comes

a) Waleranus 2. b) *deest* 2. c) Comes — arripuit *desunt* 2. d) *addit* 2: et. e) Ytalia 2. f) Theut. 2. g) Luscheleborch 2. h) Enghelehen 2. i) tantum quantum 2. k) Selescat 1; Celestat 2. l) *deest* 2. m) comiti 2. n) ipsum 2. o) accepta *deest* 1. p) liceñ 1. q) H. 2. r) regis 2. s) comitis 2. t) comitem Hanonie 2. u) *deest* 2. v) quin in 2. w) Altarippa 2. x) Orbaix 2. y) Guillermo 2. z) Willmo 2.

34) Ingelheim. 35) Seligenstadt ad Moenum fl. 36) Diploma Heinrici datum Seliginstad XVII. Kal. Iun. (Mai. 16) adhuc exstat. Typis datum est apud Prutz Heinrich der Löwe p. 489, Toeche l. c. p. 606. Cfr. Stumpf nr. 4628.

Hanoniensis onus et laborem[a] in propriis expensis suis sibi assumpsit, et postpositis aliis multis negotiis, terre Namurcensi in omni bono et pace providere intendebat. 1188.

Tempore illo et anno, cum Gerardus de Sancto-Oberto, vir nobilis, comitis Hanoniensis homo et consobrinus, contra milites quosdam discordiam haberet, et unum de illis servum suum esse assereret, scilicet Achardum de Verli, et inde illum in curia comitis Hanoniensis in causam traheret; quadam die illis in presentia domini comitis Hanoniensis Montibus constitutis, multis probis et nobilibus viris et cuiusque conditionis hominibus astantibus, miles quidam Robertus de Belren[b] probissimus, qui uxorem primam de familia[c] comitis habuerat, et ex illa filios habebat, consanguineus ipsius Achardi, in superbiam elatus, *cum *fol. 63. nemo eum super servitute conveniret, publice dixit: *Domine comes, relatum est mihi, quod dominus Gerardus de Sancto-Oberto, me non audiente, dixerit*[d]*, me ex*[e] *servili conditione ad ipsum pertinere. Quod si hactenus dixerit, mentitus est, ut nequam et proditor; si autem amodo dicere vellet, mentiretur ut nequam et proditor, et ecce vadium meum paratum contra ipsum ad duellum super hoc.* Gerardus autem, illius audita presumptione et arrogantia, cum eum hactenus dilexisset pre ceteris de origine illius et in hoc casu ei semper parcere[f] proposuisset, habito festino suorum consilio, respondit[g]: *Domine comes; Robertus de Belren*[h] *qui presens est, ipse servus meus est, quod quia negat et se liberum esse dicit*[i]*, ecce vadium meum paratum, quod mentitur, et ego paratus sum adversus ipsum probare*[k]*, tamquam adversus nequam et proditorem, ipsum esse servum meum.* Cui Robertus respondit, se liberum esse, et ut nequam mentiebatur ipse Gerardus, cum eum super hoc provocabat, datisque[l] in manu domini comitis vadiis[m] duelli, quia in voluntate duelli concordabant, duellum eis adiudicatum est, datisque utrinque[n] obsidibus, dies eis ad duellum constituta est in[o] Montibus. Comes autem in iusticia recto tramite volens incedere[p], omnes nobiles et sapientes terre sue ad diem ill[illegible]vitavit. Duelli autem huius provocatio ab universis audientibus Roberto improperata est, cum ipse super hoc casu manens in pace, tam nobilem virum ad duellum provocasset; et licet in armis nominatior illo et probior diceretur Robertus, tamen quia brachium dextrum quassatum habuerat, nec inde bene convaluerat, eum in sinistro[q] maiores vires oportebat[r] habere. Cum autem dies oportunus accidisset, convenerunt Montibus ad duellum. Comite autem in platea ante monasterium beate Waldetrudis residente cum multis nobilibus et cuiusque conditionis hominibus, et episcopo Cameracensi Rogero[37], multisque abbatibus cuiusque ordinis, qui super pace facienda laborare intendebant, circa horam diei primam venit Gerardus de Sancto-Oberto armatus, veniensque in presentia domini comitis dixit, se paratum[s] esse ad properandum contra Robertum de Belren[t], quod proposuerat. Sicque stetit, expectans Robertum; *moranteque Roberto qui in ipsa villa *fol. 63'. Montibus erat — unde omnes astantes mirabantur — hora nona sonuit. Quod videns et audiens Gerardus[u] de Sancto-Oberto, per se et per prolocutorem suum Hugonem de Crois[v], dixit, quod usque ad horam et ultra horam expectasset adversarium suum, et ideo a duello liber esse et querelam suam attigisse, et in causa sua obtinuisse debebat; et super hoc iudicium requisivit. Unde homines comitis districtius ammoniti[w], considerantes solem, et a clericis astantibus instructi, dixerunt horam nonam esse transactam. Demum[x] iudicaverunt, Gerardum a duello esse liberum et quod reclamaverat contra Robertum de iure obtinuisse. Quandoquidem[y] et ante factum iudicium et post factum iudicium Roberto in hospicio suo, nescio quo habito consilio, moranti satis significabatur. Post factum quippe iudicium Robertus venit, et in presentia domini comitis armatus dixit, se paratum esse properare contra Gerardum, quod proposuerat; quem dominus comes de consilio hominum suorum cepit et eum dearmari et detentum custodiri fecit. Gerardus autem de Sancto-Oberto a comite requisivit, ut Robertum sibi adiudicatum ei statim redderet. Quem dominus comes per iudicium hominum suorum eidem Gerardo reddidit. Gerardus autem illum, tamquam servum sibi adiudicatum, secum in vinculis deduxit. Indicatores horum omnium, scilicet de hora nona et de duello, unde Gerardus[z] liber esse et quod reclamabat attigisse debebat, et de redditione Roberti in manus Gerardi, fuerunt Eustacius senior de Ruez[a],

a) labores 2. b) Belrem 2. c) ux. de prima fam. 1. d) dixit 2. e) *deest* 2. f) pacem 2. g) h. s. c. f. r. 2. h) Belrem 2. i) dixit 2. k) pugnare 2. l) datumque 2. m) vadium 2. n) utriusque 2. o) *deest* 2. p) procedere 2. q) sinistris 2. r) opporteret 2. s) preparatum 2. t) Belrem 2. u) G. 1. 2. v) Croix 2. w) discretius admoniti 2. x) deinde 2. y) Quodquidem 2. z) *deest* 2. a) de Roes senior 2.

37) 1179—1191. Cfr. Le Glay, Cameracum christianum p. 37.

1188. Nicholaus de Barbencione[a], Walterus de Lens, Eustacius filius eius, Alardus de Cymai[b], Willelmus frater comitis, Osto de Trasiniis[f], Balduinus Caron[g], Hoelius de Kauren, Willelmus[h] de Kauren, avunculus ipsius Roberti, Almannus de Provi[i], Renerus[k] de Trit, Walterus de Wareni[l], Balduinus de Wallaincort[m], Willelmus de Hausi[n], Fulco de Semeriis, Stephanus de Denen, Gerardus de Makerellus, Symon de Aunoit[o], Rasso de Gaura, Gerardus de Wadripont[p], Hugo de Oisi[q], Gerardus de Hamaida[r], Gossuinus de Aenghien[s], Nicholaus de Peruwez[t], Nicholaus et Egidius de Mainwaut, Rogerus de Condato, Hugo de Crois[u], Balduinus *fol. 64. Montensis castellanus, Gislenus Bellimontis castellanus, Henricus *Bincensis castellanus, Geroldus de Hun, Iohannes Cornutus, Hugo de Ruet[v], Rainerus advocatus Martinensis[w], Theodericus de Walleirs[x], Willelmus de Gominiis[y], Willelmus de Ausen[z], Hugo de Anton[a], Stephanus de Lambers[b], Nicholaus de Ruez Cameracensis archidyaconus, Nicholaus Sancti Germani prepositus, Gossuinus prepositus Sonegiensis[c], Gossuinus de Tulin[d], Renardus[e] de Strepi, Walterus de Blanden, Polius de Vileir[f], Karolus de Fraisne[g], Karolus Ludovici de Fraisne[g] filius, Nicholaus de Cauderi[i], Godefridus de Tuin, Walganus de Anfroitpreit[k], Baldricus de Roisin, Egidius de Bermeren, Stephanus prepositus Sancti Amandi.

Cum autem Gerardus de Sancto Oberto Robertum de Belren in vinculis detineret, ille misericordiam postulavit, et ei tamquam domino suo ut homo servilis conditionis fidelitatem fecit. Gerardus autem illum illesum corpore recedere permisit eique honorem ulterius et bonum promisit. Robertus autem cito[l] fidelitatem factam ledens, ad curiam domini imperatoris venit, querimoniam faciens de hominibus domini comitis Hanoniensis super sententia[m]. Nemine itaque contradicente, literas a curia illa impetravit, ut sententia illa revocaretur. Que quidem sententia ab hominibus domini comitis, absente tamen Gerardo et non inde convento, revocata fuit Montibus iuxta tenorem literarum illarum. Unde mirandum est, quomodo literas illas a domino rege Romanorum Henrico impetravit Robertus, cum ipsius Henrici, Romani facti postea imperatoris, idem iudicium in quemdam militem fuit factum. Cum Henricus domini imperatoris marescalcus militem quemdam, prepositum scilicet Argentinensem, ad duellum provocasset, et ille prepositus ad diem constitutum non venisset, quinta die natalis Domini apud Haghenoam[38], dominus imperator Henricus satis mane pransus in platea sedit, ut melius posset considerare horas diei. Cum autem ille miles ante horam nonam non venisset, iudicatum fuit per dominum Conrardum[n] Maguncinensem[o] archiepiscopum, et per episcopum Balbeburgenensem[p. 39] et episcopum Spirensem[q. 40], et episcopum Metensem[r. 41], et per Conradum comitem palatinum Reni, et[s] per comitem Henricum de Spanehem[t], et per comitem de Salebrugis[u], et per Cononem[v] de Minseborc[w], et per Robertum de Dorne, et per multos alios, quia miles ille pro defectu, quia ante horam nonam *fol. 64'. non venerat, honore et terra et uxore privabatur. Quod horum *conscriptor vidit et audivit, qui eciam sententiam in Montibus adversus Robertum latam viderat et audierat.

Ad comites autem Namurcensem et Hanoniensem revertamur. Comes equidem Hanoniensis terram Namurcensem inhabitans in propriis expensis, predas et violentias in terra illa pacificabat, et contra Godefridum ducem Lovaniensem marcias[x] terre Namurcensis, quas ipse dux opprimere consueverat, et contra episcopatum Leodiensem, ad honorem comitis Namurcensis et pacem terre, reduxit. Videntes autem homines comitis Namurcensis, qui terram suam male tractare consueverant et de illa ad voluntatem suam male agere, super iusticia comitis Hanoniensis et protectione terre graviter doluerunt, et inter eum et avunculum discordiam seminare ceperunt; dicentes quod, si comitem Hanoniensem in custodia terre sue comes Namurcensis diu morari permitteret, ipse comes Hanoniensis eum[y] prorsus exheredaret. Contigit autem, quod homo quidam maleficus cuidam pauperi mercatori res violenter auferendo, plagis multis eum afflixit, ita quod eum quasi mortuum reliquit. Cognita autem malefacti veritate, malefactor ille infra fines iusticie Claribaldi de Altaripa[z] captus fuit et detentus, et 14 marcis[a] redemptus.

a) Nicol. de Barbentione 2. b) Chimay 2. f) Trasiniis 2. g) corvus 2. h) Willermus 2. i) Provy 2. k) Renerut 1. l) Wargni 2. m) Walaincourt 2. n) Haussy 2. o) Ausnoit 2. p) Waldrinpont 2. q) Oisi 2. r) Halmanda 2. s) Anghien 2. t) Nicol. de Pierwes 2. u) Croix 2. v) Roet 2. w) Marcien 2; Marcianensis BOUQ. x) Waillens 2. y) Gomegyys 2. z) Ansen 1; Ansem 2. a) Hugo Dantau 2. b) lamb's 1; Lambris 2. c) soneg 1. d) Thulin 2. e) Rainardus 2. f) Viller 2. g) Frasne 2. i) Caudry 2. k) Austoitpreit 1; Anfroipret 2. l) *deest* 2. m) sententiam 2. n) Gerardum 1. 2. o) Maguntiensem 2. p) Belbergensem 2. q) Spirenensem 2. r) Methensem 2. s) *deest* 2. t) Spanehen 2. u) Saleeburgiis 2. v) Canonem 1. w) Minseborch 2. x) marchias 2. y) ipsum 2. z) Clarebaldi de Alta-rippa 2. a) marchis 2.

38) i. e. 1191. Dec. 29. cfr. infra ad h. a. 39) Ottonem. 40) Udalricum. 41) Bertrandum.

Comite autem Hanoniensi apud Namurcum existente, homo qui male tractatus fuerat, pauper rebus, debilis corpore, ad dominum comitem Hanoniensem suam detulit querimoniam. 1188. Audiens autem comes Hanoniensis malefacti veritatem, hominem malefactorem capi et ad se adduci fecit; deinde, quod de murdritoribus[a, 42] facere consueverat, illum in campo prope Namurcum igne concremari fecit, cum comes Namurcensis et sui perfidi adulatores ibidem essent; que quidem hominis combustio perfidos homines, adulatores comitis Namurcensis, graviter succendit, qui in talibus lucra sua percipere solebant. Unde ipsum comitem Namurcensem adversus comitem Hanoniensem ad iram incenderunt, nesciente tamen comite Hanoniensi, qui super his[b] omnibus bona fide et intuitu iusticie agebat. Cum autem comes Hanoniensis inde reversus in Hanoniam moraretur, comes Namurcensis apud Andennam[c] egrotavit. Quod audiens comes Hanoniensis illuc venit, ut avunculum suum visitaret, timens eciam, ne, si forte decederet, familiares illius in malum comitis Hanoniensis moliri intenderent super hereditate et super *possessionibus comitis Namurcensis; quod quidem *fol. 65. iam faciebant. Comes etenim Namurcensis, de consilio secretariorum[d] suorum, qui comitem Hanoniensem et bonum pacis oderant, nuncios ad comitem Campanensem miserat, ut illic cito milites mitteret ad conservanda castra sua. Comite autem Hanoniensi cum avunculo suo apud Andennam[c] morante, significavit ei comes Namurcensis, quod in terram suam[e] bene posset reverti, quia non placebat sibi illius[f] mora. Nuncii autem ad comitem Campanensem missi, comite Hanoniense nesciente, solam comitissam, Henrici comitis matrem, invenerunt. Comes etenim Campanie cum domino rege Francorum erat in expeditione contra regem Anglorum Henricum et contra Richardum filium eius, qui cruce signati, rupto treugarum federe, guerram inter se moverant. Unde comitissa Campanie suos proprios nuncios ad comitem Namurcensem super hoc misit, per quos comes Namurcensis ipsi comitisse idem mandavit, quod quidem comiti Hanoniensi nunciatum fuit. Qui assumptis secum viris probis et discretis, Eustacio scilicet[g] seniore de Ruez, Nicholao de Barbencione[h], Ostone de Trasiniis[i], Waltero de Warini[k], Willelmo[l] fratre ipsius comitis, Balduino Carun[m], Almanno de Provi[n], Renero de Trit, Hugone de Antun[o], Hugone de Crois[p], Balduino Montensi castellano, Gossuino de Tulin[q], Iohanne Cornuto, Rainardo[r] de Strepi, Polio de Vileir[s], et cum eis Gisleberto[t] clerico, ut eius intentionem plenius cognosceret, Namurcum venit, quo comes Namurcensis infirmus navigio se advehi fecit[u]. In adventu quippe suo comes Hanoniensis castrum superius cum suis intravit ad visitandum avunculum suum; in quo quidem adventu, cum comes Namurcensis 30 tam milites quam servientes non haberet secum, comes Hanoniensis superveniens cum 140 hominibus tam militibus quam servientibus, leviter illi castrum abstulisse et eum inde eiecisse potuisset, si quid in voluntate habuisset. Inde ipse comes, viso avunculo suo, in burgo Namurco, sicut consueverat, hospitatus est. In crastino autem comes Hanoniensis, assumptis secum tribus militibus, Almanno scilicet de Provi[v], Iohanne Cornuto, Renardo de Strepi[w], et Gisleberto[t] clerico suo, et tribus tantum[x] servientibus peditibus ad tenendos equos, ut avunculum visitaret, ad portam continuam nemori venit. Cui aditus *omnino negatus fuit, unde comes Hanoniensis *fol. 65'. ammirans turbatus est. Cum autem ad hospicium et ad alios socios suos reversus esset, mandavit ei comes Namurcensis ante prandium, ut a burgo recederet, quia mora eius ibi sibi displicebat, quod quidem mandatum comes Hanoniensis ab avunculo suo[z] processisse non satis credebat. Post prandium vero iterum misit comes Namurcensis duos milites ad comitem Hanoniensem, significans[y] ei quod, nisi a castro Namurcensi recederet, ipse in crastino probare vellet, quis eorum ibi maiores vires haberet, et interim victualia et cetera venalia ei inhiberet. Comes autem[z], sociorum suorum habito consilio, nunciis illis respondit, quod in crastino recederet, sed ante recessum suum avunculo suo loqui vellet; quod quidem comes Namurcensis concessit. In crastino autem comes Hanoniensis, post auditam missam, cum predictis omnibus sociis suis castellum superius intravit, ubi avunculus suus milites circiter 60[a] secum habebat, quos pro metu comitis Hanoniensis ibi congregaverat. Comes itaque[b] Hanoniensis avunculo suo iacenti pre infirmitate dixit, universis audientibus:

a) murtritoribus 2. b) hiis 2. c) Audennam 2. d) cretorum 2. e) terra sua 1. 2. f) illa 2. g) sc. E. 2. h) Barbentione 2. i) Trazinlis 2. k) Wargni 2. l) Willermo 2. m) Cornu 2. n) Alemanno de Provy 2. o) Hugone Dantan 2. p) Croix 2. q) Thulin 2. r) Rinardo 2. s) Vilers 2. t) Gilberto 2. u) fecerat 2. v) Provy 2. w) Reinardo de Strepy 2. x) *deest* 2. y) significantes 2. z) *addit* 2: Hanoniensis. a) XL. 2. b) autem 2.

42) Gallis *meurtriers*.

1188. *Domine, ego bona fide cum labore et expensa propria assumpseram per voluntatem vestram terre vestre protectionem et iusticiam. Video autem et audio quod et vobis et consiliariis vestris displiceat, cum vos me a burgo vestro exire coegeritis*[a]*; quod quidem nec vobis nec mihi honestum videtur*[b]. *Volo igitur, si vobis placeat, a fide interposita et iuramento prestito pro bono et pace vestra me liberum prorsus dimittatis.* Cui comes Namurcensis respondit, quod satis per se et per suos terram suam posset conservare. Unde comes Hanoniensis a custodia sua[c] et a fidelitate facta[d] liberum et absolutum esse volebat. Sicque comes Hanoniensis absolutus ab avunculo rediit ad propria.

Videns autem comes Hanoniensis hereditati sue[e] periculum imminere, commoto exercitu festino, Namurcum venit, et illud cum paucis obsedit, terram illam nequaquam permittens predis vel igne molestari. In crastino autem post adventum suum, cum maior pars exercitus sui nundum ad se pervenisset, et comes Namurcensis in Namurco circiter 240 milites, et homines tam equites quam pedites circiter 20 milia armatos haberet: comes Hanoniensis cum 300 militibus, et hominibus equitibus et peditibus circiter 30 milia, insultus ville Namurco fecit. *fol. 66. *Namurcensibus autem hominibus se viriliter defendentibus, demum per vim capti sunt, in qua milites circiter 140, et homines alii multi capti sunt[f], quos tamen comes omnes liberos dimisit, iurantes quod ulterius in guerram[g] comiti Namurcensi contra comitem Hanoniensem[h] nullum[i] ferrent auxilium[k]. Milites autem multi et alii homines castrum superius cum comite Namurcensi intraverunt. Ibidem Egidius de Duraz[l], comes leprosus, vir animosus, captus est, quem comes Hanoniensis apud Ath castrum suum captivum conservari per aliquantum tempus fecit. Villa ipsa Namurcum ab Hanoniensibus auro et argento multo, vestibusque et pannis novis, scilicet brunetis, viridibus et telis[43], multisque ornamentis domui necessariis, et armis hominum spoliata fuit, dolente tamen comite Hanoniensi, qui homines ville plurimum diligebat et ab eis amabatur; sed in tali casu homines a rapina nequaquam possunt coerceri[m]. Capta quippe villa, comes Hanoniensis ordinavit, ut milites omnes in villa manerent ad obsidendum castrum, ceteri vero homines foris. Quod prescientes milites castri et comitis Namurcensis, ipsi ville ignem occulte apposuerunt, que villa ex oppressione domorum, calore nimio diei, et quodam vento desuper flante, fere tota concremata[n] est. Unde comes Hanoniensis plurimum conturbatus est. Deinde comes Hanonie[o] trans Sambram fluvium, fixis tentoriis in pratis inter ipsam aquam et nemus Mallamam[p], et inter ipsum castrum et ipsum nemus, castrum multis militibus et ceteris hominibus munitum obsedit, quod cum per aliquot dies obsedisset, obsessi, deficiente vino et cervisia et aqua ex desiccatione putei sui, plurimum aggravati pacem et misericordiam requisierunt. Comes itaque Namurcensis comiti Hanoniensi castrum Namurcum reddidit hac conditione, quod homo quidam, eorum ligius vir, Rogerus de Condato, homo ligius comitis Namurcensis, et homo ligius comitis Hanoniensis, castrum ipsum et castrum Durbui, dum ipse viveret et[q] dum viveret comes Namurcensis, fideliter conservaret, ita[r] quod neuter in castris illis, dum viveret comes Namurcensis, potestatem haberet; post decessum vero comitis Namurcensis, ipsa castra comiti Hanoniensi redderentur tanquam domino et heredi. Sed quia[s] Rogerus presens non aderat, ipsum castrum Namurcum Ostoni de Trasiniis[t] et Waltero de Warini[u] et Nicholao de Barbencione[v] ad conservandum fuit commissum, quo usque post 15 dies ad custodienda ipsa castra Rogerus paratus esset. *fol. 66'. *Quod autem castrum Durbui[w] Rogero custodiendum infra 15 dies committeretur, comes Namurcensis, Wildricus de Walecurt[x] et Clarebaldus de Altaripa[y] et Bastianus de Gordinis et Godescalcus de Morelmeiz[z], fide interposita et iuramento affirmaverunt; que quidem iuramenta nunquam[a] fuerunt observata. Comes etenim Namurcensis milites comitis Campaniensis in Durbui[b] et in Bovinia[c, 44] posuit. Cum autem Rogerus de Condato ad custodiam castrorum illorum paratus esset, requisitum fuit a comite Namurcensi et ab hominibus suis predictis, ut eidem Rogero castrum Durbui redderetur; quod comes Namurcensis[d] nec voluit nec potuit. Homines autem comitis Hanoniensis, pro defectu comitis Namurcensis super

a) cogitis 2. b) *deest* 2. c) facta 2. d) sua 2. e) *deest* 2. f) fuerunt 2. g) guerra 2. h) contra Hanonienses 2. i) *deest* 2. k) aux. non ferrent 2. l) Eg. Diraz 2. m) coherceri 2. n) cremata 2. o) plur. — Han. *desunt* 1. p) Mallaniam 1; malamam 2. q) ei 2. r) itaque 2. s) quoniam 2. t) Trasiniis 2. u) Wargny 2. v) Nicolao de Barbentione 2. w) Durbin 2. x) Walcort 2. y) Altarippa 2. z) Morelmes 2. a) nequaquam 2. b) Durbin 2 *semper et infra.* c) Bovina 2. d) *addit* 2: tunc.

43) V. Reiffenberg, Histoire du Hainaut II, 100. n. 44) Bouvignes, a Dinant ad septentriones.

castro Durbui, comiti Hanoniensi castrum Namurcum reddiderunt, quod comes Hanoniensis [1188.] militibus et servientibus equitibus et peditibus et victualibus munivit. Dum autem comes Hanoniensis in obsidione Namurci moraretur, castellum Thiet[a,45] ei fuit redditum, quod ipse comes Willelmo[b] fratri suo postea in feodo ligio dedit, sicque patet quod comes Namurcensis comitem Hanoniensem tanto odio oderat, quod maluit honore Namurcensi privari, quin ipse omnem intentionem et laborem ad exheredandum comitem Hanoniensem adhiberet. Videns autem comes Hanoniensis in comite Namurcense defectum pacis, ipse[c] mense Augusto[46] castrum Boviniam[d] obsedit, quod multis probis comitis Campanensis militibus [Aug.] cum militibus comitis Namurcensis, qui in Namurco capti comiti Hanoniensi fidelitatem fecerant, et servientibus probis et hominibus ipsius ville probissimis quidem in armis munitum erat; quod quidem castrum forte absque machinis capi non poterat. Obsessis autem succursum comitis Campanensis expectantibus, muri eorum usque ad turrim per manghenellum[e] diruti[f] sunt; preparata[g] autem alia machina, scilicet petraria, et illa turri insultum faciente, obsessi milites castellum reddiderunt, et in pace ad propria reversi sunt. Comes autem Hanoniensis castrum, per multos annos antea quasi prorsus vastum, renovavit et illud infortiavit. Hec autem omnia gesta sunt anno Domini 1188.

Capto autem castello illo, comes a domino rege nuncios habuit et mandatum ut cito ad ipsum veniret; sed quia comes Hanoniensis apud dominum regem Francorum non auxiliatores, sed multos habuerat accusatores, dicentes quod comes Hanoniensis exercitum suum turbaverat, quia comes Campanensis exercitum suum pro insultibus comitis Hanoniensis citius reliquerat, et ipse comes Campanie, princeps potens, maximam in *Francia [* fol. 67.] haberet parentelam, absque salvo[h] conductu ad ipsum regem transire noluit; habito autem bono conductu ad ipsum transivit. Interim autem, dum[i] comes Hanoniensis esset in Francia, homines ipsius comitis Hanoniensis castellum Veterem-villam[47] obsederunt, quod eis redditum fuit post multos assultus[k]. Deinde firmitatem Bevernam[48], que Coloniensis dicitur, obsederunt et ceperunt. Comes autem Hanoniensis a domino rege Francorum non satis benigno habito vultu[l], ad propria reversus est[m]. Comes eciam Flandrie nullum ei tunc amoris vultum pretendebat; ita quod comes Hanoniensis ab ipso comite Flandrie nichil boni vel pacis expectabat. A domino eciam imperatore[n] et eius filio Henrico Romanorum rege per quosdam mine ei sepius reportabantur. Sicque, quasi solus, quod poterat faciebat comes Hanoniensis, nullam spem boni vel dilectionis in domino imperatore Romanorum et eius[o] filio Henrico[p], nec in rege Francorum, nec in rege Anglorum, nec in comite Flandrie, nec in duce Lovaniensi, nec in archiepiscopo Coloniensi habens[q], sed minas totius mali continuas[r].

Dum autem comes Hanoniensis primo in obsidione Namurci moraretur[s], quosdam servientes in turribus fortissimi monasterii de Floreffia[t,49] posuit pro custodia terre illius, et ne avunculus suus eas turres occuparet et per eas ei malum inferre posset. Ad preces autem domini Hermanni, abbatis ipsius loci, hominis sediciosi, semper autem vultum simplicis pretendentis, quia huiusmodi homines in monasteriis manere nequaquam debent, illos amovit, promittente ipso abbate quod ita eas turres custodiret, quod comiti Hanoniensi nullum per eas malum eveniret. Eiectis vero illis comes Namurcensis ex permissione ipsius abbatis suos homines instituit[50]; unde postea et[u] comiti Hanoniensi et[v] terre illi detrimenta et[w] dampna nimia supervenerunt, et ipsa abbatia tunc temporis opulenta, igne vastata, in nimiam paupertatem per longum tempus redacta est[51].

Pretereundum quippe non est, quomodo Iohannes Cornutus in aquam Mosam ab alto armatus in equo saliens in navim[x], homines sibi insidiantes expugnavit, revertens ab obsidione Bovinie[y]. Cum enim ipse Iohannes, miles probus et animosus, domini comitis Ha-

a) Thieri 2. b) Willermo 2. c) in ipso 2. d) Bovinam 2. e) manghonellos 2. f) dirrupti 2. g) peracta 2. h) sano 1. i) quod 2. k) insultus 2. l) vulto 2. m) *deest* 2. n) a domino rege imperator 2. o) in eius 2. p) .h. 1. q) *deest* 2. r) male continuans 2. s) remoraretur 2. t) Florezia 2. u) unde et postea 2. v) *add.* 2: toti. w) *deest* 2. x) navi 2. y) Bovine 2.

45) Thieu, in prov. Hannoniae, arr. de Soignies. 46) *mediante mense Augusto* Cont. Aquic. l. c. p. 425. 47) Viesville. 48) Beveren prope Termonde. 49) Floreffe, a Namur inter merid. et occid. 50) Cf. Cont. Aquic. l. c. p. 425. 51) Cf. Ann. Floreffiens. M. G. SS. XVI. p. 625: *Ecclesia Floreffiensis ab eodem comite obsidetur claustrumque totum cum officinis adiacentibus comburitur, fratribus per diversa dispersis. Anno integro et mensibus sex divino penitus eadem ecclesia desolatur obsequio.*

1188. noniensis consanguineus, castrum Namurcum custodiret et dominus comes Hanoniensis in obsidione castri Bovinie[a] moram faceret; ipse Iohannes ad ipsum dominum suum transivit[b], super quibusdam[c] que conferre habebat cum ipso. Cum autem illinc reverteretur cum duobus militibus et septem servientibus in armis equitibus[d], quidam comitis Namurcensis *fol. 67. clientes electi et probi insidias eis[e] *pretenderunt, transeuntes Mosam cum nave magna in transitu quodam difficili. Quod percipiens Iohannes, qui nisi per manus illorum evadere poterat, armatus armis militaribus armatoque equo, cum suis armatis hostes circiter 40 bene armatos invasit; qui citius in fugam elapsi sunt in navem. Iohannes autem de illorum invasione[f], in margine aque stans, cum nullus pateret transitus ad hostes, ex nimia audacia ab alto equum ad saltum in navem convertit armatum ipse armatus. Ex quo saltu navis mersa est, unde homines in aquam cadentes, quidam submersi sunt, quidam vero nando evaserunt. Iohannes autem in equo nans, unde mirandum est, in aqua unum hominem interfecit, unum vero captum duxit et aquam sanus exivit; unde ab universis audientibus laudem habere meruit.

Tempore illo firmatis inter regem Francorum et regem Anglorum treugis[52], auxilia plurima comiti Campaniensi contra comitem Hanoniensem ab ipso rege Francorum, avunculo suo sueque amite filio[53], et a[g] Richardo, regis Anglorum filio[g], Pictavensi comite dicto, et ab aliis consanguineis et amicis suis promissa sunt. Qui comes, commoto ipso[h] in tempore multo exercitu, comitem Hanoniensem invadere proposuit. Auxiliatores autem multi, quos comes Hanoniensis habere solebat, propter comitem Campanie cuius[i] homines erant et vicini, comiti Hanoniensi deerant, scilicet comes Retensis[54], Rainaldus de Rosoit[k], Robertus de Petraponte[l], Gaufridus[m] de Balehan, Radulphus de Tur[n], Wido de Cheri[o], Nicholaus de Ruminio. A Flandrensibus eciam, cum quidam homines sui essent et amici, quidam vero uxoris sue Margharete comitisse consanguinei, pro metu comitis Flandrie nullum poterat habere subsidium. Ab Aduallensibus vero, in quibus multos habebat principes et comites et alios nobiles amicos et consanguineos, qui tam[p] comitis Namurcensis et uxoris sue erant consanguinei, quam comitis Hanoniensis, nullum habebat consilium vel auxilium. De duce Lovaniensi Godefrido et eius filio Henrico duce iuniore, cum quibus novam firmaverat amicitiam, magis diffidebat quam confideret. Audiens autem comes Hanoniensis comitem Campanie[q] cum tot et tantis probissimis militibus in malum suum ad- *fol. 68. *venturum, ipse cum nobilissima comitissa[r] uxore sua[r] Marghareta et filiis suis satis adhuc parvis, Balduino scilicet, Philippo et Henrico, comitem Flandrensem adiit, quem apud Riholt[s] prope Sanctum Audomarum invenit, cuius auxilium tamquam sui domini et amici et confederati humiliter requisivit, ut super hereditate sua et filiorum suorum et honore suo[t] ei subveniret. Ad hec[u] comes Flandrie respondit quod, si confederationi facte cum domino rege Francorum renunciare vellet, et castra quedam, scilicet Wallaincort[v], Pereusmont et Businias[w] ab eo[x] in feodo susciperet, ipse eum iuvaret; alioquin eum nequaquam iuvaret. Comes autem Hanoniensis[y] in nullo fidem suam volens ledere, confederationi facte cum domino rege nequaquam voluit renunciare; castra autem illa quamvis ea quasi in allodio teneret et ad comitatum Hanoniensem pertinere non viderentur, tamen ea ab ipso comite recipere noluit, timens illius austeritatem ut quandocumque sibi placeret, ea a comite Hanoniensi requireret sibi reddenda, et ei ad voluntatem suam in Flandria dies tamquam homini suo constitueret et sibi si placeret, eum tamquam aliquem barronem Flandrensem ad duellum provocari faceret, sicut moris est in regione illa. Sicque comes Hanoniensis et comitissa et eorum filii, nichil amoris vel pietatis in comite Flandrensi invenientes, ad propria reversi sunt. Itaque comitis Flandrensis auxilium comiti Hanoniensi pro domino rege Francorum defuit; domini vero regis Francorum pro comite Campanie comiti Hanoniensi defuit. Sicque ipsum comitem Hanoniensem omnia maiora negotia sua per suos solos Hanonienses homines oportuit, Dei gratia preeunte, consummare[z].

a) Bovine 2. b) transmisit 2. c) quibus 2. d) e. i. a. 2. e) illi 2. f) evasione 2. g) et a — filio *des.* 2. h) *deest* 2. i) eius 2. k) Rozoit 2. l) Petro-ponte 2. m) Goffridus 2. n) Thur 2. o) Chery 2. p) tamen 2. q) campañ 1. r) u. s. c. s) Ricth 2. t) *deest* 2. u) hoc 2. v) Walaincourt 2. w) Perreusmont et Businas 2. x) eodem 2. y) *deest* 2. z) consummari 2.

52) In octavis sancti Martini, 14. Kal. Decembris, habitum fuit apud Bonmoulin in Pertico colloquium, in quo pactae sunt inter Franciae et Angliae reges induciae usque ad festum sancti Hilarii. B. 53) Rex Philippus avunculus erat Campaniae comitis per Mariam sororem; Ala vero mater ipsius amita comitis eiusdem. B. 54) Manasses III.

1188. Consideravit autem comes Hanoniensis gratiam domini imperatoris et domini Henrici regis filii sui sibi fore necessariam in occupatione honoris Namurci, cum ipsa allodia ad imperium pertineant, et quedam feoda ab ipso imperatore Romanorum habeantur. Unde comes Hanoniensis habito suorum consilio hominum, nuncios ad dominum Henricum Romanorum regem, circa Renum morantem cum Constancia uxore sua, transmisit, videlicet abbatem Viconiensem[55], hominem bene literatum, lingua Romana et Theutonica satis edoctum, et cum illo Gislebertum clericum suum. Qui Renum transeuntes, ipsum dominum regem apud Frankenevort[a] supra Mogum[b] fluvium invenerunt. Sept. Cum autem ei insinuassent plenius, quomodo comes Hanoniensis ex necessitate castra avunculi sui occupaverat, quia exheredationem *sibi videbat imminere, dominus rex benignissime super hoc illis respondens, domino comiti Hanoniensi diem apud Aldeborch[56] in Saxonia constituit, ad se et ad patrem suum imperatorem venturo, ibique de bono comitis Hanoniensis et pace tractaret cum patre suo[c], ita quod per eorum gratiam castra que occupaverat retineret, et super residuis bonis que avunculus suus comes Namurcensis adhuc possidebat, eorum consilium et auxilium haberet. Quo audito benigno ipsius regis responso, ad dominum suum comitem Hanoniensem reversi sunt. Interim dominus comes Hanoniensis nuncium suum ad dominum regem Francorum miserat, scilicet Gossuinum de Tulin[d], militem discretum et facundum. Qui cum domino rege Francorum secretius loqui vellet, dominus rex Francorum ei austere respondens nichil ab eo audire voluit, quod comes Campanie, qui presens aderat, audire non posset. Nuncius autem, mutatis verbis, domino regi Francorum aliter quam sibi commissum fuisset ex astucia locutus est[e]. Responso autem ab ipso rege non satis benigno accepto, ad dominum comitem Hanoniensem reversus est. Comes equidem Campanie, qui commoto exercitu in comitem Hanoniensem graviter insurgere proposuerat, et e contra comes Hanoniensis suum exercitum adunaverat, in Ardennam venit, retromisso exercitu suo, ibique cum comite Namurcensi auxilium ducis Lovaniensis requisivit, ibique duci iuniori comes[f] Namurcensis, laudamento comitis Campanie, totam terram suam ex hac parte Mose et Sambre vadio tenendam concessit, tam in feodis quam in allodiis pro 5 milibus[g] marcis[h], et ab hominibus suis, scilicet Clarebaldo de Altaripa et Henrico de Merlemonte, fidelitates fieri fecit. Unde ipse dux quas potuit villas occupavit, scilicet Thienas[i, 57] in Hasbanio et alias multas; in Lernuth[k, 58] quoque firmitatem restruere cepit, quam ipse antea pro guerra, quam habuerat cum comite[l] Namurcensi[m], prostraverat; et in Merlemonte[59] cum Henrico, ipsius ville possessore, milites et servientes ad infestandum comitem Hanoniensem posuit, sicque comes Hanoniensis magis oppressus est; attamen in nullo flecti poterat. Cum autem comes Hanoniensis ab avunculo suo, nec a comite Campanensi, nec a duce Lovaniensi treugas haberet, consideravit quod ad diem apud Aldeborch constitutum transire non posset. Unde habito hominum suorum consilio, nuncios ad dominum imperatorem et ad dominum *regem Romanorum filium eius transmisit, scilicet Gossuinum de Tulin[n] et Gislebertum[o] clericum suum. Venientesque Manguntiam[p], audientes dominum imperatorem et Henricum[q] regem Romanorum[r] filium eius apud Erbfordiam, que distat quinque dietis a Manguntia[s], esse et inde[t] tercia die recessuros et ab[u] invicem separaturos, infra duos dies et duas noctes in octava[v] omnium sanctorum illuc pervenerunt. Nov. 6. Qui et a domino imperatore et rege filio eius honorifice recepti sunt; pro quorum adventu recessus ipsorum dominorum per tres dies retardatus fuit. Pretermittendum autem[w] non est, quin describatur, quem honorem et quod bonum dominus imperator et dominus rex comiti Hanoniensi cupiverint. Erat enim ibidem domnus Petrus Tullensis episcopus[60], homo discretus et vividus, missus ad dominos[x] imperatorem et regem pro parte comitis Campanensis, promittens ex parte comitis Campanensis domino imperatori 5 milia[y] marcas[z], et domino regi 5 milia[y] marchas et domine regine mille marchas, et curie mille marchas et ultra aliis curie consiliariis circiter 1700 marchas, ita inquam quod eorum gratiam super possessionibus comitis Namurcensis, et auxilium et vires contra comitem Hanoniensem

* fol. 68. — * fol. 69.

a) Frankevort 2. b) Magnum 2. c) et pace cum p. s. tr. 2. d) Thulin 2. e) *deest* 2. f) comitis 2. g) *deest* 1. 2. h) marchis 2. i) Trenas 2. k) Lerunth 2. l) c. c. *des.* 2. m) namurcl. 2. n) Thulin 2. o) Giselbertum 1. p) Maguntiam 2. q) h. 1. r) *deest* 1. s) Maguntia 2. t) in 1. u) ad 2. v) octavis 2. w) tamen 2. x) dominum 2. y) milia *deest* 1. 2. z) marcharum 2.

55) Arnulfum. 56) Altenburg. 57) Tienen vel gallice Tirlemont. 58) Lierno, prov. Namurcensis, arr. de Namur, cant. d'Eghezée. 59) Merlemont, prov. Namurcensis. 60) I. 1167—1192 Aug. 28.

1188. haberet; si autem contra comitem Hanoniensem auxilium ferre nollent, saltem pro eorum gratia tantummodo habenda, meditatem omnium que nominata sunt promittebat. Cum autem nuncii comitis Hanoniensis advenissent, statim ipsius episcopi verbis et promissis spretis, ipsi episcopo licentia recedendi concessa est. Nuncii quidem comitis Hanoniensis[a] per promissas[b] 1550[c] marchas[d] gratiam domini imperatoris et domini regis obtinuerunt,[e] de quibus solvendis terciam partem in natali Domini, terciam in pascha Domini, terciam vero post decessum comitis Namurcensis, vel post concordiam inter eos factam, inducias[e] habuit, et super his gratiam eorum habuit[f], ita componendo quod comes Hanoniensis ad dominum regem circa Renum accederet et omnia allodia et feoda avunculi sui, tam ea que ipse comes Hanonie tenebat, quam ea que comes Namurcensis adhuc[g] possidebat, in manum[h] ipsius domini regis reportaret[i], et ipse rex ei in feodo ligio daret. Inde autem comes Hanoniensis marcio[k] Namurcensis vocaretur, et principum imperii gauderet privilegio.
Nov. 10. Nuncii itaque, perfectis hiis compositionibus et scripto commendatis, vigilia sancti Martini apud Erbfordiam, inde per conductum domini regis, et cum probissimo milite F. de Husa[l],
*fol. 69'. qui mittebatur ad adducendum[m] comitem Hanoniensem ad curiam, *ad dominum comitem reversi sunt.

Tacendum autem non est, sed palam proferendum, ut universis ad serviendum dominis suis fideliter exemplum detur, quod unus nunciorum istorum, scilicet Gislebertus clericus, duas prebendas quas tantummodo[n] habebat, absente[o] et nesciente domino suo comite Hanoniensi, pro promotione domini sui negotii, duobus in curia dedit; qui eciam duas antea ad voluntatem domini sui resignaverat. Dominus autem comes pro bona ipsius voluntate, servicium fidele[p] ei remunerans, in ecclesia sancti Germani in Montibus preposituram, et in ecclesia sancte Waldetrudis custodiam et prebendam et in ecclesia sancti Petri Namurcensi custodiam et prebendam[q], et in Namurcensi ecclesia sancti Albani preposituram, custodiam et prebendam, et in Sonegiensi ecclesia prebendam, et in Condatensi ecclesia prebendam, et in Melbodiensi ecclesia prebendam, eidem Gisleberto[r] acquisivit. Insuper apud dominum Albertum de Kuch[s], Leodiensem episcopum[61], effecit, quod idem Gislebertus in Namurcensi ecclesia beate Marie abbatiam, id est donationem prebendarum obtinuit[62]. Tempore illo treuge inter comitem Hanoniensem ex una parte, et ducem Lovaniensem et comitem Namurcensem ex alia parte quandoque firmabantur, que contra comitem Hanoniensem male observabantur. Comes autem Hanoniensis ad mandatum domini regis Romanorum ad ipsum dominum festinans, per conductum Godefridi ducis Lovaniensis, qui inde preceptum domini regis Romanorum habebat, usque Viseis[t, 63] supra Mosam[64] transivit cum predicto F. de Husa[u]. Illinc per conductum Hugonis militis de Wormatia, qui terram illam ex parte domini regis custodiebat, usque Aquis[v] palatium transivit. Cui comes Iuliacensis occurrens, illinc usque Confluentiam per preceptum domini regis eum conduxit.
Dec. 22. Comes itaque die tercia ante natale Domini ad dominum regem Romanorum apud Wormaciam accessit, secumque socios et fideles suos habuit, Renerum de Trit, Hugonem de Crois[w], H. de Rueth[x], Iohannem Cornutum, Gossuinum de Tulin[y], Gislebertum clericum. Dominus vero rex ipsum comitem placido ac[z] hilari vultu suscepit. Comes autem Hanoniensis, sicut predictum est, omnia allodia comitis Namurcensis, tam ea[a] que iam possidebat, quam ea que comes Namurcensis adhuc habebat, ad honorem Namurcensem et de
*fol. 70. Rocha et de Durbui[b] pertinentia *in manum[c] domini regis dedit. Dominus autem rex[d] adunatis tam allodiis quam feodis et familiis et ecclesiis in istis comitatibus sitis, ad imperium pertinentibus, ex eis principatum[e], qui marchia dicitur, fecit, et eandem marchiam comiti Hanoniensi in feodo ligio concessit; unde comes Hanoniensis ligium ei hominium[f] fecit sub testimonio principum, scilicet domini Conrardi Manguntiensis[g] archiepiscopi et

a) comiti Hanoñ 2. b) promissa 2. c) M.C.L. 2. d) march 2. e) *add.* 2: habuerunt et. f) habuerunt 2. g) *deest* 1. h) manu 2. i) portaret 2. k) marchio 2. l) . F. . . . de Husa 1. m) ducendum 2. n) tantum 2. o) abscente 1. p) servitoris fidelis 2. q) et in eccl. s. Petri — preb. *des.* 1. r) G. 1; .g. 2. s) de Kuch Albertum 2. t) Biusthis 2. u) . F. . . . de Husa 1. v) Aquas 2. w) Croix 2. x) H. . . . . . de Rueth 1; H. de Ruelli 2. y) Thulin 2. z) et 2. a) *deest* 2. b) Durbiu 2. c) manu 2. d) *deest* 2. e) p. extra pr. 2. f) homagium 2. g) Conradi Maguntiensis 2.

61) 1193—1200 Febr. 1. 62) Cf. diploma Philippi marchionis Namurcensis a. 1198 datum, ubi inter testes ecclesiae S. Mariae Namurcensis commemoratur *Gilbertus abbas*. Miraeus II. 1204. Reg. 34. v. quoque Reg. 40. 63) Weset vel Visé. 64) Maas fl.

Conrardi[a] comitis palatini Reni et episcopi Wormaciensis et episcopi Spirensis[b] et aliorum multorum, Roberti comitis de Nassoa[c], . . . comitis de Linenghis[65] et Roberti de Dorna et Iohannis cancellarii, et ministerialium[d], scilicet Wernerii de Bollanda[e], Cononis de Minseberch[f], F. de Husa[g], Hunfridi de Falconis Petra, et aliorum multorum tam nobilium quam ministerialium. Sicque comes Hanoniensis et princeps imperii et marchio Namurcensis factus est. Quod quidem dominus imperator fidelibus suis ista taceri indixit, quousque comes Namurcensis aut moreretur, aut cum eo comes Hanoniensis aliquam posset facere concordiam. Compositum quidem fuit et tam a domino rege quam a comite Hanoniensi approbatum, quod marchia illa Namurcensis nulli de heredibus comitis Hanoniensis tenenda umquam concederetur, nisi ei qui comitatum Hanoniensem tenebit.

Dominus autem rex Romanorum Henricus[h], pro bono comitis Hanoniensis, comiti 1189. Namurcensi diem constituit apud Leodium, ut in octavis epiphanie illic venturus inter illum Ian. 13. et eius nepotem comitem Hanoniensem facere pacem posset. Cum autem apud Wormaciam per 16 dies moram fecissent, Leodium venit ipse dominus rex, et cum eo comes Hanoniensis. Venerunt autem illuc ad comitem Hanoniensem viri probi de consilio suo multi a[i] Hanonia, scilicet Willelmus[k] frater suus, et Osto de Trasiniis, et Nicholaus de Barbençione[l], et multi alii sine armis, et cum eis Balduinus ipsius comitis filius primogenitus, adhuc puer. Comes autem Namurcensis cum militibus circiter 100, et armis, et multis servientibus equitibus venit. Dux eciam Lovaniensis iunior Henricus in superbia veniens, milites circiter 300 cum armis, et totidem servientes equites secum adduxit. Quorum improbus et arrogans adventus dominum regem graviter offendit[66], cum ipse cum paucis *venisset et sine armis, et comitem Hanoniensem quem illi oderant secum sine armis ad- * fol. 70'. duxisset. Qui[m] quidem comes si prescivisset, satis contra illos in armis sibi providisse potuisset. Dominus autem rex pro pace laborans inter comitem Namurcensem et comitem Hanoniensem facienda, nichil profecit. Cum autem rex per aliquot dies ibi et ducem Lovaniensem et comitem Namurcensem detinuisset, comiti Namurcensi recedendi licentiam dedit, ducem autem Lovaniensem et comitem Hanoniensem secum Traiectum duxit, ut saltem inter eos pacem faceret. Qui cum apud Traiectum nichil de pace posset ordinare, illinc in Aduallenses[n] partes secedendo, illos secum usque Werdam[o. 67] supra Renum deduxit, et inter eos pacem fecit, excluso inde comite Namurcensi. Modus autem fuit pacis et concordie et confederationis inter comitem Hanoniensem et ducem Lovaniensem, quod dux Lovaniensis terram quam a comite Namurcensi et a comite Campanie pro 5 milibus[p] marchis in vadio habebat, comiti Hanoniensi liberam dimisit, unde comes Hanoniensis 700 marchas illi dare debuit. Insuper comes Hanoniensis ipsi duci villam de[q] Thienes in Hasbanio, et villam Lierunth[r] perpetuo habendas concessit. Hac eciam interposita conditione, quod comes Hanoniensis ducem Lovaniensem ad omnes necessitates suas contra omnes homines, exceptis domino imperatore et Henrico filio eius rege et episcopo Leodiensi, et comite Flandrie iuvaret[s]. Quas quidem conventiones fide interposita et iuramento prestito confirmaverunt, et inde uterque eorum dominum regem Romanorum obsidem posuerunt, et eas scripto commendari voluerunt. Cuius scripti partem sigillo domini regis et sigillo ducis Lovaniensis signatam comes Hanoniensis habuit; dux autem partem sigillo domini regis et sigillo comitis Hanoniensis signatam habuit; insuper dominus rex Romanorum partem sigillo comitis Hanoniensis et sigillo ducis Lovaniensis confirmatam sibi retinuit. Ordinaverunt eciam quod has conventiones et confederationes in marchia[t] terre sue coram pluribus hominibus suis recognoscerent, et ipse[u] dux[v] comiti Namurcensi prorsus renunciaret, et terram illam quam in vadio habuerat, cum castris et omnibus munitionibus et hominiis[w] comiti Hanoniensi in pace haberi faceret.

Ibi comes Hanoniensis filium suum Balduinum cum domino rege, ad discendam[x] linguam Theutonicam et mores curie dimisit. Indeque per conductum ipsius ducis per terram comitis de Gelra[y] et per terram eiusdem[z] ducis ad propria reversus est, et Montibus in

a) Conradi 2. b) Spirenensis 2. c) Nessoa 2. d) ministerialis 2. e) Berneri de Borlanda 2. f) Musceborch 2. g) F. . . . . de Husa 1. h) . h. 1, 2. i) in 2. k) Willermus 2. l) Nicol. de Barbentione 2. m) qui — pot. *des.* 1. n) Adualenses 2. o) Werdom 2. p) *deest* 2. q) *deest* 2. r) Lerunt 2. s) *deest* 2. t) marcha 2. u) ipsi 2. v) *deest* 2. w) hominibus 2. x) discendum 2. y) Ghelra 2. z) *add.* 2: domini.

65) Emichonis. 66) Cf. Aegid. Aureaevall. l. c. p. 137. 67) Kaiserswerth.

*fol. 71. ecclesia beate Waldetrudis in processione, que sibi in omni *reditu suo[a] a curia domini imperatoris debetur, honorifice susceptus est.

1189. Dux equidem Lovaniensis iunior, habito deinde comitis Flandrie consilio, quod comiti Hanoniensi in marcha terrarum suarum complere pepigerat, et terram comitis Namurcensis[b] liberam dimittere, diebus super hiis comiti Hanoniensi constitutis tribus in quadragesimali tempore, interesse noluit, nec terram, quam ab eius avunculo in vadio acceperat, liberam dimittere voluit[c]; quod quidem comiti Hanoniensi erat detrimentum et dampnum. In Merlemonte etenim cum H.[d] ipsius castelli possessore, erant homines ipsius ducis, qui euntes a Hanonia Namurcum, et a Namurco in Hanoniam, graviter opprimebant. Illinc autem prope erant homines comitis Namurcensis in monasterio Floreffiensi[e], qui eciam comitem Hanoniensem et suos gravius infestabant. Sicque post captionem castri Namurcensis per 17 menses comes Hanoniensis castrum Namurcum et castrum Boviniense, nisi in viribus multorum equitum[f], victualibus non[g] potuit munire. Tunc quippe temporis comes Hanoniensis sic mansit, nichil super ordinata pace inter se et ducem Lovaniensem et confederatione firmata bona[h] sperans, cum continuos a comite Campanensi insultus exspectaret.

Eodem tempore quadragesimali, Godescaldus de Morelmez[i], miles probus, nobilis et dives, qui a Hanoniensibus plurimum amabatur, cruce domini signatus, ordinem hospitalis Iherosolimitani suscepit.

Apr. 15. Tempore autem paschali, anno Domini 1189, dominus Fredericus potentissimus Romanorum imperator, Henrici regis pater, accepta apud Haghenoam[k] pera cum baculo, iter Iherosolimitanum arripuit; veniensque Renesborch[68] civitatem, ibi exercitum suum cruce signatum exspectavit. Quo congregato et ad milites circiter 20 milia exceptis servientibus et burgensibus et clericis et aliis peditibus existimato, iter potenter ac viriliter arripuit, et cum eo Fredericus filius eius Suevorum dux, miles probus et largus. Qui quidem imperator per Hungariam[l] et Bugariam transiens, in terram imperatoris Constantinopolitani[69] venit. *fol. 71'. Quem cum in transitu suo rebellem invenisset, in ipsum tamquam *in[m] inimicum Christi insurrexit, et eius civitates quasdam destruxit, quasdam vero, dum in terra illa fuit sue voluntati reservavit. Intentio autem domini imperatoris Romanorum erat ut imperatorem Constantinopolitanorum secum transduceret, vel saltem ab eo super bono et pacifico transitu suo et suorum et victualibus habendis satis esset securus. Videns autem imperator Constantinopolitanus, quod imperator Romanorum in viribus prevalebat, qui Deum adiutorem suum posuerat, cum eo pacem fecit, eique[n] conductum quem potuit prestitit, datis de pace obsidibus, et ei victualia amministrari ad emptionem fecit[n]. Imperator autem Romanorum et terram illam et terram sultani[p] de Iconio[q] transivit. Cum autem prospere incederent, venerunt ad flumen quoddam frigidissimum tempore calidissimo. Quibusdam autem[r] fluvium[s] navigio transire preparantibus, dominus imperator illud in equo transire proposuit, universis tamen dissuadentibus[s]; qui tamen in virtute equi transire volens, in mediis fluctibus cum equo nare cepit, et undis prevalentibus fere submersus est. Deo autem volente, ab hominibus suis subsidium habuit, et ad terram ad suos rediit. Attamen ex frigiditate nimia 1190. Iun. 10. aque ipse estu temporis calidus[t] in tantam incidit infirmitatem, quod infra octo dies a seculo migravit. Cuius mortem fere totus mundus fidei christiane obnoxius planxit, cum ipse pre ceteris regibus ac principibus huius mundi[u] et potentior et vividior et animosior videretur, et omnes probissimos sui imperii cum multa auri et argenti copia secum haberet. Quiquidem terre Iherosolimitane magnum potuisset, si supervixisset, auxilium impendisse. Quo mortuo, paulo post fere totus eius exercitus sua propria infirmitate periit, ita quod ad obsidionem Achre filius eius Fredericus, dux Suevorum, cum militibus circiter 700[v] tantummodo venit; qui cum ibi viriliter se haberet, et egentibus sua largiter erogaret, Deo volente cito decessit.

Vacillante tempore, comes Hanoniensis a duce Lovaniensi et a comite Namurcensi quandoque treugas habebat, que nunquam satis[w] firme habebantur. In sollempnitate quippe Mai 28. pentecostes, dominus rex Romanorum Balduinum comitis Hanoniensis filium de consensu

a) *deest* 2. b) comiti nam̄ 2. c) noluit 1. d) h. . . . . 1. e) florefiensi 2. f) mult. tamen equitorum equitum 2. g) *deest* 2. h) *deest* 2. i) morelmes 2. k) Haghienoam 2. l) Uncgariam 2. m) *deest* 2. n) eique — fecit *des.* 2. p) terram de sulca 2. q) in Yconio 2. r) *add.* 2: ardentibus. s) fluv. — diss. *des.* 2. t) *deest* 1. u) hmōī 1. v) DCCC 2. w) *deest* 2.

68) Regensburg. Cf. Ann. Col. max. l. c. p. 796: *Imperator in festo sancti Georgi* (i. e. Apr. 23.) *curiam celebrem Ratispone habuit.* 69) Isaaci Angeli.

patris novum ordinavit militem cum maxima honorificentia* apud Spiram civitatem; qui- *fol. 72. quidem Balduinus sua erogans in curia, militibus et clericis curie et servientibus honesta distribuit dona[a], scilicet equos, palefridos, ronchinos[b, 69*], vestes preciosas, aurum et argentum. Ioculatores eciam et ioculatrices grate ac placide remuneravit[70]. Quemquidem factum militem dominus rex a se recedere non permisit, multa illi promittens et eum in curia pre ceteris nobilibus honorans. Volebat eciam dominus rex Romanorum Henricus, ut comes Hanoniensis unum de filiis suis clericum faceret, cui promittebat dominus rex quod ei cito post completos 15 annos illum aut Coloniensem aut Manguntiensem[d] aut Treverensem archiepiscopum aut Leodiensem episcopum[e] faceret; quod[f] quidem consilio comitis Hanoniensis[g] satis non placuit, sed omnes layci remanserunt.

Sepedicti comitis Balduini[h] temporibus, comes de Duras[i] erat Egidius[k] miles probus, qui eciam Clarum-Montem[71] castrum inter Leodium et Hoyum[72] et Rochefort[73] in Ardenna tenebat, qui eciam advocatus erat in Sancto Trudone[74] et in Dinant, qui fratres habebat duos, Cononem scilicet[l] et Petrum. Deo autem volente, leprosus effectus est ipse; qui abiectis armis militaribus, que semper dilexerat et frequentaverat, comitatum suum Cononi fratri suo et quedam allodia reliquit. Petro quoque alio[m] fratri suam partem terre assignavit; ipse autem[n] allodium quoddam, Geldoniam[o, 75] scilicet, sibi retinuit, quam postea Henricus iunior dux Lovaniensis, ex permissione comitis Flandrensis, ipsius Egidii consanguinei, eidem Egidio abstulit. Unde Egidius, quamvis gravi lepra detineretur, tamen arma resumpsit ad vindicandum scelus in eum perpetratum, manensque quandoque apud Duras, quandoque apud Clarum-Montem, ducem Lovaniensem et comitem sepius infestabat, et eorum mercatores capiens, eis[p] vina et scarlatas et alios pannos et argentum auferebat, et illos incarceratos ad gravem redemptionem cogebat. Quequidem guerra per multa duravit tempora. Fratres autem isti, quia corporis proprii herede carebant, omnia bona sua, tam allodia quam feoda et familias, sancte Marie et sancto Lamberto Leodiensi dederunt. Quod quidem factum nec ipsi observaverunt, nec Radulphus Leodiensis episcopus ad honorem *et utilitatem ecclesie sue ea retinuit, cum ipse super hiis a comite de Loz Gerardo pro Du- *fol. 72'. ras, et a Wildrico[q] de Wallecurt, qui illorum sororem habebat, argentum pro Claromonte et Rochefort, et advocatia de Dinant accepit, ita quod post ipsorum fratrum[r] decessum Wildricus de Wallecort Clarum-Montem et Rochefort et advocatiam de Dinant et alia multa bona possedit, comes autem de Loz Gerardus[s] Duras[t] castrum et advocatiam in Sancto Trudone obtinuit, ad quod eidem Gerardo comiti de Loz comitis[u] Hanoniensis auxilium pre cunctis post Deum eidem[v] profuit, cuius consanguineus in secundo gradu consanguinitatis erat. Sciendum est autem quod sepe dictus comes Cono de Duras, parvus corpore, minor autem animo et scientia, advocatiam de Sancto Trudone et alia bona quedam a duce de Lemborch in feodo tenebat, unde stagium in castro de Lemborch debebat. Placuit autem duci de Lemborch Henrico, avunculo iunioris ducis Lovaniensis Henrici, quod Cononem comitem ad stagium faciendum sepius summonuit[w]. Qui Cono monitiones domini sui spernens et inde insipienter agens, offensam domini et periculum feodi incurrit. Dux vero de Lemborch ad hoc causam suam induxit, quod comiti de Duras Cononi omnia bona, que ab ipso habebat, abiudicari fecit; quorum quedam occupavit, advocatiam autem in Sancto Trudone Gerardo comiti de Loz vendidit ipse dux de Lemborch, unde ipse Gerardus[x] comes ei hominium fecit, et ipsam advocatiam saisivit, faventibus sibi ipsius[y] ville burgensibus, hominibus divitibus et in armis potentissimis, anno Domini 1189[z].

Eodem anno et tempore, Cono comes de Duraz[a] cruce signatus eandem advocatiam sibi abiudicatam et castrum Duras Henrico[b] iuniori duci Lovaniensi 800 marchis vendidit. Dux quippe Lovaniensis munitionem de Duraz renovare[c] cepit[76], et eam militibus et ser- Iun. 5. vientibus et victualibus munivit, ad infestandum comitem de Loz[d] et villam Sancti Trudo-

a) bona 1. b) roncinos 2. d) Maguntiensem 2. e) aut L. ep. *des.* 2. f) quo 2. g) comiti Hanoniensi 2. h) B. 1. 2. i) Duraz. k) Eigidius 1. l) scil. *deest* 2. m) alii 2. n) quoque 2. o) Iodoniam 2. p) et 2. q) Waldrico 2. r) factum 2. s) *addit adhuc* 2: de Loz. t) *deest* 2. u) comes 2. v) *deest* 2. w) submonuit 2. x) G. 1. 2. y) illius 2. z) a. D. 1189 *des.* 2. a) Duras 2. *semper et infra.* b) H. 1. 2. c) revocare 2. d) Los. 2.

69*) equos minores, gregarios nostris *roncins* DU CANGE. 70) Cf. Toeche l. c. p. 504. 71) Clermont, provinciae Leodiensis, arr. de Verviers. 72) Huy. 73) Rochefort, a Marche-en-Famene inter merid. et occid. 74) St. Truijen, vel St. Trond. 75) Iodoigne, flandrice Geldenaeken, in provincia Brabantiae, arr. de Nivelles. 76) Cf. Gesta abb. Trudon. M. G. SS. X. 390.

1189. nis. Commotoque exercitu, in quo milites circiter 700 et homines tam equites quam pedites
Mai 28 – circiter 60 milia, infra octavam[a] pentecostes terram comitis de Loz magna[b] in parte igne
Iun. 4. fol. 73. et predis vastavit, deinde Sanctum Trudonem obsedit, comite de Loz in ea cum *duce de
Lemborch manente, cum 300 militibus et totidem servientibus equitibus et hominibus peditibus circiter 20 milibus, exceptis ipsius ville hominibus. Attamen dux Lovaniensis per suas maiores vires[c] villam cepisset, nisi comes Hanoniensis comiti de Loz subvenisset. Comes autem Hanoniensis ad preces et monitionem comitis de Loz, consanguinei sui, cui eciam confederatus erat, considerans quoque quod dux Lovaniensis pacem et concordiam coram
Iun. 12. domino rege Romanorum factam nollet observare, commoto exercitu, die Lune post dominicam primam post octavam[d] pentecostes, transiens ducis terram per Veterem villam[77] castellum suum intravit, et eam magna in parte incendio et predis vastavit; deinde Sonegias cum exercitu suo revertens, terram ducis in Brabantia tam igne quam predis graviter afflixit. Audiens autem dux insultus comitis Hanoniensis, graviter turbatus et tremefactus ab obsidione illa recessit. Comes autem, liberato Sancto Trudone, exercitum suum a se recedere permisit; maiores autem suos contra ducem in Brabantia, in Braina Wilhotica, et Bincio[e], et Veteri-villa et Namurco posuit. Dux etiam suos mansores in Nivella et in suis[f] munitionibus quas in marcha habebat, contra comitem Hanoniensem et contra comitem de Loz posuit. Tunc temporis Henricus comes Campanensis, exercitum suum magnum commovens, terram comitis Hanoniensis aggredi minabatur, cuius adventum dux Lovaniensis iunior ad sumendam de comite Hanoniensi vindictam exspectabat[g]. Qui cum paratus fuisset venire, et eciam comes Hanoniensis suum exercitum commovisset, ipse Campanie comes adventum suum malum distulit. Comes autem Hanoniensis de consilio hominum suorum Balduino filio suo militi novo per nuncium mandare decrevit, ut ad se ad auxiliandum sibi venire ulterius in tanta necessitate non tardaret. Qui audito patris sui nuncio, scilicet Gisleberto[h] clerico, accepta a domino rege Romanorum benigna licentia, ad patrem
Iul. suum[i] redire festinavit. Mense autem Iulio videns comes Flandrensis ducem Lovaniensem comiti Hanoniensi satis nocere non posse, convocato utroque apud Ypram[78], treugas
Sept. 8. inter eos usque ad nativitatem beate Marie composuit. Tunc temporis, ante datas treugas, milites et servientes pauciores apud Veterem-villam pluribus a Nivella ex improviso venien-
*fol. 73'. tibus in conflictu, qui pognis[k, 78*] dicitur, viriliter resistentes, equos illis plures interfecerunt, quam sibi interfecti fuissent. Milites eciam et servientes multi *circiter 100 a Nivella usque villam, que Haina[79] dicitur prope Bincium[l] venientes, ibi a militibus sex et rusticis satis inermibus[m] paucis et a mulieribus expugnati sunt, et in fugam conversi sunt[n], quidam capti sunt, quidam vero equos et arma amiserunt. Unde eciam[o] mulier quedam terre illius contra quosdam homines in parte sua summarium cum armis et vestibus lucratum reclamavit, unde universi hoc audientes ammirati sunt. Eodem eciam tempore, milites et servientes equites circiter 200 et multi pedites a Nivella usque Brainam Wilhoticam ex improviso venerunt; quos milites et servientes in Braina constituti equites circiter 40 et pauci pedites expugnaverunt, et eos in fugam convertentes, multos ex illis ceperunt.

Dominus autem rex Francorum pacem inter dilectos suos, scilicet nepotem suum comitem Campanensem et patrem suum comitem Hanoniensem volens ordinare, comitem Hano-
Aug. nie[p] apud Pontisaram[q, 80] mense Augusto ad se venire fecit; ubi dominus Remensis archiepiscopus et comes Theobaldus pro parte comitis Campanensis[r] erant. Ibique dominus rex pacem ordinavit in hunc modum: quod comes Hanoniensis Namurcum et omnia que ad Namurcum pertinent, tam in feodis quam allodiis haberet, comes autem Campanensis Rocham et Durbui[s] haberet, Lusceleborch[t] autem ad voluntatem domini regis Romanorum remaneret. Quequidem pacis[u] compositio tam a comite Hanoniensi quam a comite Theobaldo et archiepiscopo
Sept. 1. Remensi approbata fuit et terminanda Parisius in festo sancti Egidii. Comes autem Hanoniensis, ne in aliquo domino suo[u] Henrico[v] Romanorum regi contrarius videretur, hoc absque consensu eiusque consilio[w] perficere noluit; missoque ad ipsum dominum regem nuncio, Gisleberto clerico suo, respondit ad hoc[x] dominus rex quod forma huius pacis

a) oct 1; octavas 2. b) *deest* 2. c) *addit* 2: ipsam. d) octavas 2. e) Binchio 2. f) *deest* 2. g) expectabat 2. h) Ghisleberto 2. i) *deest* 2. k) poignis 2. l) Binchium 2. m) inhermibus 2. n) *deest* 2. o) *add.* 2: et. p) vol. — H. *des.* 1. q) Pontizaram 2. r) Hanoniensis 2. s) Durbin 2. t) Lucheleborch 2. u) *deest* 2. v) h. 2. w) absque eius cons. et aux. 2. x) resp. ei 2.

77) Viesville. 78) Ypern. 78*) V. supra p. 542. 79) Haine St. Pierre. 80) Pontoise.

nunquam sibi placeret, dum comes Campanensis aliquam partem terre illius retineret. 1189.
E contra comes Campanensis huic paci per dominum suum regem Francorum et per dominum archiepiscopum Remensem[a] et comitem Theobaldum avunculos suos facte, acquiescere noluit, ita quod comes Hanoniensis super hoc domini regis Romanorum et domini
regis Francorum gratiam adeptus est. Mense autem Septembri comes Campanie adversus Sept.
comitem Hanoniensem exercitum commovit, in cuius auxilium dux[b] Lovaniensis se preparabat. Cum autem comes Hanoniensis contra eos suum commovisset exercitum et congregatum per aliquot dies detinuisset, comes Campanie suum distulit adventum.

*Comes autem Flandrie tunc temporis benignius agens, inter ducem Lovaniensem et *fol. 74.
comitem Hanoniensem pacem fieri voluit, et inter eos diem colloquii apud Haucrois[81] constituit mense Octobri. Oct.
Cui quidem dominus Philippus Coloniensis archiepiscopus interfuit; et cum colloquium per dies tres durasset, tandem pax quam ipsi antea per dominum regem Romanorum fecerant, ibi renovata et utriusque[c] fide interposita et iuramento confirmata est et hominibus suis[c] utriusque[d] datis obsidibus roborata. Attamen comes Flandrie 700 marcis quas comes Hanoniensis duci Lovaniensi pro redemptione terre comitis Namurcensis dare per dominum regem Romanorum promiserat, 500 marcas[e] addidit, quasi pro recompensatione[f] dampnorum duci illatorum; sicque comes Hanonien is cum duce Lovaniensi iuniore Henrico super 1200 marcas[g] finivit. Dux autem Lovaniensis terram, quam a comite Namurcensi in vadio habuerat, liberam dimisit. Ibidemque compositum fuit, quod dux Lovaniensis medietatem pecunie, quam comes Hanoniensis super Lembecha[h] prestiterat, dux ei redderet, et de redditibus et proventibus ipsius ville haberet ipse dux, quantum ad feodum suum pertinere per veritatem cognosceretur.

Inde comes Hanoniensis, commoto exercitu mense Novembri, Merlemontem obsedit. Nov.
Cum autem in obsidione per sex dies moram fecisset, et illud insultibus et[i] machinis oppressisset, tandem ei fuit redditum; quod castellum comiti[k] Hanoniensi multa fecerat Nov. 26–30.
detrimenta. Inde comes Hanoniensis ultima septimana Novembris, scilicet ante adventum Domini, Floreffiense[l] monasterium obsedit[m], viris ad defensandum animosis et imperterritis munitum. Cui insultus hominum et machinarum, scilicet petrariarum[n] et manghenellorum[o], nichil nocere potuit. Tandem vero comes in viribus hominum et arte[p] murum monasterii in anteriori parte incidi fecit, et illud lignis sustentari. Cum autem in obsidione per 7 ebdomadas moram fecisset[82], et ad comburenda ligna que murum sustentabant 82
ignem parasset, obsessi et monasterium et se ipsos voluntati domini comitis Hanoniensis reddiderunt. Comes autem Hanoniensis turres monasterii et testudines, ne quis ulterius in eis receptaculum haberet, prostravit. In obsidione vero illa vir probus et miles animosus Iohannes Cornutus, comitis Hanoniensis consanguineus, infirmitate aggravatus, mortuus fuit et in monasterio sancti Ursmari Lobiensis[83] sepultus.

Eodem tempore et anno, tercia die natalis Domini, homines ad honorem Namurcensem Dec. 27.
pertinentes, tam milites quam servientes, *comiti Hanoniensi in pratis[q] in loco qui Har- *fol. 74'.
bates[r] dicitur hominia et securitates fecerunt. Deinde a Clarebaldo de Alta-Ripa, consanguineo suo, super castello suo et aliis bonis suis hominium et securitatem accepit.

Eodem anno Domini 1189[s], mense Martio, Elizabeth[t] sepedicta[u], Francorum regina, 1190.
comitis Hanoniensis filia, mulier religiosissima, et a Francis tam militibus quam clericis, Mart. 15.
et cuiusque[v] conditionis viris amatissima, a seculo migravit; cuius corpus Parisius in maiori monasterio beate Marie sepultum fuit.

Anno autem Domini 1190, mense Iulio, comes Hanoniensis cum avunculo suo comite Iul.
Namurcensi et Lusceleborch[w], mediante domino archiepiscopo Coloniensi Philippo, pacem fecit in hanc formam: quod comes Hanoniensis omnia castra que occupaverat in pace haberet, et cum castris burgum[x] Namurcum et omnes villas, in quibus ipsa castra sita erant; comes autem[y] Namurcensis avunculus eius omnes villas, in quibus castra non erant, haberet; comes vero Hanoniensis hominia et insticiam feodorum haberet. Unde comes

a) *deest* 2. b) comes 2. c) utriusque — suis *des.* 1. d) utrinque 1. e) marchas 2. f) redemptione 2. g) marchis 2. h) Lembecca 2. i) *deest* 2. k) comitis 2. l) Floresiense 2. m) *deest* 2. n) perrariarum 1. 2. o) manghonellorum 2. p) ante 2. q) quantis (qtis) 2. r) Herbates 2. s) D. 1189. *des.* 2. t) *deest* 2. u) sepedictis 2. v) cuius93 2. w) Lucheleborch 2. x) *deest* 2. y) *deest* 2.

81) Hautcroix, provinciae Brabantiae, arr. de Bruxelles. 82) i. e. usque fere ad 13. diem Ianuarii a. 1190. 83) Lobbes.

1190. Namurcensis suis fidelibus iniunxit[a], ut comiti Hanoniensi hominia et fidelitates facerent. Iuravit autem comes Namurcensis comiti Hanoniensi quod et Durbui[b] et Rocham, et omnia castra que tenebat ipsi comiti fideliter conservaret[c] tenenda post ipsius decessum. Hec[d] autem pacis forma, fide interposita et iuramento prestito, utrinque[e] approbata est. Super qua quidem pace comes Namurcensis dominum regem Romanorum per litteras suas patentes et per nuncios pacis facte testes, ipsius domini regis fideles, scilicet dominum archiepiscopum Coloniensem et Gerardum comitem de Loz rogavit, ut hanc factam pacem ratam haberet, et omnia bona sua comiti Hanoniensi habenda concederet, et eum in[f] hominem susciperet. Quod quidem dominus rex antea fecerat. Facta autem hac pace, comes Hanoniensis domino regi, tam pro sua quam pro patris sui Romanorum[f] imperatoris parte,
84 super promisso apud Erbefordiam[84] facto debuit 900[g] marcas[h] puri argenti, quas dominus rex archiepiscopo Coloniensi in auxilium itineris sui in Apuliam[i] assignaverat, ita quod comitem inde cum ipso archiepiscopo oportuit finire.

Tunc temporis Willelmus rex Sicilie gloriosissimus, dux Apulie, princeps Capue, nepos
*fol. 75. Constantie regine, decesserat[85], cui iure hereditario ipsa Constantia regina Romanorum succedere debebat; sed quidam eius consanguineus, Tancredus nomine, cui pater fuerat adulterinus[k. 86], ipsum regnum et Apuliam occupaverat, et dato inde multo auro se in regem coronari fecerat. Quo audito dominus Henricus Romanorum rex illuc tendere et terram iure hereditario pro uxore sua Constantia regina se contingente, sue dominationi volens subiugare, quodcumque[l] potuit et principes imperii et alios nobiles et ministeriales ad auxilium suum et ad illuc pergendum induxit, et[m] eis ad conveniendum diem in festo
Sept. 29. sancti Michaelis constituit apud Augustam civitatem in Suevia.

1190. Aug. 10. Tunc temporis[n] Godefridus nobilis dux Lovaniensis, homo benignus, Henrici iunioris ducis[o] pater, a seculo migravit. Qui uxorem habebat comitis de Loz Gerardi sororem[87], quam quidem duxerat post mortem prime uxoris sue[88], de qua eciam filium habuit Willelmum[p], qui diutius vixit, et Godefridum qui cito mortuus est.

1189. Iul. 6. Tempore eodem et anno mortuus[q] est Henricus, rex Anglorum, cruce signatus, cui successit Richardus filius eius, et in regem apud Londonum[r] civitatem elevatus est. Qui Richardus domino regi Francorum Philippo super ducatu Normannie et Aquitanie[s] et comitatu Andegavensi fecit hominium.

c. Iun. 24. Eodem tempore estivo et anno, Philippus illustris rex Francorum et Richardus rex Anglorum pariter iter Iherosolimitanum arripuerunt[89], qui multas sepius in itinere et in transmarinis partibus inter se rixas habuerunt. In transitu quippe suo rex[t] Anglorum
1191. Cyprum[u] insulam per vires suas sibi subdidit, terram omnibus opulentam, cuius dominus terre illius rex appellatur. Quam quidem insulam postea rex Anglorum regno Iherosolimitano addidit.

Dominus quippe rex Romanorum, habito favore domini pape Celestini et Romanorum, in transitu suo in Apuliam, imperialem coronam gestare cepit[v]; unde comitem Flandrie Philippum, cruce signatum et ad pergendum Iherosolimam paratum, rogavit ut in suo comitatu usque Romam incederet, ut per ipsum potentissimum comitem Flandrie vires
*fol. 75' domini regis *maiores viderentur; quod quidem comes Flandrie domino regi concessit.

Audiens autem comes Hanoniensis comitem Flandrie in proximo ad dominum regem Romanorum debere transire, ab hominibus suis et ab ipso comite Flandrie consilium habuit, ut cum eodem comite Flandrie ad dominum regem Romanorum transiret, et insinuata domino regi pace facta cum avunculo suo, ipse dominus rex quod in Wormaciensi curia comiti Hanoniensi coram quibusdam principibus fecerat et confirmaverat, coram pluribus imperii principibus ante recessum suum recognosceret. Et quia comes Hanoniensis multis in locis tam eundo quam redeundo dubitabat, ordinatum fuit quod Henricus dux Lovaniensis, qui eciam ad dominum regem Romanorum transiturus erat, ut ab ipso terram suam et feoda ad imperium pertinentia, quia pater suus decesserat, per intercessionem comitis Flandrie

a) *deest* 2. b) Durbin 2. c) conservari 2. d) hac 2. e) utriusque 2. f) *deest* 2. g) ĩx 1; DCCCC 2. h) marchas 2. i) Appuliam 2. k) adulterius 2. l) quotcunque 2. m) *deest* 2. n) Tempore illo 2. o) *deest* 2. p) Willermum 2. q) motuus 1. r) Londonium 2. s) Acquitanie 2. t) R. 1; Rex 2. u) Ciprum 2. v) decrevit 2.

84) Erfurt. 85) 1189. Nov. 18. 86) Tancredus filius naturalis Rogeri ducis Apuliae, filii Rogeri II. regis erat. 87) Imainam. 88) Margaretae Limburgensis. 89) Cf. Cont. Aquic. l. c. p. 426.

levius mereretur recipere comiti Hanoniensi conductum faceret[a]; qui[b] quidem ducis con- 1191. ductus eidem comiti Hanoniensi non satis sanus fuisset, cum ipse dux in curia illa domini regis comiti Hanoniensi adversarius extitit manifestus.

Cum autem comes Flandrie et Viromandie Philippus, vir illustris et potentissimus, bonus ecclesiarum et hominum iusticiarius, cruce Domini signatus, iter Iherosolimitanum arripiens, peram et baculum apud Gandavum accepisset, mense Septembri[90], et presen- 90 tibus comite Hanoniensi et eius uxore Margbareta[c] comitissa et filiis eorum, ipse comes terram suam custodie et protectioni uxoris sue Mathildis regine commisit, et de pecunia sua valens[d] 50[e] marchas argenti secum portans, uxori sue Mathildi, que se reginam nominari faciebat, 40[e] marchas dimisit.

Comes vero Hanoniensis, mutato consilio, quod apud dominum regem Romanorum tunc temporis in propria persona non iret, clericum suum Gislebertum, Sancti Germani in Montibus prepositum et sancte Waldetrudis custodem, pro se misit cum litteris avunculi sui pacem factam demonstrantibus et pro promotione comitis Hanoniensis rogantibus, et cum litteris domini Coloniensis archiepiscopi pacem et[f] pacis formam testificantibus. Cui eciam domino Coloniensi comes Hanoniensis Philippum filium suum pro 900 marchis puri argenti domino regi promissi* et eidem archiepiscopo assignati in vadio dederat. Cum *fol 76. autem nuncius comitis Hanoniensis predictus ad dominum regem Romanorum accessisset, et ei pacem comitis Hanoniensis et avunculi sui apud Hallam[91] in Suevia[g] aperuisset, Sept. dominus rex super illa gavisus est. Mane autem facto quadam die dominica[92] ad preces Sept. 24. comitis Flandrie duci Lovaniensi feoda sua reddidit, nullo mediante argento; cum ipse absque multo argento non reddidisset, nisi comitis Flandrie preces intercessissent.

Tunc temporis ipse dux Lovaniensis terram Boloniensem per vires comitis Flandrie possidebat[93]. Dicebat enim comes Flandrie supra[h] terram illam vadimonium 5 milium[i] librarum habere. Quod quidem argentum eidem duci in feodo dederat, et expulsa Yda comitissa nepte sua, terram illam duci Lovaniensi quasi in vadio assignaverat. Oportuit autem ducem Lovaniensem, antequam domino regi faceret hominium, hominio comitis Flandrie renunciare; quicumque enim in imperio principis[k] gaudet privilegio, nemini hominium facere potest qui consecratus non fuerit, licet eis hominia facere regibus tantummodo et episcopis et abbatibus qui regales dicuntur.

Cum autem dux Lovaniensis Henricus domino regi Romanorum fecisset hominium, residenti[l] in claustro monachorum magno et spacioso cum multis principibus et nobilibus et militibus circiter 4000[m], nuncius comitis Hanoniensis Gislebertus[n] clericus, universis audientibus et videntibus, litteras domini Coloniensis et litteras domini[o] comitis Namurcensis et Lusceleborch[p] super pace facta cum testimonio Gerardi comitis de Loz et quorumdam aliorum tam nobilium quam ministerialium, qui paci facte interfuerant, domino regi Romanorum porrexit. Dominus autem rex universis audientibus dixit, quod de Namurco et de Durbui[q] et de Rocha marchiam fecerat, et eam comiti Hanoniensi Balduino in feodo ligio dederat, et eum marchionem et principem imperii sub testimonio quorumdam principum fecerat. Volens autem ut presentes qui aderant principes idem[r] cognoscerent, hoc eis manifestabat. Quo audito dux Lovaniensis dixit, quod in hoc sue dignitati derogabatur, et super hoc consilium vellet habere et inde loqui. Habitoque comitis Flandrensis consilio, et hominibus suis adhibitis per prolocutorem suum, scilicet comitem Flandrie, dixit, quod in terra Namurcensi vel *Rocha nullus fieri potest[s] princeps, quia in ducatu suo erat, et *fol. 76'. insuper ducatus suus[t] per Hanoniam usque ad locum qui dicitur Truncus Berengeri[u. 94] protendebatur. Ad hec Gislebertus[v] clericus dicebat, quod nullum in comitatu Namurcensi

a) com. H. c. fac. *des.* 1. 2; *in* BOUQ. *iam addita.* b) Cui 2. c) M. 1. d) valeñ 1; valens 2. e) milia *ut videtur omissum est.* f) pacem et *des.* 1. g) *add. codd.* 1. 2: ei. h) super 2. i) *deest* 2. k) principio 1. l) residendi 2. m) cccc 1; m 2. n) G. 1. o) *deest* 2. p) Luceseleborch 2. q) Durbin 2. r) eidem 1. s) posset 2. t) *deest* 2. u) troncus Berengerii 2. v) Giselbertus 1: G. 2.

90) V. Cont. Aquic. l. c. p. 426: *Comes Flandrie Philippus mediante Augusto profectus est et in Italia hyemavit.* v. Toeche l. c. p. 159. 160. 164. 91) Schwäbisch-Hall. 92) Quum rex Sept. 21. Wimpinae, Sept. 29. Augustae inveniatur, nulla alia dies Dominica restat nisi Sept. 24. 93) Uxorem quippe duxerat Lovaniensis comes Henricus Mathildem, filiam Mathaei Alsatii, fratris Philippi comitis Flandrensis, ex qua multam susceperat sobolem. B. 94) Tronchiennes, ut diserte ostendit Duvivier l. c. p. 618 n. 1. V. quoque relationem de infeodatione inter appendices.

1190. vel Rocha vel Hanonia duces de Bullione, nec post illos duces de Lemborch, nec postea comites Lovanienses vel duces ducatum habuissent, nec tenorem in hiis ipse dux pro se vel pro suis antecessoribus monstrare posset. Dicebatque Gislebertus[a] clericus domino regi: *Domine rex, dominus meus comes Hanoniensis marchiam Namurcensem a vobis tenet ut princeps, sicut cognoscitis, unde pares et testes habet principes. Si quis autem contra tenorem vel honorem suum habet dicere, ipse paratus est*[b] *die legitimo sibi constituto iuri et iudicio stare.* Dum autem hec a nuncio comitis Hanoniensis contra ducem Lovaniensem et eius prolocutorem comitem Flandrensem et auxiliatorem manifestum proponerentur, dominus rex super hoc[c] sententiam a comite Flandrensi requisivit. Qui per sententiam dixit, et inde principes habuit sequaces: quod comes Hanoniensis super terris illis iuste posset fieri et[d] marchio et princeps, cum dux tenorem ducatus in terris illis se vel suos antecessores[e] habuisse[f] 95 non posset monstrare. A marchione autem de Minse[g, 95] ibidem iudicatum fuit, et inde pares habuit principes sequaces, quod dux Lovaniensis ducatum non habebat, nisi in comitatibus quos tenebat vel qui ab eo tenebantur, cum ipse in aliis comitatibus vicinorum suorum tenuram suam monstrare non poterat. Monitus autem dux Lovaniensis a rege, comitatus quos ipse tenebat vel qui ab eo tenebantur ipsum oportuit palam nominare, scilicet comitatum Lovaniensem, comitatum Nivellensem, comitatum de Arscot[h, 96], quos ipse dux proprie tenebat. Comitatus alios nominavit quos Henricus de Cuch et comes de Ghelra[i, 97] et comes de Cleva[98] ab ipso duce tenebant, inter quos quidem comitatus comitatum de Loz[k] de ducatu[l] suo[m] esse dixit, quia per comitatum illum usque Mosam fluvium conductum habebat. Ad hoc[n] autem Gerardus comes de Loz viriliter respondens, duci dixit: *Domine dux, ego comitatum de Loz a domno episcopo Leodiensi teneo. Quod autem conductum per terram meam habetis, hoc ex eo habetis, quod antecessor meus antecessorem vestrum occidit, et in concordia facta conductum per terram suam ei concessit.* Sicque dux *fol. 77. Lovaniensis a causis quas proposuerat, quas ita esse a multis existimabatur[o], *cecidit. De consilio autem principum ibidem privilegium comiti Hanoniensi fuit concessum, et cancellario et prothonotario ad faciendum commissum. Postea autem dux Lovaniensis, per auxilium comitis Flandrie, laborabat per dies 9, ut sententia in detrimentum suum et ad promotionem comitis Hanoniensis lata apud Hallam in Suevia, per alios principes apud Augustam civitatem congregatos revocaretur, et inde a consiliariis ducis domino regi et curie 500 marce[p] promittebantur; unde dominum regem ad hoc[q] induxerunt quod ipse privilegium faciendum revocavit[r]; attamen contra comitem Hanoniensem nichil proficere potuerunt. Sicque stetit lata sententia. Itaque nuncius comitis Hanoniensis, accepto a Sept. 29. domino rege Romanorum apud Augustam die festo sancti Mychaelis privilegio[s] ad dominum suum comitem Hanoniensem cum honore et gaudio reversus est. Tacendum autem non est, quod episcopus quidam apud Hallam iudicium quesivit coram domino rege, si ministeriales principis alicuius cum nobilibus habeant[t] iudicare. Ad hoc iudicatum fuit per comitem palatinum de Tuinge[u], quod si nobilis homo iudicium proferret[v], et unum nobilem haberet in iudicio sequacem, alter sequax esse posset ministerialis, scilicet de principis advocatia vel propria[w] familia.

Gislebertus clericus ad dominum suum comitem Hanoniensem revertens, apud Namurcum cum nobilissima uxore sua Marghareta comitissa eum invenit, eique honorem sibi absenti adiudicatum significavit. Comes autem, convocatis militibus terre illius, coram omnibus privilegium quod a domino rege Romanorum habebat in monasterio Sancti Albani legi fecit, ut eius honorem et ius suum plenius cognoscerent. Inde ipse comes in monasterio Sancti Albani cum sollempni processione, deinde in Montibus in ecclesia beate Waldetrudis, postea Valencenis in ecclesia sancti Iohannis, susceptus est tamquam princeps novus, et sigillo, cuius[x] inscriptio erat tantummodo COMITIS HANONIENSIS, fracto, novum fecit, cuius inscriptio fuit MARCHIONIS NAMURCENSIS ET COMITIS HANONIENSIS.

1191. Anno Domini 1191, dominus Henricus rex Romanorum cum exercitu transiens Rome, in imperatorem a domino papa Celestino consecratus et coronatus est, et cum eo Con- Apr. 15. stantia regina in imperatricem consecrata et coronata est, feria secunda pasche.

a) G. 1. 2. b) *deest* 2. c) ħ 2. d) *deest* 2. e) successores suos 2. f) habere 2. g) Minche 2. h) arcscot 2. i) Gelris 1. k) Los 2. l) de duc. *des.* 2. m) suum 2. n) hec 2. o) extimabatur 1. p) march 2. q) ħ 2. r) renovavit 2. s) previlegio 2. *sic et infra.* t) habeat 2. u) Thuinghe 2. v) preferret 2. w) alia 2. x) eius 2.

95) Misnensi Alberto. 96) Aerschot. 97) Otto. 98) Theodericus.

*Eodem tempore, Henricus comes Campanensis satis iuvenis, cruce Domini signatus est, *iterque Iherosolimitanum arripuit, unde pre ceteris principibus et eciam regibus gloriam et honorem habere meruit. Cum enim omnes et reges et principes inde ad propria reverterentur, ipse quasi solus ibi remansit, et per quoddam matrimonium[1] regnum terre illius adeptus est, cuius divitie in partibus suis maiores[a] videbantur; attamen comitis Namurcensis filia sibi non fuit reddita tunc temporis, cum homines comitis Campanensis eius reditum quandoque expectarent, et ad terras comitis Namurcensis anhelarent; que tamen filia, pro nimia comitis Campanensis mora, patri reddita fuit. *fol. 77'.

Anno autem Domini 1191[b], vigilia pentecostes, comes Flandrensis Philippus, vir probissimus ac potentissimus, qui et[c] hominibus et victualibus et auro et argento bene munitus, negotia servitiaque divina viriliter sibi assumpserat, infirmitate aggravatus decessit in transmarinis partibus in obsidione Acre. Unde dicitur, quod pro illius morte rex Francorum Philippus, ut illi in maioribus bonis succederet, alia assumpta occasione tam ex odio regis Anglorum quam ex proprii corporis infirmitate, a partibus illis cicius ad propria[d] redierit. 1191. Iun. 1.

Eodem tempore et anno rumores Cameracum pervenerunt, quod dominus Rogerus Cameracensis episcopus in illis partibus transmarinis decesserat. Unde cum scolarius Cameracensis ad propria remearet, et per dominum Henricum, novum imperatorem Romanorum, qui in Apulia cum suo exercitu erat, transiret, litteras eius deprecatorias, ut in episcopum eligeretur, ad capitulum Cameracense et ad cives et ad comitem Hanoniensem, marchionem Namurcensem, apportavit. Discordante autem capitulo, pars quedam dominum Iohannem, eiusdem ecclesie archidiaconum, nepotem domini Rogeri episcopi predicti, elegit; e contra alia pars dominum Walcerum[e], cancellarium eiusdem ecclesie, pro quo dominus imperator preces transmiserat, elegit. Quorum quisque ad dominum Henricum novum imperatorem profectus est. Discordia quippe illa ex eo processerat, quod cum dominus Iohannes maioris meriti videretur quam dominus Walcerus[f], et saniorem partem capituli haberet, die non ad electionem constituta, et non convocatis[g] maioribus *ecclesie personis, sicut iuris et moris est, ipse Iohannes electus fuisset a sua parte; alia vero pars de consilio et gratia domini imperatoris agens, quia imperator asserit quod in discordia partium sibi licet[h] episcopatus et abbatias cui voluerit conferre, dominum Walcherum[i] elegerat. *fol. 78.

Eodem tempore et anno dominus Radulphus Leodiensis episcopus a Iherosolimis rediens et per Sueviam terram nativitatis[2] sue transiens, ibidem[k] morari et requiescere 2 cepit; dum autem ibi moram faceret, infirmitate oppressus decessit. Congregato autem capitulo Leodiensi, pars quedam Albertum, ducis Lovaniensis fratrem, ordine subdyaconum, ipsius ecclesie archidyaconum, in viribus ducis Lovaniensis elegit; pars vero quedam dominum Albertum, comitis Retensis fratrem, comitis Hanoniensis consobrinum, ipsius ecclesie maiorem prepositum et archydyaconum, ordine dyaconum, elegit. Quorum quisque nuncios ad dominum imperatorem transmisit. Ducis autem Lovaniensis frater Albertus, in fratris sui ducis Lovaniensis, et avunculi sui ducis de Lemborch et eius filiorum, et patrui sui comitis Alberti de Danborch[l] spem suam posuerat. Comes autem Hanoniensis nolens illum supra se posse dominari, cum cuius proximis rancorem semper habebat, pro consobrino suo Alberto de Retest, viro maturiore sed pusillanimi, laborabat, qui avunculus[3] erat Constantie imperatricis; pro quo etiam Alberto imperator et imperatrix comitem Hanoniensem sepius rogaverant et monuerant, ut si quandoque episcopatus Leodiensis vacaret, illum quocumque modo faceret eligi. Laborabat eciam comes Hanoniensis, marchio Namurcensis, pro promotione Walceri[m] Cameracensis cancellarii, compatriote sui, pro quo dominus imperator eciam eum rogaverat; et pro illorum promotione Gislebertum, clericum suum, Montensem prepositum, ad dominum imperatorem cum ipso cancellario transmisit. Qui per Teuthonicam terram incedentes, Alpes in loco[n] qui Mons-Setes[o, 4]

a) *add.* 2: esse. b) M.C.LXXXXIJ° 2. c) *deest* 2. d) ad propria *des.* 1. e) Walterum 2. f) Walterus 2. g) vocatis 2. h) liceat 2. i) Walricum 2. k) ibi 2. l) Demberch 2. m) Walteri 2. n) in loco *des.* 1. o) mōffeces 1; Mons-setes 2.

1) Ducta nimirum Isabella regina, Conrado Montis-Ferrati marchione a. 1192. viduata. 2) erat frater Bertholdi IV. ducis de Zäringen. 3) frater erat Beatricis de Retest, matris Constantiae. 4) Mont Cen-

1191. dicitur, et per lacum de Cuma[5] transierunt; transeuntesque per Ytaliam, in villa que 6 Burs-saint-Domin[6] dicitur, rumores de morte comitis Flandrensis[7] certos habuerunt. Dominus etenim rex Francorum a transmarinis partibus pro tota terra comitis Flandrie occupanda milites quosdam in detrimentum comitis Hanoniensis mittebat, scilicet Petrum *fol. 78'. de Maisnil et Robertum de Waurin, Hellini senescalci[a] fratrem, *et quosdam alios, quorum quidam in Ytalia mortui sunt; sed Petrus et Robertus in Franciam et Flandriam pervenerunt[b]. Gislebertus autem clericus[c] rumores illos comiti Hanoniensi domino suo per festinum cursorem significavit, ita quod comes Hanoniensis rumores illos octo diebus citius prescivit, quam Franci vel Flandrenses homines prescirent; quod quidem ei profuit. Comes enim sibi providit; ita quantotius rumores ad Francos et ad Flandrenses pervenerunt, ipse terram Flandrensem iure hereditario uxorem suam Margharetam[d] comitissam contingentem occupavit, scilicet Brugis, Ipram[e], Curtracum, Aldenardam, Geraldimontem[f], Alost, Waisam; Gandavum autem sibi citius non fuit voluntarium, quod postea ad suam voluntatem habuit, cuius firmitatem[g] Mathildis, uxor comitis Flandrie vidua, hominibus et armis munierat, que et in domini regis gratia et in ducis Lovaniensis auxilio confidebat. Unde dux Lovaniensis comiti Hanoniensi guerrarum[h] citius movit insultus, qui in ipsius ducis dampnum et detrimentum postea versi sunt, ut adhuc dicetur. Comes autem Hanoniensis de hiis que ad dotalicium Mathildis, que se reginam appellari faciebat, iure pertinebant, nichil[i] occupare volebat, cum maiorem eorum partem voluntati sue paratam inveniret. Dum autem comes Hanoniensis ad saisandum[k] Flandriam circuibat, exercitum suum apud Geralmont manere[l] faciebat, ad custodiendas contra ducem Lovaniensem terras suas, Flandriam scilicet et Hanoniam. Mathildis autem omne quod poterat malum apud dominum Willelmum[m] Remensem archiepiscopum, qui pro absentia regis Franciam procurabat et apud alios[n] quoscumque Francie potentes machinabatur contra comitem Hanoniensem. Cives itaque Atrebatenses et burgenses Arienses et Sancti Audomari et multi alii comiti Hanoniensi adhesissent tamquam domino suo[o] hereditario, si ipse comes eos suscipere voluisset; sed quia illi ad dominum regem Francorum ex parte filii sui Ludovici, nepotis comitis Hanoniensis, devenire debebant, fidem suam in aliquo ledere noluit. Attamen burgenses Sancti Audomari, homines domini regis Francorum nequaquam suscipere voluerunt, quousque inde[p] in curia domini regis laudamentum et preceptum comitis Hanoniensis habuerunt. Unde postea diu offensam regis et in pecunia sua dampnum passi sunt, cum ipsi ordine iusto incedentes a iusto herede Flandrie recedere nolebant, nisi de illius *fol. 79 assensu plenario. Tunc temporis de benevolentia et consensu comitis Hanoniensis Ida[q] Boloniensis comitissa, que[r] novo nupserat marito, Rainaldo comiti de Danmartin[s] in Goela, terram suam Boloniam, quam dux Lovaniensis per aliquot tempus occupaverat et per voluntatem comitis Flandrensis detinuerat, recuperavit, excluso duce Lovaniensi cum suis, qui quidem dux si amorem et gratiam comitis Hanoniensis habuisset, nunquam dum voluisset terram illam amisisset.

Henricus imperator Romanus in viribus suis et iure multas civitates Apulie et eciam principatum Capue cum uxore sua Constantia imperatrice sue subdidit voluntati. Neapolis Mai. — Aug. 24. autem civitas opulenta ac fortissima ei[t] contraria fuit, quam ipse obsedit. In qua obsidione, mensibus Iulio et Augusto clades et infirmitas tanta supervenit, quod archiepiscopus Coloniensis Philippus[8] potentissimus, et dux Boemie[u][9] princeps illustris, probus et sapiens et satis litteratus, mortui sunt, et cum eis quamplures principes, archiepiscopi, episcopi, abbates, duces, marchiones, comites palatini, et alii multi nobiles, ita quod de toto exercitu imperatoris vix decima pars evasit mortem. Ipse autem[v] imperator in tantam ibi[w] incidit infirmitatem, quod pro mortuo reputabatur, et illinc ex occasu suorum et nimia sui infirmitate coactus est ab obsidione recedere. Domino imperatori ab obsidione illa revertenti[x] occurrit Walcerus[y] scolarius Cameracensis, a quadam parte capituli electus, cum Gisleberto clerico, Montensi preposito, qui ad ipsum imperatorem pro promotione ipsius

a) senescalli 2. b) reversi sunt 2. c) *deest* 2. d) M. 1. 2. e) ypraz 2. f) Gerardi-Montem 2. g) infirm. 2. h) guerrorum 1. i) nil 2. k) saisiandum 2. l) movere 2. m) Willegmum 2. n) illos 1. o) *deest* 2. p) *deest* 2. q) Yda 2. r) qui 2. s) Dammartin 2. t) et 1. u) Bohemie 2. v) *deest* 2. w) sibi 2. x) evertenti 2. y) Walcerius 1.

5) Lago di Como. 6) Borgo-San-Donino. 7) V. supra p. 573. l. 10. 8) obiit die 12. vel 13. vel 15. m. Augusti; cf. Toeche l. c. p. 200. 9) Conradus, obiit Aug. 9.

Walceri et Alberti Loodiensis prepositi, a comite Hanoniensi missus fuerat. Domino vero 1191. imperatore in obsidione illa morante, domina Constantia imperatrix in civitate Salerna in palatio suo morabatur; sed cives, qui ei fidelitatem tamquam domine sue hereditarie fecerant, eam Tancredo nepoti eius, facto iniuste regi Sicilie, eius accepto auro, inhoneste[a] tradiderunt, unde imperator nimio fuit afflictus dolore. Quam Tancredus cum eam[b] in Pannormo, que vulgariter Palerna dicitur, posuisset, cives eam admodum honorabant, tamquam dominam suam hereditariam, ita quod Tancredus de illa satis compos non erat. Que postea transacto anno uno vel amplius, domino suo *imperatori restituta fuit. *fol. 79'. Dominus imperator et scolarium Cameracensem et nuntium comitis Hanoniensis benignissime suscipiens, scolario certissime episcopatum Cameracensem, et preposito Leodiensi episcopatum Leodiensem[c] per nuncium comitis Hanoniensis promisit; et quia hoc[d] nisi sub testimonio principum Theutonie[e] fieri non poterat, et Theutonie[e] princeps aderat unus tantummodo, scilicet patriarcha Aquilee[10], investituras istas usque in Theutoniam oportuit differre[f]. Unde 10 ipse dominus imperator et scolario diem constituit in Theutoniam, et per litteras et per nuntium comitis Hanoniensis preposito Leodiensi mandavit, ut in Theutoniam ad ipsum accederet, accepturus ab eo episcopatum Leodiensem, et per litteras et per ipsum comitis Hanoniensis nuntium significavit comiti Hanoniensi promissiones factas super episcopatibus et preposito Leodiensi et scolario Cameracensi, grates eidem[g] comiti Hanoniensi[h] referens, quod pro illorum promotione laborabat. Et quia dominus rex Romanorum antea novus factus[i] erat imperator, postea sepedictus comitis[k] Hanoniensis nuntius effecit in illis partibus, ubi dominum imperatorem Henricum invenit, scilicet apud Reatum[11] civitatem, quod privilegium, c. Sept 20. quod ab ipso domino imperatore apud Augustam super bonis comitis Namurcensis sigillo regio[l] signatum habuerat, ibidem renovatum sub testimonio principum tam[m] Lumbardie quam .....[n] et Apulie et Theutonie renovatum[m], et sigillo imperiali aureo roboratum, et ipsi comiti transmissum fuit. Comiti eciam Hanoniensi mandavit dominus imperator quod super feodis imperii, que habuerat comes Flandrensis, nemini alii quam sibi suam gratiam adhiberet. Quorum privilegiorum[o] transcripta in subsequentibus invenientur[12]

Hic equidem[p] comes Hanoniensis sepedictus, cum ad principatum Flandrensem pervenisset, qui primo sigillum habuerat a patre suo sibi[q] relictum, cuius inscriptio erat: BALDUINI COMITIS HANONIENSIS[13], ex quo quamplures carte cum privilegiis ab ipso et a patre eius fuerant signate, postea hoc fracto sigillo pro dignitate Namurcensi supercrescente, aliud habuit sigillum, cuius inscriptio fuit: BALDUINI MARCHIONIS NAMURCENSIS ET COMITIS HANONIENSIS. Isto sigillo non fracto sed recondito, quo multas eciam cum privilegiis firmaverat cartas, tertium habuit sigillum, cuius inscriptio fuit: BALDUINI COMITIS FLANDRIE ET HANONIENSIS[r] ET MARCHIONIS NAMURCENSIS[14], quo multa innovavit et renovavit privilegia. Defuncta autem Marghareta eius uxore, cum comitatus Flandrensis ad Balduinum filium eius devenisset, sepedictus comes Hanoniensis *secundum sigillum suum sibi reassumpsit, cuius inscriptio erat: BALDUINI MARCHIO- *fol. 80. NIS[s] NAMURCENSIS COMITIS HANONIENSIS, et hoc usque ad[t] finem vite sue utebatur, quo multa privilegia confirmavit, quibus Montensis, Melbodiensis, Sonegiensis, Condatensis, Altimontensis, Crispiniensis et Valencenensis, Alnensis, Broniensis et Sancti Dyonisii ecclesie cum aliis multis gaudent[15].

a) inhoneste 1. 2. b) ea 2. c) ep. L. *des.* 2. d) hec 2. e) Theutonice 2. f) deferre 2. g) ei 2. h) *deest* 2. i) *bis script.* 1. k) *bis in* 2. l) *deest* 2. m) tam Apulie quam Lombardie et Theutonice renovatum 2. n) *lacuna in* 1. o) prevel. 2 *semper.* p) quidem 2. q) *deest* 1. r) Hanonie 2. s) *deest* 2. t) in 2.

10) Godefridus. 11) Rieti. Cf. Toeche l. c. p. 651. 12) minime. 13) Sigillum vidi in archivo Insulensi hac inscriptione circumdatum: ✠ SIGILLUM. BALDVINI. COMITIS. HAINOENSIS. 14) V. imaginem apud Oliv. de Wrée, les seaux (!) des comtes de Flandre et inscriptions des chartes par eux publiees. A Bruge 1641. Tab. 13. 15) Exempli causa exordium diplomatis cuiusdam damus ex originali archivi Montensis exscriptum: *Notum sit universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris quod Balduinus comes Hainoensis, marchio primus Namucensis, Balduini comitis et Alidis comitisse filius uxorem habuit nobilissimam Margaretam, Theoderici comitis Flandrie filiam, Philippi potentissimi Flandrie et Viromandie sororem, de qua filios habuit milites strenuos, Balduinum scilicet primogenitum, Philippum medium, Henricum tercium, et filias, quarum una fuit Elizabet, gloriosissima Francorum regina, Philippo illustri Francorum regi desponsata. Philippo quippe Flandrie et Viromandie comite defuncto, ipse Balduinus cum Margareta uxore sua principatum Flandrie per aliquot annos possedit. Idem quoque Balduinus ex parte matris sue Alidis et avunculi sui Henrici Namuci et Lusceleborch comitis iure*

1191. Cum grandis inter Balduinum comitem Hanoniensem et Margharetam comitissam uxorem eius[a], iustam Flandrie heredem, et Mathildem comitis[b] Flandrie Philippi olim coniugem, controversia verteretur, dominus Willelmus[c] Remensis archiepiscopus et comiti[d] Hanoniensi et Mathildi[e] comitisse, que se reginam nominabat[f], diem constituit mense Oct. Octobri apud Atrebatum, ut inter eos ibi vel iudicium vel concordiam componeret. Post multas tamen contentiones, cum[g] ipsa Mathildis[h] comitissa totam Flandriam in dotalicio reclamaret, et e contra comes Hanoniensis[i] iudicium requireret, proponens quod dotalicium aliud habere non debebat quam illud quod in nuptiis ei concessum fuerat; tandem inter eos huiusmodi pax ordinata est: quod comes Hanoniensis capud Flandrie[k] et comitatum haberet, scilicet Brugas, Gandavum, Ipram[l], Curtracum[m], Aldenardam, Waisam, Alost, Geralmont, et feoda alia imperii, scilicet villas que ministeria[n] dicuntur, et insulas marinas, in quibus insulis comes Hollandensis participat, et a comite Flandrensi tenet[o] in feodo. Ipsa autem Mathildis dicta regina dotalicium sibi in nuptiis traditum, scilicet Duacum, Sclusam, Orchias, Insulam, Cassellum, Furnas, Dikemudam, Borborch[p], Bergas et mansionem Niepe[q] sibi retinuit. De iusto dotalicio suo tunc[r] domino regi reliquit Sanctum Audomarum et Ariam, que post ipsius Mathildis decessum ad domini regis Francorum filium parvulum Ludovicum iure hereditario devenire debebant[16]. In ipsis autem colloquiis nuncius comitis Hanoniensis, scilicet Gislebertus Montensis prepositus, ad ipsum dominum suum apud Atrebatum rediit, per quem dominus imperator ei mandabat, ut in adventu Domini vel in nativitate Domini ad ipsum accederet in Teuthoniam, suscepturus ab eo feoda imperii, que habuerat comes Flandrie, et ut cum eo ordinaret de episcopatu Leodiensi domino Alberto preposito Leodiensi conferendo, et de[s] episcopatu Cameracensi domno Walchero scolario Cameracensi dando[s]. Que quidem omnia domino comiti admodum placuerunt. Inde comes Gandavum *fol. 80'. cum uxore sua venit, ubi antea ex suggestione *sepedicte[t] Mathildis regine, que castrum ad usum sui munierat, .....* tunc receptus, ad exercitum suum apud Geralmont rediit, exacerbatus in ducem Lovaniensem, qui eum exheredare laborabat, et presumptuose diffiduciaverat, et terram illius in multis locis predis et igne devastans, munitiones quasdam scilicet Tubisam, Hanbrughe[u], et Ochekircam[v] per vim cepit et prostravit — que quidem munitiones ipsum et suos sepius infestaverant — et Anghien castrum obsedit, quod quidem castrum a duce tenebatur, cum ipsa[w] villa a comite Hanoniensi[w] teneretur. Castrum quippe turri et muris firmatum insultibus absque[x] machinis capi non poterat. Cum autem comes ad hoc[y] petrariam[z] instruxisset, videntes obsessi castrum ipsum se defensare non posse, accepto domini sui ducis consilio, qui eciam dux viribus comitis resistere non valeba laudavit et concessit Engleberto de Anghien[a], viro nobili, ipsius castri possessori, ut si castrum illud detinere non posset, ea tamen conditione teneret, quod nec ipsum castrum duci Lovaniensi contra comitem Hanoniensem, nec comiti Hanoniensi contra ducem Lovaniensem[b] redderet, et ita si Englebertus[c] a comite Hanoniensi impetrare posset, castrum suum in pace teneret; quod ipsi Engleberto tunc a comite concessum fuit, sed postea, alia occasione superveniente, comes castrum illud penitus[d] obruit. In obsidione illa apud Anghien miles probus et magni nominis et sapiens et in consiliis comitis Hanoniensis potens, Almannus de Provi[e], infirmitate oppressus decessit. Inde comes, firmatis cum duce Lovaniensi treugis, perrexit in Flandriam cum uxore sua Marghareta, ad suscipienda hominia sua et[f] exercendam iusticiam in illa, cum ipsa terra a maleficiis vix umquam[g] posset refrenari, sed semper principem vividum et in iusticia austerum ipsam regionem Flandrie oporteat habere.

a) suam 2. b) comitissam 1. c) Willermus 2. d) comitis 2. e) Mathildis 2. f) nominari faciebat 2. g) *deest* 2. h) M. 1; Margareta 2. i) comitem Hanoniensem 2. k) *deest* 2. l) Ypram 2. m) Curtacum 2. n) mīſtīa 1. o) *deest* 2. p) Berborc 1. q) Nieppe 2. r) autem 2. s) et de — dando *des.* 2 *hoc loco, sequuntur post* admodum placuerunt. t) predicte 2. *) non receptus, *inserendum esse videtur.* u) Hambruge 2. v) Ocirkam 2. w) *deest* 2. x) atque 2. y) adhuc 2. z) prariam 2. a) enghien 2. b) Lovaniensem *deest* 1. c) *add.* 2: si. d) penitus *deest* 1. e) Prouy 2. f) si 2. g) nūquam 2.

*Namucum adeptus fuit. Unde ipse Balduinus a domino Henrico Romanorum imperatore Frederici imperatoris filio factus fuit marchio Namucensis et princeps imperii. A quo etiam Henrico imperatore Balduinus predictus filius eius in militem fuit ordinatus. Defuncta autem Margareta predicta ipsa Brugis in monasterio sancti Donatiani sepulta fuit. Cui in hereditate et comitatu Flandrensi successit sepe dictus filius eius Balduinus. Balduinus autem vir ipsius Margarete ad comitatum suum Hainoensem et ad marchiam Namucensem, relicta filio Flandria, rediit.*

16) Cf. conventionem ex registro Philippi Augusti regis, typis datam apud Bouquet, XVIII. 408 n.

Interim autem comes Hollandensis[17] per nuncios petebat, ut a domino imperatore in 1191. augmentum sui feodi quod ab eo tenebat, feoda que a comite Flandrensi tenuerat, habere posset, et ab hominio comitis Flandrie deinceps emanciparetur, et super hoc domino imperatori quinque milia[a] marchas puri argenti, si princeps fieret, largiri[b] promittebat. Dux quoque[c] Lovaniensis pro terra de Alost, que a domino imperatore tenebatur, *domino im- * fol. 81. peratori quinque milia[d] marchas puri argenti dare volebat, in qua eciam terra ipse dux quedam allodia parva et quarumdam villarum advocatias de feodo, suo de iure esse diceret. Dominus autem imperator Romanorum, et comitis Hollandensis et ducis Lovaniensis petitiones et promissiones postponens, omnem gratiam et benevolentiam erga comitem Hanoniensem habebat.

Interim Sygerus[e] Gandavensis castellanus, qui in Flandria magnam parentelam hominesque[f] multos et divitias habebat, custodiam castri Gandavensis, quod Philippus comes Flandrie ad reprimendam hominum Gandavensium nimiam superbiam construxerat, reclamabat, dicens de castellaria sua esse. Comes autem, quia[g] in terra Flandrensi nondum satis radicatus erat, et ne Sygerus[e] de eo conqueri posset, in recompensationem custodie ipsius munitionis centum libratas terre ei[h] assignavit, sperans in[i] illo et in[k] eius filiis magnum bonum[l] ulterius ac servicium fidele habere, et ne in aliquo videretur iuri contraire.

Hiis quidem et aliis comes Hanoniensis prepeditus negotiis, ad dominum imperatorem accedere non potuit, sed filium suum Balduinum pro se misit et cum eo milites Renerum de Trit, Gerardum de Hamaida, Gislenum Bellimontis castellanum, Renardum de Strepi, Gossuinum de Herierpont[m], Walterum[n] de Stankirca, apud Wormaciam[o] civitatem, cum Dec. nuncii ipsius comitis, Bernerus scilicet de Roulcourt[p] vir nobilis, et Gislebertus Montensis prepositus longas[q] super adventum[r] domini comitis a domino Romanorum imperatore inducias habere non possent. Qui eciam ex parte ipsius comitis pro promotione prepositi Leodiensis et cancellarii Cameracensis omnimodis laborabant[s], sed nichil eis profuit, cum demum dominus imperator eos in votis et petitionibus suis fefellerit. Igitur antequam ad dominum imperatorem pervenisset Balduinus, comitis Flandrensis et Hanoniensis et marchionis Namurcensis filius, dominus imperator, acceptis occulte a domino Iohanne archidyacono Cameracensi, ex una parte capituli Cameracensis electo, tribus[t] milibus[u] marchis[v] puri argenti, ab ipso Iohanne et a Walchero scolario, ex alia parte electo, super his[w] incerto, requisivit ut ambo super episcopatu Cameracensi sue voluntati *et arbitrio prorsus * fol. 81'. se submitterent. Quod quidem Iohannes satis certus pro data pecunie[x] summa[y] facere non recusavit, Walcerus[z] eciam, cui dominus imperator episcopatum promiserat, eius promissis satis credens, animo letanti concessit. Dominus vero imperator episcopatum Cameracensem Iohanni contulit, homini qui satis et honestus et religiosus videbatur. Walchero autem ordinavit[a] expensas suas, que erant in numero mille et centum marcharum magno pondo, persolvi, et 80 marcatas[b] redditus dum viveret habendi a Iohanne sepedicto electo; que quidem omnia in nulla parte ab imperatore vel a domino Iohanne electo erga dominum Walcerum[c] fuerunt observata. Quod quidem apud Haghenoam actum fuit in natali Do- Dec. 25. mini. In quibus eciam diebus ibidem iudicium superius scriptum[18], simile illi iudicio quod contra Robertum de Belren[d] Montibus latum fuerat, contra prepositum Argentinensem factum fuit.

Tunc eciam temporis dominus Albertus de Retest[e], Leodiensis ecclesie maior prepositus et archidyaconus, cum domino imperatore morabatur, expectans donum episcopatus Leodiensis. Quod quidem, quamvis ab una parte electus esset, tamen fieri non poterat, quousque alii Alberto fratri ducis Lovaniensis, ipsius ecclesie archidyacono, ab alia parte electo, esset electio abiudicata, et in manum[f] domini imperatoris per sententiam principum devenisset. Cum autem dominus imperator in octavis[g] epiphanie Wormaciam venisset, 1192. Ian. 13. presentatus est ei Bruno, Coloniensis ecclesie maior prepositus, vir nobilis et honestus, sed etate et infirmitate gravis, comitis Flandrensis et Hanoniensis consanguineus, electus in

a) V. 2. b) largius 2. c) vero 2. d) *deest* 2. e) Sigerus 2. f) parentelamque homines 2. g) qui 2. h) eis 1. 2. i) ab 2. k) *deest* 2. l) bonum *deest* 1. m) heripont 2. n) Walcerum 1. o) Warmaciam 2. p) Roulecourt 2. q) longuas 2. r) adventu 2. s) laborabat 2. t) III 2. u) *deest* 2. v) marchas 2. w) hiis 2. x) pecunia 2. y) *deest* 2. z) Walcherus 2 *semper*. a) *pro hac voce habet* 2: ut. b) marchatas 2. c) *add.* 2: electum. d) Belrem 2. e) Rest 2. f) manu 1. g) oct' 1.

17) Theodericus VII. 18) V. supra p. 557 sq.

1192. archiepiscopum. Cui dominus imperator regalia sine difficultate aliqua contulit. Qui quidem Bruno nunquam consecrari voluit[19], sed pro[a] corporis gravitate[b] nimia episcopatum cito renunciavit, cui successit nepos eius Aiulphus[20], ipsius ecclesie maior decanus, comitis Flandrensis et Hanoniensis consanguineus. Apud Wormaciam accessit dominus Albertus Lovaniensis cum eis qui eum elegerant et cum avunculo suo duce de Lemborch et patruo suo Alberto[c] comite de Danborch[d] et de Musan. Frater autem eius Henricus dux Lovaniensis ad curiam cum ipso accedere non audebat; imputabatur enim ipsi duci quod per violentiam fratrem suum eligi fecisset. Itaque Albertus Lovaniensis domino imperatori tamquam electus presentatus est. Alberto autem de Retest cum sua licet[e] minore parte[f] resistente, dominus imperator super discordia electionis sententiam a principibus requisivit. Quod quidem iudicium domino *Brunoni Coloniensi electo et domino Conrardo Maguncì́ensi archiepiscopo et domino[g] Iohanni Treverensi archiepiscopo[g] et Monasteriensi, Metensi, Tullensi, Argentinensi[h], Spirensi[i], Herbipolensi, Balbobergensi[k], Basiliensi episcopis commissum est, Woldenensique et Lonensi et Prumensi abbatibus. Sententiam autem Monasteriensis episcopus[l] protulit, et inde alios omnes sequaces habuit, quod episcopatus Leodiensis in manus domini imperatoris devenisset, dandus ad voluntatem suam, presente et audiente Alberto Lovaniensi et suis, qui inde dolebant, et Alberto de Retest et suis qui inde gaudebant; quia[l*] in episcopatu Leodiensi Albertus de Retest omnem spem bonam habebat[m], cum ei[n] illum dominus imperator ante iudicium promisisset, et post factum iudicium sepius promisit. Cum autem Balduinus, comitis Flandrensis et Hanoniensis et marchionis Namurcensis filius, pro promotione[o] consobrini sui Alberti de Retest laborabat, tamquam pro eo de quo nemo dubitare videbatur, dominus imperator accepta nimia pecunia a Lo- (Jan. 11.) thario clerico, viro nobili, preposito Bonnensi, fratre comitis de Hostade[p], cancellariam (Jan. 13.) suam, que tunc vacabat, ei vendidit[21]. Secunda autem die a donatione illa cancellarie eidem Lothario sub testimonio predictorum principum, astantibus eciam utroque Alberto, episcopatum Leodiensem contulit. Que quidem donatio et scandalum in ecclesia et in populis multis fecit, et ipsum Albertum Lovaniensem et eundem Lotharium ad mortem festinam perduxit. Albertus autem de Retest in promissis defraudatus est, cui dominus imperator pro expensis factis 500 marchas restituere voluit, quas ille accipere contempsit.

(*fol. 82.)

Interim comes Hollandensis domino comiti Flandrie et Hanonie super feodis que a comite Flandrie habuerat, hominium fecit. Balduinus autem filius comitis, acceptis patri suo induciis veniendi ad dominum imperatorem quandocumque[q] vellet vel posset, ad patrem suum reversus est; que inducie usque ad tempus congruum et aptum comiti Hanoniensi fuerunt concesse.

Eodem anno scilicet 1191[r], Acra civitas diu obsessa capta fuit, in cuius obsidione Philippus rex Francie egrotare cepit, cui quidem dicebatur quod[s] rex Anglie in mortem eius vel veneficiis moliretur. Unde rex Francorum tam infirmitate quam ex odio regis Anglorum (*fol. 82'.) *assumpta occasione, in Franciam rediit mense Ianuario[22]. Cuius recessus peregrinis christianis, quibus unicum videbatur in ipso rege refugium, dolorem et detrimentum, Sarracenis autem, qui eius solius presentiam pre ceteris abhorrebant, gaudium contulit. Comes (1191. Dec. 25.) autem[t] Flandrensis et Hanoniensis et marchio Namurcensis, audito eius adventu, Parisius ad ipsum accessit, eique suum hominium pro Flandria obtulit, quod quidem hominium suscipere dominus rex negavit, non considerans quod ipse comes erga ipsum, super parte illa que ad ipsum et ad filium eius Ludovicum[u] devenerat, fideliter egisset, cum ipse comes in primis terrarum occupationibus domino regi contrarius nimis extitisse potuisset. Verum dominus rex donis et promissis domine Mathildis regine, uxoris comitis Flandrie, partem totam que ad comitem Hanoniensem devenerat de terra Flandrie, in dotalicium ipsius Ma-

a) pre 2. b) gruitate 2. c) *deest* 2. d) Damborch 2. e) scilicet 2. f) parte *deest* 1. 2. g) et dom. — arch. *des.* 2. h) Argentiensi 2. i) Spirenensi 2. k) bellebergensi 2. l) epo 1. l*) qui 1. 2. m) habebant 2. n) illi 2. o) promissione 2. p) hostode 2. q) quandoque 2. r) scil. 1191 *des.* 2. s) *add.* 2: Henricus. t) *deest* 2. u) *deest* 2.

19) Cf. Ann. Colon. max. SS. XVII. p. 802 ad a. 1192: *In octava pentecostes* (i. e. Mai 31) *Bruno in archiepiscopum Colonie consecratur a Iohanne Trevirensi archiepiscopo et episcopo Virdunense.* Cf. Toeche l. c. p. 218 n. 20) Adolfus I. de Altena. Anno 1193. Apr. 18 consecratus est. Cf. Ann. Colon. max. l. c. p. 803. 21) De hac re cf. Toeche l. c. p. 224. 22) Cf. Cont. Aquic. l. c. p. 427: *Philippus rex Francorum ante dies nativitatis dominice in Franciam venit.*

thildis converti volebat. Comite autem Flandrie et Hanoniensi iusticiam requirente, nichil 1192. equitatis vel benignitatis in domino rege Francorum ipse comes invenire poterat, cui multa in multorum viribus et grandibus expensis exhibuerat servicia. Comiti autem iusticiam requirenti et nichil proficienti intimatum fuit Parisius a quibusdam amicis suis, domini regis familiaribus, quod dominus rex eum capere proposuerat. Comes autem[a] assumpto secum uno milite et duobus servientibus nocte recessit, relictis ibi sociis et servientibus suis, qui in crastino eum secuti sunt. Unde dominus rex graviter turbatus fuit, et comiti minas inferens, contra ipsum exercitus suos[b] summonuit[c] et Flandriam intrare asseruit. E contra comes sibi providit. Cui homines Flandrie tam maiores quam minores auxilium vividum promiserunt, laudantes domino comiti contra regem bellum aggredi, si terram Flandrensem intrare presumeret. In hiis itaque comes Hanoniensis de iure suo confidens, viriliter se habuit.

Mirandum est equidem, imo[d] christianorum peccatis imputandum, quod congregatis ab universis mundi huius partibus, in quibus nomen Christi invocatur, militibus probis et electis cum suis quam pluribus principibus, quasi nichil in regno Ihesu Christi recuperando profecerunt, cum solam civitatem Acram recuperaverunt. *Quorum quibusdam a Sarracenis *fol. 83. interfectis, quibusdam infirmitate propria preveniente mortuis, quamplures tam maiores quam minores, et fere omnes, relicta sancta civitate Iherusalem apud gentiles, ad propria reversi sunt. De quibus unus qui in regno Francie ditissimus et potentissimus princeps erat, Henricus scilicet Campanensis comes, valde iuvenis, martirio Christi prorsus expositus, onus et laborem morandi in partibus illis sibi assumpsit, unde pre ceteris huius mundi principibus et aliis viris tam clericis quam laicis, laudem et gloriam habere meruit. Cum autem quamplures in partibus Iherosolimitanis tam maiores quam minores decesserint, de potencioribus principibus et aliis nobilibus et militibus strenuis dicendum est, qui ibi a seculo migraverunt, quorum nobis nomina nota sunt[e]: Fredericus Romanorum imperator[f], Fredericus filius eius dux Suevorum, landgravius Duringhie[23] ipsius imperatoris nepos, Robertus comes de Nassoa, et Henricus comes de Diecea, et Fredericus de Husa[24], ipsius imperatoris familiares[g] et secretarii; Engelbertus[h] comes de Monte, Henricus comes de Bar-le-Duc, Henricus dux Burgundionum[25], Rainaldus de Nivernis, Theobaldus comes Blesensis, Stephanus comes frater eius, comes de Vendosma, Radulphus comes Clarimontis, Rainaldus Aguluis[i], Nivelo[k] agnomine Pauper, Iohannes comes Ponciaci[l], Bernardus de Sancto-Walerio[m], vice-dominus de Pinkinio, Florentius de Hangest[n], Philippus comes Flandrie, Robertus advocatus Betunensis[o], Willelmus[p] castellanus Sancti Audomari, Oliverus de Maskelinis[q], Rogerus de Hardencort[r], Radulphus de Cochi[s], Radulphus de Tur, Willelmus[p] de Petreponte[t], Wido de Castellione, Lovellus frater eius, Andreas de Briena[u], Conrardus[v] marchio Montis-Ferrati, qui in primis terre illius aggravationibus ipse solus princeps contra gentiles Acram et Tyrum[w] civitatem detinuit, Iacobus de Avethnis, Osto de Trasiniis, Walterus de Warini[x], Eustacius senior de Rues[y], Balduinus Caruns[z], Robertus de Belren, Matheus de Wallaincort[a], Radulphus de Vendogiis[b], Walterus de Aunoit, *Henricus Bincensis castellanus, Wido et Fulco fratres de Fontanis, Walterus et Arnulphus fratres de Goi[c], Iohannes et[d] Richardus[e], Theodericus. Ivo[f], fratres de Orca, Ivo[f] de Tumaïdis, Amandus de Nasta, Ywanus[g] de Valencenis, Matheus de Arbro, Hugo filius eius, Hellinus de Waurin Flandrie senescalcus et Rogerus Cameracensis episcopus, fratres; Hellinus de Maisnil, Alelmus[h] de Fontanis, Iohannes de Hossel, Wido de Erbelaincort[i], Radulphus de Amini[k], Radulphus de Maini, Walterus de Casnoit[l], Nicholaus de Pereweis[m], Balduinus et Nicholaus[n] filii eius. *fol. 83'.

Rex autem, mutato consilio suo priori malo contra comitem Flandrensem et Hanoniensem et marchionem Namurcensem, mandavit ei per litteras, ut securum haberet conductum

a) vero 2. b) *deest* 2. c) supermonuit 2. d) ymo 2. e) *add.* 2: scilicet. f) *add.* 2: potentissimus. g) familiaris 2. h) Engbertus 2. i) Agulius 1. 2. k) Nivello 2. l) Pontiaci 2. m) Wallerio 2. n) Angest 2. o) Betuniensis 2. p) Willermus 2. q) Masanelinis 2. r) Rogerus Dardecourt 2. s) Couchy 2. t) Petromonte 2. u) Brieña 2. v) Conradus 2. w) tirum 2. x) Waurin 2. y) Rueth 2. z) Coruns 2. a) Walencourt 2. b) Vendegiis 2. c) Goy 2. d) *deest* 2. e) *add.* 2: et. f) Yvo 2. g) Yuuan* 1; Vivianus 2. h) Alleimus 2. i) herbelaincourt 2. k) anvin 2. l) Kaisnoit 2. m) Nicol. de Pierrewez 2. n) Nicol. 2.

23) Ludovicus. 24) De hoc cf. Des Minnesangs Frühling, hsg. v. Lachmann und Haupt, Lpz. 1857. p. 249. 250. Obiit a. 1190. Mai 6. 25) immo Hugo III.

1192. accedendi ad se. Cum quo apud Peronam in Viromandia pacem firmavit[a] sic, quod comes 5 milia[b] marchas puri argenti pondo Trecensi, duobus terminis infra annum solvendas, pro relevio terre Flandrie domino regi pepigit, cum iuris sit sed non amoris in Francia, ut quilibet homo pro relevio feodi sui ligii tantum det domino suo, quantum ipsum feodum intra[c] annum valeat. Pro hominio autem comitis suscipiendo ipsi comiti et eius uxori Margharete[d] comitisse, terre Flandrensi iuste[e] heredi, dominus rex apud Atrebatum diem
Mart. 1. constituit dominica in quadragesima *Reminiscere*[f].

Interim dominus comes Flandrensis et Hanoniensis et marchio Namurcensis in capite
Febr. 19. ieiunii per mandatum domini imperatoris Romanorum domino Lothario Leodiensi, ut supra dictum est, electo et regalibus investito, apud Leodium nuper advenienti occurrit. Cui comes ipse cum aliis et[g] comitibus et nobilibus et ministerialibus et civibus hominium et fidelitatem fecit; cui eciam omnes fere clerici tam maioris[h] ecclesie quam minorum[i] ecclesiarum prelati et canonici fidelitates fecerunt. Duo autem episcopatus fideles, scilicet Henricus[k] dux Lovaniensis et Henricus dux de Lemborch[l], avunculus eius, hominium facere contradicebant. Albertus etenim, ducis Lovaniensis frater, a[m] quibusdam electus[m], cum quibusdam canonicis ad dominum papam Celestinum transierat pro sua electione confirmanda et potestatem domini imperatoris in episcopatibus conferendis minuenda.

*fol. 84. Mart. 1. *Comes Flandrensis et Hanoniensis et marchio Namurcensis die predicto Atrebatum cum uxore sua Marghareta comitissa venit, et domino regi pro Flandria ligium fecerunt hominium et fidelitatem. Tunc temporis dominus rex a comitibus, Boloniensi[26] scilicet et Chisniensi[n, 27], hominia suscepit, que ad comitem Flandrensem devenire debebant, et a Balduino, filio Evrardi[o] Radonis, super Moretanea[p, 28] castro. Tunc temporis dominus rex totam Viromandiam occupaverat, de qua tamen Sanctum Quintinum comitisse Bellimontis Aenore, iuste heredi ipsius terre, tenendum cum aliis castris que ipsa in vita comitis Flandrie Philippi[q] tenebat, concessit. Ipse autem dominus rex in spe succedendi mansit[r], quia illa proprii corporis heredem non habebat.

Eodem tempore quadragesimali dominus comes domino Iohanni Cameracensi electo hominium fecit super castellaria Cameracensi in castris Oisi[s, 29] et Haurancort[t, 30] et Paluel[31], que eorum dominus ab ipso in feodo tenere debebat; unde domina Marghareta[u], comitis Blesensis filia[v], neptis domini regis Francorum, ipsi[w] domino regi Francorum[w] contra ius et rationem hominium fecerat, que a marito suo Hugone de Oysi[x] unicam habebat filiam, que eciam in eodem anno nupsit fratri domini imperatoris Ottoni, comiti palatino Burgundie, qui postea citius de communi consensu ab invicem separati sunt.

Apr. 5. Anno Domini 1192, termino paschali, comes Flandrensis et Hanoniensis[y] et marchio Namurcensis ad dominum imperatorem in Theutoniam transivit, et ei super feodis, que ab eo habuerat comes Flandrie, hominium fecit.

Omnia ista predicta, scilicet guerras contra dominum regem Francorum quandoque et contra comitem Flandrie, et ducem Lovaniensem, et Iacobum de Avethnis, et omnes acquisitiones et occupationes terrarum suarum, scilicet Flandrie et Namurci, dominus comes Balduinus per suos solos Hanonienses, tam in eorum viribus quam eorum pecunia, complevit.

Iul. 31. Eodem anno mense Augusto, Albertus ducis Lovaniensis frater, Leodiensis electus, peractis in curia Romana ad voluntatem suam negotiis suis, ad propria reversus est, scilicet ad terram fratris sui ducis Lovaniensis; satis etenim leviter causas suas ad votum suum promovere potuit[z], cum nemo sibi adversaretur in curia, quia Lotharius[a] totam spem suam non[b] in Deo sed in domino imperatore posuerat, et dominus papa potestati et dignitati, quam dominus imperator in ecclesiis episcopalibus et abbatiis maioribus habebat, valde erat contrarius. Unde Albertus super promotione sua executores habuit dominum Brunonem Coloniensem archiepiscopum, et dominum Willelmum[c] Remensem archiepiscopum[32],

a) formavit 2. b) *deest* 2. c) infra 2. d) M. 1. e) iusto 1. f) dom. ij XLme Remin. 2. g) *deest* 2. h) maiores 2. i) minores 2. k) *deest* 2. l) Lembourch 2. m) a — el. *des.* 2. n) Chisinensi 1. o) euurardi 2. p) moretania 2. q) .Ph. 1. r) remansit 2. s) oisy 2. t) hauraincourt 2. u) M. 1. v) *deest* 1. w) ipsi — Franc. *des.* 2. x) oisy 2. y) et H. *sequuntur in* 2 *post* Namurc. z) *deest* 2. a) *add.* 2: non. b) *deest* 2. c) Willermum 2.

26) Reginaldo. 27) Balduino II. 28) Mortagne in regione Tornacensi. 29) Oisy, arr. Arras, cant. Marquion. 30) Havrincourt, arr. Arras, cant. Berlincourt. 31) Palluel, arr. Arras, cant. Marquion. 32) V. Ann. Colon. max. l. c. p. 802.

1192. ut illi Lotharium excommunicarent[a], et omnes tam clericos quam laycos qui ei fidelitatem fecerant. Unde eciam domino Willelmo[b] Remensi archiepiscopo, sancte Sabine cardinali, apostolice sedis legato, iniunctum fuit, ut ipsum Albertum in sacerdotem ordinaret et in episcopum consecraret. Unde dominus archiepiscopus, non considerato[c], quid super hoc posset evenire in posterum, honori suo ascribens quod homo[d] ad regendum tantum episcopatum sibi consecrandus transmitteretur, qui de sua dyocesi non esset, ipsum Albertum mense Septembri in sacerdotem ordinavit, et in Leodiensem episcopum consecravit[33]. Quo audito dominus imperator Leodium venit, ut Lotharii electi[e] sui in Leodio causam promo- (Sept. 24.) veret, et ab eis qui fidelitates[f] facere negabant, voluntatem suam et fidelitates illorum haberi faceret, et ut inter comitem Hanoniensem et Henricum[g] ducem Lovaniensem super suis discordiis componeret. Itaque dominus imperator mense Septembri Leodium venit, ad quem comes Flandrie et Hanoniensis et marchio Namurcensis ibidem accessit, quem dominus imperator secum apud[h] Traiectum[34] deduxit[i]. Ibi[k] dominus imperator comitem Hanoniensem cum duce Lovaniensi in hunc modum concordavit[35], quod dux Lovaniensis comiti Hanoniensi villas, scilicet Thienas[l] in Hasbanio et Lerunt, quas ei antea comes libere et perpetuo tenendas concesserat, prorsus dimisit, et ipsis villis omnino abrenunciavit, et 700 marchas argenti per ipsum imperatorem duci Lovaniensi a comite datas[l*], et postea 500 marchas per comitem Flandrie Philippum datas, comiti Hanoniensi reddere dux *Lova- (*fol. 85.) niensis pepigit; comes autem Hanoniensis hominium castri[m] de Anghien ei rehabendum concessit, de quo, ut supradictum est, ita compositum erat, quod Englebertus de Anghien, ipsius castri possessor, nullum duci contra comitem Hanoniensem in castro illo ferret auxilium, nec comiti contra ducem. Recognitum autem in eadem compositione fuit, quod dux Lovaniensis in terra de Alost[n] quedam feoda habebat, unde compositum fuit, quod filius quilibet comitis Hanoniensis ea a duce Lovaniensi in feodo teneret. Quod ita factum postea fuit, sed comes Hanoniensis ipsius hominii iusticiam et servicium et partem de Geralmont, quam ipse dux ex parte uxoris sue pro allodio reclamabat, a duce in vadio accepit. Ibidem dominus imperator effecit, quod dux Lovaniensis Lothario Leodiensi electo hominium et fidelitatem fecit, et fratrem suum Albertum, iam in episcopum consecratum, abiuravit.

Albertus autem Remis morabatur et imperium intrare formidabat. Interim autem surrexerunt quidam viri iniqui de Theutonia, et Remis venientes et ibi morantes se exules esse dicebant, qui in mortem Alberti laborabant. Albertus autem, homo pius et liberalis, illorum ficto[o] dolori compatiens, eos secum in cibariis suis sepius colligebat et eos admodum honorabat. Illi autem querentes et tempus et locum, ut Albertum occiderent, quadam die finxerunt se ad patriam suam regressuros, qui cum accepta ab hominibus Remensibus quos noverant licentia, civitatem egressi sunt; quos ut magis honoraret Albertus episco- (Nov. 24.) pus, ascenso equo cum eis, assumpto secum uno clerico et uno milite, in campum exiit. Quem illi proditorie interfecerunt, suumque equum secum deduxerunt et in Theutoniam reversi sunt. Albertus autem de cui s[p] morte tali dolendum est, in maiori ecclesia beate Marie Remis mense Decembri sepultus est; cuius mors ex instinctu domini imperatoris et domini Lotharii Leodiensis[q] electi et fratris eius comitis de Hostada processisse dicebatur. Lotharius autem Colonie in maiori ecclesia, tactis sacro-sanctis, iuravit se mortis huius nescium et totius[r] huius culpe[s] immunem; quod tamen[t] sibi nichil proficiebat. Ipse autem Lotharius veniens Hoyum[u, 36], comiti Flandrensi et Hanoniensi et marchioni Namurcensi mandavit, ut ad se accederet, qui ad eum venit secunda *die natalis Domini. Tercia (*fol. 85'.) autem die ibidem coram comite Flandrensi et Hanoniensi et marchione Namurcensi et co- (Dec. 27.) ram Gerardo comite de Loz[v] multisque aliis tam clericis quam laycis iuravit idem quod Colonie et Leodii[w] super innocentia sua iuraverat. Deinde ipsum comitem Hanoniensem tamquam fidelem suum monuit, ut eum iuvaret contra ducem Lovaniensem, qui ei hominium et fidelitatem fecerat, tunc autem, contempto hominio et fidelitate postposita, ei inimi-

a) excommunicaret 2. b) Willermo 2. c) considerans 2. d) h° 2. e) *deest* 2. f) fedelitates 2. g) H. h) *deest* 2. i) adduxit 2. k) ibidem 2. l) Thienos 2. l*) dati 1. 2. m) *deest* 2. n) laost 2. o) facto 2. p) eius 2. q) *add.* 2: episcopi. r) *add.* 2: mortis. s) *deest* 2. t) cū 1. u) hominium 2. v) los 2. w) idem Colonie quod et eciam 2.

33) Remis. sacerdos ordinatus est Sept. 19., episcopus consecratus Sept. 20. a. 1192. 34) Maastricht. 35) Aegidius Aureaevall. l. c. p. 152 sq. haec Leodii facta esse narrat. 36) Huy.

1192. cabatur, et ab eo mortem fratris sui requirebat. Comes autem, audientibus universis tam clericis quam laycis, ipsi Lothario auxilium tamquam domino suo promisit, ita inquam, quod si dux Lovaniensis in episcopatum insurgeret, et ipse Lotharius contra ducem exercitum suum commoveret, ipse comes[a] cum viribus suis et episcopatum et dominum suum contra ducem iuvaret. Consilium autem dedit comes domino Lothario, ut in castris suis moraretur et ibi securus se haberet, donec videret quid dux Lovaniensis contra eum facere intenderet, et missis nunciis, viris discretis, ad dominum imperatorem, eius consilium exspectaret[b], que quidem omnia sic et facere et sustinere ipse Lotharius comiti promisit.

Dec. 28. Quarta autem die natalis Domini dominus comes cum duce Lovaniensi ad peticionem ipsius ducis in Hasbanio colloquium habuit. Ibi[c] dux comitem tamquam propinquum[d] et consanguineum[d] suum districtius[e] monuit, ut in morte fratris sui vindicanda eum iuvaret. Unde comes respondit; quod ipse paratus erat eum iuvare, salva fidelitate dominorum suorum. Dicebat autem dux, quod episcopatui Leodiensi nullum malum inferre volebat, sed domnum Lotharium inimicum suum mortalem esse dicebat. Comes autem a colloquio illo recedens, domino Lothario per suos fideles et per fideles ipsius Lotharii mandavit, ut in castris suis moraretur, quousque videret ad quem finem res ista deveniret, et consilium domini[f] imperatoris haberet; si autem in terra Leodiensi pro duce Lovaniensi morari timeret, in Hanoniam veniret et ibi securius maneret. Lotharius autem pusillanimis, mutato proposito, cum paucis tam nocte quam die[g] quasi fugiendo secessit in Theutoniam, et usque ad[h] dominum imperatorem pervenit, qui eciam dominus imperator in his[i] molliter se habebat. Cui eciam domino imperatori dux Lovaniensis et dux de Lemborch, avunculus *fol. 86. eius, mortem fratris sui[k] Alberti imputabant[l], qui eciam cum Henrico, duce Saxonum *dicto, illius ducis, quem dominus imperator exheredavit filio, confederati sunt contra dominum imperatorem, et cum eis dominus Conrardus[m] Maguntiensis archiepiscopus, homo melancolicus, et Bertholdus dux Cheringiorum[n] multique alii principes et alii nobiles; quos tamen omnes dominus imperator ad voluntatem suam reduxit, ita quod nullus eorum in pace cum domino imperatore facienda consilium sociorum suorum expectabat. Ex vanis autem suggestionibus ducis de Lemborch, avunculi sui, dux Lovaniensis per se et per suos complices dominum Henricum imperatorem ab imperio et dignitate deponere putabat, et se imperatorem fieri sperabat; quod quidem ipsi duces domino pape Celestino insinuaverunt, et per nuncios ei confederati sunt. Ipse enim papa Celestinus rancorem nimium tunc temporis contra ipsum imperatorem conceperat.

Post natale vero Domini dux Lovaniensis cum duce de Lemborch, avunculo suo, et multis hominibus tam comitibus quam consanguineis suis terram comitis de Hostada invasit, et omnia castra sua, excepto Ara castro fortissimo, ei abstulit et totam terram in vindictam fratris sui devastavit. Unde castrum Dolehain[o][37] Walerannus, ducis de Lemborch filius, sibi per aliquot[p] tempus retinuit. Hec autem omnia satis leviter et occupare et devastare potuerunt, cum nemo eis resistebat; que quidem omnia demum ipse comes de Hostada, facta pace cum duce de Lemborch et duce Lovaniensi, recuperavit, mediante quidem pecunia.

Ex clamore autem super morte Alberti episcopi ad domnum papam Celestinum delato, dominus Lotharius excommunicatus fuit, et eius bona omnia, scilicet prepositura Bonnensis et alie multe quas habebat aliis personis collata sunt. Lotharius autem excommunicationem diucius sustinere nolens, ad curiam Romanam transivit, ut absolveretur et ut vel episcopatum Leodiensem vel alia bona retineret. Quem dominus papa absolvere noluit, quousque ille[q] iuravit, quod arbitrio domini pape[r] prorsus staret. Arbitrium autem domini pape fuit, quod ille episcopatui Leodiensi et omnibus bonis suis que habuerat abrenunciavit et abiuravit. Sola autem prepositura in Confluentia ei a domino papa dimissa est. Iniunctum est eciam ei, ut ulterius ad ordines vel aliquam dignitatem promoveri non possit. Sic- *fol. 86'. que confusus ex crudelissimo domini pape arbitrio *ad terram nativitatis sue reversus est. Tunc[s] temporis sedes Leodiensis vacabat, cum multi ad illam anhelarent[s].

a) *deest* 2. b) expectaret 2. c) Ibique 2. d) proprium cons. 2. e) discretius 2. f) *deest* 2. g) tam die quam nocte 2. h) *deest* 2. i) hiis 2. k) eius 2. l) reputabant 2. m) Conradus 2. n) Cheringhiorum 2. o) Doleham 2. p) aliquod 2. q) ipse 2. r) pape *deest* 1. 2. s) tunc — anhelarent *des.* 2.

37) Dolhain, prope Limburg.

Eodem anno inter natale Domini et quadragesimam[38] Philippus rex Francorum in 1193.
regis Anglorum terram insurrexit et quedam castra occupavit. Unde ei a quibusdam proditoribus castrum Gisors, quod pre ceteris affectabat, redditum fuit. Dum[a] rex in partibus Apr. 12.
Iherosolimitanis moraretur, frater eiusdem regis Anglorum Iohannes, qui Sineterra dicebatur, fratri suo et domino absenti regnum et omnia bona eius auferre moliebatur.

Anno Domini 1193 Richardus rex Anglorum a partibus Iherosolimitanis rediens, ventis 1192. Dec. 21.
sibi contrariis, in terram ducis Austrie applicuit, quem dux Austrie cepit et captum domino 1193.
imperatori presentavit[39], ea conditione ut proprii corporis malum non pateretur, sed ad redemptionem compelli posset. Qui demum rex Anglie erga dominum imperatorem se in pecunia redemit, et ipsi imperatori dono[b] 100 milia[c] marchas argenti magno pondo, et duci Austrie 50 milia[d] marchas dedit, et domino imperatori in auxilium exercitus sui in Apuliam galeas cum hominibus ad illas[e] sufficientibus promisit, et pro promissis et amiciciis inter eos firmandis et tenendis ipse rex Anglie domino imperatori multorum nobilium hominum suorum filios dedit obsides; inter quos quidem pueros cum filius domini Rogeri de Thoenio[f], consanguinei comitis Hanoniensis, in curru deduceretur, quatuor tantummodo annos habens, et per[g] Hanoniam transiret, dominus comes eum retinuit et Melbodii in claustro eum honorifice fecit conservari, dominoque imperatori mandavit, quod hunc[h] obsidem sibi fideliter servaret. Cum autem ipse rex Anglie, finitis omnibus erga dominum
imperatorem, ad propria reverteretur, ipse in transitu suo[i] Coloniensi archiepiscopo et Sy- 1194. Fbr. Mart.
moni Leodiensi electo et duci Lovaniensi et duci de Lemborch feoda in argento annuatim persolvenda dedit, et insuper duci Lovaniensi quandam terram in Anglia, quam Matheus comes Boloniensis, pater uxoris sue, reclamaverat, in feodo reddidit, ipsique duci contra comitem Flandrie et Hanonie et marchionem Namurcensem auxilium promisit, et omnes
infeodati ab eo auxilium ei promiserunt contra regem Francorum[40], ita quod *saltem tan- *fol. 87.
tam comiti Flandrie et Hanoniensi guerram facerent, quod comes nequaquam domino regi Francie auxilium ferre posset. Conventiones tamen eorum in nulla[k] parte[l] fuerunt observate; nec mirum, cum rex Anglie nemini umquam vel[m] fidem vel pactum servasset, nec omnes illi nominati, cum quibus fedus firmaverat, conventiones suas observare consuevissent[n].

Eodem vero anno, dum rex Anglie apud dominum imperatorem captivus moraretur, 1193.
dominus rex Francorum Rothomagum obsedit civitatem; cum quo fuit Balduinus comes Mai 1.
Flandrensis et Hanoniensis et marchio Namurcensis cum multis militibus et in propriis expensis, sed nichil profecerunt, attamen castra multa et fortia[o] et magna occupaverunt et terram in multis locis devastaverunt. In obsidione illa Balduinus[p] comes Flandrensis et Hanoniensis per consilium domini regis conventiones matrimoniorum cum comite de Ni-
vernis[41] firmavit, ita inquam, quod ipse comes[q] Nivernensis filiam comitis Yolendem[r] ha- 41

a) dñs 2. b) dño 1; domino 2. c) *deest* 2. d) *deest* 2. e) eas 2. f) Theonio 2. g) *deest* 2. h) tunc 2. i) *add.* 2: a. k) nullo 2. l) *deest* 2. m) *deest* 2. n) consuevisset 2. o) fortissima 2. p) B. 1. q) *deest* 2. r) Yolendam.

38) Cf. Cont. Aquic. l. c. p. 430: *Philippus rex Francorum — — post paschalem sollempnitatem mense Aprili in Northmanniam vadit.* 39) Prima vice Ratisponae 1193. Ian. 6., demum in curia Spirensi c. Mart. 25. Cf. Toeche l. c. p. 246 sqq. 40) Cf. Rogerum de Hoveden ad. a. 1194. Bouq. XVII 563. 41) Petro de Curtiniaco. Utriusque matrimonii tabulas et conventiones v. in Corpore diplomatico D. Dumont, T. I. p. 118, non quidem latine, ut in primigenio textu, sed ex francica versione Petri Ouderguerst, quae levis est auctoritatis. B. Pacti authenticam formam adiungimus, adhuc in secundo cartulari Flandrensi, quod in archivo Insulensi asservatur, sub Nr. 241 exstantem. Copiam misit amicus Alexander Desplanque, tabularius Insulanus. *Ego Petrus, comes Nivernensis, omnibus ad quos presens carta pervenerit notum facio, quod conventiones inter me et comitem Flandrensem et Hainoensem et marchionem Namurcensem Balduinum, et filium eius Philippum, hoc modo composite sunt et ordinate: Iuravi sacramento corporaliter prestito, me daturum filiam meam, cum ad annos nubiles venerit, Philippo, dicti comitis Flandrensis filio, in matrimonium, et cum filia mea comictatum Tornodorensem cum omnibus appendiciis, et terram quam comitissa Sancti Quintini nomine dotalicii possidet, ubicumque eam possidet in comitatu Nivernense, vel alibi in terra mea, post eius decessum; vel Henrico fratri eidem Philippi si forte Philippus decesserit antequam filia mea ad annos nubiles pervenerit. Idem Philippus econtra iuravit, et eciam pater eius dictus comes Flandrensis, quod hac terra contenti in vita mea residuum terre, scilicet comitatus Nivernensem et Autissiodurensem et ea que ad hos comitatus Nivernensem scilicet et Autissiodurensem spectant, preter comitatum Tornodorum et dotalicium predicte comitisse Sancti Quintini, libere quamdiu vixero me possidere permittent, et id eciam a filia mea, cum*

1193. beret uxorem, Philippus vero, comitis filius, filiam[42] comitis Nivernensis, quinque annos habentem, quando ad annos nubiles[a] perveniret, uxorem haberet, et pro ea[b] comitatum de Turnurra[c, 43] possideret, post decessum vero ipsius comitis, totam terram Nivernensem[44] haberet, quam ipse comes ex parte uxoris quam habuerat tenebat. Sciendum est autem, quod comes ille filius fuit Petri de Curtenai[d], militis probi, regis Francie patrui, cui ipse dominus rex[e] Philippus puellam, que comitatum Nivernensem iure hereditario tenebat, dedit uxorem[45], de qua ille solam habuit filiam. Deinde eius uxor mortua est. Concessum autem erat eidem[f] comiti, quod dum viveret totam terram possideret. Matrimonium autem

Iun. 24.— Iul. 1. illud eodem anno apud Suessionem civitatem infra octavas sancti Iohannis celebratum fuit, et conventiones super matrimonio Philippi et parvule filie ipsius comitis ibidem a multis nobilibus iurate fuerunt. Deinde Philippus cum sorore sua in terram Nivernensem transivit, et ibi ab aliis nobilibus et militibus et burgensibus fidelitates accepit.

Eodem anno, mense Iulio, dux Lovaniensis et dux de Lemborch, inconsultis et omnino nescientibus complicibus suis, qui cum eis contra dominum imperatorem iuraverant, cum ipso domino imperatore pacem et concordiam firmaverunt super controversia et rancore, quem contra ipsum dominum imperatorem pro morte domini Alberti episcopi habebant[46].

a) *deest* 2. b) et postea 2. c) Turmirra 2. d) Curtenay 2. e) *add.* 2: Francorum. f) ibidem 2.

*a Philippo traducta fuerit, vel a Henrico qui eam ducet in uxorem, si Philippus interim decesserit, concedi et statui facient. Iuravit eciam predictus Philippus se daturum, laudante et concedente patre suo, filie mee medietatem comitatus Namurcensis, sub nomine dotis, excepto Namurco et Bovines; verum in recompensatione huius exceptionis, habebit predicta filia mea in integrum castrum istud quod sibi elegerit in eodem comitatu et medietatem tocius residui, ut dictum est. Si qua eciam acquisiturus est predictus Philippus, vel quacumque causa eum contingere debet*[a]*, habebit predicta filia mea, uxor Philippi, medietatem in dotem, quod idem f[rater] dominus Henricus, laudante et concedente comite Balduino, patre suo, si morte [super]veniente eam duxerit in uxorem. Et ego debeo michi compulare in matrimonio Yolendem, filiam comitis Flandrie, quam dictus comes michi se daturum iuravit, et eciam quingentas libratas terre, in primis scilicet tempore contracti matrimonii inter me et dictam Yolendem, quas apud Roliers et Dunze michi dictus comes assignabit; et si in predictis villis dicte quingente libre terre ad integrum capi non poterint, comes Flandrensis in villis suis contiguis*[b] *supplebit. Cum vero filia mea a dicto Philippo traducta fuerit, ut dictum est, iterum alias quingentas libratas terre dictus comes Flandrensis michi assignabit apud Ballolium et Orchies, si interim de dotalicio Matyldis, quondam comitisse Flandrensi, dicte ville ad manum comitis venerint. Quod si dictus comes nominatas villas tunc non habuerit, supradictas quingentas libratas terre apud Thorehout et Harlebecam michi assignabit, donec Ballolium et Orchies ad ipsum venerint. Que cum exciderint*[c] *de supradictis quingentis libratis terre posterioribus, ad illas me tenebo et dictas villas, scilicet Thorhout et Harlebeccam, dicto comiti Flandrensi liberas relinquam et, si supradicte ville, scilicet Thornhout et Harlebecca, per se, vel Ballolium et Orchies, per se, ad solucionem harum quingentarum libratarum terre non suffecerint, pretaxatus comes Flandrensis in villis suis contiguis supplebit. Si autem filiam meam, antequam ad nubiles annos pervenerit, mori contingerit, nil amplius quam libratas primas quingentas terre habebo. Si vero, cum filia mea ad annos nubiles pervenerit, matrimonium impedire quominus fieret inter filiam meam et Philippum, filium comitis Flandrensis, vel Henricum, fratrem eius, si nominatus Philippus mortuus fuerit, dictas mille libratas terre amitterem et ad comitem Flandrensem redirent. Do autem, nomine dotis nominate, Yolendi medietatem tocius terre mee, que me iure hereditario contingit et eciam omnium rerum, quas acquisiturus sum. Hec facta sunt in presentia domini mei karissimi Philippi, Dei gratia illustris Francorum regis, qui promisit, quod si ego, vel sepedictus comes Flandrensis, vel filius eius Philippi, a pactionibus istis resilire voluerimus absque mittendo suo, pactiones istas observare compelleret illum qui a pactionibus resiliret. Dominus autem rex Francorum Philippus predicta confirmat sigilli sui auctoritate, salvo iure suo et salvo clamore quem Campani faciunt in terra que excidit, morte Reginaldi de Bidisisia intervenienti, vel salva pace, si pacem facerent. Conditum est eciam, quod Dominus Remensis archiepiscopus et Senonensis et episcopus Autissiodurensis et Nivernensis ecclesiasticam censuram exercebunt in me, vel Balduinum comitem Flandrensem, vel filium eius Philippum, vel Henricum fratrem Philippi, si, ut dictum est, nominatus, morte Philippi interveniente, filiam meam duxerit in uxorem; in illum videlicet qui a supradictis pactionibus resiliret. Dictum est etiam inter nos, quod ego assecurabo de hiis pactionibus predictum comitem Flandrensem et filium eius, qui filiam meam habebit, per dominum papam et per predictos archiepiscopos Remensem et Senonensem et per episcopos terre mee et per homines meos, quos idem comes Flandrensis de hiis pactionibus obsides habere voluerit, et ipse me per nominatas personas et per homines meos, ad posse suum et per homines suos, similiter assecurabit. Actum anno verbi incarnati* 1193. *mense Maio.*

42) Mathildem. 43) Tonnere. 44) Nevers. 45) Agnetem. 46) Cf. Toeche l. c. p. 556, qui haec mense Iunii facta esse ostendit.

a) debent *cod.* b) continguis *cod.* c) excinderint *cod.*

*Eodem anno miles quidam probus, Rogerus de Warcoin, filius Rogeri castellani de Curtraco, adversus comitem Flandrensem et Hanoniensem quedam in Flandria[a] reclamabat, super quibus cum ei iusticiam comes offerret, ipse iusticiam prosequi contempsit, comitique dedecus et suis hominibus dampna inferre cepit. Comes vero sustinebat, ut ille, habito meliori consilio, dedecus illatum emendaret et dampna restitueret; illius autem semper creverunt maleficia. Unde comes, congregato exercitu, firmitatem Warcoin[b][48] succendit et omnia illius bona devastavit. Ille autem per Flandriam et Brabanciam cum paucis occulte equitans, homines comitis spoliabat rebus suis[c] et eis multa dampna faciebat[d]. *fol. 87'. 1193.

Eodem anno quidam Leodienses canonici mense Octobri, exclusis omnibus illis qui domino Lothario fidelitatem fecerant, dicentes eos esse excommunicatos, Symonem, filium ducis de Lemborch, subdyaconum, 16 annos habentem, tam scientia quam etate minorem, in episcopum elegerunt, quem domino imperatori Aquis palatio presentaverunt[49], qui illuc cum paucis venerat insipienter[e]; et illi duces qui in partibus illis vires magnas habebant, illuc cum multis ad ipsum accesserunt. Rex autem Anglorum nundum suam redemptionem persolverat, unde argentum per terram illorum ducum transire oportebat. Dominus autem imperator timens[f] vires ducum illorum, et cupiens argenti sui securum transitum, Symoni[g] electo gratiam suam inclinavit et eum regalibus investivit, contradicentibus Alberto de Retest maiore preposito et archydyacono et Alberto[*] de Cuch[50] archidyacono, Ottone[h] de Falconis-Monte archidyacono, Hugone de Petreponte archidyacono multisque Leodiensis ecclesie canonicis[51]. Symon autem electus pro gratia domini imperatoris habenda partem suam, quam in Traiecto de iure episcopali habebat, scilicet medietatem et villam Berthehem[i] prope Wormaciam, quam dominus imperator in vadio a domino Radulpho Leodiensi episcopo acceperat, in proprietatem habendas concessit. Castrum quoque episcopatus proprium Duraz duci Lovaniensi et quasdam villarum advocatias dedit in feodo, et dux Lovaniensis Gerardo de Loz comiti ipsum castrum in feodo concessit, quod ipse comes iam tunc tenebat, quia illud ipse comes de Loz duci Lovaniensi subripuerat. Wildrico[k] de Wallaincort[l] *castra que proprie ad episcopatum Leodiensem devenire debebant, que quidem sepedictus Radulphus episcopus ei concesserat et tamen iniuste, scilicet Clarummontem et Rochefort et advocatias de Dinant habenda concessit. Oct. Nov. 13. *fol. 88.

Comes autem Flandrensis et Hanoniensis et marchio Namurcensis hominium episcopatui Leodiensi debitum ipsi Symoni facere noluit, quia nullius boni[m] spem in eo[n] habebat; pater etenim illius, Henricus dux de Lemborch, et consobrinus eius, dux Lovaniensis Henricus[o], comitem Hanoniensem, consanguineum suum, semper odio gravi oderant, et ideo comes illius promotionem formidabat, confidens in profectu predictorum clericorum Leodiensium, qui de saniore parte capituli in curia Romana contra Symonem intrusum laborabant. Predicti etenim[p] clerici electioni eiusdem[q] Symonis adversantes, habito consensu[r] et consilio domini imperatoris et suggestione comitis Flandrie et Hanonie adhibita[s], scilicet Albertus[t] de Retest et Albertus[u] de Chuc[v] et Otto[w] de Falconis-Monte et Hugo[x] de Petreponte[y], Leodiensis ecclesie archidyaconi, cum quibusdam canonicis curiam Romanam adierunt, et contra electionem Symonis laboraverunt. Lotharius quoque, ut supra dictum est, per arbitrium domni pape pauper[z] et vilis factus, Romanam curiam adiit, ut aliquam misericordiam a domino papa obtinens, ad aliquod maius bonum posset promoveri; qui Rome infirmitate oppressus, mortuus est[52].

Eodem anno, tempore hyemali Theodericus de Beverna, castellanus de Dicamuda[a], qui in terra de Alost contra comitem Flandrie et Hanonie ius reclamabat, unde ipse dominus comes iusticiam plenariam ei offerebat, ipsum dominum suum ligium diffiduciare presumpsit, et contra ipsum comitem, Rogero de Warcoin, qui comiti et hominibus suis insultus malignos faciebat, et Willelmo de Scinke[b], homini ligio comitis, confederatus, qui quidem pariter duci contra comitem Hanoniensem confederati sunt[c], promittentes ei quod in

a) in Fl. *desunt* 2. b) Wercoin 2. c) *deest* 2. d) inferebat 2. e) venien incepunt 2. f) i. dom. timens 2. g) Simon. 2. *semper*. *) A. 1. 2. h) Octone 1. i) Berbethem 2. k) *addit* 2: autem. l) Walaincourt 2. m) vero 2. n) illo 2. o) H. 1. 2. p) enim 2. q) ipsius 2. r) assensu 2. s) habita 2. t) A. 1. 2. u) A. 1. 2. v) Cuch 2. w) O. 1. 2. x) H. 1. 2. y) petrefonte 2. z) et pauper 2. a) dicmuda 2. b) schinke 2. c) *deest* 2.

48) Warcoing, provinciae Hanoniensis, arr. de Tournai. 49) Cfr. Lamberti Parvi Ann. M. G. SS. XVI, 650. 50) Alberto de Cuyk. 51) Cfr. Aegid. Aureaev. l. c. p. 185. 52) De his omnibus v. Aegidium Aureaevall. l. c. p. 185.

1194. Gandavo et Waisa et terra de Alost ipsum in brevi tempore dominum facerent, et circiter Febr. 2. purificationem beate Marie comiti guerram moverunt in Waisa. Dux autem in auxilium illorum perfidorum suum contra[a] comitem exercitum commovit, et totam terram igne et predis devastans, Theodericus cum predictis sociis suis castrum parvum comitis, scilicet *fol. 88'. Ruplemunde, occupavit. Comes autem *Hollandie, domini comitis Flandrie et Hanonie homo ligius, illis[b] obligatus est, non tamen diffiduciato domino suo. Comes vero exercitum Hanoniensem contra ducem commovit paucosque Flandrenses in auxilium suum habere potuit; quidam enim pro guerris a Theoderico et sociis eius motis terram suam sane exire non poterant, quidam vero ex suggestione illorum fidem nullam domino suo servabant[c]. Comes autem[d] per suos Hanonienses terram ducis in magna parte devastavit et Nivellam usque ad muros succendit. Inde Anghien veniens illud obsidere proposuit, quod quidem ei redditum fuit, quia Englebertus dominus castri requisitum a duce succursum habere non potuit, unde dominus comes et muros et turrim prostravit. In hac quippe guerra tempus quadragesimale erat. Dux autem Burgundie, qui Mathildem, comitis Flandrie Philippi relictam[e], uxorem habebat, in auxilium domini comitis venit. Dominus quoque rex Francorum milites in suis propriis expensis misit multosque homines equites et pedites de Atrebato, de Bapalmis, de Sancto Audomaro, de Aria. Videntes autem Gandavenses homines domino suo comiti vires magnas supercrescere, ad dominum comitem in auxilium venire voluerunt. Dominus vero[f] comes, quia sibi primo defuerant, eorum auxilium suscipere dedignatus est. Coadunatis igitur tot hominibus, dominus comes Nivellam obsidere proposuit, in qua comes de Loz, comitis Flandrensis et Hanoniensis consanguineus et ducis Lovaniensis homo, cum multis militibus et hominibus bellicosis erat. Comes autem itinere suo turrim de Feslui[g][53] cepit et prostravit, et turris de Archenna[h][54] reddita sibi fuit; que non prostrata, duci postea illesa in quadam pace facta fuit reddita. Dum autem apud Archennam[i] cum suo exercitu magno pernoctaret dominus comes, et in crastino Nivelle tantos insultus facere proposuisset, quod eam per vires exercitus sui[k] capere speraret[l], tanta supervenit pluvia, quod homines vel equi vix sustinere poterant. Mirandum est autem, quod mane facto homines, tam domini regis Francorum quam ipsius comitis, tam milites quam alii pedites et equites, nescitur quo ducti spiritu, non accepta licentia, ab exercitu recesserunt, ita quod vix septima pars exercitus cum domino comite remansit. Unde mira- *fol 89 batur dominus comes, mirabantur quoque omnes cum eo remanentes, *mirabantur eciam ipsi recedentes. Sicque dominus comes, licet invitus, retrocessit. Deinde inter ipsum et ducem et eiusdem ducis adiutores firmate fuerunt treuge usque post pascha 15 diebus. Quod igitur dominus comes ab insultibus Nivelle inferendis retrocessit, ex defectu suorum hominum et auxiliatorum, divino miraculo meritis et precibus gloriose virginis Gertrudis, ipsius fundi domine, prevenienti[m] prorsus ascribebatur.

Apr. Anno vero Domini 1194, dominus Henricus imperator usque ad Sanctum Trudonem pervenit, ubi et dominum comitem Flandrensem et Hanoniensem et[n] marchionem Namurcensem et Henricum ducem Lovaniensem ad se venire fecit, et inter eos super pace facienda vel treugis longis faciendis vel[o] firmandis plurimum[p] laboravit, sed nichil profecit. Attamen Aug 15. treuge demum inter eos usque in assumptione beate Marie firmate fuerunt[55].

Mai. Eodem anno, mense Mayo, domina Marghareta comitissa in Flandria graviter egrotavit[q], que cum de vita eius desperaretur, Montibus se navigio propter sanitatem aeris advehi fecit ibique Deo volente convaluit.

Iul. Deinde[r] mense Iulio Balduinus comes Montibus graviter egrotavit, ita quod de vita eius desperabatur; attamen tunc convaluit[r].

Tempore illo et anno, mense Iulio, Henricus, domini comitis iunior filius, miles fieri voluit, cuius voluntati in hoc pater contrarius erat. Ille autem a proposito nolens recedere[s], ad Rainaldum comitem de Danmartin et de Bolenio[t] transivit, qui eum honorifice in militem ordinavit.

a) *deest* 2. b) *deest* 2. c) observabant 2. d) vero 2. e) *deest* 1. 2. f) autem 2. g) fesluy 2. h) archena 2. i) archenam 2. k) *deest* 2. l) sperasset 2. m) proveniente 2. n) ac 2. o) fac. vel *des.* 2. p) multum 2. q) *deest* 2. r) Deinde — convaluit *desunt* 2. s) *addit* 2: et. t) Volenio 2.

53) Feluy, in prov. Hannonia, arr. de Charleroy, cant. de Seneffe. 54) Arquennes. 55) Cfr. Cont. Aquic. l. c. p. 431: *et inducie vix optinentur usque ad medium mensis Augusti.*

Tempore illo homines multi in Gandavo, et potentes parentela et turribus fortes, inter 1194. se discordabant et sepius ad arma conveniebant; unde sepius multi occidebantur, multi quoque vulnerabantur. Dominus autem comes pro pace inter eos reformanda laborabat; unde pars quedam in voluntate et consilio domini comitis manebat, altera vero pars[*] eius voluntati acquiescere contempnebat. Cum autem dominus comes super hoc, mense Iulio, Iul. apud Gandavum moraretur, et ipsi homines, presente eciam[*] domino comite, sepius ad arma conveniebant, dominus comes illinc recedere *nolebat, timens ne illi, qui sue voluntati *fol. 89'. erant contrarii, per ducem Lovaniensem et comitem Hollandensem[b] et eorum complices adversus eum aliquid mali machinarentur. Dum autem his[c] contentionibus pacificandis dominus comes satis intentus esset, comes Namurcensis, qui nunquam fidem vel pactum comiti Hanoniensi servaverat, per vires quorumdam auxiliatorum suorum in comitem Flandrensem et Hanoniensem et marchionem Namurcensem, nepotem suum, cum exercitu insurrexit, qui per pecuniam suam datam Henricum[d] ducem de Lemborch et eius filios Henricum et Walerannum, milites probos, secum habuit, qui dominum comitem pro ipsius comitis Namurcensis guerris antiquis[e] oderant. Symon quoque Leodiensis electus in eodem fuit exercitu, Albertus quoque comes de Danborch[f] et de Musan et Fredericus comes de Vienna et Gerardus comes Iuliacensis multique milites de terra ducis Lovaniensis. Isti[g] omnes nominati auxilium ducis Lovaniensis expectabant, cuius treuge in assumptione beate Marie finem capere debebant. Cum autem isti predicti terram Namurcensem intrarent et ad obsidionem Namurci intenderent, hoc domino comiti apud Gandavum moranti sepius significabatur. Comes vero ipsis nunciis ad se venientibus precipiebat, ut hoc[h] nemini in partibus illis nisi sibi[i] soli dicerent. Itaque dominus comes ex astutia[k] casum illum apud se reconditum habebat. Predicti autem domini, scilicet dux de Lemborch et filii eius, scilicet Symon Leodiensis electus, Henricus, Walerannus comes Namurcensis et Luscemborch[l], Albertus comes de Danborch[m] et de Musan et Fredericus comes de Vienna et Gerardus de Iuliaco[n], cum exercitu suo[o] usque Novillam[56] prope Namurcum pervenerunt ibique quamdam munitionem parvam et debilem obsederunt, quam tandem ceperunt. Interim autem milites Hanonienses et servientes equites et quidam pedites electi apud Namurcum pro custodia castri convenerunt. Homines vero Gandavenses voluntati domini comitis contrarii, eius iram diutius sustinere non valentes, eius misericordie se submiserunt. Dominus autem comes, acceptis bonis obsidibus et in castro suo ibidem incarceratis et omnibus ibidem ad suam voluntatem peractis, versus Namurcum contra hostes properavit et per Hanoniam transiens exercitum plenarium post *se venire iussit[p] et quadam dominica vigilia sancti *fol. 90. Iul. 31. Petri, intrante mense Augusto, Namurcum venit; pudensque quod illi terram suam intrare presumpserunt[q], et ei mala et dampna iniuste inferre non cessarent, non expectatis hominibus suis invitatis ad hoc, in crastino quadam die Lune, die festo sancti Petri, cum paucis Aug. 1. militibus contra multos, cum paucis servientibus equitibus contra multos, cum paucis peditibus contra multos[r] bellavit; in quo bello Henricum ducem de Lemborch et Henricum filium eius viriliter se defensantes cepit, cum quibus eciam milites 108, exceptis aliis equitibus et peditibus, capti fuerunt; milites autem per quoddam vivarium fugientes circiter 15 submersi fuerunt[s]. Symon vero electus et Walerannus frater eius et Henricus comes Namurcensis et Albertus comes de Danborch[t] et Fredericus comes de Vienna in fugam conversi sunt. Sicque dominus comes, Deo volente, obtinuit victoriam, rediensque Namurcum, ibidem ducem de Lemborch et Heinricum filium[u] eius captos custodiri fecit. In bello autem[v] illo gloriam et laudem probitatis magnam[w] Balduinus filius domini comitis et Nicholaus de Ruminio[x] et Robertus de Waurin, Flandrie senescalcus, habuerunt. Ex altera vero[y] parte pre ceteris laudem habuit Henricus filius ducis de Lemborch; in casu illo[z] solus .....[a] de hominibus domini comitis occisus est, qui tamen[b] in obsidione domus de Novilla a balista cecidit. In bello illo contra comitem Hanoniensem erant milites 400 aut plures et totidem clientes equites et pedites circiter 20 milia. Comes autem in sua parte habuit milites 160 et clientes equites 200 et pedites circiter 10 milia. Inde dominus comes

a) *deest* 2. b) Hollandie 2. c) hiis 2. d) H. 1. 2. e) *deest* 2. f) Damborch 2. g) *addit* 2: autem. h) hec 2. i) illi 2. k) astucia 2 l) Luceleborch 2. m) Damborch 2. n) Iuliace 2. o) *deest* 2. p) *deest* 2. q) presumpsissent 2. r) contra mult. *des.* 2. s) fuerint 2. t) comes Dardenborch 2. u) filios 2. v) *deest* 2. w) *addit adhuc* 2: probitatis. x) Rumino et 2. y) *deest* 2. z) isto 2. a) *nomen deest* 1. 2. b) cum 1; tamen 2.

56) Novilles-les-Bois, arr. et cant. de Namur.

1194. terram comitis de Danborch[a] ad honorem Musan[b] pertinentem igne concremavit. Inde in Hanoniam revertens, Henricum[c] ducem de Lemborch in castro suo de Alth[d] a militibus et servientibus detineri et custodiri fecit, Henricum[e] quoque filium eius in pede vulneratum apud Haismoncanoit[f] custodiri fecit.

Aug. Deinde dominus comes eodem tempore, scilicet mense Augusto, in campis de Hal cum *fol. 90'. duce Lovaniensi per tres dies colloquium habuit, qui tandem concordati *sunt, pace inter Aug. 20. eos firmata[57]. Theodericus autem de Beverna extra pacem ducis remansit. Rogerus vero de Warcoin cum domino comite pacem antea fecerat, relicto Theoderico. Eodem tempore Willelmus[g] de Scinke[h], eorum coniuratus, a quodam serviente, qui eum oderat, in introitu templi interfectus fuit[i]. In pace autem comitis Flandrie et Hanonie et marchionis Namurcensis et domini ducis Lovaniensis compositum fuit, quod dux de Lemborch et filii sui in eadem pace firmata et amicitia manerent et a captione cum filiis suis dux de Lemborch super[k] fidem suam per obsides recedere posset. Cum autem aliquis episcopatum Leodiensem de iure et[l] gratia domini pape obtineret et in episcopum[m] consecratus esset, et ille episcopus pro duce de Lemborch et filiis suis se obsidem apud dominum comitem constitueret pro pace tenenda, dux de Lemborch et filius eius Henricus fide interposita liberi essent, et obsides sui apud dominum comitem positi liberi redderentur. Inde eciam dux Lovaniensis apud dominum comitem obsidem se constituit. Itaque dux de Lemborch et Henricus filius eius posuerunt pro se in captione domini comitis obsides pueros suos duos[n], quorum unus ipsius ducis filius erat, alter vero filius erat Waleranni, filii ducis.

Theodericus autem in Waisa remanere non audens, munitionem suam de Beverna[57*] vacuam reliquit, quam dominus comes[o] occupavit et eam custodiri fecit. Theodericus autem per comitem Hollandensem in insulis prope Flandriam in[p] Waisam domino comiti quandoque insultus faciebat. Per predictam itaque conditionem Henricus[q] dux de Lemborch a captione comitis abire dimissus[r] est[s]. Henricus vero ex infirmitate vulneris in pede apud Haismoncasnoit[t] moram faciebat, sed quia a quam pluribus asserebatur, quod comes super tam levi tantorum virorum liberatione[u] non sanum habuisset consilium, ipse comes Henricum apud Haismoncasnoit[t] morantem, iusta occasione habita, diutius detinuit, quia fratres sui, scilicet Symon Leodiensis electus et Walerannus, hominibus comitis mercatoribus res suas abstulerant, quas reddere nolebant.

Tempore illo clerici Leodienses predicti, qui contra Symonem Leodiensem electum *fol. 91. laborabant, scilicet Albertus de *Retest, Leodiensis ecclesie maior prepositus et archidyaconus, domini comitis consobrinus, et Albertus de Cuch et Otto de Falconis-Monte et Hugo de Petreponte[w], Leodiensis ecclesie archidyaconi, omnes domini comitis consanguinei, peractis in curia Romana ad voluntatem suam negotiis suis, ad propria reversi sunt mense Septembri[58]; quibus concessa est potestas eligendi quem vellent et ubi vellent, executoresque sue cause habuerunt dominum Willelmum Remensem archiepiscopum, Romane ecclesie cardinalem, apostolice sedis legatum, et[x] dominum Iohannem Cameracensem episcopum[x] et dominum Iohannem Treverensem archiepiscopum et eius suffraganeos, ut illi dominum Symonem amonerent[y], quatinus ille prorsus cederet, quod si facere nollet, eum excommunicarent. Illi autem dominum Symonem, super hoc satis amonitum[z] nec cedere volentem, excommunicaverunt et eius complices, quia eius electio cassata est a summo pontifice, a quo non electio sed violenta intrusio[a] dicebatur.

Sept. Eodem anno, mense Septembri, sepedictus Balduinus comes Flandrensis et Hanoniensis et[b] marchio[c] Namurcensis, quia insularum marinarum homines sibi rebellantes debitam ei reverentiam et subiectionem exhibere negabant, instinctu comitis Hollandensis, qui insularum ipsarum medietatem[d] ab ipso comite in feodo ligio[e] tenebat, exercitum Flandrensem contra homines illos movit[f] et in eodem exercitu quosdam Hanonienses secum habuit; sed ventis sibi contrariis, post longam moram in litore factam transire dubitans, inde ad

a) Damborch 2. b) hon. de M. 2. c) H. 1. d) Ath 2. e) H. 2. f) aymontquesnoy 2. g) Wittus 2. h) Stinke 1. i) est 2. k) L. et per 2. l) *addit* 2: de. m) episcopatum 2. n) *deest* 2. o) *deest* 2. p) et 2. q) H. 1. 2. r) ~~permissus~~ 2. s) *deest* 2. t) aymoudquesnoit 2. u) liberationem 2. w) petremonte 2. x) et — episc. *desunt* 1. y) admoverent 1. z) admonitum 2. a) incursio 1. b) *deest* 2. c) ~~comes 2.~~ d) mediante 2. e) *deest* 2. f) monuit 2.

57) Pacis chartam ediderunt Martène Thes. I, 656, Reiffenberg Monum. de Namur I, 317. Originale valde deletum in archivo Montensi ipse inspexi. 57*) Biesme, a Namur occident. et meridiem. GR. 58) Cfr. Reineri Ann. M. G. XVI, 650: *circa Augustum revertuntur.*

1194. propria reversus est. Interim eius uxor Margareta[a] comitissa in mansione sua prope Brugas[b], que Mala dicitur, graviter egrotavit.

Predicti Leodienses canonici de gratia summi pontificis, immo[c] de iure agentes, ad dominum comitem Montibus accesserunt, cui soli comiti a summo pontifice totius episcopatus Leodiensis cura commissa erat, cum dominus papa in illo bonam circa iura ecclesiastica devotionem et prudentiam cognosceret, illiusque vires ad removendos violentorum insultus, quibus Leodiensis ecclesia graviter opprimebatur, satis sufficientes perciperet[d]. Ipsis autem sepedictis preposito et archidyaconis et eorum sociis canonicis Leodiensibus potestas eligendi episcopum servata erat. Unde de consilio domini comitis diem electioni aptum constituerunt Namurci infra octavas sancti Martini; [Nov. 11—18.] cui quidem electioni dominus comes pro morte comitisse uxoris *sue interesse non potuit. [*fol. 91'.]

Interim domina comitissa Marghareta a seculo migravit, [Nov. 15.] que Brugis in monasterio Sancti Donaciani sepulta fuit[59], ubi ipsa tres prebendas sacerdotibus perpetuo conferendas instituit Cuidam hospitali in Hanonia in territorio de Bossuth[e] centum solidos denariorum Flandrensis monete in redditibus de Brugis annuatim habendos et cappellano eiusdem loci attribuendos perpetuo assignavit. Domui[f] autem leprosorum prope Haimonscanoit centum solidos eiusdem monete in eisdem redditibus assignavit[f], ut capellanus loci illius illos habeat. Monasterio quoque dominarum sanctimonialium prope Haimonscanoit[g], quod Ursinavallis[60] dicitur, decem libras eiusdem monete in eisdem redditibus assignavit, ut sacerdos[h] loci illius illas[i] habeat. Cui in principatu Flandrie successit filius eius primus Balduinus. Sepedictus autem comes Balduinus, qui primo Hanoniam, postea et[k] Hanoniam et Namurcum, deinde et Flandriam et Hanoniam et Namurcum possederat et ea viriliter et[l] prudenter rexerat, defuncta uxore sua nobilissima Marghareta, ex cuius parte Flandriam iure hereditario tenuerat, in dominio comitatus Hanoniensis et marchie Namurcensis mansit, sigilloque suo quod habuerat inscriptum tam pro Flandria quam Hanonia et Namurco, sicut decuit confracto, sigillum quod habuerat secundum, cui inscriptio erat MARCHIONIS NAMURCENSIS ET COMITIS HANONIENSIS, quod quidem reposuerat, sibi reassumpsit et illud usque in extremum diem vite sue habuit.

Predicti Leodienses canonici in unitate ecclesie consistentes, penes quos erat electio episcopalis, in Namurco convenerunt, quia in Leodio vel Hoyo vel aliis Leodiensis episcopatus castris securus eis non patebat aditus, cum Symon de Lemborch Leodiensis intrusus per vires suas[m] contra Deum[n] et iusticiam occupasset, et ad monitionem summi pontificis cedere nolebat, cum per iudices delegatos[o] a summo pontifice, scilicet per Treverensem archiepiscopum[p], per Traiectensem et Monasteriensem et Metensem et Cameracensem episcopos[p], continua in illum excommunicationis sententia promulgaretur et in illius fautores. Unde sepedicti viri *Leodiensis ecclesie, [*fol. 92.] non numero sed merito maiores, de iusticia confidentes, quibus comitis Balduini[q] promissum auxilium grande conferebat solatium, in ecclesia sancti Albani constituti[r], unum de sua societate virum[s], satis maturum prudentemque et tam in temporalibus quam ecclesiasticis admodum eruditum, Albertum de Cuch dyaconum, Leodiensis ecclesie archidyaconum, in episcopum Leodiensem mense Novembri infra octavas sancti Martini elegerunt, quorum electio Symoni sepedicto Leodiensi intruso suisque complicibus nimium erat ridiculum. Qui ecclesias graviter opprimentes, mandatis apostolicis inobedientes, divinam ulcionem non formidantes, de viribus maiorum, quibus orti erant, prorsus confidentes, sacerdotes, monachos et cuiusque ordinis clericos captos incarcerabant, et in vinculis detentos et contumeliis affectos ad redemptionem compellebant, et in bonis ecclesiasticis quamplures archydiaconos, abbates, prepositos, decanos, canonicos, presbiteros destituebant et alios instituebant, immo intrudebant[t]. Comes autem Hanoniensis et marchio Namurcensis Balduinus, sepulta honorifice in Brugis karissima[u] uxore sua Marghareta, et dominio Flandrie ad honorem et utilitatem Balduini filii[v] sui, comitis[w] novi, ordinato[x], ad dominum Albertum electum[y] accessit Namurcum, et ibidem in monasterio sancti Albani

a) M. 1. b) Brugt 1. c) ymo 2. d) p̃ciperet 2. e) boussut 2. f) Domui — assignavit *desunt* 2. g) aymondquesnoy 2. h) cappellanus 2. i) illos 2. k) et postea 2. l) ac 2. m) *deest* 2. n) ius 2. o) delatos 2. p) a. methensem, monasteriensem, meldensem et cameracensem episcopos 2. q) quibus dominum Balduinum 2. r) instituti 1. s) *deest* 2. t) intendebant 2. u) car. 2. v) *deest* 2. w) comitis sui 2. x) ordinati 2. y) *deest* 2.

59) Tumuli inscriptionem exhibet Miráeus l. c. I, 295. 60) Orsinval, arrond. d'Avesnes, cant. du Quesnoy-Ouest.

1194. sub testimonio multorum, tam clericorum quam nobilium et ministerialium[a], et cuiuscumque conditionis virorum, debitum ligiumque cum fidelitate eidem[b] electo fecit hominium. Cui[c] post ipsum, de eius consilio et auxilio promisso, multi tam nobiles quam ministeriales hominia[d] et fidelitates exhibuerunt.

Sciendum est autem, quos labores et quantos ipse comes ad honorem Dei pro Leodiensis ecclesie relevatione post hanc electionem sustinuerit et sibi viriliter totum onus assumpserit. Veniens etenim Dynant[e], castrum fortissimum, multisque hominibus populatum, homines illos ad hoc[f] coegit, quod domino Alberto novo electo fidelitatem tamquam domino suo fecerunt; turrim autem castri superioris[g] in manus ipsius electi convertit, cum castrum illud inexpugnabile videretur, et illud vir nobilis et potens Widricus de Walecourt custodire habebat, qui Symoni sepedicto hominium et fidelitatem fecerat. Halois[61] autem castello in manus eciam electi redacto, hominibus Hoyensibus mandavit dominus comes, ut dominum *fol. 92. suum novum electum *ad eos venientem in ipsa villa susciperent eique debitum honorem et fidelitatem exhiberent, cum Symon sepedictus[h] castrum superius militibus multis et clientibus ad defensionem sufficientibus et victualibus munivisset[i]. Homines autem multos per dies et in multis[k] inducias a domino comite petebant, ut domino Symoni super fidelitate illi prestita competenter renunciare possent, cum ipsi et ducis de Lemborch et eius filiorum et eciam ducis Lovaniensis et comitis de Danborch[l] et[m] Musan vires formidarent, et insultus illorum[n] qui in castro superiori morabantur continuos timerent. Comes autem eis promittebat auxilium et defensionem contra omnes homines, si dominum novum electum suscipere vellent. Post multa autem quesita subterfugia tandem ipsi homines, comitis[o] Hanoniensis potentiam ubique terrarum magnam cognoscentes et de illius constantia plurimum confidentes, constituti in loco inter Mosam fluvium et Bealfort[p, 61'] castellum, iuraverunt quam plures illorum potentiores, quod si dominus Albertus electus Hoyum veniret, ipsum honorifice susciperent et ei fidelitatem facerent et in castro superiori obsidendo omne quod possent auxilium facerent. Dominus autem electus eis promisit auxilium contra omnes homines. Comes autem Hanoniensis et marchio Namurcensis pro parte domini electi et sua eis iuravit, quod si dominus electus ab eis susciperetur prestitis ei fidelitatibus, ipse comes cum eis in ipsa villa morando, in viribus suis castrum superius obsideret et inde nequaquam recederet, nisi capto prius vel sibi reddito ipso castro, et eos contra sepedictum Symonem et suos tueretur. Unde mirabantur universi audientes et adhuc mirandum est, cum illud castrum contra vires vel eciam artes hominum inexpugnabile videretur. Itaque dominus electus cum fideli suo comite Hanoniensi Hoyum veniens, fidelitates ab universis hominibus Hoyensibus accepit, sed quia dominus electus nullius maioris vel minoris[q] auxilium habere poterat ad arma, nisi illud per solum comitem Hanoniensem haberet, ipse comes, congregato undique 1195. Ian. 13. exercitu, tam a Hanonia quam a terra Namurci, obsidionem castro firmavit[r] post octavas epiphanie. In quo exercitu dominus comes milites habuit circiter 500 et servientes equites totidem et pedites homines 40 milia[r] vel plures, qui omnes in Hoyo hospitati sunt apte, et absque ipsius ville gravamine vel alicuius clamore; nichil enim[r] alicui rapiebant neminique *fol. 93. molestiam inferebant. Obsessorum autem in castro summus provisor *erat et procurator et totius facti dominium habebat Hellinus de Villa, miles probus, qui ex dominio Namurcensi domino comiti Hanoniensi hominio obligatus erat; sed quia familiaris et ministerialis erat Leodiensis ecclesie, inde assumpta occasione, cum multa pro custodia castri et[s] data essent et promissa domino novo electo, qui de iure laborabat et comiti Hanoniensi contrarius existebat, cum ipse Hellinus sententie in dominum Symonem late et in eius complices et in omnes, qui ei vel[t] fidelitate vel hominio alligati erant, denunciationem sepius audivisset. Comes equidem continuos castro faciens insultus, cum difficile sit castro appropinquare, tamen per artas vias in labore nimio locum acquisivit pro[u] machina, que[v] manghenellus dicitur arcus, per[v] quam machinam ipsi castro insultus faciebat, unde obsessorum quidam occisi sunt, quidam vulnerati. Et cum loca castro viciniora equa nequaquam et ad sessionem machine, que petraria[w] nominatur, apta videbantur, comes in viribus et artibus suorum petrarie[x] apparate, tam ex lapidum structura quam ex terre admixtione[y] locum ad hoc

a) cl. et nob. quam min. 2. b) eodem 1. c) qui 1. d) hanonie 2. e) Dinant 2. f) adhuc 2. g) superiorem 2. h) predictus 2. i) munivissent 2. k) et multas 2. l) Damborch 2. m) et de 2. n) eorum 2. o) *deest* 2. p) Belfort 2. q) maiorum vel minorum 2. r) *deest* 2. s) ei 2. t) *deest* 2. u) *deest* 2. v) que mang. dic. arcu et 1; que dicitur argũnellus archum per 2. w) praria 2. x) perrario 1. 2. y) adiunctione 2.

61) Hallets, a Namur ad septentriones. GR. 61') Beaufort, prope Huy. GR.

aptum composuit. Ordinata igitur petraria[a], quia divinum auxilium comiti pro iusticia laboranti in actibus suis promptum erat et paratum, dux Lovaniensis percipiens comitis Hanoniensis vires prevalere, ad ipsum comitem Hoyum amicabiliter accessit, rogans comitem, ut ipsum castrum reciperet et illud et Halois et Dinant et Fossas et Tudinium et Covinum[b. 62] conservaret[c]; ipse quoque dux Lovaniensis Leodium et Traiectum et Tungras[d] et Franchiermont[e. 63] et Warennam[f. 64] ex parte comitis Hanoniensis custodiret, a quibus Symonem et suos prorsus expelleret, hac interposita conditione, quod domnus Albertus electus et Symon intrusus ad curiam Romanam super iure episcopatus sine dilatione proficiscerentur[g] et illi eorum, qui super his[h] in causa obtineret per sententiam vel[i] gratiam Romane curie, illi et Leodium et omnia castra universaque bona, ad episcopatum Leodiensem[k] pertinentia, libera redderentur. Eiecto itaque Symone ab omnibus bonis episcopatus, qui in viribus tot et tantorum predictorum principum et nobilium electus et a domino imperatore regalibus investitus fuerat, mirabantur universi audientes et videntes, quod tantus nobilis a tanto honoris culmine eiceretur, ipseque et sui a facie domini comitis advenientis semper fugiebant.

*Tempore illo et anno, dum hec tractabantur circa episcopatum Leodiensem, Constantia *fol. 93'. imperatrix Romanorum, quam Salernenses cives male tradiderant Tancredo regi, qui sibi Siciliam iniuste usurpaverat, a civibus Panormiensibus[l], licet invito Tancredo, domino suo 1192. Iun. Iul. Henrico Romanorum imperatori reddita est[65], que eodem anno mense Decembri filium 1194. Dec. 26. peperit. Eodemque anno ipse dominus imperator Romanorum Henricus defuncto Tancredo regnum Sicilie[m] et ducatum Apulie iure adeptus est.

Eodem anno, tempore quadragesimali, dominus Albertus Leodiensis electus et Symon 1195. Leodiensis intrusus ad curiam Romanam super lite episcopatus iter arripuerunt. Dominus equidem Albertus pro itineribus suis ad curiam Romanam et pro moris in illa factis et pro reditibus a curia illa et pro eiectione Symonis et suorum a castris Leodiensis episcopatus et pro custodia castrorum ipsorum[n] grandibus expensis factis, debebat comiti Hanoniensi 2450 marchas argenti magno pondo, quas ipse comes a quibusdam creditoribus mutuo acceperat sub gravi fenore, cuius[o] fenoris ipse solus comes omne gravamen in solutione paciebatur[o], quod fenus ad 200[p] marchas vel ultra fuit computatum, exceptis aliis expensis magnis, quas ipse comes et eius homines pro[q] promotione domini Alberti et super eiectione Symonis a castris Leodiensis episcopatus fecerant.

Post longam autem in curia Romana moram et grandium expensarum gravamina dominus papa electionem Symonis cassavit et domni Alberti electionem confirmavit; sed Symonis nobilitatem considerans, ne ipse a tot et tantis principibus procreatus a curia Romana prorsus confusus recederet, misericorditer circa personam eius agens, cardinalem eum dominus papa fecit. Qui cito post in ipsa curia infirmitate superveniente decessit[66], Aug. 1. et quam plures de illius societate et de societate domini Alberti ibidem mortui sunt. Dominus Albertus graviter febricitans reditum ad propria arripuit cum plenitudine gratie. Dominus autem imperator Romanorum Henricus, subiugato sue voluntati de iure hereditario Sicilie regno, inde in Theutoniam rediit[r] anno Domini 1195.

Eodem[s] anno[t] Philippus[u], comitis Hanoniensis filius, in festivitate pentecostes a domino Mai. 21. Philippo rege Francorum honorifice miles ordinatus est.

*Eodem tempore et anno Henricus, Henrici quondam[v] ducis Saxonum filius, illius in- *fol. 94 quam Henrici, quem dominus Fredericus imperator Romanus[w] a ducatu Saxonie in maioribus bonis suis exhereditaverat[x], Conrardi[y] comitis palatini Reni filiam duxit in uxorem in[z] detrimentum domini imperatoris Henrici, unde postea terram et bona ipsius[a] comitis palatini de iure obtinuit et gratiam domini imperatoris sibi acquisivit.

In diebus illis Balduinus Montensis castellanus, miles admodum sapiens, a seculo migravit, qui ecclesie beate Waldetrudis pro remedio anime sue villam Offias[67], quam a

a) praria 2. b) cōuuūū 2. c) servaret 2. d) tungrt 1. e) franchrmont 2. f) Weroniam 2. g) pficissentur 2. h) blis 2. i) vel per 2. k) *deest* 2. l) Pannorm. 2. m) Cicilie 2. n) *deest* 2. o) cuius f. gravamen ipse comes solus in solucione paciebatur *sic* 2. p) DCC 2. q) super 2. r) reversus est et rediit 2. s) *deest* 2. t) anno Domini 1195. 2. u) *in margine* 1: Iste Philippus fuit marchio Namurcensis et sanctus. v) condam 2. w) Romanorum 2. x) exheredaverat 1. y) Conradi 2. z) *deest* 2. a) dicti 2.

62) Couvin, a Chimay ad orient. 63) Franchimont, prope Verviers. GR. 64) Waremme, a Leod. ad occid. 65) V. Toeche l. c. p. 317 n. 66) Cfr. Reineri Ann. l. c. p. 651. 67) Offies.

1195. domino comite Hanoniensi in feodo tenebat, in elemosinam assignavit, ut in ipsa ecclesia perpetuum pro anima eius celebretur[a] anniversarium, ita quidem quod ipsa villa hospitali Iherosolimitano a Montensi ecclesia sub annuo censu 20 solidorum in festo sancti Martini Montibus persolvendorum concederetur. Quo Balduino defuncto, filius eius Henricus hanc elemosinam per manum domini comitis Hanoniensis sepedicti et per scriptum et ipsius comitis sigillum confirmavit. Ecclesia autem Montensis hospitali Iherosolimitano villam predictam, sicut supradictum est, sub annuo censu contulit: super quoquidem censu plenius[b] persolvendo, ad petitionem hospitalis, dominus comes Hanoniensis apud Montensem ecclesiam obsidem se constituit. Unde ipsius hospitalis fratres domino comiti et predicto castellano quarundam missarum celebrationem exhibendam perpetuo promiserunt, de quibus in subsequentibus plenius dicemus.

In diebus illis comes Hanoniensis, marchio Namurcensis cum duce Lovaniensi, cum quo longas[c] habuerat discordias, pacem et fedus indissolubile firmavit. Contigit itaque, quod tempore eodem, anno scilicet Domini 1195[d], ipse dux Lovaniensis contra ducem Henricum de Lemborch, avunculum suum, et contra comitem de Gelra[e] ex illorum excessu odium et rancorem habuit, unde utrinque ad guerram convenerunt. Dominus autem comes Hanoniensis, marchio Namurcensis et eius filius Balduinus comes Flandrie ad petitionem ducis Lovaniensis ei auxilium contra hostes fecerunt et in magnis viribus cum ipso duce Lovaniensi Traiectum supra Mosam fluvium transierunt. Quorum adventum in tantis viribus hostes sustinere dubitantes, illorum misericordie se prorsus submiserunt. Quibus peractis
*fol. 94. dominus comes *Hanoniensis cum filio suo Balduino comite Flandrensi, et cum domino archiepiscopo[f] Coloniensi Adulpho[g] et Henrico duce Lovaniensi ad dominum Henricum Romanorum imperatorem profectus est, ut pro filio suo comite Flandrensi apud dominum imperatorem efficere mereretur, ut filius eius a domino imperatore quedam feoda, que comites Flandrenses ab[h] imperatoribus tenere solent, sine difficultate reciperet. Venientesque
Aug. in Theutoniam circa Renum apud Argentinam civitatem, que vulgariter Strazeborg[i] dicitur, dominum imperatorem invenerunt[68], ibique Balduinus comes Flandrensis, comitis Hanoniensis et marchionis Namurcensis filius, a domino imperatore debita feoda recepit et ei hominium cum fidelitate debitum exhibuit[k]; et cum in terra illa estivo tempore eciam indigenis aeris et aquarum corruptio[l] nimiam afferat infirmitatem, tempore illo mense Augusto tanta in partibus illis inoleverat[m] infirmitas, quod ipsi indigene quamplures[n], relictis civitatibus et domibus suis, ad montana secedebant. Unde dominus comes Hanoniensis et archiepiscopus Coloniensis et dux Lovaniensis multique de eorum comitatu, tam milites quam servientes, nimia occupati sunt infirmitate, quorum quidam ad festinam mortem inde pervenerunt, sed dominus comes Hanoniensis pre aliis principibus graviore accepta infirmitate ad propria rediit, et cum languere[o] cepisset, Montibus propter meliorem aeris sanitatem venit[p]. Infirmitas autem illa post languores[q] nimios ipsum principem potentissimum et prudentissimum ad mortem usque perduxit.

Dum dominus comes Hanoniensis, marchio Namurcensis, Montibus in castro suo egrotabat, supervenerunt rumores, quod dominus Albertus Leodiensis electus[r] cum plenitudine gratie a curia Romana reditum arripuerat, et dominus Symon Leodiensis intrusus, ducis de Lemborch filius, decesserat. Surrexerunt autem quidam[s] perniciosi de ecclesia Leodiensi, illi scilicet qui primo per domini Alberti Lovaniensis[s] electionem, deinde per domini Symonis de Lemborch intrusionem[s] in ecclesia Leodiensi graves moverant seditiones, ut in[s] aliquo modo domni Alberti electi, a sede apostolica confirmati, promotionem impedire possent vel saltem ei[s] detrimenta et[t] calumpnias[u] inferrent. Fingentesque illum in itinere decessisse,
*fol. 95. *quendam virum nobilem, Ottonem de Falconis-Monte, ipsius ecclesie archidyaconum, qui tamen electioni domini Alberti de Kuch[v] suum prebuerat assensum, in episcopum Leo-
Dec. diensem elegerunt, venientesque[w] Wormaciam civitatem ad dominum imperatorem, suum electum Ottonem ei presentaverunt. In quorum adventu dominus Albertus a curia Romana rediens supervenit, qui per litteras apostolicas electionem eius confirmantes, et per suos

a) celebraretur 2. b) *deest* 2. c) longuas 2. d) a. s. D. 1195. *desunt* 2. e) Ghelra 2. f) episcopo 2. g) Aiulphó 2. h) a 2. i) Strabor 1. k) fecit 2. l) eorum preciu 2. m) invaluerat 2. n) *deest* 2. o) langorem 2. p) pervenit 2. q) langores 2. r) epūs 2. s) *deest* 2. t) vel 2. u) *addit* 2: ei. v) Cuch 2. w) venientes 2.

68) Ibi 13. Aug. versatus est. V. Toeche l. c. p. 677.

1195 fautores in unitate ecclesie consistentes, domino imperatori presentatus, regalia Leodiensis episcopatus ab eo sine dilatione et difficultate aliqua suscepit, cui et Otto et ipsius Ottonis electores in presentia domini imperatoris fidelitates exhibuerunt. Albertus autem regalibus a domino imperatore investitus[a] et a metropolitano suo Coloniensi archiepiscopo consecratus[69], infra octavas epiphanie Leodium pervenit.

Eodem tempore, cum comes Hanoniensis et filius eius comes Flandrensis a curia domini imperatoris redissent, comes Flandrensis de mandato domini regis Francorum ad ipsum iter[b] arripuit, in quo itinere infirmitate[c] preventus fuit, ita quod, peractis cum domino rege negotiis suis, et ab ipso rege domino suo monitus, ut ad auxilium eius contra regem Anglorum veniret, in lectica usque[d] Cameracum allatus fuit ibique per aliquot dies quiescens, Deo volente cepit convalescere. Inde ad mandatum patris sui comitis Hanoniensis Montibus ad patrem egrotantem, corpore adhuc debilis, pervenit, et cum patre moram faciens, plenam ibi recepit sanitatem. Cum autem eundi ad auxilium domini sui regis Francorum, qui contra regem Anglorum guerram habebat, ipse comes Flandrie se prepararet, et ad hoc tempus instaret, pater eius comes Hanoniensis de assensu et laudamento illius secundo filio suo Philippo terram Namurci post ipsius decessum habendam assignavit; ita[e] quod Philippus terram illam a fratre suo comite[f] Flandrensi et Hanoniensi post patris decessum in feodo ligio teneret, et ipsa terra dominio Hanoniensi adderetur[g], comes autem Hanoniensis ipsam terram ab imperatore[h] teneret. Ad hec comes Hanoniensis sapientissimus egrotans composuit cum filio suo Balduino comite Flandrensi, ubicumque *locorum constituto ipso comite Flandrensi, quod[i] omnia, que ipse comes Hanoniensis in* [*fol. 95] elemosinas distribuendas et in debita solvenda et in beneficiis pueris suis conferendis assignaret, sub Camberonensis[k,70] et Sancti Gisleni[l,71] abbatum et Willelmi fratris sui et Nicholai de Barbencione[m], fidelis et consanguinei sui, testimonio, ipse comes Flandrie rata observaret firmiusque prosequeretur; unde comes Flandrensis ad ordinationem patris sui, fide interposita tactisque sacrosanctis, iuramentum fecit scriptoque et sigillo suo confirmavit. Inde comes ipse Flandrensis cum militibus multis ad domini sui regis Francie[n] auxilium properavit.

Dominus equidem comes Hanoniensis, marchio Namurcensis, egrotans Montibus, princeps potentissimus et a suis amatissimus, saluti anime sue volens providere, debitorum suorum solutionem congrue et opportune ordinavit, filieque sue Sibilie virgini duo milia[o] marchas argenti assignavit. De debito autem supradicto, quod ei dominus Albertus Leodiensis episcopus, sicut supradictum est, debebat, medietatem duobus filiis suis, Philippo scilicet et Henrico, aliam vero medietatem maiori ecclesie Leodiensi assignavit, ut in opus monasterii, quod novum reparabatur, converteretur. Puerisque suis, quorum quosdam non de uxore sua, sed de mulieribus nobilibus genuerat, bona quedam assignavit; servientibusque suis de bonis suis impertiebatur[p]. Res autem suas mobiles, scilicet segetes, equos, vestes et huiusmodi, que quidem usque ad 1200 marchas[q] argenti vel ultra existimabantur, in manus quatuor predictorum, scilicet Camberonensis et Sancti Gisleni[r] abbatum et Willelmi fratris sui et Nicholai de Barbencione[s] commisit, per eorum dispositionem in elemosinas distribuendas.

Et quia comitum Hanoniensium ius erat in Hanonia quoddam[t] de ursis pascendis, et ipsorum ursorum[u] custodibus, quod quidem in detrimentum et gravamen hominum pauperum erat, et idem quoque in tedium hominum divitum vertebatur, iste comes misericordie respectu ius illud et consuetudinem prorsus universis hominibus suis[v] remisit.

Quasdam eciam consuetudines[w], quas ipse comes in ius suum convertere[x] intendebat in Montibus et in *Bincio[y] [*fol. 96] et in Haimoncasnoit[z], que quidem utelagia[a] et mensuragia dicebantur, quia in mensurationibus segetum accipiebantur, prorsus remisit et eandem remissionem scripto et sigillo suo confirmavit.

De hominibus autem qui se burgenses esse dicebant, et in villis campestribus manen-

a) investitutus 2. b) Fr. tunc iter 2. c) *add.* 2: vallis. d) *add.* 2: ad. e) itaque 2. f) *deest* 2. g) redderetur 2. h) a domino imp. 2. i) *deest* 2. k) Cambroñ 2. l) Guisleni 2. m) Barbensione 2. n) Francorum 2. o) *deest* 2. p) impartiebatur 2. q) marcas 2. r) Guisleni 2. s) Nicolay de Barbensione 2. t) quosdam 2. u) *deest* 2. v) *deest* 2. w) Quasquidem cons. 2. x) vertere 2. y) Binchio. z) aymondquesnoy 2. a) utelegia.

69) Ian. 7. ann. 1196. Cf. Reineri Ann. l. c. p. 652. 70) Danielis. 71) Hugonis.

1195 tes burgensium libertate gaudebant, unde et ab ecclesiis et a militibus graves sepe[a] procedebant queremonie, ordinavit dominus comes et de consilio nobilium suorum instituit, ut nemo burgensis ulterius esset[b], si in burgo non maneret.

De canibus autem suis et venatoribus, qui multa per loca in Hanonia gistas[c] suas et porsonia de iure habebant, qui preter ius abbatias et curtes abbatiarum in gistis[d] suis opprimere consueverant[e], ordinavit dominus comes et instituit, ut ab hiis abbatie et eorum curtes libere permanerent, hoc excepto quod, si aliqua ecclesia terram aliquam possideret ex alicuius donatione et venditione, que de consuetudine illarum esset terrarum, in quibus canes et venatores ius suum habent, ecclesia inde ad valentiam terre illius ius suum et[f] canibus et venatoribus exsolvet[g], et ultra hoc[h] non cogetur.

Erga Gerardum de Sancto Oberto, fidelem suum et consobrinum, benigne agens et caritative, quia ille in Ostrevanno terram, quam eius antecessores comiti Hanoniensi[i], huius comitis patri, vendiderant, ius reclamabat, villam Riwam[k].[72] prope Cameracum, quam ipse comes et eius uxor Marghareta comitissa sibi acquisierant, ipsi Gerardo in augmentum feodi sui dedit, excepta ville ipsius[l] decima, quam ipse comes et eius uxor Marghareta[m] capelle sue in Valencenis ad institutionem prebendarum contulerant. Gerardus autem domino[n] comiti et patri eius pie remisit, quicquid ipsi comites contra eius patrem Egidium et contra se ipsum interceperant et quocumque modo deliquerant, terram Ostrevannum domino comiti Hanoniensi et eius heredibus nominatim relinquens.

1195. Dec. 13. *fol. 96' Ad augmentum quoque[o] prebendarum capelle sue in Valencenis dominus comes 42 modios segetis[p] ad mensuram[*] Montensem annuatim percipiendos assignavit, conferens ipsi capelle decimam quam in villa Tungra[73] in Brabantia habebat, ita quidem ut, si quid de 42 modiis quandoque canonicis illis defuerit, hoc[q] in decima Braine Wilhotice suppleatur. Hoc itaque scripto et sigillo suo dominus comes roboravit[74].

Lobiensi ecclesie decimam in vinea sua de Hyum[r].[75], quam ipsa[s] Lobiensis ecclesia sepe reclamarat[t], sed nunquam habuerat, habendam perpetuo concessit. Unde ipsa ecclesia caritatis intuitu firmavit ipsi comiti, quod perpetuum pro anima eius cum veneratione anniversarium ipsius ecclesie conventus celebrabit[u].

Altimontensi ecclesie dominus comes nemus quoddam, quod iniuste per aliquos annos possederat, restituit. Unde ipsa ecclesia caritatis intuitu concessit et firmavit ipsi comiti, quod perpetuo pro anima eius anniversarium cum veneratione celebrabit. Quod quidem scripto et sigillis domini comitis et ecclesie illius confirmatum est[76].

Ecclesie[v] sancti Dyonisii in Brockeroia[w] bona sua, ab antecessoribus suis ipsi ecclesie cum libertate collata, et incisionem[x] lignorum in nemore de Haurez, scripto et sigillo suo confirmavit.

Alnensi ecclesie dominus comes sex boneria terre dedit apud Tiegnies[y] et Offrignies[z] de bonis que ipse comes a Bernardo de Rocha acquisierat, remota omni advocatia et calumpnia. Ad hoc[a] Alnensis ecclesia caritatis intuitu firmavit ipsi comiti, quod post eius decessum perpetuum pro anima eius cum veneratione celebrabit anniversarium. Quod quidem scripto cyrographizato[b] et sigillo ipsius comitis et sigillo ecclesie confirmatum est[77].

Broniensi ecclesie centum solidos denariorum in redditibus suis de Bincio[c] dominus comes assignavit, de primis scilicet redditibus in natali Domini annuatim percipiendos; de quibus viginti solidi in luminare[d] ecclesie convertendi sunt, in anniversarium vero ipsius

a) sepius 2. b) ult. non esset 2. c) gestas 2. d) gestis 2. e) consuerant 2. f) *deest* 2. g) exsolvent 1. 2. h) hec 2. i) comites hanon 2. k) riuam 2. l) illius 2. m) M. 1. n) dicto 2. o) augmentumq3 1. 2. p) segetum 2. q) hec 2. r) Hyun 2. s) *deest* 2. t) reclamaverat 2. u) *Sequuntur in 2 verba:* Quod quidem — confirmatum est, *quae in 1 in fine sequentis tituli leguntur.* v) ecclesia 2. w) broceroya 2. x) incisione 2. y) thiegnies 2. z) offregnies 2. a) h' 1. b) chirographizato 2. c) Binchio 2. d) luminari 2.

72) Rieux, arr. de Cambray, cant. de Carnières. 73) Tongre-Saint-Martin et Tongre-Notre-Dame, arr. de Mons, cant. de Chièvres. 74) Chartam hac de re a. 1195, in festivitate s. Luciae (Dec. 13.) confectam invenies ap. Duvivier l. c. p. 658—660. Nr. CLIII. 75) Hyon, arr. et cant. de Mons. 76) Chartam invenies ap. Devillers l. c. III. 138 „*nemora quedam que tempore comes contra reclamationem ecclesie et detrimentum tenebat, videlicet in loco qui dicitur Harbenchons, et in loco qui dicitur Erfrenval. — Actum mense Decembri a. d. i.* 1195". 77) Chartam hac de re a. 1195, mense Decembri confectam invenies ap. Devillers l. c. p. 263—265. Gislebertus, ipse inter testes numeratus, verba supra de hac re prolata ex diplomate mutuavit.

comitis perpetuo[a] cum veneratione celebrando[b] 40 solidi in refectionem fratrum convertentur, in anniversarium autem uxoris sue Margharete[c] comitisse in refectionem[d] fratrum convertantur[e] 20 solidi, et *in communem ipsorum, scilicet comitis et comitisse, nec non et parentum omnium fratrum ecclesie memoriam perpetuam in refectionem fratrum 20 solidi, secunda die purificationis beate Marie amministrabuntur[f]. Que quidem scripto chyrographizato et sigillo ipsius comitis et sigillo[g] ipsius ecclesie confirmata sunt. 1195. *fol. 97.

Crispiniensi ecclesie terras suas, quas apud Sevorch habebat ipsa ecclesia, que advocatiam domini comitis et eius fratris Henrici, qui villam Sevorch a domino comite tenebat,[g*] dominus comes ab omni tallia[h] et exactione et angaria omnique advocatia liberas fecit. Ad hoc ipsa ecclesia caritatis intuitu firmavit domino comiti, quod dum ipse viveret, quaqua die missa de gloriosa virgine Maria in ipsa ecclesia, in altari ipsius virginis Marie celebraretur; post decessum vero[i] ipsius comitis in eodem altari pro anima ipsius comitis missa que pro fidelibus defunctis celebratur, quaqua die in perpetuum celebrabitur. In quarum missarum celebratione orationes pro ipsius comitis anima proprie et speciales[k] tam in collectis quam in[l] secretis et postcommunionibus[m] dicentur. Hec quidem omnia scripto cyrographizato[n] et sigillo ipsius comitis sigilloque ecclesie cum sigillo abbatis confirmata sunt.

Ab annis antea transactis circiter 15 effecerat dominus comes apud ecclesiam sancti Autberti[o] Cameracensis ex elemosina decime[p] de Ivuis[78], quod ipsa ecclesia caritatis intuitu firmavit ipsi comiti, dum viveret ipse comes, quaqua septimana ter missa[q] de sancto spiritu seu de gloriosa virgine Maria in ecclesia illa celebraretur; post eius vero decessum missa quam ecclesiasticus ordo pro fidelibus defunctis celebrari instituit, quaqua septimana ter in perpetuum pro anima[r] ipsius comitis et eius antecessorum et successorum celebrabitur. Que quidem scripto cirographizato[s] et sigillo domini comitis sigilloque ipsius ecclesie confirmata sunt[79].

Ab annis antea transactis circiter 7 obtinuerat dominus apud ecclesiam de Bonaspe[80] ex quadam[t] elemosina per ipsum comitem et per Henricum Binciensem[u] castellanum, super quodam terragio et quodam terre dominio et quibusdam pratis et quodam censu, quod ipsa ecclesia misericordie et pietatis intuitu ipsi comiti confirmavit, quod[v] quaqua die, dum viveret ipse comes, missa de beata Dei genitrice Maria in altari sanctae Crucis pro *salute ipsius comitis celebraretur, post decessum vero eius quaqua die in perpetuum missa que pro fidelibus defunctis celebratur, in eodem altare pro ipsius comitis anima[w] et antecessorum et successorum suorum salute celebrabitur, in quarum missarum celebratione proprie et speciales pro ipso comite tam in collectis quam in secretis et postcommunionibus[x] dicentur[y] orationes. Que quidem scripto cirographizato[z] et sigillo ipsius comitis et sigillo eiusdem ecclesie cum sigillo abbatis confirmata sunt. *fol. 97'.

Ab annis antea transactis circiter 7 effecerat dominus comes apud Melbodiensem ecclesiam beate Aldegundis per[a] quasdam elemosinas ab ipso et ab eius fideli Gisleno Bellimontis castellano collatas de bonis que ad custodiam turris Bellimontis pertinebant, scilicet de duabus partibus decime de Frocapella[81], et de quatuor solidis denariorum et[b] quatuor caponibus in eadem villa, et de molendino in eadem villa, quod Gisleni molendinum nominatur, quoque[c] 10 mensuras moliture, que charletti[d] dicuntur, et de tercia parte decime de Rancea[e], et de duabus partibus minimarum decimarum de[f] Grandirivo et de[g] Suvri[h] et de Montebliard[i] [82], quod ipsa ecclesia domino comiti[k] concessit et firmavit, ut in ecclesia sua, dum comes viveret, pro ipsius salute omni die sabbati missa de gloriosa Dei genitrice Maria, omnique die dominica missa de sancto spiritu celebraretur in altari sancti Dyonisii, post decessum vero eius quaqua die Lune et quaqua die Iovis in eadem ecclesia in eodem altari missa que ad celebrandum pro fidelibus defunctis ordinata est, pro remedio

a) perpetuum 2. b) celebrand' 2. c) M. 2. d) refectione 2. e) convertentur 2. f) adm. 2. g) ipsius — sigillo *des.* 2. g*) *supplendum est:* spectabant. h) taillia 2. i) *deest* 2. k) ſpales 2. l) *deest* 1. m) post comunu 2. n) chirographizato 2. o) aubti 2. p) cime 2. q) missā 2. r) salute 2. s) chirographizato 2. t) quaqua 2. u) binchiensem 2. v) pro 2. w) anime 2. x) post comm̄ 2. y) dicetur 2. z) chirographizato 2 *semper*. a) *deest* 2. b) et de 2. c) quoquo 1. d) charleti 2. e) Raucea, Jaucea 2. f) et de 2. g) *deest* 2. h) fuúri 1; cūaeri 2. i) monte 2. k) *deest* 2.

78) Ivuy, inter Cambray et Valenciennes. GR. 79) Diploma a. 1182 Bulceni datum exstat in archivo Insulensi, fond St Aubert, carton 3. 80) Bonne-Espérance, abbatia Praemonstr. 81) Froidchapelle, cant. de Beaumont, arr. de Charleroy. 82) Ranse, Grandries, Xivry, Montbyart, ibidem. GR.

1195. anime ipsius comitis et Margharete uxoris eius et predecessorum suorum successorumque omnium perpetuo celebrabitur[a]; in quarum missarum celebratione proprie et speciales tam in collectis quam in secretis et postcommunionibus[b] dicentur pro ipso comite sepedicto[c] orationes. Hec[d] quidem scripto cyrographizato et ipsius comitis sigillo et sigillo[e] eiusdem ecclesie roborata sunt. In illis eciam diebus dominus comes partem, quam in nemore de Tiloit[f] prope Melbodium, et partem[g], quam in nemore de Falisa prope Melbodium[g] habebat, Melbodiensi ecclesie beate Aldegundis[h] in omni iure a[i] dominatione et advocatia omnique[k] iure liberam[l] dedit, et ea super maius altare ipsius ecclesie per cespitem[m] et ramum collocavit, cui quidem donationi uxor eius Marghareta *comitissa et eorum filii Balduinus, Philippus et Henricus manus apposuerunt. *fol. 98. In nemore[n] autem de Conisans dominus comes pro advocatia terciam partem tantummodo sibi retinuit. In predicta autem nemorum donatione dominus comes et eius uxor Marghareta comitissa et eorum filii prenominati iuraverunt, fide interposita tactisque sacrosanctis, quod hec beneficia Melbodiensi ecclesie rata et inviolata conservabunt. Ad hec ipsius ecclesie abbatissa et conventus caritatis intuitu concesserunt et firmaverunt domino comiti et comitisse, quod post eorum decessum pro animabus ipsorum perpetuum cum veneratione celebrabit anniversarium. Que quidem scripto et sigillo comitis sepedicti et eiusdem ecclesie sigillo confirmata sunt. In testamento autem suo, in sua infirmitate ordinato, ipsi ecclesie Melbodiensi dominus comes nemus quoddam prope Melbodium, quod per aliquot annos iniuste contra ipsam ecclesiam tenuerat, quod quidem nemus de elemosina dicebatur, libere restituit, nichil dominationis vel iuris in illo sibi retinens, statuens, ut ipsius nemoris proventus omnes tam in fundo quam in cumblo in vestes dominarum convertantur. Quod quidem ipse comes scripto et sigillo suo ecclesie[o] confirmavit.

Ab annis antea transactis circiter 9[p] Hoelus de Kauren, vir prudentissimus, decimam, quam a domino comite Hanoniensi tenebat apud Kauren[82], assignavit per manum domini comitis Cameracensi ecclesie, ut sacerdos in ecclesia de Kauren institueretur[q], qui pro salute animarum domini comitis et Hoeli divina in perpetuum celebraret Ipse autem semper ad hec complenda institui non potest, nisi habito cuiuslibet domini comitis Hanoniensis assensu et consilio. Hec quidem scriptis et tam domini comitis Hanoniensis quam Cameracensis ecclesie sigillis confirmata fuerunt.

Ab annis quoque antea preteritis sepedictus comes Hanoniensis Balduinus, marchio Namurcensis, supradictis patri suo Balduino et Alidi matri sue in salute et remedio animarum suarum aliquatenus volens providere, cum eorum corpora in Montensi ecclesia beate Waldetrudis sepulta essent honorifice, et anniversaria eis ab ipsa ecclesia non ex debito sed ex gratia exhiberentur et[r] cum veneratione celebrarentur[r], statuit ipse comes eorum filius, ut perpetua eis exhiberentur et cum veneratione celebrarentur eorum[s] anniversaria, tam a dominabus beate Waldetrudis et earum canonicis, quam a canonicis sancti Germani. *fol. 98'. Unde ipsi ecclesie beate *Waldetrudis sex libras denariorum in censibus terrarum apud Villam super Hainam[83] in festo sancti Remigii assignavit perpetuo, quos quidem census ipse comes pro advocatia, quadam in usus suos proprios et in redditum suum converterat. Denarii autem sex libris supercrescentes in luminare[t] ecclesie sancti Germani debent converti. De sex itaque libris denariorum 60 solidi in anniversarium patris, qui in superiori choro sepultus fuit ante maius altare, convertendi sunt et distribuendi; in anniversarium[u] matris, in superiori cripta sancti Iohannis baptiste sepulte, 60 solidi sunt convertendi et distribuendi. Modus autem distributionis hic est, ut in vigiliis anniversariorum illorum[v] cuique canonico et[w] cuique canonice beate Waldetrudis, et cuique[x] canonico[y] sancti Germani quatuor[z] denarii, in missa vero sex sunt attribuendi. Cuique eciam presbitero ville Montensis in monasterio beate Waldetrudis et sancti Germani et sancti Petri et sancti Andree, et in capella de Bertainmont[a] et in capella leprosorum, et in[b] capella domini comitis divina celebranti[b] usque ad 16 sacerdotes, duo denarii in vigiliis, in missa vero sex[c] sunt

a) celebraretur 2. b) post comm̄ 2. c) supradicto 2. d) hoc 2. e) et sig. *des.* 2. f) tilloit 2. g) et part — Melb. *des.* 2. h) Aldegundi 2. i) et 2. k) et omni 2. l) libā 1; libera 2. m) cespitem 1. n) in remotis 2. o) *add.* 2: ipsi. p) novem 2. q) instrueretur 1. r) et — cel. *des.* 2. s) *deest* 2. t) luminari 2. u) *add.* 2: autem. v) *deest* 2. w) cuiq. can. et *des.* 2. x) cuicumque 2. y) *deest* 2 z) elquatuor 2. a) bretanmont 2. b) et in — celebr. *des.* 2. c) *iiij*or 2.

82) Quiévrain, arr. de Mons, cant. de Dour. 83) Ville-sur-Haine.

amministrandi. Pulsatoribus[a] campanarum sex denarii, in luminare duo solidi, in offertorium sex denarii sunt convertendi. Rector scolarum in vigiliis quatuor denarios, in missa quatuor denarios habeat. In missa autem cuique sacerdoti, exceptis 16 predictis, et cuique[b] dyacono tres denarii et cuique[b] subdyacono duo[c] denarii sunt attribuendi. Cuique[b] autem[d] clerico, inferiorem ordinem habenti vel eciam non habenti, si se clericum esse[e] profiteatur, unus denarius amministrandus est. Si quid autem residui fuerit, illud communi ecclesie consilio in usus ecclesie convertendum est. Si quis autem clericus[f] beate Waldetrudis, canonicus[g] vel canonica, vel canonicus sancti Germani in vigiliis vel missa defuerit, nichil portionis habebit, nisi infirmitate detineatur, vel de consilio ecclesie ad negotia ecclesie mittatur. Hoc autem utriusque ecclesie canonici iurare debent, et domine in virtute obedientie promittere. Hoc autem[h] scripto cirographizato et sigillo comitis sepedicti et sigillo beate Waldetrudis confirmata sunt. Huius autem comitis filius Balduinus, miles novus, cum Marghareta uxore sua hos denarios ecclesie Montensi perpetuo amministrandos iuramento prestito firmavit. 1195.

Tempore paulo antea preterito ipse dominus comes Hanoniensis Montensi ecclesie confirmaverat quandam terram *in potestate de Comis, que ad ipsam ecclesiam ex elemosina Alderici devenerat, quam[h*] ab omni advocatia et exactione liberam fecit, ut ipsa ecclesia terram illam libere et quiete possideat in perpetuum. Quod quidem scripto et sigillo suo dominus comes eidem ecclesie confirmavit. Satis autem dicta[i] infirmitate dominus comes detentus, quedam que contra ecclesiam ipsam in ipsius reclamatione sibi usurpaverat, scilicet decimas oblationum de Braina Wilhotica, tam in burgo quam in villa, ipsi ecclesie libere et absolute restituit, et ne ulterius ecclesia super hiis aliquod pateretur detrimentum, scripto et sigillo suo ea ipsi ecclesie confirmavit. *fol. 99.

In huius eciam infirmitatis occupatione dominus comes qui de[k] potestate de Kevi[l], apud Rogerias[m] facto vivario, quasdam terras occupaverat, in quibus ecclesia Montensis reddituum et censuum pro occupatione[n] vivarii dampnum sustinebat, quasdam tallias[o] et exactiones, quas in quibusdam terris ipsius ecclesie propriis, in potestate de Kevi[p] apud Rogerias et Alarsart et Horne et in bonerium unum, a Lamberto emptum[q], quandoque exigebat, ipsi ecclesie in elemosinam et in recompensationem predictorum[r] reddituum et censuum liberas prorsus remisit, ut Montensis ecclesia tam in illis terris quam in aliis quas apud Kevi[p] possidebat, libera et quieta gaudeat possessione. Quod quidem eidem ecclesie scripto et sigillo suo dominus comes confirmavit.

Melbodiensi ecclesie sancti Petri et sancti Quintini terras quasdam arabiles in potestate de Ihi[s] et de Hauai[t] et de Goiniis[84], quas contra reclamationem ipsius ecclesie et eius dampnum et detrimentum possidebat, et nemus libere et quiete restituit, ut ipsa ecclesia de terra illa in pace et ad voluntatem suam et de nemore tam in fundo quam in cumblo agat. Ad hoc ipsius ecclesie canonici in[u] altare sancti Iacobi apostoli, fratris beati Iohannis ewangeliste, ante chori introitum quaque die in perpetuum missam[v] celebrari facient, ita quidem quod dum viveret dominus comes, quaque die missa de sancto spiritu celebraretur; post decessum vero ipsius missa, que pro fidelibus defunctis celebranda est, quaque die in perpetuum[v] pro anima eius celebrabitur. In quarum celebratione missarum proprie et speciales[w] pro ipsius domini comitis salute tam in collectis quam secretis et postcommunionibus dicentur orationes. In anniversarium vero eius cum veneratione celebrandum perpetuo 25 solidos[x] de suis propriis denariis ipsi canonici inter se distribuent[y]. Hec *quidem[z] scripto et sigillo ipsius comitis et sigillo eiusdem ecclesie confirmata sunt. *fol. 99'.

In Condatensi[85] ecclesia dominus comes altare instituit in honore sancti Petri apostoli in introitu chori, ad quod sacerdotem instituit, ut ibi dum viveret dominus comes, quaqua die dominica missa de spiritu sancto celebraretur, aliis vero diebus de gloriosa Dei genitrice Maria; post decessum vero eius in perpetuum missa pro remedio anime eius, quam ecclesiasticus ordo pro fidelibus defunctis celebrari statuit, celebrabitur. In quarum celebratione missarum proprie et speciales dicentur orationes. Sacerdos autem ad hec com-

a) pulsantibus 2. b) cuicumque 2. c) duos 2. d) *deest* 2. e) *deest* 2. f) canonicus 2. g) *deest* 2. h) hec quidem 2. h*) *vocem supplevi.* i) satis antedicta 2. k) *deest* 2. l) Kevy 2. m) rogarias 2. n) per occupationem 2. o) taillias 2. p) Kevy 2. q) ēpatu 2. r) predictarum 1. s) Ihy 2. t) bauay 2. u) ad 2. v) missam — perpetuum *desunt* 2. w) ſpāles 1. x) solidi 2. y) distribuerent. 2. z) siquidem 2.

84) Givry, Havay, Gognie, a Maubeuge ad septentriones. GR. 85) Diploma hac de re confectum a. 1195 Dec. 8, exstat apud Miraeum I, 721, in fine textus mutilatum.

1195. plenda a quolibet comite[a] Hanoniensi semper instituetur, salvo iure canonicorum ecclesie in suis offertoriis. Cui sacerdoti dominus comes Hanoniensis sepedictus assignavit 15 boneria terre arabilis apud Wandelaincort[b]. Sacerdos autem[c] ille continuum ipsi ecclesie in horis conventualibus tam matutinis quam missis et aliis horis exhibebit servitium. Ille autem sacerdos quilibet in sui institutione tam de complemento missarum quam de iure canonicorum conservando et de peragendo ecclesie in horis conventualibus officio iuramentum prestabit[d]. Dominus comes eciam assignavit eidem ecclesie Condatensi 60 solidos denariorum annuatim in censibus Braine Wilhotice in festo sancti Iohannis baptiste percipiendorum, quos in anniversario eius canonici presentes et anniversarium eius[e] recolentes cum veneratione inter se distribuent. Hec quidem omnia tam super complemento missarum et super beneficio terre sacerdoti assignate quam super[f] anniversario recolendo, scripto cyrographizato et sigillo ipsius domini comitis Hanoniensis, marchionis Namurcensis, et sigillo ipsius ecclesie confirmata sunt.

In Sonegiensi ecclesia dominus comes Hanoniensis, marchio Namurcensis sepedictus altare in honore sancti Iohannis ewangeliste in introitu chori in sinistra parte instituit, ut ibi, dum viveret ipse comes, quaqua die dominica missa de sancto spiritu, in aliis vero diebus missa de gloriosa Dei genitrice Maria celebraretur, post decessum vero ipsius quaqua die in perpetuum missa, quam ecclesiasticus ordo pro fidelibus defunctis celebrari instituit, in ipso altari pro remedio anime sue[g] celebrabitur. In quarum celebratione missarum pro-

*fol. 100. prie et speciales *pro ipso comite dicentur orationes tam in collectis quam secretis[h] et postcommunionibus. Sacerdos autem ad hec complenda a quolibet comite[i] Hanoniensi semper instituetur, salvo iure canonicorum in suis offertoriis. Hic quoque sacerdos ipsi ecclesie in matutinis et missis et ceteris[k] horis conventualibus deserviet, cui sacerdoti dominus comes perpetuum beneficium assignavit, ut annuatim habeat in parte decime domini comitis apud Brainam Wilhoticam 15 modios segetis[l], medietatem scilicet ivernagii[m] et medietatem avene. Sacerdos autem quilibet in sui institutione super missarum complemento et super servitio continuo ecclesie exhibendo et super iure canonicorum conservando prestabit iuramentum. Ad hec dominus comes sepedictus pro anniversario suo cum veneratione celebrando 60 solidos denariorum in censibus suis apud Brainam Wilhoticam in festo sancti Iohannis annuatim percipiendorum assignavit, quos ipsi canonici in celebratione anniversarii presentes inter se distribuent. Hec quidem tam de complemento missarum et de[n] beneficio sacerdoti assignato et de anniversario recolendo scripto cirographizato et ipsius comitis Hanoniensis, marchionis Namurcensis, sigillo et[n] Sonegiensis ecclesie[o] confirmata sunt.

Hic eciam comes Hanoniensis, marchio Namurcensis, Montensem ecclesiam maiori amplectens dilectione et circa illius prosperitatem et transquillitatem curam gerens diligentiorem et sollicitudinem, quedam que ipsi ecclesie de iure abbatie debebat, que quidem ipse et eius antecessores[p] plenarie exsolverant, unde eam ab omni labore et gravamine liberaverant, ne umquam ipsa ecclesia eiusdem comitis vel eius successorum diebus aliquam pateretur molestiam, recognovit et ipsi ecclesie confirmavit, quod ipse et eius successores a quibusdam, que in conventualibus ecclesiis quandoque requiruntur, a domino papa et eius cardinalibus et legatis et a domino archiepiscopo Remensi et eius officialibus et a domino episcopo Cameracensi et eius[q] officialibus, que equidem giste vel porsonia[r] dicuntur, prorsus debent liberare et, si necesse fuerit, eas constagias pro ipsa ecclesia persolvere, ita quod nunquam hec nisi a dominis comitibus Hanoniensibus requirenda sunt. Ut[s] autem ipsa Montensis ecclesia super his[t] gaudeat perpetua pace et libertate, dominus comes Hanoniensis Balduinus, marchio Namurcensis, scripto et sigillo suo eadem confirmavit[85].

Hic eciam comes Hanoniensis, marchio Namurcensis, ad consequendum maius anime
*fol. 100'. sue remedium Montibus in monasterio* beate Waldetrudis altare in introitu chori in honore beati Iacobi apostoli, fratris inquam beati Iohannis ewangeliste, construi ordinavit, dispo-

a) compl. domino comite 2. b) Wandelaincourt 2. c) *deest* 2. d) *deest* 2. e) *deest* 2. f) *deest* 2. g) ipsius 2. h) quam in sec. 2. i) a domino comite 2. k) aliis 2. l) segetum 2. m) yvernagii 2. n) *deest* 2. o) et ipsius eccl. Son. 2. p) predecessores 2. q) *deest* 2. r) psonia 2. s) unde 2. t) hiis 2.

85) Originale huius chartae nondum typis datae (1195 Dec. 8) exstat in archivo Montensi, fond St. Waudru, Mons 733.

nens et firmans, ut ubicumque locorum eum decedere contingeret, corpus eius in ipsa ecclesia ante idem altare sepeliretur, et quaqua die, dum viveret ipse comes, in eodem altari missa de gloriosa[a] Dei genitrice Maria celebraretur, post eius vero decessum quaque die in perpetuum missa, quam ecclesiasticus ordo pro fidelibus defunctis celebrari ordinavit, in ipso altari pro remedio anime eius celebrabitur; in quarum celebratione missarum proprie et speciales pro eodem[b] comite tam in collectis quam secretis et postcommunionibus dicende sunt orationes. Sacerdos autem ad hec complenda a domino comite Hanoniensi semper instituetur, salvo[c] iure canonicorum sancti Germani in suis offertoriis. Et idem sacerdos in maioribus sollempnitatibus anni in ecclesia beate Waldetrudis tam[d] vesperis et matutinis[e] et processionibus et maioribus missis cum canonicis sancti Germani et eorum[f] vicariis deserviet; cui quidem sacerdoti dominus comes assignavit quoquo anno 15 modios segetis[g], scilicet medietatem ivernagii[h] et medietatem avene, in parte sua decime apud Lestinas. Sacerdos autem ille in sui institutione tam super complemento missarum et iure canonicorum sancti Germani conservando quam super officio ecclesiastico beate Waldetrudi[i] exhibendo iuramentum prestabit. Super his[k] equidem ordinatum fuit, ut si aliqui sacerdotum[l] iam nominatorum, Melbodiensi scilicet, Condatensi et Sonegiensi et Montensi, quandoque placuerit duas missas in una die celebrare, prima pro fidelibus defunctis cum prosa et veneratione celebrabitur. Ad hec conventus beate Waldetrudis ipsi domino principi suoque advocato et abbati, cuius[m] dilectionem et familiaritatem ceteris preferebat, caritatis intuitu concessit et firmavit, quod post eius decessum quaqua die Lune ad ipsum altare sancti Iacobi missam conventualem ante horam diei primam cum sacerdote predicto, adhibitis dyacono et subdyacono, celebrabit. Dyacono autem et subdyacono ipse[n] dominus comes assignavit 20 solidos denariorum in censibus suis apud Lestinas in festo sancti Andree percipiendorum, quos dyaconus et subdiaconus inter se equaliter divident. Custos autem ipsi[a] ecclesie, eiusdem[o] comitis alumpnus[p] [86] et cancellarius, Gislebertus, ad hec auxit de personatu custodie, ut omnis ecclesie custos quaqua die in missa illa cerei unius lumen apponat et quaqua die Lune lumen duorum cereorum. Ad anniversarium vero suum cum veneratione perpetuo celebrandum ipse[q] dominus comes 60 solidos denariorum in censibus *suis apud Lestinas in festo sancti Andree percipiendorum assignavit ipsi ecclesie, qui inter canonicos et canonicas beate Waldetrudis et canonicos sancti Germani et sacerdotes et clericos[r] alios distribuentur, ea distributione et distinctione qua in anniversariis parentum illius ordinatum est, ut satis prediximus. Ut autem predictarum missarum celebrationes non omittantur[s], et anniversaria perpetuo recolenda non pretermittantur[t], et ne beneficia ad complementum eorum ordinata et successoribus eius[u] aliquatenus violentur, quod absit, ipse dominus comes[v] Hanoniensis, marchio Namurcensis, sigillo suo cum sigillo beate Waldetrudis et scripto cyrographizato ea confirmavit[87].

1195. — *fol. 101.

Huius domini comitis Hanoniensis Balduini, marchionis Namurcensis sepedicti, Balduini comitis et Alidis[w] comitisse filii, milites[x] probissimi, multi nobiles et quidam ministeriales precipui fuerunt consiliarii in actibus suis et commilitones in armis, quorum quidam consiliarii tantum, quidam autem commilitones tantum aut[y] et consiliarii et commilitones. Consiliarii quidem fuerunt Eustacius[z] senior de Ruez, Nicholaus de Barbencione[a], Hoelus de Kauren, Balduinus Montensis castellanus, Renerus de Trit, Gossuinus de Tulin[b]. Consiliarii et commilitones fuerunt Willelmus[c] ipsius comitis frater, Eustacius[d] iunior de Ruez, Almannus de Provi[e], Hugo de Crois[f], Osto de Transiniis[g], Walterus de Warini, Walterus de Fontanis[h], Iohannes Cornutus, Nicholaus[i] agnomine Monachus, Renardus de Strepi. Commilitones tantum et quandoque consiliarii, Iohannes de Maucicort[k], Polius de Vileirs[l], Gaufridus Melasne[m], Egidius de Aunoit[n], Egidius de Frasne[o], Balduinus de Toenio, Gerardus

a) beata 2. b) ipso 2. c) salva 1. d) in 2. e) mat. et vesp. 2. f) eius 2. g) segetum 2. h) yvernagii 2. i) Waldetrudis 2. k) h̄ 2. l) alicui sacerdoti 2. m) eius 2. n) *deest* 2. o) eiusdem 2. p) ipsius 2. q) *deest* 2. r) canonicos 2. s) obmittantur 2. t) premittantur 1. u) *deest* 2. v) *deest* 2. w) Aelidis 2. x) militis 2. y) quidam autem 2. z) Eustachius 2. a) Nic. de Barbensione 2. b) Thulin 2. c) Willermus 2. d) Eustachius 2. e) Prouui 2. f) Croix 2. g) Trasiniis 2. h) Fontaines 2. i) Nic. 2. k) Mauchicourt 2. l) Vilers 2. m) Gauf. Melaine 2. n) Ausnoit 2. o) Fresne 2.

86) V. Ministeria curiae Hain. inter appendices, ubi haec: *Gillebertus qui — a pueritia sua in curia Hainoensi usque ad senilem aetatem educatus fuerat.*

87) Diploma ex transsumpto dedit vitiose Miraeus, I, 107—109. Originale exstat Montibus, Trésorerie des chartes N. 8.

1195. ipsius comitis frater, Balduinus agnomine Karuns[a], Robertus de Belren, Hugo de Autun, Gerardus et Walterus fratres de Birbaiz[b], Wido et Fulco de Fontanis, fratres predicti Walteri, Willelmus agnomine Flaons, Richardus de Orca, Walterus de Stankirca, Walterus de Blanden[c], Walterus de Goi[d], Willelmus de Unghesiis[e], Libertus de Lissi[f], Heluinus de Turri, Hugo de Aunoit, Sawardus de Marliz[g], Balduinus de Valencenis, Symon de Melbodio, Willelmus de Ausen, Gossuinus de Waurin, Balduinus de Nova-Villa. Hos omnes sepedictus comes in donis equorum et armorum ac vestium et muneribus argenti honoravit et quamplures eorum maioribus beneficiis impensis ditavit.

Sepedictus[h] comes Hanoniensis, marchio Namurcensis, primus Balduini comitis et Alidis[i] comitisse filius, princeps prudentissimus ac potentissimus bonusque iusticiarius et ab hominibus *suis tam maioribus quam minoribus amatissimus, qui cum annorum esset 21, defuncto patre suo, ad dominium comitatus Hanoniensis pervenerat, et illud annis 24 et sex ebdomadis[k] viriliter ac potenter tenuerat, et in ipsis annis per 7 annos marchiam Namurcensem et per tres annos comitatum Flandrensem possederat; qui eciam comes Iacobi de Avethnis[l], viri nobilis ac prudentis et admodum potentis[m] militisque probissimi, sibi rebellantis superbiam represserat, et Ludovici regis Francorum vires in[n] malum ipsius Iacobi et Rainaldi de Rosoit[o] et comitis Retensis paratas removerat, et comiti Flandrie et Viromandie Philippo ex mutua confederatione contra Iacobum sepedictum et contra Radulphum de Coci[p] et contra suum generum Philippum regem Francorum multa et magna fecerat auxilia, et rupto federe inter ipsum et comitem Flandrensem et Viromandensem, regi Francorum contra eumdem comitem et contra regem Anglorum grande tulerat auxilium; qui eciam terram et castra sua contra ipsum comitem Flandrensem et contra archiepiscopum Coloniensem et ducem Lovaniensem viriliter ac prudenter tenuerat, et post multa que avunculo suo Henrico comiti Namurcensi et Lusceleborch contra hostes tulerat auxilia, rupto inter eos dilectionis et conditionis federe, castra eius in illius comitis et comitis Campanensis[q] gravamen et detrimentum, et domini regis Francorum et regis Anglorum et Theobaldi comitis Blesensis et Stephani comitis et ducis Burgundensis et comitis de Bar et Willelmi[r] Remensis archiepiscopi et Philippi comitis Flandrensis et Henrici ducis Lovaniensis et Philippi Coloniensis archiepiscopi et Ottonis comitis de Ghelra et Henrici ducis de Lemborch et Manasseri comitis Retensis rancorem et calumpniam et minas occupaverat, nondum[s] satis certus[t] domini imperatoris Romanorum Frederici et filiis eius Henrici Romanorum regis; qui eciam, defuncto Philippo comite Flandrensi, comitatum Flandrie de iure contra dominum regem Francorum et contra Mathildem reginam, eiusdem comitis Philippi uxorem, et contra Henricum ducem Lovaniensem sibi detinuerat; qui eciam Symonem de Lemborch, clericum, Henrici ducis de Lemborch filium, ducis Lovaniensis consobrinum, a maiore parte capituli Leodiensis electum et regalibus investitum, a castris episcopatus et omnibus bonis in viribus suis, Deo volente, eiecerat, et in Leodiensi episcopatu ad honorem Dei alium instituerat, Albertum scilicet de Kuc[u]; qui eciam comes Hanoniensis in paucis hominibus, in quibus spem boni et dilectionis habuerat, vel cum quibus fedus firmaverat, dominis scilicet suis et vicinis[v] consanguineisque maioribus principibus fidei constantiam invenerat, cum ipse neminem maiorem vel minorem in fide promissa fallere vellet; qui tamen dominum Fredericum Romanorum imperatorem et[w] eius filium Henricum imperatorem[w] in sua promotione semper amabiles et propicios invenerat, *post longos satis dicte infirmitatis languores[x] in Montibus ibidem[y] a seculo migravit, anno dominice incarnationis 1195, mense Decembri, 12 Kal.[z] Ianuarii, octava scilicet die ante festum nativitatis Domini[88]. Cuius corpus in Montibus in monasterio beate Waldetrudis ante altare satis dictum beati Iacobi apostoli, sicut ipse comes adhuc vivens ordinaverat, sepultum fuit honorifice, cuius exequiis et sepulture filii eius, Balduinus comes Flandrensis, ab expeditione domini regis

*fol. 101'.

*fol. 102.

Dec. 17.

a) camus 2. b) birbais 2. c) blandon 2. d) Goy 2 e) Unghesus 1; Willermus de Unghesiis 2. f) Lissy 2. g) marlis 2. h) *add.* 2: autem. i) aelidis 2. k) ebdomadas 2. l) avesnis 2. m) prudentis 2. n) *deest* 2. o) Rozoit 2. p) Couchy 2. q) campagnie 2. r Willermi 2. s) ñ dū 1; nec dum 2. t) *add.* 2: de gratia. u) Kuch 2. v) viciniis 2. w) et — imp. *des.* 1. x) langores 2. y) *deest* 2. z) quindecim Kalendarum *Ms. Iacobi de Guisa Bruxellense* N. 17274.

88) Octava dies ante festum Nat. Dom. est Dec. 17., quo cum concordat Cont. Aquic. l. c. p. 433. *Obiit Balduinus* — 16. *Kal. Ianuarii.* V. quoque infra, ubi cod. 2 de Balduino VI. succedente addit: *et hoc anno Domini* 1195, 18 *die mensis Decembris.*

Francorum rediens, interfuit. Interfuerunt eciam alii eius filii Philippus et Henricus et Sybilia[a], filia eius, multique nobiles et cuiusque[b] conditionis homines. 1195.

Hec omnia conscripta a Gisleberto[c], huius comitis clerico, scripto commendata sunt, qui gesta quorumdam imperatorum et regum et comitum Hanoniensum et quorumdam comitum Flandrensium, qui predecesserant, ex scriptis ecclesiarum quamplurium collegerat et his iura beate Waldetrudis amiscuerat et huius comitis Hanoniensis, principis illustris actibus tam in prosperitate quam adversitate fere omnibus interfuerat, quem eius dominus comes cancellarium suum effecerat et eum in bonis ecclesiasticis promoverat, scilicet in prepositura sancti Germani et beate Waldetrudis custodia et prebenda et in Sonegiensi et Condatensi et Melbodiensi ecclesiis prebendis, et in Namurcensi abbatia beate Marie, et in prepositura et custodia et prebenda sancti Albani et in custodia et prebenda sancti Petri Namurcensis.

Balduino comiti Hanoniensi, marchioni[d] primo Namurcensi, principi illustri ac famoso defuncto, successit in comitatu Hanoniensi Balduinus, filius eius primus, comes Flandrensis[e]. Hic enim Balduinus comes, Balduini comitis et Margharete comitisse filius, ex patris hereditate comitatum Hanoniensem et ex iure matris comitatum Flandrensem adeptus est. Philippus vero, secundus[f] filius, patri in marchia Namurcensi successit, qui inde fratri suo comiti Flandrensi et Hanoniensi ligium hominium super omnibus terre illius bonis et castris tamquam comiti Hanoniensi fecit, ut ille cum nobilibus Hanonie, domini comitis Hanoniensis fidelibus, et iudicia et testimonia habeat proferre, et dominus comes Hanoniensis marchiam illam a domino imperatore Romanorum ligie teneat. Ipse autem comes Flandrensis et Hanoniensis Henrico fratri suo mille libratas terre in feodo ligio dedit, de quibus sexcentas libratas[h] in Flandria et quadringentas libratas in Hanonia assignavit. Deinde mense Februario ad dominum Albertum Leodiensem episcopum[i] apud Hoyum castrum accessit et ei ligium pro Hanonia cum[k] debita fidelitate fecit hominium. Ipse autem episcopus ibidem ad honorem et petitionem eiusdem comitis, Godefrido[l] clerico, sancte *Marie in Brugis preposito et Cameracensis[m] ecclesie[n] canonico, ipsius comitis fratri, sed non germano, abbatiam et preposituram Maslinensis ecclesie contulit. * fol. 102'.

Deinde mense Marcio Maria comitissa, eiusdem comitis Flandrensis et Hanoniensis uxor, cum Mathilde ducissa Lovaniensi, Henrici ducis uxore, ipsius comitis Hanoniensis consobrina, iter peregrinationis ad Sanctum Egidium arripuit, que domine prospere incedentes prosperius ad propria regresse sunt, multis beneficiis largisque elemosinis multa per loca ecclesiis et pauperibus collatis. Mart.

Hic eciam comes Flandrensis et Hanoniensis omnia supradicta, que pater eius et avus Montensi ecclesie confirmaverant[o], scilicet de concambio[p] Braine Wilhotice, et libertate constagiarum, que a conventualibus ecclesiis quandoque requiruntur, et de libertate terrarum de Kevi[q] et de Comis, et de missa pro anima patris sui et eius anniversario, et anniversariis avi sui et avie[r], et de duobus modiis frumenti pro censu molendini, et de elemosina Montensis castellani Balduini scriptis et sigillo suo diligenter confirmavit.

## EXPLICIT CRONICA HANONIE[s].

a) Sibilia 2. b) cuiuscunque 2. c) Gilberto 2. d) marchione 2. e) *add.* 2: et hoc anno Domini 1195, 18 die mensis Decembris. f) sic dictus 2. h) libras terre 2. i) *deest* 2. k) *deest* 2. l) Goffredo 2. m) cameracen̄ 2. n) *deest* 2. o) confinuaverat 2. p) cambio 2. q) Kevy 2. r) ave 2. s) *Iacobus de Guisia sic claudit excerpta ex Gisleberto:* Et hic finitur cronica Gilberti.

# APPENDICES.

## I.

## MINISTERIA CURIE HANONIENSIS.

*Servat hoc opusculum rotulus archivi Montensis (fond St. Waudru N.* 691*), quinque foliis membranaceis consutus. Redactum est opus circa annum* 1210. *Editionem dedit Delmotte in Archives historiques et littéraires du nord de la France et du midi de la Belgique II, p.* 173.

Pateant universis presentibus et futuris ministeria curie Hainoiensis, iure hereditario possidenda, tam in dominatione Montensi quam in dominatione Valencenensi et Ostrevanensi, consilio curie Hainoiensis et consensu communi ipsorum ministerialium per fideles principis illustris domni Fernandi, Flandrie et Hainoie comitis, Willelmum scilicet dictum patruum, et Gillebertum tunc temporis Montensium ecclesiarum prepositum, conscripta et prolata ad perpetuam memoriam, ut ipsa scripta penes ecclesiam beate Waldedrudis Montensem et penes ecclesiam sancti Iohannis Valencenensem custodienda permaneant, ut si necesse fuerit quandocumque ad ipsa scripta recurratur[*]. Willelmus quoque predictus, qui Balduini comitis Flandrensis et Hainoiensis principis illustrissimi et postmodum imperatoris Constantinopolitani patruus extiterat, predictus etiam Gillebertus, qui multis temporibus ecclesiarum Montensium preposituras obtinuerat et a pueritia sua in curia Hainoiensi usque ad senilem etatem educatus fuerat, predicta ministeria sicut ea audierant et viderant, et tam a ministris senioribus quam ab aliis viris sane opinionis plenius didicerant, que secuntur conscribi fecerunt.

Sciendum igitur, quod dominus de Sancto Oberto, ille scilicet qui in villa Sancti Oberti munitionem habet et advocatiam, dapifer, qui vulgariter senescalcus dicitur, summus est senescalcus totius comitatus Hainoie, tam in dominatione Montensi quam in dominatione Valencenensi et in Ostrevanensi, et est caput senescalcie sue omnia que habet in villa Sancti Auberti. Habet etiam de eadem senescalcia plura alia bona ad manus suas et que ab eo tenentur in feodo ad eandem senescalciam pertinentia.

Dominus Berlemontis summus est camerarius in toto comitatu Hainoie, tam in dominatione Montensi quam in dominatione Valencenensi et in Ostrevanensi.

Dominus de Alneto[1] summus est pincerna in toto comitatu Hainoie, tam in dominatione Montensi quam in dominatione Valencenensi et in Ostrevanensi.

Harduinus villicus Montensis dapifer est dominationis Montensis per deversus Montes usque ad aquam de Morcinpont summus post illum de Sancto Oberto.

Iwanus de Frameriis emptor est escarum ad coquinam pertinentium et ipsarum custos escarum, et participat cum coquis in iure coquine ad ipsos pertinente, et cum eo Gonterus coquus.

Coqui sunt preterea Geraudus[a] et Robertus Theobaldi filius.

Hec duo ministeria, Geraudi scilicet et Roberti, accommunicata fuerunt aliis ministeriis coquorum per gratiam domini comitis Hainoie et per consensum ipsorum coquorum a multis annis retroactis, ratione duorum ministeriorum coquine in Valencenis olim vacantium. Tercium vero est heredis Walteri, posterius scripti[b].

[*]) recurrantur *rot.* a) Geraudus *rot.* b) ratione — scripti *supr. lin. add.*

1) Lannoy.

Margareta canonica Montensis, filia Reneri Montensis militis, pincerna est. Cuius precepto vinum ad curiam apportatur et in curia in mensis propinatur, et de ministerio suo, quod si velit, propria manu debet vinum propinare coram domino comite vel coram domina comitissa. Si vero ipsa absens fuerit, ministerium Nicholay de Rues, quod quondam fuit illorum de Haverec, et ministerium quod fuit Lisiardi de Novellis, debent ministerium illud omnino explere. Si vero dicta Margareta presens fuerit, per ipsius dispositionem duo dicti, Nicholaus scilicet et heres Lisiardi, debent vinum in mensis propinare.

Walcherus de Craco vinum ad curiam apportatum in vasis debet conservare et in cyffos vel in ollas ad propinandum infundere. Quod quidem ministerium acquisitum fuit ab heredibus Romundi.

Latores vini et cuiuslibet poculi[a] sunt Harduinus et heres Odierne, uxoris quondam Gossuini calchearii.

Sapientia de Hion panitaria est, et ipsius precepto portatur panis ad curiam a domo pistoris hereditarii seu a venditoribus, et de ministerio suo est custodia turris et receptio pasnagiorum in nemoribus Montensibus.

Petrus de Buseleria, cuius avus fuit Walcherus, facit panem portari ad curiam a domo pistoris seu a venditoribus, unde quidem contentio est et diu fuit inter ministros curie, declarandum si panem proprio corpore suo, vel propria costagia sua seu per costagiam domini comitis panem debeat facere portari, cum satis constet quod a sexaginta vel pluribus annis panis ille per costagiam domini comitis portatus fuerit.

Pistor hereditarius faciendi panem comitis et curie est Bernerus agnomine Malescherie, cuius ministerium quondam fuit Herberti.

Custos panis aportati ad curiam et mensalium est heres Engelberti de Gamapia, Iohannes scilicet[b].

Impositor mensarum et mensalium super mensas et portandi panem post panitarium ad serviendum et distribuendum in curia est heres Thome de Craco, et ministerium illud obtinere debet, quousque per gratiam Dei ad panitariam Duacensem redire potuerit.

Heres dicti Thome de Craco hostiarius est de ministerio acquisito, quod olim fuerat Lamberti ostiarii.

Gossuinus ianitor est.

Heres Amandi camerarii in toto comitatu et dominatione Hainoiensi post dominum de Berlainmont camerarius est, et habet de ministerio suo pallia seu capas omnium, qui hominagium faciunt domino comiti Hainoiensi.

Est in dominatione Hainoiensi ministerium quoddam, quod fuit Herberti, qui Camerarius dicebatur, et erat de ministerio suo facere candelas precepto camerarii et per pondus camerario factas amministrare. Amministrare etiam aquam ipsi camerario, ut ipse camerarius eam porrigat comiti et comitisse, ipse autem minor camerarius clericis et militibus aquam debet porrigere, sed de ministerio illo inter heredes contentio est; et illius officii facere lectos necessarios curie.

Renerus, Anselmi quondam filius, scutellarius est.

Walterus figulus, Adam agnomine Bone Vite filius, ministerium habet ministrandi ad curiam ollas figularias tam ad cameram quam ad coquinam et ad vinum propinandum necessarias, et licet ei accipere terram in warescagio Montensi seu in nemore comitis, officio suo necessariam.

Heres Amolrici agnomine Morselli precepto panitarii Montensis debet condere lardarium comitis, et est contentio super ministerio illo, utrum ministerium illud tenere debeat a domino comite, vel a panitario, et sic remansit indiscussum. Attamen non minus ministerium suum interim debet explere.

Martinus clericus ministerium habet custodiendi claves cellarii, quod de gratia domini B. comitis Flandrensis et Hainoiensis et postmodum imperatoris Constantinopolitani et Marie comitisse, Gilleno patri suo traditum fuit.

Heres Lamberti Mohier ministerium habet quoddam colligendi redditus comitis in agnis et avena in villis circa Montes, quod ipsi Lamberto ex parte matris sue Sapientie provenerat.

a) et c. p. *supr. lin. add.* b) I. s. *add.*

## Ministeria dominationis Valencenensis citra aquam de Morcinpont per deversus Valencenas.

Balduinus de Lobiis dapifer, id est senescalcus hereditarius de ministerio, quod olim fuit Amandi militis de Sancto Salvio.

Walo, Manasseri filius, emptor escarum coquine et earum conputator et conservator.

Walterus coquus est de hereditate matris sue sibi proveniente, et cum aliis coquis in eorum iure participans. Idem etiam Walterus hostiarius est ex parte uxoris sue, que fuit Nicholai filia, et participans ex consuetudine antiqua cum hostiario dominationis Montensis, et e converso hostiarius Montensis cum eodem Valencenensi participans.

Heres Egidii de Attrebato pincerna ex acquisitione facta a Gillemero, quondam fratre Nicholai agnomine Monachi.

Heres Balduini de Valencenis [a] post dictum Egidii heredem pincerna est.

Heres Petri conservator vini et infusor in vasa vel in cyphos.

Heres Heluini summarii, et Gonterus Cabos portatores vini et cuiuslibet poculi.

Heres eiusdem Heluini summarii panitarius ex acquisitione facta ab herede Roberti baiuli.

Fremerius portator panis, et est de ministerio suo, quod debet facere focum in Valencenis.

Hostiarii autem ubique debent facere focum preter in Valencenis.

Heres Landrici scutellarius est.

Heres Herberti dicti camerarii minor camerarius est in dominatione Valencenensi, et debet custodire cameram et facere lectos et precepto camerarii facere candelas et reddere eas camerario per pondus et porrigere aquam clericis et militibus et camerario, ut porrigat eam comiti et comitisse.

Scutellarii tam Montenses quam Valencenenses habent panem salis coram comite et coram comitissa et dapifero.

Similiter minores camerarii habent panes, quibus candele affixe sunt coram comite et comitissa et coram dapifero.

Heres Lamberti cognomine Haverec camerarius est comitisse Hainoie ubique locorum, et ministerium illud concessum fuit quondam, hereditarie intercessione nobilis domine Margarete, olim comitisse Hainoie, quia ipse Lambertus duxit in uxorem Heluidem, que de Flandria cum ipsa domina Margareta ad eius obsequium venerat, cum ipsa Margareta nupsit Balduino comiti, qui in medio monasterio Montensi sepultus est, et hoc factum fuit salvo iure Amandi camerarii.

Henricus Melbodus venator est hereditarius.

In Ostrevanno est dapifer heres Adde de Hordeng.

Heres Wettici agnomine Papelart pincernatum, et heres Arnulfi Manekin coquinatum reclamant.

Ministrorum curie est, ut saltem primogenitus filius ministri ingressum semper habeat ad curiam, ut instruatur ad officium, cui succedere debet.

Nulla tenura ministeriorum curie alicui suffragari potest, quin semper recurratur ad veritatem centum annorum.

Quilibet minister ministerium suum dare vel vendere potest cuicumque voluerit, si gratiam et favorem domini comitis inde habuerit, non obstante propinquitate filiorum vel filiarum, fratrum vel sororum seu aliquorum proximorum suorum.

Si ministri curie maiorum ministeriorum milites in curia fuerint, habent procurationem suam cum duobus equis; si vero milites non fuerint, cum solo equo.

Si vero milites in armis fuerint, habent procurationem suam, id est vadia, ad modum aliorum militum commilitonum comitis.

Sciendum quippe, quamdam olim motam fuisse questionem a ministris militibus, dapiferis scilicet, panitariis et buticulariis contra comitem super eo, quod a domino comite reclamabant de iure vestes sibi debere dari. Amandus de Sancto Salvio, dapifer Valencenensis, obsequium suum domino comiti in duabus sublimibus curiis apud Hagenoam scilicet, deinde apud Magonciam exhibere denegavit propter defectum vestium. Deinde communicato consilio ministrorum curie adiudicate fuerunt et vestes ad modum commilitonum comitis et liberationes suas ad modum commilitonum comitis. De ceteris vero remansit indiscussum.

a) Valenč *rotul.*

Heres etiam Amandi camerarii debet ubique equitare cum comite.

Coquis et hostiariis cum domino comite equitantibus, ipse comes[a] dabat vestes agninas, pallia scilicet et tunicas.

Castellanus Montensis habet de iure, quod cum predictis ministris de eorum iure debet iudicare et testificari.

Omnes ministri curie de ministeriis suis debent conputare coram senescalco.

Si comes in exercitu fuerit ubicumque locorum, ministri sui omnes tam magni quam parvi debent esse cum ipso ad corpus ipsius conservandum et in expensis ipsius comitis.

Si quis ministrorum per senectutem nimiam vel per affolationem corporis in paupertatem inciderit, ita quod non habeat unde se possit sustentare, debet ei dominus comes providere modeste necessaria in victu et vestitu.

---

## II.

# CHARTA PACIS VALENCENENSIS.

*Gislebertus cum de institutione pacis Valencenensis tractasset, haec verba adiecit:* Sicut plenius in subsequentibus ipsius comitis gestis per presens scriptum invenietur. *Iacobus de Guisia Gislebertum exscribens haec iterum dare omisit, et praecedenti de pace Valencenensi relatione ipsam annexit chartam memoratae pacis, ita ut dubium sit, an eam ex Gisleberto an aliunde sibi mutuaverit. Quae charta quum pro iuris Hanoniensis institutione et historia recognoscenda valde utilis sit, editionem marchionis de Fortia, Lib. XVI. cap.* 21—27 *(T. XI,* 264—302*) iterum cum codice manuscripto Parisiensi Lat.* 5995, *supra laudato contulimus eamque lectoribus nostris hoc loco damus.*

*Versionem gallicam praebet Codex bibliothecae Cameracensis N.* 1013[1], *in quo continentur:* Antiquitez et Memoires de la très renommée et très fameuse ville et comté de Valentienne, avec les généalogies, ordre et suite de ses comtes et seigneurs; ensemble la fondation des églises et lieux pieux de ladite ville, par sire Simon Le Boucq, escuyer, Prevost dudit Valentienne. *De hac versione Gallica disseruit marchio de Fortia in praefatione editionis Iacobi de Guisia, T. XI. p. II, adnotatque in fine* pacis *scripta esse haec:* Has leges pacis ego Robertus de Villeri S. Iohannis huius ville canonicus transtuli de latina in gallicam vulgare laicaliter, anno Domini MCC septuagesimo quinto, mense Augusto. *Idem marchio in fine XI. tomi Iacobi de Guisia*[2] *ex Annalibus Hannoniae a Iohanne Lefèvre redactis quindecim alia capitula, olim ut videtur paci Valencenensi adnexa, dedit, quae lectoribus nostris ibi commendamus legenda.*

*W. A.*

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Pax Deo placens, pax bonis amica et inimica malis instituta atque stabilita esse dignoscitur, gratia spiritus sancti preeunte, in Valencenis et in eiusdem opidi precinctu, a Balduino, Hanoniensi comite, et Yolende, eius legitima consorte et comitissa; a baronibus, nobilibus, militibus, suisque burgensibus, assensu quoque omnium clericorum suorum preeunte. Anno dominice incarnationis 1114. hec pax incepta fuit, et perpetuo stabilis atque firma permanebit.

Sancitum[b] et stabilitum est in pace, ut omnis mercator veniens aut recedens ad forum Valencenense assecuratur omni tempore, ipse cum omnibus suis mercimoniis, exçeptis tantummodo illis de villa Duacensi; et quicunque contrarium fecerit, si fuerit miles, et fuerit captus in proprio forefacto[3] aut convictus fuerit testimonio duorum virorum pacis Valencenensis, primo cogetur ad restitutionem plenariam damni mercatoris et pro legibus et offensa solvet sexaginta solidos, quorum mercator habebit viginti et cancellarius pacis quadraginta. Et si miles

a) ipse comes *in loco raso, sequitur vox erasa, ut viedetur* quatuor *rotul.* b) sanctitum *cod.*

1) Cf. Catalogum huius bibliothecae a V. D. Le Glay compositum p. 221. 2) p. 395—435. 3) forefacere est offendere, nocere, quasi facere foris id est extra rationem DUCANGE.

non reperiatur in forefacto et per testes non potest convinci, si querela fit de eo, miles dictus purgabitur per solemne iuramentum, quo tenetur domino proprio ligio, in presentia dominorum pacis, aut manu septima[4] purgabitur, aut solvet indilate[5] quod dictum est.

Item quicunque miles aut alius, aut via fori Valencenensis aut alibi, mercimonias aut res alias mobiles aut alias hominum pacis ville Valencenensis abstulerit, si in facto reperiatur aut per duos testes dicte pacis convincatur, ipse reus emendabit eodem modo quo superius explanatum est; et si reus neget et non possit per testes dicte pacis convinci, si damnificatus appellet reum de duello, tunc reus aut reddit, quidquid damnificatus petit, iuramento prius prestito, aut duello se deffendat. Et si neutrum velit facere, incarcerabitur per maiores comitis per quindecim dies, si sit de patria Hanoniensi; si vero extraneus extiterit, per quadraginta dies tenebitur. Diebus postmodum supra dictis expiratis, nisi plenarie restituerit, quicquid iuste exigebatur ab eo, et de legibus satisfecerit, amputabitur sibi publice pugnus.

Ab ortu solis feria[a] quinta usque ad ortum solis ferie secunde sequentis, si aliquis de advocatia venerit ad forum Valencenense aut recesserit ab eodem, dominus eius proprius non poterit ipsum capere, nisi in casu in quo voluerit ipsum ad comitis iusticiam protrahere; et tunc, si voluerit, proclamet se de homine suo, et fiat ibi iusticie complementum. Si vero advocatiatus aut eius dominus male tractet eum aliunde, ipse notabitur de infracta[b] pace et cogetur ad solutionem sexaginta solidorum pro servicio comitis et eiusdem cancellarii. Nullus apponat manum ad aliquem de advocatia aut ad eius mobilia; et quicunque contrarium fecerit, inculpabitur de fractione pacis et solvet sexaginta solidos comiti et eiusdem cancellario.

Si aliquis clericus aut armiger istius patrie spoliet aliquem virum pacis Valencenensis, aut violenter per rapinam auferat aliqua mobilia ab eodem, si deprehendatur in proprio facinore, ipso facto suspendetur cum iugulo; et si non deprehendatur et neget, si dampnificatus potest per duos homines dicte pacis probare intentum aut per appelationem duelli, dictus reus suspendetur et damnificatus indemnis restituetur; et si damnificatus non potest probare per homines dicte pacis nec etiam audet aggredi duellum, dictus clericus aut armiger potest se purgare ad unum clamorem cum trina manu solemniter adiurata.

Si scutifer huius patrie furetur aliquid, et in promptu et statim capiatur, ipse latrocinium integrum restituet et pro legibus solvet comiti viginta solidos; et si non fuerit repertus et neget factum, et non potest convinci per homines pacis neque per duellum, si clamor inde fiat ad iudicem, dominus proprius scutiferi solemniter iurabit in presentia dominorum pacis, quod scutifer suus non commisit latrocinium sibi impositum, aut ipse restituet damnum ablatum, et solvet viginti solidos, prout superius declaratum est; et sic liberabitur scutifer, aliter non. Et si extraneus scutifer capiatur in latrocinio, primo damnum restituet et deinde viginti solidos pro legibus solvet et iurabit solemniter, quod de legibus ville nichil sciebat; et si hoc egerit de nocte et capiatur, suspendetur.

Filius burgensis huius ville, si latrocinium committat et capiatur, primo damnum restituet et pro viginti solidis liberabitur.

Si comes Hanoniensis vult ire contra adversarios suos in bello, ipse potest secum adducere semel in villa Valencenensi illum, qui hominem aliquem pacis spoliaverit; sed si spoliatus aut viri pacis ville ostendant comiti, quod de cetero talem non adducat, ipse de cetero non debet eum ad villam adducere et debet eum cogere ad satisfaciendum tam leso quam etiam ville.

Si comes auferat aliquid alicui viro de pace ville, domini de pace mittent nuncium ad comitem monendum, quatinus restituat damnum factum; si res sit manifesta, comes tenetur statim restituere; sed si comes iuret, quod res ablata aut sibi imposita non est manifesta, dictus nuncius debet citare comitem, quatinus infra quindenam veniat ad presentiam iuratorum pacis, audire quidquid ratio dictabit et iusticia, et si refutaverit, vir pacis sic damnificatus indemnis restituetur, et hoc de redditibus legum comitis; et reddentur iterum sibi viginti solidos et cancellario sexaginta. Nuncius autem pacis ville expensas proprias suscipiet de legibus pacis iudicatis.

Nullus homo pacis huius ville qualitercunque debet secum adducere ad villam istam aliquem, qui pacem ville alias infregerit; et si inscienter adduxerit et hoc ostendere valeat, debet satisfacere pro reo, aut in crastinum emittat eum omnino; et si non, noscat se pacem infregisse et restituet damnum spoliati et solvet pro lege duos solidos et ad servicium comitis pro cancellario solvet sexaginta solidos.

Quicquid fecerit infans sub etate quindecim annorum, non potest iudicari, quod pacem legis infregerit; et si aliqui eius adversarii, dicere vellent quod sedecim aut plures haberet annos, oportet tunc, quod duo proximi consanguinei iurent solemniter, quod dictus infans decimum quintum annum non pertransierit; et sic liberabitur, sin aliter, condempnabitur.

Si quis in pace existens querimoniam fecerit de aliquo alio, quod pacem infregerit, postmodum dictus querimoniam faciens dolore aut aliquo motu ductus siluerit et querimoniam consequi renuerit, si posset convinci per duos testes de pace ville, quod alias conquestus est et non est prosequutus querimoniam suam, taxabitur tali lege quali ille taxatus fuisset, de quo conquerebatur, si convictus fuisset.

Si vir approximatus[6] fuerit ab aliquo, quod pacem infregerit aut violaverit, et ille ad placita comparuerit reddendo cathecium[7] iuxta legem, ipse debet dare sufficiens vadium aut sufficiens respon-

a) fie *cod.* b) infricta *cod.*

4) i. e. per septem testes. 5) i. e. sine dilatatione. 6) i. e. ad iudicium appropinquans, citatus. 7) i. e. pignus; versio francogallica Iacobi. XI. p.275 sic exhibet locum: *en rendant les arrhes suivant la loi, il devra donner caution et garantie suffisante pour l'amende et les arrhes; et s'il reçoit l'amende, il donnera également caution pour la poursuite de l'amende.*

dendum de legibus et cathecio; et si legem recipiat, faciat etiam cautionem de prosequutione legis: et si non hoc fecerit et velit abhinc recedere, viri pacis poterunt ipsum retinere, sine quocunque forefacto, usque dum compleverit, quod superius dictum est.

Quodcunque iudicium sexdecim iurati pacis fecerint, erit firmum atque stabile.

Si quis infra precinctum Valencianensem cum iumento, equo aut asino per blada transierit a tempore, quo spice comparuerint, aut duxerit boves, oves, asinos aut consimilia animalia, et per duos testes pacis convictus fuerit, ad tres solidos iudicabitur, de quibus cancellarius pacis 12 denarios[a] recipiet et damnificatus in duobus solidis restituetur; et si solum per clientem camporum accusetur, oportet quod per iuramentum purgetur, aut tres dictos solidos persolvet.

Si quis de nocte falcaverit alterius blada, avenas aut consimilia bona, aut depasci faciat per animalia propria aut secari quoquomodo; si per duos testes pacis convinci possit, ipse corrigetur tamquam latro de 14 solidis, de quibus damnificatus habebit sex solidos et domnus comes sex solidos et cancellarius pacis duos solidos; et si non possit convinci per testes ex quo habetur suspicio, aut purgabitur per solemne iuramentum, aut dictos 14 solidos persolvet.

Si aliquis in precinctu Valencianensi viam communem aut semitam alias consuetam dimittat et voluntarie per blada aliena novam faciat inconsuetam semitam; si hoc per duos pacis viros probari possit, ad tres solidos taxabitur, de quibus damnificatus duos recipiet solidos et cancellarius pacis 12 denarios; si vero cliens camporum, dictus *messiers*, per medium camporum videat transeuntem, debet vadium ipsi expetere et non arrestare, si fuerit de pace, sed debet ipsum citare ad diem placitorum; et cum venerit dies, tunc debet iuramento se ipsum purgare aut dictos tres solidos persolvere.

Si quis arrestaverit aliquid sine licentia iuratorum pacis et postmodum contradicatur sibi, si iustam habuerit causam, ceteri viri pacis ipsum adiuvare tenebuntur; si probare sufficienter possit, teneat arrestum; si non, restituat quod arrestaverat, et pro lege solvat duos solidos iurando, quod iuridice credebat arrestum fecisse.

Si quis furto de die abstulerit ab aliquo blada, fenum aut herbas aut consimilia, et cum dicto facinore comprehendatur; si damnificatus possit per duos testes latronem convincere, latro restituet damnum et duos solidos ultra iuxta legem, iterum solvet 5 solidos pro servicio comitis et cancellarii pacis; et si latro non comprehendatur in facinore proprio et neget factum et non possit probari per duos testes pacis, si ante iustitiam convocetur, opportet quod iuret solemniter trina manu aliter quod superius dictum est.

Si quis auferat violenter aliquid ab aliquo, qualitercunque fuerit, si convincatur per duos testes pacis, malefactor emendabit de duobus solidis damnum penitus restituendo, et solvet decem solidos servicio comitis et cancellario pacis; et si malefactor non possit convinci per testes pacis et fiat querimonia ante iusticiam, malefactor tenetur iurare manu trina, aut restituet infra 15 dies damnum et que dicta sunt; si vero sit extraneus infra 40 dies; et tunc si non satisfecerit legi atque leso, auferetur publice sibi manus.

Si aliquis damnificet alium, destruendo aut dissipando muros, fossata, sepes, hagas[8] aut alias firmaturas ville aut aliorum infra villam commorantium; si convincatur per duos testes pacis, restituet damnum et emendabit comiti et eius cancellario de 20 solidis; et si non convincatur et clamor veniat ad iusticiam, accusatus purgabit se iurando trina[b] manu de hominibus pacis; aliter solvet, prout dictum est, aut abscidetur sibi manus et publice.

Si aliquis intret hortum aut pomerium alterius ad damnum faciendum; si possit convinci per duos testes pacis, accusatus restituet damnum et solvet duos solidos dampnificato, et solvet servicio principis et cancellario pacis 5 solidos. Et si non possit convinci et neget; si clamor perveniat ad iusticiam, debet iurare solus solemniter, et debet sibi credi.

Quicunque infra stabilimentum[9] huius pacis fecerit dampnum hominibus ville istius per predam aut rapinam, excepta guerra comitis Flandrie, poterit venire semel tantum ad villam istam; et si homines pacis moneant ipsum ad restitutionem faciendam, si faciat, ipso facto habeat pacem; si vero deneget, permittatur illa vice primaria exire, sed bene caveat quod, nisi satisfecerit et alias villam intraverit, agetur contra eum sicut contra violatorem pacis.

Si aliquis extraneus a pace per furtum receperit rem valentem precise 5 solidos; si convincatur per duos testes pacis, abscidetur sibi auricula[c] aut consignabitur in maxilla ferro candenti. Si vero ultra 5 solidos valuerit et convictus fuerit, suspendetur.

Si clamor magnus succreverit in villa in tantum, quod ignitegium[10] una cum campana banni pulsentur, quicunque ad arma non fugerit et ad locum clamoris statim non pervenerit, solvet 5 solidos ad servicium comitis et cancellarii pacis, demptis[11] solum illis qui in hora illa occupati fuerint de facto in extractione panis de furno aut brassent[12] potus de frumento, aut de facto fuerint actualiter infirmi: et hoc opportet per duos testes pacis per iuramentum ostendere, aliter solvat, prout dictum est. Ex quo viri pacis simul villam exierint cum sonitu et ignitegii et campana banni, quicunque, sine licentia illorum ad quos licentiare spectabit, se pre ceteris festinabit aut post ceteros tardabit, aut revertatur, aut sub alio vexillo quam proprio sibi assignato se transmiserit, ipse emendabit de 5 solidis ad servicium comitis et cancellarii pacis.

a) *deest cod.* b) tña *cod.* c) auricłam *cod.*

8) sepes, Francogallis *haie*, nobis *hecke*. 9) edictum, constitutionem. 10) Hora, qua oppidorum incolae intra aedes suas se recipere, nocte adveniente, et ignem suum tegere coguntur, campanae, quae inde *curfu-bell* appellata, sono indicata, ut furtis nocturnis caveretur: Gallis *couvre-feu*. 11) sc. exceptis. 12) Francogallis *brasser*.

Quicunque fatue loquitur contra homines pacis dicendo: ***Vos homines pacis estis periuri, vel fuistis, aut eritis;*** si talis possit per duos testes pacis convinci, ipse solvet pro emenda 10 solidos ad servicium comitis et cancellario pacis 5 solidos; et si non possit convinci per homines pacis, et clamor inde fiat, oportet, quod purget se ipsum trina manu, aut habebit intersignium comitis candens in fronte; et hoc fiet publice, aut solvet, que dicta sunt.

Quicunque in Augusto[13] dederit garbas[14] alteri quam pro Deo, ipse solvet 5 solidos servicio comitis, cancellario pacis 5 solidos; et si non possit convinci et rumor ad homines pacis pervenerit, accusatus tenebitur se purgare per iuramentum trine manus, aliter dictos 10 solidos persolvet.

Si aliquis in Augusto cum equo percurret[a] garbas, homines pacis debent sibi equum aufferre sine quocunque forefacto; et si neget, et non potest per duos testes pacis convinci, debet solemniter iurare et debet sibi credi; sin aliter, dicti equi medietas ad servicium comitis pertinebit et cancellarii pacis, alia vero medietas pertinebit ad illum qui cepit eum aut accusavit eum.

Quandocunque homines pacis facient pulsari ambas campanas communitatis simul, connestabularii debent congregari ante capellam sancti Petri et ibidem expectare, quid precipietur aut dicetur eis.

Si in posterum contingat, quod viri pacis villam exeant ad faciendum hastiludia, torneamenta aut consimilia, aut in suis negociis aut mercimoniis processerint, nullus tenetur se conservare de inimico suo mortali et non plus extra quam intra villam. Et caveat sibi, quicunque percusserit aut vulneraverit aut occiderit inimicum suum mortalem extra villam, reus erit violate pacis acsi in villa commisisset; et hoc intelligendum de hominibus pacis.

Si quis aufferat aliquam rem ab aliquo et credat, quod iuste possit facere; si damnificatus faciat clamorem ante viros pacis, si res sit apparens et presens, sibi restituetur; et debet iurare reus quod in hoc faciendo non credebat aliquid facere contra pacem ville; et si res non sit apparens et fuerit expensa, et alius iuret de valore rei, reus tenebitur sibi restituere infra septem dies sine quacunque lege; et si reus velit precium diminuere, tunc actor adducet secum duos probos viros de vicinia sua, et quidquid illi duo iurando de precio dixerint, reus cogetur restituere.

Quicunque emerit res furatas aut raptas aut male acquisitas, et possit convinci per duos testes pacis, ipse perdet res illas cum precio earumdem et pro emenda solvet ad servicium comitis et cancellarii pacis viginti solidos. Et si non possit convinci, et clamor ante homines pacis pervenerit, purgabit se cum iuramento trine manus.

Si aliquis infra villam percussiat* alium de pugno aut manu, et possit convinci per duos testes, ipse emendabit de decem solidis, sic quod percussus habebit 4 solidos et comes atque cancellarius habebunt residuum; et si percussiat* de clava ipse emendabit de 60 solidis, de quibus percussus habebit viginti solidos, comes et cancellarius pacis habebunt residuum.

Si quis infra villam istam proditorie aut maliciose expectet alium ad ipsum iniuriandum, aut cum armis invasivis currat post alium, ipse emendabit de 60 solidis, quorum 20 erunt, sicut prius dictum est.

Si aliquis virorum pacis venerit ad aliquam villam et iusticie illius ville querimoniam faciat de aliquibus in dicta villa commorantibus, et petat, quod sibi fiat iusta atque vera iusticia de burgense eorum; si fiat sibi iusticia, non habet ultra, unde conqueri; si denegetur sibi, revertatur ad villam Valencenensem, et si postmodum in villa Valenciananensi videat aliquem de villa in qua denegata est sibi iusticia, ipse accedet ad iusticiam pacis dicendo, quod talis est de tali villa in qua iusticia fuit sibi denegata; ille per iusticiam pacis cogetur ad satisfaciendum sibi, aut dabit plegium[b. 15], antequam permittatur a villa recedere, et permittet hominem pacis ducere et reducere ad suam villam, et faciat iusticiam iustam habere.

Si tumultus aut clamor validus nascatur in villa sine campanarum sonitu, nullus illuc armatus aut cum armis accedere debet, usque dum iurati pacis hoc preceperint; et qui contrarium fecerit, emendabit de 5 solidis.

Qualiacunque precepta a iuratis pacis emanaverint, aut de domorum destructione aut de quacunque alia iusticia fienda, nullus inculpari debet, nec pro eadem debent nasci guerre aut odia aut insidie, quia factum est iusticie atque principis.

Quicunque in plenis placitationibus dixerit testibus adverse partis: ***Tu mentiris,*** aut verbum iniuriosum consimile, talis emendabit de 10 solidis, de quibus comes et cancellarius pacis habebunt 5 solidos et iniuriatus alios quinque.

Si quis ab alio capiat mobilia aut mercimonias indebite; si placeat possessori, potest recipienti interveniente plegio, sibi concedere quod infra certum terminum sibi restituatur res aut equivalens; et si possessor forma tali recipienti imponere voluerit, recipiens inculpabitur de pace fracta, et si posset convinci per duos testes pacis, ipse damnum restituet et emendabit de tribus libris, quarum 20 solidi pertinebunt damnificato et 40 solidi comiti et cancellario pacis.

Si aliquis odium positivum habeat contra alium et moveatur, offeratur sibi ex parte pacis ville, quod iustum est et rationabile; oportebit, quod recipiat, quod iuste erit ordinatum ex parte ville, aut omnino assecuret eum, aut ostendat rationem evidentem et iustam, quare odio habeat eum, aut erit de pace fracta inculpatus et emendabit de tribus libris. Et ego cancellarius huius pacis recipere debeo de quolibet vadio domus sue 2 solidos, demptis vadiis 3 aut 5 solidorum, de quibus etiam recipere debeo 12 denarios sine relaxatione quacunque.

Milites debent tractari per dominum suum et per leges curie superioris; burgenses vero per scabinos pacis iudicari tenebuntur. Et si contingeret, quod unus aut alter contra pacem ville male tracta-

a) procuret *cod.* b) plegram *cod.* *) *pro* percutiat.

13) i. e. in mense quo metitur. 14) spicarum manipulos, Francogallis *gerbes*, nobis *garben*. 15) i. e. fideiussorem.

rentur, et revertantur ad pacem ville, et ipsa pax restituet eos in iure eorum, mediante iusto iudicio.

De preda et rapina cuilibet et omni tempore fiet verum iudicium a iuratis pacis.

In quocunque loco nundine aut forum ville collocentur infra villam aut extra, omnes quotquot ibidem intererunt, erunt assecurati et in pace ville, ipsi et omnia eorum bona; et quicunque ibidem percusserit aut interfecerit alium, inculpabitur de fractione pacis, sive fuerit extra, sive fuerit infra, nundinis et foro durantibus, acsi in medio ville factum perpetrasset.

Si aliquis pacem violaverit et idem ad aliquem potentem aut alium pro succursu aut adiutorio habendo auffugerit; si duo viri pacis dictum potentem aut alium violatorem pacis fautorem monuerint, quod de cetero inimicum pacis eorum non sustentet; si postea publice videatur sustinere quoquomodo et non remittit eum iuxta demerita puniendum; si possit probari per duos viros pacis, dictus fautor inculpabitur de pace violata et restituet damna una cum legibus ordinatis.

Si aliquis de villa aut extraneus infregerit pacem et per duos viros pacis ammonitus fuerit, quod coram iuratis pacis compareat, debet comparere ad diem sibi a iuratis pacis assignatum ad audiendum iudicium pro se aut contra se; et si non comparuerit, inculpabitur de violatione pacis, et ille qui conquerebatur de eodem, habebit requestam sibi omnino adiudicatam una cum legibus ad hec ordinatis, et una cum hoc domus sua publicabitur atque funditus destruetur.

Quicunque pro iustitia facta aut fienda aut pro domorum destructione, per iudicium iuratorum pacis facta, aliquem virorum pacis minas intulerit aut quodcunque verbum sinistrum protulerit, si possit convinci per duos testes pacis, ille pro emenda solvet decem solidos, de quibus comes habebit medietatem, et cancellarius et comminatus medietatem aliam obtinebunt.

Nullus debet deprehendi in verbis prolatis sine ingenio, lite pendente in presentia iuratorum pacis, sive in reclamando sive in respondendo sive testimonium perhibendo, usque ad sententiam latam et penitus diffinitam.

Prepositi debent fieri, stabiliri et institui de consilio comitis ac pacis iuratorum; et si comes iuratis pacis noluerit assentire, dicti iurati cum hominibus pacis ville sine quocunque forefacto prepositum possunt stabilire et instituere.

Quicunque fuerit prepositus aut iuratus pacis legitime electus, habeat unam diem et unam noctem de consilio ad dictam electionem acceptandam aut renuendam. Si electioni assensum prebuerit, utatur officio sibi imposito iuste secundum Deum et veram conscienciam; si vero renuendo non consenserit, pro emenda solvet centum solidos, aut aliter domus sua propria publicabitur et funditus destruetur.

Si aliquis miles aut sibi subditus aut alius aliquem virorum pacis spoliaverit aut vi aliquid rapuerit, si miles aut aliquis sibi subditorum terre sue ad villam pervenerit, post proclamationem bannorum per duas dies sabbati publice factam ille aut illi capientur et in carceribus comitis per quindecim dies captivabuntur; si vero intra dictas quindecim dies satisfecerit per se aut per alium, habeat pacem, et si non, reponatur in manu spoliati, ut cogat eum, prout voluerit, ad sibi debite satisfaciendum, vita eius duntaxat semper salva.

Pro iusticia huius pacis per iudicium scabinorum aut pacis iuratorum, nullo modo comes debet perdere ius suum aut iuridicionem qualemcunque ad ipsum de iure pertinentem.

Quilibet vir de advocatia veniens ad villam istam pro mansione solvet proprio domino suo in festo sancti Remigii anno quolibet duodecim denarios, et mulier pro servitio debito domino proprio solvet sex denarios annuatim.

Dominus, quicunque fuerit, potest infra villam clientem suum aut servum flagellare aut verberare absque hoc, quod inculpetur de violatione pacis; et si servi in eadem domo sub eodem domino simul commorantes se invicem percussiant, querimonia et emenda ad dominum eorum, videlicet dominum hospicii pertinere debet, nec iurati pacis de hoc nullo modo se intromittere debent, nisi mors inde sequatur.

Servus comedens panem domini sui non potest perhibere testimonium cum domino suo contra alium de pacis violatione.

Si aliquis de pace ville exierit foras ad alienas metas, et alius ipsum percusserit aut violentaverit occassione iusticie pacis ville aut aliter, talis inculpabitur de violatione pacis, acsi medio ville nostre hoc egisset; et si querimonia fuerit inde apud iuratos pacis delata, talis secundum leges superius ordinatas punietur aut manu propria se deffendet.

Duobus clientibus pacis annuatim pro serviciis eorum dabuntur viginti solidi de legibus pacis adiudicatis.

De omnibus supra scriptis hec presens carta plane et ipso facto iudicabit; et si aliqua in hac presenti carta defuerint, aut declaratione indigerint aut interpretatione, iurati pacis, quicunque fuerint, illi secundum Deum et conscientiam et rectam rationem et secundum meliorem intellectum eorum iustum iudicium proferent et cetera interpretabuntur.

Ex quo infans quintum decimum annum attigerit, si moneatur, debet iurare quod pacem ville fideliter conservabit, si vero eandem iurare renuerit, pro induciis detur sibi una dies et una nox. Si iurare voluerit, pacifice remaneat. Sin autem, exeat omnino villam et funditus destruatur. Si vero postmodum villam ingressus fuerit, nisi pacem iuraverit, capiatur cum ammonitione de pace iuranda; si renuerit, tanquam pacis violator condempnabitur.

Quando viri pacis et tota communitas pacis cum armis villam exierint congregati, si aliqui de qualibet connestabularia pro serviciis ville remaneant in villa ad acquictandum[16] vadia eorum, tales de qualibet connestabularia accipient quinque solidos ad potandum; et ideirco, antequam fiat generalis exitus ville, iurati pacis debent publice denunciare et recedentes et remanentes.

Si quis alium trahat per barbam aut per crines, animo iniuriandi, aut percussiat aut impellat cum manu aut pede, emendabit de decem solidis.

Quicunque in placito pacis faciet strepitum aut

16) solvere, Gallis *aquitter*.

insolenter se habebit, solvet pro emenda quinque solidos.

Si extraneus, quicunque fuerit ille, transiens aut existens infra limites ville, percusserit atrociter aut vulneraverit aliquem existentem in pace ville, aut ipsum occiderit; si possit convinci per duos testes pacis ipso facto, suspendetur ad sonitum campanarum pacis.

Omnes clerici, monachi ac moniales, et omnes mulieres, cuiuscunque status aut gradus extiterint, omni tempore in sua pace ac paco[a] ville pacifice remanebunt.

Has omnes predictas conditiones pacis iuraverunt ac promiserunt perpetuo, fide solemniter prestita fideliter, inviolabiliter observari sepe dictus comes Balduinus et Yolendis eius legitima coniux ac comitissa, ac omnes principes militesque ac barones sui. Denique dictus Balduinus comes recepit publice fidem atque solemne iuramentum ab omnibus infra villam et ambitum pacis necnon et ab omnibus infra villam et ambitum pacis commorantibus, quod dictam pacem cum omnibus additis conditionibus perpetuo et inviolabiliter observabunt. Dicta, decreta, digesta, ordinata, concessa atque publicata fuerunt hec anno quo supra.

III.

# RELATIO DE INFEODATIONE COMITATUS NAMUCENSIS.

*Originale diplomatis a Philippo marchione Namucensi anno 1198. pro decanatu in ecclesia S. Petri Namucensi erecto datum, hodie in archivo Namucensi asservatur, et nobis ibidem versantibus a viro doctissimo Iulio Borgnet, tabulario, oblatum est. In verso autem chartae leguntur quae infra edituri sumus. Quum temporum ingratia originale valde deterioratum sit, nobis gratulamur, quod ex chartulario Sancti Albani saeculo XV. conscripto, in eodem archivo conservato, textum integrum dare possumus.*

Ut ad noticiam tam modernorum quam posterorum semper redeat, quis ille sit Philippus marchio Namucensis, de quo in precedenti pagina sepius mentio facta est, et quare secundus dicatur marchio, sciendum est, quod eius pater Balduinus bone recordationis Hainoensis comes, princeps prudentissimus ac potentissimus, incliti Balduini comitis Hainoensis, qui comitatus Hainoensis propria[b] et bona in parte maxima augmentavit, et Aelydis comitisse Henrici comitis Namucensis et Lusceleburgensis sororis filius, uxorem habuit nobilissimam Margaretam, Theoderici Flandrie comitis et Sibilie comitisse filiam, Philippi Flandrie et Viromandie comitis potentissimi sororem, de qua filios habuit Balduinum iam dictum Flandrie et Hainoie comitem illustrem et Philippum sepedictum marchionem Namucensem et Henricum militem strenuum et filias Elyzabeth gloriosissimam Francorum reginam, illustri Francorum regi Philippo desponsatam, de qua ipse Philippus rex filium genuit Ludovicum, cuius regine corpus Parisius in ecclesia maiori in superiori choro sepultum est. Duas quoque predictus Balduinus comes Hainoensis et Margareta comitissa filias habuerunt, Iolendem scilicet, Petro comiti Nivernensi, domino de Cortenaco, desponsatam et Sibiliam, quam vir nobilis et potens Guichardus dominus de Belgi habuit uxorem. Cum autem predicti Henrici comitis Namucensis et Lusceleburgensis sororibus, ducisse scilicet Ceringiorum et comitisse Retensi pars sua de allodiis in matrimoniis fuisset assignata, ita quod allodiis omnibus tam in comitatu Namucense quam Lusceleburgense et Rocha et Durbui prorsus renunciassent, et earum soror Aelydis supradicta Hainoensis comitissa cum filio suo Balduino sepedicto aliarum sororum suarum, illius scilicet de Roseto, et illius de Spineto, partes in predictis allodiis sibi acquisivisset, ita quod omnes partes iam dictorum allodiorum per satis dictum Henricum comitem, ipsius Aelydis fratrem, sepius recognite in ius proprium eidem Aelydi et eius filio Balduino fuissent, et per principes imperii et quam plures nobiles legittime[c] eis confirmate, tandem sepedictus Balduinus comes Hainoensis

a) pacis *cod.* b) ppa *orig.* c) *in origin. abscisum, do ex chartul.*

castrum Namucum obtinuit et hominia et iustitiam totius comitatus et omnem proprietatem illius, avunculo suo vivente et approbante in curia domini imperatoris Romanorum Henrici eadem[a] et plenius[b] sanciente. Datis igitur domino imperatori Romanorum omnibus allodiis in comitatibus Namucensi et de Rocha et de Durbui et feodis omnibus in manus eius resignatis, interveniente sepedicti Henrici comitis[c] consensu, ipse dominus imperator Romanorum Henricus de omnibus allodiis illis et feodis principatum unum qui marchia dicitur instituit, et sepenominato comiti Hainonensi Balduino in feodo cum duobus vexillis concessit[d], ut diceretur marchio Namucensis, et principum imperii gauderet privilegio. Unde contigit apud Hallam, abbatiam nobilem in Suevia, cum hec coram eodem imperatore Romano recitarentur, Henricus dux Lovanie huius[e] principatus institutioni contraire volens, dixit comitatus predictos in ducatu suo esse et dignitatem ducatus sui a Reno fluvio usque ad locum qui dicitur Truncus Berengeri in Arewasia protendi. Sed quia in partibus illis, quas ad ducatus sui dignitatem pertinere asserebat, nullam dignitatis vel potestatis per se aut per suos predecessores a sexaginta annis tenuram monstrare poterat, iudicatum fuit per sententiam principum ipso Henrico duce presente, quod ducatus sui dignitas nullam vim dominationis vel potestatis habere poterat nisi in suis propriis comitatibus et in illis comitatibus qui ab eo in feodo tenebantur. Unde ibidem per sententiam principum dictatum fuit, quod dominus imperator marchie Namucensis principatum poterat ad beneplaciti sui ordinationem instituere et Balduino comiti Hainoensi legitima donatione conferre. Sepedicto itaque comite et marchione Balduino in comitatu Hainoensi et in marchia Namucensi dominante, Philippus Flandrie et Viromandie comes potentissimus, eius uxoris Margarete comitisse germanus, in Iherosolimitanis partibus absque proprie carnis herede decessit, cui iure hereditario et legitimo successerunt Balduinus comes Hainoensis, marchio Namucensis et[f] eius uxor Margareta in comitatu Flandrie; et cum[g] illum per tres annos potenter tenuissent[g], Margareta Flandrie et Hainoie comitissa, Namucensis marchionissa decessit, cuius corpus Brugis in ecclesia Sancti Donatiani[h] sepultum[i] fuit, cui statim post eius decessum in dominio Flandrie successit filius eius primus Balduinus cum uxore sua Maria illustri comitissa, Henrici nobilissimi Trecensis comitis palatini filia. Post Margarete satis dicte comitisse obitum evoluto anno et[k] sex ebdomadis, vir eius Balduinus comes Hainoensis, marchio Namucensis Montibus in castro egrotans a seculo migravit, cuius corpus in ecclesia Montensi beate Waldedrudis honorifice sepultum fuit. Cui in comitatu Hainoense successit primus eius filius Balduinus comes Flandrie, in marchia vero Namucensi successit ei secundus filius suus Philippus sepenominatus. Patet igitur quod Philippus sepedictus secundus fuerit marchio Namucensis.

---

## IV.

# EX CHRONICO MONTENSI GALLICE SCRIPTO.

*Ex illa chronica, quam V. D. Augustinus Lacroix, tabularius Montensis, anno 1842. dedit sub titulo* Chronique du Hainaut et de Mons, *hic repetimus capita ultima, tertium videlicet et quartum, collato eodem codice, quem laudatus vir iam adhibuit, quemque illa benevolentia, qua prosecutus est per longam vitam suam omnia omnium studia historica, ex tabulario urbis Montensi petiit nobisque in aedibus suis exhibuit. Est autem codex membranaceus, saeculo XIV. admodum nitide scriptus in forma octava. Duo capita priora nil sunt nisi versio chronici Gislebertiani.*

a) orum H. e. *ex chart. adieci.* b) *dubia vox in orig.* c) comitis con *ex chart.* d) *ex chart.* e) us princi *ex chart.* f) *ex chart. locus abscisus in orig.* g) cum — tenuis. *ex chart.* h) *ex chart.* i) *in orig. excisum.* k) anlllllll *originale*; anno et *ex chart.*

## CHAPITRE 3.

## Che sont les valeurs et les possessions del eglise me dame Sainte Waudrud de Mons, ensi kelles sont contenues chi apres, et les signeries et les droitures ke li eglise a et doit auoir en le ville de Mons et en le conte de Haynaul.

### De le venue le conte quant il vient premiers.

Quant li sires de Haynau vient noueaus cuens en Haynau et il vient a Mons le premiere fie: li capitles de me dame Sainte Waudru et toutes les processions de le ville de Mons vont encontre lui, et porte on le fertre me dame Sainte Waudru, et apres, li cuens doibt mettre se main sour le fertre, et doit iurer a warder liretage, les chartres et les priuileges et les boines coustumes et honestes del eglise. Apres, li prouos del eglise, sil est presens, u sil ni est, li doyenne u aultre persone del eglise, li donne le croche, en signe quil est abbes del eglise, et doit leglise deliurer de toutes procuracions ke li aposteles, u legas, u cardonnauls, u archeuesques, u euesques, u archediachenes poroit demander al eglise, en quel maniere ke che fuist; et dont reuient li pourcessions ens el monstier, cantant le respons *honor virtus*, et dont doit li cuens yestre en orison dusques adont ke li respons soit fines, et ke li prestres ki le pourcession maine ait dit une orison, et dont va li cuens al autel la u li fertre est mise et doit le fertre baisir et lautel, et offril j drap dor.

Li cuens doit a cascune des xl prouendes del eglise, toutes les fies quil est a le pourcession des demiselles j lot de uin de tel con boit a se tauble a celuy iour.

Li cuens doit donner toutes les prouendes de me dame Sainte Waudru de demiselles et de canones, ne ne puet li cuens donner le prouende de me dame Sainte Waudru, se che nest a fille de cheualier, comment[a] ientuis femme kele soit, et coment kele soit de loial mariage, et quant il donne prouende a canoine: cil canones doit iurer a warder liretage et les chartres et les beles coustumes del eglise.

### Dou sarement ke li balius doit faire.

Quant li baillieus vint noueaus a Mons: il doit faire sen premier sarement en leglise me dame Sainte Waudru, auant kil le fache as homes le signour de le terre, ne a le ville de Mons, et che sairement doit il faire al autel sour lafike me dame Sainte Waudru, quil wardera le droit et dou segneur et del eglise et tenra le pais a droit.

Li cuens donne le prouoste de me dame Sainte Waudru, ne ne le puet donner a persone qui ne soit canones del eglise, et si doit faire sarement comme prouos al eglise: et homage al signeur, comme al abbe.

Li prouos, par le rason de le dignite del eglise me dame Sainte Waudru, donne les prouendes de Saint Germain, et doit constraindre les canones de Saint Germain a ce kil fachent tel seruiche kil doiuent en leglise me dame Sainte Waudru, sans defaute, et sil i auoit defaute el seruiche quil doiuent, li eglise en trait au signeur de Haynaul et nient au vesque.

Li prouos de me dame Sainte Waudru a correction sur les canones de Saint Germain, ne ne sen doibt meler vesques ne archediachenes, tant ke li prouos les puist iustichier.

On ne puet en toute le ville de Mons, messe canter en nouel liu, en maison ne alleurs, la u on nait autre fois cante, se che nest par le congiet dou vesque, et en apres, par le congiet dou caplitle de me dame Sainte Waudru.

Li sires de Haynaul donne le cousterie de me dame Sainte Waudru, et doit faire li coustres homage au conte et feaute al eglise.

Li capitles doit au coustre cascun an, a iij paiemens xxxv libres de blans, et parmi che, ordenanche est faite par lassens le signeur de Haynau, ke li eglise en doit porter paisiulement toutes les droitures et les valeurs de le cousterie.

Li capitles enporte par lui les cens des siers et des anchielles de le cousterie.

Es cateus et es mortes mains de le cousterie a li sires de Haynau le tiert, et li eglise les ij pars, ne ne puet li siergans leuer de par le conte, ne li serians de par leglise, ce catel, sil ne sont au doi ensamble.

a) cō *cod.*

Li catel des siers del estable demeurent cuitement les ij parties al eglise et li tierche partie au prouost, fors uns cheans kon apele del etaple de Quaregnon, u as quels li eglise a les ij pars et li maires iretaules de Quaregnon le tiert.

### Des maieurs iretaules del eglise.

Tout li maieur iretable del eglise ne doient aler ne en ost ne en cheuauchie.

Tout li maieur iretable del eglise, quant il sont nouel maieur, il doiuent venir a Mons et faire sairement sur lafike me dame Sainte Waudru, de warder le droiture del eglise es lius dont il sont maieur, et menront le ville par loy, et droituront le poure contre le riche, et le rike contre le poure, et kil porteront foit et loiaute a cascune des persones dou capitle et a toutes les persones ensanle.

Cascuns des maieurs del eglise me dame Sainte Waudru, de ceans de Haynau, doiuent pour le relief de se mairie xl s de blans, et chil qui sont de Braibant, pour ce meismes lx s Louegnois, et quant cascuns maires a fait sarement et il a panet tel relief kil doit: li eglise le doit presenter au signeur de Haynau, par boucke u par lettres pendans, pour faire homage, et le doit li sires recheuoir a home sans nul seruice donner a luy, ne a seriant kil ait, ne camberlent, ne autre, et saucune personne est doee sour les fies con tient del eglise, il couient ke le fache sarement en leglise sour lafike me dame Sainte Waudru, de warder les droitures del eglise, ensi cum il est deseure dit des maieurs iretaules, et tous persones ki ne sont home fors de douaire, ne doit on niet presenter au signeur de Haynau, ne par bouke, ne par lettres.

### Comment li canone de Saint Germain doivent deseruir a me dame Sainte Waudrud.

Les prouendes de Saint Germain de Mons furent establies del eglise me dame Sainte Waudru, a che ke li canone parmaignent capelain de Sainte Waudru, et kil a celi eglise deseruent, en diuins offisses, de quoi cil canone doiuent cascun iour le grant messe en leglise de Sainte Waudru, par prestre canone, par diachene et par sousdiachene, et cascun dimenche et as rouisons et al ascencion, il doiuent yestre as pourcessions, es iiij iours de noel, ale circuncision, ale tiefane, ale purificacion es iiij iours de pasques, al ascencion es iiij iours de pentechoste, le iour de le trinite a procession entour le ville ale assumpcion, ale natiuite Notre Dame, ale dedicasse, au iour de tous les sains, as festes Sainte Waudru, et meismes, en le restauracion et le iour Saint Verone, il doiuent yestre as diuins offisses en leglise Sainte Waudru, cest assauoir, a uespres, a matines, ale grande messe, et deseruent auoec les canoniesses le iour de le chene, le iour dou boin deueures, le vigile des pasques, le vigile de pentecouste, il i doiuent yestre. Encore doiuent yestre li canone de Saint Germain a toutes les processions auoec tous les vicaires et prestres[a] et les clers del escolle auoec les canoinesses, pour quelconques besoigne elles les voellent faire, u a recheuoir prelat, u princhе de le tiere, u pour porter fertre u reliques, u pour atemperanche dair, u pour pleuue auoir, pour pestilenche, u pour famine, pour pais. u pour quelquonques besoigne deglise u de pays. Encore pur estraigne prelat, sil auient ke les canoinesses le voellent recheuoir, et a toutes les processions ke les canoniesses de Sainte Waudru ont acoustume a faire u entendent a faire. Si sunt acunes processions ke les dites canoinesses font, as queles il ne doit iestre ke uns seus canones, prestres de Saint Germain, auoec petit de clers, le iour des cendres auoec les ministres del autel, et ensi tous les samedis des octaues dele tiefane dusques ale purificacion notre dame, et des octaues des pasques dusques al ascencion, et le vigile Saint Iehan Baptiste, et commenche li canones, prestres, les vespres, et maine le pourcession auoec pau de clers, et si doit uns canones, prestres, auoec dyachene et sousdiachene en aubes beneir le chame. Et si doiuent li canone auoec le maistre et les clers del escolle[b] et les prestres estre as vigiles, as comendasses et ale messe de tous chiaus ki dedens les termes del eglise seront mort, et dist, li canone, a dyachene et sousdiachene, messe Et est assauoir ke li canone de Saint Germain ont cascun an de le grande eglise x muis[c] daueine[c], et iiij muis de bled, pour le messe ki est dite cascun iour al autel Sainte Waudrut, sest asauoir, au post autel, ki est dis kanech. Si a aucunes messes ke canones

a) *sequitur locus duarum vocum rasus.* b) *locus rasus trium vocum seq.* c) m⁹ daū *cod.*

